IOANNIS DANIELIS MYLII
Vetterani Hassi M.C.

OPVS MEDICO-CHYMICVM:

Continens tres Tractatus siue Basilicas:
Quorum prior inscribitur BASILICA MEDICA.
Secundus BASILICA CHYMICA.
Tertius BASILICA PHILOSOPHICA.

Francofurti, apud LVCAM IENNIS. 1618.



DEO OPTIMO MAXIMO CREATORI MEO INCOMPREHENSIBILI, SIT GLORIA, LAVS, HONOR, BENEdictio & Victoria Triumphalis, in secula seculorum, Amen.

PIGET *& pudet me, Clementissime Deus, Principium & Finis* A. *&* Ω. *Turpissimæ & Horrendæ ingratitudinis meæ, quotiescunque de infinita Omnipotentiæ tua bonitate & misericordia cogito. O Immensa illa Maiestatis summæ Prouidentia, qua me nondum natum, ab Aeterno in numerum Fidelium tuorum gratuito cooptasti.*

Tu ô Magnæ Altitudinis Deus Misericors, gloriosa Infinita misericordia animam meam ignorantiâ tabescentem, virtute splendoris regenerasti.

Tu ô immense Deus, Bonitas nunquam deficiens, Rex Sanctorum & Regum, Deus misericors, dedisti & fecisti mihi filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, sapientiam, iustificationem, sanctificationem & pro peccatis meis, sacram immolationem.

Tu ô Protector Fidelium, restaurator seculi, Victoria potens, Beatitudo sanctorum, AEquitas Iustitiæ, Depulsor Nequitiæ, Charitas vera, Deus misericors, Tu dedisti mihi omnia ad hanc & futuram vitam necessaria; Tu bonis innumeris me immeritum cumulasti; & ad veram honestam sacramque anchoram Diuinæque religionis institutionem deduxisti.

Tu ô Christe, Messia Omnipotens cœli & terræ, Emanuel noster, Legislator AEternæ, Fulcimentum seculi, Puritas Excelsi Dei, Ligatio omnis creaturæ, sapientia Dei Patris, Conditor vniuersorum, Inspector Iustitiæ, Homi-

nis Deus Misericors, Tu immensa tua custodia, Pios sanctosq; Angelos apud me excubias agere permisisti ac iussisti, quo vita mea tutò te accedere & in te credere anima mea possit: In hac mansuetudine & beneficentia constanter ac fideliter ad finem vsq; vitæ meæ, omnemq; æternitatem perseuera.

Tu ô Domine Dominantium, Domine scientiarum, Diues potentia, Gloria in Excelsis, Fons inexhaustæ bonitatis, Ordinator omnium, Conditor omnium, Dator aquarum, Domine exercituum, infinita largitas, inæstimabilis scientia, Firmitas innumerabilis, munditia incorruptibilis, Deus manens super omnia, Deus misericors, Tu vulnera mea intuere, vt ea sanes, Tu deformia & fœda sanie, ac contrita mea ossa restitue ac refice.

Tu ô Christe, Gratia Creatoris, Doctrina spiritualis, Misericordia Altissimi, Fortitudo Dei, magna dulcedo Dei, & fauor optimus Dei, ineffabilis, incomprahensibilis Deus misericors, Dux mihi esto Domine, & me tecum deducito: si enim solus illud iter, Diuinæ ad æternitatis fontem tendens, ingressus fuero, de via aberrabo: Tuo vero, comitatu ita confirmabor, vt præsentiam mei ipsius sustinere queam: Tu me fulci, ne animum despondeam: Firmiter me tene, ne me mihi ipsi surripiam & aufugiam. Pracipe Diabolo vt taceat, quia tu mihi aduocatus es.

Tu ô mens incorporalis, Princeps & Origo rerum, virtus inexplebilis, Pietas incomprehensibilis, sapor ac decor Angelorum, protector & adiutor iustorum, pauor & horror reproborum, Nullius indigens sibi ipsi sufficiens, Rector & Auctor Mundi, Maiestas innascibilis, Trinitas Spiritualis, essentia incomprahensibilis, visu indeterminabilis, sensu inæstimabilis, sponsus Thalami æuiterni, Paterfamilias Ecclesiæ, animorum nostrorum confirmator, humilitatis eleuator, superbiæ contemptor, Iudex summe, Deus misericors, Tu, inquā mihi dexteram porrexisti in studiis meis, paupertate mea & carceribus inferorum, deduxisti & liberasti: Locupletem me fecisti tum corporis tum animæ dotibus; ab Anima mea me reuocasti, eamq; aqua pretiosi sanguinis tui purgasti; Quis Diabolum persecutus & contemnatus, qui mihi struxit insidias? Quis eius calumnias facit irritas? Quis mihi cladem & mala hostium meorum afflicta & illata curauit & repreßit? Quis supplicia Tyrannorum meorum, deleuit? Quis mihi iuratus dixit, se nolle mortem peccatoris? neque voluptatem capere ex hominum interitu? Quis dixit, se

non venisse vt quæreret iustos, sed vt peccatores vocaret ad resipiscentiam? Quis curare venit ægrotos? quis virgis cæsus acerbissimè tractatus pro peccatis alienis? Vnde tantæ vires vnius sanguinis ad omnia humani generis peccata delenda? per quem hominem, vnigenitum filium fit aditus ad patrem? Quis nomina nostra ex tenebris rapta in cælo adscripta tradidit? Quis mandauit & docuit fundere preces in summis necessitatibus? Cui data est vis atq; potestas in cælo ac terra? Quemnam adorant Angeli, Sanctus Sanctus, Sanctus Dominus Sebaoth? *Quis Deus, & verbum Caro factum, natus homo est? Quodnam vnicornu sanctum, coram quo omnia genua coguntur flecti? Quis sacrificauit Hierosolymæ in templo? Quisnam Ægyptios manu potenti eduxit? Quis à Ioanne in Iordane Baptizatus? In Deserto per 40. dies & noctes fuit jeiunatus? In tentatione triumphatus? Actio Euangelii, Electio Gentium, vox Apostolorum, silentiũ Prophetarum, Lux Mundi, officium præconis, nostri mæroris jucunditas, doloris suauitas, amaritudinis dulcedo, molestiæ nostræ delectatio, vniuersæ Creaturæ gaudium, animarum suspiratio & inhiatio, nostri desiderium, noster sermo, nostra exauditio, immolatio, vitæ magisterium, forma sanctitatis, Norma Iustitiæ, speculum virginitatis, Templum Castitatis, Titulus Pudicitiæ, obedientiæ simulachrum, via pœnitentiæ, peccatorum venia, fidei disciplina, legis summa, præco Iudicii, totius Trinitatis medius? Quis Lazari resuscitatio, & mercatorum templi Hierosolom. confusio? cuinam facta fuit sanguinis pro sudore è membris eruptio? quæ calicis Adamicæ nostræ exhaustio? quæ hominis Mariæ Virginis incarceratio, castigatio, flagellatio, miserrima coronatio, sanguinis è pedibus, manibus, & lateris cordialis effusio? Quis nudo corpori cruci affixus, aceto in siti & agone mortis potatus, cõtumelia verberibusq; affectus est? Quis miserabiliter ingemiscens Deum septem sanctissimis verbis interpellauit? Quis concludens Testamentum electorum dixit vnquam, consumatum est? Vnde prodigia ac miracula post hominis vnius mortem? Ah jucundissimum, optatissimum, mellitissimum, florilegium sepulchrum, Ah lachrimæ Mariæ & beatorum, Ah Paradisus Latronis, Ah comitatus diuinus Angelicus funeris omnipotentissimi, Ah balsamus vulneratus filius hominis, Ah cœlifera linteamina Domini, Ah Adamica infernalis redemptio sed quid? ô Beatorum Beatitudo, Angeli enarrant gloriam Dei,*

 ô gaudium

ô gaudium Electorum, Mariæ filius est rediuiuus, tertia die à mortuis resurrexit è sepulchro, abiit ex Inferno, ô consolatium omnium piorum & Apostolorum; Dominus gloriæ Æuiternæ Triumphus, Mariæ apparuit, Discipulos comitauit, Apostolos redamauit, Spiritu eos sanctæ gratiæ obumbrauit, in horum facie ad cælos ascendit, nunc sedet ad Dextram Patris inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Confitebimur itaq; ei, qui fecit nobiscum misericordiam suam: Benedicamus Benedictione Æterna Patrem & Filium cum Spiritu sancto.

Κύριε, Fons bonitatis, essentia potentiæ omnipotentissimæ ac sapientissimæ Pater ingenite, à quo cuncta procedunt: ἐλέησον. Κύριε Æternæ misericors qui pati Natum, mundi pro crimine, ipsum vt saluaret misisti: ἐλέησον. Κύριε, qui septiformis das dona πνεύματος à quo cælum & terra replentur: ἐλέησον.

χρίστε ἅγιε, AEterna, casta, verax, pura, intelligens essentia, cæli compos, Regiæ melos gloriæ, cui semper astans pro numine Angelorum, decantat apex: ἐλέησον χρίστε vnice Dei Patris genite, quē de virgine nasciturū mūdo mirificè sancti prædixerunt Prophetæ: ἐλέησον. χριστὲ, cælitus nostris adsis precibus pronis mentibus, quem in terris devotè colimus adoramusq;, ad te piè IESV clamamus, ἐλέησον.

Κύριε, Spiritus alme, cohærens, Patri natoq; vnius οὐσίας consistendo, flans ab vtroq;, ἐλέησον Κύριε; qui baptizato in Iordanis vnda Christo, refulgens specie columbina apparuisti, ἐλέησον. Κύριε, Ignis diuine, pectora nostra succende, vt digni pariter te laudare possimus semper ἐλέησον.

Tuum nunc est Diuine parens, & ô natura naturans infinita & gloriosa animam meam ignorantiæ tabefactam, splendore virtutis, tuæ almæ, restaurare. Tuum est Spiritus disciplinæ sancti claritate admirabili, rationis ac sapientiæ scintillulas, post Adami lapsum superstites, & in tenebrarum corporalium abysso miserrimè diu immersas, resuscitare, viuificare, & ad verum cognitionis culmen, fontem & apicem sublimare.

Fiat voluntas tua in parte mei, hominis, cælesti & immortali, sicut in terrestri & mortali, vt quicquid ab iis & in iis producatur, illud omne, debita consideratione, sit bonitatis tuæ inexhaustæ particeps. Sic erit oblatio, consecratio, & quasi immolatio hæc mea cordialis, tuo Numini sacrosancto placida: sic bonitatis tuæ, in me fructus, incrementi sui radios à fronte tuo lucido

totius

totius & vnicæ bonitatis influxos, recipiens, Spiritu tuo Diuino præeunte, euolabit vera resurrectione cum suo toto transfigurato in altum, gaudebitq; suam Patriam supercœlestem visitare, in qua tu, summe Princeps & Imperator maxime viuis & regnas perpetuo! Malevolorum Lectorum corda in meliora conuerte, obsecro, distinguant oculis apertis Lumen tuum verum à Tenebris Diaboli. Sis ô bone Deus, mihi faustus atq; propitius, qui viuis in æternum.

Tua Creatura

Omnium indignissima

Ego, Homo.


IOHANN-DANIEL MYLIVS WETTERANVS HASSVS. MEDICINAR. CANDIDAT9. ÆTATIS SVÆ 33. Aº 1618
Vin Speculū, Lector, Paracelsi? Vinq; Galeni?
MYLIVS, en! Speculum certè Vtriusq; tibi.

JOANNIS DANIELIS MYLII
Vetterani Haßi M.C.

Tractatus Primus.

Seu

BASILICA MEDICA
CONTINENS TRES LIBROS SEV PARTES.

De salutifera Medicina Antiqua Hippocratica:

1. *Physiologiam.*
2. *Pathologiam.*
3. *Therapeuticam.*

Succincte demonstrat.



Francofurti apud LVCAM IENNIS.

M.DC.XVIII.

AMPLISSIMI, NOBILISSIMI, CLARISSIMI, CONSVLTISSIMI ET PRVDENTISSIMI, INCLYTÆ HVIVS

Reipublicæ Consules, Doctores, ac Senatores, Patriæ Tutores & Conseruatores, Domini Mœcenates, Fautores & Affines omni animi obseruantia Humiliter in æternum mihi colendi.

O FELICIA *antiquorum tempora! In quibus ipsi Imperatores Mundum regentes seipsos Philosophiæ dederunt, vt patuit de Alexandro Magno, de Iulio Cæsare, de Rege Ptolomæo: Inquit Doctissimus Hugo, Cuiuslibet enim regni gloria creuit in immensum, quamdiu artium liberalium studia in ipso floruerunt. Victoria enim militiæ, gloria & Philosophia simul creuerunt. Et merito, quia Philosophia vera docet iustè & rectè regnare. Per me enim Reges regnant, ait Sapientia. Cic. lib. 1. offic. dicit: Quid est per Deos optabilius sapientia? Quid præstabilius? Quid homini dignius? Hanc qui expetunt Philosophi nominantur, nec quicquam aliud est Philosophia, quam studium sapientiæ: Sapientia autem est rerum diuinarum humanarum causarumq; quibus eæ res continentur scientia. Hinc inde ait Philosophus: mens humana suæ originis sit memor, summæ sapientiæ Diuinæ cōtemplator, & Diuinitatis sanctæ consors. Hinc lucerna Dei, homo (prouerb. 20.) luce diuina particeps factus; Hinc sapientiæ antiquæ, admiratio, homines Deos vocauit. Philolophus quidam interrogatus, quando philosophari cœpisset? Respondit, quando cœpi meipsum nosse. ô Diuinum illud de cœlo delapsum γνῶθι σεαυτὸν, identitas & similitudo Micocrosmi cum Macocrosmo. Hinc inde cognitio & agni-*

tio opificis Dei manifesta apparet, ostendens nobis diuinissimi creatoris sapientiã, potentiã, bonitatẽ simulac inuitans nos ad sui admirationẽ ac prædicationẽ. Nazianzenus. Quare dicimus, Qui, naturæ nudæ atq; detectæ arcana & mysteria sacra, nobis à Deo Opt. Maximo oblata, intelligere negatur; ei seipsum & ad veram Spiritus intelligentiæ sacrosancti fruitionem aspirare erit impossibile. Sedulo igitur diuina præeunte cõtemplatione, naturæ promptuarium detegendum, vt ad Dei, eiusq; sapientiæ sacrarium tandem perueniamus, & beatitudinem Diuinam in cognitione eius sitam hauriamus.

Sis itaq; ô Amplissime senatus, Inclytaq; Respublica Helionopolitana, sis, inquam, Diuini Luminis radio illuminatus, à nebulis & spurcitie humana clarificatus, mente donis cœlestibus ornatus, terrestrium contemptor, cœlestium & Diuinarum contemplator, arrogantiâ Diabolica immunis, humilitate Christiana præditus, & iustitia sacrosancta plenus. Sit tibi ô Amplissime Parens, vera cognitio naturæ, & scientia rerum, charitate temperata, sit vobis ô Dii, vt cum scriptura sacra loquar, scala vnica Patriarchæ Iacobi ad cœlum iter dirigens: Nam sine medio hoc ad cœlum à terra non fit transitus. Benedictus sit Deus, & tibi quoq; tuoq; Imperio benedicat, quo nos eius creaturæ, V. vero A. subditi ciues ac subiecti sub illorum iustitia, non ficta sed syncera fideliter ac feliciter viuamus.

Cum autem multis abhinc sæculis, Amplissime Senatus, Inclyta Respublica, *consuetudine diurna sit receptum vt libri Noui, Viris Dignitate, Amplitudine ac Nobilitate præcellentibus (quos omnium maximè mysteria maxima nosse, & his donari præ aliis decet) consecrentur, quo illorum patrocinio & fauore ceu Mineruæ ægide muniti, ab iniuria inuidorum calumniantium (prout est immundi huius mundi, vbi semper alter in alterius liuet & grassatur ingenium, corrupta consuetudo) eò magis vindicentur: non dubitaui hos meos labores, & hoc mearum vigiliarum munus V. A. meritis ascriptum, offerre, eum huic instar Mæcenatis & Patroni summè de me meriti deligere, vt si improbi quidam sophistæ crassa liuoris & calumniandi insania illud arrodere velint, ipsum iam vestrũ factum discretionis perspicacia, ac iudicii candore feliciter protegatis atq; defendatis. Offero autem V. Amplitudini nouum de Medicina opus & addico, non vero par*

ro partem eius artis vobis consecro, sed totam Medicinam tam Hippocraticam quam Hermeticam, ab artificibus præstantissimisq; sapientibus longo rerum vsu inuentam, nondum tamen hactenus in methodicam formam redactam, id quod me conatum esse, quantum Deus suppeditauit auxilii confido si non præstiti. Sed non est vt V. Amplit. pluribus detineam. Res ipsa se commendabit ipsam. Plena sunt V. A. pulpita præstantissimorum vobis addictorum operum: si iuxta illa huic aliquem concesseritis angulum, satis est. Si quid virtutis inest, id splendebit etiam in tenebris.

Deuotus vero ad V. Ampl. confugio omni submissione & diligentia, petens ac contendens me & studia mea sibi quam commendatissima habeant, & quibus possunt modis (possunt autem quamplurimis) ea adiuuent & promoueant, adeoq; aura fauoris sui ad optatum portum prouehant, meq; in suam Tutelam & seruitium suscipiant. Ego non solum indesinenter ardentibus precibus misericordem Patrem nostrum Deum pro V. Ampl. sanitate, & prosperitate totiusq; status florentissimi salute sollicitabo, verum noctu dieq; in id sedulo incumbam, vt vestris beneficiis me dignum reddam & præstem, mota spei respondeam, omniq; in vita me talem exhibeam, vt vestri vos patrocinii & beneficii nunquam pœnitere debeat.

Qui V. A. se suaq; consecrat
& offert

IOANNES DANIEL MYLIVS
Vetteranus Hassus
Medicinæ Hipp. ac Herm.
Candidatus.

)(3 Lectori

Lectori Salutem.

MVltæ ſane cauſæ ſunt, quæ me impulerunt ad conſcribendum hoc opus Medicochymicum ſeu Baſilicas Medicas, Amice Lector, inprimis verò ſola Chymia magna parte inexculta: Ariſtoteles refert ſuo tempore Dialecticam in exemplis potius quam præceptis hæſiſſe: De Chymia idem ſi pronuncias, nullo modo aberras. Exemplis operationum nullus non ſcatet angulus, ſingularia vbiuis proſtant, & in abditis partim latitant: Catholica ſilent, nec eſt amuſſis ad quam reuocari ſingularitates & iudicari queant. Sed quid? Huic Baſiliſco ſeu malo, auxilium & medicina inuenta per artis legitimum ſyſtema, ſiue Baſilicam, arbitror. Eſt & hoc Compendium, quod manifeſta ſint facta ea, quæ in paucorum ante notitia, & poteſtate latitabant. Non cogeris amplius inquirere & redimere arcana ab impoſtoribus, non magna vi Aurum inutilem aut vmbratilem copioſamq; ſchedulam ab Imperitis impetrare, non ſolicite rogare, non omnes Deos Deasq; de non manifeſtando adiurare, omnia patebunt tibi ipſi: non ignoramus, etiã præſtantiſſ. probatosq; authores occultandi ſua inuenta & arcendi improbitatem cauſa, variis monſtroſisq; nominibus ſua ſecreta appellaſſe: Verum hoc velim tibi perſuadeas, concordem conſtantemq; ipſorum ſemper fuiſſe mentem, quam non dictio fallax, ſed rerum concurſus & experientia aperuit: Non eſt vt hos Impoſtorum ſimiles facias; Multi enim ſapientum & plerique omnes vnanimiter, verbis occultis, filiis ſapientiæ ſolum apertis, res ſuas manifeſtarunt; vti patet ex Baſilica noſtra Philoſophica. Sed non hic opus eſſe verboſo patrocinio, iudico: Quædam ſaltem mihi in hoc nouo, & fere vltra Fidem Audace conatu es admonendus.

Negabunt multi, atque inficiabuntur, me artem integram dare potuiſſe, quod fieri non queat, vt occulta illa de Philoſophorum lapide, & reliquis arcanis decreta mihi innotuerint, cum conſtet neminem, niſi Deo per oracula docente, Magiſtrisve coram monſtrantibus, ad Myſteria illa peruenire poſſe. Non quidem eſt vt Dei potentiam noſtro æuo contractiorem putemus & iniquiorem quam vetuſto, cũ beneficiis maioribus fecem mundi beauerit, quam florem: ſed vtut non aſſecutus iudicor, quod ſenſerunt ipſi, non tamen locum caputque artis, quod ei tractationi debetur, ignorare Methodus ſiuit. Mihi quidem (liceat enim parumper apud te ſtulto eſſe) ſatis euidens apparet Philoſophorum dictio, & proceſſus: ſi tu eum non intelligis, id tibi, non mihi, aut Philoſopho imputa & tuæ inſcitiæ, ſed ob id etiam de arte non deſpera, nec eam im-

am imperfectionis argue. Sunt equidem non pauca, quæ requirunt perfectum atque experientissimum Magistrum, quo minus à Tyrone conficiantur, ob id non sperandum aut ex arte profligandum; sin hac parte non fit feliciter successus, non vt multum impendas sudoris, sunt etenim alia & plura, in quibus facies periculum & operæ pretium; Neque etiam illotis manibus in nostram artem irruas, rogo, nec, si non ex templo Vulcanus ad nutum tuum arridet aut respondet, me fraudis accuses; nam nulli Tyroni tam felix est ingenium, vt primo intuitu seu prima aggressione omnia teneat firma aut inueniat rata; Nam sapientes in labore errarunt, vnde coacti opus de nouo redintegrare, vti patet in Basilica nostra philosophica. Discendum experiendumq; sæpius est, ne autem fiat cū naufragio & detrimento facultatū, tu Deum inprimis consule, deinde in paucis specta naturam, sic artem experieris. Stulti enim sunt qui magnos sumptus profundunt & impendunt, in re sibi nondū perspecta & penitus incognita, hinc enim fit vt magisteria ab Imperitis damnentur & dicterium commune, verum: ars nullam habet osorem nisi ignorantem. Non deerunt sane, qui me nec veterum arcana cognouisse diuulgabunt, sed sua clamabunt, ac sibi mirifice de his gratulabuntur: Verum tu, Amantissime Lector, pro certo scito, me tam lynceum nunquam esse voluisse, nec tam furtiuum, vt aliorum scrinia perspicerem, & ipsis inuitis euolare, aut rapere præparationes tacitas concupiscerem. Quando ita volunt, sua arcana retineant, modo sciant, solem non obscuratum iri, nec peius victurum Mundum, etiamsi nec ipsi, nec arcana ipsorum unquam in lucem proreperent. Si vtamur fruamur præsentibus, quæ manifesta sunt per viros bonos Deo instigante facta, sat commode æuum quod superest, transigemus. Ad quid proderit, si tunc illa mysteria atque arcana primum inveniantur, cum mundus conflagrabit? cum authores vel potius occultatores inter serpentes putrefient? Adcone iniqui sunt societati humanæ? Tam ne monstrosi partus, & prodigia abortusque naturæ, vt qua prognati sunt, eam celebrare, iuuareque nolint? Tamne inuident Diuinæ gloriæ, vt quod ipsis datum est, nolint concessum pluribus? male vtentur, inquient, ingrati. At tu bene vtere, nec sepeli. Non occultandum ideo vinum & aurum erat, quia pleriq; abusuri istis. Nec etiam dubito quin aliqui in aduersam partem erunt inclinantes, qui turpe iudicabunt arcana quædam publicari tam manifestis verbis, & Philosophos imitandum esse, qui rem manifestam nominibus, modoq; docendi occultarunt: filiisq; doctrinæ reliquerunt: aduersus hos mihi non opus responsione iudico. Mihi enim nihil est arcani, si quid est, Deus per artifices sapientes ac præstantes disciplinam & experientiam patefecit. Monstrosa nomina, plurium errorem pariunt lernam, præsertim in

tim in

Eum in indagatione seu inuestigatione dubiorum quare ea, vbi consultum fuit, sapientia tanta, quanta potuerimus, omisimus, sed his, qui disciplinæ Chymicæ morem non callent, omnia dicuntur occulta, etiamsi manifestis notis atque signis exponantur, verum intelligentiæ filiis satis. Nec vereor, futuros quosdam, qui mea à me Experimenta requirent, & non aliorum artificũ, quoniam horum libri pleni & plurimi: Confiteor sanè me meam artem non docere, sed artem chymicam vsu artificum antiquorum sapientum comprobatam excultamque, dispono, & Dei auxilio, quantum ille vult expono: Meam expositionem methodicam traditionem, modumque docendi esse, sat est ac sufficienter. Scito tamen, Lector Beneuolentiss. etiam me aliquid studii in chymicis posuisse, & si opus ac necessitas requisiuerit, ostendam tibi me quoque posse destillare Elementum mineralium, & ne quid dicã de aqua in ignem mutando: Addidi etiam multa exigua mea experientia comprobata, quæ quamuis non habeant appositum nomen, attamen ea tibi dono publico donata sunto.

Neque etiam refugio iudicia ingenua de laboribus meis, si aliqui sunt liberali ingenio nati ac boni, qui me in aliquibus deficere videbunt, ipsi edant meliora; nec etiam pertinax ero in defendendis erratis; Discam à quouis legitimo monitore. Videbuntur etiam aliquibus notæ meæ exemplis authorum appositæ Inconcinnæ, videantur sane & stultæ: Mirum est in tantis tenebris impingere? Quorum sententia melior erit, iis cedet mea.

Methodi ratio, Tituli Diuisio item Definitiones, ingeniis spinosis oblectamenta parient mirifica: Facile est reprehendere, meliora dare difficile: Illud vel stultis licet, hoc sapientibus. Erit mihi sapiens, qui meliora exhibebit: Forsan Fraternitas Rosæ crucis? si Diis placet intra centum annos; Ramisticas argutias ineptiasque nugas quas ineptiunt hodie multi, ad Cynosarges abire iubeo: sed non omnia possunt anteuerti impedimenta: si quid dubitabitur vel obliuione tradetur, id in 3. Tract. Basil. Philosophicæ sat abunde, coadiuuante Deo Opt. Maximo declarabitur. Hisce tu Lector benigne Viue & Vale.

PRÆFATIO IN TRACTATUM PRIMUM BASILICÆ MEDICÆ.

NUlla pars Philosophiæ cognitu pulchrior, & homine magis digna existit, quam sui ipsius cognitio, & probe cogniti despectio. Ex ea enim mens humana, quæ Dei imago est, cœlestem fabricam naturæ, & Originis suæ admirandum in se conspicit mundum. In sacris extat Gen. 1. Faciamus hominē ad Imaginem & similitudinē nostram. Gen. 9. Ad Imaginem quippe factus est homo. Psal. 8. Minuisti eum paulò minus ab Angelis. Sap. 2. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad Imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Nazianzenus de hominis opificio ait: Homo à Deo post reliqua factus, vt Deus in ipso exprimeret, sub breui quodam compendio quicquid diffuse antea fecerat, omnia videlicet membra totius mundi sapientissimus opifex, inquit, Philosoph⁹ hanc vniuersam pulcherrimamq; rerum omnium compagem propter hominem condidit, homo autem propter Deum factus est: Homo itaque est istius totius vniuersi incola, vt & illud & se cognoscat, Deumque perpetuis laudibus deprædicet. Ad quam sane Diuinitatis legem omnes, quotquot ab Adamo in hanc scenam diuersis actibus seculorum producti sumus, non docti sed facti, non instituti sed imbuti meritò videmur. Quid est in Republica quæso corporis humani quod non sparsim in maiore illa totius vniuersi dispositione repositum elucescat, quid est in mirabili structura mundi, quod homo in Ergastulo suo non circumferat? ex nihilo enim omnia, & ex

Lactant. Firm. lib. 2. c. 13. Diuin. Instit. ait: Cum ergo marem ad similitudinem suam primum finxisset, tum etiam fœminam configurauit ad ipsius hominis effigiem, vt duo inter se permixti sexus, propagare sobolem possent, & omnem terram multitudine opplere. In ipsius autem hominis fictione, illarum duarum materiarum, quas inter se diximus esse contrarias, ignis & aquæ conclusit, præfecitque rationem. Ficto enim corpore, spirauit ei animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis, vt ipsius mundi ex contrarijs constantis Elementis similitudinem gereret. Constat enim ex anima & corpore, id est, quasi è cælo & terra, quandoquidem anima, qua viuimus, velut è cælo oritur à Deo: Corpus è terra, quod è limo diximus esse formatum.

 omnibus

omnibus homo, vltimum videlicet diuinæ creationis Tecanurgema. Homo complexu suo omnia comprahendit, & ipse gerit omnia in se: Ex quo enim factus est homo, illud in se quoque gerit & continet. E mundo factus est, & mundum in se comprahendit, & à Mundo comprahenditur. Magnus itaque mundus cum mundo paruo arctissimo vnitatis & necessitatis vinculo conspirat, vnde sapientissima antiquitas perspicaci consilio hominem appellauit microcosmum (paruum mundum) longe sane alia & diuiniori interpretatione, quam à multis hodie, crassa admodum & ignaua negligentia pensitatis veterum & antiquorum sapientum mysterijs, fieri videmus. Inter sapientes Philosophos iunior quidam sic ait: sicuti summa Philosophia est animum illustrans seipsum recte nosse, ita extrema turpitudo atque morbus animi pestilentissimus se ipsum ignorare. Huic cor respondet Hermes Trismegistus Philosophorum antiquissimus: Ignorantia ait ad filium Tatium, est maximus hostis & primarius vltor intra vnumquemque. Doctissimus ille Fernelius ait: Rerum omnium quæ naturæ lege imperioque continentur princeps homo, etsi diuinorum caducorumque particeps, amborum societate gaudet, excelsiorum tamen ardenti desiderio inflammatus, parcè ea sequi debet, quæ sordida, vilia atque abiecta persequitur impetus beluarum. Id execrandum profecto & detestabile videtur, si quam sui partem suscepit homo cœlestem atque diuinam, sic eam aut turpitudine vitiorum, contaminari aut blanditijs voluptatum irretiri, aut mortalium cura atque solicitudine obrui sinat: aut oppressa nequeat aliquando recreare sese & altius extollere. Qui enim eum vitæ cursum tenent, vt Solis sensuum blandimentis illaqueati ferantur nihilo mutis animantibus, videntur præstantiores: quoniam & bestiæ necessaria vitæ præsidia inquirunt & parant, summaque tum sui tum prolis cura ipsis inest, vti & voluptatum. Sed quid sacra inquiunt? Væ tibi homo qui negligis immensum patrimonium & Talentum ac depositum tibi commissum Thesaurum, seu in vase fictili reconditum, & effodiendum non animaduertis: Non vides Deum in temetipso, quem mundus non videt nec recipere potest, licet nobis intimior sit, quam nos nobismet ipsis sumus, siquidem in medio cordium nostrorum Dei spiritus habitat. D. Augustinus ait: Deus nuspiam vult habitare, quam in homine vbi est conspicuus. Gregor. lib. 8. Homo ad contemplandum creatorem suum con-

Plinius lib. 8. cap. 27. cerui pastu Dictamni excutiunt corpore sagittas; à Phalangio percussi cancrorum esu

conditus est. Chrysostomus in Matth. Omnem creaturam sensibilem Deus armatam & munitam creauit, alios veloci pedum cursu, alios vnguibus, alios pennis, alios cornibus, hominem solum sic disposuit, vt virtus illius sit ipse Deus, & in eo quo inferiorem fecit, in ipso fortiorem esse voluit, vt necessitate infirmitatis coactus, semper necesse habeat Dominum suum requirere. Lactant. Firm. l. de Opificio Dei vel formatione hominis c. 2. Dedit enim homini artifex ille noster ac parens Deus, sensum ac rationem, vt ex eo appareret, nos ab eo esse generatos, qui ipse intelligentia, ipse sensus, ac ratio est.

Addamus de hominis statu sacra: Homo ad imaginem Dei formatur Gen. 1. v. 27. & 5. v. 1. & 9. v. 6. A Deo rectus creatus Eccles. 7. v. 30. è Limo terræ factus Gen. 2. v. 7. 1. Cor. 15. v. 15. 45. collocatur in paradyso voluptatis Gen. 2. v. 8. 15. illic corrumpitur Gen. 3. v. 6. 7. Rom. 5. v. 12. Eius natura corrupta Gen. 6. v. 5. & 8. v. 21. Iob. 15. v. 16. Ierem. 17. v. 9 Matth. 17. v. 11. Ioan. 3. v. 19. Rom. 3. v. 4. & 8. v. 7. Ephes. 2. v. 3. Tit. 2. v. 3. corruptionis eius pœnæ: Gen. 3. v. 17. è paradyso Gen. 3. v. 23. obnoxius Iræ Dei & peccato Psal. 51 v. 6. Ephes. 2. v. 3. natus ad laborem Ioh. 5. v. 7. peccatores Gen. 6. v. 5. & 8. v. 21. 1. Reg. 8. v. 46. Ioh. 14. v 4. Psal. 14. v. 3. & 143. v. 2. Prou. 29. v. 24. Eccles. 7. v. 21. Esa. 53. v. 4. Matt. 19. v. 25. Ioh. 3. v. 6. Rõ. 3. v. 9. &c. & 5. v. 12. & 11. v. 32. Gal. 2. v. 17. & 3. v. 22. Eph. 2. v. 3. 1. Ioh. 1. v. 8. 10. sortis miseræ & infelicis. 2. Sam. 14. v. 14. 1. Paral. 29. v. 15. Iob. 7. v. 1. & 14. v. 1. Psal. 39. v. 6. Vani Iob. 1. v. 21. & 8. v. 9 & 25. v. 6. Ps. 8. v. 5. & 39. v. 6. 9. & 49. v. 18. & 62. v. 10. & 82. v. 7. & 94. v. 20. & 103. v. 14. & 144. v. 4. & 146. v. 3. Eccles. 4. v. 3. & 5. v. 14. Esa. 31. v. 3. & 40. v. 7.

sibi medentur: Lacertæ à serpentibus ictu herba quadam se refouent: Hirundines vexatis pullorum oculis chelidonia succurrunt: Testudo cunilæ pastu vires aduersus serpentes reficit: Mustela in murium venatu Ruta se confirmat: Ciconia Origano: Hedera apri sibi medentur in morbis, item cancrorum esu: Anguis fœniculi succo abijcit exuuium: Draco vernam nauseam Syluestris Lactucæ succo restinguit: Panthera aduersus aconitum, hominis excrementis sibi medentur: Elephas Chamæleonte fronde (nam similis est animanti color) deuorata: Vrsi cum Mandragoræ mala degustauere formicas lambunt: Ceruus venenatis pabulis herba cinaræ resistit: Palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant: Idem faciunt columbæ, Turtures, gallinacei, herba quæ vocatur Helxine: Anates, Anseres, cæteræque aquaticæ, herba siderite: grues & similes, iuncto palustri: coruus occiso chamæleonte qui etiam victori nocet, Lauro infectum virus extinguit: Breuiter nullum est animal, quod non intelligat sua remedia, solus homo nescit, vnde vel corporis vel animi remedia petere debeat.

v.7. & 51.v.8. 12. Ierem.17. v.5. 1.Cor.3.v.20. 1.Tim.6.v.7. Heb.2.v.6. 1.Pet.1.v.24. Morti obnoxij Psal.89.v.49. 1.Sam. 6.v.9. Eccles.3.v.2. 10. & 9.v.3.10.11.Rom.5.v.12.Heb.9.v.27.1.Cor.15.v.15.1.Thess.4.v.15. hominis partes anima & corpus.Mat.10.v.28. 1.Thess.5.v.25. non frustra creatus Psal.89.& 48. Hominum corda in manu Dei. Gen.31. v.24. & 43.v.14. Exod.4.v.21.& 7. v.3. Leuit.26. v.36. Deut.2. v.30. & 28. v.65. Ioh.11.v.20.Iud.9.v.23.1.Sam.10.v.26.& 11.v.16.2.Sam.17.v.14.1.Reg.8. v.58.& 18. v.37. 2. Paral.36.v.32. 1.Esdr.1. v.1.5.& 6.v.22.& 7.v.26. Nehem.7.v.5.Iob.12. v.20.24. Psal.33. v.15. & 105.v.25. & 106. v.44. 46.& 107.v.40. & 119. v.36. Prou.15. v.11.& 16. v. 7. & 21.v.1.Esa.1. v.26. & 7. v.18.& 10.v.15. & 63. v.17.Ierem.24.v.7. Ezech.7. v.26. & 11.v.19. & 12. v.13. Dan.1.v.9, Agg.1.v.14.Mar.11.v.36. Act.2.v.17.47.& 7.v 10.2.Cor. 8.v.16. 2.Thess.2.v.10, Apoc.17.v.17.Hominum corda à Deo probantur. Prou.17.v.3.& 21.v.2. Fide ille purificat Act.15.v.9. Hominis præ reliquis Dei creaturis excellentia Psal. 8. v. 6. Mat.2. v.26. & 12.v.12. Heb.2. v. 7. &c. De hac excellentia & similitudine noster hic erit sermo.

Lucius Aupelius de Deo Socratis. Nihil est Deo similius & gratius, quam vir animo perfecto bonus, qui hominibus cæteris antecellit, quod ipse à Dijs immortalibus distat &c.

Crollius ille Philosophus ait: sicuti Deus est centrum, & circulus omnium à se productorum (vniuersæ siquidem Diuinæ bonitatis opera circularia sunt & perfecta, ad ipsum à quo prodierunt, Sphærice rotata) centrum quod omnia ab ipso manant, & quia omnium rerum essentia omnia etiam penetrat: Circulus autem quod veluti omnicapax tabernaculum omnia concludat ac complectatur: Intra Deum enim omnia, extra quem nihil tam ante productionem, quam post productionem rerum, sublato videlicet hoc mundo visibili. Ita etiam homo ad creatoris sui imitationem, est centrum creaturarum, & circulus omnium earundem. Nam non solum ad ipsum omnia, in mundi machina respiciunt, tanquam ad Ducem & Rectorem, propter quem omnia etiam sunt creata: Verum etiam supra ipsum vt punctũ medium & retinaculum, omnes Sphæræ suos radios, operationes flexus & reflexus & influxus, omnes item creaturæ suas vires effundunt. Circulus verò homo dicitur, quod in se omnes creaturas contineat, & omnia ex summo bono manantia secum reducat ad fontem æternitatis, ex quo originaliter singula fluxerunt, & emanarunt. Hugo

in

in Didaſcal. l. 1. ait: Vide, homo, dicit mundus, quomodo amauit te, qui propter te fecit me, ſeruio tibi, quia factus ſum propter te vt ſeruias illi, qui fecit & me & te: me propter te, & te propter ſe. Si ſentis beneficium redde debitum: ſi accipis benignitatem, redde charitatem.

Lactantius Firmianus l. de opificio Dei vel formatione hominis c. 8. Cum igitur ſtatuiſſet Deus, ex omnibus animalibus ſolum hominem facere cæleſtem, cætera vniuerſa terrena, hunc ad cæli contemplationem rigidum erexit, bipedemque conſtituit, ſcilicet vt eadem ſpectaret, vnde illi & origo eſt. Illa verò depreſſit ad terram, vt quia nulla his immortalitatis expectatio eſt, toto corpore in humum proiecto, ventri pabuloque ſeruirent. Hominis itaque ſolius recta ratio, & ſublimis ſtatus, & vultus Deo patri communis, ac proximus originem ſuam fictoremque teſtatur.

Thriue. in Apoptheg. 30. Vt chamæleō cutē habet adeo tenuem ac pellucidā, vt omnem eorum quibus vel ipſe inſidet, vel ad ipſum accedunt, imitetur colorem: ſic quoque genius & natura hominis quo eſt ſubtilior, generoſior, eo ad omnē affectionem opportunior.

Stob. lib. 6. de legibus Plato hominem manſuetum animal eſſe dicebat. Quod ſi recta diſciplina, inſtitueretur in manſuetiſſimum & diuinum prorſus animal euadere: ſin verò non ſatis aut non bene eſſet educatus, ferociſſimum omnium quæ in terris naſcuntur animal reddi. Idem ſem. 116. Muſonius quid eſſet homo deſcribens, homo ſolus (inquit) omnium in terra degentium Dei Imago eſt, & ſimiles ei virtutes habet. Nam ne inter Deos quidem præſtantius aliquid cogitari poteſt, quam iuſtitia, fortitudo, temperantia &c. Idem Stob. ſerm. de virtute, Perictio: Pythagor. dicebat, conditum & compoſitum eſſe hominem in hoc, vt contempletur naturæ rerum ipſiuſque ſapientiæ rationem: eidemque laborem eſſe iniunctum comparandi contemplandique rerum quæ extant ſapientiam. Anaxagoras Philoſophus interrogatus, curnam ſe natum arbitraretur? Reſpondit, Cæli ac Solis videndi cauſa. Quam quidem vocem à ſapientibus ſumma exceptum admiratione, riſu proſequitur Lactantius (lib. 3. inſtit. cap. 9.) exiſtimans, neſcientem quid reſponderet, in hæc prorupiſſe. Ego verò contra contenderim, non temere effuſam. Si quis enim exacte penſarit rem totam, comperiet liquido, Deitatis maieſtatem in perenni ac vitali luce eluceſcere, ad quam celebrandam facti natique ſumus, vt videatur hominem Deus quaſi porrecta manu alleuatum ex humo, ad contemplationem ſui operis, quo nihil pulcrius, excitaſſe.

 Sed

Laert.lib.6. Diogenes quoties considerabat in hominum vita ciuitatum gubernatores, Medicos aut Philosophos, nullum animal dicebat esse homine sapientius. Idem contemplans somniorum interpretes, coniectores, diuinos, & huius generis cæteros, aut qui gloria diuitijsque seruirent: aiebat, sibi nihil homine videri stultius. Indicans hominis ingenium ad res optimas accommodum si exerceatur, sin ad vitia degeneret, longe esse infra mutas pecudes.

Sed quid? In rei veritate, toto vitæ curriculo nil aliud discere possumus, quam diuinum illud sapientum ac Philosophorum, è cœlo delapsum Γνῶθι σεαυτόν: Philosophus ergo sapiens pie & docte dissérit veram viam (secundū Apollinis Delphici oraculum præ forib⁹ eius templi scriptum) ad veram sapientiam, perpetuamque Beatitudinem consequendam, si teipsum cognoueris, quia est in homine omnium rerum, naturarumque vera & realis possessio: Insuper vel ipsius omnium creatoris peculiaris perfectaque Imago: Ideo oportere omnium rerum ac naturarum ipsiusque creatoris cognitionem (in qua solum vera sapientia Beatitudo consistit) à se ipso primum exordiri: sic quod homo intelligens seipsum, in se ipso, tanquam in quodam Deifico speculo intueatur, intelligitque omnia, quo nomine Dauid Psalm. 139. dicit, Domine mirabilis est facta tua scientia ex me: è contra qui seipsum ignorauerit, nullam rerum veram, intrinsecamque ac essentialem cognitionem habere possit, sed similis brutis animantibus, quicquid extra se cognoscit, extra se permanebit: Nulla enim cognitio siue è cœlo influxa, siue ingenij labore terrenaque diligentia acquisita, perpetuo manebit in anima, sed obliuioni subiecta transibit, nisi sola illa, quæ in abdito intellectu essentiali cognitione intrinsecus recepta est: Ipsa autem essentialis intrinseca cognitio non est ex carne & sanguine, neque in multitudine librorum & lectionis, nec in pluralitate experientiæ & antiquitate dierum, nec in persuasionibus humani verbi, & contentione rationis, sed in ipsa passione Diuinorum, non in discendo, sed in patiendo Diuina, hominis mens perficitur. Totum situm est in cognitione, quia sumus ex omnibus & omnia in nobis portamus, non aliter vt ipse Deus Pater noster. Ioh. 4.

Philoso-

1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & Imaginem cœlestis.

Philoſophus quidam interrogatus, quando Philoſophari cœpiſſet? Reſpondit, quando cœpi meipſum noſſe. Hinc homo ſeipſum non cognoſcens, rapitur cœco amore ſui, quæ dicitur φιλαυτία, de qua Auguſtinus ſic infert: Amare ſe, eſt amare latronem morte condemnatum: Et ſi perditur homo, amando ſe, profecto invenitur negando ſe. Idem alibi: Homo ſi te videres, tibi diſpliceres: nunc autem quia te non vides, tibi places, & mihi diſplices.

Homo qui Deum ignorat, à Deo ignoratur, & qui relinquit Dei notitiam, à Deo relinquitur. Ignorantia autem Dei, omnium malorum fons, omnium ſcelerum radix eſt, per quam omnia vitia conualeſcunt & augentur: ſicuti è contra è probitate & innocentia, omnium rerum cognoſcere & amare principium ipſum, omnium creatorem Deum, ſumma pietas, ſumma iuſtitia, ſumma ſapientia, ſummaque hominis felicitas eſt: Sed placet hic tantum de microcoſmo loqui in ſecunda Præfatione tract. noſtri 2. Diuina annuente gratia de Creatore & Saluatore noſtro Ieſu Chriſti. Item tertia perſona Deitatis ſermonem noſtrum continuabimus: redibimus hic itaque ad priora: Homo ſeipſum intelligens in ſeipſo, tanquam in quodam Deifico ſpeculo intuetur atque intelligit omnia: per hoc Diuinam beatitudinem ac ſapientiam haurire ac conſequi datum eſt, nobis enim probe cognitis in vtroque lumine, ſecundum ſpiritum & naturam ope Diuina ianuam apertam in nobis intramus, & ante oſtium cordis pulſanti Deo aperimus, viuenteſque ſecundum Dei voluntatem, omnia habemus neceſſaria, ad præſentem & æternam tam ſapientiam quam vitam. Non enim fruſtra

1. Cor. 4. Licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur: Tamen is, qui Intus eſt, renouatur de die in diem.

Coloſſ. 3. Nunc autem deponẽtes vos omnia, Iram, Indignationem, Malitiam, blaſphemiam Turpem ſermonem de Ore veſtro. Nolite mentiri inuicem: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & inducentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem Dei ſecundum Imaginem eius, qui creauit illum.

Epheſ. 4. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: Si tamen illum audiſtis, & in ipſo docti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu. Deponite ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in Iuſtitia & ſanctitate veritatis.

frustra Christus quærere iubet, nisi à Deo dati ac depositi essent Thesauri cælestis ac terrenæ sapientiæ in nobis absconditi. Ex sui contemplatione & sedula cognitione, oritur immediate vera Dei cognitio (neutra enim sine altera exacta & absoluta esse potest.) & potest homo bonam, magnamq, partem cognitionis eius, qui est, ex sui ipsius consideratione venari, siquidem omnes ad Dei cognitionem, pro data capacitatis gratia obligamur. Dionysius ait: Nos Deum non ex ipsius natura cognoscere posse, sed ex creaturarum omnium ordinatissima dispositione ab ipso producta, vt imagines quasdam ac similitudines diuinorum ipsius exemplarium præ se ferentes. Si quęratur, quodnam omniũ difficilimum? Respondet vnus ex Philosophis, seipsum nosse. Homo enim abyssus sibi est qui perscrutari nequit vnquam. Nõ enim solus oculus alia intuens, seipse non cernit: sed etiam mens nostra acute aliena errata videns, ad se & suorum cognitionem tarda est. Is autem maxime se nouit, qui se nihil esse reputat. August. lib. 10. Confess. ait: Eunt homines mirari alta montiũ, ingentes fluctus maris, altissimos lapsus fluminum, Oceani ambitum, & gyros syderum, & relinquunt seipsos nec mirantur. Et alibi: Quoniam dictum est vt cognoscam meipsum, sustinere non possum, vt me habeam incognitum. Barbarus quidam interrogatus, quid in hac quasi mundana scena maxime putaret admirabile? Hominem, respondit, omnem plane admirationis captum excedere. Fauorinus dicebat, nihil in terra magnum præter hominem, nihil in homine præter mentem. Si eò vsque scandis cælum transcendis. Corpus si despicis, moxque cælum suscipis, muscam te vides, & musca quid minus. Annon magna & admirabilis maxime, in eo

Bernhardus super Cantic. serm. 35. Homo cum in honore esset non intellexit. In quo honore? Habitabat in Paradiso, & in loco voluptatis cõuersatio eius: nihil molestiæ nec indigentiæ sentiebat, odoriferis stipatus malis, fulcitus floribus, gloria & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris. Magis autem ob insigne diuinæ similitudinis præcellebat, & erat illi sors, & societas cum plebe Angelorum, & cum omni militia cælestis exercitus. Sed mutauit istam gloriam in similitudinem vituli comedentis fœnum. Heu tristis & lachrymosa mutatio; Vt homo paradisi Accola, Terræ Dominus, cœli ciuis, domesticus Domini Sabaoth, frater beatorum spirituum & cælestium virtutum cohæres, repentina se conuersione inuenit, & propter infirmitatem iacentem in stabulo, & propter pecorinam similitudinem indigentem fœno, & propter indomitam feritatem alligatum præsepio, sicut scriptum est: in chamo & fræno maxillas eorum constringe, &c. vide hominem prius quatuor virtutibus amictum: quid huic deerat, quem misericordia custodiebat, veritas docebat, iustitia regebat, pax fouebat.

in eo Dei potentia summumque artificium elucet, quod in tot hominum millibus vix vnquam vnus alium exprimit. Quemadmodum autem mirabili naturæ consilio (canit poeta: Pers. Sat. 5. Mille hominum species, & rerum discolor vsus; sic etiam velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Ovid. 1. Metamorph.

Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Et post:

Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum:
Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; tueri
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Porro si quæstionem instituamus cur itaque operum Dei vltimum sit homo, vti extat Genes. 1. Huius multæ sunt causæ & præcipue tales. Primo enim Deus sic monstrat nobis ordinem quem obseruarit, atq; etiamnum in natura obseruet, vt ab imperfecto ad perfectum progressus fiat. Condiderat prius inanima, materiam primam, lucem, cælos, diem ac noctem, maria, fruct9, arbores, Solem, Lunam, Stellas, Signa, Aquatilia, volatilia, terrestria &c. Denique hominem. Mirum igitur esse non debet, quod homo perfectissimus omnium conditus est ad extremum, cum & corporis & animi dignitate omnia antecellat animalia. Secundo, voluit, vt homo μικρόκοσμος esset, in quo summatim & cælestia & terrestria omnia, tanquam in parua mappa depicta, continerentur: Idcirco prius oportuit totum mundum fabricari, ante quam eius summa in homine describeretur. Tertio conditurus Deus hominem animo & corpore constantem, quæ ad vtriusque felicitatem pertinebant, voluit præparare, prius quam conderet ipse. Ad animæ felicitatem pertinebant cœli eorumque ornatus, quem contemplaretur: rerum enim cœlestium contemplatione mirifice afficitur humana mens, & in cognitionem etiam opificis, inq, eius amorem adducitur facilius: reliqua omnia ad corporis beatitatem pertinebant, quæ nimium infra cælos sunt, & quæ illi ad fruendum tradita esse videmus. Quartò, quid? quod prius etiam oportuit domum

totam exædificari, rebusq; necessarijs instrui, ac tum demum inhabitatorem induci &c.

Veterum ac sapientum regulæ homini quotidie perpendendæ hæ sunt. 1. Memento homo vnde sis ortus. 2. Quid sis. Homo tanquam gramen exarescit. 3. A quo & per quem sic creatus. 4. Quo prolapsus. 5. A quo, quomodo, cur redemtus. 6. Quid tibi minetur, qui potest perdere. 7. Quid promittat, qui potest saluare. 8. Quid à te Deus exigat, & quomodo id sit præstandum. 9. Quam fragilis sit caro, quam fragilis mundus. 10. Quam πολύτεχνος, præsens, potens, inuidus, & ad perdendum indefessus hostis satan. 11. Quam breue tempus huius vitæ. 12. Quam citò & terribiliter mundus sit periturus. 13. Quam longa æternitas. 14. Quam stupenda & subita rerum omnium in extremo die permutatio. 15. Quam intollerabilis futura Ira Dei. 16. Quam intolerabilia gehennæ tormina. 17. Quam gloriosum Christi & Christianorum regnum. 18. Quam seriò verbum Dei peccatis suis indormientes, ad hæc semper meditanda veluti classico excitet.

Annon sapiens antiquitas his regulis perplexe videtur inclusisse suo originem, vnde homo; Quis sit, à quo & per quem sit factus &c.

Hugo de arc. lib. 2. cap. 3. sic ait de triplici voce omnis creaturæ irrationalis: Omnis creatura tribus vocibus nobis loquitur: Prima vox est, Accipe Beneficium. Secunda: Redde debitum. Tertia: Fuge supplicium. Nam prima vox est Famulantis, qua cœlum dicit: Ministro tibi lucem in die, vt vigiles; tenebras in nocte, vt pauses. Aër dicit:

Si quæratur quonã Elemento suam maximam tum Iram, tum clementiã mundo Deus patefacere voluerit. Est hoc (aquam dico) vere inter opera Dei admirandum, & Diuinum opus. Iram suam ostendit Deus, cum diluuium immisit, eoque scelera mundi grauissime vsus est. Clementiam vero, cum Baptismum in aqua instituit, quo se nobis placatum esse per Christum palam data quasi arrha, testificatur & obsignat. Qua de causa suum quoque spiritum, per quem regeneramur, aquarum nomine in S. literis significare voluit. Quid? Quod ex aquis cœli omnes educti sunt, & aer ipse atque ignis: Aquæ sunt causæ omnium meteororum: transcendunt enim terram aeremque, & ad ignem vsque pertingunt exhalationes ex ipsis eductæ: Inde descendunt, terram irrigant, aerem refrigerant, reficiunt Animalia, vegetant plantas: Ex ijsdem pisces & Aues & Reptiliũ multa genera educta sunt. Non sine stupore, scriptura affirmat, Deum circumuallasse mare, ne erumperet è claustro suo, & dixisse, hucusque venies, & hic quiescent superbi tui fluctus Psal. 104. Iob. 38. & 30.

dicit: Vitalem tibi præbeo flatum,& omne genus auium ad tuum obsequium. Aqua dicit: Potum tibi do, sordes purgo, arentia rigo,& piscium genera præbeo ad tuum vsum. Terra dicit: Ego te porto,pane nutrio,& vino,omnibus generibus fructuum & animalium mensas tuas repleo. Secunda vox est admonentis,qua mundus dicit: Vide homo,quomodo amauit te, qui propter te fecit me; seruio tibi, vt tu seruias illi,qui fecit me & te. Tertia vox est comminantis,qua ignis dicit; à me combureris: Aqua dicit,in me submergeris: Terra & infernus dicunt: à nobis diglutieris propter peccata,si non seruieris. Meditatio sane hæc pio homine non indigna est,cuius generis vetusti patres in suis confessionum,meditationum & soliloquiorum libris habent plurimas commendationes haud dissimiles. In eandem sententiam sanctus ille D. Bernhardus haud abs re à nonnullis mellifiui cognomen adeptus sic ait: Verus Dei amator, quocunq; se vertit, familiarem admonitionẽ sui creatoris habet. Rebus pro speculo vtitur, & à creaturis ad creatorem sic cogitans eleuatur: si ista bona, pulcria & dulcia videntur,quæ creata cum tempore mutantur? quid bonitatis,quid pulchritudinis & dulcedinis habebit author eorum Deus?

Quæritur porro num ex omnibus creaturis nostra opinione vel fœdissimis vel minimis,possimus quærere aliquam vtilitatem? Multam certè. Quidam dicebat,se in omnibus creaturis agnoscere & habere,vnde Deum laudaret. Ait ad hæc alter quidam: Quomodo in Bufone potes laudare Deum? Respondit ille: Laudo in hoc,quod non fecit me Deus talem, scilicet Turpem & Venenatum sicut Bufones. Quoniam autem omne præclarum facti decus, crebra memoria in seipso reuirescit,vt ait Val.Max.lib.4. cap.8. Exstat de quodã Bubulco exemplum,qui cum humi conspexisset Bufonem, (in histor. Ecclesi.) subito exclamare & eiulare cœpit: cumque duo Episcopi, qui tum forte hac iter faciebant, eum interrogarent,cur ita Lachrymis indulgeret? Respondit; se illius Bufonis conspectu, suæ erga Deum ingratitudinis commonefactum,ꝙ nunquã in vita pro beneficio creationis Deo egisset gratias: Illud adijciens: Cum enim in potestate Dei fuerit me aut hominẽ,aut tam terrum aut venenatum animal creare, maluit tamen immensa bonitate, me ad Imaginem suam condere. Hæc iam primũ cogitans,cœpi exsecrari meam ingratitudinem,veris lachrymis & gemitu cordis,& in posterũ promitto maiore studio me Deo gratias

acturum pro summis ipsius beneficijs. Hoc tam pio Bubulci responso obstupefacti Episcopi, sese mutuo contuentes, mirari satis hanc hominis indocti vocem non poterant. Tanta sapientia sub quam sordido latuit pallio: sic sæpe etiam holitor valde opportuna locutus &c.

Bernhard. de considerat. vilitatis humanæ.

Quo diuinum illud γνῶθι σεαυτὸν & hominis cum mundo similitudinẽ ac pene identitatem pulchrius inducamus, & accurata consideremus delineatione, calamum tabulæ huic aliquantulum adhuc admouebimus, inque hunc, cum Deo, modum.

7. Sunt de essentia hominis, quæ si considerares in æternum nõ peccaret, scilicet materia vilis, operatio turpis, exitus flebilis, status instabilis, dissolutio miserabilis, damnatio detestabilis & consideratio gloriæ ineffabilis. Microcosmi humilitas extat Gen. 2. Iob. 10. Ps. 143. Sap. 7. Eccl. 17. Es 41. Iac. 1.

Quando spiritus totius mundi molem agitat infusus per omnes artus, Æneid. 6. Sic hominis spiritus hominem agitat omnibus suis partibus, vt pleriq; totum in toto, & totum in qualibet parte locarint. Sol & Luna clarissima totius sunt mundi lumina, de quibus Virg. Vos ô clarissima mundi lumina labentem cœlo quæ ducitis annum. Vide Præfat. in 2. Tract. Basilic. nostræ. Sic oculi bini, clarissima lumina, quæ labentem indices ætatem illustrent, profutura nocituraque iudicent. Senescente ætate non minus, quam Sole Lunaque collabentibus, ijsdem occiduis, paulatim vi deficiunt sua &c. Tellus quodammodo viuit, habetque sua spiramenta, inæquales ventorum flatus, tum frigidos tum calidos, tum putri infestâue palude, tum vbere gratoque solo exhalatos. Sic sunt homini spiramenta, sunt anhelitus inæquales item, vt hominis constitutionem certo præmonstrent &c. Terra vapores emittit sursum, in pluuiam vertit, leniterque remittit aër. Sic stomachi cum cerebro idem est fœdus: eo vtrimque rupto, incompositi elati vapores peius ruunt, vt alij terram grandine intempestiuisque imbribus: alij corpus calculo, molesta pituita, dirisq; tumoribus verberent &c. Habet terra latentia occultaq; vitia, quæ inter terræ motus, hiatus, ignes desinunt. Tali modo sunt homini sua morborum genera, quæ in hiatus tabo profluente, quæ in tremorem ac ignes desinere videntur &c. Habet sua ossa terra. Ovid. Magna parens terra est, lapides in corpore terræ Ossa reor dici. Annon quoq; & homo ea habet? quidni vide hoc sequenti libro cap. 6. de ossibus.

Sunt terræ montes vallesque siluis vestitæ. Sic in homine Barba comæque in siluas abeunt, iuga sunt humeriq; manusq;. Quod caput est hominis, terræ est in monte cacumen &c.

Sunt

Vitæ breuitas extat Iob. 8. & 10. & 16. Psalm. 38. & 89 & 101. Eccl. 9. & 12. Sap. 2. Esa. 40. 1. Pet. 1. Microcosmi miseria extat Gen. 3. Iob. 5. & 7. & 14. Eccl. 3. & 5. Sap. 9. Eccl. 40.

Sunt terræ suæ partes siccissimæ: Ita in homine aliæ alijs exsiccatiores, humentiores aliæ &c. Vide Basilicæ Medicæ cap. quintum: Terra habet Maria, sunt fluminum fluxus & refluxus perpetuo ordine: Est homini mare sanguis circa cor in medio hominis &c. Spiritus domini ferebatur super aquas: Annon spiritus hominis in sanguine habitat. Aqua irrigantur semina in terram iacta: sic irrigantur, fouentur, & nutriuntur sanguine concæpti fœtus. Habet terra pontusque sua ocia. Ouid. Ocia terra ferax, otia pontus habet: Habet & homo. Non enim quisquam potest sine intermissione agere. Etenim quod caret alterna requie, durabile non est &c. Annon ex his sapientissimam creatoris videmus Symmetriā: In humano corpore mirabili quadam ratione, quatuor Elementa miscentur: Venæ tanquam fluuij, in extremas vsque partes diffunduntur: tot sunt sensuum Organa, quot sensibiles in mundo naturæ: Nerui, arteriæ, ligamenta innumera, caput singulari quodam priuilegio in cœlum erectum, manus ad omnes operas aptæ promptæque. Qui instrumentum tantum hoc intueatur, vitæ, sensus, motus expers, profecto ad res magnas statuet. At si paulò post hoc idem corpus, vidente tanquam extra se homine, animetur & vitam recipiat? Exserant tunc sese celeres illi toto corpore motus, faciant officium ambæ manus decenter & varie, sensus verò vires procul explicent suas, nec tamen loco moueantur quicquam: Annon qui hæc conspiciat, extra se futurum putas, & quando Analogiam corporis rudi & indigestæ moli anteferebat, tantò etiam vitam, motum, sensum, corpori illi indita, ipsi prælaturum? Quod si verò tandem animatum corpus introspicere possit, vt vno momento ad extrema terræ perferatur, nec tamen locum mutet, vt ad centrum mundi descendat, περιφέρειαν nihilominus superambulet, vt sexcentis simul

In homine, inquit Philosophus, nō solum creatorē ipsum, verum etiā vniuersam creaturam deprǽhendimus. Propterea ad dextrè obeundū mundus, in quo naturæ consultum medicum eminere oportet, eum ad naturam bene mouendam quicquam stabile perpetuumque adhibiturum negatur, nisi probe omnia maioris mundi opera cum minore conferre didicerit: Nisi concatenatam pulcherrimam rerum in superiori inferiorique orbe, inter se conspirantium seriem hauserit, & diuina quadam Analogia perpetuo ordini subiecta ad scopum, quem vnice sibi propositum tuetur, collineare nouerit. Posteaquam maioris mundi œconomiam deductis omnibus rationibus probe perscrutatus fuerit, cœlum & terram, & quæ in ijs continentur, familiaria sibi reddiderit, tandem ad minorem mundum conuersus in eodem omnia illa explorat, quæ antea è totius vniuersi Oceano sparsim collegerat, simili plane & ad amussim mundanam recognita Philosophia gubernans singula, tum ad conseruationem, tum ad restitutionem ipsius facientia. &c.

ſimul locis adſit, vniuerſum abſq; contactu complectatur, orbem perrepat, nec minus comprehendat, cœlum e terra ſuſpiciat, cœlos tamen cœlorum altiſſime prætervehatur; annon cogatur fateri, in corpore maius quid corpore, quin & orbe & vniuerſo ipſo habitare? huc facit illud Ouid. Met. 15.

Mente Deos adijt, & quod natura negauit
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Veruntamen ea ipſa mens, cum in aliqua eſt cogitatione, commeare videtur ad pectus, & quaſi ad ſecretum aliquod penetrale ſecedere, vt conſilium velut è theſauro recondito eliciat & proferat. Ideoque cum intenti ad cogitandum ſumus, & tum mens occupata in altum ſe abdiderit, neq; audire quę circumſonant, neq, videre quę obſtant ſolemus: Res contemplatione annon per quam digna hæc eſt ex his ſane quam perſpicue conſtat miraculorum omnium maximum eſſe hominē, qui & vere Lucerna Dei vocatur prov. 20. v. 27. Annon propter Lucem ei cælitus infuſam, quia id habet in ſe Diuini, vt latentes ſenſus ſuos perſcrutetur, quod Dei proprium eſt. Sirach. ait 37. v. 18. Animus hominis renuntiare interdum plura ſolet, quam ſeptem ſpeculatores, ſedentes in ſublimi ſpecula. Hinc hominis eſt ſapientiſſimi ac generoſiſſimi, mentem corporis inquinamentis obſitam ad rerum ſumma diuina ſapientia præſtabilium, contemplationem totalem erigere: vt quantum vnus inter hæc omnia excellit, perſpiciat, & corporis hiſce compagib⁹ licet implicatus, mentis tamen agitatione fiat originis ſuæ memor & conſors diuinitatis. Ex his ſumma vitæ humanę perfectio, hæc ſummę ſapientiæ Ianua, hæc optima maximeq; Diuina ratio viuendi, qua qui inſignes excelſiq; olim fuerunt, ab antiqua & ſancta ætate, Dij rite ſunt habiti, & vt hodie ampliſſimis honoribus ac gradib⁹ affecti, tum quod alta admirandaq; ſapinntia eſſent admirabiles, tum quod maxima, immortalia fructuoſaque beneficia, non in ſe ſolum ſed & in proximum contuliſſent.

Hinc diuina annuente gratia quibuſdam animus ardens redditus, adque gloriam accenſus inflammatuſq; fuit, vnde varia ſtudiorum ac diſciplinarum genera, quæ partim neceſſitate, partim ſtudio cognoſcendi, ab antiquis inchoata, & ad poſteros tranſlata fuere. Ex ſui ipſius cognitione, quorundam animus ad ſublimiora impulſus, inq; res diuinas acerrime intentus illas quidem ſempiternas, immutabiles ſeparatas,

B. Thom. 1. par. q. 1. art. 10. Theo-

tas, nulloq; ſenſu comprǽhenſas, ſecernens, quoad humana fert fragilitas, hinc Theologia (quæ de Deo & diuinis eſt ſermo) ſeu Deorum (verba ſapientum) prodidit. Quando nonnulli concentum Harmoniacū formamq; eximiam ac pulchritudinem operum naturæ admirati, earumque ſuauitate correpti ac pellecti, quæ corporibus innixæ, mutabiles, mortalesq; ſub ſenſum cadunt: ortus earum cauſasq; magnis ſudoribus ſedulaq; vigilantia perſcrutati, naturalem Philoſophiā condiderunt. Alij medio contemplationis genere ducti, mathematicas diſciplinas erexerunt, illuſtres & demonſtrandi ſubtilitate (de Aſtrorum & Stellarum Regionibus) certiſſimas.

Quidam in hominum moribus conformandis, & recte viuendi inſtituto omne collocarunt ſtudium, ij aditum fecere ad moralem Facultatem, & ad Ciuilem ſeu Oeconomicam, quæ moderatrice ſapientia adminiſtrantur. His rerum geſtarum memoria & antiquitatis commemoratio accedit Hiſtoria: Et Geographia, locorum gentiumque deſcriptio. Ut animi ſenſa exprimeretur locutio, Grammatica inuenta, quæ emendate loquendi ars eſt: Poeſis Numeris adſtricta eſt: Arithmetica in ſubducendis calculis ſubſiſtit: Rhetorica ornate copioſeque dicendi doctrina eſt: Muſicam artem bene canendi vocarunt, & Dialecticam, quæ bene diſſerendi Ratio. Hinc Iuſtitiæ ac Veritatis Fundamentum ipſa Iuriſprudentia tenet. Sic naturæ cognitionem, rationem atque explicationem docebit Phyſica: Ad Ædificiorum Extructionem Architectura inuenta & exculta eſt. Alij innumeri artes ſuas hominū commodis aptant, quales ſunt Aurifices, Fabri, Textores, Sutores, Lanij, Pictores, Coci, Librarij &c. Hinc quidam artes ſuas ad hominum delitias atque voluptatem accommodarunt, verum prorſus ſordidæ, ac minus ingenuæ: Tales ſunt Piſcatores, Venatores, Hiſtriones, Saltatores, Aucupes, Lenones, Tibicines, Gladiatores, Aleatores, Scurræ, & id genus alij.

logia eſt doctrina neceſſaria homini præter ſcientias naturaliter inuentas ab eo. Hugo. O felicia antiquorum tempora! in quibus ipſi Imperatores mundum regentes ſeipſos Philoſophiæ dederunt, vt patuit de Alexandro Magn. de Iulio Cæſare, de Ptolom. Rege. Cuiuslibet enim regni Hæc *gloria creuit in immenſum, quamdiu artium liberalium ſtudia in ipſo floruerunt. Victoria enim militiæ, & gloria, & Philoſophia ſimul creuerunt. Et merito, quia Philoſophia vera docet iuſt & recte regnare. Per me enim reges regnant, ait ſapientia. Cic. lib. 1. offic. Quid eſt per Deos optabilius ſapientia? quid præſtabilius? Quid homine dignius? hanc qui expetunt Philoſophi nominantur, nec quicquam aliud eſt Philoſophia, quam ſtudium ſapientiæ: Sapientia autem eſt rerum diuinarum humanarumque, cauſarumque, quibus eæ res continentur ſcientia.*

Hæc sunt Philosophiæ (matris bonarum artium) studia, hæc cognitæ prudentiæ, artiumque discrimina, summaque disciplinarum genera, quæ tum diuersa mentis agitatio, tum rerum varietas disiunxit. Hoc vero inde scrutari licet, quam sit ars vnaquæque vel disciplina præstantior atque illustrior, quantoque dignitatis splendore aliæ alijs excellentia præluceant, sapientiaque superentur. Deorum cælestiumque animorum actio præstantissima sententijs omnium iudicatur (inquit antiquus Philosophus) & quod in rerum optimarum contemplationem penitus incumbat, Beluarum vero (vitæ necessitati inseruiens, voluptatibusque suffocata) vilis ac obscæna. Hæc ad humanas si transferimus actiones nobilissima summeque liberalis & ingenua videbitur hominis microcosmi contemplatio, omneque genus Philosophiæ præclarum: è contra illiberalis & sordida omnis opificum industria, quorum labor & opus, ardua vis animi non censeatur. Ars autem inter hæc consedit, quæ suo genere, tanto digniore quæque loco ponetur, quanto animum sublimiore contemplatione præter cæteras excolit, per quam intelligentiores sapientioresque sumus ac meremur appellari: idque maxime si illa non odium, hominumque offensionem (inprimis Deum) affectet, sed haud mediocriter frugifera sit & fructuosa, cum alijs omnibus tum ipsi quoque artifici. Artes singulæ nomen suum sortiuntur à virtute, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς inde & veteres artem pro virtute appellarunt, hinc excludimus obscœnas & viles, & meritò, quia, quod non fit secundum virtutem, recte se non habet, secundum mentem Philosophorum.

Quænam igitur inter artes videbitur principatum ac prædominium obtinere, cuius adminiculo vitam possimus agere beatam, diuinam, piam ac tranquillam: Nazianzenus dicit: Absque vlla dubitatione, cgnitio naturæ ac partium eius, est Dux ad agnitionem opificis Dei, ostendens eius sapientiam, potentiam ac bonitatem, simulque ad admirationem ac prædicationem illius, tanquam tacitus præco nos inuitans. Quid ait diuus Apostolus Paulus? tam prope adesse Deum, pene

Luc. Apul. de dogmate Platonis: Consideranti mihi sæpe alias virtutes: Indagatrix, expultrixque vitiorum, diuinarum particeps rerum Philosophia videbatur, & num maxime cum naturæ increpatione cum remotarum ab oculis rerũ inuestigationem sibi vendicet. Nam cum cæteri magnitudine rei territi, eiusmodi laborẽ arduum & profundum existimarent, sola Philosophia suum non despexit ingenium, nec indignam se existimauit, cui diuinarum humanarumque rerum disceptatio deferatur. Quid enim mundo præstantius? Lauda quam putas speciem, portio à te laudabitur mundi.

Aristot. lib. 6. metaphys. Philosophus siue sapiens natura iter est virtuosus, secundum omnes species virtutum moralium, quæ sunt: iustitia, castitas, liberalitas & similia.

pene vt manibus prehendi & contrectari possit. Demonstrant sane hæc expressa vestigia atque indicia Diuinitatis in natura extare, quæ tantam demonstrant & docent viam, vt rerum naturam inquiramus eamque sequamur ducem ad agnitionem Dei, confirmandamque in animis religionem. Plato in Phœdr. dicit: Naturæ scientiam pernecessariam esse illi, qui cupit euadere dissertus. Crollius dicit: Solam veram sapientiam ac Beatitudinem consistere in cognitione creatoris ac naturæ. Cicer. dicit eos Philosophos esse iustos, qui in inquirenda rerũ natura studium ponant omissis alijs vitę ac ciuitatum negotijs. Arist. 7. Ethic. cap. 14. ait: Πάντα φύσει ἔχει τι θεῖον. Marco Tullio sola naturæ cognitio contemplatioque arridet. Menander canit:

Ἡ δοῦσα πάντα, καὶ κομίζεται φύσις.
Quæ dat omnia & colligit natura
Ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ.
Natura omnibus Doctrinis imperat
Ἡ φύσις ἑκάστου γὰρ γένους ἐστὶν πατρίς.
Natura vniuscuiusque enim generis est patria.

Bernh. in Cantic. Serm. 81. ait: Naturæ industria nunquam in nobis dormitet, grande profecto in nobis donum natura ipsa est. Boeth. de consl. lib. 3. Dat cuique natura quod conuenit: & ne (dum manere possunt) intereant, laborat. Hugo ait: Natura creatrix est quædam vis & potentia diuinitus rebus insita, alia ex alijs in suo genere producens. Cassiod. Epist. 38. lib. 4. Repugnante natura quælibet cedit industria. B. Thom. 1. part. q. 29. art. 1. Natura facit omnia nasci. Zeno lib. 2. de nat. Deorum naturam definit, ignem artificiosum, ad gignendum progredientem via. Horat. in arte Poet.

Tu nihil invita dices, facies que minerua.
Format enim natura nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, iuuat, aut impellit ad iram &c.

D. Basilius: Natura nihil patitur imperfectum. Philo: Iud. in lib. de Cherubim: Quemadmodum omnis aqua suapte natura quieta est, quoties secundus ventus à puppi adspirat, omni rudente modo, plenis

Omnes natura duce vehimur 1. de nat. deor. ***homo naturæ obediens, homini nocere non potest. 3. offic.*** *Naturam Ducem si sequamur, nunquam aberrabimus. offic.* ***Omnia quæ secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis Cato maior. Idem ille: Nihil est aliud gigantium more pugnare cũ Dijs, quam naturæ repugnare. Si tales nos natura genuisset, vt eam ipsam intueri & perspicere, eaque optima duce cursum vitæ conficere possemus: haud erat sane quod quisquam rationem ac doctrinam requireret, cum natura sufficeret. Nunc vero nobis dedit paruulos igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque deprauatis sic restinguimus, vt nusquã naturæ lumẽ appareat. Sunt n. ingenijs nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatã vitam natura perduceret. 3. Tusc***

velis naues in portum inferuntur: quoties autem repente aduersus à prora incumbit, multam iactationem ac strepitum excitat, interdum etiam subuertit nauigium: & tamen innoxio mari crimen hoc ingeritur, cum satis appareat, remissione vehementiaque ventorum aut fluctus aut tranquillitatem fieri: Ita natura quæ rationem auxiliatricem habet, quieta quidem per se, eumque fœlicem merito reddit, qui contra omnes Impp. potest bene vti.

Laert. lib. 5. c. 1. Aristoteles tria ad solidam parandam sapientiam præcipue necessaria esse dicebat, naturam, doctrinam, & exercitationem. Inuita enim minerua, & ingenio refragante, frustra etiã in minimis laborabis.

Senec. de benefic. Tenenda est via, quam natura præscripsit, nec ab illa declinandum: Illam sequentibus, omnia facilia & expedita sunt: Contra illam viuentibus non alia vita est, quam contra aquam nauigantibus. Idem dicit insita sunt omnium artium nobis semina, magisterque ex occulto Deus producit. Ingenia, natura, inquit hoc mihi præstat, non intelligis te, cum dicis, mutare nomen Deo. Quid enim est aliud natura quam Deus, & Diuina ratio, toti mundo, partibusque eius inserta? Ergo nihil agis, ingratissime mortalium, qui te negas Deo debere, sed naturæ: quia nihil natura sine Deo est, nec Deus sine natura: sed idem est vterque nec distant officio. Plutarchus in moralibus: Qui de natura quæritur, quod quædam genuerit Homini noxia, dissimulans tot bonis, perinde facit ac si quis Nilum calumnietur alioqui frugiferum Ægypto, quod Crocodilum habeat, aut aspidem: nec postea velit frui prognatis frugibus, sed tantum quæratur de venenis, quæ nutrit. Aut si quis in copiosa oratoris oratione, quæ multis exuberet virtutibus, de pauculis voculis temere elapsis cauilletur.

Natura nihil facit temere Scal. Exerc. 77. sec. 5. Natura facit quod optimum Scal. Exercit. 249. sect. 2.

Verum enimverò, si omnes omnium artium commoditates, Facultates, atque copias dispiciamus, nihil Medicina (quæ Dei ac naturæ ministra) optabilius, præstantius, nihil hominum generi datum præstabilius atque iucundius. Si enim vita cunctis mortalibus charissima, si Lux ea cum primis expetenda, in qua viuimus, spiramus, & iucunda consuetudine inter nos coniungimur, si ea primum est præstantissimum munus animantibus attributum; Ars quæ illam seruat, continet ac tuetur, quo pacto non sit omnium præstantissima? Quid ea potest homini magis in votis esse, quæ infestissimos humani generis hostes, morbos (inquam) & aduersam valetudinem propulsat: vt cor-

Naturæ scientia omni Medico necessaria Hippo. de veteri Medicina. Ea est corporum sapientissima. Hippo. de arte.

vt corporis firma constitutione, nullæ opes, nullæ fortunæ ampliores, sic imbecilla & labante illa nihil laboriosius, nihil calamitosius.

Hoc Antiquissimorum Philosophorum studium, à Lumine naturæ singulari Dei inspiratione datum, admirandam & infinitam Creatoris nostri potentiam, incomprehensibilemque demonstrat sapientiam, omnibus creaturis communicatam, omnium etiam mysteriorum ineffabilium omnipotentem infinitatem prædicat.

Annon Medicina cæli demonstrat matrimonium cum his inferioribus, ordinemque ac seriem Diuinæ prouidentiæ rerumque omnium quæ in tota vniuersitate consistunt, gradaria, concatenatamque sympathiam decantat: Hæc societatem & vicissitudinem superiorum & inferiorum mutuo inter se fouentium docet. Hinc inde Annuli Platonici, & Catena Homerica, naturæ abstrusa in intimis, Philosophia clara luce aperta.

In hac elucet maxima Concordantia & cognatio cum cœlesti Astronomia, quod illa Parens Magistra ac Domina superiorum, hæc verò inferiorum ratio, veraque Imago existat. Sic natura hominis nihil aliud est, quam sui ipsius Medicus & Medicina, morbum morbique originem ostendens: Hinc Crollius dicit, Medicus necesse est vt ex natura crescat, quia in ipso, ab ipso, ex ipso nil est, nisi ex natura, Medicum instruit natura non homo. Recte ab Herophilo dicta sunt: Medicus solum minister naturæ est, non Dominus cui paret, non imperat, seruitio non mandato, Medicamentorum, quasi instrumentorum; quæ aliquando Deorum manus, si bene, aliquando nihil si secus vsurpentur.

Hippocrates Medicinam pro Numine colere iubet, vt quæ præclara ac nobili contemplatione rerum plurimarum naturas persequatur atque peruestiget, quæque admirabilem hominis fabricam naturamque explicet & euoluat, rerumque cunctarum ortus & occasus ipsamque omnium ex Elementis compositionem, animalium, stirpiumque proprias vires inquirat ac paret, imo & quæcunque ex terræ faucibus eruuntur scrutetur, inde etiam cœlorum ac syderum conuer-

Medicina Donum Dei Altißimi, non ab Ethnicis, sed à suprema vniuersitatis vnico Rectore solo videlicet Deo, dierum antiquißimo & errare nescio, lumine patre, data sapientia.

Quid est iucundius, honestius, pulchrius, q̃ in hoc immundo mũdo contentiosa quadam immotaque animi perseuerantia ea consectari, quæ ad tutius conseruandam citiusq; reddendam à morbis, & calamitatibus immunem vitam nostram, non nisi Deum ipsum lumenq; naturæ authores habent.

ſiones, & quæ inde fluunt, dimanantq; virtutes orbis inferioris, moderatrices obſeruet.

Medicus naſci debet, inquit Crollius, naſci debet è Lumine gratiæ ac naturæ ab interno & inuiſibili homine, interno Angelo Luce naturæ, quæ inſtar veri Doctoris homines inſtruit, prout ſpiritus ſanctus Apoſtolos linguis inſtruxit igneis: producitur autem in Lucem & confirmatur exercendo, non humana ſed Dei & naturę Inſtitutione ſtabilitur, & fundata eſt non ſupra figmenta humanam, ſed ſupra naturam, quam Deus ſancto ſuo digito ſublunaribus, vt animalibus, vegetabilibus mineralibus & metallis, impreſſione ſua omnipotenti indidit, & ſic verum fundamentum Medicinæ Deus eſt, non Academici libri, ſed mera gratia, nihilque aliud quam creata & incarnata miſericordia à Patre cœleſti, egentibus & ærumnoſis mortalibus erogata, vt patiens ſenſibiliter videat & experiatur benignum erga ſe in Afflictionibus ſuis, creatoris ſui amorem, miſericordiam & auxilium, ſicque Deus in mirabilibus ſuis glorificetur. Hinc & concludimus Medicum à Theologia alienum eſſe non poſſe, quia Deus ipſum eiuſque Medicinam creauit Eccleſ. 38. v. 1. &c. Medico honos tribuendus eodem cap. Locus dandus v. 12. Et Lucas Medicus cum eſſet, nihilominus Theologiæ ſtudium perdidicit. ἀσενεῖ τις (inquit D. Iacobus) ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν ἀλείψαντες αὐτὸν, ἐλαίῳ ἐν τῷ ἀυματι τοῦ κυρίου, καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα καὶ ἐγερεῖ αὐτον ὁ κύριος, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ. Ex quibus verbis morborum cauſam & curationem accipimus. Cauſa morborum peccatum eſt, quam & prophetæ referunt: propter peccata aiunt, noſtra patimur, & Deus eſt qui nos vulnerat, ac medetur, percutit, & manus eius iterum ſanat. Sic Giezi lepra in ſempiternum percuſſus eſt ob peccatum. Et cum Chriſtus hominem illum qui triginta & octo annos decubuiſſet, ſanitati reſtitueret,

morbi

Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eũ dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Matt. 25. Infirmus eram & viſitaſtis me. Eccleſ. 38. In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolabere illum in exitu ſpiritus ſui. Eccl. 31. Infirmitas grauis ſobriam facit animam. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti Eccl. 38. Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora dominum, & ipſe curabit te. Prouerb. 20. Liuor vulneris abſterget mala. Eccleſ. 18 ante languorem adhibe Medicinam: & ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei inuenies propitiationem. Eccl 30. Melior eſt mors amara, & requies æterna, quam languor perſeuerans.

morbi eandem causam adijcit, dicens: ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρον τί σοι γένηται. Curatio hinc morborum triplex cernitur, pœnitentia, medium seu res externa & inuocatio. Nam Medicus ægrotum, recte curaturus ad peccati commissi pœnitentiam reducat: Deinde Medicamenta à Deo de terra procreata accommodet, postremo in nomine Iesu preces ad Deum fundat pro ægrotantium salute & remediorum suarumq; curationum benedictione Diuina.

Medicus spiritualis: Esa.61. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me Dominus. Ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde. Matt.9. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus Luc.4. Utiq, dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum. Luc.5. Non egent, qui sani sunt, Medico: sed qui male habent. Medicus corporalis: Eccles.10. Languor prolixior grauat Medicum. Breuem languorem præcidit Medicus. Eccles.38. Honora Medicum propter necessitatem: Dominus enim eius author est. Nam omnis Medicina manat ab altissimo. Idem: Disciplina Medici exaltabit caput illi⁹, & in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus de terra procreauit Medicamenta, nec abhorrebit illa vir sapiens. Ad agnitionem hominum virtus illorum. In his curans mitigabit dolorem. Eccles.37. In multis escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Qui autem abstinens est, adijciet sibi vitam. Gregor. super illud Lucæ 12. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus. Venit Dominus, quum ad iudicandum properat. Pulsat vero, quum per ægritudinis molestias mortem vicinam denuntiat, cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Hugo lib.1. de claustro animæ: Qui dolorē capitis non patimur benigne, quomodo pro Christo capitis abscissionem pateremur? Qui flagellū timent, quomodo tormenta sustinerent. Idem lib. de anima: Quosdā præsciens Deus multa peccare posse, flagellat cor infirmitate corporis, ne peccent, vt eis vtilius sit frangi languorib. ad salutem, q̃ remanere incolumes ad damnationem. Hieronym. in quadā Epistola: Corporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit, mentis quoque ingenium marcescere facit; quicquid cum modo & temperamento fit salutare est. Plutarch. in Apoph. regum, & Eras. Antigonus à graui morbo postquam conualuerat: Nihilo prius est, inquit, siquidē hic morb. submonuit nos, ne animo efferarum, quū simus mortales. Quis docuerat Ethnicū Regē Philosophiā Christiano dignam animo? Deplorabant amici ceu magnum malum,

 quod

quod tam grauiter ægrotasset: ille interpretatus est, ex morbo plus accessisse boni, quam mali. Corpus extenuarat, sed animum reddidit modestiorem: Corporis robori nonnihil detraxerat, sed animo detraxit insolentiam, morbum longe periculosissimum. Proinde non pessime res habet quum leuior morbus arcet pellitve maiorem.

Brusonius lib.4. cap.15. ex Plutarcho. Itamus, quum apud Antigonum militaret, corporis aduersa valetudine laborans, rogatus à Rege palloris causam, ægritudinem incognitam causatus est. Rex verò animi magnificentia ductus, iubet remedia adhiberi ad eum sanandum. Restitutus igitur sanitati miles, postea omnia mortis pericula vitabat. Rogatus verò à Rege mutationis causam, ait: O Rex, tu me minus audacem fecisti, quod ijs malis me vindicasti: quibus vita à me mea contemptui habebatur. Sensit miles, ægritudinem hominibus in eo prodesse, vt omnia fortunæ bona, & ipsam etiam vitam miseram & ærumnosam contemnant, qua cum sani sumus, in nostram perniciem abutimur.

Ælianus de lib. 9. var. hist. Anaxarchus ridebat Alexandrum quod se ipsum Deum faceret: cum autem aliquando in morbum incidisset Alexander, & ei Medicus sorbitionem imperaret fieri, ridens Anaxarchus, inquit: At nostro Deo spes omnis in sorbillatione patellæ posita est. Irridet Philosophus Alexandrum Regem, qui ob fortunam propitiam & res tam feliciter gestas, Deum se esse putabat. At ostendunt humanæ vitæ miseriæ & incommoda, quæ indies nos circumueniunt, nos homines esse fragiles: quo fit, vt admoneamur subinde ne ex hominibus nos Deos esse fingamus, nullis malis obnoxios. Æneas Syluius lib.2. commentar. de rebus gestis Alphonsi. Theodoricus Coloniensis Ecclesiæ Pontifex, religiosa vita tum etiam prudentia & authoritate inter Electores Imperij facile princeps, quærenti Sigismundo Cæsari, quonam pacto felicitatem consequi posset? inter mortales, ait, frustra requiris. Petenti rursum, ad cœlestem illam quo itinere pergeret? Recta, inquit. Instanti tertio quid agens

recta

Exempla Ægritudinis: Ægyptij, Exod. 9.v.10. pestilentia ob peccatum Dauidis immissa 2. Sã. 24.v.15. Giezi. 2. Regum 5.v. 27. Lepra Oziæ cœlitus inflicta. 2. Reg.21.v. 18.19. Vlcera quibus percussus fuit David, Psal.38.v.6. Paralyticus, Matt. 9.v.2. Homo triginta octo annos infirmus. Ioan. 5. v.5. Corinthij 1.Cor.11.v. 29.30. Extraordinarius morbus Ionæ ob idololatriam 2.Paral.21.v.19. Infirmitatis exempla sunt etiam: Moses, Num.11.v.22. Gedeon, Iud.6.v.13. &c. Petrus Matt.14.v 30.31. Discipuli Matt.8.v.26.& 26.v.56. Marc.14.v.15. Ioan.11.v.6. Nicodemus Ioh.3.v.2. Pater Dæmoniaci, Matt.9.v.24. Multi principes. Ioan.12.v.42. Ioseph Arimathæus Ioan.19.v.38.

recta vaderet? si vitam tuam ita institueris, duxerisque, inquit, vt factum te promisisti, dum Calculus aut Podagra, siue alia valetudo adversa acrius te oppressit. Docuit autem morbum monere nos ad capessendam meliorem vitam. Possent quidem non solum ex sacris, verum etiam ex patribus, Philosophis, Medicis & alijs, infirmitatum & ægritudinum causæ adduci innumerabiles, sed hoc loco propositi nostri non est, paucis his, tantum probare voluimus Medicum absque Theologiæ orthodoxæ cognitione, esse Medicum imperfectum ac pium &c. de his alibi pluribus.

Verum quando vulgo sed impie dicitur, Medicus impune necat, inde & Iurisprudentia Medicis haud omnino ignara esse debet, quæ monet alios non lædere, & tribuere quod suum propriumque est vnicuique, tam pauperibus quam diuitibus corpore male habentibus. Caueant itaque veri Medici, ne ipsis objiciatur, quod moriturus Imperator Adrianus dictabat, Turba Medicorum me perdidit. Dixerat vero hoc scoma in Imperitos Medicos, quales sunt hodie Nugiuendi, Veteratores, Iudæi, Superstitiosi, χαρακτελάτροι, ἐξορκισαὶ, ψευδοχυμίσαι, ἀφυσιόποι, ἄσοφοι, ἄθεοι, & alij qui falso titulo Medicinæ hominibus imponunt, quos ex Iure omni merito damnamus (vide Præfat. Iatrochymiæ nostræ) & fugimus. Contra hos συκοφάντας, Tergiversatores, omnemque in medendis morbis difficultatem & nocumentum, nos tam ægrorum infirmitati, quam Medicorum curæ, summo studio & assiduitate ingenti consulere statuimus. Inde & Medicum decet esse Ethicum, vt Hippocratis exemplo & iuramento bonis moribus, vitæ honestate virtutibus excultus cum ægris conuersetur: ne vitiosus vitiosum curet, & vitia vitijs addantur. Licet enim ex naturæ lumine & lege omnia sua quodammodo possideat Medicus, tamen vt pie, Artificiose, vere, non impie, non confuse non oscitanter aut false, sed prudenter, pure, dilucide, non barbare, obscure &c. quæ sunt luminis naturæ, tractet, operetur & proferat, summe necessarium est: Inque his summa fundamenta Medicinæ veluti anchora tenens nauium, posita & locata sunt. Quemadmodum olim, qui ad præclarissima Romanorum familias Scipiones, Lælios, Lucullos, Catones ob nominis celebritatem & immensas opes, Regum &

Is solus Philosophus seu verus naturæ consultus Medicus dicetur, qui posteaquam ab omnibus adminiculis ingenij, doctrinæ & artis affatim instructus fuerit, naturam bene mouere, hoc est, bene medeři didicerit. Cur enim sæpe multos Medicos Medicina fallit? quia pauci norunt bene mederi, cum medendi ars non opinione, sed bene mouendo naturam perficiatur absoluaturq;. Naturam autem mouere solius Philosophi seu naturæ consulti medici est.

Prin-

Principum nostrorum diuitias & magnificentiam æquantes, aditum sibi exoptabant, seruos Atrienses prius adire, & ab ijs non tantum stemmata, virorum fortium imagines, resque gestas, sed totius familiæ vniuersam rationem videndi sigillatim edücere consueuerant: Ita qui naturæ maiestatem affectant, primo seruos Atrienses sapientiæ, organa doctrinæ, prudentiæ manus, circa oris vitæ claues, hoc est artes ingenuas, adire, inque earum familiaritatem insinuare se debent, vt in sacrosanctum naturæ Apollinis templum celerius faciliusque intromittantur: Ratione siquidem & oratione, sapientia, diuino instructi cultu, quod summum maximumque, & eloquentia, numero, & mensura recte vti, non exiguum momentum confert ad abstrusissima naturæ arcana eruenda.

Ut Medicus, tanquam summum requisitum, cœli faciem, Astrorum ortus atque occasus, eorumque vires, naturas, proprietates, influxus & refluxus intelligat, Astronomum eum esse conuenit. Astrologum etiam desiderat Medicina, quoniam ea ex Stellarum & Planetarum naturis nouit morbos, morborum causas, τὰς κρίσιας, indicationes, euentus, curationes, Medicamentorum administrationes, venarum sectiones, scarificandi rationes & modum, atque alia quæ ex cœli stellarumq; natura & clementia dependent. At grammaticum etiam, vtique & omnium artium Magistrum, desiderat Medicina, qui recte loqui cum ægrotis, medicamentaque recte præscribere possit. Quantum enim orationis genus obscurum barbariei & periculi adferat, non in cæteris tantum artibus, sed in Medicinæ etiam scientia clarum est: in qua hominis vita agitur.

Dialecticum etiam expostulat, qui rite Medicinæ vocabula eiusque res exponat, partes enumeret, ac argumentis omnia ægrotantibus probet, aut improbet. Rhetorem requirit, qui exornato & suaui orationis genere ægros ad hoc ad illud commoueat ac persuadeat. Insuper & Arithmeticum vult, qui certam numerandi disciplinam, tam ad notitiam pulsuum, quam ad Medicamentorum proportionem & quantitatem numeris comprehensam accommodet. Et Musica Medicinæ socia est, nam eius dulcedine, corpora Melancholica & alia morbis affecta, vegeta redduntur & separantur. Macrob. lib. 2. de somno Scipionis his verbis laudat Musicam. Omnis habitus animi cantibus gubernatur: nam dat cantus somnos adimitque, nec non

curas,

curas, & immittit & retrahit, iram ſuggerit, clementiam ſuadet, corporum quoque morbis medetur. Hinc eſt, quod ægris remedia præſtantes præcinere dicuntur. Ecquid mirum, ſi inter homines tanta Muſicæ Dominatio eſt, cum aues quoque velut Luſciniæ & Cygni, aliæve id genus, cantum veluti quadam diſciplina ſuæ artis exerceant. Nonnullæ verò aues, vel terrenæ, vel aquatiles beluæ inuitante cantu, in retia ſponte decurrunt. Iure igitur Muſica capitur omne quod viuit: quia cœleſtis eſt anima, qua animatur vniuerſitas, originem ſumpſit ex Muſica. Mortuos quoque ad ſepulturam proſequi cum cantu oportere, plurimarum gentium & regionum inſtituta ſanxerunt, perſuaſione hac poſt corpus animæ ad Originem dulcedinis Muſicæ, id eſt, ad cœlum redire creduntur.

Hier. Phaletus Sauonenſis de Laude Muſicæ.

Muſica Turbatas animas ægrumq; dolorem
Sola leuat merito diuumq; hominumq; voluptas:
Qua ſine nil iucundum animis, nec amabile quiquam.
Ad cuius numeros ſuperi vertuntur, & orbis,
Et cœlo radiant ignes, quibus emicat ingens
Signifer, & leges, præſcriptaq; tempora ſeruant:
Hac phœbus, Phœbiq; ſoror, duce, & aurea cœli
Aſtra ſuos agitans conſtanti fœdere motus.

Ioſeph. l. 6. c. 9. antiq. Iudaic. Dauid ad Saulum recenti dæmonum incurſu exagitatum accerſitus eſt, vt cantu demulceret æſtuantem mentis furorem, id quod præſtitit: Nam quoties in morbum incidit Saul, ſtans Dauid ad caput, cum ſacros hymnos voce & fidibus ceciniſſet, ad ſanam mentem reductus eſt.

Medicinæ etiam coniuncta eſt Geographia, quæ oſtendit variorum gentium & locorum naturas, ſitus, aerem, ventos, homines, morbos, ſimplicia, ſtirpes, arbores, herbas, folia, flores, fructus, ramos, ſurculos, radices, ſuccos, liquores, gummi, reſinas, cortices, ſtipites, ligna, ſemina, animalia eorumque partes: metalla, mineralia, Lapides, gemmas, terras, maria, aquas, ſales, ſuccina, ſpongias, bitumina &c. quę pro ſua temperie, quam ex regione conceperunt, caute ac bene à Medicis complicentur & coaptentur noſtratium hominum corporibus.

Adhæc poſtremo Phyſicus ſit Medicus oportet, qui diligenter conſideret res naturales, non naturales, & quæ ſunt præter naturam.

Roterodamus in ſimilibus: Vt quidam magnetes ferrum attrahunt, ac theamedes quæ in Æthiopia naſcitur, ferrum abigit, reſpuitque: Ita eſt Muſices genus, quod ſedet affectus, eſt quod incitet.

Muſica olim Diuinis Laudibus adhibita.

2. Sam. 6. v.
5. 1. Paral. 3.
v. 8. & 15. v.
16. & 25. v.
1. 2. Paral. 5.
v. 12. & 32.
v. 28. & 29.
v. 25. Pſ. 43.
v. 4. & 57.
v. 9. & 71.
v. 22. & 81.
v. 3. & 92.
v. 4. & 98.

d

Natu-

v.5.& 108. Naturales quidem, vt quæ corpus humanum constituunt, sunt 1. Ele-
v.3.& 144. menta: Ignis, aer, aqua, terra. 2. Temperamenta: Calidum, humidum,
v.9.& 147. frigidum & siccum: Quibus annumerantur qualitates ac temperies
v.7.& 149. veris, æstatis, autumni, hyemis; Ætatum, locorum, regionum, terræ
v.3.& 150. situum; Ventorum, aquarum, astrorum, visibilium, olfactilium, gusta-
v.54. Eius tilium & tactilium. 3. Humores: sanguis, pituita, bilis flaua & atra.
abusus tol- 4. Partes humani corporis, caro, os, membrana, neruus, vena, arteria,
litur 1.Cor. manus, pes, caput, cerebrum, cor, iecur, testes, aliæque minutissimæ
4.v 12. partes. 5. Spiritus, qui aut animales, vitales aut naturales. 6. Sunt fa-
In summa cultates, attractrix, retentrix, concoctrix & expultrix, & denique fun-
naturæ con ctiones, vt visus, auditus, odoratus, gustus, generatio, nutritio, conco-
sultus hoc ctio respiratio &c.
operabitur Res non naturales sunt, quæ hominis naturam & sanitatem de-
& præsta- struunt, alterant ac corrumpunt: Tales sunt aeris essentia, qualitas,
bit: Vni- mutatio: Cibi ac potus bonitas, quantitas, qualitas, consuetudo, dele-
uersam to- ctatio, ordo, tempus, hora acceptorum & modus: Somnus ac Vigilia:
tius naturæ Quies ac motus: Perturbationes animi atque affectus: Retentiones
tam superio & excretiones seu euacuationes, phlebotomia, pharmaca, vomitus,
rum quam scarificatio, balneum, exercitium, frictio, inedia, vrina, sudor, sputum,
inferiorum fluxus sanguinis, menses, hæmorrhoides, coitus &c.
Harmoniã Res præter naturam in Medici cognitionem recidentes, mor-
indefesso borum sunt omnia genera, & interna, & externa: Capitis, cerebri, o-
studio con- culorum, aurium, narium, faciei, dentium, oris, pectoris, pulmonis,
templabi- cordis, ventriculi, epatis, lienis, intestinorum, renum, vesicæ, genita-
tur: In lium, vteri, articulorum, pedum, cutis & Febres trecentæ. Morborum
ipsius mun- item nomina, signa, symptomata, curationes διαιτητικῇ, φαρμακευτι-
di censum κῇ & χειρουργικῇ certæ, & ratione & experimento comprobatæ &c.
descendet; de his in sequentibus.
In toto orbe

viuet; coëli monumenta perrumpet; Maria transvolet; Siderum cursus numerosq́ colliget; Elementorum dispositiones, tempestatum vicißitudines, generationum & transplantationum leges, naturam mundanam continentes, ac conseruantes sedulo inquiret: Impreßiones præterea in sublimi factas, cometarum origines, ventorum, tonitruum, fulminum, pluuiarum, roris, pruinæ, niuis origines explorabit: Oceani æstus & reciprocationes: terrarum diuersitates, plantarum discrimina, metallorum, mineralium, ortus, progreßiones & separationes, animaliumq́ ac vegetabilium naturas ac regna inuestigabit &c.

Sed quomodo Medicus principia & demonstrationum fundamenta, à naturæ consideratione & auspicetur, intelligendum est: Assumit Medicus à Physico corpus humanum, principia, causas & accidentia eiusdem; sed differunt ab inuicem, quod Physicus ea absolute vt entia naturalia sunt, tantum contempletur; Medicus vero eatenus tantum cognoscat, quatenus inseruiunt ad morbos pellendos, sanitatemque conseruandam, vt testatur Galen: de san. ad Thrasyb. cap. 28. 29. &c.

Ex his iam enumeratis videre est, Medicinam veram totius naturæ esse mumiam, Nucleum atque Thesaurum, sub qua non minimę virtutes, vegetabilium, mineralium atque animalium Balsamicæ latitant, quorum potestate (Deo Mediante) omnium morborum curationes absolui possunt, si debita ac legitima methodo ordinata ac præparata, puraq; ab impuris separata, legeque methodica conuenienter imbecilli, languenti ac prostratæ naturæ humanæ à pie docto administrentur Medico. Fernelius dicit tanta rerum cognitione præcellit Medicina, vt omnium quæ mundus complexu suo coercet naturam atque vires solerter consequatur, quas demum ad vnius hominis (cuius præcipua illa cura est) commoda salutemque referat, vt illorum vsu & appulsu integram corporis valetudinem conseruet, aduersam depellat &c.

Hic subsistemus de Laude Microcosmi, Naturæ ac Medicinæ necessitate, faciemusque explicationis initium de Medicina antiquorum, Hypocratica siue Galenica, præmissis his, quæ in Medicinæ Studioso ab antiquis requirantur ac necessaria sint.

Hippocrates in lege, requirit in eo, qui se Æsculapio deuouit. 1. Naturam. 2. Locum studijs aptum. 3. Industriam. 4. Tempus. 5. Doctrinam. 6. Institutionem à Puero.

Didasc. Hugo lib. 1. Tria sunt, quæ præcipue studijs legentium obesse solent: Hug. *Negligentia est, quando ea quæ discenda sunt, vel prorsus prætermittimus, vel minus studiose discimus: Imprudentia est quando congruum ordinem in his, quæ discimus, non seruamus. Fortuna est, in euentu casuum, siue naturaliter contingente: quando vel paupertate vel infirmitate, vel naturali tarditate siue etiam Doctorum raritate, à proposito nostro retrahimur. In his autem tribus de primo, id est negligentia, Lector est admonendus, de secundo vero, id est prudentia instruendus, de tertio, id est, fortuna adiuuandus.*

Hug. lib.3. Didasc. ait: Tria sunt studentibus Necessaria: Natura, exercitium, disciplina. In natura consideratur, vt facile audita percipiat, & percepta firmiter retineat. In exercitio, vt labore & sedulitate naturalem sensum excolat. In Disciplina, vt laudabiliter viuens, mores cum scientia componat. Ab alijs nouem itineris duces recensentur, quibus indigere videantur, ij, qui Asperum Musarum iter ingredi cupidi sunt: Horum tres esse in cælo, tres in animo, tres in terra, In Cœlo 1. Mercurius, qui impellit vt inuestigando Musarum iter aggrediamur. 2. Phœbus, qui & quærentes animos, & res quæsitas splendore vberrimo sic illustrat, vt perspicue, quod quærebatur à nobis inueniatur. 3. Venus, quæ almis lætisque radijs suis rem omnem adeo condit & ornat, vt quicquid instigante Mercurio quæsitum fuit, & monstrante phœbo inventum; mirifica quadam & salutari venustate Veneris circumfusum delectet semper & prosit. In Animo 1. Voluntas ardens & stabilis. 2. Acumen ingenij. 3. Memoria tenax: Hi sex Duces à Deo subministrantur. In Terra 1. Prudentissimus Paterfamilias. 2. Probatissimus Præceptor: Hi è polyticorum scriptis comparantur. 3. Prudentissimus Medicus, hic, Deo dante, scientia sequentium instructus, generari potest. Faxit itaque Sancta Triunitas, cuius ineffabile nomen in æternum est Benedictum, faxit inquam, vt hoc nostrum intentum in solius Diuini sui Nominis Laudem, Honorem, Virtutem ac Gloriam Æuiternam vergat, Amen.

TRA-

Tractatus I.

BASILICÆ MEDICÆ

LIBER I.

De Physiologia.

CAPVT I.

De Medicina eiusq; Partibus.

SI sapientiam ad Medicinam, & Medicinam ad sapientiam traduxerimus. Artium omnium Nobilissima, tum ratione subiecti, tum ratione Finis existit: Illaque Ipsissima à varijs varie definitur. Ab Hippocrate lib. de flatibus sect. 1. ἰητρικὴ γάρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων: Quasi diceret Additio, intellige necessariorum, & Detractio, vt inutilium. Hæc Definitio Medica duo præcipua Medici officia includit; Fiunt enim omnes morbi aut ab Inanitione, qui curantur Additione, aut ab Repletione, qui restituuntur Detractione.

Subiectum Medicinæ est corpus humanum Dan. Sennertus in Instit. lib. 1. cap. 1.

Eius Finis est opus Scal. exer. 1. sect. 3. de cõstit. artis.

A Galeno definitur in arte parua quod sit scientia salubrium, Insalubrium & Neutrorum: Salubrium & Insalubrium quæ tribus modis dicuntur: 1. vel vt Corpus, 2. vt Causa. 3. vt Signum. Corpus dicitur vel Salubre, quod suauitate fruitur, vel Insalubre, quod morbo tenetur. Causa dicitur Salubris quæ Sanitatem efficit, vel insalubris, quæ morbum efficit. Signum dicitur Salubre, quod sanitatem præsentem demonstrat, Insalubre quod indicat morbi magnitudinem & speciem, vel euentum.

Eius Finis sanitas Senn. in instit. lib. 1. cap. 1.

Neutrum est Corpus, quod exquisite mediũ est, & saluberrimi & insaluberrimi corporis cap. 6.

Neutrorum ſcientia, hîc duplex occurrit: Neutrum, Decidendiæ videlicet vnum, aliud conualeſcentiæ: Decidentiæ dicitur cum quis declinat ab actionum integritate & iam incipit aliqua actio lædi.

Conualeſcentiæ neutrum dicitur quando quis primum à morbo reſurgit.

Ab aliis definitur Medicina, quod ſit ſcientia rerum Naturalium, non Naturalium, & Contra naturam.

Medicinæ vocabulum proprie refertur ad partem curatiuam Gal. lib. Num ratio tuen. ſanit. ad artem Med. ſpectet.

Inque his tanquam tribus ſummis capitibus totam Medicinam cõſiſtere autumant. Sunt autẽ Res Naturales, quæ Naturam noſtram conſtituunt; earumque ſcientia vocatur Phyſiologia, & ſunt numero ſeptem: Elementa, Temperamenta, Humores, Partes, Spiritus, Animæ, Facultates, Functiones ſeu actiones.

Res non Naturales ſunt, quæ naturam noſtram non conſtituunt vt naturales, neq; eam deſtruunt, vt quæ ſunt contra naturam, ſed ſunt medice & indifferentes, id eſt proſunt & nocent, proſunt vſurpatæ bene, nocent vſurpatæ male: harum ſex ſunt: 1. Aer. 2. Cibus ac potus. 3. Sonus ac vigilia. 4. Motus & quies. 5. Excreta & retenta. 6. Perturbationes.

Res contra Naturam ſunt, quæ naturam noſtram deſtruunt, earumque duplex eſt conſideratio, Theorica nimirum & Practica; Theorica dicitur pathologia, practica dicitur Therapeutica.

Definitio Theoricæ.

Theorica ita aliæ ſunt Pathologicæ vt morbus & ſymptoma: aliæ Ætiologicæ, vt cauſæ morbi: aliæ Semeioticæ, quæ ſigna explicant, quorum alia, Diagnoſtica, quæ præſentem morbi ſtatum explicant: alia Prognoſtica, quæ morbi exitum denunciant.

Practica in quibus conſiſtat.

Practica quæ & Therapeutica dicitur: illa conſiſtit in tribus: Primo in Remedii genere, vbi conſiderandum, an requiratur remedium, vnum vel plura, ſi vnum, an hoc debeat eſſe ſimplex vel compoſitum: ſi plura 1. anne hæc omnia ſimul, vel vnumquodq; ſigillatim: 2. quo ordine inſtituenda.

1\.

2\. Secundo conſiſtit Practica in quantitate vbi conſideratur remedii 1. Valor, 2. Gradus, 3. Pondus, 4. Quoties & quandiu exhibendum.

3\. Tertio conſiſtit Practica in Vtendi ratione: vbi conſiderandũ 1. Per quæ loca morbus abigendus: 2. Cui ſedi adhibendum remedium:

dium: 3. Qua forma, Quo morbi tempore, qua hora, remedium applicandum.

Dicemus φυσιολογικὴν, quæ complectitur ſeptem Res Naturales, Elementa, Temperamenta, Humores, Partes, Spiritus, Facultates & Functiones Animæ. *1. Pars Medicinæ.*

Secundam Partem Nominabimus παθολογικὴν, quæ ſubdiuiditur 1. in νοσολογικὴν, tractantem de Natura morborum, & ſymptomatum. 2. in Αἰτιολογικὴν, de cauſis morborum. 3. Σημειωτικὴν, de ſignis morborum. *2. Pars Medicinæ.*

Tertiam Partem vocabimus θεραπευτικὴν, cuius inſtrumenta ſunt. *3. Pars Medicinæ.*

1. Διαιτητικὴ, quæ complectitur ſex res non Naturales, vt ſunt: Aer, Cibus ac Potus, Motus ac quies, Somnus ac vigilia, Excreta & retenta, perturbationeſq; animi.

2. Φαρμακευτικὴ, quæ tractat de Medicamentorum Materia & applicatione debita; quo pertinet Methodus.

3. Χειρουργικὴ, quæ manus etiam in medendo adhibet. Faciemus itaque initium huius libri de prima parte, quæ Res contemplatur Naturales, inter quas Elementa tenent primas.

CAPVT II.

De Elementis.

PRincipiorum Doctrina etſi in Phyſicorum potius quam Medicorum ſcholis recepta ſit; ad Elementorum tamen naturam melius intelligendam aliquid ſaltem inquirendum de ea eſt, & quidem Primo, quid ſint Principia. Secundo, Quomodo ex his Elementa fiant. Tertio, Quomodo ab Elementis differant. *Principiorũ doctrina in Medicorum ſcholis eſt heterogenea: facit tamen ad Elementorum naturam rectius intelligendam.*

Sunt igitur Principia quatuor illæ primæ qualitates, nempe ſumma Caliditas, Frigiditas, Humiditas, Siccitas: & Materia Prima quæ omnibus Elementis ſubiecta eſt, omnique qualitate caret: dicitur autem prima, non quod ſit Æterna & ortus expers, ſed quod Prima à Deo Creata ſit viliſque maſſa fuerit, ex qua Elementa facta ſunt: fiuntque iuxta Galeni opinionem Elementa ex principiis hoc modo: nam cum accedit ad materiam ſumma caliditas, fit ignis, ad materiam

summa Frigiditas fit Aqua, ad materiam summa Humiditas fit Aer, ad materiam summa Siccitas fit Terra.

Principij & Elementi differentia. Differunt etiam Principium & Elementum in eo, quia Principium 1. est incorporeum, 2. primum & immediatum. 3. quia sola ratione comprehenditur.

Differunt etiam quia Elementum 1. est corporeum, 2. ex primis compositum: constat enim materia & forma. 3. sentitur, nam qualitate sua tactum afficit.

Elementa quomodo à Medico cõsiderentur. Medicus autem considerat Elementa 1. vt cognoscat, constitui sanitatem ex temperatura elementorum legitima & conueniente. 2. vt cognoscat constitui morbos ex temperatura Elementorum illegitima & vitiosa.

Ab Elementis; non à Principijs Medicus artem suam exorditur. Medicus exorditur artem suam ab Elementis non Principiis, duabus de causis. 1. Quia Medicus est Physicus sensualis: Elementa autem sensibilia Principia. 2. Quia Medicina subalternatur Physicæ, neque æquum est superioris & inferioris artis eadem esse Principia.

1. Exordium Medici à Rebus Naturalibus. Exorditur etiam Medicus artem suam à Rebus Naturalibus, in ijs quæ sunt contra vel præter naturam, quia ridiculum est, quærere, quæ homini insunt præter naturam, ignoratis ijs, quæ illi insunt secundum naturam.

Elementi definitio generalis & specialis. Definitur autem Elementum 1. Generaliter, quod sit minima pars eius, cuius est Elementum: 2. Specialiter & magis Medice, videlicet minima pars mixti.

Elementa considerantur dupliciter: aut prout partes sunt mundi, aut prout partes sunt mixti. Considerantur autem dupliciter Elementa, aut prout sunt Partes Mundi, aut prout sunt Partes mixti: Prout sunt Partes Mundi, dicuntur grauia & leuia: harum siquidem qualitatum respectu, Elementa certum situm obtinent in vniuerso: & quidem alia Absolute, alia Comparate: Absolute: ita terra grauis imum occupat, Ita ignis leuis, in sublimi residet: Comparate: ita aër & Aqua, quoniam sunt comparate grauia & leuia, medium locum occupant: & quidem aqua comparata terra est leuis, Aqua vero comparata Aëri est grauis, & ita propius accedit ad Terram.

Aër comparatus aquæ, est leuis, igni comparatus est grauis, & ideo propius accedit ad Ignem: Quemadmodum enim graue deorsum, ita leue semper sursum fertur.

Elementa Elementa considerata prout sunt partes mixti dicuntur Calida,

Frigida,

Frigida, Humida, Sicca. Sic Calida Elementa sunt partes mixtorum, præcedente mixtione: Frigida Elementa miscentur præcedente alteratione: Humida Elementa alterantur præcedente actione & perpessione mutua: Sicca Elementa agunt & repatiuntur verum non grauitate & leuitate: sunt enim qualitates materiales & inefficaces; sed Calore, frigore, humore & siccitate: quia sunt qualitates formales & energiticæ.

vt partes mixti dicuntur calida, frigida, humida, Sicca.

Vltimæ tamen duæ qualitates videlicet humor & siccitas comparatæ primis duabus, videlicet calori & frigori dicuntur patibiles. Verum hæc locutio est comparata, non absoluta: reuera enim humor humectat, & siccitas desiccat, verum admodum remissè: ita vt dolor ab humiditate aut siccitate proueniens, comparatus dolori à frigore vel calore mananti, dolor fere dici non meretur.

Qualitates patibiles.

Sunt autem Elementa quatuor Ignis, Aqua, Aer, Terra. Hæc Hippocrates primarum qualitatum concretis nominibus appellauit, vt Calidum, Frigidum, Humidum ac Siccum.

Quatuor sunt Elementa.

Primus enim labor Medici debet esse in ipsarum causarum effectis dignoscendis, vt Calorem & Frigus: Calorem dupliciter in genere 1. Cogere homogenea. 2. Separare heterogenea: Calorem in specie: videlicet moderatum vel immoderatum. Moderatum 1. Generare & viuentia conseruare. 2. Rarefacere, coquere & relaxare: Immoderatum 1. Corrumpere, vrere: 2. Densare, assare, astringere.

Primus labor Medici in causarũ effectis.

Calor generaliter & specialiter dignoscetur.

Frigus dignoscet Medicus, vt cogere tam Homogenea quam Heterogenea.

Cogimur autem propter ignorationem verarum & essentialium formarum Elementa primis qualitatibus definire, vt nihil referat, si dixeris primum Calidum an Ignem, primum Frigidum an Aquam, primum humidum an Aerem, primum Siccum an Terram. Hinc quærenti, quid sit Ignis Respondetur primum calidum, quasi dicas, corpus simplex ex calore & caloris primo subiecto conflatum.

Hæc Galenicorum non Hermeticorum est sententia, vti videre est in Crollij præfatione.

De primo Calido controuertitur, quodnam sit: dicunt enim quidam illud esse cælum, quidam Ignem Elementarẽ: Cœlum, quia sit fons omnis caloris vt Plato & Astrologi. Inde apud Platonem Ignis tres sunt species. 1. Lux quæ est Ignis lucens non vrens, hæc refertur ad cælum. 2. Species, Flamma, quæ est Ignis Lucens & vrens. 3. Species, Pruna, quæ est Ignis vrens non lucens, hæque posteriores referuntur ad Ignem Artificialem.

Primum calidum quid dicatur.

Probatio de 1. Calido q fit ignis Elementaris.

Qui dicunt de primo Calido quod sit Ignis Elementaris: horum sententia probabilior est. Primo: Quia primum calidū oportet reipsa esse calidum, vt sit caloris πρῶτον δεκτικὸν: at Cœlum non est calidum actu, quia haberet contrarium frigus, à quo pateretur, tandem & corrumperetur, cum cælo nihil repugnet, nisi priuatiue, vt tenebræ luci: Calefacit autem Cœlum ἐνεργητικῶς seu causaliter, quemadmodum cos non acuta acuit, nam vi sua & motu calorem excitat.

Cœlum non esse Calidū. Cœlum esse Calidum.

Ignis Elementaris neq; calefacit neq; videtur duobus modis.

Ignis Elementaris neq; calefacit, neq; videtur Idq, propter raritatem materiæ: nam calor quo densiori subiecto inhæret, eo magis à sensibus percipitur.

Secunda probatio est: quia leuissimum & calidissimum re & subiecto sunt vnum. At cœlū nō est leue, quia naturaliter mouetur in orbem, nō motu recto: leue autem definitur, q sponte mouetur sursum.

Primum Frigidum quid dicatur.

Primum Frigidum etiam controuersium est: illud enim Stoici ac Galenus putant esse Aerem eò quod aqua congeletur non proprio sed ambiente frigore. Verum hæc sententia falsa est: Nam si Aqua ambiente frigore congelaretur, quiuis liquor obuius cōgelandus esset, at hoc nō fit, vt apparet in liquorib⁹ quibusdam destillatis, q tamē Aquæ naturam æmulantur. Oleum etiam frigore densatur quidē, nō congelatur: tantum abest, vt aër congelationis causa sit, nam homogeneum potius oleum aëreum, q̃ heterogeneū videlicet Aquam congelaret.

Sententia Peripateticorum de primo frigido.

Peripatetici primum Frigidum putant esse Aquam. Et hæc sententia probabilior est; Quia primò natura contrarium contrario non iungit, sed medium aliquid interijcit: atque Aër Igni calidissimo est contiguus, non est igitur frigidissimus.

Secundo Elementa ad faciliorem inter se mutationem, ad generationem mixtorum & conseruationem vniuersi symbolo qualitatis conuenire debent: id quod ex his patet.

1.	
Ignis Calidissimus.	Ignis Calidissimus siccus.
Aër Calidus.	Aër Humidissimus calidus.
Aqua Frigidissima.	
Terra Frigida.	Aqua Frigidissima humida.
2.	
Terra siccissima.	Terra Siccissima frigida.
Ignis Siccus.	
Aër Humidissimus.	Ignis Calidissimus siccus.
Aqua Humida.	

Tertio

Tertio, Mixta in quibus aqua dominatur, vt Cicuta, Papauer, Mandragora, summe refrigerant. Manet igitur immotum, Primum Humidum esse Aerem, quod apparet ex natura aëreorum, quæ humectant & calefaciunt, vt olea omnia oleosa. *Aer primũ humidum.*

Manet & immotum Primum Frigidum esse Aquam, quod apparet ex natura aqueorum, quæ refrigerant & humectant, vt Papauer, Cicuta, Mandragora. *Aqua primum frigidum.*

Primum vero Siccum Terra est affusum humorem per se sola siccans. *Terra, primum siccũ.*

Dicuntur autem quædam mixta Resiccata & non Resiccata: Resiccata quidem vel calore, vel frigore: Calore, quando videlicet humor resoluitur à calore: Frigore, quando humor comprimendo excluditur à Frigore. *Mixta resiccata.*

Mixta non Resiccata, sed natura seu prima constitutione sicca: vt Lapides, Bolus armena, Terra sigillata &c. in quibus manifeste Terra dominatur. *Mixta non Resiccata.*

Dicitur etiam Aër humidior Aqua, item Terra siccior Igne, quæritur quomodo? Respondetur, formaliter; non materialiter. Quanquam enim perfusa Aqua multo plus madent, quam respersa Aere, tamen hoc non putandum accidere ob pleniorem Aquæ humorem, sed quod is in pleniore fluxaque substantia positus, dum in vias recessusq; corporum inseritur, consistit, illaque madidiora efficit. *Aer cur humidior dicatur aqua? & Terra cur siccior igne.*

Ignis etiam inde, quod maxime desiccat, terra siccior non est: id enim non per se, sed caloris interiectu efficit, quatenus corporum humorem suo calore exhaurit & dissipat.

Quæritur etiam an duæ summæ Qualitates singulis Elementis insint? Illud affirmat Galen⁹ & nonnulli sectatores: Quia si in singulis Elementis qualitas vna esset summa, altera remissa: Primo si Exempli gratia Ignis esset calidissim⁹ remisse sicc⁹, daretur calidissimo calidius: Terræ enim siccissimæ cõtactu augeretũ Ignis siccitas: nã vt Auerroes loquitur: Siccitas est lima caloris: fieret igitur Ignis semetipso calidior. *Duæ summæ Qualitates, an singulis Elementis insint. Siccitas Lima caloris. Auerroes.*

Secundo: omnia essent mixta, nihil simplex: remissio enim accidit permistione contrarii: si siccitas in Igne esset remissa, ab humore eam retusam esse oporteret.

Peripatetici negant, sed vnam esse summam, alteram remissam: Quia si duæ essent summæ qualitates in quolibet Elemento, summas quoque vires vtræque qualitates exercere cogerentur: at Aer & Aerea *Negatio Peripateticorum.*

summe

summe humectant, remisse tantum calefaciunt, Aqua & Aquea summe refrigerant, remisse tantum humectant. Non igitur sunt duæ summæ qualitates in quolibet Elemento.

Singulis Elementis accedit 2. Qualitas remissa. Accessit autem singulis Elementis secunda qualitas remissa, hisce de causis. 1. Vt remissa summæ actionem intendat: calor enim augetur accessione siccitatis. 2. Vt Elementorum transmutationem faciliret & adiuuet: atque si Ignis esset calidissimus & siccissimus, impossibilis propemodum esset transmutatio, quia non mutatur vnum contrarium in alterum nisi per medium, facileque inter se transmutantur, quæ qualitatis alicuius symbolo conueniunt. Dicendum igitur esse Ignem Calidissimum remisse siccum; non calidissimum & siccissimum. Aerem Humidissimum, remisse calidum non humidissimum & calidissimum. Aquam Frigidissimam, remisse humidam non frigidissimam & humidissimam. Terram siccissimam, remisse Frigidam, non siccissimam & Frigidissimam: Quæritur autem quare sic? Respondetur, quia vnius primæ Qualitatis non possunt esse duo subiecta æque prima, & ne longius faciam hisque in hæream, sufficiant hæc de Elementis, plura ordine ab authoribus hinc inde petenda, sequuntur Temperamenta. *Canon Philosophicus.*

CAPVT III.

De Temperamentis.

Definitiones Temperamentorũ.

1. *Finis Mixti.* TEmperamentum definitur ab aliquibus: Finis mistionis, quia semper Elementa miscentur, vt inde crasis exurgat: est enim mistio motus quidam, nempe primorum contrariorum conflictus: cum ad mediocritatem reducta sunt, cessat motus, quia finem sunt adepta, ad quem contendebant.

2. *Forma Mixti.* 2. Definitur Forma mixti, quia Forma & Finis in operibus naturæ re & numero vnum sunt, sola differunt ratione: Hæc definitio Auerrois est.

3. *Principium Facultatũ Naturaliũ.* 3. Definitur Principium naturalium facultatum, quia Temperamentum est Principium, sine quo illæ obiri non possunt: nam læso similarium Partium Temperamento, protinus naturales actiones læduntur.

4. *Concentus seu Harmonia Mistionis.* 4. Definitur Concentus mistionis seu Harmonia primarum qualitatum: vt à Fernelio, Fuchsio. Intelligitur autem Temperamentum Salubre, quod ad Physiologiam pertinet, Insalubre, æquale vel Inæquale, quod pertinet ad Pathologiam. Est

Eſt autem Temperamentum duplex Temperatum vel Intemperatum: Temperatum diuiditur in Temperatum ad Pondus: Intemperatum ad iuſtitiam: Temperatum ad Pondus dicitur, non quod pari mole & pondere Elementa miſta ſint: tale enim ne cogitatione fingi poteſt, quia ignis terram abſumeret, fieretque vnius ortus alterius interitus: ſed quod æquali 4. Primarum Qualitatum Miſtione conſtare debeat exquiſite temperatum, in quo nulla qualitas exuberat, ſed omnium ineſt Æqualitas. *Diuiſiones Temperamentorum. Tẽperamentũ duplex. Temperatũ vel Intemperatum.*

Hoc quamuis vix detur in rerum natura, de eo tamen à Medicis docetur, vt ſit quaſi norma, ad quam reliqua temperamenta iudicari poſſint. *Temperatũ ad Pondus.*

Temperamentum ad Iuſtitiam eſt, quod naturæ ſuæ congruenter, ſeu vſui cui deſtinatur, conuenienter Temperatum eſt: Exempli gratia, os eſt duriſſimum, quia eius vſus ita poſtulabat. *Intemperatum ad iuſtitiam.*

Temperamentum Intemperatum duplex eſt, Salubre & Inſalubre: Salubre rurſus duplex Simplex & Compoſitum. Simplex eſt, in quo vna tantum Qualitas excedit, reliquis duabus contemperatis: exempli gratia, ſi calor dominatur frigori reliquis duabus contemperatis: Huius 4. ſunt ordines, Calidum, Humidum, Frigidum, Siccum. *Intemperatum Temperatũ, ſalubre & Inſalubre.*

Compoſitum eſt in quo duæ Qualitates excellunt: Et Huius 4. ſunt ordines, Calidum Humidum, Calidum Siccum, Frigidum Humidum, Frigidum Siccum: Hæc duo pertinent ad Phyſiologiam. *Salubre eſt Simplex & compoſitũ.*

Temperamentum Intemperatum Inſalubre 1. eſt Æquale, quale eſt Tabidorum: 2. Inæquale, quale eſt Febricitantium & Hydropicorum. Hoc pertinet ad Pathologiam. Vt vero intelligatur, quid natura ſeu Temperamento Calidum, quid Frigidum: horum nominum ambiguitas explicanda eſt. *Inſalubre duplex. Æquale & Inæquale.*

Calidum, Frigidum, Humidum & Siccum dicuntur tribus modis.

Primo dicuntur dupliciter, vel per ſe, vel per Accidens: Per ſe ita dicitur Calidum vel Frigidum quod Temperamento tale dicitur: Per Accidens dicitur Calidum vel Frigidum, quod alias calefactum vel refrigeratum magis proprie dicitur. *1. Per ſe vel per Accidẽs.*

Secundo dicuntur itidem dupliciter: Abſolute & Comparate. Abſolute: duobus modis 1. In genere ſeu indefinite, quando *2. Abſolute & comparate.*

homo Abſolute eſt Temperatus, hoc eſt, Temperatiſſimus. 2. Magis proprie & definite, quando inter homines eſt Temperatiſſimus, qui actiones habet perfectiſſimas. Comparate: ita exempli gratia, homo eſt Calidus comparatus aſino: Frigidus, comparatus Leoni.

3. Actu & Potentia. Tertio dicuntur Actu & Potentia itidem dupliciter: Actu dicitur Calidum, quod tale ſentitur, ſiue fuerit per ſe, vt Ignis, ſiue ex Accidente, vt Aqua feruens. Calidum, Humidum, Frigidum ac ſiccum hoc modo accepta diſtinguuntur prout quędam efficiunt, Tactu ſolo vt: Calidum Frigidum, vel Tactu & ratione vt. 1. Humidum; ſic glacies iudicatur Tactu Sicca, Ratione Humida 2. vt Siccum ſic Metallum liquefactum iudicatur Tactu Humidum, ratione Siccum.

Potentia calidum. Potentia Calidum dicitur, quod etiamſi Actu non calefaciat, poteſt tamen calefacere, vt Piper, Sinapi &c.

Potentia duplex. Eſt autem potentia duplex, Vna quæ actum antecedit, quæ ineſt materiæ, dum promouetur ad formam, & à ſecundis cauſis præparatur: ita medicamentum à viuentis calore ad Actum promouetur.

Altera quæ actum conſequitur: ita introductæ formæ inſunt naturales facultates, Nutriendi, Augendi, & procreandi.

Temperamentorum Critirium.

Homo quoniam inter animalia præcellit, cæteris debet eſſe pro regula: huic itaque potius, quam Leoni aut aſino temperamenti iudicium committendum eſt: neque tamen cuivis, ſed illi tantum, qui ſi non ad pondus, ſaltem ad iuſtitiam temperatus cenſeatur.

Naturæ Inſtrumenta Hominis 2: Ratio. Tactus. Homo Duo à natura inſtrumenta accepit, 1. eſt Ratio cuius miniſterio verum à falſo diſcernet 2. eſt Tactus cuius miniſterio diſcernet vtilia à nocituris.

Tactus igitur ope proficua à nocituris dignoſcimus: percipiendo nimirum, ſit ne aliquid iuſto calidius an mediocriter Calidum, frigidius an mediocriter Frigidum, durius an mediocriter Durum, mollius an mediocriter Molle.

Qualitates primæ. Qualitates ſecundæ. Eodem præterea inſtrumento diſcernimus Qualitates tractabiles vt Primas & Secundas: Primas, vt Calorem, Frigus, Humorem, Siccitatem: Secundas, vt: duritiem, mollitiem, aſperitatem, læuitatem; & temperamentorum differentias: vocamus enim Calidum cuius contactu incaleſcimus, Frigidum cuius contactu refrigeramur,

ramur, Durum, quod contactui noſtro reſiſtit, Molle quod tactui noſtro cedit.

Teperamenti iudex Tactus.

Iudex igitur Temperamenti Tactus eſt: & quidem vel ſolus, vt Calidi & frigidi: vel cum ratione coniunctus, vt humidi & Sicci, omne ſiquidem Siccum eſt etiam durum, verum non omne durum eſt etiam continuo ſiccum, vt in glacie apparet.

Neque tamen quæuis hominis, quamuis Temperatiſſimi, particula Tactus inſtrumentum eſt, ſed ſola cutis, neque omnis cutis, ſed ea quæ in manu tantum eſt: Licet enim Tactus per ſolam cutem æquabiliter fuſus ſit, tamen cum ea, quæ in manu eſt, ab omnibus extremis, Calido, Frigido Humido & Sicco, pari abſit interuallo, adeoque omnis exceſſus expers, ac media, huic recte internoſcendorum Temperamentorum iudicium defertur, ſi modo ab extrinſecis nihilo ſit immutata, vt à Calore vel Frigore, neque vt in remigibus & foſſoribus callo obductæ.

Partium ſingularium Temperies.

Omnes partes ſunt aut albæ aut rubræ: Albæ hæ ſunt Exangues, Spermaticæ, Frigidæ, ſuntque rurſus duræ, quæ Siccæ ſunt, vt Os, Neruus, &c.

Rubræ hæ ſunt ſanguineæ, molles, Calidæ, & hæ rurſus molles, quæ Humidæ ſunt.

Eſt tamen Pars vna altera Calidior, Frigidior, Siccior, Humidior.

1. Pars vna Calidior.

Primo Calidior: ita Calidiſſimus eſt Spiritus, & magis Calida eſt ſubſtantia Spiritus, quam Cordis; ita Calidiſſimum eſt Cor, & magis Calida eſt ſubſtantia Cordis quam ſanguinis; ſic Calidiſſimus eſt ſanguis & magis Calida eſt ſubſtantia ſanguinis quam Carnis ſimplicis; ſic carnis ſimplicis magis quam Hepatis; ſic Hepatis magis quã Lienis; ſic Lienis magis quam Renum &c.

2. Pars vna Frigidior.

Secundo Frigidior: ita frigidiſſima eſt Pituita & magis Frigida eſt ſubſtantia Pituitæ quam Pili: ſic Pili Frigidiſſimi magis vero frigida eſt ſubſtantia pilorum quam Oſſis: ſic oſſis magis quam Cartilaginis: ſic Cartilaginis magis quam χονδροσυνδέσμου: Ita χονδροσυνδέσμου magis quam Ligamenti: ſic Ligamenti magis quam Tendonis: ſic Tendonis magis quam Membranæ: ſic Membranæ magis quam Arteriæ: ſic Arteriæ magis quam Venæ: ſic Venæ magis quam Neruorum: ſic Neruorum magis quam Medullæ ſpinæ: ſic Spinæ Medullæ magis quam Cerebri.

3. Pars vna Siccior. Tertio Siccior: ita Siccissimus est Pilus, & magis sicca est substantia Pili, quam Ossis: sic Ossis, magis quam Cartilaginis: sic Cartilaginis magis quam χονδροσυνδεσμȣ: sic χονδροσυνδεσμȣ magis quam Ligamenti: sic Ligamenti magis quam tendonis: sic Tendonis magis quam Membranæ: sic Membranæ magis quam Arteriæ: sic Arteriæ magis quam Nerui duri.

4. Pars vna Humidior. Tertio Humidior; ita Humidissima est Pituita, & magis humida est substantia Pituitæ quam sanguinis: sic sanguinis magis quam Adipis: sic Adipis magis quam Medullæ Ossium: sic Medullæ Ossium magis quam Cerebri: sic Cerebri magis quam Medullæ Spinæ: sic Medullæ Spinæ magis quam Pulmonis: sic Pulmonis magis quam Carnis simplicis: sic Carnis simplicis magis quam Hepatis: sic Hepatis magis quam Renum: sic Renum magis quam Cordis.

Partes Calidiores ex mẽte Fernelij. A Fernelio tamen iudicantur 1. Pulmo Calidior & Siccior Hepate, ob compositionem, biliosum nutrimentum & Cordis vicinitatem. 2. Cor Frigidius carne simplici, si substantia consideretur: Imo & Cor calidissimum, si soli tactui creditur, quia in sinistro sinu maximus sentitur Calor.

Partes Mediam Naturam continentes. Quædam etiam obtinent mediam naturam inter Calorem & Frigus: vt, Adeps, Pinguedo, & Cutis: inter Humiditatem & siccitatem: vt, Nerui molles sensorij & Cutis.

Tẽperamentum totius. Totius animantis Temperamentum ex similium compositione, imitatione quadam exprimitur: Insunt enim animantibus corporis partes cæque Calidæ: vt Cor, Hepar, sanguis &c. vel Frigidæ vt Os, Neruus, Pituita &c. Ab his singulis communiter in omne corpus erumpunt 1. Humores. 2. Vapores. 3. Spiritus. Qui deinde varijs præditi qualitatibus & temperamentis in vnum confusi, sese demum temperant, & fit vnum quasi totius Temperamentum, non illud quidem Simplex sed ex multorum concursione conditum.

A Partibus Humores, Vapores ac Spiritus.

Ea communione euecti tum Vapores tum Spiritus in corporis extima, in ipsam Cutem confluunt, eamque sic afficiunt, vt hac moderatione prædita, eo prorsus sit Temperamento, quo & vniuersum corpus, siquidem ab extrinsecis nulla passa sit mutationem: quo fit vt solius Cutis contactu, liceat de vniuersi corporis Temperamento pronunciare.

Tẽperamenti per Ætates mutatio. Ætas est id vitæ curriculum, quo perspicue constitutio corporis per se immutatur: est autem sexduplex.

Prima

Prima Ætas Puerilis, ἡλικία παίδων, quæ à primo ortu ad annum 14. protrahitur: & constat differentia quadruplici: sunt enim 1. Recens nati νεογνὰ παιδία. 2. qui dentes edunt. 3. Medij inter dentientes, & pubertati proximos, 4. qui iam ad pubertatem accedunt. Hæc Ætas Calida & Humida est, quia non procul abest à primis generationis principijs, sanguine & semine, rebus Calidis & Humidis. *Ætas 1.*

Secunda Ætas pubertas ἥβη vocatur, quod pueri in ea pubescere incipiant, incipit anno 14. vsque ad 18. *Ætas 2.*

Tertia Ætas Adolescentia, ἡλικία μειρακίων, incipit anno 18. vsque ad 25. hi quoque vocantur ἔφηβοι & ab Hippocrate τράγοι, quod vocem mutent, & incipiant τραγίζειν. Hæ duæ Ætates sunt medij, adeoque optimi Temperamenti. *Ætas 3.*

Quarta Ætas Iuuenum, ἡλικία νεανίσκων & ἀκμαζόντων, incipit anno 25. & desinit anno 35. aut etiam 40. Huius propria est 1. Venustas. 2. agilitas. 3. Ferocia. Calida siquidem est, parceque Humida, comparatione tamen præcedentium Ætatum, Calida & Sicca dicitur. *Ætas 4.*

Quinta Ætas constans & Media (videlicet inter crescentes & decrescentes,) quæ καθεστηκυῖα dicitur; huiusque Ætatis vocantur καθεστηκότες καὶ μεσήλικες. Incipit anno 36. & desinit fere 49. Hæc Ætas Frigida & Sicca est, Frigida tamen minus. *Ætas 5.*

Sexta Ætas, quæ incipit anno 50. & durat ad finem vitæ: ea adhuc apud Galenum est triplex: Prima eorum qui ciuilia possunt obire: hi vocantur ὠμογέροντες, hoc est viridi senecta præditi. Secunda, qui non possunt obire. Tertia πέμπελοι, silicernia: hæc Ætas prima est Frigida Sicca: postrema Frigidissima & Siccissima. *6. Ætas triplex.*

A Causa effectum denominationem accipere æquum est: Hinc dicitur recte Homo alius Sanguineus, cui est plurimum Sanguinis, vere etiam Homo alius, Pituitosus cui inest plurimum Pituitæ, & recte Homo alius Biliosus, cui inest plurimum Bilis, Flauæ sic & recte Homo alius Melancholicus, cui inest plurimum Bilis Atræ: sunt enim hæc Humorum dominantium nomina. *Tēperamentum nullum est sanguineum, Pituitosum, Biliosum, Melācholicū: Fernelius.*

Non recte dicitur Temperamentum sanguineum, Temperamentum Pituitosum, Temperamentum Biliosum, Temperamentum Melancholicum; quare, quia Temperamentum ex Elementorum

conueniente mistura prouenit, non ab humoribus, qui non sunt Partes corporis, sed corpore tantum continentur.

Hinc obseruare licet, Humorum redundantias confinibus Temperamentis non semper respondere: videmus enim Homines candidos, molles, Tactus iudicio Frigidos, qui quotidie multam Bilis copiam reijciunt: videmus & Homines hirtos, subnigros, graciles, Tactus iudicio Calidos qui nihil vel certe minimum Bilis congesserunt.

Tẽperamentũ aliquod dici potest Biliosũ &c. Heurnius. l. 2. c. 1.

Temperamentum dicitur etiam dupliciter: Primario, ab his quibus mixtio competit, videlicet Elementis, aliud Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum.

Secundario ab Humoribus congenerantibus aliud Biliosum, sanguineum, Pituitosum, melancholicum. Dicitur autem Humor congenerans, qui est in semine non qui est in sanguine.

Homines quomodo sint Biliosi.

Quidam Homines sunt Biliosi: Primo, φύσει, hoc est natura, hique sunt tales 1. κράσει id est Temperamento, vt qui Hepate sunt Calidissimo, Hepar enim præcalidum Bilem gignit copiosissimam. 2. ἕξει id est habitu.

Andreas Laurentius lib. 6 quæst. 24.

Secundo homines sunt Biliosi hoc est ascititio Temperamento, vt qui labore, vigilijs, irâ, corpus conficiunt, qui vescuntur acribus, salsis, piperatis &c.

Tẽperamentũ Cerebri. Temperatum Cerebrũ quatrupliciter consideratur.

Cerebri Temperamentum duplex est: vel Temperatum vel Intemperatum: Temperatum 4. notis deprehenditur. 1. Excrementa, videlicet Oculorum, Narium, Aurium, illaque sunt naturalia. 2. Pili vt subrussi in Infantia, Flaui in Adolescentia, Nigrescentes in iuuentute, Medij inter Leues & Crispos. 3. Caluitium vix sequitur. 4. Caput quod vel mediocre est magnitudine aut Figura, vel ab externo qualitatum incursu non facile læditur.

Intemperatum Cerebri Temperamentum duplex.

Intemperatum Cerebri Temperamentum, est vel simpliciter Calidum vel simpliciter Frigidum: Calidi hæ sunt notæ 1. Opinionum constantia. 2. Celeritas, vel Ingenij, vel sensuum, ac motuum. 3. Somnus isque vel breuis, leuis vel parum altus. 4. Oculorum venæ manifestæ. 5. Caput totum vel calidius vel rubricundius. 6. Excrementa per Aures, Oculos, Nares, palatum & pauca, eaq; vel cocta vel Incocta: cocta cum moderate cibis indulgent: Incocta & plura cum liberius se inuitarunt vsu rerum calidarum & humidarum. 7. Pili ab

ab infantia statim nigri vel flaui, nigri si cerebrum valde caleat, flaui si cerebrum non vsque adeo caleat 8. Iuuatur Frigidis Internis & externis 9. Læditur Calidis vt odore aromatum, & aëre calido.

Temperamenti Cerebri Intemperati simpliciter Frigidi hæ sunt notæ 1. Opinionum inconstantia 2. Tarditas sensuum, motuum atq; intellectus. 3. Somni Longi vel profundi. 4. Caput nec feruens tactu, nec colore rubeus sed pallens. *Frigidi Intemperati 4. sūt notæ.*

Temperatus Homo primo, cognoscitur ex substantia idque tribus modis. *1. Homo Tēperatus ex substantia trib. dignoscitur modis.*

Primus est partium: earumque Similarium vel Dissimilarium: similarium, quæ iudicantur Tactu & Visu: Tactu: ita sunt Hominis temperati partes similares nec Calidæ, nec Frigidæ, nec Humidæ nec Siccæ, sed mediocritate quadam tangentis manum demulcent. Visu, quod æmœno quodam colore eoque viuido perfusus erit, non glaber nec hirtus. *1. Modus est partium similarium vel dissimilarium.*

Partium Dissimilarium quæ se recte habebunt in Numero in magnitudine, situ ac Figura.

Secundus modus est Pilorum qui sint in Infantia flaui, in iuuentute nigricantes, Crispi mediocriter. *2. Modus.*

Tertius modus consistit in habitu Corporis, qui sit neque gracilis neque crassus. *3. Modus.*

Secundo cognoscitur Temperatus Homo ex comitantibus, videlicet Actionibus & Facultatibus: ijsque 1. Naturalibus 2. vel Animalibus 3. vel vitalibus: 1. Naturalibus, ita Temperatus Homo moderate edit ac bibit, ita coquit bene assumpta, & demum excrementa feliciter excludit. *2. Homo Temperat⁹ notus ex 3. 1. Naturalibus.*

2. Animalibus: ita antecellit cæteros artuum motu, & sensibus: ita non est somnolentus vel peruigil: ita est prudens, humanus atque candidus. *2. Animalib.*

3. Vitalibus, ita non est temere audax: ita non est ignaue timidus; ita non est cunctator, ita non est præceps. *3. Vitalibus.*

Temperamentum Sexus proprium est, & consistit in duobus 1. in Caloris copia, in Caloris Inopia teste Galeno 2. de Semine non alia ratione fœminam generari dicit, nisi ob caloris copiam & Inopiam: Copia enim Caloris est, quæ membra genitalia in maribus so- *Tēperamentum sexus.*

lis

lis extrudit: Inde naturali constitutione, mares semper calidiores, ficcioresque fœminis sunt, quod pilorum multitudo, excrementorum natura, actionum robur & celeritas, aliaque plura manifeste arguunt. Sanguinis menstrui in fœminis redundantia, à Caloris copia non fit, vt quidam voluerunt, sed potius à debilitate Caloris, non perfecte concoquentis alimentumque suum digerentis: Hæc de temperamentis.

CAPVT IV.

De Humoribus.

Humoris nomen dupliciter consideratur: Physicè & medicè.

HVmoris nomen dupliciter consideratur, Physicè, ac Medicè: Physicè prout Humor est Qualitas prima, aliena superficie non sua terminata, cuius dominatu liquida & mollia cedunt tangenti.

Medice generaliter & specialiter.

Medice prout Humoris nomen pro substantia non pro qualitate accipitur: & ita iterum dupliciter consideratur, Generaliter & specialiter: Generaliter, quando Medici omne liquidum & fluxile corpus appellant Humidum: & hoc modo recensentur Humores 1. Semen 2. Chylus 3. Tres Humores oculorum videlicet Crystallinus, Vitreus, Aqueus, 4. Adeps, quia fluidam habet consistentiam.

Humores quadruplices.

Specialiter, quando Humor est liquidum corpus ex alimento genitum, ita 4. Humores in venis contenti, & sanguinis massam constituentes proprie Humores vocantur, non quod omnes vim habeant humectandi; sed quod fluxilem habeant substantiam: ita namque Bilis est Humor propter consistentiam liquidam & fluxilem, ita Succus Melancholicus est siccus propter vim siccandi.

Humores 4. respōdent 4 Elementis.

Hi Humores 4. Elementorum sunt filij primogeniti: vt Bilis Temperamento Calida Sicca respondens Igni: Pituita, Temperamento Frigida Humida, respondens Aquæ: Succus Melancholicus, Temperamento Frigidus Siccus, respondens Terræ: Sanguis, Temperamento Calidus Humidus respondens Aeri.

Humores quaten⁹ sint partes cor-

Humores etiam sunt Partes corporis, si Partis nomen accipitur generaliter, pro eo, quodcunque corpus constituit, aut in quod resolui potest. Non sunt Partes corporis, si Partis nomen

men accipitur ſpecialiter, pro eo quod certam habet circumſcriptionem.

Eſt autem Humor vel Naturalis, vel contra naturam: Naturalis Humor eſt vel Alimentarius, vel Excrementitius: Alimentarius, eſt Primus & Secundus; Primus vt ſanguis, in quo continentur Pituita, Bilis, Melancholicus Succus: Secundus, vt Ros & Gluten.

Excrementitius, & hic eſt Excrementum, vel quantitate ſola, vt Semen & Menſtruum, vel Qualitate, & ſic rurſus vel eſt Vtilis, vt Fel, Limus & Serum: vel inutilis, vt vrina, ſudor, & ſtercus.

Humor contra Naturam fit è Naturali, quando videlicet deficit ab ijs, quæ in Naturali Humore requiruntur vt ſunt iuſta Subſtantia, quo refertur Conſiſtentia; iuſta Quantitas, quo refertur Proportio; iuſta Qualitas, quo refertur Color & Sapor.

Eſt porro Naturalis Sanguis ſecundum Subſtantiam Mediocris, ſecundum Quantitatem plurimus; Secundum Qualitates primas, Calidus & Humidus; ſecundum Qualitates Secundas Ruber & dulcis.

Naturalis Pituita, ſecundum Subſtantiam mediocris fere vt ſanguis; Quantitatem, poſt Sanguinem plurima; Qualitates vt primas, Frigida & Humida; Qualitates Secundas alba & inſipida.

Naturalis Bilis ſecundum Subſtantiam tenuis, Quantitatem minima, Qualitates Primas, Calida & Sicca, Qualitates ſecundas Flaua & amara.

Naturalis Melancholia Secundum Subſtantiam craſſa, ſecundum Quantitatem minor quam Pituita, maior quam Bilis; Qualitates primas Frigida & Sicca, Qualitates ſecundas nigra & acida.

Ab hac Subſtantia, Quantitate & Qualitate ſi Humores recedunt, fiunt non naturales, & naſcitur inde morborum fere omnium Parens, Cacochymia.

Quæſtio eſt, quinam Humores venis contineantur, quiue nutriant, an 4. Humores ſimul an vero Sanguis ſolus? Audiamus Medicos & Peripateticos.

Medicis prior ſententia placet: dicunt enim 4. Humores ſimul factos per venas ad ſingularum partium nutritionem diſtribui: ex omnibus Temperatis & iuſta proportione commiſtis, conſtare Sanguinis maſſam, eaque non aliter contineri, quam Elementa in Mixto. Pro his faciunt hæc ſequentia.

[Marginal notes:] poris & quatenus non ſint. — Humor naturalis Alimentarius vel Excrementitius. — Humor contra Naturam. — Sanguis ſecundum ſubſtantiã. — Pituita ſecundum ſubſtantiã Quantitatem &c. — Melancholia ſecundũ ſubſtantiã, Quantitatem Qualitatem &c. — Quæſtio nũ humores quatuor ſimul nutriant? an vero ſolus ſanguis.

1. *Sententia.* 1. Datis medicamentis, quæ trahant vel Pituitam, vel Bilem aliquam, vnusquiſque Humorum horum de Venis ſecernitur.

2. 2. Ab Humore quolibet proprium & naturale excrementum videmus excerni.

3. 3. Permagna eſt Humorum in maſſa ſanguinis neceſſitas: Bilis Exempli gratia facit, vt ſanguis alioquin inſipidus, Bile velut ſale conditus, à ſingulis Partibus auidius appetatur.

4. 4. Temperatus Sanguis ſi eſt, ex variorum Humorum miſtione conſtare debuit; hactenus Medici.

Sententia Peripateticorum.

Peripatetici ſic docent: Sanguinem ſolum Venis contentum nutrire, cæteros Humores, Sanguinis duntaxat eſſe Excrementa. His fauere videtur Fernelius: contendit enim venis ſolum ſanguinem contineri, qui tamen Partes habeat diſſimiles: cum conſtet portione tenui & calida, quæ dicitur Sanguis Bilioſus non Bilis: cum conſtet portione Craſſa & Frigida quæ dicitur Sanguis Melancholicus non Humor Melancholicus, ſi Aquea & Cruda, quæ dicitur Pituitoſus non vero Pituita: Si vero maxima Temperata dulci mediocris conſiſtentiæ, quæ dicitur Sanguis ſimpliciter & ſine adiuncto.

Hæ adſtipulantur Peripateticis. Cerebrum nutritur ſanguine pituitoſo non pituita.

Pro Peripateticis facit: Quia 1. Nutritur Cerebrum Sanguine Pituitoſo non Pituita, & nutritur Pulmo Sanguine Bilioſo non Bile.

2. Datum ſanis Catharticum, corpus liquefacit, quia Venis eiuſmodi Humor non ineſt, quem trahat Medicamentum.

3. Sanguis ſi Venis excidit, concreſcit Humor nunquam.

4. Inciſa Vena, Sanguis exceptus non 4. Humores refert, ſed Sanguinis vnius Partes Diſſimiles: nam portio craſſa & nigra in fundo, non eſt Humor, ſed Sanguis Melancholicus: ſic portio leuis, tenuis, Spumans in ſuperficie, non eſt Humor, ſed ſanguis Bilioſus &c.

5. Dato Medicamento, hic Humor peccans euacuetur, ille Humor morbificus eſt, quippe per Morbum generatus: Exempli gratia Bilis ſi excernatur, Sanguis Bilioſus per morbũ in Bilẽ conuerſus eſt.

Humores in Venis tripliciter.

Humores vero in Venis hac portione ſic continentur: ineſt enim 1. Pars plurima Sanguinis, quia plurimæ ſunt Partes carnoſæ, quæ vt ex illo genitæ ſunt, ſic eodem nutriuntur.

2. Ineſt etiam minor Pars Pituitæ, quam Sanguinis, maior quam Melancholiæ aut Bilis, quia Pituita eſt ex dimidio coctus Sanguis, & inedia nutrit, facileque propter Qualitatis Symbolum in Sanguinem mutatur.

3. Ineſt

3. Ineſt enim etiam Pars maior Melancholici Humoris, quam Bilis iuxta Auicennæ opinionem, quia primo in fundo vaſis Humore aliquo repleti plus fæcis ſubſidet, quam eminet Floris.

Pars Maior Melancholici Humoris in Humano corpore quam ſanguinis.

Secundo, oſſa ſunt plura ducentis, quæ vt ſunt craſſa & frigida, ſic congenere Humore nutriuntur.

Tertio, pauciſſimæ Partes Bile nutriuntur.

Quarto, Expurgando limo, Humoris melancholici Excremento, maius conceptaculum deſtinauit Natura, Lienem videlicet, q̃ Bili.

Quinto vt Dulcia ſunt amica Naturæ, ſic amara inimica: Pauco autem felle maxima quantitas Sanguinis aut lactis amareſcit &c.

Temperamentum Humorum dependet è Qualitatibus Primis & Secundis: Primis: ita Sanguis Temperamento eſt Calidus, Humidus, reſpondens Veri: Bilis temperamento eſt calida, ſicca reſpondens Æſtati: Humor Melancholicus, Temperamento eſt Frigidus, Siccus reſpondens Autumno: Pituita Temperamento eſt Frigida, Humida, reſpondens Hyemi.

Humorum Temperamentum. A Qualitatib. primis.

Qualitatibus Secundis: ita Sanguis eſt dulcis: Bilis eſt amara: Humor Melancholicus eſt acerbus; Pituita eſt inſipida.

Humorum Temperamentum à Qualitatibus ſecundis.

Dicitur tamen interdum à Galeno aliisque, Sanguis vel 1. Calidiſſimus, quia aut eſt Humorum Calidiſſimus: Bilis enim eſt Humor Siccus: aut Calidiſſimus non proprio, ſed Cordis influente Calore talis eſt: iſque non omnis, ſed Arterioſus.

Diſsidentiæ variorum authorum in voce ſanguinis.

2. Dicitur Calidus Sanguis, Formaliter & ἐνεργείᾳ.

3. Dicitur Frigidus, Materialiter ſiue ratione ſubſtantiæ, quemadmodum Vinum etiam dicitur aqueum.

4. Calidus Humidus: Sanguis ſic accipitur, aut prout eſt congeries. 4. Humorum, ita eſt Temperatus: nam ex Humorum concurſu fit concentus, non aliter, quam ex Elementorum mixtione.

5. Temperatus ita Sanguis accipitur, aut prout eſt immixtus ita eſt Calidus, Humidus.

Hinc iuxta ætates primo dominatur Sanguis immiſtus in Pueritia, mixtus ſeu Temperatus in Adoleſcentia: Secundo Bilis, in ætate Florente: Tertio Melancholicus Humor in ætate inclinante: Quarto in Senectute. Dicuntur tamen Senes Sicci & Humidi: Sicci, videlicet Partibus Solidis, ſeu iuxta Temperamentum Partium: Humidi corpore reliquo: vel dicuntur Sicci priuatiue, Humidi poſitiue: & quidem 1. Humore aqueo non aereo. 2. Excrementitio non naturali.

Qua ratione ſenes dicantur Sicci & humidi.

Humores omnes an eodem fiant Calore: Omnis Humor vel à Calore remisso, Intenso vel Moderato.

Quæstio est, Humorum differentia vnde fiat? anne ab Efficiente an vero à Materia? Ab efficiente argumentatur Galenus, Quilibet enim Humor, iuxta ipsum à peculiari calore efficitur: nempe à Calore remisso, Intenso vel moderato: à Calore Remisso fiunt Humores Frigidi: vt Pituita & Melancholia: à Calore Intenso fit Bilis: à Calore moderato, fit Sanguis: Huc facit, quia si Exempli gratia mel Bilem produceret, & non Calor, in naturis omnibus æque bilesceret: atqui in Calidis tantum, non in Frigidis bilescit, ergo ab Efficiente potius, quam à Materia pendet Humorum differentia.

Humorum differentia à Materia.

Humorum differentia à Materia. Fiunt enim omnes Humores naturales vno eodemque Calore Hepatis, eoque Temperato: pro eo facit Primo: Quia Calor natiuus omnium actionum naturalium opifex, aut est cœlestis aut cœlesti analogus: at videmus eodem Solis Calore ceram liquari, lutum indurari; linteum dealbari, cutem denigrari, pro varia patientis aptitudine. Cum ergo Corpus chyli sit heterogenes: & constet parte alia Ignea, Aeria, Aquea, Terrestri, quid vetat mutari simul & eadem opera Partem Igneam in Bilem, Aeriam in Sanguinem, Aqueam in Pituitam, Terrestrem in Melancholiam.

Secundo, eidem Calori alioquin vegeto & robusto si objiciatur lignum crassum & viride iudicatur impotens propter resistentiam; si objiciatur lignũ aridũ, aut palea, aut tale quid iudicabitur intensus & vehemens: Atqui est Chyli portio alia Aquea & Terrestris instar ligni Viridis refractaria, Alia ignea & sulphurea instar ligni aridi, inflammabilis.

Conciliatio harum opinionum.

Possunt tamen conciliari hæ opiniones: Quia Calor Hepatis Sanguificus est, etsi per se sit Temperatus, potest tamen considerari aut ratione agentis aut patientis: Ratione patientis, cui varie sese accommodat, potest dici intensus aut remissus, modoque dissimili affectus, causæ dissimilis habebit rationem.

Pituita ante Sanguinem in stomacho quomodo generare dicatur.

Cur autem dicunt quidam, ante Sanguinem generari Pituitam in stomacho? anne 1. Pituita in ventriculo facta est excrementitia, naturalis vero fit in Hepate? 2. Quod est vni Excrementum, alteri est Alimentum? Excrementitia ventriculo Pituita Hepati est alimentaria. 3. Pituitæ nomine intelligitur Chyli pars magis aquea & crudior, cuius dulcis portio ab Hepate conuertitur in sanguinem, crudior & crassior in Venas distribuitur, ibique paulatim cocta fit sanguis?

Quæ-

Quomodo vero solus Sanguis nutrire dicitur, cum Primo, partium aliæ sint Sanguineæ, aliæ Spermaticæ: omnes vero Partes Humore homogeneo nutriantur? anne quædam nutriuntur vel Mediate, vt Solidæ & Spermaticæ, est enim Seminalis liquor nihil aliud quam coctione dealbatus Sanguis: Vel Immediate, vt Carnosæ. 1. *Sanguis quomodo solus nutrire dicatur.*

Secundo, cum Chylus à Galeno ventriculi appelletur nutrimentum, anne illic abutitur nomine nutritionis? Satiat enim Chylus animalem appetitum sua Qualitate videlicet dulcedine, non autem naturalem sua Substantia: Ventriculus enim infantis, dum vtero gestatur, nutritur & accrescit non Chylo, quia tum nulla fit Chylosis sed Sanguine Materno, quem per vmbilici Venas Iecur trahit: nutritur igitur ventriculus vere Sanguine, improprie Chylo. 2.

Tertio, cum adhuc alij sint 4. Humores alimentarij, qui Secundi vocantur: Humor enim alius, cum 1. adhuc per Venæ tunicam effusus est, vocatur Insitus. 2. Cum è Vena resudat & instar roris effluit vocatur Ros. 3. Cum excidit è Venis & ad Partem appulit, agglutinaturque, vocatur Gluten. 4. Cum Naturam suam cambit, nostræque permutat, vocatur Cambium. 3.

Anne Sanguis, priusquam actu nutriat, & in nostram Substantiam permutetur, varie alteratur, quandoquidem Natura nō fert subitas mutationes. Motus omnis à contrario in contrarium non fit nisi per medium: atqui nō viuens, vt alimentū à viuente longissime distat: Hinc pro diuersitate alterationum, quatuor istis nominibus, videlicet Humoris insiti Roris, Glutinis, Cambij, appellatur. *Motus à contrario in contrarium non fit.*

Humores Excrementitij.

EXcrementitij sequuntur Humores, & quidem ij, qui quantitate solum excrementa dicuntur: vt sunt Semen & Menstruum. *De Semine Humore Excrementitio.*

Semen: huius materiam esse putat Hippocrates, vltimi alimenti, nempe glutinis redundantiam, eam vndiq; è corpore in Testes deriuari: ideò quia 1. Nati plerunque similes Parentibus nascuntur. 2. Claudi, Claudos, Nephritici, Nephriticos &c. plerunq; generant. 3. Tempore concubitus toto corpore voluptas percipitur. *Seminis Materia secundū Hippocr.*

Galenus Seminis materiam putat esse pinguiorem & puriorem Sanguinis portionem, q̃ tradunt Testes Primariò in sui alimentum, Secundariò ad prolem. Huc facit Quia 1. Spermatica vasa sunt sinuosa: ob quē enim finem talia sunt, nisi vt longiore mora diligentius semen elaboretur. *Galenus de Materia Seminis.*

2. Quod Filij Parentibus similes nascuntur non videtur adscribendum Materiæ, sed Formæ potius: concurrunt enim vectore Spiritu à præcipuis Partibus in Testes tres facultates: videlicet Naturalis ab Hepate, per Venas Spermaticas, postea Vitalis à Corde per Arterias, demum Animalis à Cerebro per Neruum, quem à Cerebro ad Testes deferri Vesalius obseruauit Ex illo triplici Spiritu fit Re & Substantia vnus, Facultatibus triplex qui à Diuiniore officio Procreator nominatur: Hic omnibus Facultatibus, quæ corpus nostrum regunt informatus, quid mirum si simile procreet.

Spiritus à Partibus 3. in Testes deriuat facultates.

3. Aliquando Venere immodica Sanguis ruber effluit in Venis Spermaticis præparatus.

4. Dextra Spermatica à Vena Caua exoritur; quare? vt videlicet de fonte hauriat.

Testes quomodo sanguinem in semen conuertant.

Testes igitur Sanguinem in Vasis Spermaticis præparatum in Semen prolificum conuertunt, vel Facultate Seminifica, hocque fit πεφυκότως & non minus illis naturale est, quam Igni calefacere: Vel conuertunt Ministerio insiti Caloris & Spiritus quemadmodum etiam Ventriculus conuertit Alimentum in Chylum, Hepar conuertit Chylum in Sanguinem, Mammæ vero Sanguinem in Lac.

Testes Viriles differũt à Mulierib.

Andreas Laurentius lib.7.cap.10.

Potest tamen dici, semen defluere à Toro; verum non mole sed viribus non Materialiter sed Formaliter. Testes Muliebres vteri lateribus vtrinque singuli accumbunt, & differunt à Virilibus 1. Figura quia non ita rotundi, & anterius posteriusq; depressi sunt. 2. Situ, quia Lumborum musculis insident, nec extra abdominis Cauitatem prominent penduli. 3. Magnitudine, quia minores. 4. Substantia, quia molliores, multis vesiculis sibi mutuo adnatis instar fere varicosi corporis referti. 5. Temperamento, quia frigidiores. 6. Structura seu Compositione, quia vnicam habent tunicam, non 4. vt viriles: habent etiam mollia Epididymida.

De Mẽstruo.

Definitio.

Menstruum est alimenti vltimi Partium Carnosarum Excrementum, quod certis temporibus & statis periodis, moderata Quantitate per Vterum expurgatur ad animalis generationẽ & Nutricatũ.

Sex generalia indicat hac Definitio.

1. Materiã.

Hæc Definitio exprimit Menstrui sex Capita videlicet 1. Materiam, quæ est residuum alimenti vltimi, Sanguis quippe superfluus, qui in Muliere redundat, vel ob debiliorem eius calorem, qui reliquias discutere nequit, vel ob Carnium mollitiem & laxitatem, vel ob victus rationem, quia delectantur Humidioribus alimentis & tepidis aqua-

rum Balneis, Integræ etiam noctis somnum in multam lucem protrahunt, tum degunt etiam vitam inertem.

2. Causam efficientem, quæ est Natura sui conseruatrix, quam Venæ his alimenti reliquiis oppletæ, & Sanguinis sua copia grauantis pondere onustæ, ad excretionem stimulant. *2. Causam efficientē.*

3. Tempus: quod est Vniuersale vel Particulare. Vniuersale plerunq; incipit septenario secundo hoc est anno 14. Quia ante hoc tempus 1. Vasa sunt angustiora. 2. Calor humoris Copia pene obrutus reliquias pellere nequit. 3. Maxima Sanguinis portio in incrementum absumitur. Hoc Tēpore, Natiui Caloris præexistit Dominatus, vnde prouenit, Viarum Amplificatio, Humorū tenuitas; Expultricis Facultatis, robur; Mares incipiunt τραγίζειν καὶ ἀφροδιζειν; item puellis turgent mammæ; Corpus libidine titillatur, & genitalia noua lanugine insperguntur. Desinit vero Tempus Vniuersale septenario septimo, hoc est anno 49. vel 50. Quia primò Calor debilior, non amplius laudabilis Sanguinis reliquias generat, nec eas si supersint, expellere potens est. Secundò Cessante cōcipiendi Facultate cessat etiā nutriēdi necessitas. *3. Tempus Vniuersale vel Particulare.*

Tempus Particulare hoc fit in mense semel vel in plenilunio, vel decrescente Luna, & durat Viraginibus per triduum, Moderatis per quatriduum, Mollibus & otiosis per septimanam.

4. Quantitatem: hæc definiri non potest, quia ꝓfluit nunc Sanguis parcius ꝓ varietate coloris, inde Temperamenti vel Calendulæ menstruo abundant, vel Nigellę sunt sicciores & magis astrictæ: ꝓfluit Sanguis nunc largius, ꝓ varietate Ætatis, Habitus & Tempestatum anni. *4. Quantitatem.*

5. Vias: hæ sunt expurgationi dicatæ, vt Venæ Vteri, quæ excurrunt ab Hypogastrico & Spermatico Ramo ad Vteri fundum & Ceruicem: Vel Vterus ipse. *5. Vias.*

6. Vsum: hic duplex est 1. Generatio Parenchymatum & Carnium. 2. Puelli nutricatus, iisque vel intra Vterum, quando conceptus puellus nutritur sanguine menstruo, vel extra Vterum, quando natus infans alitur sanguine in mammis in lac conuerso. *6. Vsum duplicem.*

Excrementa Qualitate alia sunt Vtilia, alia Inutilia: Vtilia vt sunt Excrementa Chymoseos tria: Fel, Limus, Serum: his recipiendis Natura tria instrumenta fabricauit: ad receptionem 1. Fellis, vesiculam, quæ attrahit amariorem Bilis naturalis portionem. *Excrementa Chymoseos & coctionis.*

2. Limi, Lienem, qui cum Sanguine Melancholico quem pro alimento trahit, permistum limum exugit: hic limus aliquibus per hæmorrhoidas expurgatur. *Excrementa vtilia 3.*

3. Seri,

3. Seri, Renes, qui cum Sanguine Serum emulgent per Venas, quæ inde Emulgentes appellantur. Trahit autem Vesicula, Fel sine Sanguine, habet enim Venas Cysticas, à quibus Alimentarium Sanguinem haurit, Lien vna cum Limo, & Renes vna cum Sero trahunt Sanguinem, quem secernunt & sibi assimilant.

Rationes Vtilium triplices. 1. Dicuntur autem Vtilia, quia Vsus suos adhuc habent: 1. Fel, Vesicula sua aliquandiu cum Voluptate contentum, vbi quantitate & mora longiore incipit esse molestum, per meatum Calidocum ablegatur in ἔκφυσιν vel vt sit Clyster naturalis ad stimulandum excretricem, vel vt mucum intestinis infarctum elicit, vel vt tingat alui proluuiem, qui alioquin alba redderetur.

2. Ratio. 2. Limi melior portio in ventriculum ablegatur, partim vt ventriculi augeat appetentiam: est enim Melancholia acida, acidis autem fames excitatur: & facit vt Ventriculus in se contractus cibos arctius complectatur, & melius coquat; vel vt adiuuet Concoctionem.

3. Ratio. 3. Serum; priusquam à Renibus emulgeatur, Anadosim facilitat: nam Sanguis alibilis, quia est crassus & pinguis, difficilime distribuitur: propterea sero diluitur, vt facilius quoquo versum peruadat: hinc alimenti Vehiculum ab Hippocrate appellatur.

Inutilia Excrementa videlicet coctionis triplicia. Inutilia Excrementa sunt Excrementa Coctionis: quæ triplex est 1. Χύλωσις, cuius Excrementum est stercus, per coctionem enim fit Chylus ex Alimento in Ventriculo. 2. Αἱμάτωσις, cuius Excrementum est Vrina per coctionem fit Sanguis ex Chylo in Hepate. 3. Ὁμοίωσις cuius Excrementum est sudor, per coctionem fit Gluten, ex Sanguine, in Singulis Partibus.

Necessitas Coctionis. Coctio autem necessaria est, quia alimentum ex naturis differentibus constat plurimo Sicco & pauco Humido: nutrimur autem 1. Solo Humido, eoque dulci non amaro, acri aut acido. 2. Non Sicco. Quia igitur caloris est cogere Homogenea, separare Heterogenea, prouida Natura retinet Humidum dulce, reliquum tam Humidum, Siccum separat & foras excludit.

Generatio Excrementorum. 1. Stercoris. Generantur autem tria hoc modo: 1. Stercus: Hepar enim Mesenterio veluti manu Chylum, etiam ex tenuibus intestinis sugit, eò enim desinunt Venæ Mesaraicæ: quod relinquitur Crassum, Siccum & inutile Excrementum, stercus nominatur: & inter Humores refertur, quia feces Sanorum debent esse Humidæ & molles consistentia mellis.

2. Vrina,

2. Vrina, quæ est Tenuis & aqueus liquor sanguinis, analogus sero lactis concreti: quem Renes attrahunt permistum sanguini: postmodum Renes retento sanguine, serum per Vreteras in Vesicam effundunt: Inde si spectes Vrinæ Materiam, fit simul cum sanguine in Hepate, quia cujusq, Humoris suum est Excrementum: Si spectes eius Formam, accipit illam in RENIBVS, quia illic fieri incipit secretio seri à sanguine. *2. Vrina.*

3. Sudor, si serum non refluit in Venam Cavam suo munere perfunctum, necesse est resolvi à Calore & in sudorem converti: est enim vrinæ & sudoris eadem materia: hinc qui parum sudant, multum meiunt, & qui parum meiunt, multum sudant. *3. Sudoris.*

Hinc plurimum Hyeme mejimus, parum sudamus, quia ambientis frigore cutis densatur, nihilque aut minimum transpirat: In partibus etiam externis, non est tam potens Calor, vt serum in Sudorem conuertat. Hinc plurimum æstate sudamus, parum meiimus: quia externis Calor relaxat cutem, & materiam Sudoris attenuando dissoluit.

Pituita vel est Alimentaria cum sanguine mixta, prout videlicet est quarta pars massæ sanguinis: vel est Superuacanea quæ est vel naturalis, vel præter naturam: Naturalis hærens in Capite, ventriculo, & Intestinis, impedit ne intestina perpetuo Bilis incursu erodantur: Præter naturam quæ dicitur ratione consistentiæ, mucosa, vitrea & gypsea, ratione qualitatis, Dulcis, acida & salsa: de his in sequentibus latius. *Differentia pituita, Alimentaria & superuacanea.* *Superuacanea naturalis vel præter naturã.*

CAPVT V.

De Partibus.

PArs est corpus toti cohærens, communique vita coniunctum, ad illius functionem vsumque comparatum. *Definitio.*

Pars autem toti cohæret connexione duplici, vel Mathematica, quæ quantitatum est, vel Physica, quæ est vnio vitæ & specifica dicitur. *Pars alia Mathematica alia physica.*

In qualibet vero Parte tria spectantur 1. Structura. 2. Actio. 3. Vsus. *In parte 3. spectãtur.*

Et Structura ex triplici constat. 1. Structura, quam constituunt, substantia, Temperies & Conformatio. Substantia, cuius ratione Pars dicitur ossea, membranosa, Neruosa, carnosa & Medullosa.

Temperies quatruplex. Temperies, cuius ratione pars dicitur Calida, Frigida, Humida & sicca. Conformatio, quæ in Symmetria & naturali constitutione consistit, videlicet 1. in Figura ad quam referuntur, superficies meatus ac cauitates. 2. Magnitudine. 3. Numero 4. Situ, quo refertur Partis sedes & connexio cum alijs. & 5. ad conformationem partium Galenus quoque refert Pulchritudinem.

Conformatio in 5. consistit: Figura. Magnitudine. Situ & pulchritudine.

Actio duplex 2. Actio quæ duplex est, vel communis vt Nutritio, vel propria, quæ iterum duplex, Princeps & Principi ministrans.

Vsus duplex. 3. Vsus qui duplex est, primus & secundus: Primus qui sequitur Actionem, vt videndi actio confert animali, vt nocitura fugiat. Secundus, qui præcedit actionem, sic in oculo crystallinus Humor visionem edit primario &c.

Corpus humanum dupliciter consideratur. *Corpus viuens in tria diuiditur.* Corpus præterea humanum, tanquam totum integrans consideratur dupliciter, primo aut prout est Corpus viuens, ita diuiditur 1. in nutrienda quæ Hippocrates vocat continentia, Alexander vero solida, 2. in nutrientia quæ Hippocrates vocat Contenta, Alexander Humida. 3. in Impellentia quæ Hippocrates vocat Impetum facientia, Alexander spirituosa.

Partes humani corporis tres principes, Cerebrum Cor & Hepar. Secundo consideratur Corpus simpliciter: ita varie diuidi potest: considerantur enim hoc modo eius Partes 1. prout sunt aliæ Principes, & ignobiles: Principes, quæ videlicet ad totius indiuidui conseruationem sunt necessariæ: earum sunt tres vt Cerebrum vnde proficiscitur sensus, postea Cor vnde proficiscitur Vita, vltimo Hepar vnde proficiscitur corporis vniuersi Alimentum.

Partes ignobiles. Partes ignobiles, quæ videlicet principibus famulantur, earum diuersi sunt gradus, quia quædam Principibus seruiunt, vel aliquid præparando, quæ dicitur seruitus præparatoria, vel aliquid deferendo, quæ dicitur seruitus Latoria.

Partes similares & dissimilares. 2. Partes considerantur prout sunt similares vel Dissimilares: Similares, quæ definiuntur ratione vel materiæ, vel Formæ: materiæ, quæ in partes sibi similes diuiduntur; vel Formæ, quæ vndique vniformem habent Figuram. Sunt etiam partes similares adhuc duplices. 1. Vel quarum reuera vniuersæ particulæ inuicem eiusdem sunt

Partes simi- speciei: seu quæ in partes alterius naturæ, rationis seu speciei diuidi

neque-

nequeunt: hæ 8. sunt, Os, Cartilago, Fibra, Membrana, Ligamentum, Tendo, Caro simplex & Cutis.

lares octo, Os, Cartilago, Fibra, membrana, Ligamentũ, Tẽdo, Caro Simplex, Cutis, Vena Arteria.

2. Partes similares sunt, quæ non reuera vndique sibi similes sunt, & eiusdem naturæ & speciei, sed sensus duntaxat iudicio, harum sunt 2. Vena & Arteria: constat enim membranis & fibris: rebus diuersæ naturæ ac speciei.

Dissimilares partes sunt, quæ definiuntur, quæ & in partes dissimilis naturæ, & diuersæ speciei diuidi possunt.

Similarium partium differentias considerat aliter Philosophus, aliter Medicus: Philosophus, quia primis qualitatibus suas differentias capit: quæ etsi quatuor sunt; tamen quia caliditas & frigiditas actus quodammodo sunt: Actus vero secundum se indiuisibilis: partium similarium statuit tantum alias Humidas, alias Siccas: Humidas, hæ 1. vel sunt proprie ita dictæ, & suapte natura suis terminis sese continere nequeunt vt Sanguis, 2. vel Molles, quæ suis terminis sese magis continent vt Caro. Siccas statuit, hæ dicuntur, quarum superficies compressa difficile, vel nihil cedit: earum duo sunt genera Fragiles & Lentæ: Fragiles quæ flecti sine partium dissolutione nequeunt, vt Ossa. Lentæ, quæ flecti sine partium dissolutione possunt, vt Ligamenta, Membranæ &c.

Philosophus considerat partes similares.

Medicus considerat, qui suas differentias à sensilibus & materialibus generationis principijs colligit, quæ duo sunt vt 1. Seminis Crassamentum. 2. Sanguis: Ita partium similarium sunt aliæ Spermaticæ, aliæ Carnosæ: Spermaticæ, quæ immediate ex Seminis crassamento generantur: earum variæ sunt Differentiæ: quia semen etsi videatur similare, habet tamen partes dissimilis naturæ: alias videlicet crassiores, tenuiores, pingues, glutinosas, Tensioni & Concretioni idoneas.

Medicus cõsiderat partes similares.

Partes similares Spermaticæ.

In hac seminis Partes dum vis procreatrix agit, diuersas Partes effingit: videlicet ex idoneis vt Tensioni, Membranas, Arterias, venas, neruos: Concretioni vt Ossa & Cartilagines.

Carnosæ partes, quæ ex sanguine generantur, earum tria sunt genera, quia triplex est Caro: est namque 1. Caro Musculorum, quæ propria caro est. 2. Caro Viscerum, quæ παρέγχυμα dicitur, quasi affusio sanguinis. 3. Singularum partium peculiaris.

Partes similares Carnosæ.

Caro triplex.

Similarium partium necessitas duplex est 1. vt ex his fiant Dissimilares 2. vt sint sedes virtutum sensificarum.

Dissimilares partes καθ' ἐξοχὴν vocantur Organicæ, quia perfectior & euidentior est earum actio: & quia in compositis Partibus magis lucent, quam in simplicibus quatuor organi naturam constituentia, vt sunt: Figuræ concinnitas, magnitudo, numerus, situs. Est autem Organum Animalis pars, qua perfectam actionem edere potest: Organorum autem Galenus 4. ordines statuit: sunt enim 1. Organa simplicissima, quæ ex solis similaribus constant, vt Musculi: 2. quæ coagmentantur ex primis, vt Digiti. 3. quæ coagmentantur ex secundis, vt Manus. 4. Quæ coagmentantur ex tertijs vt Brachium.

4. Constituentia naturã Organi. Organorum 4. ordines, secundum Galenum.

Rursum in perfectissimo Organo 4. partium genera obseruantur earum videlicet 1. à quibus primario editur actio, vt Humor Crystallinus in Oculo. 2. Sine quibus actio non fit, vt nerui oculorum. 3. Per quas melius editur, vt oculorum tunicæ. 4. Quæ actionem conseruant, vt Palpebræ.

4. Partiũ genera in Organo.

CAPVT VI.

De Ossibus.

Definitio.

OS est Pars similaris, omnium Siccissima & Frigidissima ex seminis Crassamento terreo pinguiq; à vi formatrice per caloris vim genita ad totius stabilimen, rectitudinem & Figuram.

Hæc definitio complectitur ossis 1. Formam, 2. Materiam, 3. Causam & 4. Finem. 1. Formam, quæ consistit in qualitatibus vt primis vel secundis: primis vt vel Siccitate, est enim os siccum ob humidi & pinguis exhaustum, quem fecit intensior calor: vel Frigiditate, est enim os Frigidum, quia vanescit Calidum per Humidi defectum. In qualitatibus secundis primas subsequentibus primo Duritie est enim os Durum non concretione, vt glacies, igne enim dissolueretur, neque tensione vt tympanum, sed siccitate vt lignum. secundo Grauitate, est enim os graue, tum quia terreum, tum quia aër & aqua in eo sunt valde condensata. Tertio Candore, est enim os album quia Spermaticum.

Forma Ossium.

2. Materiam, quæ est seminis crassamentum, crassior quippe & terrea eius Pars.

Materia Ossium.

3. Cau-

3. Causam Efficientem, quæ est vis Formatrix, & vtitur calido tanquam architecto, & spiritu tanquam opifice & pictore, his tribuit Philosophus, Ordinationem, Secretionem, Concretionem, Densationem & Rarefactionem. *Causa efficiens ossium.*

4. Finem, qui est, vt ossa toti corpori exhibeant 1. Stabilimen, quia sunt velut propugnacula aduersus omnes impetus. 2. Rectitudinem, quia rectum sine ossibus stare animal non posset, sed serpentum more reperet. 3. Figuram, quia ab ossibus corporis proceritas & incrementi meta dependet. Huius Finis ratione obtinuerunt ossa substantiam Duram & solidam, quia id fulcri & propugnaculi natura postulabat: sic etiam obtinuerunt ossa substantiam Insensilem, ad δυσπάθειαν, hoc est, patiendi difficultatem. *Finis ossiū.*

Ossis essentiæ temperiei quippe cohærent vel accidunt: cohærent qualitates tractabiles vt Durities, Mollities, Densitas, Raritas, hinc ossium differentiæ sumuntur videlicet à Duritie & Mollitie, vt ossium alia vel Durissima vt quæ Lapidosa dicuntur; alia Mollia, πρὸς *h* vt Ethmoidea & Epiphyses: alia Dura simpliciter, vt cætera ossa omnia. *Ossium differentiæ.* *Ossium cohærentia.*

Accidunt 1. Magnitudo, 2. Figura, 3. Situs, 4. Motus, 5. Sensus. Hinc ossium differentiæ sumuntur videlicet à Magnitudine, quod ossium sint alia magna, mediocria & parua. *Ossium Accidentia.*

2. Figura, quod quædam plana, rotunda, trilatera, quadrilatera &c. huc referuntur meatus, cauitates, leuitas & Asperitas. *Ossium differētia vel: à magnitudine.*

3. Situ, hinc duplex differentia peti potest: quia Situs nomine intelligitur sedes & Connexus, sedes: hinc erunt alia superiora, inferiora, Antica & Postica. Connexus cū alijs hinc connectuntur alia per Musculos, Vincula & Cartilagines. 4. Motu, quod quædam mouentur, vt quæ per Mathrosin articulantur: quædam non mouentur, vt quæ per Synarthrosin connectuntur. *Figura. Situ, motu vel sensu.*

5. Sensu, quod quædam sentiant vt dentes, quædam non sentiant, vt reliqua Ossa omnia.

Spectantur autem in Ossibus vel eorum partes, vel eorum Cauitates: Partes, quæ tres sunt: Prima præcipua quæ dicitur os totum & est basis & velut centrum Epiphyseῶν, & apophyseῶν. *Ossiū partes*

Secunda Pars ossi adnata quæ dicitur Epiphysis, & est os per se toti ossi per Symphysim annexum, non autem Ossis cum osse vnitio. Est autem Epiphysis in quibusdam Ossibus 1. vel nulla, vt inferiore *Epiphysis.*

maxilla. 2. Vel vna, vt coſtarum radicibus & puerorum dentibus. 3. Duplex, videlicet vtrinque vna, vt in Tibia, Perone, Humero, cubito, radio. 4. Triplex, vt in oſſe Ilium 5. Quadruplex vt femoris oſſe, tres ſuperiore parte, vnica inferiore. 6. Quintuplex, vt in vertebris, duæ in tranſuerſis proceſſibus, quæ in corpore, vnica in ſpina.

Vſus Epiphyſeon quatruplex.

Epiphyſeon vſus eſt 1. vt ſint operculum oſſium medulloſorum. Galenus. 2. vt ſit firmior articulatio; latiore enim Baſi melius firmantur oſſa. Galenus. 3. Vt ex his ligamenta oriantur, quæ vel oſſa connectunt, vel muſculorum tendines efformant. Andreas Laurentius. 4. Vt ſint Ventres oſſium, in quibus coquatur oſſium alimentum, quod ſenſim in eorum cauernas percoletur. Hippocrates.

Apophyſis.

Tertia Pars os oſſium protuberans, dicitur Apophyſis, & eſt pars oſſis legitima, ex ipſomet oſſe prorumpens & extra ſuperficiem planam extuberans. Harum vſus eſt 1. ad multarum partium præſertim Muſculorum exortus & inſectiones 2. vt quibuſdam partibus propugnaculi vicem gerant, vt in vertebris & ſcapulis apparet.

Vſus Apophyſeon.

Cauitates oſſiũ vel profundæ, vel ſuperficiariæ.

Oſſium Cauitates ſeu ſedes, quæ Articulationis gratia constructæ ſunt: earum ſunt duæ differentiæ vel profundæ, quæ κοτύλαι dicuntur, quales apparent in Iſchio & oſſe Scaphoide: vel Superficiariæ, quæ γλῆναι dicuntur, á Forma ſinuum ocularium, qui palpebris clauſis apparent.

Articulationis & Symphyſeos natura.

Ad motuum varietatem Oſſibus diuerſi generis ſtructura & compoſitio neceſſaria fuit: Huius autem Compoſitionis modus duplex eſt: Connectuntur enim oſſa 1. aut per ἄρθρον hoc eſt articulationem vel per Symphyſin: ἄρθρον hoc eſt articulationem: ea definitur naturalis oſſium ſtructura, in qua duorum oſſium extrema ſeſe tangunt, vt tota articulationis natura in extremorum contactu conſiſtat: Eſt autem triplex 1. Laxa, quæ διάρθρωσις dicitur, & motu manifeſto fit: huius ſunt tres Species 1. ἐνάρθρωσις, ea eſt cum excipiens cauitas admodum profunda eſt, caputque quod in eam inſeritur oblongum: Talis eſt articulatio Femoris cum Iſchio. 2. Laxæ ſpecies, ea eſt cum cauitas eſt ſuperficiaria, & caput depreſſum, vt inferioris maxillæ cum oſſe temporum, occipitis cum primo Spondylio Articulatio. 3. Tertia ſpecies γίγγλυμος, eſt quando os idem & excipit & excipitur, vt in feneſtris & oſtijs viſitur. Fit autem duobus modis, vel enim idem os ab vnico oſſe excipitur & excipit ſimul: huius exemplum

Articulatio triplex Laxa, ſtricta, & Neutra.

Laxæ tres ſpecies.

1.

2.

3. Species duob⁹ modis fit.

plum est, in cubito & Brachio. Vel excipit vnum, & excipitur ab alio: huius exemplum est in vertebris.

Stricta articulatio, consistit in trib. speciebus.

2. Articulatio stricta, quæ συνάρθρωσις dicitur, & nullum motum habet, aut saltem δυσόρατον, hoc est vix Aspectabilem: huius tres sunt species, ῥαφὴ, ἁρμονία & γόμφωσις.

1. ῥαφὴ duplex.

Prima species ῥαφὴ hoc est, sutura ea est compositio consutis rebus similis, quæ duplex 1. Serrata, quæ serrarum inuicem suis spiculis iuncturarum Formam refert, qualis in capite cernitur, dicitur πριονώδης. 2. ad Vnguem, ea duorum Vnguium sese subeuntium Figuram exprimit.

2. ἁρμονία.

Secunda Species ἁρμονία, quæ est Articulatio per simplicem lineam, rectam vel obliquam aut circularem, sic maxillæ superioris ossa fere omnia iunguntur.

3. γόμφωσις.

Tertia species γόμφωσις, quæ est, cum os ossi claui modo infigitur; vt Dentes.

Articulatio neutra.

Neutra seu dubia Articulatio, hoc est nec omnino διάρθρωσις nec omnino συνάρθρωσις, sed vtriusque particeps: Synarthrosis quidem ratione obscuri motus, diarthrosis autem ratione compositionis hoc est cauitatum & capitum: talis est Articulatio costarum cum steno & vertebris, item ossium Carpi & Tarsi.

σύμφυσις.

Ossa quæ per Simphysin connectuntur: est autem σύμφυσις ἕνωσις ὀστῶν φυσικὴ, hoc est naturalis ossium vnio, per quam ossa, quæ duo erant, continuantur & vnum fiunt: consistit ergo natura symphyseos in continuitate, sicut articulationis in contiguitate & solo extremorum contactu: Est autem duplex sine medio, & cum medio; sine medio, ita coalescunt ossa mollia & fungosa, vt epiphyses fere omnes, vtpote molles & Cartilagineæ: cum medio, quemadmodum Ossa Sicciora & Duriora non nisi alicuius corporis interuentu vniri possunt. Estque hoc medium triplex: Cartilago, neruus & Caro.

Natur. συμφύσεως. Duplex sine medio & cũ medio. Cum medio triplex.

Hinc tres symphyseos differentiæ 1. συγχόνδρωσις, cuius exemplum est in ossibus pubis & maxillæ inferioris. 2. συνδέσμωσις, cuius exemplum est in omni diarthrosi: intelligitur autem per Neruum σύνδεσμος hoc est ligamentum. 3. συσσάρκωσις, cuius exemplum est in osse hyoide & scapulis: per carnes autem intelliguntur Musculi.

Tres Differentiæ symphyseos.

Vniuersa ossium series diuiditur tripartito, Primò in caput, Secundo in Truncum, Tertio in Artus.

Ossiũ omniũ enumeratio.

Primo

Ossa Capitis. Calua constat ossibus sex proprijs: & duobus cōmunibus.

Primo caput, cuius nomine intelligitur 1. Calua: 2. Facies: Calua, constat ossibus octo vt sex proprijs & duobus communibus: Propria sunt, Os frontis, Os occipitis, duo Sincipitis, & duo Temporum, in his continentur ossicula 3. Stapes, Incus, Malleolus: communia sunt, Os Sphenoides & Os Ethmoides.

Maxilla Inferior & superior.

Secundo Facies, illa continet Maxillam vtramq; & superiorem, quæ constat ossibus 11. Et inferiorem quæ constat ossibus duobus: vtrique articulantur dentes 16. ex quibus sunt 4 τομεῖς incisores. 2. κυνόδοντες Canini & 10. γόμφιον καὶ μύλοι molares.

Trunci diuisio in spinā. Costas, & os innominatum. Spinæ 4. Partes. Costarū 7. veræ, & 5. Spuriæ. Ossis innominati 3. Partes.

Secundo diuiditur ossium series in Truncum, qui vel diuiditur 1. in Spinam; 2. Costas, & 3. Os innominatum. 1. Spinam, quæ quatuor habet partes: Prima est Ceruix, cuius 7. sunt vertebræ. Secunda est dorsum, cuius 12. sunt vertebræ. Tertia sunt Lumbi quorum 5. sunt vertebræ. Quarta est os sacrum cuius 4. Ossis sacri extremum dicitur Coccyx. 2. In costas diuiditur Truncus, quarum sunt vtrinque 12. septem veræ & quinque Spuriæ: his annectuntur, Os sterni parte anteriore, & Clauiculæ parte superiore, postremo Scapulæ parte posteriore. 3. diuiditur in os innominatum, huius 3. sunt Partes, Ilium, Ischium & Pubis.

Tertio ossium series diuiditur in Artus, quorum duo sunt Manus & Pes: Manus diuiditur primo in Brachium, huius est vnicum Os: Secundo in Cubitum, qui constat Radio & Cubito: Tertio, in extremam manum quæ finditur 1. in Carpum, huius 8. sunt ossa. 2. Metacarpum huius sunt 4. 3. in Digitos, horum sunt 15. his sesamoidea addere licet.

Pes diuiditur in Femur, Tibiā, & extremū pedem. Pedis extremi, tres partes: Pedium Metapediū & Digiti.

Pes, qui diuiditur 1. in Femur, huius vnicum est Os. 2. in Tibiam huius duo sunt ossa peritone & Tibia cum rotula. 3. in Extremum pedem: huius tres sunt partes 1. Pedium seu Tarsus, huius 7. sunt ossa. 2. Metapedium seu Metatarsus, huius 5. sunt ossa. 3. Digiti horum sunt 14.

His omnibus additur os Ypsiloides, quod cum cæteris nullam articulationem habet.

CAPVT

CAPVT VII.

De Cartilaginibus.

CArtilago eſt pars ſimilaris frigida & ſicca ex craſſa ſeminis parte, quæ Caloris vi concreuit, genita, ad motuum varietatem ſecuritatemq; & ad externos impetus eludendos. *Definitio.*

Eſt igitur Cartilaginum Temperies; Frigida & ſicca, vel ab exhauſtu Humidi á Calore, vel inopia Calidi vaneſcentis. *Temperies Cartilaginum.*

Cartilaginum materia eſt ſeminis Craſſamentum. *Materia cartilaginum.*

Cauſa efficiens Cartilaginum, eſt Calor procreatricis facultatis (cui formatrix & alteratrix inſeruiunt) immediatum organum: eſt autem hic calor non extendens vt in membranis, non perforans, vt in venis & arterijs, ſed cogens. *Cauſa efficiens.*

Finis ſeu vſus Cartilaginum eſt communis & peculiaris. Communis duplex eſt: videlicet vt Cartilagines oſſium Diarthroſi iunctorum motus 1. reddant faciliores: eſt enim Cartilago læuis & polita; hinc oſſium aſperitates læuigando, lubricandoque eorum capita ad motum promptiora reddit: vnde etiam fit, vt omnes mobiles articuli cartilagine incruſtentur, & oſſium capita, qua parte ſeſe tangunt læui cartilagine illinantur. 2. vt reddant ſecuriores: oſſium enim ſinus adauget Cartilago, ne prompte luxetur articulus, vt apparet in articulatione Humeri cum ſcapula, & alijs pleriſque. 3. Vt reddant Diuturniores: cartilaginis enim interiectu conſeruatur motus & fit Diuturnior: cum enim oſſium extrema ſint duriſſima, mutuo contactu varioque motu contererentur, tandemque motus ceſſaret, in cartilagine mollire oſſa obducerentur. *Finis. Cõmunis & peculiaris. Communis triplex. Peculiaris vſus cartilaginum.*

Secundus vſus Cartilaginum communis eſt: vt Impetus molliter cedendo eludant, & ab occurſantibus iniurijs tutentur partes ſubiectas & Connatas: Hinc Cartilagineæ ſunt Coſtæ in fine vt cor defendant: Item Aures & Nares.

Peculiaris vſus Cartilaginum: Hinc aliæ inſeruiunt viſioni, Auditui, odoratui, deglutitioni, reſpirationi, Appræhenſioni, & progreſſioni.

Differunt Oſſa & Cartilagines ſecundum magis & minus: *oſſa differũt*

secundũ magis & minus. nam. Ossa Cartilaginibus sunt duriora, ficciora & frigidiora: Cartilagines vero sunt læues, politæ, & pellucidæ: tum Cartilagines etiam non habent Medullam, cauitates, vel Cauernulas, & quia non habent eandem crassitiem & soliditatem cum ossibus, facil. illorum substantiam alimentum permeat.

Cartilaginum differentiæ. Cartilaginum differentiæ inter se desumuntur: vel à substantia, vel à magnitudine, Figura, Situ, Vsu, vel connexione: 1. Substantia hinc dicuntur Cartilagines: aliæ Duræ, quæ tandem euadunt in senibus osseæ, vt eæ quæ Caryngem efformant: aliæ mediocres, quæ nunquam in ossis naturam degenerant, vt Epiglottis: Aliæ molles, quæ Articulos colligant & ligamentorum naturam referunt, vnde χονδροσυνδεσμοὶ vocantur. 2. Magnitudine, hinc dicuntur cartilagines, aliæ magnæ, aliæ paruæ. 3. à Figura, hinc dicuntur Cartilagines, quod earum sit alia. 1. χιphoides seu Ensiculata, quæ videlicet similis est cuspidi gladij, vt ea quæ sterna appenditur. 2. Annularis, quæ videlicet similis est annulo Turcarum, quem dextro imponunt pollici sagittas emissuri. 3. Scutiformis, quæ videlicet similis est scuto. 4. Arytænoides, quæ videlicet similis est vasi, quo abluendis manibus aquam effundimus.

1. à substantia, aliæ molles, aliæ duræ. 2. à Magnitudine aliæ magnæ aliæ paruæ. 3. à Figura. 1. χιφοίδες 2. Annularis 3. Scutiformis. 4. Arytænoides.

4. A situ hinc Cartilagines dicuntur aliæ Supernæ, aliæ Infernæ, Anticæ, posticæ, Internæ vel Externæ. 5. Vsu, hinc Cartilagines dicuntur, quod aliæ sint constructæ, primo motus gratia, secundo ad impetus externos eludendos, tertio fulcri gratia & quarto ad quarundam partium tutelam. 6. Connexione dicuntur Cartilagines 1. Quod aliæ ossibus connascantur: eæ vel ossa connectunt, vel ossibus appenduntur: Ossa connectunt Immediate & interiectu: Immediate, vt ossibus genæ inferioris aut pubis, quæ videlicet per Synchondrosin Symphyseos speciem connectuntur, vel sterni: Interiectu communium ligamentorum, vt in extremis ossium, quæ per Diathrosin connectuntur: Ossibus appenduntur, vt Cartilago Nasi, Coccygis & ea quæ χιphoides dicitur. 2. Connexione Cartilagines dicuntur, quod sint solitariæ, hoc est partem per se constituant, tales sunt Cartilagines, Ciliorum, Laryngis, Asperæ Arteriæ, Auricularum, Epiglottidis.

4. A Situ. 5. Vsu. 6. Connexione, dupliciter. Immediate & interiectu.

Cartilagines triplices Cartilagines sicut & ossa tripartitò diuiduntur: sunt enim aliæ capitis, aliæ Trunci, aliæ extremorum: 1. Capitis, vt videlicet,

licet, Aurium, Narium, Palpebrarum, Maxillæ inferioris. 2. Trunci, qui iterum diuiditur primo in Spinam; huius Cartilagines aliæ sunt Propriæ vel communes: propriæ videlicet solius ceruicis: vt vel Larynx, huius etiam tres sunt partes θυροειδὴς hoc est scutiformis: χελνοειδὴς hoc est annularis & tertia ἀρυταινοειδὴς: Cartilagines communes sunt vertebrarum quibus eæ connectuntur: Secundo, Cartilaginum diuisio in Thoracem huius cartilagines sunt conspicuæ in costarum & sterni extremis. Tertia Trunci diuisio est in os innominatum.

2. Trunci quæ est spinæ Thoracis & oßis innominati.

3. Cartilagines Extremorum aliæ sunt ossium excipientium vel exceptorum, aliæ manuum, aliæ Pedum.

3. Extremorū. Vt manuum vel pedum.

CAPVT VIII.

De Ligamentis seu Vinculis.

Ligamentum dupliciter accipitur Amplissime & stricte: Amplissime prout intelligitur omne, quicquid partem parti colligat: sic dicuntur Vincula, Membranæ, Cutis, Arteriæ, Venæ, Nerui &c.

Ligamenti duplex intellectus.

Stricte prout intelligitur Pars similaris & sicca, mediam inter Neruum & Cartilaginem naturam obtinens, ex seminis portione lenta Caloris vi genita, varios in colligando, continendo, tegendo, & Musculis constituendis vsus præstans.

Ligamentorum inter se differentiæ variæ sunt: dicuntur enim 1. alia à substantia Dura, Mollia, membranosa, hoc est membranis similia, quia lata, Item Neruea, hoc est rotūda instar neruorum, & Cartilaginea. quæ alias νευροχονδρώδη dicuntur.

Ligamentorū differentia à substātia. Dura vel Mollia.

2. A Magnitudine dicuntur, parua, magna, lata & angūsta.

A Magnitudine.

3. A Figura dicuntur Lata, rotunda, continua, Perforata, transuersa, annularia & Longa.

A Figura.

4. A Situ dicuntur superna, Inferna, Dextra, sinistra, Antica & postica.

A Situ.

Secundum ortum & insertionem Ligamenta quoque differunt: oriuntur enim alia ab Ossibus, & inseruntur 1. vel Os: eorumque

1. Ligamentorūmdiffe-

rentia secundum ortum quatruplex. que alia firmant articulos: alia ossa ambo colligant sine articulo: alia tendines muniunt & induunt: 2 Inseruntur vel in Cartilaginem, vt apparet in genu, & duo sunt vnum à condyli interni radice interna promanans: alterum illi subditum. 3. Inseruntur vel in musculorum capita, hæc varia sunt. 4. In aliam partem, vt gemina maximam penis partem constituentia, ex ossibus pubis orta.

2. Oriuntur etiam alia ligamenta dupliciter. Oriuntur etiam alia Ligamenta à Cartilaginibus & inseruntur 1. vel in Cartilagines vt quæ Caryngis Cartilagines connectunt, item quæ Bronchia Arteriæ colligant, vel quæ sunt in imo fine Coccygis. 2. Inseruntur in Musculorum capita, vt quæ in proprios Laryngis musculos feruntur.

3. Ligamentorũ ortus. 3. Oriuntur alia Ligamenta à membranis: horum pauca sunt.

Vsus Ligamentorũ varius. Vsus Ligamentorum varius est: alia enim 1. Firmant ossa & Cartilagines luxationemque impediunt: hæc sunt vel communia, videlicet vndique articulum cingentia, tenuia, membranosa: vel sunt propria, videlicet crassiora & fere rotunda. 2. Deuinciunt ossa, qua parte non articulantur: sic colligant tenuia quædam ligamenta vt Radium Cubito, Tibiam perone. 3. Apponuntur Indumenti instar extrinsecus ad tendinum tutelam: sic teguntur secundum longitudinem vinculis tendines digitos vel flectentes vel extendentes. 4. Prohibent attritum interiecta inter os & tendinem. 5. Continent suis locis tendines, eos firmant, & tuto transmittunt, vt sunt vincula transuersa carpi, annulo cuidam similia, ideoque annularia dicta. 6. Discriminant Musculos, Dextros à sinistris, Anticos à posticis, Internos ab Internis, vt apparet in Cubito & radio, Tibia & perone. 7. Augent non secus ac cartilagines ossium acetabula. 8. Suspendunt viscera, ne nimio pondere decidant, vt sunt Ligamenta Hepatis, vesicæ & Vteri. 9. Concurrunt ad Musculi structuram: fit enim Tendo ex permixtis Fibris Nerui & Ligamenti.

Ligamenta triplicia. Sunt autem Ligamentorum alia Capitis, alia Trunci, alia Extremorum.

Ligamenta capitis vel totius vel partium. Capitis Ligamenta sunt alia totius, alia partium: Totius; cum enim Caput super prima & secunda vertebra moueatur, arctissimis vinculis colligari debuit: Hæc ligamenta tria sunt præcipua, Primum *1. secundum totum sunt triplicia.* maximum & latum, primam vertebram capiti connectens, totum articulum in orbem complectitur, hæc duas habet partes, quarum altera Crassam membranam referens, ad internam primæ vertebræ

par-

partem fertur: altera externum articulum ambit.

2. Apophysis 3. constat partibus.

Secundum Apophysin secundæ vertebræ dentiformem capiti alligat: hæc tribus constat partibus, quarum duæ ab externa dentis sede ortæ in coronas occipitij internas inseruntur: tertia nerui instar rotunda ab anteriore dente enata, in foramen amplissimum medullæ sacræ dicatum desinit, eique adhæret valide.

Tertium Nerui Figuram referens, primæ vertebræ cauitatem denti suscipiendæ dicatam circumdat, & processum pyrenoidi constringens, ita eum firmat, vt in neutram partem incliner, medullam etiam tuetur, ne nudo ossi occurrens lædatur.

Ligamenta partiũ sunt Maxillæ Faucium. Maxillæ vt superioris vel inferioris.

Partium capitis Ligamenta sunt vel maxillæ vel Faucium: maxillæ vt superioris vel inferioris: superioris, huius ligamenta inter suturas & Harmonias tenuia sunt, & membranosa ad Musculorum exortum constructa: ab illis enim musculorum faciei & vicinarum partium tendines oriuntur. Inferioris, quam cum osse Temporum colligat ligamentum commune, membraneum, totum Articulum obuoluens.

Faucium 2. Ligamenta.

Faucium: hinc duo Ligamenta à maioribus ossis hyoidis processibus oriuntur, quibus summa linguæ pars deuincitur: Hinc Linguæ vnum proprium est Ligamentum satis validum, cuius auxilio suffulta Linguæ mollities, facilius fibrari & produci potest: hoc ad dentes vsque anteriores producitur, & nisi obstetricis perstringeretur manu, voces articulatas vix proferre possemus.

Trunci Ligamenta alia spinæ.

Trunci Ligamenta sunt alia: Primo spinæ, cum enim vertebrarum varij sunt motus, vinculis ea colligari debuerunt: & cum in vertebris obseruentur vel corpora vel apophyses, duorum generum Ligamenta ibidem subiecti, alia quæ Corpora vertebrarum connectunt, alia, quæ oriuntur à processibus vel transuersis, ob musculorum & costarum compagem, vel à processibus acutis, vt vertebræ firmius colligentur.

Alia Thoracis.

Trunci Ligamenta: Secundo Thoracis hæc sunt, 1. Ossis pectoris; quod cum clauiculis proprij ligamenti interiectu alligatur. 2. Costarum: hæ enim qua parte articulantur cum vertebris, connectuntur validis & fere cartilagineis Ligamentis, à Vertebrarum transuersis processibus ortis: vel cum sterno, tenuia habent ligamenta.

Ossis sacri.

Tertio Ossis sacri, cuius duo peculiaria rotunda Ligamenta

 sunt,

ſunt, quæ ab eius ima parte in acutum coxendicis proceſſum ferũtur, huncque Oſſi ſacro validius ſtringunt, & rectum Inteſtinum, eiuſque Sphyncteres muſculos ſuſtinent.

Oßis Innominati. Quarto Oſſis Innominati, hæc alia oſſium vt: Ilij, quæ illa cum Oſſe ſacro colligant, Ligamenta membranea: vel Pubis quæ ea Cartilagine iuncta firmius connectuntur, ſunt hæc vincula communia.

Extremorũ Ligamenta alia manuũ alia pedum. Manuũ alia ſunt cõmunia, alia propria. Extremorum Ligamenta alia ſunt Manuum, alia Pedis: Manuum quarum Primo alia ligant Brachium cum Omoplata: & hæc ſunt communia & propria: Communia, quæ tenuia ſunt, & membranoſa articulum vndique cingentia. Propria, hæc craſſa ſunt & rotunda: eorumque 4. ſunt. 1. Latius à fine acromij in finem coracoidis. 2. Anguſtius & breuius à radice acromij in radicem coracoidis. 3. & 4. hæc muſculis bicipitis maximam partem conſtituunt, & oriuntur vnum ex Coracoide proceſſu: alterum à ſcapulæ Acetabulo. Alia ligant Brachium cum Cubito & radio, hæc communia ſunt & tenuia vincula.

Secundo alia ſunt proprie dicta: in hac alia ſunt vel Carpi vel Digitorum: Carpi in quo duo Ligamentorum genera ſunt: quorum alia oſſa colligant, vel ſunt dicata tendinibus iiſque Firmandis, vel muniendis, vel tuto tranſmittendis. Digitorum: horum Ligamenta parte interna ſecundum longitudinem ducta tendines continent, & Digitis alligant.

Ligamenta pedis. Ligamenta Pedis: Hæc alia ſunt 1. Oſſis Femoris. 2. Tibiæ. 3. Pedis proprie dicti. Oſſis Femoris, quod cum Iſchij acetabulo copulant vincula duo: vt commune latum craſſiſſimum totum articulum ambiens: vel priuatum, quod à Cotyles fundo in medium femoris caput figitur.

2. Tibiæ hinc Tibiam alligant Cruri præter communia illa & lata, tria valida & rotunda Ligamenta: vel alligant Talo, vinculum vnum commune. Inter Tibiam & peronem, qua parte dehiſcant, Ligamẽtum eſt tenue latumque, ſuperas Inferaſq; horum oſſium partes deuinciens, & Tibiæ Internos muſculos ab externis excernens.

3. Pedis proprie dicti: In hoc alia ſunt vel Tarſi cuius oſſa colligant ligamenta alia vicinis partibus, alia inuicem inter ſe: vel digitorum, quorum ſinguli habent Ligamentum membranoſum tendinem firmans; vel plantæ: Hæc validum & latum ligamentum habet, quod

quod ab ima parte in omnia primæ phalangis ſeſemoidea inſeritur; ad maximam totius pedis firmitatem.

CAPVT IX.

De Tendine & Muſculis.

TEndo nihil aliud eſt, quam ἔκφυσις quædam fibrarum Ligamenti & Nerui, quæ per Carnes ſparſæ, in vnam velut Chordam coeunt, qua omnes ducuntur articuli, vt voluntati viſum eſt. Hic à tendendo dicitur, quia membrum mouendum inſtar chordæ intendit, & verſus Muſculi caput contrahit. *Definitio.* *Tendo à Tēdendo.*

Erat autem tendo Neceſſarius, qui non poterat Vinculum motum edere voluntarium, vt quod ſit ſua Natura immobile & inſenſile, vel quia non poterat neruus vaſtiſſimas membrorum moles trahere ob mollitiem & tenuitatem. Medium ergo aliquod organum, ex his ambobus fieri debuit, vinculo quidem mollius & infirmius, neruo autem durius & robuſtius: Huiuſmodi eſt tendo, mediam inter vtrumque naturam obtinens; ſuperat enim Vinculum ſenſus acumine, à neruo autem longe deficit. *Tendinis neceſſitas duplex.*

Vnde Galenus Tendinem fieri putat ex permiſtis Fibris vinculorum & neruorum: Ita tamen vt plures longe Ligamentorum, quam Neruorum ſint villi: hinc fit vt ſexdupla vel decupla craſſitudine Tendo Neruum ſuperet. *Galeni opinio de Tendine.*

Tendo ergo ſentit & mouetur ratione Neruorum ex quibus conſtat: Tendo ergo oſſibus muſculos connectit ratione Ligamentorū. *Tendo oſſib. Muſculos connectit.*

Eſt igitur Tendo velut Cauda Muſculi, ex Fibris Ligamentorum & Neruorum ortus, motuſque voluntarij Organum: Tendinem tamen obtinent Muſculi non omnes, carent enim eo Muſculi Linguæ, Labiorum, Frontis, Teſtium, Penis, Sphyncteres &c. Tendinem vero obtinent Muſculi ij, qui edunt motum aut Validum vel vehementem, hinc oſſium motibus deſtinati Muſculi omnes deſinunt in Tendines, vel maiores vel minores: ij etiam Muſculi Tendinem obtinent, qui edunt motum continuum, hinc oculorum Muſculi Tendines habent: hæc ſufficiant de Tendine, ſequuntur Fibræ ſeu Villi.

De Tendine & Muſculis.

In genere Muſculorũ ſunt cõſideranda, ſubſtantia, partes & officium.

MVſculi ſecundum Fernelium lib. pathol. cap. 5. conſiderantur in genere & ſpecie: In genere vt eius ſubſtantia, partes & officiũ: ſubſtantia conſtat 1. Fibris neruorum propter motum. 2. Venis propter alimentum. 3. Arterijs propter ſpiritus & vitam 4. Carne vt confirmaretur robur venarum, arteriarum & Neruorum. 5. Membrana tenui, quæ Muſculum vndique clauderet & teneret. Partes eius 1. Caput, quod plane eſt neruoſum. 2. Venter, in quo ſupradicta maxime videntur. 3. Cauda, quæ plerunque tendo eſt. Officium eius eſt, vt ſit motus primarium Inſtrumentum.

In ſpecie ſingulorũ conſideratur numerus & Actio.

In ſpecie Muſculorum ſingulorum numerus & Actio ita recenſetur: pertinent enim alij 1. ad Caput, 2. Extra Caput, 3. ad Truncum & 4. ad Actus.

1. Muſculi Capitis.
2. Muſculi palpebrarũ.
3. Muſculi Oculorũ.

Ad Caput Primo: & hi ſiti ſunt in capite particularum eius motui deſtinati: & ſic 1. in Fronte vnicus eſt Muſculus firmiſſime cuti adhærens, hic palpebras ſurſum adducit. 2. In Palpebra ſuperiori duo ſunt Muſculi quorum alter oritur ex Oculi angulo maiori, cuius contractione palpebra attollitur. Alter oritur ex angulo Minori qui oculum Claudit. In palpebra inferiori vnus eſt, qui perſtat immutabilis. 3. in Oculo Muſculi ſunt ſeptem: quorum alij ſunt Recti: horum 4. ſunt mouentes Oculum ſurſum, deorſum & ad Angulum maiorem ac minorem. Alij obliqui, quorum duo ſunt, oculum circumferentes. Septimus opticum neruum cuſtodit.

4. Muſculi Maxillarũ.

4. In Maxilla inferiori 4. ſunt Muſculi, quorum duo os Claudunt, horum alter eſt Maximus, ad tempora etiam aſcendens: Alter minimus, qui adiutor vocatur.

5 Muſculi in Labris.

Vnus os aperit. Alter Maxillam circumducit: habet Figuram trianguli, & dicitur ab officio μασσητὴρ hoc eſt molitor. 5. In labris Muſculi quatuor ſunt; illi efficiunt labrorum motus octo: quatuor Rectos ſurſum, deorſum, Dextrorſum & ſiniſtrorſum. Alios quatuor cum labra vel plurimum diſiunguntur, aliiduntur, inuertuntur vel intro adiguntur.

6. In

6. In Naſo duo ſunt Muſculi, vtrinque vnus, qui cum muſculis labrorum ſub temporibus eandem habent originem, & hi Muſculi Capiti ſunt Inſiti. *6. Narium Muſculi.*

Secundò, Muſculi ad Caput pertinentes, & ſiti extra Caput: ex his alij Caput totum mouent, qui ſiti ſunt in collo & ceruice, horum ab alijs 24. ab alijs 28. numerantur, & prout ſunt diuerſi ita diuerſos edunt motus. Alij Cartilagines laryngis ſtabiliunt ac mouent, hi laryngem fere omnes circumſtant & ſunt viginti quatuor. Alii Os ὑοειδὲς firmant, quorum ſunt octo. Alij mouent linguam, horum ſunt Nouem. *Muſculi extra Caput.*

Tertiò, Muſculi ad Truncum pertinentes 1. Sunt Pectoris, quorum alij ſeruiunt aëri inducendo, ij videlicet qui pectus dilatant: Alij fuliginoſis vaporibus aducendis, ij ſcilicet qui pectus conſtringunt. 2. Sunt Scapularum, Mouentes illas ſurſum, retro, ad colli latera, ad priora, deorſum &c. 3. Sunt dorſi, mouentes vertebras, horum alij ſunt Exteriores quorum vtrinque numerantur 23. Alij Interiores, ſpinam in priora incuruantes: Horum vtrinque duo ſunt. 4. Abdominis, horum ſunt 8. duo porrecti, duo tranſuerſi & 4. obliqui. 5. Sunt Genitalium membrorum vel Virilium vel Muliebrium: Viri lium muliebrium: Virilium muſculi, alij ſunt teſticulorum, horum ſunt quatuor, bini quemuis teſticulum fulcientes: Alij penis & horum ſunt quatuor, duo ad latera, meatum ampliſicantes: duo ſupra ex oſſe pectinis nati penem arrigentes. Muliebrium duo ſunt Muſculi, quemuis enim teſticulus fulcit vnus Muſculus. 6. Sunt Veſicæ, cuius Vnicus eſt Muſculus ceruicem in orbem ambiens, oſtium occludens, & Vrinam continens. 7. Podicis, cuius 4. ſunt Muſculi, Vnus rotundus, podicem coanguſtans, hinc dicitur σφιγκτήρ. Vnus tranſuerſus podicem conſtringens: Et duo obliqui per quos podex laxatur. *Muſculi ad Truncum. 1. Pectoris. 2. Scapularum. 3. Dorſi. 4. Abdominis. 5. Sunt genitalium membrorũ. 6. Veſicæ. 7. Podicis.*

Quartò, Muſculi ad Actus pertinentes alij ſunt brachij, alij pedis: Brachij iterum 1. ſunt Mouentes humerum, horum 13. ſunt in os humeri infixi, idipſum varie contorquentes. 2. Brachium Mouentes ſeu vlnam horum ſunt duo Interiores brachium inflectentes: Duo Exteriores Brachium extendentes: & quatuor obliqui Vlnam circumferentes. 3. Mouentes carpum, ipſumque agentes vel intro, horum duo ſunt ſiti in interiore brachij regione: vel Extra quorum duo ſunt ſiti in Externo brachio. 4. Mouentes digitos, quos extendunt Muſculi ſiti in Brachio, & contrahunt, Muſculi ſiti in vola. *Muſculi actuum alij ad Brachia, alij ad pedes.*

Pedis Musculi mouẽtes sunt 1. Femur. 2. Tibiam. 3. Tarsum.

Pedis Musculi Mouentes sunt 1. Femur, qui videlicet à coxendicis osse profecti ossi femoris impinguntur: horum alij Femur extendunt, quorum sunt quinque; Alij sursum adducunt, quorum sunt quatuor; Alij circumducunt, quorum duo sunt: Alij intro mouent, quorum tres sunt. 2. Tibiam Mouent, qui in femore orti Tibiam contingunt suis tendonibus, horum sunt decem. 3. Mouent Tarsum, pedium, & digitos pedum: hi vel oriuntur in Cruris parte vt priore quorum tres sunt, vel posteriore, quorum sex sunt: Vel etiam siti sunt in pedio, quorum sunt decem, aut in tarso, horum sunt sex, & hæc de Musculis plura vide apud Fernelium citato dicto loco. cap. 9.

CAPVT X.

De Fibris seu Villis.

Fibræ partes Similares.

Fibræ seu Villi sunt Partes Similares Frigidæ & Siccæ ex Semine genitæ, ideoque albæ, solidæ, oblongæ, exilium filamentorum instar, ad motum & Carnis custodiam destinatæ.

Vsus Fibrarũ duplex. Naturalis. Animalis.

Vsus Fibrarum præcipue duplex est 1. Motus. 2. Custodia Carnis: Motus triplex est Animalis, Vitalis, & Naturalis; Animalis seu Voluntarius: Hic musculorum opera perficitur: Musculus autem mouetur, dum eius Fibræ vel intenduntur, vel Principium versus retrahuntur. Hinc Musculi statim motu destituuntur, si Fibræ omnes transuersim secantur.

Vitalis.

Vitalis hic est vel Cordis, vel Arteriarum: Cordis, hoc enim Villos habet, quorum ministerio, vel distenditur, vel contrahitur aut quiescit; Arteriarum, his & suæ sunt Fibræ; & quidem in Tunica interna, transuersæ plurimæ, vel Tunica Externa, obliquæ & rectæ.

Naturalis ex quibus motus.

Naturalis, qui conspicuus est in Attractione, Retentione, & Expulsione.

Obtinuerunt autem Organa Naturalia Villos ad Attractionem, Retentionem & Expulsionem, Non propriam & peculiarem, sed communem & officialem: Quoniam enim sine Villis Alimentum trahunt Ossa, Cartilagines, Cerebrum, Carnes Parenchymatum, Sequitur eguisse Villis Ventriculum, Intestina, Venas, Arterias, Vterum, Vesicas, Cor &c. ad Nutrionem & Actionem Non propriam sed Officialem.

2. Fi-

2. Fibrarum vſus eſt Cuſtodia Carnis vel Muſculoſæ: ſunt enim Villi velut prima ſtamina, quorum inania ſpatia Caro infarcit, velut rimas oppletura. Vel eius quæ Propriam Subſtantiam conſtituit. Fibrarum Differentiæ petuntur vel à Situ, Duritiæ, Senſu, aut Organorum Varietate. *Vſus Fibrarum ſecundus.*

1. Situ: hinc triplex eſt Villorum genus, dicuntur enim alij Recti, Tranſuerſi & Obliqui: Recti ſeu Longi, ſi ferantur ſecundum Longitudinem, horum munus eſt trahere, hinc ſi contrahantur Recti minuitur Longitudo vt Fiat Attractio: Tranſuerſi, ſeu circulares ſi ferantur ſecundum Latitudinem Rectos interſecantes, horum munus eſt expellere, hinc ſi contrahantur Tranſuerſi, minuitur Latitudo vt fiat Expulſio. Obliqui, ſi medium ſitum obtinent, & ambos interſecent ad Angulos, inæquales, horum munus eſt retinere. *Quatruplex Fibrarum differentia. 1. à Situ.*

Dicuntur tamen Obliqui peculiariter tenere, quia Contracti complectuntur tantum, vndique enim Partes ambiunt, conſtringunt atque occludunt. Alias Retentio non vnico Villorum genere agente fit, ſed omnibus hinc ſi tendantur omnes Villi, Recti, Obliqui, tranſuerſi, tota contrahitur particula, fitque Retentio. At Recti & Tranſuerſi ſi contrahantur, non Retentioni tantum ſeruiunt, ſed & Recti tranſuerſique Pulſui.

2. Duritie: Sunt enim Villi alij Duriores vt Cordis: vel meliores vt Muſculorum. *2. Differentia Villorũ à Duritie.*

3. Senſu: hinc dicuntur Fibrarum aliæ Senſiles, quæ oriuntur à Neruis, vel Inſenſiles, quæ oriuntur à Ligamentis Oſſium. *3. à Senſu.*

4. Organorum Varietate, hinc aliæ inſeruiunt Organis Animalibus vt Muſculis, Neruis Ligamentis, Tendonibus: vel Vitalibus vt Cordi & Arterijs: vel Naturalibus vt Oeſophago, Ventriculo, Inteſtinis, Veſicis Vtero, Venis. *4. Organorum Varietate.*

Fibrarum quoque differentiæ petuntur à Textura: Hinc Fibrarum aliæ ſunt vel Permixtæ, vel ſeparatæ: Permixtæ ita, vt continuum Corpus efficiant, quemadmodum omnes Veræ Membranæ nihil aliud ſunt, quam Fibræ inuicem Coniunctæ. Separatæ à Partis Subſtantia, aliumque habent Vſum, quam Pars ipſa: & hæ ſunt vel ſolum, rectis, tranſuerſis & obliquis: Multiplices, & ita intertextæ, vt nulla arte inuicem ſeparari poſſint: ſic Cordis Caro triplici Villorum genere contexta eſt. *Fibrarum differentia à Textura: Fibræ permixtæ. Fibræ ſeparatæ. Simplices vel In multiplices.*

Cordis Caro ex triplici villorum genere.

In Organis etiam Naturalibus, quæ motui Naturali inseruiunt, si Pars habet vel Tunicam Propriam vt Vena constat triplici Villorum genere, ita Vterus & Vesicæ ambæ: Vel Tunicas duas Internam & Externam: Recte & Obliquæ Fibræ sitæ sunt in Interna, Transuersæ vero Fibræ in Externa.

Hinc tamen Excipiuntur 1. Intestina, quia inseruiunt Distributioni & Excretioni. 2. Arteriæ, quia inseruiunt Cordis Expurgationi, at Natura magis est solicita de noxij expulsione, quam vtilis tractione.

CAPVT XI.

De Membranis.

Definitio.

MEmbrana est Pars Similaris Frigida & Sicca, ex Seminis portione lenta, & ductili genita, ideoque lata, tenuis & densa, sensus tactorij Organum, partes subiectas custodiens, colligans & Disterminans.

Membrana Nomen Substantiæ.

Hæc alio nomine Tunica vocatur, quamuis ratione differant, quia Membrana est nomen Substantiæ, Tunica est nomen Officij.

Membranarũ Materia.

Membranarum Materia est Seminis portio lenta, quæ caloris vi tenditur, vnde fit vt citra noxam dilatari & comprimi possit.

Substantia.

Substantia earum 1. Est Lata, Extensibilis, vt partem vestiat & custodiat. 2. Densa, ad robur, & ne tam facile Humorum influxum recipiat. 3. Tenuis ne pondere sit molesta.

Membrana omnis duplex.

Notandum tamen, quamuis omnis Membrana videatur tenuis & simplex: est tamen omnis duplex, quia per omnes feruntur, Venæ ad Nutritionem, Nerui ad Sensum, Arteriæ ad Vitam, quæ Vasa inter duas tunicas necessario excurrunt.

Commune officium.

Membranarum officium Commune est, vt sint Sensus Tactorij Organum, ideò Sensu Exquisitissimo præditæ sunt: Hinc si partes suis spoliaueris Membranis, eas insensiles reddes: sic est insensibilis Caro Pulmonum, Hepatis, Lienis ac Viscerum.

Membranæ sparsæ per corpus Ex-

Hinc quemadmodum per totum Corpus sparsus & necessarius Tactus, ita sparsæ sunt Membranę fere per totum Corpus Externum & Internum, ambiunt enim Corpus Externum, Cutis & Membrana

ner-

neruosa: Corpus verò Internum, Membranæ peculiares infinitæ. Vsus Membranarum 1. Est vt partes subiectas custodiant, Hinc inuestiunt partes subiectas instar Indumenti vnde & tunicæ dicuntur: custodiunt Fibras, vt validius firment Carnes: continent Partium substantiam, ne fusa dissipetur. 2. Vsus est vt Partes Subiectas colligent, vnde mirabilis Partium συμπάθεια. Ita per periostea continua sibi sunt ossa: sic per Membranam communem omnes Musculi vniuntur: Ita per Cutem, Corpus vniuersum Symphysin habet, alioquin Partium diuersi generis structura varium. 3. Vsus vt partes subiectas distermiment & separent ab alijs Partibus, quod in Musculorum sectione apparet. *ternū atq; Internum. Membranarum vsus triplex.*

Membrana quatenus Partem aliquam inuestit, ex hoc Tunica appellatur: Hæc in quibusdam Partibus nomen habet proprium, quæ enim inuoluit Ossa illa vocatur περιόστεος: quæ inuoluit, Cranium, vocatur περικράνιος: quæ Cerebrum μῆνιγξ: Et quæ inuoluit Partes Naturales & singulis propriam Tunicam largitur, nuncupatur περιτόναιος, ab his Membranis Partes sensum habent: si enim Ossa suo periosteo denudaris, poterunt sine dolore vri, incidi & secari. Quæ Costas tegit & propriam Tunicam largitur contentis partibus vt Cordi, Pulmoni, & Asperæ Arteriæ, vocatur succingens Membrana. *Membrana qua ratione vocatur Tunica. Membrana succingens.*

Differentiæ Membranarum petuntur à Contextu, Situ, Magnitudine & Substantia: Contextu: nam quædam Membranæ Fibras habent, & quidem generis vel Omnis, aut Duplicis vel Vnius: Quædam Fibras non habent, in omnemque partem sunt Papyri modo indiuiduæ. *Differentiæ Membranarum. 1. à Contextu.*

Differentia Membranarum à Situ; hinc dicuntur Internæ & Externæ &c. *2. à Situ.*

Magnitudine, hinc dicuntur magnæ, paruæ &c. *3. à Magnitudine.*

Substantia: hinc Membranæ sunt Legitimæ & Illegitimæ: Legitimæ & veræ, videlicet Peritonæum, Pleura, Periostoneum, Cerebri membranæ: Harum Substantia aut est Tenuis, vel Crassa: Tenuis, latis aranearum telis simillima, vt quæ conspicitur in Membrana Arachnoide Cristallinum ambiente, Meninge tenui Cerebri, Pulmonis & Hepatis. Crassa, quæ videtur in crassiore Cerebri meninge. *4. à Substantia. Legitimæ & Illegitimæ.*

Membranarum Illegitimarum genera tria ſunt.

Illegitimæ, quæ verius Corpora Membranoſa dici debent: horum ſunt 3. genera, videlicet quorum alia oriuntur ex Oſſibus, hæc lata ſunt, intenſilia, articulos colligantia: alia oriuntur ex Muſculorum Tendinibus dilatatis, atq; ita Membranam potius quam Tendinem referentibus vt ſunt aponeuroſes Muſculorum abdominis obliquorũ & tranſuerſorũ: ſunt & Muſculi Tibiam abducendis, qui vulgo faſcia latia vocatur. Genus Illegitimæ ſubſtantiæ, ſunt & Membranea Corpora per ſe Partem conſtituentia: vt ſunt Veſica Biliaria & Vrinaria, Item Ventriculus, Inteſtina & Vterus.

Illegitimæ ſubſtantiæ Membranæ ſunt.

Membranarum enumeratio.

3. Membranæ Fœtum involuentes.

Membranæ aliæ ſunt Fætus aliæ Animalis editi. 1. Fœtus. Hunc inuoluentes Membranæ tres ſunt: Prima Chorion, hoc ita vocatur, quod Fœtum aut contineat, vel Coronæ aut Circuli inſtar ambiat: hæc tota Vtero adhæreſcit, Venarum & Arteriarum Vmbilicalium interiectu. Secunda Aranids, ſeu Agnina, Hæc ſudoris eſt receptaculum. Tertia Alantoides, quæ puellum cingit inſtar Zonæ cuiuſdam aut faſciæ latæ, Vrinæ eſt Receptaculum.

Membranæ Animalis Editi Vniuerſales & Particulares:

Membranæ Animalis editi, hæ ſunt aut Vniuerſales aut Particulares: Vniuerſales, quæ inueſtiunt vel totum Corpus, vt Cutis & panniculus carnoſus: vel omnes partes eiuſdem generis, videlicet vel Muſculos, quos tegit Membrana communis Muſculorum: vel Oſſa, quæ à Capite ad pedes inueſtit Perioſteon.

Particulares.

Regio Particularis triplex.

Particulares hæ inueſtiunt vel Particularem regionem, vel Simplicem aliquam Partem: Particularis regio Triplex eſt, Suprema, Media & Infima: Suprema videlicet Cerebrum, quod velant meniges duæ, Craſſa & Tenuis: Cerebri autem quaſi vicaria Medulla eſt, huiuſque velut laudices ſunt Nerui omnes, ideo iiſdem quoque Membranis velantur.

Media Regio.

Media Regio, hanc omni ex Parte Cingit Membrana ſuccingens, quæ videlicet Coſtis ſubtenditur: à qua oriuntur Tunicæ Pericardium, Mediaſtinum, Cordis, Pulmonum, Venarum, Arteriarum, Partium omnium, quæ Thorace concluduntur.

Infima Regio.

Infima Regio, huius omnes partes inſtar ſacci complectitur peritonæum, ſingulis communem largitur Tunicam.

Particulares membranæ ſingulæ ſuis partib. cohærent.

Particulares quem ſimplicem aliquam Partem veſtiunt: hinc peculiares habent Membranas ſingulę Partes, vt Lingua, Pulmo, Cor & Oculus, hic multas habet; videlicet Tunicam coniunctiuam, Corneam, vueam, Araneam, Ciliarem, Reticularem.

CA-

CAPVT XII.

De Cute.

CVtis Membrana est omnium Amplissima & Crassissima ex seminis & sanguinis permistione genita, temperiem Moderatam obtinens externi tactus, Verum Organum & subiectarum partium tegumentum, munimentum & ornamentum. *Definitio.*

Membrana dicitur ratione Coloris, est enim Candida: ratione Texturæ, est enim extensibilis; ratione Sensus, est enim sensus exquisitissimi; ratione vsus, est enim ad Custodiam partium comparata. *Cutis dicitur Membrana ratione Coloris.*

Dicitur ex sanguinis & seminis permistione genita, quia est mediæ naturæ inter Carnem & Neruum, & Sanguine neque abundat vt Caro, neque caret omnino vt Neruus, hinc est quasi sanguine præditus Neruus. *Neruus sanguineus.*

Quamuis autem Cutis videatur Continua, habet tamen Foramina quam plurima, quorum alia sunt Finita, alia Infinita: Finita, videlicet conspicua & comparata vel ad quippiam emittendum aut immittendum, qualia sunt in Oculis, Naribus, Auribus, Ore, Vmbilico, Pudendis & Ano. Infinita, quæ videlicet oculorum aciem effugiunt, & comparata vel ad Insensilem Transpirationem, vel ad Exclusionem Sudorum & Fuliginum: Hæc pori vulgo vocantur: Hæc pene Insensilia & exigua esse debuerunt, ne maxima spirituum fieret Dissipatio. *Cutis etiã sunt Foramina alia Finita alia Infinita.*

Illa exigua foramina si laxentur, de repente Homo extinguitur, vt fit in gaudio profusiore, & Vsu liberaliore Croci. *Laxitas Foram. Exig. Mors Repentinus.*

Interdum etiam hi insensiles meatus adeo aperiuntur, vt Sanguis purus effluat, quod obseruatur in Sudore Anglico & deligationibus, vbi interdum fasciæ Cruentæ apparent, etsi nullum adsit vulnus, exudante per poros cutaneos sanguine.

Cutis differentiæ petuntur 1. Vel à Substantia, hinc alia est mollior, tenuior, rarior, cutis faciei, penis & scroti: alia est media, vt quæ tegit manum & summos digitos: Alia est Durior, vt Dorsi, Verticis, plantæ pedum. *Cutis Differentiæ. 1. à Substantia.*

2. A Pilis, hinc est quædam pilosa vel pilis orbata. *2. à Pilis.*

3. A Motu, hinc quædam mouetur προαιρετικῶς, vt cutis Frontis, & faciei fere totius: vel est immobilis, vt quæ est in reliquo corpore. *3. à Motu.*

4. à

4. à Connexione. 4. à Connexione: hinc 1. quædam adhæret pertinaciter vt volæ manus, videlicet ad firmiorem apprehenſionem, hæc vel vnitur Carne Muſculoſa, vt in facie fere tota: vel ad exquiſitionem Facultatem tangendi, hæc vel Tendine coaleſcit, vt in manu interna. 2. quædam Laxa eſt, & facile ſeparatur, videlicet Cutis Thoracis, Abdominis & Partium fere omnium, hæc Carni Muſculoſæ appenditur tantum.

5. à Senſu. 5. à Senſu, hinc quædam exacte, vt quæ eſt ad extremum Vnguium, pudendi, pupillarum mulierum, quia ibi deſinunt Neruorum Extrema: Vel alijs eſt hebetior, vt quæ eſt in Capite.

Vſus Cutis quatruplex. Vſus Cutis eſt 1. Vt ſit Tactus Organum immediatum, hic enim quia abſolute ad vitam erat neceſſarius, debuit diffundi per Corpus Externum, cuius Organum Tactus eſt Cutis: per Corpus Internum, cuius Organa Tactus ſunt Membranæ Internæ.

2. Vt Corpus Vniuerſum inueſtiat.

3. Vt partium Subiectarum Calorem foueat.

4. Vt Vniuerſo Corpori præbeat quaſi σύμφυσιν.

De Cuticula. Cutis Extremum eſt Cuticula, quæ nihil eſt aliud quam tenuiſſima Cutis effloreſcentia, ceparum pelliculis tenuioribus ſimilis, Inſenſilis & pene exanguis, pronata è Cutis excremento non aqueo & halituoſo, ſed Craſſiore.

Differentia Cuticulæ à Cute triplex. Hæc à Vera Cute differt 1. Quia inſenſilis eſt, videlicet ad δυσπάθειαν vtpote extrinſecus occurſantibus obuia. 2. Quia non regatur Venis & Arterijs. 3. Quia denſior eſt, hinc Humores aquei, qui internis ad ſuperficiem extruduntur, cum Cutem facilius permeent, cutriculæ denſiori inhærent, vnde Oriuntur Papulæ, Ecthimata, phlyctides. Nota hæc Cuticula quotannis à quibuſdam animalibus deponitur.

Vſus Cuticulæ quintuplex eſt. Vſus Cuticulæ eſt. 1. Vt ſit medium Tactus, non enim perfecta ſenſio fit per immediatum contactum ſenſibilis & ſenſorij. 2. Vt cutem veram ſenſus acerrimi ab extrinſecis tueatur. 3. Vt Cutem tegat, ne continue Humor exudet, vt apparet in intertrigine, in qua perpetuo madet Cutis. 4. Vt Vaſorum ad Cutim pertingentium oſcula occludat. 5. Vt ſit Ornamentum Cutis alioquin aſperæ & craſſiuſculæ.

CA-

CAPVT XIII.

De Carne.

Caro quatruplex.

CArnis 4. ſunt genera: Videlicet Caro 1. Proprie dicta: 2. Caro Viſcerum. 3. Caro Glanduloſa. 4. Caro cuilibet parti peculiaris.

Carnis vſus generalis eſt triplex.

Hinc Carnis in genere generalis vſus eſt, corpori præbere Primo Vmbraculum æſtuante ſole: Secundo, Calore Vrgente frigore: Tertio Subſterniculum molle, Cadenti, vel Cubanti.

Caro proprie dicta.

Caro proprie dicta, pars eſt mollis, rubicunda ex ſanguine mediocriter reſiccato genita, ob id ſanguinea pars dicitur & calida; talis eſt Caro, quæ conſpicitur in gingiuis, glande penis, & Radicibus digitorum, his ſimilis eſt, attamen non ſimplex Caro Muſculi, quamuis ea abſolute & vere Caro dici conſueuerit.

Caro Viſcerum ab Eraſiſtrato vocatur παρέγχυμα.

Viſcerum Carnem Eraſiſtratus diſtinctius παρέγχυμα vocabat, quaſi affuſionem aut alluuiem, intellige ſanguinis: Earum enim Caro ex affuſo ſparſoque Humore primo Ortu compacta eſt; at enim vt in Muſculis ex ſincero ſoloq; ſanguine, ſed vel prorſus vel plurimum ex ſemine.

Caro cuilibet parti peculiaris.

Hæc etiam Caro præcipuam Viſceris partem & Subſtantiam conſtituit, cui actio officialis, primò & per ſe concedi debet: Ita namque Carni Hepatis tribuitur αἱμάτωσις, primò & per ſe, ſecundariò & per influxum Venis: Carni Pulmonum tribuitur præparatio aëris. Carni Lienis tribuitur expurgatio fæculenti ſanguinis. Carni Renum tribuitur Seri Attractio & Secretio.

Carni Hepatis tribuitur αἱμάτωσις.

Ob prædictos Fines 1. Caro Hepatis obtinuit colorem Rubrum & Subſtantiam Craſſam mediocriter, non tantum, vt ſuo calore venarum αἱμάτωσιν promoueret, ſed & vt propria & inſita vi ſanguini imprimeret Formam, Temperiem & Colorem.

Caro Lienis Expurgat fæculentũ ſanguinem.

2. Caro Lienis Subſtantiam obtinuit, Raram, Fungoſam, Solutam inſtar ſolidioris ſpongiæ, vel leuioris pumicis, Lucuientis videlicet ſuccis hauriendis opportunam.

Caro Renũ.

3. Caro obtinuit Renum ſubſtantiam Denſam, & ſolidam, nec multum à Cordis Subſtantia differentem, niſi quod villis intertexitur nullis; ne videlicet immodica laxitate exceptam Vrinam ſineret fuſius elabi.

Carni pulmonum tribuitur ſeti attractio & ſecretio.

4. Caro Pulmonum Subſtantiam obtinuit 1. Raram & Spongioſam, vt videlicet follis inſtar aëre inſpirato ſtatim repleatur, fumidoq; vapori pariter viam muniat, ad efflandum & expirandum. 2. Leuem, vt videlicet facile collibi attolliq; poſſet, atq; ita Thoracis motibus promptiſſime obſequi.

Caro pulmonum aerem cordi præparat.

Hæc Pulmonum Caro alteram Vitalis Spiritus materiam, aërem ſcilicet Cordi præparat: neque enim Externus & Impurus derepente irruens aer interioris ſpiritus conueniens pabulum eſſe poterat, hunc itaq; alterari, & familiarem innato ſpiritui Qualitatem longiuſcula mora recipere neceſſe fuit. Linguæ Caro quia per eam Fibræ nullæ excurrunt, ad Parenchymata referri poteſt.

Lingua Caro ad parēchymata refertur.

Caro Cordis.

De Cordis vero Carne dubitatur, quoniam referenda ſit, an ad Carnes Parenchymatum an Muſculorum. Galenus quidem Neutrum eſſe vult, habet enim Parenchymata Villos nullos, Muſculi Villos vnius generis in eadem parte, Cor villos omnis generis.

De Carne Glāduloſa. Eius generis Caro duplex.

Glandula, ἀδὴν, eſt pars ſimplex, rara friabilis, ſpongiæ modo mollis, vaſorū diuiſionib⁹ firmandis, Humorib⁹ ſuperfluis ebibendis, & rigandis quibuſdam partib⁹ à natura inſtituta. Huius generis Caro Duplex eſt: ſunt enim primo vel Glandulæ proprie ita dictæ, quæ nihil niſi vſum aliquem præſtant, & quidem triplicem, videlicet vt 1. Vaſorum Diuiſiones firment, ne videlicet in violentis motibus tanquam Rami à truncis diuellantur: ideo vbi vaſorum fiunt diuortia, perpetuo Glandulæ adſunt, & apparet in diuiſione Venæ portę, vbi adſunt Pancreas. Venæ Cauæ aſcendentis vbi adſunt Thymus; Venarū Moſenterij vbi adſunt Infinitæ Glandulæ: Vaſorum Cerebri &c. vbi adſunt Conarium. 2. Spongiarum more pituitam, ſerum & ſuperfluos Humores abſorbeant, ne in nobiliores partes ruant, ideo obtinuerunt formam, Rotundam, Oblongam & Raram excipiendis fluxionibus Idoneam. Hi vero Imbibiti Humores, ſunt ipſis familiare alimentum. 3. Partes quaſdam irrigent, ne facile ſiccentur, & ad motum ineptæ reddantur, vt apparet in Glandulis Meſenterij, quæ madore ſuo inteſtina proluunt: vel in Glandulis Linguæ & Laryngis ſaliuam generantib⁹, & in Glandulis Oculorum &c. Secundo vel Grandoſa Corpora, quæ ſubſtantiam quidem glandi ſimilem habent, raram & Laxam, ſed tamen ad ſuccos animanti vtiles generandos comparata eſt. Hæc pręſtant, Vſum & Actionem: Vſum, quod eundem aliquando referant, quem & proprie dictæ glandulæ; Vniuerſi enim Corporis ſordes ab-

Vſus glandularum proprie dicta.

Grandoſa Corpora.

Hæc conſiſtunt in Vſu & Actione.

ſorbent.

ſorbent: Actionem, quod illis inſita vis ſit aliquid perficiendi: ſic perficiunt Mammæ Lac, Teſtes Semen, Horum tam Glanduloſorũ corporum quædã ita vocantur proprie vt Teſtes & Mammæ, improprie vt Renes & Cerebrũ ab Hippocrate. Eſt præterea cuilibet parti etiam ſolidæ ſua peculiaris Caro quæ proprium nomen non habet, ſed Carnoſa Subſtantia vocatur: Hinc Galenus in ſolidis partibus duplicem agnoſcit ſubſtantiam: Vnam exquiſite ſolidam & Fibroſam & penitus exanguem; eamque nunquam reſarciri, ſed rigari tantum & humectari poſſe putat: ea conſpicua eſt in Ventriculo, Inteſtinis, Oeſophago, Veſicis & Vtero: Alteram Villos infarcientem, quæ propria cuiuſque Partis Caro appellatur. Eſt etiam Carnis & pinguedinis eadẽ Materia, videl. Sanguis, ſed fit Caro à Calore per Reſiccationem, Pinguedo à frigore membranarum per modum congelationis.

Mammæ Lac perficiunt. Teſtes ſemẽ perficiunt.

CAPVT XIV.

De Vena.

SEquuntur Partes ſenſus tantum iudicio ſimilares, vt Vena & Arteria. Vena conſiderata prout eſt Pars Similaris vel Diſſimilaris: Similaris, definitur Pars frigida & Sicca ex Lenta & ductili ſeminis portione genita.

Vena conſideratur vt pars ſimilaris & diſſimilaris.

Diſſimilaris, definitur Vas oblongum, rotundum, fiſtulæ modo excauatum ſimplici & prætenui Tunica, omni villorum genere texta inſtructum, ab Hepate ortum, continendo, coquendo & diſtribuendo ſanguini à natura dicatum. Oriuntur ergo Venæ ab Hepate, & quidem Principio ῥιζώσεως radicationis & διοικήσεως Diſpenſationis: (non γενέσεως hoc eſt generationis) ſparguntur enim per Vniuerſam iecoris ſubſtantiam radices Venarum, & maxime quidem parte Caua, Radices Venæ Portæ, vt ſit veriſimile fieri Sanguificationem in parte Caua, hæc enim Vena Chylum defert ad Hepar: Vel parte Conuexa Radices Venæ Cauæ, vt ſit ſimile fieri Diſtributionem in parte Conuexa. Quamuis autem Quinque Vaſa ab Anatomicis radicalium Venarum nomine inſigniantur, videlicet Vena Caua, Porta, Vmbilicalis Arterioſa, & Arteria venoſa: poſſunt tamen omnia ad duo tantum referri, videlicet ad Venam Cauam, eſt enim Arteria Venoſa propago Venæ Cauæ: vel ad Venam portam eſt enim Vena Vmbilicalis Propago Venæ portæ.

Vena ab Hepate principio ῥιζώσεως & διοικήσεως.

Quinq; Vaſa ad duo referuntur.

Arteriosa cum Aorta continuitatem habet.

Arteriosa autem Vena cum Aorta per vas arteriosum suam continuitatem habet, vnde Arteria potius quam Vena est: Habet enim Tunicam duplicem & Crassissimam, & dicitur 1. Vena ab officio, quod Alimentarium Sanguinem Pulmoni distribuat. 2. Arteriosa, quod instar Arteriæ duabus constat Tunicis.

Primus Ramus ab Hepate promanans.

Hic Truncus constat 4. Surculis.

Hic Truncus diuiditur in Spleniticum & Mesentericum.

Duo ergo Insignes Rami ab Hepate tantum promanant: Primus ex Parte Caua seu sima Vena Porta: per hunc Ramum velut per Portam Chylus ad Iecur cōfluit, Vnde Vena Porta dicitur: Hic Truncus primò emittit surculos 4. videlicet Cysticum, Gastricum, gastrepiploicum, Intestinatum, qui ita dicuntur quod nutriant & excurrant capillamentis suis, vt Cysticum per Cystin fellis, Gastricum per Ventriculum & Pylorum, Gastreploicum Fundum Ventriculi dextrum & Epiploon, Intestinatum per Duodenum & Intestina: Hi surculi etiam interdū à Ramo Mesenterico proueniunt. Secundo hic Truncus diuiditur in duos insignes Ramos videlicet Splenicum & Mesentericum: Splenicum, qui ita dicitur, quod ad Splenem feratur: hic est elatior, tenuior, sinister. Hic etiam primo emittit 4. Surculos, videlicet 1. Gastricum Minorem qui in Gibbam Ventriculi Partem non adeò multis ramulis distribuitur. 2. Epiploicum Dextrum, qui in dextram inferioris Epipleri regionē surculos aliquot deriuat: hic etiam quibusdam ramulis Colon Intestinum irrigatur. 3. Coronarium stomachicum, quod dum ad simam Partem Ventriculi venit, bifariam dispescitur: Nam Ramo priore, Orificium Ventriculi Coronæ modo cingit; Altero ad pylorum descendit. 4. Epiploicum posteriorem, qui in Epiploon Posticum Ramulos emittit.

Deinde dissecatur in duas Venas, multosq; surculos successiue, qui tandem per Lienis Substantiam sparguntur: ab his prope Lienem surculus in sinistrum Ventriculi latus effertur (vas breue aut Venosum dicitur) ad Succum Melancholicū effundendum in Ventriculū.

Mesentericum, qui fertur ad Mesenterium: hic est humilior amplior, dexter: Hic quamuis multos Ramos effundat, tres tamen præcipui sunt Videlicet Hæmorrhoidalis, Cæcalis, & Mesentericus.

Venæ Cauæ Rami duo.

Rami sursum 4. sunt Riui.

Ramus ab Hepate promanans ex parte Conuexa seu gibba Vena: per eum Ramum Superis & Inferis partibus nutriendis ex Chylo iam confectus Sanguis dispensatur: Hic Truncus in duos quoq; Ramos diuiditur & fertur vnus sursum alter deorsum: Sursum ad nutritionē partium superarum. hic Ramus Primò 4. emittit Riuos: 1. Phrenicū qui

qui nutrit corpus Diaphragmatis & membranas cordis: 2. Coronalem qui nutrit Cordis substantiam: 3. Azygon qui nutrit octo costarum inferiorum regionem: 4. Intercostalem qui nutrit superiorum costarum regionē. Secundo per Diaphragma ad iugulum fertur vbi vocatur Supra Claues, & Infra Claues: supra Claues super Clauius, ab hoc duæ oriuntur Venæ, Iugulares, Externa & Interna: Externa ea dupliciter diuiditur, & fertur Prima ad Musculos Laryngis, Hyoidis, & Linguæ: Secunda Subcutanea ad Labra, Pineas Narium, Angulum maiorem Oculi, Faciem, Frontem &c. Interna quæ primò emittit surculos ad musculos Laryngis & Linguæ: Deinde ascendit per Cranij foramina, in Duræ Meningis sinus ad nutritionem duorum meningum & Cerebri.

Supra Claues. *Infra Claues.*

Infra Claues Subclauius: hic diuiditur in duos Ramos quorum Vnus intra cauitatem Thoracis habet 5. Venas, Mammariā, Thymicā, Capsilarē, Coruicalē, Musculā: Alter extra Cauitatem Thoracis vocatur axillaris: & habet 3. Venas, Thoracicā, Basilicam & Cephalicam.

Subclauij duo Rami.

Alter Venæ Cauæ Ramus deorsum ad nutritionem partium inferarum: Hic Ramus Primò fruticatur surculis. 5. Adiposo, Renali, Spermatico, Lumbari & Musculoso. Deinde ad initiū ossis sacri distribuitur in Ramos duos Iliacos: Hi Rami Iliaci intra cauitatē abdominis emittunt 4. Pares Venas, videlicet Sacrā, Hypogastricā, Epigastricā & pudendā: Extra Cauitatē abdominis delati ad Inguina vocantˉ Crurales ab eisq; sex principales surculi emanāt, videl. Saphama, Ischias minor, Muscula, Poplitea, Suralis, Ischias maior, quæ fertur ad Digitos pedis.

Alter Venæ Cauæ Ramus.

CAPVT XV.

De Arteria.

TRia Vasa Arteriæ nomine insigniuntur, videlicet 1. Arteria Aspera 2. Arteria Venosa, Hæ duæ dicuntur Arteriæ cum adiuncto: vocatur enim alia Aspera, quod tota sit Cartilaginea, Alia Venosa, quod Tunicam instar Venarum habeat: 3. Arteria Magna.

Arteria Magna definitur considerata 1. Vt Pars Similaris, quod sit, pars Frigida & Sicca ex seminis portione lenta & ductili genita. 2. Pars Organica, quod sit, Vas Rotundum, oblongum Fistulæ modo excauatum, duplici Tunica, Fibris intertexta, constans, deducendo sanguini spirituoso, nec non Temperando, reficiendo & expurgando singularum partium Calori à natura dicatum.

Arteria Magna consideratur dupliciter.

Arteria Magna Rami. 1. Coronarius. Simplex ac geminus.

Arteria Magna è sinistro Cordis sinu prollens, primò Ramulum in Cordis Basin & ambitum reflectit, qui vocatur Coronarius & spectatur interdum simplex, plerumque geminus: tunc vergit vnus ad Cordis mediam regionem, alter ad Cordis Basin. Secundo in duos prægnantes stipites dirimitur, quorum alter minor, alter maior: minor ascendit ad iugulum, vbi diuiditur in subclauios vel Intra Thoracis Cauitatem, vel Extra Thoracis Cauitatem: Intra Thoracis Cauitem: qui duo sunt videlicet Dexter & Sinister: Dexter à quo 5. emergunt Arteriæ 1. Intercostalis superior, Mammaria, Muscula, Ceruicalis huic rete admirabile, & Carotis, quæ etiam vocatur ληθαργική, & ἀποπληκτική: Sinister qui eosdem surculos emittit, quos dexter, præter Carotidem, quæ Sinistra à Trunco oritur.

Rami Thoracis dexter & sinister.

Extra Thoracem Axillaris Thoracica Basilica. Musculi antici postici.

Extra Thoracis Cauitatem; tunc axillaris vocatur, & diuiditur in Thoracicam & Basilicam: Thoracicam hæc etiam duplex, & fertur prima in Musculos Thoracis, Anticos, secunda in Musculos Thoracis Posticos. Maior stipes descendit per Diaphragma in ventrem inferiorem: Huius Ramus primo emittit nouem Surculos 1. Intercostalem maiorem qui nutrit Inferiorum octocostarum regionem. 2. Phrenicam quæ nutrit Diaphragma & pericardium. 3. Cæliacam, illa tripliciter diuiditur 1. Ad nutritionem ventriculi, pylori & Omenti. 2. Ad nutritionem Hepatis & Vesicæ Fellis. 3. Ad nutritionem Lienis. 4. Mesentericam superiorem. 5. Renalem. 6. Spermaticam. 7. Mesentericam inferiorem. 8. Lumbarem & 9. Muscularem.

Deinde diuiditur in duos Ramos Iliacos: qui intra abdominis Cauitatem vtrinque 5. surculos emittunt, videlicet: Sacrum, Hypogastricum, Vmbilicalem, Epigastricum, & Pudendum, huius beneficio distenditur penis: Vel Extra abdominis Cauitatem ad Crura delati Crurales vocantur: eorumque eadem fere & distributio, quæ & Venarum, nisi quod pauciores emittunt surculos.

Vsus Arteriarum.

Arteriarum Vsus triplex est 1. Sanguinem Spirituosum in sinistro Cordis Ventriculo elaboratum, continere, distribuere, transmittere 1. Ad Partium singularium nutritionem exactiorem: neq; enim sufficit venosus, nisi arteriosi splendor affulserit. 2. Ad Spiritus animalis generationem.

2. Vsus Arteriarum Influentem Calorem Cordis cum vitali facultate in vniuersum Corpus diffundere.

3. Caloris Natiui, Temperatio, Nutritio, Expurgatio, hunc Vsum præstant motu perenni Sistoles & Diastoles. CA-

CAPVT XVI.

De Neruis.

NEruus significat communiter Tendonē etiam & Ligamentum: Proprie Corpus, quod à Cerebro & Spinę medulla vel rachytide oritur ad sensum & motum. Sunt autem Neruorū duo genera vt alij Molles, alij Duri: Molles, q à Basi Cerebri oriuntur, & vocanī sensorij, hos molles esse oportuit, quia sensus fit, perpessione: mollities autem apta est ad patiendum. Horum paria sunt septem coniugationes & in sensuum Organa inseruntur: Quorum primum in oculos deriuatur Nerui optici: Secundū in Musculos oculorū: Tertiū in Linguæ superficiem: Quartū in palatum: Quintum in Organa Auditus: sexti Paris nerui multiplici Ramorū serie ad viscera in medio imoq; ventre distribuuntur, q vbi aliquantulū in spatiū Thoracis processerunt, ramulos retorquent ad Laringis Musculos, qui recurrentes ob id vocantur: Septimi paris Nerui in Linguæ & Laringis Musculos potissimū dissemimatur. Duri sunt; qui à Spinæ Medulla ꝓcedunt & motorij vocantur, eo ꝙ motus arbitrarij nō sensus sint Organa: Hi Duri sunt, quia Mot⁹ actio est, ad Actionis autē robur requiritur Durities Instrumenti, Horum Triginta sunt paria, q̄ in musculos inseruntur; Nimirū septē sunt Ceruicis, Duodecim Thoracis, Quinque Lumborū: sex Ossis sacri, q distributi in musculos motui voluntario seruiunt, in cutē sensum Tactus communicant. Nā authore Galeno 5. de Vsu part. in distributione Neruorum ipsi Naturæ tres scopi extiterunt; Prim⁹ quidē vt sensorijs Organis sensum; Deinde vt motorijs motū impertiret; tertio vt omnibus alijs facultatē daret, qua sibi infesta dignoscerent. Accomodat.n. Natura interioribus Cerebri motionib. exteriora q̄dam subseruientia Organa, quibus Facultas interior mediantib. neruis se adiungit, ipsaq; vicissim Organa, ꝓ varia sua cōstitutione, varias functiones & seruitia p̄bent, & aut id exequuntur, ꝙ interior Facultas requirit, aut ei⁹ internuncij solū sunt. Exequuntur a. Instrumēta mot⁹, Musculi & Articuli; Internūtij vero sunt 5. sensus exteriores &c. Sunt etiā Nerui alij Caui, alij Solidi: Caui vt Neru⁹ Opticus & Pudendi, q manifestā cauitatem habent. Solidi, vt cæteri omnes, q nullā sensu perceptibilē cauitatē habent: quamuis in viuentibus inesse dicant quidam, vt possit Animalis Spiritus transmitti: verum respondetur cum Galeno per irradicationem affluere motricem Facultatem.

Structura Neruorum.

Nerui molles ac duri.

Paria Neruorum Cerebri 7.

Paria Neruorum Spinalis Medullæ. 30.

Nerui Caui.

Nerui Solidi.

CAPVT XVII.

De spiritibus & Calido innato.

Omnia viuunt beneficio caloris insiti.

DVo hic primum petuntur cognitu necessaria, videlicet omnia viuere beneficio caloris insiti, quod ꝓbatur, quia illo extincto, perit simul vita. Et obseruatur Calor ille in Animalib⁹, quæ pro copia huius caloris perfectiores operationes, vel Imperfectiores: obseruatur & in plantis, in quibus calore Solis consentaneo & maxime amico excitatur & in actum deducitur. Secundum scitu necessarium, cum calorem non esse Elementarem quod probatur exemplo. 1. Quia plantarum crescentiũ frigidissimarum vt papaueris, cicutæ &c. quæ licet ratione temperamenti sint frigidissimæ, tamen viuunt, at hoc non ope ignis & caloris Elementaris, quem habent ex Mistione; alias enim ille calor vinceretur & extingueretur à Dominante frigore, Ergo à Diuiniore principio hæc vita est. 2. De Mortuorum Animaliũ, Mineraliũ & vegetabiliũ; hæc enim post extinctionẽ caloris vitalis, tamen adhuc habent in se calorẽ aliquẽ Elementarem, cuius ope adhuc figuram aliquã retinent & effectus Medicos edunt. Vide Pathol. Fernel. lib. 4. c. 1.

Spirituum Necessitas.

Porro Demonstrabimus Spiritus 1. Necessitatem, 2. Substantiam, 3. Vsum & 4. Subsistentiã: Necessitatẽ, quia n. simplex calor nõ potest ꝑ se omne corpus penetrare, ꝙ tamen ad vitã conseruandã requiritur, op⁹ habet aliquo vehiculo: Quod cũ Humor aliquis ob crassitiẽ sustinere nõ posset, necesse fuit calori substerni materiã aliquã tenuissimã cui⁹ beneficio vno momẽto corp⁹ ꝑmearet: talis est spirit⁹ &c. 2. Substanciã, illamq; aëreã seu poti⁹ æthereã: talẽ esse ꝓbatur maxima velocitate, quia spiritus hinc inde discurrit. 3. Vsum, q vel est primarius vel secundarius: Primari⁹, vt sit vinculũ ad duas naturas aduersas conciliandas: Homo n. constat Anima pura, Diuina & immortali: Item cõstat ex Corpore impuro, terreno & immortali: has duas substantias vnit spiritus tanq̃ Mediator, purior corpore, impurior Anima. Vsus secundari⁹ est, vt seruiat Animæ in actionib. singulariũ partium ꝓducendis. 4. Substantiã, seu ꝙ sit: quod ꝓbatur vel ratione Vacui, ꝙ non datur in corpore; iam vero obseruantur in corpore ventriculi &c. Ergo hi replentur spiritu: Vel ratione Alimenti, quo homo vtitur, ꝙ est crassum ad sustendandũ corp⁹, ꝙ vero est aëreũ ad sustentandũ spiritum. Ex his omnib. colligitur spiritus desinitio, ꝙ sit corpus æthereũ, caloris facultatumq; sedes & vinculum, primumque obeundæ functionis instrumentum. Vide Fernel. lib. 4. Pathol. cap. 2.

Spirituum Substantia.

Spirituum Vsus duplex.

Spirituum Subsistentia.

Sic

Sic Spiritus & Caloris Natura demonstratur exemplo rerum inflammabilium: ad flammam enim requiritur vaporosus & fumosus quidam spiritus, qui ex oleosa substantia rei incensæ prodit: Deinde in flamma ipsa inest summus calor; ad quam sustendandam pro pabulo sese offert aër circumstans. Talem autem materiam spirituosam inesse corporibus inflammabilibus, probatur exemplo destillationis; in qua obseruatur prodire post aqueum & alimentarium Humorem, materia aliqua oleosa, quæ nihil aliud est quam aër condensatus. Vide patholo. Fernel. lib. 4. c. 3. *Spiritus & Caloris natura.*

Eodem modo natura Humidi primigenij seu innati ostenditur apud Fernel. eodem citato loco cap. 4. ostenditurque Bifariam 1. Quod sit, vbi sit, & Quale sit, quid sit hoc Humidum, quod probatur exemplo flammæ, quæ alitur humore pingui & oleoso, in flamma enim tria insunt, videlicet oleosum quid, spirituosum & Calor. Vbi sit, videlicet in partibus similaribus. Quale sit, videlicet pingue &c. Sunt enim tres partium similarium Humores nimirum Primigenius, Elementaris seu Aqueus & Alimentarius: qui differunt, quod primigenius sit connatus, & foueat Calorem & spiritum; elementaris sit quidem connatus, verum nihil commertij habeat cum calore & spiritu, sed sit tantum quasi gluten totum aliquod continens: Alimentarius autem sit aduentitius nec connatus. 2. Ostenditur hoc Humidum primigenium esse subiectam materiam Caloris & spiritus; hinc etiam possunt Calor & spiritus dissipari illæso humido primigenio, at non contra: quod probatur exemplo eorum, qui frigore oppressi intereunt; & eorum qui in animi deliquium incidunt. Ad naturam Humidi primigenij melius intelligendam, instituitur exactissimum partium similarium (in quibus Humidum primigenium proprie residere ante dictum est) examen. *Humidum primigeniũ quod sit. Vbi sit & quale sit. Primigeniũ est subiecta materia caloris & spiritus.*

Sic in parte similari considerare possumus eius vel substantiam, vel Humores secundarios: substantiam, quæ est 1. Solida, constans ex tribus, Crassamento terreno, Humido aqueo quod cohæret, & humido primigenio 2. Quæ est Carnosa, spatia inter fibras quasi inferciens, vnde & partis moles dicitur. 3. Quæ est Spirituosa; hac pars vndique perfunditur; proprie tamen à solida partis substantia procedit. *In parte similari eius substãtia vel Humores secundarij.*

Humores secundarios considerare possumus, à quibus tota pars sustentatur 1. Sanguis in ora exilium venarum & arteriarum perductus. *Humores secũdarij quib⁹ tota pars*

H

sustentatur. Sanguis. Ros. ductus. 2. Ros, quando iam orificium venæ quasi transudat. 3. Gluten, quando parti apponitur. 4. Cambium, quando in partis substantiam degenerat. vide lib. 4. Fern. pathol. cap 5.

Calidi innati Fons & Natura. Calidi Innati Fons & natura sic inquiritur. Calor cum adiunctam habeat siccitatem, humiditate aliqua temperari debuit: Quæritur ergo in quo Humore partium similarium proprie resideat. Non in Humoribus alimentarijs, ij enim extrinsecus accedunt; nec in Humore aqueo, quo partis substantia continetur & cohæret, hic enim omnium corporum communis est; Ergo in substantia carnosa vel in Humido primigenio residet; non in carnosa, nam illa 1. Marcore exhausta & extenuata iterum resarcitur, at Calor ille deperditus non restauratur. 2. Carnosa substantia promanat & principium habet ex sanguine materno, at in homine illo Calor innatus habitare nequit. Restat igitur, Calorem innatum habitare in Humido primigenio, inde definitur quod Calidum innatum sit Humidum primigenium insitum spiritu & calore vndique perfusum. Tribus enim illis coniunctim continetur Calidum innatum, Humido primigenio, Spiritu, & calore. Vide eundem Fern. lib. 4. c. 6.

Calid. innatũ coniunctim tribus continetur. Humido primigenio, spiritu & Calore.

Calidum innatũ mutatur inclinatione Ætatum, Tẽporum anni & Regionum. Sciendum etiam venit quod Calidum innatum mutetur inclinatione Ætatum, temporum Anni & Regionum: Ætatum; cuius Inclinationis traditur series & causa: Series, nam in Ætate puerili maxime dominatur substantia Caloris, quæ copiosa est. In Iuuenili, Dominium habet Caloris qualitas, seu potius acrimonia per dissipationem substantiæ relicta. In Viri Ætate, durat adhuc acrior illa caloris qualitas, sed tamen incipit paulatim marcescere. In Senili vero, sensim extinguitur cum Humore Calor, donec tandem extrema Siccitas. Causa, quæ est ipse Calor, hic enim dum iucunde pascitur ipso Humido, fit sui ipsius interitus causa, non tamen hoc fit per se, cum nihil appetat sui ipsius destructionem, sed ex accidenti. Temporum anni idque vel ratione substantiæ, vel ratione qualitatis: Ratione substantiæ, quæ est Hyeme vberior, æstate paucior, vere & Autuno temperata: Ratione qualitatis, quæ Æstate est acrior, Hyeme remissior, vere & Autumno temperata. Inclinatione Regiorum; nam Calor Hominum vergentium ad Zonam torridam est substantia minor & qualitate acrior: Ad Boream est substantia & qualitate Temperatior. de his vide Fernel. eodem lib. c. 8. & 9.

Calor & Spiritus In- Quoniam vero Calor & spiritus vel sunt Insiti vel influentes: Insiti, videlicet in partium similarium crassamento residentes, hinc &

pro diuersitate partium similarium etiam differant: Nam in Osse, Neruo, Carne, Vena, Membrana, Ligamento &c. Semper alius est Calor & spiritus, vt quot sunt partes similares, totidem etiam sint differentiæ spirituum & Calidi Innati. Influentes, quibus innatus calor & spiritus alitur: hi pro numero trium partium principalium tres sunt naturalis, Vitalis, & Animalis. *siti & influentes* *Pro diuersitate partiũ similarium differunt spiritus & calor.*

Naturalis, qui fit ex benigno alimentarij sanguinis halitu, quem iecur efficit ꝑ suo parenchymate. Hic spiritus est facultatis procreatricis vel Genitor vel Nutritor. *Spiritus Naturalis Generatio.*

Naturalis spiritus duplex est vsus, videlicet vt 1. sanguinem ad nutritionem superarum partium deducat: Hic enim quia grauis sponte sursum non fertur. 2. vt fixo perpetuo vanescenti succedat, eumque reficiat. *Naturalis spiritus duplex est vsu*

A Corde influit Spiritus vitalis: Hic fit è naturali in corde videlicet concoctione, hic spiritus maximum ad vitam vsum habet, & non solum in ipso corde cum calido eiusdem Insito actionum Cordis præcipuum instrumentum est: sed & per Arterias in vniuersum corpus distribuitur, innatumque singulis partibus calorem, qui per se imbecillior est nec ad omnes Actiones solus sufficit, excitat, auget, instaurat, eique quasi actum & perfectionem tribuit. Vnde & calidum influens a nonnullis appellatur. Præter hoc Animali quoque spiritui hic spiritus materiam e qua generetur, suppeditat.

A Cerebro influit spiritus Animalis. Hic fit è vitali: & quamuis vnus sit specie, tamen pro diuersitate instrumentorum diuersa accipit nomina: dicitur enim alius Sensorius alius Motorius: Sensorius, qui videlicet per Neruos molles ab Anteriore Cerebro ad sensorium influit: hic rursum pro 5. sensuum varietate diuiditur 1. in opticum cuius beneficio videmus. 2. In Auditorium, cuius beneficio audimus. 3. in Gustatorium cuius beneficio gustamus. 4. in Olfactorium cuius beneficio odoramus. 5. in Tactorium cuius beneficio tractabilium qualitatum differentias percipimus. *Spiritus Animalis.* *Animalis sẽsorius & motorius.* *Auditorius* *Gustatorius* *olfactorius* *Tactorius.*

Motorius qui videlicet à posteriore parte Cerebri per Spinam descendit, & inde per Neruos Duros ad mouendum singulas partes transmittitur.

Generatur vero spiritus Animalis ex purissima vitalis spiritus parte per Carotidas & Ceruicales Arterias in Cerebri Basin atque in Cerebri ventriculos delata, & cum aëre inspirationis ope attracto,

permiſta. Eius præparatio fit in plexibus Arteriarum Labyrintheis. Coctio in Cerebri ſinibus, vbi à Cerebri ſubſtantia formam nouam hæc induit, & ab omnibus fuliginoſis incrementis, à quibus nondum ſatis in Arterijs purgata erant, ſeparantur, & omnino ſubtiliores, tenuiores ac puriores fiunt.

Differentia ſpirituum iuxta ſubſtantiam.

Differentia ſpirituum iuxta ſubſtantiam eſt talis: Naturalis eſt vaporoſus: vitalis eſt aëreus: animalis eſt Ætherus.

CAPVT XVIII.

De Animæ Eſſentia eiuſque proprietatibus.

Anima ſpecies infima creaturarū.

QVia functiones humanæ à facultatibus oriuntur, Facultates aut ſunt ipſa Anima, aut ab eſſentia animæ promanant: vtque functionum cauſæ intelligantur, ordo poſtulat, vt 1. Eſſentiam eius, deinde eius Facultates cognoſcamus, tandem vt Corpus, parteſque corporis in quibus facultates ſubſiſtunt, & à quibus Functionum integritas & cæſio, perueſtigemus.

Anima ventus ac ſpirit⁹
Animus.
Senſus.
Anima eſſentia in ſe viuens.
Anima Act⁹ Corporis.
Anima numerus ſeipſū mouens.

Ex mente antiquorum philoſophorum Anima dicitur ſpecies infima ac vltima intelligentiarum & ſpiritualium creaturarum, quatenus videlicet omnibus tribuit vitam. Nonnulli gentiles eam ventum & ſpiritum vocarunt, item Animum, quatenus habet voluntatem; Rationem, quatenus directe diiudicat, ſenſum vero dum ſentit, teſtatur Iſidorus lib. 15. cap. 14. Iudicia variorum Philoſophorum varia ac Philoſophica in medium afferre placet. Plato definit animam eſſe Eſſentiam in ſe viuentem. Ariſtoteles lib. 2. de Anima definit actum Corporis phyſici organici, vitam habentis potentia. Ψυχὴ ἐςὶν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. Zeno vocat numerum ſeipſum mouentem; Xenocrates vero numerum in ſe ipſo mouentem; Ariſtoxenos Numeri principium: Pythagoras vocauit harmoniam ſeu Melodiæ concordiam, & cum eo Dinarchus, principium quatuor Elementorum, afferens corpori, cum quo iungitur, pulcherrimum eorum temperamentum & harmoniam; Hipparchus vocauit ignem ſeu vim igneam: Heraclitus Ponticus nuncupauit Lucem; Nonnullus eiuſdem nominis ſubſtantiæ ſtellæ cuiuſdam ſcintillam: Poſſidonius vocat Ideam, quatenus eſt ſpeciei animatæ forma;

Vis ignea.
Lux.

ma;

ma: Asclepiades eam quasi Chordam quandam fingit, præstantem quinque sensibus functionum suarum expediendarum facultatem; Hippocrates arbitratur eam spiritum subtilem, per vniuersos meatus corporis dispersum: Incertum subtilem spiritum, censet Democrates, ex minutissimis indiuiduisque corpusculis, quæ atomos vocat, in se concurrentibus & cohærentibus: Tertullianus & Auicenna animam ab Anima nasci autumant, vt Corpus à spermate procreatur, eamque ita multiplicari, vt lux multarum candelarum ab vno lumine accenditur; Thales Milesius eam virtutem motiuam cuiusque rei appellat; atque hinc illa eius opinio deriuatur, magnetem ideo animatum esse, quo feni laminas ad se trahat; Alemeones eam corporibus cœlestibus comparauit, quoniam res est mobilissima, imo semper mobilis; ex qua eius dispositione æternitatem eius facilime, ait, posse discerni; Parmenides eam ex terra & igne vult esse factam: Epicurus statuit ex igne & aëre constare; Empedocles & Ericrates, rem in corpore maxime valentem dixerunt: Alij eam cerebrum, alij sanguinem, vt Critia, sentiunt, alij vaporem & humorem seu primigenium credunt; quidam eam substantiam esse, omnino inficias eunt. Hæc veterum philosophorum variæ sunt differentiæ de Animæ essentia, vt veritati propius accedimus, sic concludimus.

Chorda. Spiritus subtilis. Animus ab Anima. Virtus motiua. Corpus cœleste. Anima ex terra & igne. Anima vapor & Humidū primigenium.

Anima secundum philosophos sapientes consideratur dupliciter; aut scilicet per se, hoc est considerata à corpore, vel vt Corpus informat eique coniungitur. Primo in sua propria ac libera dispositione accipitur, quod sit Lux Luminis Æuiterni ac diuini, ad Lucis increatæ siue primi Exemplaris imaginem condita, pulchritudineque Angelica vestita atque ornata: Agrippa lib.3.cap.37. Secundò describitur substantia vel potius pars substantiæ Spiritualis, à diuinis fontibus emanens, simplex indissolubilis, immortalis, libera, in corporea & inuisibilis, quantitate, Figura, pondere, & colore carens. Teste Damasceno, Bernhardo, Seneca & Augustino. Tertio Dicitur Intellectus rationalis, indeque dicitur ab omnibus reliquis animantibus sola ratione differre. Hinc Aristoteles lib.2 de animalium generatione cap.3. ait: λείπεται τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον: ola Anima rationalis foris accedit & diuina. Pythagorei dixerunt Animus ex vniuersa mente diuina haustus acceptus & libatus est Cic. in 1. Tuscul. 2.4. Spiritus intellectualis, rationis particeps semper mouens & ad beatitudinem per se tendens: spiritus dicitur,

Substantia. Cōsideratio Animæ duplex. Lux Luminis æuiter. Exemplar imaginis diuini. Intellectus rationis. Anima rationalis diuina.

quia à Deo est inspirata, Genes.2. Deus inspirauit in faciem Hominis spiraculum vitæ: Intelligens dicitur, quia habet insitas notitias de Deo, de discrimine honestorum ac turpium & libertatem eligendi bona, ac reprobandi mala. 5. Mens viua describitur omnia intelligens, omnibusque sese assimilans; imo & pars substantiæ Hominis, quia Hominis essentialis Forma, per & propter quam Homo est vivus atque intelligens. Hæc Animæ generalis est descriptio, planius & ad oculos clarius per singulas proprietates declarando demonstrabimus.

Anima mẽs viua. *Hominis forma essentialis.*

Primam proprietatem eius dicemus, esse illuminare cognitionem: vnde in resolut. Theolog. tract.2. part.2.por.3. quast.2. Intellectus Lux & ratio cognoscendi dicitur, quoniam cognitionis principium est actiuum: Paracelsus tom.10.fol.117. dicit Intellectum non à parentibus, sed à vi cœlesti constare.

Illuminatio cognitionis. *Intellectus lux & ratio cognitionis.*

Secunda proprietas est Microcosmum ad Deum sua præsentia reducere, vt 1.Genes. habetur: Inde superius, in propria dispositione definiuimus Animam lucem Luminis Æuiterni ac diuini, ad Lucis increatæ siue primi exemplaris imaginem conditam.

Microcosmi ad Deum deductio.

Tertia proprietas est, vt, cum substantia sit purissima, simplicissima, spiritualissima, inuisibilis & Incorporea, communicationem cum Intelligentijs seu Angelis habeat, & vt Iamblichi vtar verbis, per Harmonias essentiæ & actionum suarum nonnunquam se diuinis conciliet.

Substantia simplicissima, spiritualissima &c.

Quarta est, vt dum corpori includitur, mori illud nunquam permittit, quia est ipsa vita, nec vnquam mortis violentiam perimitur, teste Porphyrio; vnde eam ex sacris & cum sapientibus immortalem & indissolubilem nuncupamus: Immortalis existit, quia est creata ad Imaginem Dei, Item ex testimonio Christi Matth. 20. Corpus quidem occidere possunt hostes, animam verò non. Et Ioannis 11. Qui credit in me non morietur in æternum: Item ab exemplo: Moyses & Elias colloquuntur cum Christo in monte Thabor. Luc. 9. Quod enim in Christo valet idem in membris eius valere necesse est Paul.1.Cor.15. Et quia Deus non moritur, ita nec anima extinguitur.

Anima immortalis, qa ipsa vita. *Corpus mortale, anima immortalis.*

Quinta proprietate insignitur, vt scilicet sui semper reminiscatur, & nunquam sese intelligat. Nihil enim tam nouit, quam

Sui ipsius Reminiscẽtia.

id

id, quod sibi præsto est, nec quicquam menti magis præsto est, quam ipsa sibi; teste Aurel. libr. 10. & 14. cap. 10.

Atque hinc eam intellectum rationalem & spiritum Intellectualem diximus, quia omnia á mente intelliguntur, quæ ab Augustino libr. de Anim. & spirit. omnium dicitur similitudo, quia cunctis rebus sese assimilat, vel quia rerum omnium similitudines in se retinet, quas intelligere intendit; omnis enim cognitio fit per viam assimilationis: Hinc per suam essentiam terræ, per Imaginationem Aquæ, per rationem aëri, per Intellectum firmamento assimilatur.

Omnis Intellectus à mente.

1. Per essentiam terræ.

Sexta eius proprietas tenetur ex testimonio Bernhardi, quod sit socia rationis, per quam vt dictum ab animantibus reliquis distinguitur.

2. Per imaginationem aquæ.

Septima est, vt per se ad Beatitudinem tendat, quam vitam diuinam Porphyrius appellitat, cuius rei contemplatio contemplatorem cum eo, quod contemplatur, in vnum conflat: Hinc Bernhardus animam humanam beatitudinis participem, hæredemque saluationis dixit.

3. Per rationem aëris.

4. Per intellectum firmamento.

Octaua proprietas est vt semper & indesinenter moueatur; quare est forma viuacissima, actusque primarius ac certus, vnde Platoni in phædra dicitur Numerus seipsum mouens, Xenocrati numerus in seipso agens, mouetur enim anima in suo spiritu. Ex his prima proprietas cum Hipparchi, vtriusque Heracliti & Epicuri opinionibus concurrit: In tertia Platonis elucet sapientia, & Alcmeonis profunditas clarissime patet: Cum octaua tandem Thaletis Milesij, Aristoxeni & Xenocratis sententiæ Affirmatiuæ constant.

Anima hæres saluationis ac Beatitudinis.

Numerus seipsum mouens, i. e. à suo spiritu.

Nos ex sacris & Nonam addemus proprietatem: Est enim separabilis, quia extincto corpore ipsa superstes est, & tandem tamen cum corpore in vniuersali mortuorum resuscitatione copulatur. Iobi 19. Scio quod redemptor meus viuit & in nouissimo die de terra resurgam & videbo Deum de Carne mea. Socrates putauit Animum, cum è corpore excesserit, ad cœlum redire, vnde in corpus humanum sparsus est. Plato Axiacho ait ἡ ἐκ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ κακοῦ τινὸς ἐστὶν εἰς ἀγαθὸν μεταβολή. Discessus ex hac vita est mutatio mali in Bonum. Habet etiam sedem eamque propriam in corde, (potentialiter vero in omnibus membris) Fons enim & Principium vitæ, item omnis intelligentia, ac motus animi primario residet in corde, a quo etiam omnes pro-

Anima à corpore est separabilis, potentialiter & actualiter.

Discessus ex vita est trãsmutatio mali in bonum.

Lex ſcripta in corde.
Locus Animæ Paradiſus.

prodeunt cogitationes vti ex ſacris patet Marci 7. & Paulus dicit legem ſcriptam eſſe in corde. Locus ſiue ſedes, in quam Anima Corporis compage ſoluta migrat, in eaque requieſcit, vocatur Paradiſus Luc.23. Item ſinus Abrahæ Luc.16. Manus Dei, Sapient. 1. Scheol Gen.43. id eſt Infernus, qui abſque vlla dubitatione eſt locus mortuorum ſub terra &c.

Anima conſiderata cũ corpore duplex, vel reſpectu Microcoſmi vel reſpectu Animal. ac vegetabil. Actus primus vitalis.
Prim. mot⁹.
Primus intellectus.
Prima volũtas.

Porro, quatenus anima coniungitur corpori, eatenus etiam duplex aut reſpectu ſolius Microcoſmi, vel quatenus ad animalia & vegetabilia refertur: Veluti itaque ſolo Microcoſmo coniungitur anima cum ſuo vehiculo, Principium incorporeum, Numerus proportionalis: Et Actus primus corporibus noſtris accommodatus, definitur, cuius gratia & præſentia agimus vitam, præditi ſumus ſenſu, ſecundumque locum mouemur, ſumus præditi ratione, primum intelligimus, & bonæ malæue voluntatis ſumus capaces; teſte choro philoſophico, Platone, Damaſcen. Ariſtotele, Remigio, Auguſtin. Seneca &c. Hæc deſcriptio anſam præbet ad obſeruandas quaſdam proprietates circa Microcoſmi diſpoſitionem. 1. Eſt vt ſit principij inchoamentum, 4. Elementa tali congruentia & vinculo connectens atque copulans, vt inde Pulcherrimam ſuis concordantis temperiem, ſuauiſſimamque harmoniam ac concentum impartiri patiatur.

Homogenea diſpoſitio inter membra ac partes, itẽ facultates in Microcoſmo.

2. Eſt, quia, quatenus eſt numerus proportionalis, Harmonico conſenſu corporis partes, recte ad vitæ, ſenſus, motus & actionis rationes, poteſtatem habet diſponendi: Hinc inde proportio in corpore humano Muſicam humanam producit, quæ nihil aliud ſonat, quam homogeneam & amabilem concordiam; per quam Anima ſumme diligit corpus, ac corporis partes: vnde Pythagoræ ſana opinio, animam Melodiæ concordiam exiſtimantis.

3. Neceſſitatem incurrere facit, ſi enim corpus conſtat, vbi anima hæc reperitur, vt & viuat, ſentiat, moueatur & rationetur conſequens eſt.

Anima ratione voluntatis libera ad bonum vel malum.

4. Quod in ſuo motu ſemper bonæ malæue voluntatis eſt capax; quamuis enim à corpore libera & ſeparata nunquam ſui meminiſſe, & nunquam ſe intelligere deſinat. Hic docet Iamblichus, paſſiones qualeſcunque animalium non certe animæ illorum ineſſe, ſed corpori, quod ſub anima certam qualitatem poſſidet, qua agat & patiatur.

5. Pro-

5. Proprietas eius, quo vniuersaliter corpus regitur & gubernatur secundum Remigij opinionem non aliter, quam Nauta Nauem, & iuxta Calcidium, quemadmodum aranea in telæ suæ centro manens suo motu totam telam mouere percipitur, sic etiam in corde, quod centrum est corporis, ipsa delitescens vniuersam corporis molem mouere solet, de quo etiam supra. Cæterum & ad animalia refertur creatura hæc spiritualis, eiusque definiti, ijs etiam ac hominibus conuenit; nisi quod illis intellectum & rationem non affert, quippe quæ specifica est differentia, homines à brutis distinguens, ob defectum vero irrationalia vocantur: vnde per huius animæ præsentiam eodem modo cum Homine viuunt, sentiunt & localiter mouent; nihil vero intelligunt, sed sensualiter tantum res quasdam distinguunt & cognoscunt. Anima in vegetabilibus eodem modo definitur, quo in Brutis, præterquam quod ijs sensum non suppeditat. Veluti Anima Bestias non facit rationis particeps, sic vegetabilia sensus expertia relinquit. Hæc itaque Animæ descriptio cuilibet animalium speciei conuenit; quod sit scilicet vis quædam sensibilis, seu spiritus viuificans corpus animatum, eique sensum tribuens, quo cognoscit & discernit sensibilia materialia, hoc est formas corporeas rerum corporalium tam præsentium, quam absentium, foris & Intus. Veluti autem tam Animalibus in genere, quam vegetabilibus competit, definitur à Damasceno homil. 26. & ipso Aristotele; est vis quædam corpori cor, vitæ vegetationem & generationem impertiens, hoc est, virtus quædam seu actus primus in corpore physico organica viuente, conuertens alimentum in substantiam aliti, vt ipsum in suo esse conseruet, ad quantitatem debitam prouehat, & simile in specie generare tribuat; in qua quidem descriptione tres vegetatiuæ facultatis potentiæ exprimuntur, nimirum, nutrire, augere & gignere, de quibus in sequentibus latius ac planius. Hæc de animæ essentia atque proprietatibus secundum mentem Doctiss. & antiquorum Philosophorum, verum sic manifestior Animæ euadet cognitio si propter quid Anima corpori secundum facultates insit, consideretur, nimirum vt ex proprijs actionibus quas facultatibus insitos de se promit, intelligatur. Ab Anima sane vita proficiscitur, vt dictum, illaque vitam habere dicuntur, quæ vegetantur, item quæ sentiunt vel loco mouentur & quæ intelligunt: quibus veluti gradibus animata inter se distinguuntur: quare horum fons & principium

Nauta comparatur Anima qui bene scit gubernare nauem.

Differentiam facit à brutis.

Ab anima vis sentiẽdi, mouendi & intelligẽdi.

3. Species Animæ.

Animalia & vegetabilia habent Animam.

Vis conseruans vis procreans.

3. Potentiæ nutritio Auctix & procreatrix.

Anima inest corpori secundum facultates.

Anima fons vitæ.

eſt anima & id quo alimur, ſentimus, intelligimus & mouemur primo. Hæ functiones in homine á diuerſis Facultatibus vnius animæ proficiſcuntur, quæ diuerſæ animæ non ſunt, nam vna in quouis viuente Anima eſt, quæ in partes natura diſcrepantes non diuiditur. Sunt autem Facultates vires quas anima de ſe promit ad munerum functiones, hæ in vno quoque viuente originaliter in vna ſunt anima, à qua promanant vt diuerſæ operandi rationes, & agentis conditiones, ſiue proprietates, ſed in corpore vt in ſubiecto recipiuntur.

Vnius Animæ diuerſæ ſunt facultates.

Vna anima in quouis viuente.

Cur igitur facultates functionem cauſa dicantur, quot ſunt opera & functiones in quouis animato, tot erunt animæ facultates. Ariſtoteles lib. 2. de anima cap. 3. 5. Animæ recenſet potentias ſiue δυνάμεις, θρεπτικὴν vegetatiuam, αἰσθητικὴν ſentientem, ὀρεκτικὴν Appetitiuam, κινητικὴν κατὰ τόπον, Locomotiuam & διανοητικὴν rationalem: Hæque omnes in Homine ſunt, in brutis vero quatuor tantum. Nos talem Facultatum Differentiam in genere, quæ ab anima proficiſcuntur, ſtatuimus: Alias dicemus Ethicas; alias phyſicas: Ethicæ tres ſunt: λογιστική, ὀργιστική & ὀρεκτική. Ad hanc diſtinctionem facultatum animæ tres Ætates mundi apud Suidam accommodantur.

5. Animæ potentiæ ſecundum Ariſtotelem.

In Brutis 4. potentiæ.

Animæ comparatio ad 3. Ætates mundi.

1. Ætas mundi fuit ἡγεμονική, rationalis, ſapientiæ, iuſtitiæ, & artium ſtudioſa, nempe ab Adamo vſque ad Cyrum.

2. Ætas mundi, θυμοειδής animoſa, à Cyro vſque ad Theodoſium, bellis potiſſimum lætata eſt

3. Ætas mundi ἐπιθυμητική appetens à Theodoſio vſque ad finem mundi, veneri & gulæ dedita, voluptates & libidines quærit. Phyſicas conſiderat in genere philoſophus phyſicus ex triplici ordine viuentium, & ita ſunt tres, videlicet facultas vegetandi, ſentiendi, rationandi & (quibus reſpondet planta Brutum & Homo) in ſpecie conſiderat Medicus Phyſicus, prout in corpore Humano ſunt tres facultates principales, Naturalis, Animalis & Vitalis: Naturalis ſubdiuiditur 1. in Nutricem cui ſeruiunt Attractrix, Retentrix, Coctrix, Expultrix & Aſſimilatrix. 2. in Auctricem ſeu vim animæ, quæ corpus quoquò verſum porrigit & profert Fernelius. 3. In animalem, quæ eſt ſentiens, mouens & Princeps: ſentiens illa exterior quintuplex eſt, vt Facultas videndi, audiendi, odorandi, Guſtandi, tangendi &c. Interior eſt vis animæ reſidens in Cerebro, quæ mediante

3. Ætas mundi.

Phyſicæ facultates triplices, in genere.

Animalis eſt ſentiens, mouens & Princeps. Senſus ſunt 5. viſus,

ante ſpiritu animali exterioribus ſenſibus vim communicat, & ad quam ſpecies exteriorum ſenſuum referuntur, vt ibi diiudicentur, conſeruentur, & abſentium Imagines repræſententur, nouæque effingantur: Mouens eſt animæ vis & Facultas motus localis effectrix. Princeps duplex vt facultas imaginandi recordandi & ratiocinandi. Ethicæ Facultates vt ſupra ſunt tres, rationalis, concupiſcibilis, & Iraſcibilis. Actio ſeu Functio item triplex: naturalis, vitalis & animalis. Naturalis, quæ eſt aut nutritio, accretio & procreatio: Nutritioni inſeruiunt attractio, Retentio, Coctio, Pulſio & Aſſimilatio. Animalis etiam triplex, ſenſus, motus & Princeps: Senſus vt interior & exterior: Exterior, vt viſus, Auditus, Odoratus, guſtus & Tactus. Interior idem quod ſenſus communis. Princeps etiam triplex Imaginatio, memoria & Ratiocinatio &c. De his in ſequentibus capitibus latius.

Auditus, Odor, Guſtus & Tactus.

Princeps facultas duplex.

Ethicæ facultates tres.

Facultas Princeps triplex.

CAPVT XIX.

De Facultate Naturali.

NAturalis Facultas eſt, quæ ex iecore venarum adminiculo vniuerſa corpori alimentum præbet: ſub hac & vegetatiua intelligitur. Eſt autem triplex hæc facultas, nutrix, auctrix & Procreatrix. Nutrix conuertit nutrimentum in ſubſtantiam animati ſui, vi caloris facta, vt inſtauratio fiat in eo, quod abſumi cepit. Cauſa efficiens eſt Calor natiuus: materia ex qua eſt Cibus & potus: Materia in qua eſt ſubiectum corpus animatum: Formalis cauſa eſt ipſa aſſimilatio ſiue conuerſio cibi & potionis in ſimilitudinem, cuiuſque membri nutriendi: Nam alia pars vertitur in ſubſtantiam oſſis, alia in ſubſtantiam Carnis. Finis eſt, inſtauratio eius, quod aſſumi cœperat, vel conſeruatio indiuidui. Cum enim Calor Natiuus ſemper aliquid abſumat & depaſcat, per nutritionem fieri neceſſe eſt Inſtaurationem, perinde vt in Lychno abſumto oleo, alium liquorem affundi optet.

Facultas naturalis triplex.

Facultas nutrix quadruplex: Attractrix ἑλκτικὴ, retẽtrix καθεκτικὴ, alteratrix ſeu concoctrix ἀλλοιωτικὴ & expultrix ἐκκριτικὴ: vt ventriculus 1. attrahit

Ita Facultatis naturalis actiones omnes vel ad ſpeciei vel ad indi-

Cibum 2. retinet. 3. alterat. id est, mutat in Chylum 4. expellit.

indiuidui conſeruationem pertinent: Ad indiuidui conſeruationem faciunt Nutritio & auctio, ad ſpeciei conſeruationem generatio. Nam cum corporis partes perpetuo reſoluantur, ne Homo ante definitum tempus interiret: Primo facultas Altrix ſeu Nutrix ei conceſſa eſt, quæ alimentum in viuentis corporis ſubſtantiam conuertit, & id quod abſumtum eſt reſtituit: duratq; hæc reſolutionis & Nutritionis viciſſitudo per totam vitam, nutriturque animal quandiu viuit, vt eſt apud Ariſtotel. 1. de generation. & corrupt. cap. 5.

Organa nutritionis ſunt Os accipiens & Maſticans nutrimentum: Oeſophagus tranſuehens: Ventriculus tranſmutans in Chylum: Hepar tranſmutans in ſanguinem: Venæ deferentes ſanguinem ad ſingula membra, in quibus fit aſſimilatio & applicatio nutrimenti: clarius ſic intellige de Nutritione. Quando in Nutritione fit aſſimilatio alimenti corpori alendo. Alimentum vero primo eſt diſſimile: tum pluribus Coctionibus prius elaborandum & corpori alendo ſimile reddendum eſt. Et hæc Coctio eſt vel priuata, & tantum ob alimentum & vſum partis, in qua fit, inſtituitur: vel publica quæ ob communem totius corporis vſum perficitur. Illa fit in ſingulis partibus: Nulla enim pars eſt, quæ non nutritione indigeat; & proinde etiam alimentum affluens ſibi ſimile reddat. Concoctio autem quæ ob communem totius corporis vſum fit, præcipue peragitur in membris, quæ naturalia appellantur ventriculo & Hepate: Hæc enim membra toto corpori alimentum præbent. Hinc Concoctiones & Digeſtiones tres apud Medicos numerantur 1. Quæ fit in ventriculo & Inteſtinis, 2. in Epate & venis; Tertia in ſingulis membris, vnde Regula: vitium prioris concoctionis non poteſt corrigi per ſequentes.

Sciendum autem eſt, quando Homo cibum ſumit, alimentum frangit, dentibus conterit, ſaliua humectat, tum ab illa contritione, & ſaliuæ perfuſione, oriſque calore & tunicæ, quæ cum ventriculo oris communis eſt, attrectatione, alterationem & elaborationem accipit: hæc cibi prima præparatio dicitur, quæ fit in ore.

1. Concoctio. χύλωσις.

Cibus hoc modo comminutus & alteratus in ore motu Linguæ Gulaque hiante detruditur, & per gulam in ventriculum demittitur: vbi ipſum ventriculus per Retentiuam facultatem miniſterio obliquarum fibrarum amplectitur arctiſſime & retinet eo vſque, donec

omni

omni ex parte ſit à Facultate ventriculi concoctricè, propria ventriculi ſubſtantia, proprioq; & Naturali calore, adiuuante tamen nonnihil calore partium adiacentium, concoctus, elaboratus, & in vnam Formam ac Maſſam, ptiſanæ Cremori non abſimilem, quæ Chylus appellatur, mutatus. Hic Chylus per πύλωρον emittitur in inteſtinum duodenum & Ieiunum: Inde rapiunt venæ Meſaraicæ maſſam puriorem & liquidiorem transmittuntque ad Hepar, Lutulenta vero Maſſa delabi permittunt ad inteſtina inferiora: huius excrementum eſt ſtercus. *Supra vide de excrementis Chymoſeos & Concoctionis.*

Coctione prima abſoluta, Chylus in ventriculo genitus, & à craſſioribus fecibus ſeparatus ab Hepate in Maſſam vertitur ſanguineam; quæ ex Humoribus conſtat ſanguine, bile, phlegmate & Melancholia. Ac ſanguis quidem ex Epate per Venas tranſmittitur, partim ſurſum in dextrum Cordis thalamum, ad nutriendum Cor, & Pulmone, ac ad generandos ſpiritus Vitales: Partim deorſum ad alendum inferiora membra. Reliqui vero Humores, qui ſeparantur à Maſſa ſanguinis, partim in folliculum fellis defluunt, vt rubra bilis: partim in ſplenem vt Atra bilis. Aquoſa vero ſuperfluitas ad Renes & Veſicam labitur, & fit Vrina: vel etiam per ſudorem excernitur: Hæc ſunt Excrementa ſecundæ Concoctionis, quæ fit in Epate & Venis. *2 Concoctio αἱμάτωσις.*

Tertia denique Concoctio fit in ipſis partibus, quæ & ipſa habet ſua excrementa, quæ partim per tranſpirationem inſenſilem Cutis, atque ſudorem, partim cum vrina & fecibus exeunt. Sanguis autem nutrit membra per appoſitionem & adſimilationem, cum videlicet membris adhæreſcit, adglutinatur aut coaleſcit, & tandem poſt plurimas immutationes partis adſimiliatur, & quaſi in ſubſtantiam eius tranſit ſiue conuertitur. Vocaturque tunc Humiditas, Arabice Cambium: excrementum eius proprie eſt ſudor. *3. Concoctio ὁμοίωσις.*

Præterea etiam accedunt ad ſuſtentationem & nutritionem noſtri tanquam ſummè neceſſariæ Sex Res non naturales, nobiſcum non natæ, ſed ob eam cauſam ſic vocatæ, non quod ſint partes natiuæ ſiue Internæ Hominis ſed, foris accedant tanquam materia & adiumenta ad alendum & tuendum Corpus requirentia. De his obiter pauca dicemus, & Primò de aëre, (quo ne momento quidem carere poſſumus) qui tantam vim habet in Alterandis noſtris corporibus, *Res non Naturales ſex: 1. Aër, 2. cib⁹ potus, 3. Retēta, excre-*

4. Somnus vigilia, 5. motus, quies 6. animi pathemata.

vt etiam ita continenter nos afficiat, nos in suam qualitatem alterando redigi.

Ex illis sex, à mediocritate recedentibus duæ materiam & pabulum gignẽdis morbis præbent, nimirum alimenta supra modum aucta, & excrementa immodice retenta. Cæteræ magis sua qualitate subiectas corporis partes & contenta alterant.

Consideratur autem in aëre qualitas, modusque substantiæ: aër enim qualitate temperatus, & in sua substantia tenuis, serenus ac purus, Corpus & contenta in bono statu conseruat; contra vero aër Intemperatus, Instabilis, pestilens, Crassus Caliginosus, corruptus. Talis aër redditur, propter dispositionem vel Temporum, vel locorum, vel regionum, vel cœli ex vario Syderum positu, aut maligno affluxu, vel quia vapores noxios è terra aut aquis suscipit.

Calida aëris constitutio, qualis in Æstate sub Cane circa meridiem in regionibus calidis Flante Austro, Humores partim extenuat & discutit, partim adurit, bilem auget & acuit, ac morbos acutos gignit, spiritus inflammat, & non solum calorem præter naturam in toto excitat, sed etiam Corpora extenuando porosque aperiendo calorem natiuum euocat & dissipat.

Aphor. Hippocr. 21. sect. 3.

Æstate autem, nonnulli horum, & Febres continuæ, & ardentes & Tertianæ Febres, & Quartanæ & vomitus, & alui profluuia, & lippitudines oculorum & aurium dolores, & oris vlcerationes, genitalium putredines, & sudamina. Aër siue cœlum crassum efficit corpora pinguia & valentiora, ingenia vero Hebetiora. Quales fuisse Thebanos Cicero scribit. Cœlum vero tenue, quale Athenis fuit, gignit homines acutiores.

Frigida aëris constitutio, quæ hyeme potissimum euenit, noctu flante Borea aut Aquilone in Regionibus Frigidis per se Humores incrassat, aut intra Corpus coercet, partes exteriores densat, poros occludit, vnde destillationes, Catharri &c.

Hyeme vero morbi laterales & pulmonis, inflammationes, grauedines, atque Raucedines, Tusses, dolores pectoris & laterum atque Lumborum, capitis dolores, vertigines & Apoplexiæ. Hippo. Aphor. 23. sect. 3.

Sicca aëris Intemperies, qualis initio Autumni, aut in sicca cœli constitutione, flante Euro, in locis arenosis; Corpora Densa, dura soli-

solidaque efficit & extenuat, putredines quidem coercet, & superfluos Humores absumit, sed simul eos, qui relinquuntur in corpore exiccat & incrassat, à quibus obstructiones fiunt, si Caliditati coniuncta sit, Humores adurit & Atram Bilem gignit.

Autumno vero & plurimi vel Æstivi morbi fiunt, & Febres Quartanæ, & Erraticæ, & lienes, aquæ inter Cutem & Tabes & stillicidia Vrinæ, & difficultates intestinorum, & leuitates intestinorum, & coxendicum dolores, & Anginæ & Anhelationes, quas Græci Asthmata vocant, Ilei, morbi comitiales, furores Atræ biles. Aphor. Hippocrat. 22. sect. 3.

Hippocrates de Flatibus: aër mortalibus vitæ, & morborũ ægrotis solus est autor.

Humida aëris dispositio qualis contingit in pluuiosa aëris constitutione, mane in Locis Humidis, circa initium veris, Corpora mollia, laxa & debilia reddit, spiritusque obfuscat; Humores superfluos accumulat; calorem natiuum obtundit; à quibus cruditatibus, Destillationes, obstructiones &c. Oriuntur, potissimum si Intemperies, Frigida sit coniuncta, sin cum Calida putredines gignit, & putridos, pestilentesque morbos excitat. Præterea Inæqualis aut Instabilis aëris constitutio, vt quando eodem die modo Calor modo Frigus, teste Hippocrate 4. Aphoris. 3. Autumnales, id est inæqualis, constantes malique iudicij morbos expectare oportet. Tandem aer corruptus aut parua & pestilenti qualitate affectus à cœli impressione, vel quia non perflatur, vel quia prauos halitus ex terra aut aquis suscipit, corpora nostra sua qualitate inquinat, & morbos Epidemicos pestilentesque gignit.

Galenus in arte Medicinali: ab aëre corp⁹ afficitur (mutatur) quia aut calefit, aut frigescit aut exiccatur, aut humectatur.

Vere etenim Furores, & atræ biles & morbi Comitiales, & profluuia sanguinis, & Anginæ & grauedines, & Raucedines & Lepræ, & Tusses, & Impetigines, & vitiligines & pustulæ Vlcerosæ plurimæ, & tabercula, & articulorum dolores. Hipp. Aphor. 20. sect. 3.

2. De cibo ac potu.

Veluti ex legitima administratione & Vsu Cibi ac Potus Sanitas conseruatur: sic ex Illegitima omnis generis morbi generantur. Hippocrates ait: Indigentia sanitatis mater est, & Labores atque exercitia bonam valetudinem conseruant: Huic respondet Diuus Siracides c. 37. Copia cibi gignit morbos & Helluo replet corpus vitiosis Humoribus. Legitimus vsus consistit vel in debita alimentorum Forma, vel Quantitate, qualitate, tempore & modo. Forma & qualitate læditur sanitas, nimirum si aut plenior victus sit, maiorque alimenti copia exhibeatur, aut tenuior victus minorque alimenti Copia, quam

quam necessitas exigit, viresque requirunt. A multis alimentis Calor natiuus fit debilis, qualis in senibus extinguitur, perinde vt paruus ignis à multis lignis iniectis, contra defectū ciborum corpus consumitur, ipseque Calor Natiuus elanguescit. Ab omnimoda alimentorum ingestione, quam modus naturæ requirit oritur πλησμονὴ, quæ interdum pro omni repletione tam Ciborum, quam Humorum sumitur vt 12. Aph.2. Proprie pro repletione ciborum, quæ à latinis Satietas vocatur.

Hippoc. 14. Aph.1.

Galenus cō. 17. Aph.2.

Cicero in Catone maiore ait: Cibi ac potus tantum est sumendum, vt reficiantur vires, non opprimantur: Item & in quinta Tusculana dicit: quid? quod ne mente quidem recte vti possumus multo cibo & potione impleti. Quam ob rem ad animæ & corporis cultum plurimum conducit Temperantia, vtpote quæ & sapientiæ & valetudinis & multarum virtutum mater, & dulcis nutricula est. Plato lib.2. de legibus. Vini vsu interdixit pueris vsque ad annum ætatis 18. rationemque addit: οὐ χρὴ, inquiens, πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν, id est, non decet ignem igni adijcere.

Ex repletione cibi oritur in venis repletio Humorum, vnde plethora aut Cacochymia multorum morborum causæ, vt si natura illam ciborum ingestionem in bonum sanguinem conuerteret fit plethora, sin minus, gignuntur cruditates, variæque Cacochymiæ species: contra inedia facit, vt non solum Humores in vasis, sed etiam substantia partium, spirituum & Caloris natiui consumatur, viresque debilitentur, postmodum per Humorum crudorum concoctionem & euacuationem, corrupti & Biliosi in furorem aguntur ac concitantur. 2. Et qualitate aliqua alterando possunt Cibus ac potus nos lædere: Proprium enim medicamenti est Corpus nostrum alterare; Alimenti vero quatenus Alimentum à corpore nostro alterari, & in substantiam eius conuerti: attamen multi cibi potusque vtramque vim habent, nimirum alendi ob similitudinem substantiæ; & alterandi ob qualitatem exuperantem, quæ in Corpore sano similem intemperiem efficit, in ægro contrariam temperat, cuius ratione dum Cibi à natura concoquuntur in similes qualitatis, Humores facile conuertuntur, vnde cibi Calidi, Calidam intemperiem, calidos Humores gignunt; frigidi Frigidos &c.

3. Lædit quoque Cibus, si idoneo Tempore non assumatur, nimirum hora non consueta, priore cibo non concocto, nec ventriculo

exonerato, nam Tempus hoc anteuertere, cruditatis, obstructionum, aliorumq; morborum causa est; protrahere vero diuq; Famem tollerare, ventriculum prauis Humoribus replet &c.

4. Morbos quoque efficiunt cibi non debito ordine assumpti, vt si primò assumantur, qui longum tempus ad concoctionem in ventriculo requirunt, deinde qui citò conficiuntur, & in ventriculo diutius retenti in prauos succos corrumpuntur &c.

3. De Retentis & Excretis.

Ad vitam conseruandam retenta & excreta sunt necessaria: vbi enim quæ ad alendum accommodata sunt, secundum naturæ modum in corpore retinentur, deinde euacuationes naturales aut consuetæ, vtilesq; procedunt ac euacuantur, Quale, Quantum, Quando aut Quomodo oporteat, sanitas corporis conseruatur; si aliter procedant, morbi generantur. Euacuationes vero Naturales hic vocantur per Aluum, Vrinas & habitum Corporis, Bilis ex vesicula fellis ad Intestina &c. Consuetas vtilesq; seminis in viris, & fœminis iustæ ætatis, & peculiariter menstrui sanguinis in fœminis in nonnullis sanguinis per Hæmorrhoides, per Nares, item Muci è naribus &c. Nam vbi retenta à Naturæ modo recedunt veluti si sanguinis copia in venis redundarit, oritur plethora: Sin qualitate peccauerint aut Naturales vel consuetæ euacuationes supprimantur, parcius quam pro Naturæ modo fluant; sequetur excrementorum inutilium corruptorumque Humorum prouentus, Cacochymia, Cachexia, oppressio virium, caloris natiui &c. Vbi verò expelluntur vtilia, quæ retineri debent, vt sanguis, aut vtilia cum inutilibus, aut inutilia tempestiue, immodica quantitate non debet modo, aut per non Naturales vias; calor Natiuus, viresque omnes exhauriuntur & dissoluuntur, corpus consumitur, & ab his varij morbi generantur: Nam plurimum replere, aut euacuare naturæ Inimicum est: Huc non inepte referuntur medicorum talia. Dietenus aluus exoneranda erit bis, aut ad minimum semel, sin secus, signum malum. Reddenda est Vrina tempestiue, non nimis sæpe, neque nimis raro, & respondebit ex parte potus, vel paulo minus. Prouocandus est interdum sudor vel medicamentis aut labore. Sic ad sanitatem etiam conducunt Balnea, post confectum cibum in ventriculo, duabus aut vna hora ante cœnam. Propter cognationem capitis & pedum, vt alterum alterius morbo seu malo afficiatur, proderit & Lotio pedum, item & Lotio capitis cum Lixiuio, item &

Lotio faciei cum aqua mane ieiuno tempore, hic simile amat simile, oculus est Frigidus, ergo lætatur aqua frigida &c.

4. De Somno & Vigilia. Quarto somnus & Vigilia lædunt corpus: Sciendum autem est, Vigiliæ per se sunt Functiones primi sensus; somnus vero functio non est, sed functionis quies à Natura instituta, vt vires defatigatæ vigilijs reficiantur: vt vigiliæ ad distributionem alimentorum per corpus & excrementorum expulsionem, ita somnus ad concoctionem confert. Dominus Philippus sic definit: Somnus est quies virtutis animalis, quæ fit, cum vapores vtiles ex nutrimento exhalant in cerebrum, vbi suauiter liquescunt, & passim fluentes in cerebro obstruunt meatus sensuum & neruorum motiuorum. Quoniam autem Immodicus somnus spiritus calorem natiuum obruit & suffocat, vires eneruat, crudorum humorum & excrementorum copiam in corpore accumulat, &c. & vigiliæ diurnæ supra modum, substantiam spirituum & caloris natiui dissoluunt, vires corporis exhauriunt, cōcoctiones impediunt, Bilem accendunt, sensus mentemque perturbant, corpora exiccant & extenuant: Ideoque Medicorum præceptum est vt intra septem apud valentiores, vel octo infirmiores absoluant, interim & ciborum perficitur concoctio. Plato in Timæo ait: Quando mundus claudit suum oculum, nos quoque debemus claudere nostros: Iam mundi oculus sol est, Ergo post Solis occasum non diu est somnus differendus? Neque tamen statim post sumptum cibum Somnus prodest: Quia Galenus ait lib. 4. Aphorismorum, commentario 67. A cibis ad somnum conuersis caput impletur, id est grauatur & hebescit sensus. Dominus Philippus dixit: Nulla res mihi magis profuit ad conseruationem valetudinis, quam hæc vnica, quod nihil legi post cœnam, nihil scripsi, nec longo interuallo à cœna cubitum iui. Ita mane potui surgere, & expedire mea negotia sine molestia magna. Est etiam regula medicorum, vt stomacho valentes mox à somni initio in latus Dextrum decumbant: qui vero ventriculi facultatem concoctricem infirmam habent, prius in sinistro, Postea in dextro cubitent, Nam decubitus in latus sinistrum magis adiuuat concoctionem; super dextrum vero latus decubitus magis ad distributionem cibi prodest, &c.

Aristotelis definitio. Ὕπνος ἐστὶν ἀνάπαυσις πρώτου αἰσθητικοῦ. *Somnus est quies primi sensorij.* *Galenus dicit Somnus est frater Mortis, & cibū in gracili corpore.*

Quintò similis ratio fere est in Motu & Quiete, sicut in Vigilijs & Somno. Motus hoc loco est exercitatio corporis: Quies vero otiū. Plutarchus erudite partitur vitam totam in σπουδὴν καὶ ἄνεσιν, studium

&re-

& remiſſionem, hoc eſt in laborem profeſſioni cuiuſque proprium & conuenientem, & otium ſiue Quietem. Eſt autem vterq; Motus & Quies vtrique Animæ & Corpori apprime neceſſarius. Motus ſiue Exercitationes Corporis moderatæ, ante cibos peracta concoctione, calorē natiuum excitant, ſpiritus agiliores reddunt, corpus roborant, vt deMelior concoctio, & excrementorum omnium euacuatio. Extat Aphoriſmus vltim⁹ Hippocratis lib. 6. Epidemicorũ ſect. 4. πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, Labores antecedant cibos. Contra Otium & Intempeſtiuæ Exercitationes officiunt. Nam otium & conſuetæ Exercitationis remiſſio calorem natiuum ohruit & obtundit, vires omnes eneruat, euacuationes impedit, ac Excrementorum, vitioſorumq; Humorum copiam auget &c. At Immodici Labores & exercitationes calorem natiuum & ſpiritus exhauriunt, vires corporis diſſoluunt, Humores diſſipant, aut commouent, concoctiones impediunt, vaſa interdum diſrumpunt (vt quidam Hernioſi) corpus gracile ac Bilioſum reddunt. A Motu duplex procedit effectus: 1. Calefactio, quæ eſt opus proprium motus, quia motus ex ſe & ſua natura calefacit, ſi modum non excedat. 2. Refrigeratio, quæ fit per accidens, & ſic intelligitur Motus vehementior, is enim refrigerat, quia ſpiritus ac Humores diſſipat. De modo vtendi otio & recreatione Cicero ſic ait lib. 1. Offic. Ludo & ioco vti quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris, tum, cum grauibus ſerijſq; rebus ſatisfecerimus. Hinc dicterio communi dicitur confecto labore dulce eſt quieſcere.

Tandem Vehementes Animi Perturbationes, non minus, quam immodicæ corporis exercitationes nos lædunt, quatenus cum impetu ſpiritum & ſanguinem vel ad Cor reuocant: vel ad Exteriora effundunt. Nam Timor & Triſtitia quia calorem, ad Interiora reuocant, partes Externas refrigerant, Calorem natiuum obruunt, Cor premunt, vires omnes debilitant; vnde Pulſus parui, rari, debiles, aliquando ſyncope, præcipue à Timore, qui non ſenſim vt Triſtitia, ſed confertim ſpiritum ad Cor reuocat, & vbi natura debilis eſt, tanto cum Impetu nonnunquam vt vires omnes reſoluantur & ſuffocato calore natiuo in corde mors ſubſequatur. Triſtitia non minus quam Timor totum corpus refrigerat & ſiccat, vigilias inducit, concoctiones vitiat, Sanguinem Melancholicum, morboſque Melancholicos efficit. Gaudium profuſum ita vehementer Spiritum à corde interdũ *6. De Perturbationibus.*

effundit, vt dissipetur & Cor deserat, quare in ijs, qui natura sunt debiles, Syncopen, & repentinam mortem aliquando inducere solet. Ira repente Spiritum effundit cum copia Caloris efferuescentis adhuc circa Cor: cuius ratione Spiritus primum, deinde Humores accenduntur & concitantur, totumque corpus incalescit, & pro dispositione Corporis, omnis generis Febres, calidæque Intemperies generantur.

Perturbationes autem nascuntur ex Opinione Boni vel Mali: Boni vt Præsentis, vel Futuri: Præsentis hinc Lætitia, Inuidia, Maleuolentia: Futuri, hinc Spes, Amor, Ira. Opinione mali Itidem Præsentis vel Futuri: Præsentis hinc mœror, Tristitia, Misericordia, Futuri hinc Timor, Pudor, Desperatio. Cætera de Legitimo & Illegitimo vsu sex rerum non naturaliũ habentur in tertio lib. huius tractatus de Arte Therapeut. Hactenus de potentia Naturali Nutritiua quæ est conseruatio Indiuidui, sequitur Augmentatiua quę prouenit ad iustam magnitudinem, & tandem sequetur Generatio quæ est Conseruatio Speciei.

CAPVT XX.

De Facultate Auctrice.

FAcultas Auctrix cum Homo, vt & alia viuentia, in prima generatione molem perfectam corporis obtinere non possit: Anima vegetans Secundam principem Facultatem obtinuit Auctricem, quæ ad debitam molem corpus extendit. Huius itaque opera in prima ætate vigent, in qua non solum fit Nutritio, sed etiam Auctio, partesque, quæ Corpori adduntur, maiores sunt ijs, quæ à Calore resoluuntur.

Non autem semper augentur, vt nutriuntur, viuentia, sed ad certum vsque Ætatis Terminum, qui est circiter annum vigesimum quintum: Etsi enim postea maius fit in aliquibus corpus, tamen ea est Pinguefactio, non Augmentatio.

Definitio. Talis vero est Facultas, quæ Calorem insitum dirigit & ad conuenientem illi animato Corpori terminum & quantitatem, quæ ἀκμὴ & consistentia dicitur, promouet. Vel est Augmentatio, qua corpus secundum omnes dimensiones, longitudinem, latitudinem & spissi-

ſpiſſitudinem creſcit. Omnibus animatis ſane Vita & Mors communis eſt propter duplicia contraria, nimirum ex quibus conſtant, Elementa & quæ gignunt, Excrementa. Omnium tamen ſimilis Ætatum decurſus non eſt, nec Vitæ ratio, ſed ea longioris Vitæ ſunt, quæ Calidum innatum, in quo vita conſiſtit, quantitate copioſum, & qualitate Temperatum magis habent; Deinde quæ Excrementis paucioribus abundant ac breuiter quibus Calidum minus κάτα μάρανσιν diſſipatur, aut κάτα σβέσιν opprimitur & ſuffocatur: De hac Facultate vide clarius ſupra expreſsè de Temperamento Ætatis.

CAPVT XXI.

De Facultate procreatrice.

FAcultas Generatrix vel Procreatrix quæ ſpeciei eſt conſeruatio, omnium naturalium Facultatum Diuiniſſima eſt, maximeque naturalis eſt. Nam ſpeciem ipſam & Formam quæ Natura magis, magisque Diuina eſt, quam materia ab Interitu vindicat, eamque perpetuitatem animatis quam conſequi poſſunt attribuit.

Eſt autem Facultas Procreatrix proprie ea Vegetantis Animæ vis, qua quodlibet animatum in ſuo genere vnum & perfectum, ex alimento redundante pro partium nutritione, quod ſemen vocatur, aliud ſibi ſimile gignere poteſt. *Definitio.*

Generationis vocabulum dupliciter modo ſumitur proprie & communiter.

Communiter Generatio 5. Actiones ſub ſe continet: 1. Omnes illas Actiones, quæ requiruntur, vt infans non ſolum generetur, ſed etiam in lucem naturaliter producatur: 2. Conceptionem, Viuificationem fœcundi ſeminis vi Vteri pro Formatione fœtus. 3. Generationem propriiſſime dictam, ipſam nimirum fœtus Formationem. 4. Perfectionem omnium Partium fœtus neceſſariam ad Robur & Actiones, quæ poſt conformationem requiritur. 5. Partum ſiue Infantis excluſionem ex Vtero. *Communiter Generatio 5. ſignificat.*

Cauſa efficiens Generationis prima eſt Deus, Formans, Fouens, & perficiens Maſſam in vtero: vt tandem Homo viuus emergat, atq; in Lucem ſuſcipiatur. Pſalm. 137. Tu Formaſti in Vtero Matris Anteriora membra & poſteriora. Secundaria Cauſa eſt, & quidem propinqua, Pater & Mater, vt Ariſtoteles ait: Homo Hominem generat *Cauſa efficiens.* *Cauſa ſecunda.*

 & Sol,

& Sol, id est Parentes & causæ cælestes concurrunt in generationem Hominis.

Hinc duo generationis principia statuuntur à Medicis; quorum vnum Formæ & propter δύναμιν Efficientis causæ rationem habet: Mas, qui facultate sua in alio gignit: Alterum subiecti & propter ἀδυναμίαν materiæ rationem magis sortitur, Fœmina quæ in se ipsa gignit: Adhæc Natura vtrique Membra & Instrumenta ordinauit: Mari Testes, vasa seminaria, præparantia & deferentia ad Colem: Fœminæ vero vasa seminaria, testes & vterum.

Organa Nutritionis.

Correspondet autem Vterus Scroto; & in principio Conformationis consentiunt, licet absoluto fætu forma, magnitudine & situ differant, nam membra genitalia quæ in maribus excluduntur, in fæminis intus conuersa Reperiuntur: Vnde Fœmina mas orbatus & occasionatus dicitur.

Testes vtrique sexus duo sunt, qui in Viris eminent, pendentq; ab inguibus, proprio inuolucro sunt cõclusi ex cute & neruosa membrana, in Fœminis vnus vtrinq; vtero assidet: Substantia eorum mollis, rotunda, rara, glandulis similis in viris potissimum, in fæminis minores, minusq; rotundi & molliores sunt, pluribus Tunicis integuntur, sed paucioribus in fæminis illaque sola, quæ Epididymis dicitur cum parte Peritonæi.

Vasa spermatica duplicia sunt, alia Præparantia, Alia semen desemen deferentia seu Eiaculatoria: Præparantia 4. sunt duæ venæ totidemque Arteriæ. Vena dextra à trunco Venæ Cauæ sub emulgente oritur, Sinistra ab Emulgente: Arteriæ ambæ à Magnæ Arteriæ trunco sub emulgente. Hæc Vasa in viris primum ad latera deflectuntur, deinde dum descendunt in Scrotum per peritonæi productionem comitante Musculo cremastere, dextera Venæ, dexteræ Arteriæ, & sinistra sinistræ vnitur, tandemque mirabili implicatione Capreolorum Vitis instar in Corpus Varicosum oblongum album degenerant, vbi materia præparatur à Testibus ac demum in Semen transmutatur. Semen Elaboratum ab vtroque Teste suscipiunt Vasa deferentia siue Eiaculatoria, quæ in Exortum crassa & anfractuosa sunt, & ad posteriorem Testis sedem reflexa. Deinde in Viris sursum ea via in Abdominis cauitatem ascendunt, quo descendunt Vasa præparantia, hinc reflectuntur & sub Vesica feruntur, amplificantur, &

dextrum vas sinistro vnitur, varieq; contorquentur & complicantur, donec in Glandulosas Parastatas, quæ ad Penis & Vesicæ fines collocantur, implantantur, vbi Communis Meatus per Penem pro Vrinæ seminisque excretione.

Penis constat ex duobus Neruosis oblongis cauisque Corporibus, ortis ab infima Ossis Pubis Parte, in quorum medio est Meatus ille Communis: Substantia penis interior rara, fungosa, vt à Spiritu replente erigi, rursumque flaccescere queat, ac in superiore Parte, vbi ab illa Cute tegitur & retegitur, quæ Præputium dicitur Glandis modo tumet: accedunt his præter Venas, Arterias, & Neruos 4. Musculi, quorum duo erectioni Penis, duo Excretioni Seminis seruire putantur. Vterus siue Matrix, alterum procreationis instrumentum, intus reconditus est in ampla coxarum cauitate, medio loco inter Vesicam & Rectum Intestinum, quibus alligatur: Figura eius rotunda & oblonga est Pyro similis, in Angustum Os desinens, Fundi Forma anterius & posteri⁹ nonnihil depressa, superius obtusa angulos ostendens similis fronti vitulorum, quæ Cornua productura est, potissimum in Brutis, vnde Cornua vocantur.

Substantia Vteri membranea est vt ad fœtus Incrementum dilatari rursusque contrahi queat, ac proinde in virginibus & sterilibus Vterus exiguus est: Constat simplici Tunica satis crassa densaque, cui alia in peritonæo initium sumens obducitur. Deinde vas semen deferens iuxta Cornua in latus Vteri inseritur, & per Corpus Vteri ad Os eius vsq; disseminatur. Via à pudendo ad Os Vteri, quæ Ceruix Vteri, & sinus Pudoris vocatur, Corpus oblongum est, Canalis aut Vaginæ instar, & etiam Membranosum & Rugosum, ab anteriore superioreque Parte Vesicæ insertionem excipit; supra hanc insertionem à lateribus sunt duo processus Neruei, quos κλειτορίδα Fallopius appellat: Infra quatuor Carunculæ Membranosæ, quas nonnulli Nymphas vocant, cæteræque pudendi Partes.

Hæc sunt Organa quibus perficitur generatio, & in quibus gignuntur & continentur proxima generationis nostræ Principia, Semen & Menstruus Sanguis: de quibus supra.

Plato 6. de legibus inquit: Oportet eam ob Causam liberos propagare & post se relinquere, vt singuli Deo alios ministros siue cultores suo loco substituunt: Quæ etiam Finalis Causa est Generationis.

tionis, videlicet Conseruatio & propagatio generis humani, à quo Deus vult coli.

Porro sub Facultate generatrice duæ etiam proprie continentur videlicet Alteratrix & Formatrix: Instrumentum vero Facultatis generatricis est calor plasticus, non igneus corrumpens, sed proportione correspondens virtuti cælesti, consistens in tenuiori seminis virilis portione, vnde & Spiritus dicitur, à quo prima operatio quæ Ebullitio & Spumificatio, Seminisq; Actio prima dicitur.

Gradus conceptionis Quinque.

Generatio proprie dicta à Galen. 1. De Semin. definitur viuificatio seminis ad formandum Fœtum orta à proprietate Vteri: Hæc Partium est delineatio & conformatio, quæ à nonnullis sub se compræhendit quinq; Tempora & gradus. Primam vocant Ebullitionem siue Spumificationem, primam Seminis Actionem. 2. Partium delineationem. 3. Delineationis repletionem. 4. Canificationem. 5. Absolutam perfectamq; omnium conformationem.

Quando Conceptio incipiat.

Galenus 1. de Sem. hæc eadem opera generationis 4. Temporibus distinxit, sub quibus conceptionem etiam simul comprehendit. 1. Primum opus γονὴ ab eo vocatur. 2. Κύημα. 3. Ἔμβρυον. 4. Παιδίον id est Infans.

Spumationi tribuuntur 6. Dies. Delineationi 4. Delineationis repletioni 8. Carnis generationi 14. Conformationi 13. Alij tamen aßignant diem 50.

Hinc primis sex diebus à conceptione semen bulliens atque æstuans oui speciem refert, in qua quædam ampullæ existunt, Epatis, Cordis, & Cerebri: Et adhuc vocatur γονὴ id est semen. Sequentibus nouem diebus, videlicet à sexto vsq; ad decimum quintum Sanguis paulatim influit, & Semini permixtus efficit massam, quæ appellatur κύημα id est conceptio. Proximis duodecim diebus, hoc est à decimo sexto ad vicesimum septimum principalia membra conformari atque distingui: & vocatur ἔμβρυον id est nuper natus Infans. Tandem octodecim diebus sequentibus ad quadragesimum quintum singulæ partes formantur, & tunc fœt⁹ dicitur infans seu παιδίον, viuereq; incipit.

Circumdatur autem Fœtus tribus inuolucris siue Membranis. 1 Quæ fœtum immediate inuoluit ἄμνειος, propter teneritatem scilicet, quod mollis sit vt agnus, inde agnina. 2. à Mucronata Cartilagine ad Ilia vsq; cingit Zonæ instar, quæ à farciminis Figura ἀλλαντοειδὴς dicitur. 3. Vasa Vmbilicalia fulcit eorumq; interuentu tota Vtero adhærescit, quæ quia Circuli instar fœtum ambit, aut continet χόριον latine secunda vel secundina appellatur.

Nu-

Nutritur autem & augetur Fœtus Maternus, Sanguine ex acetabulis ſiue orificijs vaſorum vteri, per Venas & Arterias Vmbilicales quæ chorio fulciuntur. Quare cibum per os non capit, neq; prima aut ſecunda concoctione indiget, nec etiam aluum reddit; lotium tamen vehiculum Sanguinis per ἔξοχον in ἀλλαντοειδῆ deponit, ne fœt⁹ lædatur, aut Vterus ad excretionem irritetur, ſudorem vero Amnios excipit. Verum aliæ partes ex ſanguine, aliæ ex Semine generantur: Venæ, Arteriæ & Membranæ naſcuntur ex Semine, reliquæ ex ſanguine puriſſimo menſtruo Matris, qui ex cotylidonib⁹ per Vmbilicũ affluit. *Nutrimentum Fœtus.*

Dies à conceptione duplicati conſtituunt diem Motus: Vt igitur diebus quadraginta quinque formatur fœtus: ſic poſt bis quadraginta quinque hoc eſt nonaginta dies, ſeu Menſes tres moueri incipit: Poſtea triplicati dies Motus adferunt Tempus partus, nempe poſt menſes nouem: Nam nono Menſe plerumque eduntur Mares, fœmellæ vero decimo: Qui citius naſcuntur, præſertim ſexto & octauo Menſe non viuunt. Septimo vero editi, viuere poſſunt, quia ſeptimus Menſis à conceptione eſt Criticus id eſt Iudicatorius, quo fœtus mouetur ad Exitum ſiue Partum. *De Tempore Motus.*

Fit autem etiam vt Locus Lunæ in Partu congruat cum loco in conceptione, hoc eſt in quo ſigno eſt Luna tempore Partus, in eodem etiam Luna fuit tempore conceptionis, ergo ſi naſcitur Infans, vel in Lucem ſuſcipitur in Coniunctione Solis & Lunæ hoc eſt in Nouilunio: Conceptio etiam in Nouilunio facta eſt: At regulare eſt editos infantes in coniunctione Solis & Lunæ non eſſe viuaces: Ratio non eſt obſcura, quia hoc tempore fluit Sanguis impurus ſeu Menſtruus: ſicque tales qui illo tempore concipiuntur imbecilliores ſunt Natura & minus debiles. Editus iam Infans plorat, quaſi præſagiens vitæ mortalis Calamitates. Sapientiæ 7. Fletus fuit mea vox prima, ſicut & aliorum, &c. Hæc de Facultate generatrice Nobiliſſima ac Diuina, ſequitur Facultas Animalis.

CAPVT XXII.

De Facultate Animali.

FAcultas Animalis ſecundum Medicos eſt vis animæ reſidens primum in Cerebro, quæ ab Obiecto ad agendum excitata mediante

ſpiritu animali in Cerebri ventriculis generantur, & per neruos vt Organa ſenſus & motus diſtribuuntur, Functionis Principis Facultatis, ſenſuum exteriorum, & motus voluntarij perficit gratia vitæ melioris, nimirum vt res obiectas cognoſcamus, quę bona videntur, perſequamur & mala fugiamus.

Functio autem Facultatis Animalis nulla videtur communior, quam cognitio, concitatio, nimirum Facultatis animalis in Cerebro, & proprie perceptio, aut diiudicatio rerum externarum per ſuas ſpecies.

Domicilium Fons & Origo Facultatis Animalis eſt Cerebrum ſecundum Subſtantiam, cui ceteræ Partes inſeruiunt.

Illa ex Cerebro per Neruos in Vniuerſum Corpus tranſmittit, Senſum & Motum, hinc Facultas Animalis triplex alijs duplex Sentiens, Mouens ac Princeps: Senſitiua Facultas eſt vis Animæ reſidens primum in Cerebro, deinde mediantibus Neruis in Organis quinq, ſenſuum exteriorum à natura in eum vſum conſtructis, vt externarum rerum per medium delatarum cognitionem percipere queamus.

Proprium Munus Facultatis Senſitiuæ αἴσθημα ſiue ſenſatio dicitur, quatuorque requirit 1. αἰσθητικὸν vim ſentiendi. 2. αἰσθητήριον, organum bene diſpoſitum. 3. αἰσθητὸν ſenſibile. 4. Intermedium inter ſenſile & Organum, proprie in ſenſibus externis. Vis ſentiendi conflat ab Anima ac promanat & à Cerebro primariò recipitur, vbi velut in propria ſede & Domicilio ſubſiſtit, à quo beneficio Spiritus Animalis, per Neruos delati, alijs partibus vim ſenſus & Motus impetit: Quare αἰσθητήριον commune erit Cerebrum, Particularia verò quinque ſunt.

In ſenſatione duo ſunt 1. Repræſentatio. 2. Rei Perceptio. Receptio fit perpeſſione Organi ſenſitiui à ſpecie rei obiectæ. Perceptio ſiue diiudicatio ſpeciei fit in Cerebro primo ſenſorio, licet à parte Inſtrumentaria initium habeat. Vnde Hippocr. qui parte aliqua dolent, & dolorem non ſentiunt, ijs Mens ſiue ſenſus interior & Cerebrum laborat.

Senſibilia ſiue obiecta quæ ſentiuntur vnius generis non ſunt, nam alia per ſe ſenſibilia ſunt alia per Accidens. Per ſe ſenſibilia ſunt, quæ nullo alio ſenſili interueniente percipiuntur; Horum alia Propria vni ſenſui ſunt, quæ vno ſolo ſenſu compræhenduntur, & in

quibus

quibus percipiendis, ſenſu apte diſpoſitum ad ſuum obiectum errare non contigit: Qualia quinque ſunt Color, Sonus, Odor, & Tactiles Qualitates. Alia Communia Senſilia dicuntur, quæ non vno ſolo ſenſu, ſed aut pluribus, aut omnibus percipiuntur, & circa quæ ſentientem errare contingit: Eiuſmodi ſunt quinque quoque Motus, Quies, Numerus, Magnitudo, Figura. Per Accidens ſenſilia ſunt, quæ interueniente aliquo per ſe ſenſili, ſentiuntur, & vt cognoſcantur interiori aliqua Facultate, ſenſu nimirum communi, indigent, vbi recipiuntur & determinantur obiecta exteriorum ſenſuum.

Senſus philoſophis duplices Interiores & Exteriores: Interiores cauſa Externorum ſunt, & reſident in Cerebro, vbi etiam ſiniuntur externi ſenſus. Senſus autem Exteriores internuntij Interiorum tot ſunt, quot propria obiecta, quibus definiuntur, nimirum quinq; Viſus, Auditus, Olfactus, Guſtus & Tactus: differunt Inſtrumentis Oculis, Auribus, Lingua, Naribus, Cute: differunt obiectis vt Colore, Sono, Sapore, Odore & Qualitate Tractabili.

Ab Obiectis Senſus Exteriores in Actum deducuntur ſiue ſentiunt, & vt perfecte ſentiant, quatuor illa ſupra requiruntur. Præterea omnibus ſenſibus hæc communia ſunt. 1. Vt obiecti ſpeciem ſine Materia percipiant. 2. Vt ſenſatio non emiſſione, ſed receptione ſpeciei ſolum fiat. 3. Cum ſenſus potentia & λόγος ſit, ſenſorium informans, & ad ſentiendum aptum reddens, vt inter ſenſile & ſenſum proportio quædam ſit. Nam excellens obiectum, quod vehementius Organum ſenſitiuum mouet, quam ſenſus ratio patitur, ipſum Organum corrumpit, aut deprauatam ſenſationem ſiue dolorem in ſenſu efficit: Hæc de potentia ſentiente ſequitur de Appetitu ſenſitiuo.

Appetitus Senſitiuus eſt vis animæ qua Animal ad rem ſenſum perceptam inclinatur. Obiectum eius eſt bonum, ſenſu appræhenſum, ſiue id reuera ſit bonum, ſiue tale appareat. Ex Appetitu, tanquã eius Actus prodeunt Paſſiones & Affectus. Quidam tres gradus ſtatuunt Appetitionum 1. Eſt Appetitus Naturalis, ſiue Appetitio cibi ac potus, hic inſeruit membris Nutritioni ſeruientibus. 2. Eſt Appetitio Senſuum, vt delectatio, & dolor, lætitia, triſtitia, ſpes, metus, Odium, Amor, Ira, Miſericordia, & ſi qui alij ſunt Cordis Motus. 3 Eſt Appetitio Voluntatis, cuius propria eſt Actio appetere, ſiue perſequi aut Fugere obiectum, vt ait Ariſtoteles.

Affectus est motus Voluntatis aut Cordis ſequens Cognitionem, proſequens aut fugiens obiectum, quem perpetuo comitatur vel dolor, vel lætitia: cum enim obiectum ſuaue ſit, lætitia exiſtit, ſin malum Dolor.

Affectus alij iuuant, ſeu conſeruant Naturam, vt Lætitia, Spes, Amor, abſq; his enim Vita eſſe non poteſt: Alij lædunt & deſtruunt naturam, vt Triſtitia, Metus, Odium.

Species Affectuum præcipue ſunt, Lætitia, mæſtitia, Spes & Metus: Ex his quatnor tanquam ex fontibus manant reliqui Affectus, vt Odium, Inuidia & Miſericordia.

CAPVT XXIII.

De Facultate Motiua.

FAcultas Mouens ſeu Motrix, ea eſt qua animal de loco in locum mouetur: Eſt autem vel perfecta vt animalium perfectorum, vel Obſcurior animalium imperfectorum &c. hæ mouent ſe tantum dilatando & conſtringendo.

Facultas autem Motrix, omnibus totius Corporis Muſculis inſita, eos, quibus opus eſt, Muſculos contrahit; Muſculi contracti tendines attrahunt: Tendines attracti oſſa: deniq; oſſibus Motis membrum, vel totum Corpus de loco in locum mouetur. Inſtrumentum Motus eſt Muſculus: vulgo enim definitur eſſe Organum ſpontaneũ Motus: Quando quidam anxie diſquirunt, quænam in Muſculo pars præcipuum Motus Inſtrumentum ſit, an Neruus, an Teredo, an Caro: non adeò neceſſariò id facere videntur. Nam vt eſt apud Ariſtotelem 2. de par. Cap. 1. ἡ μὲν αἴσθησις ἐν ταῖς ὁμοιομερέσι αἱ δὲ πράξεις διὰ τῶν ἀνομοιομερῶν ὑπάρχουσι τοῖς ζώοις, id eſt vis ſentiendi in Similaribus ſita eſt: Actiones autem per Diſſimilares adminiſtrantur: Quamuis enim 4. Motus Muſculorum ſunt differentiæ, dum vel contrahuntur Muſculi, vel extenduntur, vel transferuntur, vel tenſi manent vti Galenus lib. 1. de motu muſcul. cap. 8. docet, Tamen contractio, qua Muſculus Caput verſus, & ad Proprium Principium trahitur, propria eius eſt Actio, qua Partes, quocunque opus eſt, flectuntur. Extenſio & ipſa neceſſaria eſt, verum proxima Motus Cauſa non eſt; & Paſſio potius,

potius, quam Actio est: Dum enim contractus Musculus, extenditur, ab alio patitur, non ipse id agit: Ad Contractionem pertinet & Tonicus Motus, in quo Musculorum villi tensi, manent: In quo licet quies quædam videatur: tamen reuera in quiete illa Musculi agunt, dum membrum in eo situ, ad quem Motu id perduxerunt, conseruant.

Tribus autem Organis locomotiua opus habet, Neruis, Musculis, chordis. 1. Enim Cerebrum ciet Neruos, Nerui excitant Musculos, Musculi verò dilatant se & contrahunt, contracti Musculi, Tendines attrahunt, Tendines attracti ossa, ossibus Motis, membra vel totum Corpus mouetur de loco in locum. Intelligi etiam hoc loco debet Motus Voluntarius, non Naturalis: aliter enim mouetur lapis scilicet Motu Naturali, quo semper deorsum labitur, item Ignis, qui semper sursum tendit: sic Ventriculus Naturali vi sua cibum coquit: sed aliter mouentur Membra, siue partes Corporis, scilicet motu Voluntario: Cum enim Volumus, tunc manum mouemus, aut pedem: cum non quiescimus. Est etiam quidam à Medicis Motus Mixtus, partim scilicet Voluntarius, partim Naturalis, vt in Vrina videmus, quæ Naturali quidem impulsu effluit, sed non fere, nisi cum volumus. Potest enim Homo continere Vrinam, etiamsi Natura vrgeat ad expellendum: Inde Locomotiua à voluntate regi videtur, imperio scilicet herili δεσποτικῷ, vti enim Herus seruo, sic voluntas imperat Membris.

CAPVT XXIV.

De Facultate Principe.

FAcultas Princeps ea est, cuius Dominatu Homo regitur: earum sunt Tres, Phantasia, Memoria & Ratio; De hac Facultate non per omnia inter se consentiunt Medici, Galenus 8. De vsu partium & lib. de symp. diff. tres Principes enumerat φανταστικὴν, διανοητικὴν, & μνημονευτικὴν, & Facultates ex functionum læsionibus iudicat. Auicen. quinque diuersas facultates Principes recenset: nimirum sensum communem, Imaginationem, Rationem, Memoriam & Reminiscentiam. Sedes principum Facultatum est in Cerebro teste Galeno 8. & 9. de Vsu part. Habet enim Cerebri substantia contentum Spiritum Innatum, complantatum; vna cum Spiritu Animali, permixtum; tan-

quam Organũ Conseruatiuũ omnium Facultatum Principumq; propter diuersitatem Medicorum primo dicemus de sensu communi.

De Sensu Communi. Hic sensus quasi intersitium & externorũ & internorum sensuum, speciesq; ab externis recipit, & reliquis internis communicat. Sennertus lib.1. cap.13. de sensibus internis. Vnde non inepte centro circuli comparatur, in quo quinq; lineæ concurrant.

Sensus Communis est vis Animæ sentientis, quæ Exterioribus sensibus vim Animalem per Neruos communicat, & ad quam species repræsentatæ in sensibus exterioribus deferuntur, vt ibi diiudicentur & discernantur. Hic sensus communis licet respectu Interiorum sit primus, ratione tamen exteriorum vltimus & supremus iudicatur: in quo sensiones exteriorum velut in Centro terminantur & coeunt: Vnde ratione Termini Vnus ratione sensuum exteriorum, qui in eo finiuntur, multiplex esse iudicatur: Nam sensus Communis quasi centrum est in medio circuli, à quo quinque exteriores sensus tanquam lineæ ad Circumferentiam exeunt, & vt Centrum non est amplius punctum, vbi discedit à medio, sed linea: Ita sensus communis vt à Centro exit, ad Organa Visus, Auditus &c. non est amplius sensus communis, sed Visus, Auditus &c. at contra si recedamus à circumferentia ad Centrũ, tum Visus, Auditus, Gustus & non amplius hoc nomine appellabuntur, sed in centro coeuntes dicentur sensus cõmunis.

Quare Facultas sentiens vna erit ratione Essentiæ, plures ratione Organorũ. Officia sensus communis sunt: Omniũ exteriorũ sensuum obiecta, medijs sensibus exterioribus, percipere. Differentiam inter diuersorum sensuum obiecta cognoscere; priuationem & absentiã obiectorum, vt tenebrarum, silentij &c. diiudicare; mouere Phantasiam, eiq; species sensibiles offerre. Sic duo pręstat: primũ vim sentiendi per Neruos sensibus exterioribus communicat: deinde exteriorum sensuum species diiudicat, & ab inuicem distinguit: Nam sensus Communis exteriores omnes vnit, eorumque actiones perficit, ac nos sentire iudicat: Præter sensum Communem addamus Phantasiam &c.

CAPVT XXV.

De Phantasia & Memoria.

PHantasia est Facultas animæ sensitiuæ, quæ species à Sensibus perceptas repræsentat, & ex ijs nouas Imagines effingit, siue intentiones elicit, vt id quod sibi Vtile est, prosequatur, aut noxium fugiat: Mouetur à sensu Communi, & vbi finitur Sensus Communis, ibi Phantasia incipit, deinde auxilio memoriæ illi iunctæ circa absentia ope-

operatur: & in somno quoque non quiescit; præterea iudicando obiecta amica & aduersa, sub notiones addit, & appetitũ excitat, variasq; operationes in Brutis Naturæ instinctu, in Homine mentis beneficio producit. Hæc Facultas in homine media est inter Sensum & Intellectum, mentiq; proxime inseruit: ac à mente vice versa dirigitur. In Brutis præcipua est, sub qua æstimatiua continetur, quæ subnotiones addit, siue ex speciebus sensibilibus species quasdam insensibiles amicas & aduersas colligit. Sennertus lib. 1. cap. 13. de sensibus Internis ait: Phantasia primum ab externo obiecto moueri debet, nihilque possumus imaginari, quod non prius sensu externo percepimus. Et quamuis Aureum montem, & Chimæram imaginemur, quæ nunquam tota vidimus: tamen secundũ partem ea percepimus. Et nisi Aurum & montẽ conspexissemus, aureũ montẽ imaginari non possemus: sic nisi Leonem, Capram, Draconẽ, vidissemus, Chimerã imaginari impossibile esset: Sequitur de Memoria inter sensus interiores referenda.

Memoria est Interna Animę sentientis Facultas conceptarũ rerum imagines & notiones conseruans, ac ex præterito prompte repetens. Hæc Facultas in homine vna cum Phantasia menti inseruit: ac mens quatenus ratiocinatione impressarũ rerũ imagines ordine mouet reminiscentia dicitur. Memoriæ autẽ seu Facultatis memorandi duo sunt Actus: Vnus qui Facultatis nomine appellatur memoria; Alter Reminiscentia Memoria definitur rei ante cognitę (præteritorũ enim tantũ est) vt cognita est, iterata appræhensio; seu eius, quod antea perceptũ erat sensibus, vt perceptum erat repetitio. Reminiscentia ex vnius vel plurium rerum, in memoria asseruatarum, in alterius, quæ non prompte occurrit, recordatione regreditur: Et plura requiruntur ad Reminiscentiam quam ad Memoriam. brutis Memoria etiam communis est, Reminiscentia non item. Ad Memoriam satis est, vt rem eodem modo, quo eam percepimus rursum appræhendamus: ad Reminiscentiam verò requiritur, vt antea res exciderit, nec directe eius recordemur. Deinde vt aliam rem Memoria comprehensam habeamus, & eius ductu in ignoti notitiam rursum veniamus: tandem ad Rationem Facultas siue Potentia Rationalis λογιστικὴ complectitur λόγους id est, rationem, siue νοῦν Intelligentiam & Voluntatem βούλησιν, quæ sunt Principes Facultates Animæ. Mens enim in Capite tanquam in summa arce collocata præses est, consiliarius & dictator studiorum & Actio-

Actionum. Voluntas verò tanquam Rex Consilia mentis vel approbat & exequitur, vel improbat & reijcit: In homine pene est gubernatio Aulica, in Aula sunt Consiliarij, qui quid faciendum sit, monent atque suadent, & talis est Mens. Deinde in Aula est Princeps siue Rex, qui audit quidem consiliarios, sed interim tamen facit, quod lubet: Ita quoque Voluntas est.

Etsi enim Harmonia siue consensio summa Mentis & Voluntatis esse debebat, ita vt quæ suadet Mens eadem probet Voluntas: tamen propter ἀταξίαν naturæ Voluntas sæpe dissidet à mente & facit contraria. Vsus doctrinæ de Potentia Rationali. 1. Deducit nos ad Agnitionem Dei, qui Æternæ Sapientiæ radios in mentes nostras sparsit, vt inde infinitam & immensam eius sapientiam, bonitatem, & in nos beneuolentiam æstimemus. 2. Cognitio mentis nostræ hortatur nos ad Cultum pietatis, sobrietatis, & Actiones Diuinæ Origini, & naturæ congruentes. 3. Consideratio dissidij rationis & voluntatis admonet nos de Cura regendi mores, & moderandi appetitus, ne rationem præcurrant, & extra modum prodeant. 4. Actiones mentis modum omnem atque progressum discendi, iudicandi, & memorandi res exponunt: &c. Includit ita Anima Rationalis duas illas Facultates: Intellectum, quo res appræhendimus & cognoscimus; & Voluntatem, qua ad ea, quæ sub ratione boni cognouimus ferimur: Sic in intellectu sunt notitiæ, in voluntate προαίρεσις siue Electio: Notitia est habitus Intellectus, alia quidem rei præsentis, alia abstructiua, qualis est de Deo. Vel obiecti simplicis vt cognosco pulegium, vel propositionis notitia vt pulegium calefacit: Propositionis, notitia alia certa, alia incerta, incerta vel est opinio, δόξα vel suspicio ὑπόληψις: Habitus intellectus secundum Aristotelem sunt 5. Notitia principiorum, scientia, Ars, Prudentia & Sapientia: Dominus Philippus addit Fidem scilicet Historicam, cum aliquid certò credimus, quod narratur & asseueratur, &c. Examinemus itaque pluries cum Deo, clara luce singula fiant docibilia.

Principium nostra cognitionis cõstituunt, sensus exteriores, mediũ Interiores, Finem deniq; mens ipsa imponit, qua nos cum Fine omnium postremo Deo scilicet vnit.

CA-

CAPVT XXVI.

De Facultate intellectiua.

FAcultas intellectiua ſiue mens, eſt ea vis animæ humanæ, quæ ſine interuentu organi Corporei adminiculo phantaſiæ, & ſenſuum eſſentiam cuiuſque ſcibilis intelligit.

Functio mentis proprie eſt Intellectio: Intelligere autem ſe habet aliquo modo vt ſentire: Nam vt ſenſus nullam earum qualitatum actu habet quam ſentit: ita Mens actu expers eſt eorum, quæ intelligit, ſed potentia omnium particeps. Vnde τόπος εἰδῶν à Platone dicitur, quod ſi Actu intelligit, εἶδος εἰδῶν exiſtit. Deinde vt ſenſus ab eo quod ſentit, afficitur, nimirum à ſenſili, ita mens, ab eo quod intelligitur, ſed non pari ratione. Senſus obiecta λόγῳ ſibi correſpondentia tantum percipit, & ab excellentibus læditur, quod Facultas ſentiendi Inſtrumento Temperato vtatur. Sic intellectus excellentiſſimo obiecto magis acuitur, vt minus excellentiæ facilius percipiat: & corpori quatenus operatur, permixtus non eſt; ſed proprie ſimplex & Immutabilis. Anima intellectiua licet ſecundum eſſentiam corpus humanum informet, tamen ratione operatione in nulla peculiari parte corporis vires ſuas exerit, nec in recipiendis ſpeciebus intelligibilibus, organo corporeo indiget: ſed ſine interuentu organi corporei ſpecies illas intelligit; quo potiſſimum à ſenſitiua Facultate diſtinguitur, quæ receptam ab organo ſpeciem iudicat.

Functio mentis.

Intellectus obiectum eſt omne id, quod intelligitur aut intelligi poteſt, νοητὸν id eſt ſcibile, quæ autem intelliguntur duplicia ſunt. Alia omni materia carent, vt ἁπλῶς ὄντα, quorum ipſa, ac ipſorum, eſſe non differunt: alia cum materia concreta ſunt, in quibus ſemper aliud eſt res ipſa, aliud eſſe rei. Simpliciſſima mentis appræhenſio primi Philoſophi eſt, quæ ἁπλῶς ὄντα conſiderat: reliqua ſcibilium genera, nimirum προσθέσεως ὄντα quæ ad Phyſicam, & ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα quæ ad Mathematicam pertinet, διανοίᾳ apprehenduntur. Quemadmodum autem νοητὰ actu νοητὰ non ſunt, priuſquam à materia ſit.

Intellectus verſatur circa ens, quod late patet, vt ſub illo cõ intelligatur quicquid extra & in ipſa rerũ natura

ria abstracta mente percipiantur: Ita mens ipsa potentia non actu intelligit, priusquam abstractas species recipiat, sed in ortu instar rasæ Tabulæ est: Speciebus verò receptis, & alia & conuersa ad suas species semetipsam intelligit, quod alijs intelligibilibus denegatum est, cum esse mentis ab ipsa non differat, & materiata propriè non sit. Nihilominus ex similitudine aliarum rerum, vt species illas mens recipit, materialis & quodammodo composita dicitur, & in mentem agentem & patientem diuiditur. Est autem mens Patiens, quæ Phantasiæ adiuncta νοητὰ in se recipit: mens vero agens, quæ facit vt species in Phantasia potentia intelligibiles actu intelligantur, & patibili menti imprimantur. Hæc vt Lumen ad Colores se habet: vt enim colores in subiecto aliquo sunt, sed per Lumen sine subiecto aërem adficiunt, ita mens Agens efficit vt species in Phantasia traducantur sine materia in mentem patientem: Et vt Lumen à pellucido separatur: ita mens agens à Phantasia & corpore, cum per se immortalis sit. Verum mens patiens cum sine phantasia & memoria non subsistat, mortalis iudicatur.

Naturā est Deus, hūc in primis nosse debet Homo In Natura sunt res Naturales, quæ cognitæ & perspectæ vtiq; Homini esse debent. Sed est ingēs caligo mentiū nostrarū q̃ Aristoteles deplorat lib.2.Metaphys.c.1.

Aristoteles lib.3.cap.5. de anima νοῦν ποιητικὸν appellat acumen & vim diuinitus insitam ad inueniendum & excogitandum siue ratiocinandum bona honesta & vtilia: Estque hic intellectus similis actori, Doctori, vel dictatori. νοῦν παθητικὸν verò dictata intelligit, & tanquam dictata accipit, similisque est discipulo. Sic intellectus agens est vis siue acumen inueniendi aliquid laude & imitatione dignum. Qualis fuit in Archimede, qui inuenit machinas bellicas, & Monacho qui Typographiæ primus inuentor. Item in Aristotele qui primus definiuit virtutem, quod sit habitus bonus &c.

Mentis humanæ operationes & actiones ratione obiectorum tres sunt, quarum 1. est νόησις simplicium apprehensio, 2. Est compositio, siue adfirmatio, & diuisio νοημάτων siue negatio. 3. λογισμὸς discursus & ratiocinatio ex veris notis ignota colligens, qua operatione scientiæ constituuntur. Ratione finis mens ipsa aut est θεωρητικὴ aut πρακτικὴ; illa circa Necessaria versatur, & in nuda veritatis consideratione consistens intra se vertitur: hæc circa contingentia, in quibus actio, & quæ in nostra potestate posita sunt, occupata est, ac veri consideratione contenta non est, sed boni alicuius gratia intelligit; nimirum in rebus agendis, vim suam exerit consultando & deliberando, quid fugiendum quidque expetendum sit, demonstrans

In Scholis 7. numerātur actiones intellectus. 1.Simpliciū cognitio illa cōis est cum bestiis. 2.Numeratio soli Homini propria. 3.Com

Vtra-

Vtraque ſine Viſis vel phantaſmatibus in homine non eſt: ſed contemplatiua phantaſmata ex ſenſibus, non tanquam ſenſibilia, ſed νοητὰ conſiderat, & adfirmationem vel negationem viſis adiungit, & an vera, an falſa ſint, inquirit.

poſitio & diuiſio quæ actio eſt formans propoſitiones.

Practica verò ſenſibilia, vt ſenſibilia conſiderat, nam deliberatio rerum ſingularium eſt, ſed hic ſenſibilibus bonum ſiue expetendum, & malum ſiue fugiendum adiungit: Et comparando ex præteritis & præſentibus de futuris deliberat, in qua deliberatione prudens vere bona viſis illis adiungit: Imprudens boni ſpecie & cupiditate aliqua illectus apparentia bona pro veris habet, & cum viſis illis comparat. Bruta vero ſine deliberatione ſenſus communis iudicium viſis illis adiungunt, & præſentibus ſeſe accommodant, quæ ſi iucunda fuerint, perſequuntur; ſin triſtia fugiunt: ſequitur de voluntate, Supra dictum eſt de Facultate motrice, hic vero paucis agemus de voluntate ſeu parte Appetente.

4 Ratiocinatio. 5. Iudicium cuius 3. κελτήειοι. 6. Memoria & Recordatio. 7. Conſcientia.

Voluntas.

Voluntas eſt potentia Appetens ſuprema, & libere agens, monſtrato obiecto ad intellectum: Actiones voluntatis proprie ſunt velle, nolle, ſuſpendere actionem, id eſt differre opus, imperare locomotiuæ.

Actiones voluntatis propriæ.

Hæc enim complectitur προαίρεσις, quæ eſt in voluntate, ſcilicet ſponte velle aut nolle honeſta & inhoneſta, præcedente deliberatione: Sic voluntas manibus imperat, vt librum attingat vel non: Item ſi vis reſpondes molliter, ſin vero tua voluntas non fert aſpere reſpondes. Actiones voluntatis aliæ dicuntur Elicitæ ſiue προαιρετικαὶ in quibus ſerio & libere voluntas hoc vult, quod in ſermone, geſtu & Actione foris oſtenditur: aliæ nominantur Imperata ſeu ſimulatæ, βουλήσεις id eſt ſimulationes, in quibus non congruunt affectus cordis cū Imperio voluntatis regentis Locomotiuam. Imperiū voluntatis duplex πολιτικὸν ciuile & δεσποτικὸν herile. Cordi enim imperat voluntas πολιτικῶς, ciuiliter perſuaſione magis reprimens affectus, quam coactione. Membris verò Locomotiuæ potentiæ imperat δεσποτικῶς heriliter, perinde vt Herus ſeruum regit: obiectum voluntatis erit appetere & eligere Deum Conditorem ſuum, & res bonas cæteras, à Deo in natura conditas: ſufficiant hæc de voluntate, ſequitur & examinatio Somniorum.

Actiones voluntatis Elicitæ & Imperatæ.

Imperium voluntatis duplex: πολυτικὸν & δεσποτικόν.

Somnia ad interiores ſenſus pertinent, cum mens concipit Phantaſma aliquod, hoc eſt, imaginem ſiue ſpectrum, vel inſpiratum ſibi aliunde, vel à Corporis Humoribus, aut diurnis Actionibus ſubminiſtratum: Cum enim Animus non quieſcat etiam ceſſantibus Corporis Actionibus, ipſe aliquid cogitat, fingit aut reminiſcitur. Cicero 1. de Diuin. tacet Corpus dormientis, vt mortui: viget autem & viuit in ſomno Animus.

Somnia quadruplicia apud Philoſopho.

Diuina.

Diabolica.

Præſagientia.

S[u]nt a[u]tem q[u]atruplicia apud Medicos ſomnia: alia diuina quæ Deus vel per ſe, vel Angelos mentibus inſerit, habentque Teſtimonium certum, quod diuinitus oſtendantur: qualia fuere Somnia apud Abrahamum, Iſaacum &c. Vti ex veteri Teſtamento conſtat. De his Siracides 34. inquit: Si non fuerint ab altiſſimo monſtrata Somnia, nihil eis tribue. Alia Diabolica, quæ per malos ſpiritus efferuntur, cuiuſmodi ſunt Veneficarum: alia Præſagientia, quæ velut pingunt futuros euentus, in genere tamen, non vero in ſpecie. Horum tamen alia ſunt ἄσημα id eſt nihil ſignificantia, alia σημαντικὰ id eſt ſignificantia, de nihil ſignificantibus Siracides ait cap. 43. Qui multum tribuit Somnijs, captat Vmbram, & ventum perſequitur. Nam Somnia nihil aliud ſunt, quam fallax, ſine re, ſimilitudo. Et Salomon, vbi eſt multum Somniorum, ibi eſt multum vanitatis. Σημαντικὰ cum ſunt, præſagit animus, hoc eſt futura proſpicit, vel quæ geruntur, abſens ſentit, vide exemplum lib. 1. de Diuinatione: alia ſunt Phyſica, quæ nimirum ex certis Humoribus in corpore vel ex rebus, quæ interdiu aguntur, aut cogitantur, exiſtunt. Vti Galenus libro de Inſomnijs: ſomnia alia ex Corporis diſpoſitione, alia ex ijs, quæ agimus emergunt. 1. Bilioſi ſomniant colores flauos, incendia, vſtiones, contentiones, pugnas & Volatus. 2. Sanguinei ſomniant rutilia, læta, conuiuia, choreas, complexus. 3. Phlegmatici aquas, balnea, merſiones in aquam, onera grauantia & impedientia inceſſum. 4. Melancholici, triſtia, tetra, Caligines, atros fumos, oberrationes nocturnas, ſpectra & vagationes per loca ſolitaria: Deinde ſomniamus ſæpenumero ea, de quibus vigilantes cogitauimus, aut egimus. Ciceronis præceptum lib. 1. de Diuinat. ex Platone: Plato ſic iubet ad ſomnum proficiſci corporibus affectis, vt nihil ſit, quod errorem animis perturbationemque afferat: qui enim integri ad quietem eunt, his viſa quietis occurrunt tranquillia atque veracia: qui vero Onuſti Cibo & potu ſe quieti tradunt, his perturbata; tetra

Phyſica.

Somnia ſanguineorum.

Phlegmaticorum.

Melancholicorum.

&

& horrenda visa obijciuntur: Hæc de somnijs, sequitur de Facultate animali.

CAPVT XXVII.

De Facultate vitali.

FAcultas vitalis est vis animæ residens in Cordis substantia, qua ex sanguine vaporoso cum aëre in sinistrum eius sinum attracto spiritus vitalis, sanguisque spirituosus generatur; qui deinde per Arterias in totum corpus motu contractionis & distentionis distribuuntur, vt Calor Natiuus in sua temperie conseruetur.

Hæc Facultas non est eadem cum Naturali propter diuersitatem 1. Sedium: radicatur enim Facultas vitalis in corde Naturalis in Hepete. 2. Obiectorum; quia pro obiecto habet vitalis sanguinem, Naturalis Chylum, 3. Propter diuersitatem effectuum, quia alaborat vitalis sanguinem Arteriosum ac spiritus Vitalis: naturalis sanguinem venosum & Spiritus naturales.

Functio huius Facultatis prima & præcipua est vita, quæ vt docuit Aristoteles lib. de vita & morte est Participatio animæ in Calore natiuo. Nam vi caloris natiui facultates animæ in corpore conseruantur, & functiones perficiuntur.

Cor autem Vitalis Facultatis Domicilium est, fons vitæ, calorisque natiui, quo languescente aut deficiente omnia languescunt aut deficiunt cuius etiam gratia conditi sunt pulmones, qui tanquam flabellum sunt, quo cordis Calor refrigerari, & in sua naturali temperie conseruari queat.

Functiones vitalis facultatis tres Galenus enumerat, totidemque Facultates vnde promanant, quarum prima & præcipua est spirituum vitalium generatio, à Facultate vitali proprie dicta. Secunda priori tantum subseruit pulsuum effectio, à vi pulsifica Cordis: Tertia cæteras consequitur, nimirum affectuum concitatio à facultate Irascibili: de spiritibus supra dictum est: Pulsus autem & Respirationis vsus communis est similique modo perficiuntur, nam finis vtriusque est Conseruatio Caloris natiui in sua temperie, & spirituum vita-

Sub facultate naturali Gal. lib. de differ. Symptom. vitalē cōprehendit quæ θυμοειδὴς à Platone vocatur cuius sedes est cor, fons caloris natiui, qꝫ situm est in Thorace medio loco inter iecur & cerebrū, quēadmodum ipsa facultas media est inter concupiscibilē, q̄ belluinis

voluptatib. delectatur, & rationalẽ quæ diuinis honestisque studijs afficitur. vitalium generatio, deinde vtraque Functio ex motu dilatationis & contractionis componitur cum intermedia quiete: paucis itaque de Pulsu.

Pulsus est Functio cordis Arteriarumque Systole & Diastole constans vt Spiritus vitalis generetur, distribuatur, Calorque natiuus in naturali συμμετρίᾳ seruetur. Per Diastolen enim seu dilatationem cor impletur, dum sanguinem ex vena Caua in dextrum ventriculum

Diastole. attrahit, & aerem ex Pulmonibus per arteriam venalem in sinistrum sinum deducit, vt spiritus vitalis generetur, & Calor natiuus euentiletur.

Systole. Per Systolen siue modum contractionis ex sinistro suo sinu Cor, per Arteriam magnam spiritum elaboratum in totum Corpus transmittit, simulque Fuliginosas expirationes, seu excrementa, aeremque calidum ad pulmones per arteriam venalem expellit. Eodem modo Arteriæ Diastole per orificia sua, quæ in cutem desinunt, ex ambiente aere aliquid attrahunt & refocillantur; id quod præcipue in magnis æstibus animaduerti potest, in quibus auras frigidiores captantes, recreamur, & magnum inde commodum, recreatis spiritibus, percipimus: per Systolen vero Fuliginosa excrementa expellun-

Actio διαπνοὴ ἄδηλος διαπνοή. tur, quæ actio διαπνοὴ, & ἄδηλος διαπνοὴ, quod per occulta cutis spiracula fiat, Latinis transpiratio appellatur, & respirationi respondet, vt enim se habet διαπνοὴ ad Arterias, ita se habet ἀναπνοὴ seu Respiratio respectu Cordis: cuius ratione in animalibus totum corpus, teste Galeno lib. de vsu pulsuum confluxile & conspirabile redditur. Ad hos motus perficiendos tria vt diximus requiruntur, 1. Facultas pulsifica mouens, quæ in Corde primario residet 2. Instrumenta, quæ mouentur nimirum, primum Cor, deinde Arteriæ, quæ Facultatis impetum sequuntur.

3. Vis cordis. Tertia vis cordis Platoni & Galeno est Irascibilis proprie dicta, vnde procedunt Pathemata non omnia, sed quæ consistunt in vindictæ, laudis & similium desiderio, vt Ira, gaudium &c. Vel contra in Mali alicuius, vt infamiæ, indigentiæ & similium, auersione & fuga, vt metus, mœstitia &c. Vt enim in libidine testes afficiuntur, ita in ira, dum animus iniuria offensus vltionis desiderio concitatur, spiritus in Corde commouentur, & ad exteriora effunduntur: contra in metu auersione mali instantis ad interiora refugiunt: Hi affectus à cognitione oriuntur, & principia sunt motus voluntarij de quibus supra dictum est.

Reſpiratio eſt functio partim animalis, partim naturalis, & veluti pulſus duobus motibus conſtat Syſtole & Diaſtole, ita etiam reſpiratio gemino motu perficitur, & quaſi duas partes habet; Inſpirationem ſcilicet & expirationem: Inſpiratione aër dilatato pulmone & Thorace per Os ac Nares attrahitur: Expiratione vero, compreſſo Thorace ac pulmone aër calidior & fuliginoſa excrementa itidem per os ac Nares excluduntur: hi duo motus perpetua viciſſitudine continuantur, quamdiu viuit Homo. In Reſpiratione vniuerſum conſiderantur. 4. Primo vſus, qui triplex eſt, videlicet caloris Temperatio, ſpirituum nutritio, & Fuliginis excluſio. Secundo conſiderantur Inſtrumenta quæ ſunt vel mouentia, vt Thorax, deducentia vt Larinx & Aſpera Arteria: Excipientia vt Pulmones. Tertio cauſa efficiens, videlicet voluntas, quæ eſt vel ab electione vt in vigilantibus, vel ab inſtinctu, vt in dormientibus. Quarto differentiæ, quæ ſumuntur quadrupliciter 1. vel à materia, hinc dicitur reſpiratio alia Calida, alia Frigida. 2. à motu, hinc dicitur reſpiratio celeris, media, vel alterius motu. 3. à quiete, hinc dicitur Frequens, mediocris, vel Rara. 4. à Parte quæ mouetur videlicet Thoracis dilatatione, hinc dicitur magna, vel Thoracis contractione & dicitur parua. Hæc ſufficiant de reſpiratione, functionibus & facultatibus animæ, ſequitur lib. 2. de pathologia.

De reſpiratione.

Syſtole & Diaſtole.

4. Requiſita in reſpiratione.

1. Vſus.

2. Inſtrumenta.

3. Cauſa efficiens.

4. Differentiæ.

1. à Materia.

2. à Motu.

3. à Quiete.

4. à Parte.

* * *

Tractatus I.

BASILICÆ MEDICÆ
LIBER II.

De Pathologia Medicinæ Galenicæ Pars Secunda.

CAPVT I.

De Morbo, eiusque differentiis ex sententia Galeni, omniumque fere Medicorum.

Definitio Morbus essentialis & Accidētalis. Morbus particularis vel communis. Intemperies duplex simplex & composita.

Morbus est affectus præter Naturam, actionem primo lædens: Huius differentiæ aliæ sunt essentiales, aliæ Accidentales: Essentiales à partium petuntur varietate, & ita consideratur morbus Particulariter vel Communiter: Particulariter dupliciter dicitur 1. Quando Lędit Partis similaris conuenientem temperiem & vocatur Intemperies, quæ duplex est: Simplex & Composita: simplex est Calida, Frigida, Humida & Sicca: Composita, vt Calida Humida, Calida Sicca, Frigida Humida & Frigida Sicca: vtraque consideratur vel vt est 1. Nuda & immaterialis, vt Phlogosis & congelatio, aut cum materia, videlicet sanguine, pituita & bile Flaua siue Atra. 2. Æqualis vel Inæqualis: Æqualis vt febris hectica, quæ est Intemperies totius

totius Corporis. Inæqualis vt verbi gratia Febris Lipyria sub qua v- tuntur interiora, rigentque exteriora, quod accidit Inflammato aliquo viscere. Vel Febris Epiala, sub qua vna pars frigore obrigescit, altera Æstuante. *Intemperies æqualis & inæqualis.*

2. Particulariter morbus essentialis partis dissimilaris conuenientem Lædit vel numerum, vel magnitudinem: Numerum idque vel in redundantia vel defectu: Redundantia vel naturaliter vel præter naturam: Naturaliter seu ortu primo, vt tres testiculi vel sex digiti. Præter naturam vt polypus, verruca, callicondylemata, caruncula meatus vrinarij: defectu vt vnus testiculus. *Dissimularis conuenientē Lædit. 1. Numerū dupliciter.*

2. Magnitudinem, idque eodem modo vel in redundantia, vel defectu: redundantia vt penis longior, Brachium longius, crus longius &c. Defectu, vt Lingua breuior, crus breuius &c. 3. Situm vt 1. luxatio artuum, 2. Intestina prolapsum in Inguen seu scrotum. *2 Magnitudinē. duplici ter vel redūdantia vel defectu.*

3. Procidentia Ani vel vteri. 4. Conformationem idque vel in figura, meatu, læuitate & Asperitate: Figura, vt caput depressum vel Acuminatum, & Luxatio male curata. Meatu, vt viarum laxitas, & obstructio, quæ fit humoribus multis, crassis & viscidis, & obstructio ab alia quapiam materia. Læuitate, vt aspera arteria acri destillatione exasperata. Asperitate, si partes quæ debent esse asperæ læuigentur vt ventriculus, Vterus, Intestina &c. *3. Situm. tripliciter itidem redundantia vel defectu. 4. Cōformationem. quadrupliciter.*

Communiter morbus essentialis dicitur, quando lædit simul actionem partis vel dissimilaris: & ita dicitur solutio continui eaque pro partium varietate varie dicitur, & quidem in osse fractura, neruo conuulsio, Ligamento diuulsio & cute excoriatio, in carne ruptio, quæ adhuc dicitur Vulnus si prouenit à causa externa: Vel vlcus si prouenit à causa interna. *Cōmuniter læditur actio partis similaris vel dissimilaris.*

CAPVT II.

De Morbis Accidentalibus.

SVpra dictum est de morbis, quod alij sint simplices, alij compositi: simplex morbus est, qui cum nullo alio morbo coniungitur: compositus, qui cum alio in eadem parte copulatur. Fernelius mor- *1. Morbi accidētales simplices ac cōpositi.*

 bos

Separati & Impliciti. bos diuidit in separatos seu disiunctos & implicitos. Separati & disiuncti sunt, qui in diuersis partibus consistunt, nec communem vsum vel actionem habent, nec affectus sibi inuicem communicant vt ophthalmia & Podagra. Impliciti sunt, qui diuersas afficiunt partes, & tales, quæ vnam communem vium atque actionem habent, vt si diuersæ partis Thoracis laborant. *Connexi & consequẽtes.* Morbi connexi & consequentes sunt, cum vnus alterius est causa; vt, si ex magna inflammatione febris accendatur. Hocque fit vel partium societate & cognatione, qualis est ventriculi cum cerebro: vel ob situm, cuius gratiæ vna pars alterius excrementum excipit, veluti pulmones excrementa cerebri facile excipiunt: vel quia vna pars fortior in aliam debilem sua excrementa detrudit ac deponit.

2. Morbi fiẽtes & Facti. 2. A generationis & subsistentiæ modo, alij morbi dicuntur fientes, alij facti; Fientes dicuntur, qui, etsi iam sint, àque sua causa producti existant: tamen sine causa efficiente subsistere non possunt, sed causa recedente, & ipsi á subiecto recedunt. Facti dicuntur, qui etiam remotis & ablatis causis generantibus, remanere & superesse possunt, nec illis sublatis statim tolluntur: sic ex potu frigidore, ventriculo intemperies frigida, aut potu calidiore Hepati intemperies Calida induci potest. *Morbi fieri dicuntur tripliciter.* Dicuntur autem fieri tribus modis 1. proprie fieri dicuntur, cum nondum sunt, sed producuntur & generantur. 2. qui augentur adhuc, quamuis sublata causa non tollantur, vt quæ eos in corpore solum augeat, non vero conseruet. 3. Qui etsi iam existunt, & affectus sunt, quibus actiones læduntur: tamen absque causa generante in corpore subsistere non possunt, & ita subiecto inhærent, vt cum causis suis recedant.

3. Morbi vniuersales & particulares. 3. Ratione subiecti, morbus alius occupat totum, alius partem: qui totum occupat ab alijs vocatur communis, nos vniuersalem dicimus & qui partem, nuncupamus particularem: vniuersalis est qui totum corpus occupat, qualis morbus est febris. Particularis, qui particulariter partem aliquam, quamcunque etiam, occupat; vt ophthalmia, polypus, obstructio Epatis, Vulnus, Vlcus in aliqua parte.

4. Morbi Ætatũ. Hippo 3. Aph. 24. 25. 26. 27. 29. 30. 4. Ratione Ætatum morbi alij sunt infantum, alij puerorum, adolescentum, iuuenum, virorum, alij senum: Ratione vero sexus morbi alij virorum alij mulierum.

4. A

4. A Causis etiam petuntur differentiæ. Sic morbus alius dicitur per ἰδιοπάθειαν seu essentiam, alius per συμπάθειαν seu consensum. Morbus per essentiam est, qui ortum habet à causa, eo in loco genita, in quo morbus excitatur. Per consensum verò dicitur morbus, qui excitatur à materia genita extra partem, in qua morbus est. Si enim cerebrum melancholico temperamento sit affectum, vt Melancholicus & tenebricosus spiritus gignat, dicitur Melancholia per essentiam. Si vero materia aliunde suppeditetur, fit melancholia per consensum, talis est hypochondriaca, vbi ex liene, & venis mesaraicis vapores Melancholici in caput attolluntur. Per consensum tribus modis fiunt 1. cum pars aliqua materiam aliunde excipit, vt cum caput eleuatis è ventriculo, vel vtero vaporibus, afficitur. 2. Cum spiritus, animæ actionibus influere prohibentur, vt fit contusa spina, vertebris, vel si manus aut cura paradysi corripiantur. 3. Cum materia ad actionem necessaria denegatur, vt cum pulmonibus obstructis, vel perforatis aut resolutis costarum musculis, spiritus, seu aër exspiratus sufficiens ad vocis formationem non suppeditatur. 5. *Morbi per essentiam & per cõsensū.* *Melãcholia.* *Morbi per consensum tribus modis fiunt.*

9. Morbi alij dicuntur legitimi atque exquisiti, alij Nothi & spurij. Legitimi & exquisiti sunt, qui ab vna & simplici causa proueniunt: Vt febris tertiana legitima seu pura, quæ à sola bile excitatur; phlegmone exquisita quæ à solo sanguine ortum habet. Illegitimi verò & nothi morbi sunt, qui ex mistis humoribus excitantur, vt tertiana notha in qua bilis & pituita miscentur; phlegmone Erysipelatodes, in qua miscetur sanguine bilis. 6. *Morbi legitimi & notio: vel exquisiti aut spurii.*

7. Morbi alij à primo ortu homini inhærent; alij genito iam adueniunt. Qui à primo ortu adsunt, sunt duplices: vel hereditarij vel aduentitij: Hæreditarij dicuntur quorum causæ ab ipsis parentibus in liberos propagantur, & cum vitium aliquod, cui antea parentes fuere obnoxij, cum ipso parentum semine & sanguine materno in liberos deriuatur: vt in Epilepsia & podagra. Sunt quidem variæ morborum hæreditariorum differentiæ quos ab authoribus petere licebit. Morbi aduentitij seu adscititij his opponuntur, qui iam genitis ex quamcunq; causa obtingunt 7. *Morbi Hereditarij & aduentitij.* *Variæ differentiæ morborū hæreditariorum.*

8. Morbi alij dicuntur contagiosi, alij non contagiosi. Morbi contagiosi sunt, qui sui semineum, atq; inquinamentum quoddam in aliud corpus transfundere, & per illud simile in corpore vitium exci- 8. *Morbi cõtagiosi & non contagiosi.*

excitare poſſunt. Non contagioſi, hi alium, communicato inquinamento inficere non poſſunt. Morbus contagioſus eſt vel eminus vt peſtis, vel cominus vt Lues venerea & Elephantiaſis.

9. Morbi ſparſi & communes. Morbi Endemij. Morbi Epidemij.

9. Morbi quidem ſparſi, σποραδες ſiue σποραδικοὶ dicuntur, cum plures diuerſis laborant morbis: vt ſi hic ophthalmia, ille podagra, alius calculo laborat: Quidam dicuntur communes, πανδήμοι, ἢ κοινοὶ, ἢ πάγκοινοι, quæ eiuſdem ſpeciei plures eodem tempore corripiunt. Hi diuiduntur in ἐνδημίους & ἐπιδημίους. ἐνδήμιοι, quaſi vernaculi ſunt, qui frequentes locum aliquem occupant, eiuſdem regionis incolas, propter communem cauſam, aut aërem patrium, aquas, vel victus rationem, corripiunt. Talis morbus eſt ſcorbutus, Incolis littoris maris Baltici: Lues venerea Indis; Phthiſis Luſitanis: Lepra Iudæis; Broncocele Alpinis; ſtrumæ Hiſpanis &c. Ἐπιδήμιον ſunt morbi, qui paſſim in vulgus graſſantur & ſunt eiuſdem generis plures ab vna cauſa: ſunt tamen λοιμώδεις vel peſtilentes: vel interdum μὴ λοιμώδεις non peſtilentes, vt catharrus, popularis, pleuritis popularis &c.

10. Morbi Magni & parui vel per ſe vel per accidẽs: p ſe triplex.

10. Diuiduntur & morbi in magnos ſeu vehementes & paruos: magnus per ſe tribus modis dicetur, 1. ratione dignitatis ſeu poteſtatis, qui organum natura dignius, & conſtitutionem ad vitam magis neceſſariam lædit. 2. Per ſe dicitur morbus magnus ratione eſſentiæ propriæ, ſeu receſſus à naturali ſtatu. 3 Dicitur morbus magnus, ratione κακοηθείας ſeu mali moris, cum nimirum praua aliqua qualitas affectui coniuncta eſt.

Per accidẽs morbus magnus dupliciter dicitur.

Per Accidens etiam morbus dicitur magnus 1. Ratione partis præſtantis, quando morbus partem præſtantem occupat, vel talem, quæ, etſi ſua natura præſtans non ſit, partem tamen præſtantem in conſenſu trahere poteſt. 2. Magnus etiam dicitur ex læſione facultatis corpus noſtrum gubernãtis, cum ſcilicet morbus facultatem, ex cuius læſione vitæ periculum imminet, deijcit.

12. Morbi benigni & maligni. Morbi maligni ẽt dicuntur qui ve-

12. Eſt etiam alius morbus benignus, alius malignus: Morbus benignus eſt, qui nihil grauium ſymptomatum ſupra propriam naturam habet, tantumque ea, quæ proueniant à peculiari à natura receſſu. Morbus malignus eſt, qui peiora, quam pro ſuæ naturæ ratione habet Symptomata, & cui ex occultis qualitatibus aliquid vitij quod vires deiicit, coniungitur: Hic Medicum & ægrum ſæpe fallit, refertur à nonnullis inter venenatos generantur à veneno vel in-

tus.

tus genito vel ab extra illato: Intus genito vt à menstruo, semine vel Humoribus putredine venenum acquirentibus: Ab extra illato & vel assumpto ore, vel admoto morsu serpentis vel Canis rabidi &c. Morbos malignos D. Sennertus comparat hominibus malis, qui aliud vultu & verbis præ se ferunt, aliud corde occultant & factis præstant. *nenati, vt dupliciter.*

13. Ratione motus, Durationis & finis, atque exitus, morbi etiam varie diuiduntur. Alij Breues, alij longi dicuntur. Breuis morbus est, qui celeriter mouetur, & cito ad terminum peruenit. Longus est, qui tardius mouetur, & ad finem peruenit. *13. Morbi breues & longi.*

14. Est etiam alius morbus Acutus, alius non Acutus: Acutus definiri potest, quod velociter atque cum impetu & periculo ad statum mouetur: proprie morbi acuti κρίσει terminatur: sumitur autem nonnunquam nomen acuti morbi late, aliquando stricte de quo authores videri possunt. Acutorum morborũ magna est varietas. Distinguũtur enim in κατόξεις peracutos, Acutos simpliciter ἁπλῶς ὀξεῖς & acutos ἐκ μεταπτώσεως, ex decidentia. Hi diuiduntur in κατόξεις ἀκριβῶς ἢ ἐσχάτως inexquisite & extreme acutos: tandem etiam sunt acuti ἐκ περιπτώσεως &c. *14. Morbi acuti peracuti & perperacuti*

15. Ratione exitus alij morbi appellantur lethales seu Insalubres alij salutares seu salubres. Lethales simpliciter tales sunt, q in egrum ad mortem deducunt. Salubres sunt, qui plerunque & magna ex parte ad salutem Ægri determinantur. Contra salubres & lethales secundum quid sunt, qui quidem ad salutem ipsi terminantur non tamen in perfectam atque integram sanitatem desinunt. Vt cum ex aliquo morbo oritur alius vel curabilis vel incurabilis, veluti cum pleuritis in Phthisin seu Empyema desinit. Tales etiam sunt qui reuertuntur & periculum recidiuæ coniunctum habent: hi ab Hippocrate, Aphor. 12. appellantur ὑποστροφώδεα νοσήματα; & ὑποστροφὰς ποιεῖν &c. *15. Morbi salutares & lethales. Morbi salubres & lethales secundum quid. Morbi recidiui.*

16. Morbi alij sunt continui alij intermittentes: Continui sunt, qui continuo affligunt, atque continuo à principio vsque ad finem mouentur, nec toto durationis tempore ad intermissionem veniunt. Hi iterum diuiduntur in συνόχους seu continentes, qui non solum perpetuo durant, sed & toto durationis tempore non intenduntur nec remittuntur. In συνεχεῖς, siue continuos, ratione *16. Morbi continui & Intermittentes.*

tione generis ita dictos, qui quidem perpetuo durant, interdum tamē aliquam exacerbationem atque remiſſionem habent.

17. *Morbi ordinati & Inordinati.* *In numero morborū ordinatorum ſunt febris tertiana & quartana.*

17. Morbi alij ſunt ordinati alii Inordinati: Ordinatos Græci κατὰ περίοδον nominant, qui certis & definitis affligunt temporibus: Tales non ſolum ſunt febres Tertiana & quartana, ſed & alii dolores ac morbi per certa interualla affligentia, vti non ſolum fit Diebus, menſibus; verum etiam annis, exemplum eſt in Epilepſia & podagra, aliiſque morbis ac multis &c. Inordinati morbi, erratici nuncupantur, qui nullam certam periodum obſeruant, verum nunc hac, nunc illa redeunt die: nunc citius nunc tardius. Tales ſunt febres erraticæ. Hæc dicta ſufficiant de morbis Accidentalibus.

CAPVT III.

De Morbis Totius ſubſtantiæ.

Similaris partis perfectio in temperamento conſiſtit. *Morbus in temperamento.*

SVpra dictum eſt quod morbus alius ſit ſimilaris, alius inſtrumentarius: ſimilaris, qui videlicet ſimilaris partis eucraſiam naturalemque conſtitutionem peruertit. Summa autem ſimilaris partis perfectio conſiſtit in temperamento, materia & forma, quorum vt ſymmetria ſanitas eſt, ita ametria morbus: Hic triplex eſt: 1. Vel temperamenti 2. Materiæ 3. Formæ temperamenti morbus eſt intemperies, quæ vt temperies ipſa vel ſimplex vel compoſita: ſimplices ſupra ſunt denominatæ hæ exiſtunt puræ: compoſitæ itidem, prodeunt à vitio Humorum vel intemperatorum vel putridorum.

Morbus in materia.

2. Materiæ immoderatio: eſt à materia immoderata vel 1. vt mollis & dura. 2. Laxa & aſtricta. 3. Tenuis & craſſa. 4. Rara & Denſa.

Morbus in forma. *Morbus manifeſtus vel occultus.*

3. Formæ ſeu totius ſubſtantiæ corruptela, vnde definitur hic morbus, quod partium ſubſtantiam primum & per ſe oppugnet, eſtque manifeſtus, vel occultus: Manifeſtus, qui videlicet corporis ſubſtantiam manifeſtis ex cauſis demolitur, vt ſunt

1. Vl-

1. Vlcera maligna. 2. Phthisis. 3. Putredo Iecoris, lienis & aliarum partium, nata ex primarum qualitatum intemperie. 3. Dissolutio spiritus innati per vigilias, labores, inedias & atroces dolores. 4. Extinctio caloris natiui in strangulatu & extremo frigore. *Morbus manifestus ex 4. constat morbus occultus triplex.*

Occultus, qui cæcis ex causis totam substantiam expugnat: Horum alij sunt 1. Pestilentes, qui videlicet ex aëre cœlestium corporum viribus inquinato oriuntur: Horum alij sunt vel Leuiores vt exanthemata eaque vel rubra vel purpurea, aut Ecthymata &c. Vel grauiores vt pestilens Febris Carbunculus & pestilens bubo. Vel Insolentes nouis ex causis ortæ vel grauedines anhelosæ, vel Febris sudorifica &c. *Morbus occultus pestilens.* 2. Contagiosi, qui externi veneni occursu & contagione inferuntur, vt stupor à Torpedine, pisce, opio &c. Vel qui inferuntur morsu bestiarum virulentarum &c. *Morbus occultus contagiosus.* 3. Venenati, qui oriuntur vel ex veneno assumpto, vel intus genito vt morbus comitialis, strangulatus vteri à putri semine syncope ex putrido sanguinis grumo, & cordis quædam palpitatio. Vide Fernel. lib.1. pathol. cap.7. *Morbus occultus venenosus.*

CAPVT IV.

De morbis Organicis.

MOrbi organici alij sunt in numero, magnitudine, situ & conformatione 1. in numero, qui vel deficit vel redundat: qui deficit, oritur vel à facultatis imbecillitate, vel materiæ inopia, sectione, vstione, putrefactione & perfrigeratione: qui redundat, hic vel naturaliter, vel præter naturam redundat: naturaliter, vt sextus digitus, qui fit à materiæ alimentariæ copia, vel tertius testiculus qui à facultatis existit robore: Præter naturam redundat vt erypus, verucæ &c. Quæ fiunt à materia copiæ excrementitiæ. *Apud Auicēnam morbi cōpositionis in genere omnes morbi organici dicuntur.* 2. In magnitudine, cuius eædem sunt causæ *Morb. in magnitudine.*

ac

ac morbi in numero videlicet deficientis vel redundantis: deficientis vt materiæ Inopia & facultatis imbecillitas: Redundantis vt materiæ copia & facultatis robur. 3. In situ, quorum causæ sunt, Humida intemperies, & vehemens motus ac saltus, inde enim membrum potest loco moueri. 4. In conformatione: quorum adhuc alij sunt Figuræ, viæ Asperitatis vel læuitatis. 1. Figuræ, cuius morbus generatur vel à natura vel ab accidente: Natura vt si quis nascatur simus, varus, alatus, vel claudus: Id oritur vel à vitio seminis aut menstrui: vel impotentia seminis: aut materni sanguinis excessu, defectu, vel aliena qualitate: Ab accidente vt obstetricis incuria, paralysi, conuulsione, vel collisione.

Morb. in situ. Sennerto cōmunissimus morb⁹ In situ est luxatio seu ἐξάρθρωσις.

Morbus in conformatione.

2. Viæ, vt constipatio, constrictio vasorumque apertio: constipatio illa prouenit ab obstructionibus. Constrictio, fit vel ab externo vt forti ligatura: vel interno comprimente vt calculo vel abscessu. Vasorum apertio, seu ἀναστόμωσις fit vel instrumenti laxitate, vel retentricis Imbecillitate, aut expultricis robore, vel acrimonia alicuius medicamenti siue alimenti &c.

3. Asperitatis: hi oriuntur à mordaci humore vel vapore, qui abradendo superficiem reddit asperam.

4. Læuitatis: hi oriuntur ab humore vel pingui vel viscido, à quo interior superficies læuigatur &c.

Hi à Sēnerto vocātur defectus in cauitatib. quos & multifariam distinguit lib. 2. p. 1. c. 8. de morbis in situ. Hos duos morbos D. Sēnertus vocat morbos superficiei.

CAPVT IV.

De morborum Symptomatibus.

SYmptoma affectus corporis viuentis præter naturam, morbum vmbræ ritum consequens. Hoc consistit 1. vel in actione læsa 2. in qualitate mutata, 3. in excrementorum immoderatione.

Symptoma in 3. cōsistit. 1. Actione læsa. 2. Mutata qualitate 3. In excrementorum immoderatione.

Primo in actione læsa, eaque vel naturali, vel vitali, aut animali: naturali, & vel seruitium postulante, vel seruiente: seruitium postulante, videlicet procreatione, alteratione, formatione, auxione & nutritione quorum omnium actio vel aboletur, diminuitur, vel

vel deprauatur. Seruiente vt attractione, retentione, concoctione & expulsione, q̃ actiones vel abolentur, diminuuntur aut deprauantur. Vitali, sunt actiones vitalis, pulsus & respiratio quæ itidem abolentur diminuntur vel deprauantur. Animali & vel in motu vel sensu: Motu q̃ vel aboletur, diminuitur vel deprauatur: sensu, vt interno vel externo: Interno vt imaginatione, cogitatione & memoria, qui sensus vel abolentur, diminuuntur aut deprauantur. Sensu externo: Vt visu, auditu, adoratu, gustu & tactu, qui sensus vel abolentur, diminuuntur aut deprauantur: Ad tactum verò refertur symptoma læsæ appetentiæ ventriculi & vel in cibo vel potu: cibo, vbi aboletur, diminuitur, vel deprauatur, peccans in quantitate & qualitate: potu, vbi aboletur, diminuitur, vel deprauatur, peccans in quantitate & qualitate.

Actio læsa in vitali. *Actio læsa in animali.* *Symptoma læsæ appetentiæ.*

2. Symptoma in qualitate mutata, quæ percipitur 5 sensibus, videlicet visu, auditu, odoratu, gustu & tactu. Visu: quo apprehenditur visibilis qualitas mutata, quæ consistit vel in colore, vel figura; Colore, qui in toto corporis habitu mutatur vel in corpore toto, vt cum flauescit ictero: vel mutatur in parte aliqua, vt apparet in erysipelate & carbunculo. Figura quæ mutatur vel in charactere vel mole. Auditu vt in vocibus, vel sonis: Vocibus in morbis qui sunt in ore, faucibus, aspera arteria, pulmonibus & thorace: Sonis vt in clangoribus, & tremulis vocibus. Odoratu: Vt in ructu viroso, piscoso, lutoso & acido. Gustu quemadmodum ægri sentiunt, vel in sudore defluente in os, vel sanguine fluente ex naribus, item expectoratis, saliua, eaque vel acida, amara, salsa &c. Tactu, vbi videlicet tangibiles differentiæ naturæ legem excedunt, videlicet cutis aspera, dura, sicca; humida, laxa, rugosa &c.

Symptoma in qualitate mutata.

3. Symptoma in excrementorum immoderatione: peccant enim illa vel toto genere, vt cum quid induit Formam alienam, cui similem non reperias in humano corpore, vt sanguis grumosus, lumbrici, calculi, arenæ, vomitus, flatus &c. Vel qualitate, vt cum obiectiones sunt coloris varij vel albi &c. Vel quantitate, vt cum deiectiones feruntur vel nimis copiose vel nimis parce. Vel tempore excernendi, vt cum deiectiones sunt citæ, tardæ assiduæ &c. Vel modo excernendi &c.

Symptoma in excrementorum immoderatione.

CAPVT V.

De causis morborum, internis & externis.

Causa morbi efficiens externa & interna. Antecedens necessaria & non necessaria. Aer agit vel occulta aut manifesta qualitate. Manifesta prima vel secunda.

CAusa morbi efficiens est, quæ corpus viuens præter naturam alterat & afficit: ea vel est externa vel interna: Externa seu antecedens est, quæ videlicet primum fecit & fouet morbum: Et hæc iterum vel est Necessaria, vel non necessaria: Necessaria, vt sine qua viuere non licet, vt sunt res non naturales sex 1. Aër. 2. Alimentum. 3. Somnus & vigiliæ. 4. Motus & quies. 5. Excreta & retenta. 6. Perturbationes. 1. Aër, hic morbum parit vel inspiratus vel transpiratus, & immutat nos qualitate vel manifesta vel occulta: Manifesta vt prima vel secunda: Prima, quam contraxit à cœlo, vel ventis: Nam perflatus austro incalescit & calefacit, aquilonibus verò refrigescit & refrigerat. Secunda, ita 1. frigus externum vel cutem densat, impeditque perspirationem, inde à suppressis excrementis fuliginosis morbi innumerabiles, aut comprimit cerebrum & destillationem excitat. 2. Calor externus vt canicularis vel inflammat spiritus, humores aut corpus totum: Vel exhaurit, vrit & liquat spiritus ac humores, vnde morbi calidi. Qualitate occulta vt pestilenti: quod seminarium contrahit libere non perflatus, ab austro maligna constellatione, habitu tetro de specu exhalante.

Alimentum nos immutat qualitate, quantitate & substantia.

2. Alimentum (puta cibus & potus) quod nos immutat qualitate, quantitate & substantia. 1. Qualitate, ita generantur morbi calidi vel frigidi: Calidi; Mero multo, allijs, porris, cæpis, piperatis &c. Frigidi vt lytho, pomacio, frequenti piscium vsu &c. 2. Quantitate, vt habetur vulgo, quod plures occidat gula quam gladius. 3. Substantia: ita pariunt obstructionem alimenta crassi succi, vt caro bula, panis azymus: Ita pariunt cruditatem alimenta difficilis concoctionis.

Ex somno morbi frigidi & humidi. Vigiliæ causa morborũ

3. Somnus & vigilia: Somnus, cuius nimium soboles sunt morbi frigidi & humidi, nam nimius somnus refrigerat, corpus excrementitio humore replet, spiritus obscurationem inducit ob pituitæ coaceruationem, pallorem inducit corpori, & destillationes inprimis excitat. Vigiliæ quæ sunt causæ morborum vel per se, vel per accidens, ita inducunt morbos calidos siccos ac frigidos: Calidos & siccos, nam

niniæ

nimiæ vigiliæ exiccant corpus, accendunt bilem & acuunt, febresq; causant. Frigidos; dum enim natiuum calorem dissipant, & humidum radicale absumunt, sequuntur coctionis difficultas & cruditates &c. *vel per se, vel per accidens.*

4. Quies & motus: Quies, quæ nimia morbos parit frigidos, quia excrementa non discutiuntur, calor natiuus non obtunditur, & ciborum coctio ac distributio infelicior efficitur, motus: hic vel inducit intemperiem vel solutionem continui: Intemperiem, eamq; calidam vel frigidam: Calidam per se, quia calor auctus humores & spiritus inflammat, vnde oriuntur febres & cephalalgia &c. Frigidam, per accidens, dum enim spiritus exhaurit, totum corpus refrigerat & concoctionem impetit. Solutionem continui inducit: Rumpit enim vasa, vnde cruentæ vomitiones, expuitiones & mictiones. *De quiete & motu. Motus intemperiem inducit calidam vel frigidam. Solutionem continui.*

5. Excreta & retenta: & hæc morbos excitant vt vel excernenda vel retinenda: Excernenda, si retineantur vt apparet in retentione fœcum alui, vrinæ, muci, sputi &c. Retinenda, si excernantur vt apparet in nimia profusione sanguinis è naribus, vtero & hœmorrhoidibus: Vel nimia profusione seminis, hinc morbi ab inanitione. *De excretis & retentis quomodo nos alterent.*

6. Perturbationes, seu affectus animi, hinc morbi fiunt, 1. Dum in ira spiritus & sanguis quasi efferuescunt, hinc turbantur spiritus, agitantur humores, & generantur febres. 2. Gaudio nimio spiritus dissoluuntur, & sequitur syncope. 3. Timore calor & spiritus interiora deserunt, & ad cor reuocantur, inde spirituum resolutio. 4. Mœstitia paulatim spiritus dissipantur, vnde corpus refrigeratur & siccatur, item coctio vitiatur, vel vigiliæ inducuntur, hinc morbi melancholici. *De animi affectibus ex Ira, Gaudio, Timore, Mœstitia.*

Interna morbi causa & abdita, quæ ex nobis ipsis profecta est, & in nobis ipsis delitescit, duplex est: Alia est morborum immaterialium, alia materialium: Immaterialium, vt alteratio & corruptela: Alteratio agit qualitatibus primis & secundis: Primis, calore, frigore, humore, siccitate hinc intemperies: Secundis, vnde laxitas astrictio &c. Corruptela, vnde morbi formæ, contagiosi, venenati, ac pestilentes quæ fiunt à causis corrumpentibus, quæ basin primum petunt & conuellunt. Materialium vt inanitio & repletio: Inanitio; vt immodicæ vacuationes rerum vel vtilium vel inutilium: Vtilium, vt sanginis, seminis ac spirituum. Inutilium, vt excrementorum, nam & horum nimiæ euacuationes spiritus dissipant. Repletio: quæ continetur *Interna morbi causa duplex morborum immaterialium & materialiũ. Materialiũ inanitio & Repletio.*

corporis regione prima, ſecunda & tertia: 1. Vt cruditas in ventriculo & Meſenterio. 2. Vt humores qui peccant in quantitate vel qualitate: Quantitate & ita vocatur plethora: quæ duplex eſt ad vaſa vel ad vires: Ad vaſa, quæ vocatur, quando ſanguinis copia adeò tument venæ, vt rupturæ periculum immineat. Ad vires, quando videlicet maior ſanguis eſt copia, quam vires ferunt. Qualitate ita vocatur cacochymia, quæ eſt billioſa & pituitoſa, quæ fit à calore intenſo & debili, vel melancholia. 3. Vt humores effuſi in corporis habitum & morbos producentes.

CAPVT VI.

De humoribus contra naturam.

Humores contra naturam.

HVmores contra naturam fiunt è naturalibus, ſi deficiunt à requiſitis naturalium humorum, velut iuſta ſubſtantia, quantitate & qualitate: hinc ſicut naturalium ita & contra naturam humorum variæ oriuntur, differentiæ: ſunt namq; non naturalis 1. Sanguinis. 2. Pituitæ. 3. Bilis. 4. Arte bilis.

Differentia humorum non naturalium 4.

1. Non naturalis ſanguis, vel deprauatur vel ſuperatur.

1. Sanguinis, à priſtina videlicet natura deſciſcentis duæ ſpecies: namque deprauantur vitio, aliquo & corruptela, vnde dicitur ſanguis putridus & ſeroſus: vel ſeparatur caro aut pluribus ſibi commiſtis humoribus: vt bile vnde dicitur ſanguis bilioſus: ſic pituitæ vnde dicitur ſanguis pituitoſus: ita melancholia vnde dicitur ſanguis melancholicus.

2. Pituitæ vel ratione conſiſtentiæ, vel ratione qualitatis: Conſiſtentiæ tres ſunt ſpecies.

2. In tribus ſpeciebus.

1 Mucoſa.

Prima eſt mucoſa, quæ ſimilis eſt muco, qui quotidie emungitur: hac ad lubricandam viam fæcibus natura inteſtina illeuit, quæ, incipiente dyſenteria, bilis acrimonia abraditur, primaq; excernitur.

2. Species ſimilis mucoſæ duplex.

Secunda, quæ ſimilis eſt mucoſæ, & ex ea ſæpe oritur: ea melius albuginea diceretur, eſt enim ouorum albumini ſimilior, quam vitro fuſo: craſſa & frigidiſſima. Hæc efficit & cibi inappetentiam ac faſtidium: & in loco calido obſtructa ſæuiſſimos cruciatus.

3. Species gypſea.

Tertia ſpecies vocatur gypſea, hæc fit ex vitrea, ea nempe per reſolutionem & concretionem lapideſcente; ideo eam Galenus ſub vitrea complexus eſt: ſpectatur in bronchijs aſthmaticorum, & in arthritide nodoſa &c. accepto videlicet ex deſtillatione principio.

Qua-

Qualitatis ratione etiã tres species pituitæ: 1. Dulcis.

Qualitatis ratione etiam tres sunt pituitæ species: Prima vocatur dulcis: hæc ea est, quam plerique cum screatu expuunt; ea paucam & sensilem habet dulcedinem, ideoq; dulcis nominatur: Hæc somnolentos facit, non est exquisite frigida, sed exiguam frigiditatem, calorem tamen eius superantem obtinet; cum enim dulcis sit, caloris etiam aliquid habeat necesse est.

2. Acida.

Secunda vocatur acida, quæ fit à vehementi frigiditate, hoc est incoctione vel immaturitate; sicut fructus immaturi sunt acidi, qui paulatim coctione dulcescunt: Hæc tamen est calidior vitrea, dulciq; frigidior: Nam cum coctione paucus admodum calor ei adiectus sit (neque enim acidus sapor fit, nisi quando à calido mutatur subiecta materia ita tamen vt non superet) necesse est, vt sit frigidior dulci, calidior vitrea. Et quemadmodum fructuum succi exiguo calore natiuo præditi, postquam sponte efferbuerint, breui accescunt: ita etiam hæc pituita.

3. Salsa.

Tertia salsa, quæ fit propter putredinem, vel salsæ serosæ humiditatis, vel bilis, mistionem: cum enim dulcis pituitæ portiones quædam vi putredinis assæ reliquæ dulci substantiæ permiscentur, salsum in ea vaporem efficiunt.

Differunt salsa & acida.

Discernuntur autem acida & salsa pituita contrarijs effectis; quia acida excidat βουλιμίαν id est famem implacabilem: salsa verò sitim: hinc perpetuo hydropici sitiunt, q̃ hoc humore abundant: Hæc de pituita, restant adhuc duo humores non naturales, scil. bilis & atrabilis.

3. Non naturalis bilis. Cuius species 4. propria.

3. Bilis, cuius species quatuor propriæ, & duæ impropriæ: Propriæ inter has prima est vitelina λεκιθώδης, quæ crudorũ ouorũ vitellis similis est, colore & cõsistentia: hæc in iecore & venis ꝓcreatur, quãdo caloris præter naturã vehementia summe coquit̃ & quasi torretur: vnde consequitur substantiam crassiorẽ ex tenui & calorem igneũ ex flauo.

Secunda species est porracea πρασοειδὴς ∴ succo porri similis sit. 2.

Tertia Æruginosa ἰώδης, quod similis est ærugini: Hæ duæ species virides sunt & fiunt ma ore assatione quam vitellina: differunt tamen, quod porracea fiat in ventriculo ob ciborum cruditatem: Æruginosa vero ab inflammato ventriculo & hepate. 3.

Quarto Glastea ἰσατώδης quod calore glastum seu isatidem referat: Hæc eò peior est. quo proprius accedit ad nigrum colorẽ: ardore tantam acquirit acrimoniam, vt exulceret & erodat: gignitur enim in ventriculo & circa ipsum, ad hanc etiam refertur cærulea. 4.

Vltima tres ſpecies bilis non naturalis videlicet porracea, æruginoſa & glaſtea, fiunt in ventriculo ex cibis mali ſucci: vt ſunt allium, porrum cepa, naſturtium, ſinapi &c. cum enim nequeunt à ventriculo deuinci, neq; in cremorem conuerti, colorem ſuum magna ex parte retinent: & fit ex illis 1. Porracea, quæ ſi diutius inhæret, ventriculi perſiſtente incendio, fit æruginoſa, poſt ea rurſum fit glaſtea &c.

Bilis ſpecies impropriæ: pallida & rubra. Improprie duæ pallida & rubra: Pallida quæ fit permiſtione pituitæ ſeu aquæ & tenuis humiditatis, eſtque naturali ſimilis: Rubra, quæ proprie eſt ſerum ſanguinis: diſtinguitur tamen à ſanguine, quod extra vaſa non concreſcit, vt ſanguis: fit autem bilis rubra, quando ſero ſanguinis humor quidam ruber permiſcetur.

Non naturalis atræ bilis tres ſpecies. 4. Atræ bilis tres ſunt ſpecies. Prima quæ vſtione ſanguinis: hæc omnium eſt mitiſſima.

Secunda, quæ fit vſtione melancholici humoris: conſiſtentia eſt tenuior, quam humor melancholicus & ὀξὺς hoc eſt in aceti modum acris eſt: partes corporis, quib⁹ ſyncera adhæret, erodendo exulcerat.

Tertia quæ fit ex bile retorrida, vitellina præſertim: Hæc primum igneo calore percoquitur: exuſtione primum in Porraceam; deinde in æruginoſam, poſt in cæruleam, poſtremo in atram bilem omniũ peſſimã commigrat: Calida eſt potentia, vt calx, cinis fex vſta. Partes non ſolum in quibus colligitur, ſed & quas attingit, erodit, vrit, liquat, corrumpit: Hinc dyſenteria ab atra bile lethalis, quia inteſtinis facit vlcus cancrodes: tam maligna eſt, vt aceti acris modo terram fermentet, in quam ceciderit.

Summatim ex cuiuslibet humoris vſtione fit atra bilis vna tamen altera mitior. Diſtinguuntur hæ tres ſpecies effectis: generantur namq; exuſtione ſanguinis, carbunculi: Exuſtione melancholici humoris ſcirrhi, ex vſtione bilis cancri: hæc de humoribus.

CAPVT VII.

De morbis intemperiei.

Intemperies ſimplex quotuplex. TOt ſunt morbi intemperiei, quot ſunt naturalia temperamenta, atq; ab ijs receſſus. Intemperies duplex eſt, alia ſimplex, alia compoſita: ſimplex eſt, in qua vna qualitas excedit: & hæc pro quatuor qualitatum numero eſt quadruplex; calida, frigida, humida & ſicca.

Com-

Composita, in qua duæ qualitates excedunt ex quadruplici συζυγία qualitatum primarum, ea etiam quadruplex est: Calida & humida: Calida & sicca: frigida & humida: Frigida & sicca, hæ intemperies rursum distinguuntur varijs modis: 1. Quod alia intemperies cum affluxu materiæ, alia sine affluxu: Cum affluxu ab alijs materialis nuncupata dicitur, si materia intemperata ad locum aliquem confluat, qualitatesque suas parti communicet, sicq; in ea intemperiem excitet & foueat. Sine affluxu intemperies dicitur immaterialis sine materia aut sine materia affluxu. 2. Intemperies alia est æqualis, alia inæqualis: Æqualis illa est, quæ in omnibus membri partibus similis, easque omnes similiter & æqualiter afficit. Inæqualis seu dissimilis, quæ in vna parte est intensior, in alia remissior, & alias magis alias minus afficit. Æqualis temperies est in cachexia & hectica: Inæqualis est in reliquis febribus &c. Videndæ etiam sunt causæ mouentes & efficientes intemperiem vel calidam, frigidam, humidam vel siccam. Calidam intemperiem producunt. 1. Omne calidum aduentitium, quatenus calidũ. Innatum supra modũ calefaciendo intendit, vt circumfusi aëris æstus, cibus ac potus calidior, item medicamenta calida & acria. 2. Producunt nimis obstruens, ne excrementa possint expelli, vt excrementorum suppressio, obstructio & hinc nata putredo, item exercitium vehemens &c. 3. Quæ putredinem excitant in partibus contentis. 4. Excitans calorem natiuum per confuscationem. Intemperiem Frigidam: Hanc producunt 1. Omne frigidum aduentitium, quatenus calidum natiuum frigefacit, vt aër frigidus, & alimentorum vsus frigidus. 2. Suffocans calorem natiuum, vt & alimenta immodice sumpta. 3. Dissipans calorem natiuum. Intemperiem humidam: Hanc producunt 1. Omne humidum aduentitium, quatenus corpus præter naturam humectat, vt pluuiosum cælũ, balneæ dulces, & alimenta humectantia. 2. Humorum superfluorum expulsionem impediens. 4. Intemperiem siccam producunt 1. Omne siccum aduentitium, quatenus corpus nimis exiccat, vt aër siccus, inediæ, vigiliæ & mœror. 2. Omne absumens humidum natiuum illudque dissipans vel euaporando vel euacuando, &c.

Intemperies composita quadruplex.

Intemperies cum affluxu & sine affluxu.

Intemperies æqualis & inæqualis.

Calidam intemperiẽ producunt.

Frigidam intemperiẽ producunt.

Humidam intemperiẽ producunt.

Siccam intemperiem producunt.

CAPVT VIII.

De morbis & symptomatibus ventriculi.

Microcosmus in tres ventres secatur ab anatomicis. Organa infimi ventris præcipua nouem. Ventriculi fibræ triplices. Temperamentum.

MEdici corpus humanum distinguunt in tres cauitates seu ventres, qui præcipuarum functionum organa continent. Nam infimus venter continet organa nutritionis & generationis: Medius organa vitæ, & respirationis & vocis: supremus organa cognitionis: Organa infimi ventris præcipua sunt nouem 1. Ventriculus, qui situs est sub diaphragmate inter epar & splenem: Huic inseritur Oesophagus, & sunt duo orificia: Vnum superius quod cibum accipit, græce στόμαχος & ἐυκαρδία: Alterum inferius quo chylum ad epar mittit, græcis πύλωρος. Constant tunicæ ventriculi villis seu fibris triplicibus 1. Rectis, quæ attrahunt. 2. Obliquis, quæ retinent. 3. Transuersis, quæ expellunt. Temperamentum eius frigidum est, non absolute quidem, quia alias concoquere non posset, sed respectu epatis, cordis, & aliorum viscerum calidiorum &c. In hac methodo etiam nobis consultum fuit, visum præcipuorum organorum recensere affectus, initium sumptui ab affectibus ventriculi.

Facultas ventriculi læsa. Errore externo affectus triplex. Morbus ventriculi compositionis. Ventriculus etiã laborat

Primaria læsio ventriculi communis est facultatis frustratio, quæ fit vel vitio partis vel errore externo. Alia læsio est, quæ fit vel per intemperiem simplicem vel cum materia. Per externum etiam læditur errorem, qui fit vel ratione obiecti, vel eorum ad obiectum spectantia, vtpote tripliciter 1. In alimentis, vt sunt immodica quantitas, aliena qualitas, intempestiua assumptio & ordo præposterus. 2 In excrementis, quorum rationem vide de excretis & retentis inter res non naturales. 3. In vitæ ratione, intellige diætam. Deinde possunt etiam ventriculo accidere morbi compositionis, vt sunt angustia & tumores præter naturam, quibus addit Auicenna paruitatem. Angustia vt plurimum est aut orificij superioris vel inferioris, quodque accidit vel à constipatione, compressione aut obstructione. Sic & solutio continui accidit ventriculo, vt per vulnus incurabile fere, (exemplum tamen expertũ propinquus meus Crollius refert quod Pragæ accidit) deinde vlcus ab abscessu. Afficitur etiam ventriculus ex consensu aliarum partium, qualis affectus est cardialgia, vel cardiace, dolor seu

morsus,

morsus,& punctio in ore ventriculi: Nam os ventriculi καρδία vocatur propter consensum videlicet cordis & oris ventriculi. Alio nomine appellatur καρδιωγμὸς cordis morsus; Fit ex humoribus prauis, venenatis & vellicantibus,qui intollerabilem mordacitatem pariunt, vel etiam syncope stomachica appellatur. Anorexia cibi fastidium, vel appetentiæ amissio, quæ fit cum sensus exuctionis ventriculi & venarum amittitur,vel corpus non inanitur: perit autem vis sentiendi vel ex proprio affectu,vel per consensum,vel quia substantia corporis non euacuatur, vel ob constipationem, pororum, cutisque densitatem, vel caloris natiui debilitatem, ex viscerum immodica frigiditate,desidia &c. Hic sciendum est in animali appetentia ventriculi hæc 5. sese ordine consequuntur 1. Partium solidarium inanitio. 2. Partium inanitarum naturalis appetitus. 3. Suctio per venas à ventriculo. 4. Suctionis sensus ex defectu alimenti. 5. Animalis appetitus desiderium,illius alimenti: His eo ordine non consequentibus varia exinde consequuntur genera morborum. Deprauata ciborum appetentia quæ duplici modo fit,vno quando intenditur, siue in qualitate modum superat,quæ inexpleta fames dicitur, sub qua continetur βούλιμος canina appetentia proprie dicta, quæ accidit ex vitioso humore in ventriculo debiti tempore mediæ, morsus orificij ventriculi,qui nisi alimentis reficientibus statim contemperetur, ægri mutuo deficiunt: Altero quando in qualitate peccat, siue ægri ea appetunt, quæ præter naturam & rationem alimenti sunt, vt carbones, calcem &c. hæc appetentia Μαλακία siue κίττα latinis pica dicitur, appetentia videlicet vitiosa alienæ substantiæ solidæ vel liquidæ præter naturam & rationem alimenti, orta ex tristi sensu suctionis,ex vitioso excremento tunicis imbibito peculiari substantiæ proprietate os ventriculi infestante: Ista affectio grauidis sæpe accidit tribus primis mensibus, & viris, qui elephantiasi, aut simili affectu laborant. Sic inexpleta fames est immodica ciborum appetentia, excitata à vehementi sensu suctionis in ore ventriculi, vel immodica suctione per venas ob magnam venarum inanitionem, aut plurimam substantiæ corporis euacuationem: Diminuta fames est quando minus aut tardius cibus appetitur, quam naturæ ratio exigit. In appetentia potus oritur ex defectu sensus suctionis humidi alimenti in ventriculo. Sitis inexplebilis est immodica potionis siue alimenti

ex consensu aliarum partium.

Cardialgia, καρδιωγμός.

Vis sentiendi multifariam læditur.

5. In animali appetentia ventriculi consequuntur.

Deprauata ciborum appetentia.

Canina appetentia.

Μαλακία siue κίττα.

Sitis inexplebilis.

humidi frigidi cupiditas, orta à tristi sensu suctionis in ore ventriculi ex defectu & alteratione propriæ humiditatis. Post appetentiam sequitur deglutitio ciborum &c.

Symptoma deglutitionis. Est & symptoma deglutitionis & attractionis ciborum quæ deglutitio & attractio ad fundum ventriculi læditur si aboleatur debiliter aut deprauato modo gula aut ventriculus attrahat: abolita deglutitio oritur vel labefactata facultate, vel impedita facultate: Debilis deglutitio & attractio ciborum ab ijsdem causis fit sed leuioribus, ac etiam vitio obiecti, quando cibus ingratus, acer, viscidus &c.

Læsa facultas retentrix. Abolita facultas retentrix. Facultas ventriculi retentrix læditur tripliciter, si omninò non complectatur, vel debiliter vel deprauate abolita oritur ab extrema imbecillitate retentricis, fibris obliquis resolutis plane, ex intemperie frigida & humida, potissimum, cum materia pituitosa, aut copioso potu fluctuante in ventriculo, vel quia impeditur aut tumore, vt inflammatione, aut immodica pylori apertione ex relaxatione tunicarum, vt cibi statim effluant, aut vlcere &c. accidit etiam errore, vitio cibi.

Fluctuationes. Hanc sequuntur fluctuationes cum sonitu, debilem flatus magis consequuntur. Fluctuationes græcis κλύδωνας vocant, oriuntur tales motus cum sonitu, quia ventriculus vehementer refrigeratus est, aut immodica potius copia ita oppressus, vt nullum vaporem aut flatum excitare queat. *Retentio debilis.* Debilis retentio ab ijs causis quibus abolita, fit, sed minoribus: *Deprauata retentio.* Deprauata est, quando ventriculus in amplectendo cibo, quasi tremit ob imbecillitatem à frigore, vel palpitat ex flatibus contentis vel concutitur vt in rigore; vel quasi conuellitur vt in singultu; Abolitam sequitur cruditas & lienteria, debilem colica affectio &c. de quibus in sequentibus.

Cruditas ventriculi. Ἀπεψία. Concoctio vitiata dicitur cruditas, ea triplex est. 1. ἀπεψία proprie cruditas, quando nihil omninò cibi transmutatur à ventriculo, & dicitur abolita alimentorum concoctio, in ventriculo eueniens ex frustratione facultatis alteratricis: Frustratur autem vel per se, vel ex accidente vt sunt res non naturales, & intemperies siue nudæ siue cum materia, aut expultrice ventriculi, vel morbo instrumentali, vel ab errore externo. *Βραδυπεψία.* 2. βραδυπεψία concoctionis imminutio & tarditas. Huius causæ eædem sunt quales in ἀπεψία verò leuiores. *Δυσπεψία.* 3. δυσπεψία est corruptio ciborum in qualitatem alienam,

nam, eueniens ex frustratione facultatis concoctricis ventriculi: Aliena qualitas illa est fumosa & nidorosa vel acida, vnde ructus nidorosus vel acidus. Corruptionis Nidorosæ peculiariter causæ sunt. 1. Affectus calidi. 2. Redundantia biliosorum calidorumque humorum in ventriculo. 3. Alimenta calida, quæ in calido ventriculo facile in Bilem vertuntur aut corrugantur: Corruptionis acidæ causæ sunt, intemperies frigida, redundantia pituitosorum humorum, & alimenta frigida. *Ructus nidorosus.*

His accedunt ordo præposterus, vt si assumantur in debili ventriculo, primò cibi difficilis concoctionis, deinde facilis, item expultricis debilitas, vnde chylus & excrementa in ventriculo diutius detenta necessariò corrumpuntur. *Ordo præposterus.*

Ex debili concoctione oriuntur Flatus, item Flatuosæ distensiones, Ructus & similia: Ructus sunt Flatus per os cum strepitu erumpentes: Hi Flatus verò per secessium exeuntes dicuntur crepitus ventris: quando vero Flatus in neutram partem erumpunt, ἐμπευμάτωσιν gignunt, & peculiariter in colo intestino colicum affectum: Sin intra capacitatem abdominis coerceantur, Tympanitidem. *Flatus.* *ἐμπευμάτωσις colica.* *Tympanites.*

Deprauata expulsio est, vbi ventriculus expellit qualia, quantum, vel quomodo secundum naturam non oporteat, dependens à facultate expultrice irritata: Innitatur autem per se vel ex accidente, vel copia aut acrimonia excrementorum & humorum in ventriculo, aut alimentorum & medicamentorum assumptorum. *Deprauata expulsio.*

Vomitus qui duplex vnus naturalis seu opus naturæ, per os superflua in ventriculo contenta expellens, cum tollerantia & conferentia: Alter non naturalis & symptomaticus naturæ inutilis, nimirum motus deprauatus ventriculi, dependens ab expultrice ipsius irritata expellente præter naturam sensibiliter per os materiam in capacitate ventriculi contentam. *Vomitus naturalis & symptomaticus.*

Multæ sane vomitionis causæ, præcipua verò erit materia illa in ventriculo contenta supernatans. Vergens ad superius os facultatem expultricem ita stimulans, vt eam versus superiora expellat: Innitat autem expultricem materia, vel nimia copia, vel qualitate mordaci, vel substantiæ ratione. *Causæ vomitionis.*

Nausea vomendi inanis. Nausea inanis vomendi conatus ab ijsdem causis oritur, sed leuioribus, veluti si materia minus copiosa & acris sit, sed magis crassa lenta & impacta, aut vaporosa, deinde os superius ventriculi non ita debile.

Cholera duplex. *1. Arida.* *2. Humida.* *Cholera notha.* Cholera, hæc ab ijsdem causis totum ventriculum & vtrumque os infestantibus oritur: Ex Hyppocrate duplex est: Vna arida, vehemens dolor cum inflammatione totius ventriculi sine vomitu alui deiectione ab acri flatulento spiritu: Hæc cholera notha videtur & à nonnullis ad iliacam passionem aut colica reducitur: Altera est humida veraque cholera, quæ proprie definitur motus deprauatus expultricis totius ventriculi materiam, quæ eam contristat & irritat per vtrumque os expellentis. Materia illa quæ sensu molestiæ inducendo expultricem stimulat, est non solum bilis flaua vitellina &c. Sed etiam quælibet corruptio humorum.

Singultus. Singultus est motus conuulsiuus ventriculi cum sonitu, ortus ab expultrice initata noxia tunicis ventriculi infixa celeri tensione & districtione fibrarum excludere intente.

Causa. In causa est humor mordax tunicis impactus, venena acria assumpta, item medicamenta aut alimenta acria vt piper &c. Si Fibris ingerantur: Vnde Galenus com.39. Aph.6. singultum oriri dicit, si quis acre aliquid (vt piper) deglutiat, mox vinum bibat aqua temperatum devehens acria ad interiores fibras ventriculi: Excitatur etiam ex consensu aliarum partium, vt inflammatione hepatis, affectibus cerebri, vteri, Febribus malignis, aut à tetro vapore os ventriculi feriente, qualis oritur à vermibus, & in lethali voluulo: excitatur etiam ab affectione ventriculum distendente, vt ex hernia intestinali in senibus, qui non curatur nisi in locum reposito intestino: Huc refertur etiam compressio orificij ventriculi à costa contorta, cuius meminit Fernelius.

Compressio orificij ventriculi.

Ca-

CAPVT IX.

De affectibus intestinorum, & mesenterij.

SEcundum Organum est omentum, græcis ἐπίπλοον panniculus (innatans intestinis, cui additum est πάγκρεας glandula sic dicta) hunc vsum habens, vt innatum calorem foueat. *Infimi ventriculi organum 2.*

3. Περιτόναιον, panniculus amplus, inuoluens omnia membra inferioris ventris, veluti culeus oblongus. *Organũ 3.*

4. Intestina, quæ distinctione non reali sed ratione diuiduntur in gracilia & crassa. *Organũ 4.*

Gracilia 3. sunt, quæ vno vocabulo lactes in homine & oue, in cæteris animantibus Ilia vel Ile nominantur, nempe 1. Duodenum. 2. Ieiunum. 3. εἰλεός. *Intestina gracilia 3.*

Crassa etiam 3. sunt, 1. Cæcum. 2. Cœlum. 3. Rectum. Horum duo præcipua sunt officia, chylum distribuere, & excrementa alui detrudere, quibus additur vtriusque muneris gratia vis quædam sentiens, quæ in tenuibus intestinis magis exquisita est, quam in crassis: læduntur hæ functiones, vt aliæ omnes etiam tribus modis: Ac primum symptoma consistit in abolita expultrice vel attractrice, 2. In diminuta. 3. In deprauata, horum variæ causæ apud medicos existunt. *Intestina crassa 3.* *Munus Intestinorum.* *Tribus itidem læduntur modis.*

Morbi intestinorum, vel ex proprio affectu, aut per consensum, aliquando ab errore externo vitio assumptorum & humorum, vt in ventriculo dictum est: Morbi proprij intestinorum sunt intemperies morbi instrumentales & communes: Intemperies cuiuscunque generis esse possunt, simplex, composita sine vel cum materia vel alluente intestina, vel impacta & in tumorem attollente, quæ dignoscitur vt in ventriculo.

Accidunt etiam ijs morbi compositionis, Primò in conformatione quæ sunt ratione cauitatis vel superficiei: Ratione cauitatis nimia dilatatio, à relaxantibus & aperientibus &c. Aut angustia vel constipatio ab aliquo tumore, vt inflammatione in ipsis intestinorum tunicis. Vel compressio à tumore vicinarum partium incumben- *Intestinorũ morbi in cõfirmatione vel sunt in cauitate,*

vel superficie.

tium. Item obstructio à fecibus crassis, siccis, induratis, coagulatis, longoque tempore retentis ex alui attrictone: aut à pituita crassa vel vitrea: Ratione superficiei sunt asperitas & læuitas: Exsperantur intestina acribus mordacibus humoribus defluentibus, & ab alimentis aut medicamentis detergentibus: Læuigantur à viscida pituita, interiorem superficiem oblinente, vnde chylus & excrementa citò delabuntur.

Morbi intestinorum ex genere compositionis, quod est in magnitudine diminuta, vel aucta.

Secundum genus morbi compositionis est in magnitudine, vel diminuta cum intestina valde extenuantur, vt in marasmo: vel aucta vt tumor præter naturam. Accidunt etiam intestinis inflationes, à crassis flatulentis vaporibus tunicis infarctis: Item inflammatio præcipue intestinis crassis recto.

Morbi intestinorum.

Tertio obnoxia sunt intestina morbis in numero præcipue aucto, vt vermibus, deinde calculis: Aristoteles 5. de historia anim. capit. 19. Vermes vocat ἑλμίνθες eorumque tria genera ponit. 1. Quod sit genus latorum. 2. Rotundorum, hos Galenus 14. Methodi ἑλμίνθες proprie vocat. 3. Paruorum rotundorum, qui ἀσκαρίδες nominantur: Vltimo subiungit latos: Rotundi in intestinis tenuibus magis gignuntur, vnde in ventriculum ascendunt: Ascarides in recto intestino: Lati longique in vtrisque intestinis, sed præcipue crassos interdum in cœco & cellulis coli &c.

In consensu & situ.

Quartò quandoque etiam intestina laborant in consensu & situ, quando è suo loco exeunt, vt rupto aut laxato peritoneo, & vel in scrotum prolabuntur, vnde ἐντεροκήλη; vel ad inguia, vnde βουβωνοκήλη: Vel disrupto peritoneo circa vmbilicum seu cutem prorumpunt, quod mulieribus nonnunquam in difficili contingit partu.

Morbi intestinorum communes.

Morbi intestinorum communes sunt vulnera & vlcera genita vel ex abscessu disrupto, aut alimento acri, vel medicamento valide detergens & purgans, vt colocynthis, scammonium &c. hæc primò detergendo statim erodunt vel exasperant, deinde sensim exulcerant: Causare etiam potest bilis flaua vitellina atra, aut pituita salsa, vel alius humor mordax acris aut corruptus: Ex vlcere intestinorum oritur dysenteria, & tenesmus.

Functio

Læsa functio intestinorum.

Functio intestinorum læditur per consensum, vbi vim sentiendi per neruos sexti paris non accipiunt, vel bilem à vesicula fellis; aut ventriculus grauiter affectus est; vel septum transuersum musculique abdominis ad excrementa detrudenda non concurrant &c. in specie symptomata intestinorum sunt recensenda.

Colica siue colicus.

Causa solutionis quadruplex.

Facto initio à Colica & Iliaca. Intestinorum crassorum est: Causa eius dolorifica Colica passio seu colicus dolor, non à nuda intemperie, sed potius à solutione continui, & intemperie cum materia.

Causa solutionis continui quadruplex. 1. Crassus ac pituitosus humor intra membranulas coli receptus. 2. Crassus flatulentus spiritus, exitum non habens. 3. Inflammatio intestini. 4. Humores acres & mordaces: Additur his 4. obstructio à fecibus duris, aut à viscosa materia qualis pituita vitrea.

Colica ex veneno vel medicamento.

Huc refertur colica ex assumpto veneno aut medicamento: Accidunt etiam ventri dolores colico consimiles ex flatulento spiritu vel acribus humoribus peritoneo & membranis conclusis, (hæc colica notha dicitur) sæpe post febres, materia per crisin imperfectam eo translata, qui nullis medicamentis assumptis aut iniectis expurgatur, nec vt colici dolores fomentis digerentibus & Anodynis mitigantur: eiusmodi tormina & dolores, sicca Hydrops consequi solet 11. Aphoris. 4.

Iliaca passio siue voluulus.

Causæ passionis Iliacæ

Iliaca passio εἰλεὸς latinis voluulus nomen habet ab Ilee intestino, aut quia accidit cum dolore, torminibus, vomitu & tumore ventris ad similitudinem chordæ inuolutæ, vnde χορδάψος vocatur quibusdam miserere mei: grauis est & lethalis dolor, ex humorum corruptione qui & cruditate & corruptione ciborum continua fiunt, imprimis verò à carnibus pinguibus, quæ obstructionem in tenui intestino efficiunt. Fit etiam ab inflammatione tenuis intestini ex contusione, plaga, vulnere, aceruata potione frigida, sudante adhuc corpore &c. Deinde ab intestino in scrotum cum stercore deuoluto, indeque violenter retruso vt inflammetur. Perinde etiam à veneni potione aut acribus & corruptis humoribus in tenuibus intestinis, ob feces induratas in crassis, & circa tenuia impactas, vnde durities admota manu percipitur.

Sym-

Symptomata deiectionis 3. Symptomata deiectionis sunt alui suppressio, astrictio & profluuium: Considerantur autem in deiectione quatuor 1. Tempus, an cito aut tarde: 2. Modus excernendi, an raro, aut frequenter, an assidue, aut cum longa intermissione. 3. Quantitas deiectionis, an pauca, aut copiosa. 4. Qualitas & substantia illius, quod excernitur, an vtile vel inutile: Sub alui astrictione deiectiones tardæ, raræ, paucæ, & cum longa intermissione: Sub alui profluuio, citæ, copiosæ, frequentes, assiduæ, & cum vtile excernitur. Causæ citæ deiectionis sunt copia assumptorum supra ventriculi capacitatem, vel vires, vel vtramque ipsum ventriculum grauans & ad expulsionem excitans: 2. Punctio & morsus ab acribus alimentis vel excrementis, seu irritatio à re aliena minus familiari: denique assumptio alimentorum prompte delabentium per intestina, scilicet humidorum grauiorum leui ambulatione subsequente, cum expultricis robore.

4. In deiectione considerantur. Tempus, modus, quantitas, qualitas.

Causæ tardæ deiectionis. Causæ Tardæ deiectionis à contrarijs fiunt causis. Verum cum ad alui deiectionem. 4. Requisita sint. 1. Vt excrementa qualitate & copia expultricem stimulent. 2. Vt stimulus ille sentiatur. 3. Vt expultrix intestinorum ad feces expellendas insurgat. 4. Vt concurrat motus musculorum, cum abdominis tum pectoris: Quorum vnum si desideretur tardior fit deiectio, quam pro naturæ modo.

Causæ paucæ deiectionis. Causæ paucæ deiectionis præcipua est vehemens distributio & digestio alimenti in corpus: Qua non solum excrementa sicciora redduntur, sed etiam pauciora, quam pro alimentorum copia: Item alimenta pauca, parumque excrementosa: Vehementem verò digestionem & distributionem excitant immodici labores, exercitia, immodica perspiratio, nimiaque corporis raritas & similia.

Causæ deiectionis copiosæ, triplices. Copiosæ deiectionis causæ sunt duæ 1. Est defectus digestionis & distributionis alimenti in corpus, quæ fit ab omnibus causis, à quibus perspiratio, & venarum suctus impeditur: 2. Est confluxus humorum à supernis partibus in ventrem: vtpote cerebro, iecore &c. in ventrem verò confluunt, propter facultatis retentricis imbecillitatem, vel expultricis validum motum: item ob alimenti excrementosi copiam.

Assiduæ

Assiduæ deiectionis causæ 3. sunt 1. Imbecillitas Retentricis ventriculi & intestinorum, oritur potissimum à Frigida intemperie Humida. 2. Facultas expultrix intestinorum præter Naturam irritata: duobus autem modis irritatur 1. propter vehementem ventriculi & intestinorum sensum, siue naturalem, siue præter naturam ex vlcere: 2. propter punctionem & morsum à rebus acribus, mordacibus contentis in ventriculo &c. Tertia causa est resolutio musculorum sedis. Hic notandum omnes humores qui intestinis accidunt, oriuntur per supernas partes, vel ratio Cerebri, ventriculi, Hepatis, Lienis aut totius corporis vnde Diarrhæa, Lienteria, Cœliaca, Dysenteria Tenesmus &c.

Causæ assiduæ deiectionis tres.

Diarrhæa duplex.

Diarrhæa dupliciter accipitur 1. Communiter pro omni profluuio alui: profluuium vero dicitur celer materiæ liquidæ per aluum exitus propter deprauatam expultricem aut retentricem intestinorum. Hic sex tanquam summe necessaria notanda: 1. Si materia profluuij sit cibus, præsumitur Lienteria & cæliaca. 2. Si Chylus, fluxus inde Chylosus 3. Si Feces, vnde Fluxus stercoralis. 4. Si sanguis simplex, vel cum pure, vnde Dysenteria. 5. Aut aliquid de substantia partium per colliquationem, vnde Fluxus colliquatiuus. 6. Vel Humores excrementitij, nimirum Biliosi, Melancholici, pituitosi, sinceri aut corrupti, vnde Diarrhæa propriissime dicta. Hinc Diarrhæa proprie est frequens Alui deiectio Humorum excrementitiorum, proueniens à debilitate retentricis, aut expultrice irritata copia, aut qualitate humoris defluentis in aluum: Diarrhæa communiter dupliciter dicitur: Alia naturæ opus, alia Symptomatica, opus morbi. Sub illa continetur non solum Critica Fluxio in ægris, à natura vincente morbum, sed etiam spontaneæ euacuationes in sanis, natura sese exonerante à superfluis Humoribus. In Symptomatica Diarrhæa propriissime dicta læditur vis expultrix aut retentrix intestinorum per se, aut vitio prauorum humorum affluentium: & in ea considerantur 1. materia ipsa quæ fluit 2. Pars mandans, à qua descendit ad Intestina. Materia potissimum sunt Humores excrementitij, Biliosi, Melancholici, pituitosi, aliquando corrupti, aut maligna qualitate affecti: vnde Diarrhæa alia Biliosa, Melancholica, pituitosa &c. Quando Humores à parte aliqua peculiari, vt à capite defluunt vnde Fluxus Catharralis & Pituitosus: si vel à Iecore, & vesicula fellis, vnde Diarrhæa Biliosa: vel à Liene vnde

In Diarrhæa sex notanda.

Diarrhæa communiter duplex.

Diarrhæa Symptomatica.

Diarrhæa biliosa, Melancholica, Pituitosa.

de Diarrhea Melancholica: In Diarrhæis Epidemicis, & Crisibus Febrium acutarum euenit, vt Humores ad Intestina aliquando à ventriculo, vel à toto corpore defluant. Sub Diarrhæa continetur à nonnullis etiam stercorale Alui profluuium, vt ante dictum, à redundantia excrementorum, aut cibis excrementitijs in ventriculo corruptis. Diarrhæa συντηκτική, fluxus alui colliquatiuus, oritur ex colliquatione substantiæ corporis & Humorum in venis, ab intemperie valida solidarium partium calida, cum debilitate retentricis, qualis accidit in Hectica, & pestilentialibus febribus, vbi materia pinguis, quasi adipe perfusa, per aluum deiicitur.

Alui stercorale profluuium.
Diarrhæa συντηκτική.

Lienteria seu leuor intestinorum proprie dicta est celer ciborum non transmutatorum per aluum transitus, orta à facultate retentrice ventriculi abolita. Causa præcipua est abolita functio retentricis, cibos non retinentis & complectentis, cuius ratione impeditur concoctio, vt cibus non coctus excernatur.

Lienteria proprie dicta.

Cæliaca, prouenit ex debilitate retentricis ventriculi, & magnitudine differt à Lienteria, leuiorque est affectio, à leuiori causa, verùm deijciuntur humida excrementa & alimenta aliquo modo transmutata, ventriculo ob imbecillitatem retentricis non perfecte concoquente. Fernelius Cæliacam vocat profluuium alui, quod non vitio ventriculi, sed intestinorum tenuium potissimum euenit, aut ob cicatricem relictam post dysenteriæ curationem, aut impedita chyli distributione propter obstructionem venarum mesaraicarum, & debilitatem attractricis venarum.

Cœliaca affectio.
Differt à Lienteria.

Dysenteria proprie est deiectio cruenta cum torminibus ventris, orta ab exulceratione intestinorum: Exulcerationis causæ præcipuæ sunt materia acris abradens erodens, vt Bilis Flaua, vitellina adusta pituita salsa Melancholia adusta, humores corrupti aut praua qualitate inquinati à contagio vnde Dysenteria Epidemica, Item medicamenta & alimenta acria, corrupta, vel vehementer purgantibus. Dysenteria communiter pro omni sanguinolento fluxu alui sumitur: sanguinolentus autem fluxus triplex est: vnus ab vlceratione intestinorum, quæ Dysenteria vera dicitur: Cæteri fluxus hepatici sunt, & Dysenteriæ nothæ. Differentiæ Dysenteriæ sumuntur à parte affecta & magnitudine exulcerationis: pro magnitudine exulcerationis dysenteriæ tres gradus assignantur 1. Quando exulceratio in superficie tantum intestinorum incipit, & pinguia exiguo

Dysenteria.
Materia dysenteriæ.
Dysenteria epidemica.
Fluxus sanguinis triplex.
3. Gradus dysenteriæ.

guo admodum cruore perfusa deijciuntur 2. Quando abrasio altius nonnihil penetrat, ac Fibræ ac ramenta cum copiosiori sanguine exeunt. 3. Quando Frustula substantiæ carnosæ intestinorum vi vlceris depascentis, egeruntur. Tenesmus & Dysenteria differunt 1. Sede affecta 2. quod Dysenteria est Fluxus alui, cum ventris Torminibus, & à materia magis acri & tenui. 3. Tenesmus egerendi cupiditas est cum tensione & pondere recti intestini, quâ tamen præter mucosum & subcruentum nihil magnopere excernitur & plurimum irritat. Nothæ Dysenteriæ tres sunt species: Vna est excretio sanguinis purioris rubentis, vi & prouidentia naturæ separantis id, quod superfluum est: vt quibusdam naturæ robur virtute expultricis sanguinem per Hæmorrhoidas, nonnullis per nares, mulieribus per verum evacuat: apud pletoricos sæpius contingere solet, consuetis videlicet oppressis euacuationibus, & intermissis exercitijs, atque ijs quibus membrum aliquod Insigne mutilatum est, per circuitus etiam deiectiones sanguinis per aluum contingere solent, præcipue ob redundantiam tantam sanguinis, grauantis Hepar & vasa: profusio sæpe etiam sanguinis fit apertis internis Hæmorrhoidibus, nec cum excrementis permiscetur, verum non in superflua copia.

Tenesm⁹ & Dysenteria tripliciter differunt.

Species tres nothæ dysenteriæ.

1. Species.

Altera species Dysenteriæ nothæ est Deiectio sanguinis nigrioris & splendentis iecoris expultricem stimulantis, qui se ita ad iecur quodammodo habet, vti fluxus chylosus ad ventriculum; oritur talis, quia sanguis in Hepate post sufficientem delectationẽ non distributus perassatur, aut putrescit, perassatus sanguis Hepar mordens, & grauãs vi expultricis hepatis ac venarum, adq; intestina detruditur.

2. Species nothæ dysenteriæ.

Hæ duæ species sunt fluxus hepatici

Tertia species Nothæ Dysenteriæ est deiectio sanguinis aquosi ad formam Loturæ carnis recenter mactatæ; oritur ab Insigni intẽperie substãtiæ hepatis vires eius labefactante & debilitante, arguitq; instantem aut futuram interni membri putredinem: hæc affecto ita se habet ad hepar, sicut stomachica Affectio aut cœliaca ad ventriculum.

3. Species nothæ dysenteriæ.

Quidam addunt ad Dysenteriam notham fluxum alui purulentum sine torminibus, qualis accidit interdum in Empyemate & suppuratione pectoris, quando videlicet materia purulenta à pectore ad aluum transmittitur, deinde ex abscessu ventriculi, Hepatis, lienis, aut mesenterij: quoniã intestina in ano terminantur, per quem excrementa reddũtur opere pretium videbitur de eiusdem vitiis hic obiter etiam recensendum esse.

Fluxus alui purulentus.

 Sci-

Ani tres Musculi. Sciendum autem primo est quod Anus ex intestini parte extrema componitur, deinde 3. Musculis constat, Horum 2. in egerendi conatu anum foras impulsum in propriam sedem retrahunt, tertius intestini exitum claudit, ad tempus oportunum nobis desidendi, ne feces nobis inuitis exeant, σφιγκτὴν nuncupatur: His adduntur venæ 2. Interiores à Ramo splenico venæ portæ, exteriores à vena caua, quibus nonnulli Ramuli à vena porta permiscentur. Symptomata ani sunt: Resolutio Musculorum, conuulsio, Inflammatio, Vlcus, Rhagades, Condylomata, Thymi, Ficus &c. Resoluuntur Ani Musculi aliquando ex affectu proprio scilicet valida Intemperie frigida Humida cum materia pituitosa, interdum per Consensum affectis Neruis, qui ad Musculos Ani surculos mittunt: si Musculo accidat claudente Anum, feces nobis inuitis exeunt, si cæteris duobus Musculis, Ani procidentia oritur. Conuulsio vero sphincteris, alui deiectionem impedit, aliorum duorum Musculorum Anum ita sursum retrahit, vt in egerendi conatu foras impelli nequeat. Inflammatio Ani ex influxu Humoris calidi oritur, concitati à multa ac dura equitatione, & non raro consequitur alios Ani affectus, vt Hæmorrhoidas clausas, rimas &c. Si illa Inflammatio tendat ad suppurationem, purulentum relinquit Vlcus, vnde sæpe Fistula, quæ interdum intestinum rectum perforat, & ad vesicam penetrat: sub genere vlcerum Rhagades continentur, Fissuræ in extremitate Ani. Nam vlcuscula sunt oblonga cũ ardore & dolore orta ab Humore erodente aut siccante, aliquando à fecibus duris & propter Condylomatum inflammationem, si partes circumsitæ rumpantur.

Ani symptomata. Resolutio Musculorum. *Conuulsio.* *Inflãmatio.* *Ani Vlcus.* *Rhagades.*

Condylomata. Condylomata proprie sunt tubercula rugarum ani ad similitudinem eminentiarum in Articulis, dum manus clauduntur, quæ κόνδυλοι vocantur, orta à confluentibus vitiosis Humoribus, hæc Tubercula interdum mollia sunt sine inflammatione, aliquando dura dolorifica cum inflammatione.

Thymi. Thymi siue mariscæ sunt tubercula Carnosa, oblonga quasi verrucæ, ad cutem tenuia supra lata, subrubra, aspera, florem Thymi referentia, vnde nomen sortiuntur, si amplius vulnerantur pro magnitudine sanguinem profundunt, genita à Melancholico sanguine, cui aliquid acris Humoris permixtum est, aut ex Melancholia adusta, plerumque propter atritionem sedis. Thymi alij paru simpliciter dicti, alij maligni, qui ex similitudine ficus proprie appellatur: Thymi etiam alij,

Ficus Ani.

alij ſunt benigni, nimirum Carunculæ, paruæ, aſperæ albicantis aut ſubrubri coloris ſine dolore; alij maligni qui duriores, aſperiores, maiores ſunt, coloris ſubnigri aut Liuidi cum dolore, pungente, naturam cancri referentes.

Hæmorrhoides communiter ſunt fluxus ſanguinis per Ani venas, aut Tumor in illis ex affluxu Craſſi ſanguinis. Proprie vero ſunt Fluxus ſanguinis ex apertione venarum Ani quæ duplices vt dictum eſt, exteriores à vena Caua, interiores à Ramo Splenitico venæ portæ, vnde Hæmorrhoides aliæ externæ aliæ internæ. *Fluxus Hæmorrhoides.*

Symptomata Hæmorrhoidum ſunt Immodica ſanguinis profuſio, deinde præter conſuetudinem ſuppreſſio, parciorque fluxus ac etiam intumeſcentia &c. Hic notandum quod tria conſiderantur in profluxu ſanguinis, 1. Facultas fluxionem concitans. 2. Materia profluens, 3. Inſtrumenta à quibus & per quæ fluunt. *Symptomata Hæmorrhoidum.* 5. Organum infimi ventris eſt Meſenterium, quod eſt Panniculus inteſtinis implicitus hunc præcipuum vſum habens, vt ſit fulcrum venarum Meſaraicarum, per quas tanquam manum Epar Chylum ex ventriculo & inteſtinis accipit. *Officiũ meſenterij.* In hac eiuſque Glaudulas Humores ex venis confluentes varios humores excitare ſolent: qui dolore vacant, quod pars ſenſu careat, & tam alte ſepulti ſunt vt non niſi preſſu animaduertantur: *Tumores.* Ex Humore autem frigido initio mollis laxuſque Tumor oritur, qui progreſſu temporis in ſcyrrhum induratur: *Scyrrhus.* Ex Humore calido inflammatio, quæ ex febricula lenta, ſiti cum grauitate deprehenditur; ac in abſceſſum plerumque terminatur, ex quo primo ſanies rubra, deinde pus album per venas ad inteſtina relegatur, magnaq; copia ſine torminibus per aluum euacuatur. *Abſceſſus.*

CAPVT X.

De Affectibus Hepatis.

SExtum organum infimi ventris eſt Hepar, officina ſanguinis & nutritiuæ potentiæ organum præcipuum. Porro ad ſanguinis elaborationem & diſtributionem 4. Vtitur Facultatibus miniſtrantibus, Exempli gratia, Chylum per Venas Portæ attrahit, attractum tamdiu continet, donec in perfectum ſanguinem tranſmutauerit, *4. Facultates requirũtur ad elaborationem ſanguinis.*

quo tempore separato, excremento bilioso ad vesiculam fellis, Melancholico ad lienem, purum sanguinem cum vehiculo sero in venam cauam detrudit, vbi à Renibus percolatur: sic etiam sanguificatio non solum cæditur facultate alteratrice, sed etiam Attractrice, retentrice, & expultrice iecoris & venarum: & singulæ harum functionum tripliciter læduntur, semperque vitia secundæ concoctionis vitijs primæ correspondent, vt tertiæ vitiis secundæ, & à similibus fiunt causis. 1. Sanguificatio abdita est vbi vel sanguis non generatur, aut loco sanguinis aquosus Humor qualis in ascite: 2. Sanguificatio Diminuta est, quando parum boni sanguinis gignitur vt Atrophia, aut qui generatur semicoctus qualis in Cachexia, Anasarca, Fluxu Hepatico &c. 3. Sanguificatio deprauata est, vbi sanguis generatur impurus, vitiosus, Biliosus, Melancholicus Adustus &c. qui circa viscera conceruatus, primasque venas, Hypochondriacam & flatulentam melancholiam inducit &c. In venis Cacochymiæ varias species facit, vnde Cacotrophia

Functiones in huius officio tripliciter lædūtur.

Sanguificatio abolita.

Sanguificatio diminuta.

Sanguificatio deprauata.

Præcipui morbi Hepatis sunt intemperies, quæ facultates in sua substantia labefactant, deinde obstructiones, tumores, inflammationes, Scyrrhi, abscessus & vlcera, quæ functiones proprie impediunt.

Affectus Hepatis intēperies, obstructiones, Tumores, inflāmat: Scyrrhi, absceß᷒ vlcera &c.

Hic sciendum est non omnem intemperiem iecoris efficere Hepaticos, sed quæ harmoniam & naturalem temperiem substantiæ Hepatis dissoluit. Hinc intemperies aliæ iecur & Humores contentos pro sua qualitate tantum alterant, aliæ simul Harmoniam substantiæ eiusdem dissoluant: Illi si calida calidos adustos Humores gignit, frigida efficit contraria nempe pituitosum crudumque sanguinem, sicca intemperies Humores & excrementa sicciora redduntur, corpus aridum, ægrique magis sitiunt &c. In Humida contraria &c.

Obstructio est angustia venarum iecoris, distributionem alimenti impediens oritur à materia cauitatem earum occupante: causæ obstructionis sunt vapor crassus, Flatulentus, vel humor crassus aut calidus à bile flaua, Item Humor frigidus, Crassus, Viscidus, Crudus, pituitosus, Melancholicus &c. Interdum vitio ventriculi, etiam ex Catharro à capite ad ventriculum, aut ex Liene vel vtero, etiam suppressione consuetæ euacuationis, vel ex toto cor-

Obstructio venarū Hepatis.

Causæ obstructionis.

pore

pore Humores feruntur vitiosi ad Hepar, item & ab alimentis & medicamentis adstringentibus &c.

Tumores Hepatis varij sunt, pro ratione videlicet Humorum, qui ex venis in meatus substantiæ Iecoris effusi, eos implent, & impactos distendunt: Sic sanguis phlegmonem, bilis Erysipelas, melancholia Scyrrhum non exquisitum &c. His adduntur etiam Hydatides id est vesiculæ aquæ plenæ in membrana iecur ambiente, quibus ruptis Hydrops oritur: Deinde tumor magnus ex materia collecta intra membranas iecur ambiētes, quæ interdum est vapor crassus, flatulentus genitus ex cruditatibus &c. *Varij tumores Hepatis.* *Scyrrhus nō exquisitus.* *Hydatides.*

Inflammatio Hepatis est Calidus tumor, sanguine impacto ortus, inque substantia iecoris putrescente, adueniens cum febre continua dolore ac sensu magni ponderis & grauitatis in dextro Hypochondrio: sub calido tumore hic phlegmone comprehenditur exquisita ex puro videlicet sanguine, vel notha vt Erysipilatodes, Oedematodes, scirrhodes ex sanguine nimirum redundante, cum bile, vel pituita, vel melancholia, Item Erisipelas phlegmonides ex bile redundante cum sanguine. *Inflāmatio Hepatis.*

Hic notandum quod veteres eos Hepaticos nuncupauit, inflammatione iecoris laborantes, verum hi proprie Hepatici vocandi, qui imbecillitate iecoris afficiuntur, & ipsa inflammatio iecoris, à nonnullis Hepatites: distinguendum est hic etiam inter totalem inflammationem Hepatis, plerunque etiam pars gibba aut caua afficitur quod suis signis patet, accidit nonnunquam etiam vt Musculi iecori incumbentes inflammentur, quare sic distinguitur iecoris tumor rotundus & cir cū scriptus ad Figuram iecoris est, & maior apparet corpore ad sinistrum latus inclinato, minor rursus ad dextrum deuoluto, & cutis incumbens naturali modo conspicitur: Tumor vero musculorum oblongus est iuxta musculi longitudinem magisque eminet, cutis incumbens circumtenditur, dolor vehementior, sed minor febris cæteraque Symptomata; distinguenda etiam à Pleuritide est inflammatio, quod & suis patet signis. Terminatur sæpe immediate ad mortem aut in tabem, Hydropem, non vero in abscessum & suppurationem, post ruptum abscessum vlcus fere insanabile relinquitur. *Hepatici.* *Tumor rotūdus & circūscriptus.* *Tumor musculorum oblongus.* *Declinatio Inflammationis.*

Scyrrhus Hepatis duplex est vnus exquisitus, Tumor Durus renitens, doloris expers, ortus à Melancholico succo Impacto *Scyrrhus Hepatis du-*

&con-

plex vnus exquisitus alius minus exquisitus. & concreto in substantia iecoris: Alias minus exquisitus tumor durius quidem, sed nec plane renitens, nec sensus expers, genitus sæpe à pituita crassa, viscida, vel alio impacto Humore concrescente in substantia iecoris. Ex inflammatione Scyrrhus dupliciter etiam relinqui potest, vno modo dum discussis partibus tenuioribus à flameo Calore inflammationis, vel errore medici quando vrgente inflammatione immodice refrigerantibus & repellentibus vtitur, à quibus non modo per expressionem Humores veluti concrescunt, sed etiam calor natiuus ita labefactatur, vt alimentum proprium digerere nequeat, & Humores quasi congelatos relinquat, vel etiam sanguis impactus exiccatur & crassescit, naturam melancholiæ acquirit: veluti inflammatio ita & scirrhus in parte gibba vel caua consistit.

Læsio functionũ Hepatis per consensum partiũ aliarum. Functiones Hepatis per consensum aliarum partium lædi potest, vt cordis, quando Calor influens deficit vel immodice augetur &c. præcipue vero quando vtili ministerio destituitur ventriculi, tenuium intestinorum, & venarum meseraicarum ex defectu aut praua qualitate Chyli, ex quo in Hepate sanguis generatur, vel vesiculæ fellis, Lienis, Renum, ob suppressam euacuationem excrementorum ipsius Hepatis: sequuntur alij morbi iecoris partiumque ministrantium, orti ex causis nonnullorum præcipuorum, Hepatis Symptomatum.

Cachexia propriedicta. Cachexia proprie est praua dispositio vniuersi corporis habitus seu inflatio & subtumiditas malusque color corporis, procedens ex nutritionis errore, sanguinis vitio potissimum. *Causa primaria.* Primaria causa eius est Cacochymia siue sanguis vitiosus, qui sub halitus specie partibus perfecte agglunari & assimilari nequit, qualis sanguis in Cachexia est frigidus crudus, pituitosus aut crudus non proprie Biliosus aut Melancholicus, ex quo Icterus & Cacotrophia potius, quam Cachexia oritur, licet sæpe aliquid Melancholici aut Biliosi succi affluat. *Causa secundaria.* Secundaria causa est intemperies totius corporis habitus Frigida Humida contraria à longo morbo, & proprie ex redundantia Frigidi pituitosi aut aquosi sanguinis, quam Partes solidæ elaborare & digerere nequeunt, sed eas potius alterat & copia inflat. *Consequens Cachexiæ.* Cachexia consequitur febres longos pituitosas, obstructiones, Scyrrhos iecoris ac Lienis, morbum Gallicum male curatum, Diuturnos Fluxus alui, immodicos fluxus sanguinis per vterum, Hæmorrhoidas, vulnera, item sup-

pressionem menstruorum, vrinæ &c. Et veluti iecoris imbecillitas via est ad Cachexiam, ita Cachexia ad Hydropem.

Hydropisis. Hydrops ὕδρωψ & ὕδερος Latinis Aqua intercus, est Tumor totius habitus corporis aut ventris, procedens à labefactata virtute sanguifica, ob debilitatem caloris natiui iecoris venosique generis ex materia nutritioni inepta, quæ partibus affluens non agglutinatur, nec expellitur. Sumitur etiam pro symptomate excrementi præter naturam retenti in habitu corporis, ortum habentis ex sanguificatione debilitata vel prostrata, cuius vitio succus nutritioni ineptus, quo partes alendæ, redditur. *Hydropis 3. sunt species.* Hydropisis tres sunt species præcipue materia inuicem differentes: 1. Species dicitur ἀνασάρκα, *ἀνασάρκα. ὑποσάρκα. σαρκίτης λευκοφλεγματία.* ὑποσάρκα, σαρκίτης & λευκοφλεγματία vocatur, quæ proprie est Tumor totius habitus corporis & ventris: Hoc malum plerumque originem sumit ex copia pituitosi humoris in venis, quam ob suam debilitatem, aut materiæ vitiosæ copiam emendare nequeunt. Vnde partes, quia id, quod attrahunt, non agglutinant, nec euacuant, totius corporis habitus in tumorem mollem, laxum assurgit, corpusq; colore pallido aut subalbido emortui instar apparet.

2. Species Hydropis ἀσκίτης. Secunda species Hydropis ἀσκίτης vocatur, quod totus venter ab aquoso humore repletus vtrem aqua plenum repræsentat, hæc proprie est Tumor totius ventris aliquando scroti & fœmorum, pedumque ex seroso Humore defluente plerunque inter peritoneum & intestina, rarius intra peritoneum & externam abdominis tunicam, deinde ad inferiora decumbit interdum ad pectus portio aliqua erumpit: In Anasarca particulatim iecur per se initio minus afficitur, in Ascite vero malum incipit à iecore & venoso genere ex debilitate non tantum concoctricis, sed etiã virtutis expultricis, quæ hu- *Ortus huius speciei.* morem serosum à sanguine ob debilitatem natiui caloris nõ secernit, vel ex imbecillitate vasorum emulgentium & renum, vnde sanguis serosus redditur impurus, adque alenda membra minus idoneus; primis venis seroso sanguine repletis, roris aliquid instar in peritoneum sensim defluit, aliquando per vias cæcas ipsæ venæ Humorem serosum in ventris capacitatem transfundunt, vnde abdomen totum paulatim intumescit, sæpissime scrotum, pedes omnesque partes inferiores. Ex humore circa iecur seroso, intra etiam peritoneum, Hyatides siue vesiculæ interdum aqua plenæ oriuntur, ex quibus Ascites, quæ per fluctuationes quasdam inæquales depræhen-

3. Hydropis species τυμπανίτης. duntur, ex loco certo quasi sunt circumscriptæ. Tertia species τυμπανίτης dicitur, quod ventre manibus percusso Tympani percussi sonum imitetur, vocatur & sicca Hydrops, est Tumor ventris à flatibus intra peritoneum & intestina collectis: *Hydrops sicca.* Hoc malum incipit à ventre & intestinis magis, & desinit in iecore vnde Galenus 3. de sympt. caus. & 11. Aphor. sect. 5. *Causa Tympanitidis.* Videtur Tympanitidis causam ventriculo asscribere: initio sola inflatio esse animaduertitur, deinde flatus inspissatur & quasi nubilus redditur, atque ita cum flatu, quasi Nebulosus Humor congregatur; inflationem plerumque etiam consequuntur tormina ventris quæ nec natura nec medicamentis soluuntur, flatus verò debilitatem ventriculi & intestinorum. Inter peritoneum & intestina flatus colliguntur, totumque Abdomen distendunt sine grauitate, aliquando cum flatibus aliquid serosi Humoris intra capacitatem Abdominis coaceruatur, & oritur affectio mixta: In Anasarca tota corporis moles intumescit, in Ascite Tumor ventris variato corporis situ mutatur, in Tympanitide non &c.

Icterus. morbus regius. Icterus Latinis Arquatus & morbus Regius proprie dictus est fœdus color corporis, citrinus, pallidus nonnunquam & porraceus &c. Productus ex effusione biliosi Humoris per summa cutis Symptoma est excretricis biliosi Humoris: Improprie dictus Icterus niger dicitur qui est subliuidus, aut niger totius Corporis color procedens ab effusione Melancholici Humoris in summam cutem: Symptoma excretricis Humoris Melancholici. *1. Proprie oritur Icterus.* Icterus proprie dictus oritur 1. Ob calidam intemperiem Hepatis & alimenta calida, aut ob feruentem iecoris inflammationem. 2. Ex solidarum partium intemperie *2. 3. 4.* 3. Ex morsu bestiæ venenatæ, viperæ aut veneno assumpto. 4. Quando Iecur Bilem à sanguine non separat, aut ad Cystin fellis non expellit. *5.* 5. Ex debilitate virtutis vesiculæ Fellis Bilem à iecore non attrahentis, aut à se ad duodenum *6.* expellentis. 6. Bile ab interioribus partibus in cutem effusa, facultate expultrice concitata vel à natura, vt in crisibus Febrium biliosarum potissimum: vel symptomatice vesicula fellis ad expellendum concitata à copia, magnaque acrimonia Bilis, dum eam in iecur ad venas eructat.

Scor-

Scorbutus Ictero nigro affinis proprie eſt praua quædam nutritio, aut vitioſus corporis habitus, ſæpe cum debilitate crurum & maculis, gingiuis tumidis & ſanguinolentis, nautis nonnulliſque populis maritimis familiaris Plinius Sceletyrben & ſtomacacen vocauit, recentiores ſcorbutum, aliqui gingipedium à gingiuis & pedibus, corrupto ſanguine infectis, & ad magnos lienes Hipp. referunt, eorumque ſymptoma videtur: prouenit à Melancholicis corruptis Humoribus ex vitioſis alimentis in iecore genitis, qui à liene affecto, non attrahuntur & expurgantur, ſed in corpus diſtribuuntur. *Scorbutus.* *Sceletyrben Stomacacen.*

Atrophia, vera eſt macies aut corporis attenuatio, orta à facultate nutriente labefactata non valente frui debito alimento: Alia eſt totius corporis, alia partis, interdum etiam ſumitur pro ipſo defectu nutritionis, ſæpe pro macie aut attenuatione totius Corporis. Atrophiæ totius corporis cauſa prima videtur affectus alicuius præcipui viſceris (vt cordis, iecoris, cerebri, ventriculi) calorem natiuum cum ſpiritibus debilitans, obtundens & extinguens. Atrophia autem quæ vnam partem obſidet, cauſa eſt ipſius partis peculiare vitium, nimirum intemperies calorem natiuum debilitans, vel ſanguinis vel ſpirituum defectus, ex interceptione, obſtructione, compreſſione venarum, arteriarum ac etiam neruorum, vt in Paralyſi, nam partes reſolutæ attenuantur &c. Notandum etiam hic eſt quod macies corporis tribus modis oriatur *Atrophia.* *Alia partis, alia totius corporis.* *Cauſa Atrophiæ ex vna parte.*

1. Ob defectum alimenti in venis, ex inedia, immodicis euacuationibus, longo morbo &c. *Macies corporis tribus oritur modis.*

2. Ob conſumptionem ſubſtantiæ corporis, vel ſubito à calore colliquante, vt in febribus ardentibus & malignis, vel lente à ſiccitate Humidum natiuum depaſcente, quæ affectio Maraſmus dicitur.

3. A debilitata aut deperdita nutritione, quando partes alimento non fruuntur, hoc modo Atrophia proprie dicta oritur, à cæteris non niſi improprie.

Carotrophia deprauata nutritio proprie eſt alimenti in alienam ſubſtantiam à qualitate conuerſio, ſiue proprietate naturali *Cacotrophia.*

humani corporis, proueniens vitio alteratricis facultatis, aut ipsius alimenti. Vitio facultatis alteratricis viscerum corporisque partium ex intemperie cum substantiæ corruptione in Lepra, Elephantiasi & similibus facit, vt cibi boni in prauum succum & substantiam conuertantur. Præcipua vero causa prauæ nutritionis est alimenti vitium. Sub vocabulo alimenti hic intelligitur non vere alimentum, quod partibus apponitur & agglutinatur, sed primum alimentum scilicet sanguis, deinde futurum alimentum, cibus, qui ab ore in ventriculum recipitur. Sic sanguis Pituitosus carnem in album colorem transmutat, ad similitudinem carnis testaceorum, si leuis error sit alteratricis & humor cutem tantummodo occupauerit, excitantur in eius superficie maculæ albæ non continuæ ad squammarum similitudinem quæ ἀλφοὶ vocantur: sin error magnus sit in toto corpore & pituita crassa tenta cutem & subiectam carnem occupauerit, oritur λεύκη, à nonnullis lepra alba, sic sanguis Melancholicus corpus in nigrum colorem transformat; si error sit leuis alteratricis, in cute tantum maculas nigras excitat, quæ à Græcis μέλας, à nonnullis Alphi Nigri. Si magnus sit & Humor adustus acris euadat, cutemque erodat, scabies simplex, si altius depascat ψωρὰ ἀγρία & lepra à Græcis: sin maior multo sit alteratricis error & Humor adustus maligna qualitate affectus, in toto, Elephantiasis, in parte Cancer oritur. Biliosus Humor in cutem effusus ἐξανθήματα maculasque rubeas, aut purpureas efficit: Humor acris, seroius tenuis, paucus pruritum, cum crassis permixtus λειχῆνα seu impetiginem proprie dictam, verum sub impetigine communiter dicta comprehendunt nonnulli puritum scabiem ac lepram, quæ inter se magnitudine, forma & causis distinguuntur: Et vt Alphi sunt viæ ad Leucen, ita pruritus ad impetiginem, impetigo ad scabiem, Scabies ad Lepram, Lepra interdum ad Elephantiasin.

Scabies simplex.

Lepra.

Lepræ Celsus duas recenset species, vnam siccam maiori cum pruritu, alteram Humidam cum pustulus multaque sanie, quidam 4. ponunt sola magnitudine differentes, quarum pessima est crassa, Dura, subalbida recenti cicatrici similis, alte depascens &c.

Elephātiasis.

Elephantiasis est morbus contagiosus magnus ex Atra Bile mali-

maligna qualitate inquinata, ſubſtantiam totius corporis immutante; vel eſt Tumor totius corporis cancroſus, valde contagioſus, genitus ex Atra bile venenata qualitate prædita à iecore & Liene in totum corporis habitum effuſa. 1. prouenit ab vtero malo Hæreditario ex ſemine parentum eodem morbo laborantium, Auicenna putat ex ſanguine materno. Si concipiantur fluentibus menſibus. 2. contagione ex concubitu aut conuerſatione cum Elephantiacis. 3. proprio vitio ex ſuppreſſione Hæmorrhoidum, vel menſium, item varicibus cohibitis. 4. Ex Lue gallica & vſu alimentorum craſſi ſucci ac etiam exiccantium, dum obſtructo liene Humores in Atram Bilem aduruntur, & per aduſtionem venenatam qualitatem aſciſcunt, ac primum viſcera inquinant, deinde corporis habitum. Nam cum in totum affici nequeat, niſi viſcus aliquod, initium mali à viſcere aliquo erit, præcipue à labe contracta in iecora aut Liene vbi ſuccus Melancholicus naturaliter generatur aut elaboratur, & expurgatur, deinde quia ſenſim Humidum radicale inuadit, & occupat à corde quoque erit cæteriſque partibus: Quare viſcera labe hac infecta ſimilis qualitatis ſuccos gignunt. Elephantiaſis duplex eſt 1. Minus maligna ſubrubicunda ex humore melancholico Aduſto. 2. Magis maligna ex Bile flaua aduſta in qua corpus prauis vlceribus fœdatur, extremæ partes decidunt vt cutis digitorum, naſi &c. additur & tertia ſpecies ſubalbida ex aduſtione melancholici Humoris cum pituita ſalſa craſſa commixti: dicitur & Leontiaſis, ob rugarum frontis ſimilitudinem cum Leonibus. ob libidinem & faciem Satyris ſimilem, quos poëtæ fingunt naſo ſimo, labris craſſis, auriculis extenuatis, oſſibus iuxta Aures prominentibus Satyriaſis. *Elephantiaſis duplex.*

Lues venerea, eſt morbus contagioſus defluuio capillorum, maculis, tuberculis, vlceribus, & dolore ſæuiens, genitus ex putrido lento excremento, qualitate virulenta maligna & venenata prædito, aliunde ſuſcepto, plerunque ex impuro concubitu: Prima cauſa huius labis eſt putridum excrementum tota ſubſtantia nobis inſenſum qualitate virulenta maligna & venenata præditum quod non modo Humores & ſpiritus inquinat, ſed etiam partes ſolidas inuadit & corrumpit, ac primum partes quibus inſidet, contaminat, deinde ſenſim continuatione quadam etiam per arterias & venas *Lues venerea.*

in totum Corpus ſpargitur. Quatuor gradus & ſpecies conſtituuntur Luis venereæ 1. Leuiſſima eſt ex veneno conſiſtente in ſpiritibus & Ichoribus, quando pili capitis & barbæ tantum defluunt. 2. In ſanguine tenuiori virus habet, qua cutis vere tota multis maculis non extuberantibus conſpergitur, nũc paruis lentiginis inſtar, nunc latioribus, & vtriſque flauis rubris &c. 3. Multò teterior eſt vbi virtute iecoris debilitata, ſanguis vitioſus prauique Humores generantur & in Corpus diſtribuuntur, ex quibus puſtulæ rubræ flauæ & ſiccæ circa frontem, tempora, in capite, pone aures, per totum corpus erumpunt, tubercula vlceraque oriuntur, tenellæ partes præcipue ad Nares & Fauces exulcerantur &c. 4. Omnium peſſima in qua virulenta corruptio, non ſolum carnes, ſed etiã Spermaticas partes inuadit mẽbranas, neruos, tendines corrodit, ingenteſque dolores excitat, Oſſa diuellit, exedit, carie conſumit gummoſitates trophoſq; parit &c. Sequuntur in ordine reliqua organa cum ſuis vitiis.

CAPVT XI.

De Affectibus veſicæ Fellis ac Lienis.

Functio veſicæ fellis. SEptimum Organum eſt veſica fellis, quæ eſt bilis flauæ receptaculum, in cauo iecoris conſiſtens. Hac veſica obſtructa Bilis cum ſanguine in totum corpus effunditur, & Ictericum ſeu morbum Regium efficit & gignit, quem illuſtrauimus inter Affectus Hepatis.

Functio eius præcipua eſt, à Bilioſo excremento iecur ſanguinemque euacuare, ſiue bilem attrahere debito modo & retinere, adque duodenum inteſtinum expellere: Læditur hæc Actio, vbi nihil aut parum Bilis à iecore attrahit & ſuſcipit, vel ad Duodenum expellit, aut deprauato modo euacuat. Cauſa Abolitæ & Debilis Functionis 1. Eſt inſignis intemperies veſiculæ & vaſorum vim attractricem à iecore, & Expultricem ad inteſtina labefactans 2. Anguſtia ductus vel à iecore, & tum veſicula vacua eſt, vel ad

1. Cauſæ 2. Functionis abolitæ.

Duo-

Duodenum, & tum plena est, orta à crasso viscido Humore infarcto, 3. Calculis in vesica genitis ex crassa Bile concrescentibus. 4. Vel à magna Bilis copia vesicam distendente, vt sese contrahere, & expellere nequeat. 5. Ob compressionem ex tumore iecoris vicinarumque partium incumbentium: Hac euacuatione suppressa per aluum, Bilis cum sanguine in totum corpus distribuitur, & Icterus oritur de quo supra.

De prauata Bilis euacuatio, fit ab Expultrice cystis Fellis proritata à copia aut magna acrimonia Bilis. Vesicula vehementius stimulata interdum omnem fere Bilem violenter propellit ad intestina, aut ventriculum, & Biliosas Diarrhæas, Dysenterias, vomitus &c. Concitat aliquando in iecur & venas eructat, ac Icterum quoque efficit. *Deprauata bilis evacuatio.*

Octauum organum est splen siue Lien, situs in sinistro Hypochondrio receptaculum est crassi & fœculenti sanguinis, qui succus dicitur Melancholicus: Eius vitia sunt vel Symptomata: morbi vel Symptomata consistunt in Læsis functionibus vt & alia organa tripliciter: vt in læsa facultate attractionis, retentionis, & expultricis, hæque rursus tribus modis tentantur, vel quod debiliter agunt vt parum, vel deprauate id est nimis multum, vel abolite aut plane nihil, horum rationes & causas varias & ambiguas satis apud medicos videbis. *Affectus Lienis.* Morbi lienis sunt 1. Intemperies omnis generis. *1. Intemperies.* Vires Lienis labefactantes, vnde Melancholici Humores in primis venis, deinde in toto corpore coaceruantur, vnde obstructiones, tumores aliaque vitia multa lienis oriuntur. 2. Obstructio Lienis oritur ex Melancholico Humore venis aut Arteriis infarcto, qui à liene non expurgatur, adueniens cum leui tensione & grauitate sinistri Hypochondrij &c. *2. obstructio lienis.* Oritur etiam Angustia per compressionem vasorum à Tumore Lienis, aut constrictionem ab astringentibus &c.

3. Tumor Lienis ab Humore crudo aquoso substantiæ eius impacto oritur, primo fit laxus ab Humore Melancholico, verum sensim induratur. *3. Tumor lienis.*

4. Inflatio Lienis est Tumor ex Flatulento vapore Lieni incluso, genito ob debilitatem caloris, & succos aut cibos flatulentos, vel in ipso Liene vel in ventriculo, à quo in Lienem postea transferuntur. *4. Inflatio lienis.*

5. In

Inflammatio Lienis. 5. Inflammatio Lienis est Tumor calidus dolorificus ex sanguine impacto & putrescente in substantia Lienis. Causæ fere eædem quæ in Hepatis inflammatione, nisi quod sanguis hic plane impurus est, & plerumque crassus melancholicus, aliquando Biliosus siue adustus: Hinc Lienis inflammatio phlegmone notha est, vt phlegmone scirrhodes, aut scirrhus phlegmonides, interdum Erysipelatodes &c. Hæc inflammatio terminatur aliquando critice per Hæmorrhagiam sinistræ naris, aliquando in abscessum, sæpius vero quam iecur in scirrhum desinit. *Phlegmone notha. Abscessus, Scirrhus lienis.*

Scirrhus duplex: 1. ex humore melancholico. 2. ex Inflammatione Lienis. 6. Scirrhus Lienis vt iecoris duplex est; vno modo sponte ex Humore melancholico è venis effuso & concreto in substantia Lienis, plerumque verò à tumore laxo minusque duro inchoatur, qui sensim concrescit & in scirrhum obdurescit: Secundo non raro ex inflammatione Lienis, tenuioribus partibus discussis, aut expressis vt in scirrhæ Iecoris dictum: in hoc affectu ipse Tumor situm & figuram Lienis retinet, prorsus durus, cum tensione & magna grauitate Diaphragma comprimente vnde & respirationis difficultas oritur dolor sinistri iuguli, corpus subliuidi plumbei coloris, ventriculi concoctio vitiata, flatus sursum deorsum cum murmure erumpentes, progressu Hydrops, & vlcera Tibiarum nascuntur. Hoc morbo laborantes Hippocrates σωλινώδεις vocat. Hic adhuc obiter notandum Humor Melancholicus in iecore detentus, caloremq; natiuum debilitans, gignit Hydropem, per venas distributus, Febres quartanas, ac Melancholiam, in habitu corporis, scirrhus exquisitos, in cutem effusus Icterum nigrum, si aduratur, scabiem, Lepram, cancros, si vasa obstruat, melancholiam Hypochondriacam, cum in Venas Mesaraicas & loca circa ventriculum effunditur, vbi detentus corrumpitur, & per ebullitionem euaporans, ventriculum subuertit, deliria propter vapores tetros ad cerebrum missos producit, & vt dictum Melanch. Hypochondr. aliquando in ventriculum obtruditur & si acidus caninam appetentiam, si adustus vomitus pernitiosos excitat, interdum in intestina propellitur, si adustus, Dysenteriam aut cancrum intestinorum incurabilem facit &c.

***

CAPVT

CAPVT XII.

De affectionibus renum, vesicæ, & membrorum genitalium.

Renes νεφροὶ 9. organum.

NOnum Organum huius ventris sunt renes, νεφροὶ, qui serosam superfluitatem, græcis ὀρρῶδες περίττωμα, ex massa sanguinea expurgant. Alliciunt etiam illam serosam superfluitatem, intra se ex vena caua per venas emulgentes, & rursus ex se in vesicam effundunt per canales, qui οὐρητῆρες seu vrinarij meatus appellantur.

Symptomata renũ.

Symptomatum renum eadem pene ratio est, vti iam præcessit cum liene, videlicet quod consistat in tribus functionibus, quæ aut deprauantur, debilitantur, aut obolentur, horum causa latius apud medicos aggrediamur morbos. Morbi vtique renum possunt esse intemperies, tumores, inflammationes abscessus, scirrhus, vlcus, calculi &c.

Intemperies ab externis & internis.

Intemperies à causis tùm externis quum internis temperiem naturalem alterantibus gignuntur, ex calida intemperie, sensus ardor in lumbis, sitis, vrinæ copiosæ, diabetes &c. Frigida vim attractricem seri debilitat &c. Et si cum humore substantiæ renum impacto fuerit, tumorem præter naturam excitat: eiusmodi tumores sunt inflammationes & scirrhi.

Inflammatio renum.

Inflammatio renum est tumor præter naturam calidus ex sanguine substantiæ renis impacto, siue bilioso, pituitoso siue melancholico, à venis emulgentibus spatia renum influens, præcipue ob calorem & dolorem renum attrahentem, pharmacorum calidorum potionem, contusionem à calculo, ictu, plaga, vehementi continua equitatione &c. Symptomata inflammationis plurima sunt alia mitia, alia vehementiora, prout instat vel augetur, si vires fuerint validæ intensa in inflammatione, in abscessum aut scirrhum tendet, sin minus ad mollem declinabit: post abscessus ruptionem relinquitur vlcus insanabile sin inflammatio in scyrrhum conuertatur ardor, febrilis & dolor mitigatur, sed grauitas manet &c.

Symptomata inflammationis.

Renũ morbi compositionis.

Renibus etiam accidunt morbi confirmationis, vt vasorum dilatatio & renum angustia; ob nimiam enim vasorum dilatationem

Calculi renum varij.
Proprie calculus renũ νεφρίτης.

ſine vlla percolatione vrina cum ſanguine in veſicam deſcendit: Contra, anguſtia, ſeri percolationem & deſcenſum impedit. Calculi varij ſunt, quia & in alijs partibus generantur, vt in inteſtinis, pulmonibus, aliquando in corde repræhenſus, in abſceſſibus, nullibi verò frequentius quam in renibus & veſica. Calculus renum propriè νεφρίτης dicitur quod renes grauiſſime exerceat: Sumitur aliquando pro morbi cauſa, quando renes obſtruit, continuumque ſoluit, à Galeno pro morbo in numero aucto toto genere præter naturam.

Cauſa.

Cauſa eius materialis primaria eſt pituita craſſa, glutinoſa terrenæ ſubſtantiæ, lenta in renibus, plerumque cum ſanguine commixta, aliquando cum alio humore, vel pure craſſo, lentoque. Humor craſſus lentus ex cruditatibus & alimentis craſſi ſucci difficiliſque concoctionis generatur.

Calculorũ renum differentia.

Calculi in renibus, magnitudine, numero; Colore, forma, duritie & aſperitate inter ſe differunt, deinde etiam aut in renis ſubſtantia aut cauitatibus oriuntur, quæ omnia ſuis conſtant ſignis.

Morbi vreterum anguſtia & continui ſolutio.

Morbi vreterum ſunt anguſtia & continui ſolutio; Anguſtia tranſitum ſeri à renibus impedit, interdum eſt compreſſio à tumore partium incumbentium, vt plurimum obturatio ex grandiori calculo à renibus emoto, & cauitati vreterum impacto, qui ex ſenſu calculi tranſeuntis & inhærentis dignoſcitur, obſtruuntur etiam ſed rarò ex humore valde craſſo, lento aut grumo ſanguinis. Continui ſolutio eſt vulnus aut exulceratio plerumque à calculo aſperiore conterente, diuellente, vulnerante aut acri ſeroſo humore abradente.

Morbi veſicæ.
Intẽperies, Inflammatio &c.
Veſicæ inflammatio.
Phlegmone exquiſita.
Notha eryſipelatis.

Morbi veſicæ: per ſe omni fere morborum genere tentatur veſica, præcipue: Intemperie, inflammatione, ſcirrho, abſceſſu, anguſtia, calculo & exulceratione: Per conſenſum verò, quando à renibus ſerum, quantum & quale non oporteat, ſuſcipit, item calculos, pus, ſanguinem: Deinde cerebri, & ſpinæ, quando vis animalis in corpus veſicæ aut muſculum ceruicem claudentem non diſtribuitur ob paralyſin &c. Interdum ex intemperie, dolore aut tumore partium vicinarum, nimirum vteri, recti, inteſtini &c. Inflammatio veſicæ eſt tumor calidus, dolorificus ex ſanguine vel bilioſo, pituitoſo vel melancholico, exinde inflammatio, vel eſt phlegmone exquiſita vel notha eryſipelatis, œdematis aut ſcirrhi particeps. Si inflammatio ſit magna, non rarò in Gangrænam abit, ex qua vix vllus reſtituitur;

rarius discutitur, nisi parua sit, aliquando remisso dolore & febre, manente grauitate in scirrhum transit, licet etiam scirrhus vesicæ sponte oriri queat, vt renum, sæpius non sine periculo in abscessum abit, nam dum suppuratio fit, febris, dolor, cæteraque symptomata augentur, vt in renum inflammatione, deinde rupto abscessu pus copiosum, in multa vrina excernitur, tandemque vlcus incurabile relinquitur.

Angustiæ orificij aut ceruicis vesicæ variæ sunt species ac causæ. 1. Est obstructio ex humore crasso, pure, vel grumo sanguinis vel calculo. 2. Est constipatio à caruncula carnisue excrescentia innata, ab vlcere vesicæ ceruicis, vel callo, siue cicatrice dura ex vlcere relicta, aliquando à tuberculo. 3. Nimia distensio vesicæ ceruicis, vt inde meatus occludatur, à tumore, inflammatione, scirrho, abscessu &c. 4. Compressio ceruicis à tumore partium vicinarum incumbentium, nimirum vteri ex fœtu grandiore, recti intestini, aliquando ani ob Hœmorrhoides valde intumescentes. 5. Subsidentia aut conniuentia meatus ob conuulsionem musculi claudentis ceruicem, ex immodica siccitate & inanitione inprimis, qualis interdum accidit in febribus ardentibus & colliquantibus: His & additur vitium ratione subiecti ab errore externo, nimirum immodica tensio totius corporis vesicæ, à nimia vrinæ copia diutius quam par est, retentæ, quod sanis accidit in conuiuijs & foro &c.

Variæ species angustiæ ceruicis vesicæ. *1. obstructio.* *2. Constipatio.* *3. Distensio.* *4. Compressio.* *5. Subsidentia.* *Et vltima, error externus.*

Calculi vesicæ non solum maiores vt plurimum sunt calculis renum, sed etiam duriores minusque asperi & friabiles, coloris subalbi, aut cineritij, in renibus vt plurimum, subruffi, rarò albi, flaui aut nigri &c. De his apud medicos latius inquire.

Calculi vesicæ. Differentia.

Exulceratio vesicæ, vel ex abscessu rupto oritur, vel consequitur contusionem, rupturam, aut vulnus, casu, vel minus periti chirurgi opera in sectione calculi inflictum, vel ex erosione materiæ acutæ, vel acris, abradentis, vt calculis asperioribus, vrinis acribus, salsis, corruptis humoribus, vsu alimentorum calidorum, vini potentis, medicamentorum erodentium præcipuè cantharidum, quæ proprietate vesicam lædunt & exulcerant.

Exulceratio vesicæ.

Morbi fistulæ vrinariæ.
Causæ 4.

Morbi fistulæ vrinariæ ijdem sunt, quibus ceruix vesicæ infestatur, ceruicem enim vesicæ excipit in maribus fistula vrinaria, seu meatus penis, lotio & semini communis: præcipue verò inflammatione alioue tumore. 2. Meatus angustia, ex humore crasso ac lento, aut calculo impacto, vel caruncula, aut tuberculo innato &c. 3. Exulceratione ex abscessu disrupto, calculo asperiore, vel acri corrupto humore abradente. 4. Ex impuro concubitu cum muliere lue venerea infecta: Morbi penis exterius patent, facileque dignoscuntur, his præmissis ad symptomata morborum pergemus: Horum alia sunt vitia. 1. Attractionis, quando vesica à renibus ad se trahit vrinæ vel parum, vel nimis multum vel plane nihil. 2. Retentionis, quando vesica vrinam retinet vel debiliter, vel deprauate vel plane non, eius species sunt Ischuria proprie dicta & notha, item incontinentia. 3. Expulsionis, huius species sunt octo. 1. Oliguria. 2. Dysuria quæ fit cum vel sine dolore. 3. Stranguria. 4. Diabethes. 5. Mictus inuoluntarius. 6. Mictio cruenta. 7. Mictus purulentus. 8. Mingendi impotentia &c. Horum signa causasque ac differentias pluries ex Medicis petenda erunt, pergamus obiter ad enarrationem vitiorum membrorum genitalium, virilium ac muliebrium.

Symptomata morborum vesicæ.
Symptomata citra vrinæ excretionem contingentia, correspondent symptomatibus deiectionum alui: sic suppressioni alui, Ischuria; Lienteria, diabetes; Diarrhea, incontinentia vrinæ; Dysenteria, dysuria, mictus cruentus ac purulentus; Tenesmo, stranguria.

Vitia membrorum genitalium virilium & muliebrium alia sunt morbi, alia symptomata morborum: Morbi sunt simplices vel compositi: Simplices sunt vel intemperies, vt calida, frigida, humida & sicca: vel vitium structuræ, quod est primò vel in conformatione, cuius vitium vel est in figura, vt si membrum genitale, vel nimis obliquum, tortuosum vel rotundum: vel in meatu, vt si est nimis amplum vel angustum: Vel in qualitate secunda tactili, vt si est nimis durum molle, crassum, tenue, densum, rarũ, asperũ, læue. Secundò magnitudine, quando est nimis paruum aut magnum, longum aut breue. Tertiò, numero vt si eius pars aliqua vel integrum etiam retundat, vt fit in Hermaphrodite, tres testiculi, vnus testiculus aut nullus. Quartò vt si extra locum propendet. Quintò connexione vt vlcus, vel vulnus. Morbi compositi. 1. Sunt Apostema, vel calidum, vt sanguineum, bileosum, vel frigidum, vt phlegmaticum melancholicum. 2. Inflatio, quo refertur hermia, bubonocele, & oscheocele sub quo epiplocele, enterocele, hydrocele, sarcocele, pneumatocele & kirsocele.

Sym-

Symptomata Morborum, quorum alia sunt actionum, naturalium, alia animalium: naturalium concernit semen vel menstrua: Semen vt asporia, gonorrhæa quarum alia fit interdiu inter vigilandum, alia noctu inter dormiendum: Menstrua, vt menstruorum fluxus nimius, & suppressio, vel profluuium album. Animalium quorum alia sunt vitia appetitus, vitia procreationis, & motus localis: appetitus venerei vt debilitas, prauitas, priuatio: Procreationis quorum alia spectant coitum, cuius vitia sunt, debilitas, prauitas, priuatio seu impotentia: alia conceptionem, vt difficultas concipiendi, & sterilitas: Alia formationem vt mola, monstrum: Alia partum, vt abortus, difficultas partus, secundinæ in vtero retentio: Motus localis: vt virilium, priapismus, satyriasis: Muliebrium, vt matricis suffocatio, procidentia, declinatio ad latus. Horum definitiones ac signa in medicorum libris perspicue satis illustrantur ac declarantur, sequuntur organa medij ventris.

Symptomata morborum. Naturaliū asporia. Gonorrhæa. Fluxus menstrui. Suppressio. Profluuium album. Difficultas concipiendi. Suffocatio matricis procidētia.

CAPVT XIII.

De vitijs cordis.

MEdij ventris organa sunt septem 1. Diaphragma seu septum transuersum, quod est veluti paries, vitalia membra ab organis nutritionis distinguens: Estque plane musculus motu suo voluntario respirationis inseruiens, item & eiectioni excrementorum. 2. Πλευρὰ tunica succingens intus costas, quo loco morbus oritur πλευρῖτις exquisita & vera, cum affluentibus humoribus calidis & acribus membrana illa inflammetur. 3. Mediastinus, qui gemini panniculi sunt diuidentes thoracem secundum longitudinem, sicut διάφραγμα secundum latitudinem. Inter hos geminos panniculos tanquam duos parietes sunt capsula cordis & cor ipsum. 4. Cor, quod est vitæ dominus, primum videlicet viuens & vltimum moriens, vt docet Aristoteles: Est autem figuræ pyramidalis instar nucis pineæ, cuius basis medium fere thoracis occupat, mucro sensim ad sinistrum latus inclinat ad leuam papillam, deinde membrana crassa nerueaque clauditur, quæ Pericardium dicitur: Substantia eius dura, densa, solidaque

7. Organa medij ventris. 1. Diaphragma. 2. Πλευρὰ. Vnde pleuritis. 3. Mediastinus. 4. Cor primum viuēs & vltimū moriens. Substantia Cordis.

Cordis ventriculi. est triplici genere fibrarum intertexta; Rectis obliquis & transuersis. Porro hæc præcipue sunt consideranda. 1. Thalami seu ventriculi, quorum duo sunt dexter & sinister: *2. Dexter & sinister.* Dexter dicitur κοιλία πνευματική, quia est officina spirituum vitalium, qui ibi à sanguine elaborantur. *Vasa ventriculorum cordis.* 2. Vasa sunt consideranda, quæ in ventriculos cordis vel inseruntur, vel ijsdem nascuntur. In dextrum ventriculum primum vel inseritur, vel ex eo excrescit vena caua. *Vena caua.* (Huic tria ostiola siue tres membranæ introrsum ductæ perficiuntur) quæ sanguinem intrò ad cor aduehit: *Vena arterialis.* Alterum vas est vena arterialis (quæ tres habet membranas extrorsum spectantes) Hæc attenuatum sanguinem ad Pulmones alendos transuehit. Vena vocatur quia sanguinem vehit arterialis, quia habet tunicas crassiores & arterijs similes, ne sanguis subtilior transudando exhalet. *Vena aorta.* Ex sinistro ventriculo primum oritur Aorta truncus Arteriarum omnium, quæ spiritus vitalis sunt vehicula. Alterum vas est Arteria venosa, quæ aerem à Pulmonibus ad cor transmittit, & halitus fuliginosos hinc vicissim educit. *Arteria dicitur quia vehit spiritum & aerem.* Dicitur Arteria, (cum duabus membranis introrsum vergentibus) quia vehit spiritum vel aerem: *Venosa dicitur quia habet corpus venæ.* Venosa qui habet corpus venæ, vt propter mollitiem ad motum magis sit idonea. *Membranæ tricuspidales.* Horum 4. vasorum orificijs vndecim membranulæ quasi valuulæ perficiuntur, dictæ tricuspidales, quæ regurgitationem sanguinis vel aeris & spiritus aduecti aut emissi prohibeant. 3. Postea Auriculæ cordis ob similitudinem sic dicuntur, quia basi cordis instar aurium annascuntur & promptuaria sunt aduecti sanguinis atque aeris, ne confertim illa in cor irruant. *Motus naturales cordis, pulsus & affectus.* 4. Denique motus naturales cordis sunt duo: Pulsus & affectus: Pulsus est motus cordis naturalis, quo cor aërem frigidum attrahit, & fuligines expellit, ne calor natiuus suffocetur. Fit etiam in pulsu συστολὴ καὶ διαστολή, ex quibus *συστολή.* συστολὴ est contractio cordis & thalamorum in hoc compressio, eorumque quæ in his continentur expressio. *Διαστολή.* Διαστολὴ est dilatatio horum ex influentis sanguinis atque aeris receptio, inter quæ duo ῥυθμὸν id est pulsum considerant medici, quem morbi tum affectus etiam manifeste mutant. *Affectus.* Affectus verò sunt motus cordis non naturales, qui sine contractu fiunt, sequentes tamen cognitionem, vt amor, lætitia, odium, ira &c. *Vitia cordis.* Vitia cordis vel morbi eius præcipue sunt. *1. Palpitatio* 1. Palpitatio cordis seu tremor, dupli-

pliciter autem dicitur palpitatio legitima & illegitima: Legitima est motus cordis inordinatus ex dilatatione & subsidentia compositus, ortus à vapore crasso flatulento, copioso influxu cor dilatante, deinde irritante, vt contractione sua vicissim depellat ac discutiat. Illegitima est motus cordis inordinatus palpitationi similis à pulsu, magnitudine tantum differens, & proprie motus pulsatorius deprauatus ortus à facultate cor dilatante & constringente incitata ex vsu immodice aucto. Causa incitans facultatem triplex esse poterit. 1. Defectus spirituum, quem cor inæquali & frequenti pulsatione resarcire conatur. 2. Calor vehemens inæqualiter auctus in corde, vt in febribus acutis & malignis, vnde motus cerebri, veloces, qui καρδιωγμὸς à Galeno dicitur. 3. Ab aliena substantia cor extimulante, vt violenta dilatatione & contractione eam trudat & depellat. Substantia autem aliena stimulat vel qualitate, vel copia vel vtroque, & quo magis stimulat, eò violentius mouetur. Substantia autem illa primum est prauus vapor, aut sanguis maligna qualitate affectus, potissimum atra bilis: Deinde sanguis magna vi cum spiritu in cor irruens ex vehementi timore: Tertio aer pestilens, venena assumpta, aut venenati humores; item vermes cor mordentes. Præterea tuberculum in arterijs pulmonis prope cor exortum, quod Antipatro medico contigisse tradit Galenus 4. de locis; Vnde post pulsum inæqualem in palpitationem & asthma incidit, ex quo subito interijt. Insuper tuberculum pericardij aut pustulæ quæ hydatides vocantur, lapilli ac magna serosi humoris aut flatus copia collectus in pericardio &c. Sic in palpitatione si vires sint debiles, & spiritus confertim euacuentur, in syncopen transire solet.

Legitima & illegitima. Illegitima palpitatio. Causæ facultatem incitantes triplices. Substantia stimulat qualitate vel copia. Tuberculũ in arterijs pulmonis. Tuberculũ hydatides.

2. Affectio cordis est syncope, secundus gradus pulsationis cordis imminutæ, fit autem à causa longe validiore, pulsum habet longe minorem tardiorem ac rariorem. Primus gradus est deliquium animi, λειποθυμία & λειποψυχία, in qua actio cordis pulsans subito & confestim imminuitur, vt pulsatio euadat parua, tarda & rara non tamen in extremo gradu; Verum prior adhuc alius esse videtur gradus ἔκλυσις leue animi deliquium. 3. Gradus est ἀσφυξία pulsus ablatus, qui à causa adhuc vehementiore oritur, & morti proximus est ac summus syncopes gradus.

Syncope. Causa. Deliquium animi.

Dun-

Humore vel vapore καθ' ἕξιν & καθ' σχέσιν ac venenata. Duncanus in arte medica lib. 3. cap. 10. Laborare cor etiam poterit intemperie omnis generis ſimplici, compoſita, ſine vel cum materia, humore ſcilicet aut vapore καθ' ἕξιν aut καθ' σχέσιν, ac etiam venenata. Intemperies autem in ſolidis cordis partibus firmata eſt καθ' ἕξιν: in humoribus aut ſpiritibus eſt tantum καθ' σχέσιν intemperies calida, febris dicitur, quæ calorem natiuum in corde accendit, & per arterias in totum corpus diſtribuit. *Calor natiuus vel in ſpiritibus vel humoribus accenditur.* Accenditur aut calor natiuus cordis vel in ſpiritibus vnde febris diaria, vel humoribus putreſcentibus, vnde febris putrida, vel in ſolida cordis ſubſtantia, vnde hectica. Contraria ratio eſt in intemperie frigida, quæ caloris natiui qualitatem debilitat, pulſus reddit tardos, raros atque exiles, deinde ſi augetur, ipſum calorem natiuum in ſubſtantia cordis extinguit. Humida cordis intemperies cum materia ſemper fere eſt, vt in anaſarca caloris natiui vim obtundit, & cum materia augetur, veluti ignis à multis viridibus lignis ſuffocatur. Sicca intemperies per ſe caloris natiui vim acuit, etſi intendatur ſolidam cordis ſubſtantiam inuadit, humidumque eius primogenium conſumit, vnde Maraſmus: Nam Maraſmus proprie eſt conſumptio viuentis corporis à ſiccitate. *Maraſmus duplex.* Eſt autem Maraſmus duplex: Simplex qui cum intemperie calida quæ hectica maraſmodes dicitur: *Hectica Maraſmodes.* vel cum frigida, oriturque in viris aut iuuenibus maraſmus naturali ſenectute ſimilis quem Philippus Medicus teſte Galeno ſenectutem ex morbo vocauit: Additur etiam Maraſmus Syncopticus, *Maraſmus ſyncopticus.* qui ægros ad ſyncopen deducit, ortus ex ſiccitate cum magna inæqualitate caloris & frigoris.

Intemperies cordis ex affectu primario, vel ſecundario, vel per conſenſum eſt. Oriuntur autem intemperies cordis ex affectu primario vel ſecundario, & per conſenſum alterius partis, quæ vel ſuam calidã intemperiem per continuam alterationem cordi communicant, vnde febres ſymptomaticæ apud Hypochondriacos & Hyſtericos. Aliquando intemperies venenoſa eſt, orta à qualitate rei venenatæ tota ſubſtantia cordi & calori innato inimica. Poterit etiam cordi accidere ſolutio continui, nimirum per vlcera aut vulnera. Morbi etiam inſtrumentales videntur cordi poſſe accidere, vt 1. in magnitudine, vel aucta, *In magnitudine aucta vel diminuta.* vt tumores in ſubſtantia cordis vel pericardij, vel vaſorum, vel in diminuta, vt ex Maraſmo accidit, deinde vaſorum anguſtia & dilatatio: Anguſtia autem vel eſt obſtructio à craſſis humoribꝰ aut vaporibus, vel compreſſio aut conſtipatio à tumoribus ipſum cor aut vaſa

eius

eius occupantibus, vel ſubſidentia ex nimia inanitione vaſorum; addunt nonnulli vermes, qui in ventriculis in peſte interdum gignuntur, item capillos, flatus, ſuccos collectos in pericardia. Læduntur etiam functiones cordis ſæpe ab externo errore, vitio obiecti, aut eorum, quæ ad obiectum pertinent, nimirum quis ſufficiens aut competens materia pro generatione ſpirituum cordi nõ ſuppeditatur; aut ſpiritus geniti euacuantur & diſſipantur, aut obruuntur & ſuffocantur, hæc de corde eiuſque affectibus, ſequitur organum. *Functiones cordis læſa ab externo errore.*

CAPVT XIV.

De affectibus pulmonum.

QVintum organum eſt pulmo πνεύμων ſpirandi officina, quæ in perpetuo motu eſt, aerem ſubinde reciprocando ducens & reddens. Mouetur autem pulmo ratione vacui, vt agitatio fit mollior: Nam quando διάφραγμα motu voluntario à circumferentia ad centrum contrahitur, atque ita in ſuperiorem partem thoracis dilatatur, tunc ſimul ne vacuum fiat, pulmo diſtenditur & aerem attrahit motu concitatus alieno. Dilatatus poſtea thorax ſua grauitate in naturalem ſitum concidens contrahitur & pulmonem etiam comprimit, vt fuligines expellat. Affectiones pulmonum ſunt 1. Tuſſis qui triplex aut ratione humoris tenuis vel humoris craſſi ſit denique humoris mediæ conſiſtentiæ. 2. Aſthma, quæ vel ſit à craſſorum viſcoſorum & tenaciorum humorum in bronchijs pulmonis infarctorum, copia grandinis aut calculi ſpeciem (uti Duncanus ait lib. 3. cap. 9.) referentia, aut à tumore aliquo vel tuberculo in ſubſtantia pulmonis. *Tuſsis triplex. Aſthma.*

3. Dyſpnæa eſt quando actio reſpirandi deprauate editur, vel ſi Anhelitus moderatam reſpirationem paulo excedat, vnde & Anhelatio Galeno & Celſo δύσπνοια: Ex hac ſi valde frequens, appellatur ἆσθμα, quæ ſi ad ſummam frequentiam accedat ὀρθόπνοια. 4. Orthopnæa quæ eſt difficultas reſpirationis, vt niſi erecta ceruice reſpirent ſuffocari videantur. 5. Apnæa, quæ dupliciter accidit. 1. Quando vſus pene non penitus, ſed quo ad ſenſum tollitur, ſiue natiuus calor cordis ita refrigeratur, vt ab omnimoda extinctione non diſtinguantur, vt mulieribus accidit, quæ grauiſſima vteri ſuffocatione *Diſpnæa. Anhelatio. δύσπνοια. Ὀρθόπνοια Apnæa duplex.*

tentantur, & ex graui syncope. 2. Vbi facultas tollitur, vt in grauissima apoplexia. 6. Pleuritis notha, quæ fit tripliciter vel ex catharro à capite defluente ad musculos exteriores vel interiores pectoris. 2. Ab inflammatione ex humore calido influente à vicinis veris ob repletionem, ictu, casu &c. 3. Ex vapore flatulento, membranas, musculosque pectoris distendente: Hæc plerunque pleuritis notha sine febre constat teste Aetio. 7. Peripneumonia: quæ duplex exquisita & notha: Exquisita est inflammatio pulmonis ex sanguine immedicam spirandi difficultatem, sensumque grauitatis sine dolore febrem continuam, tussimque vehementissimam excitans, cum sputo spumoso cruento. Notha ex tenui acrique catharro à capite per asperam arteriam ad pulmones, magnam respirationis difficultatem, cum febre lenta, tussi vehementi, sine sputo cruento inducit. 8. Expuitio cruenta, aut reiectio sanguinis. Hic intelligendum est sanguinem. 1. Ab oris partibus simplici expuitione reijci, à faucibus vt screatu. 2. Ex gula, ventriculo vicinisque partibus, vt vomitu. 3. Ex gutture, frequenti tussicula cum dolore laringis. 4. à pectore & pulmonibus vehementi tussi: Verum vbi pectus afficitur dolor aliquis in parte peccatoris percipitur, & sanguis crassus nigricansque est: Vbi pulmo multus floridus, calidus, spumosus confertim exit sine vllo dolore. Causa sputi sanguinis cum tussi raro est διαπήδησις, transcolatio sanguinis per tunicas vasorum: Plerumque ἀνασόμωσις, orificiorum vasorum apertio, aut διαίρεσις, solutio vnitatis vasorum. 9. Empiema exquisitum est, collectio puris in capacitate thoracis, difficultatem respirationis cum tussi sputæque purulento inducens: orta ex abscessu vel vomica disrupta & vlcere sordido. Fit autem empyema. 1. Ex peripneumonia. 2. Ex vomica duplici modo vt in asthmate, quod oritur à crudo tuberculo in pulmone arterijs cordis adhærescente pulsumque inæqualem & intercisum, palpitationem cordis & similia inducente, hoc tuberculũ vbi concoquitur, in vomicam transmutatur: phthisicis, vbi non rarò ex vena aperta, rupta aut erosa portio sanguinis in particulam pulmonis secedens, in pus conuertitur, & in summa siccescens cystim efformat. 3. Pleuritide. 4. Angina. 5. Vlcere pulmonis vel thoracis vel asperæ arteriæ ex apertione, ruptione, aut erosione vasis. 6. Catharro à capite, quod spurium nuncupatur. 10. Phthisis cuius nomen interdum late sumi-

Pleuritis notha triplex.

Peripneumonia duplex.

Exquisita & notha.

Expuitio cruenta.

διαπήδησις. (σις. ἀνασόμωσις. διαίρεσις.

Empyema exquisitũ.

1. Ex peripneumonia.

2. Ex vomica.

3. Pleuritide.

4. Angina.

5. Vlcere pulmonis.

6. catharro.

Phthisis.

sumitur pro omni consumptione sine aut cum febre, proprie pro consumptione totius corporis cum febri lenta, respirationis difficultate, tussi, sputo purulenta orta ex vlcere pulmonis potissimum. Vlcus pulmonis oritur affecto pulmone primario vel secundario: Primario ex abscessu aut vomica pulmonis rupta; aut post sanguinis sputum vase aperto rupto aut eroso: Secundario ex affluxu materiæ Pulmonem progressu temporis erodente, vel à capite ex catharro tenui acrique, vel ex pleuritide aut angina, aut vlcere gutturis, effuso pure in capacitatem thoracis vt in empyemate dictum: inde exulcerato pulmone cor sensim exsiccatur, & primum zorida eius substantia, deinde fibrosa, tandem membranosa consumitur: ac cum corde totum corpus simili modo necessario contabescit.

Vlcus pulmonis. *Dupliciter oritur.* *Exulcerato pulmone exsiccatio cordis consequitur.*

CAPVT XV.

De vitijs linguæ.

SExtum organum medij ventris, aspera arteria est: quæ instrumentum est formandæ vocis, cuius orificium dicitur larinx, cauitas videlicet faucium. Porro λάρυγξ tribus cartilaginibus constat, quarum prima & anterior, dicitur θυρεοειδὴς id est scuto seu peltæ similis. Altera & posterior est ἀνάνυμος annulo signatorio similis: Tertia media ἀρυταινοειδὴς dicitur. In medio huius tertiæ cartilaginis profunda rima est, quæ nominatur γλωττὶς id est lingula, quia proprijssimum vocis organum est. Supra hanc verò rimam operculum est laryngis quod nominatur ἐπιγλωττὶς factum vt arceat cibum ac potum, ne quid in trachæam illabatur. Cæterum quod Plato Canalem esse potus scribit trachæam id Galenus sic explicat, potum accipi à Pulmonibus non totum, sed tantum aliquid Roscidum de potu transudare per arteriam quo rigantur Pulmones. Septimum organũ medij ventris est lingua, quæ articulatæ vocis seu sermonis formatrix est, & voluntatis ac mentis nuncia. Nam in larynge vox non sermo formatur. Ac differunt hæc 3. Ψόφος id est sonus vel strepitus, qui qualibet corporis parte edi possit. Φωνὴ, vox, quæ formatur in larynge: Et Διάλεκτος, sermo, cuius formatrix est lingua: Sub hoc organo de

Aspera arteria. *Λάρυγξ 3. Constat cartilaginibus.* *Γλωττὶς.* *Ἐπιγλωττὶς.* *Lingua.* *Ψόφος.* *Φωνὴ.* *Διάλεκτος.*

de vitijs loquelæ,& læsione vocis agemus. Si vox desciscat ab optimis conditionibus lædi dicitur; quod fieri potest tribus modis, vel enim aufertur, vel imminuitur, vel deprauatur. Abolita vox ἀφωνία nuncupatur, qua qui laborant muti dicuntur. Imminutæ voces sunt parua seu exilis, & obscura seu tenuis & submissa: Deprauatæ voces sunt vox clangosa, aspera, rauca, tremula & abrupta. Sic sermo & loquela etiam sua habet symptomata. Nam nonnulli potentia destituuntur, qui appellantur muti: Nonnulli cum difficultate literas quasdam imprimis R,L,K, pronuntiant: Alij in loquendo nunc subsistunt, nunc sermonem præcipitant, & balbutiendo primam syllabam repetunt, quæ mala τραυλότης & ψελλότης nominantur, Galenus τραυλὸς; latini balbos vocant. Causæ læsionis est vitium vel vocis, vel facultatis linguam mouentis, vel ipsius linguæ, vel alicuius partium ministrantium, vt palati, dentium, narium vel labiorum. Proprie obmutescentia oritur ex ἀφωνία aut ex ijs causis, à quibus vox aufertur. 2. Quia vsus loquelæ perit & ignoratur, vt in surdis à natiuitate. 3. Læsa facultate animali, vel quia viæ spirituum intercipiuntur, vt in apoplexia, aut dissoluuntur, vt in ijs, qui vicini sunt morti; vel non transmittuntur per neruos septimi paris, qui per musculos linguæ disseminantur; Vnde ipsi musculi paralysin patiuntur: Fit quoque obmutescentia ex conuulsione linguæ, propter contractionem neruorum septimi paris. 4. Proprio linguæ affectu nimirum ipsius linguæ defectu, aut amputatione, vel magnitudine supra modum aucta, siue ea sit ab ortu, siue post ex affluxu humoris: Deinde quia à vinculo ita contrahitur & ligatur, vt moueri nequeat, aut fauces vicinæq; partes vehementer intumescunt &c.

[Marginal notes: ἀφωνία. / Muti. / Obmutescentia ex 4. oritur causis. / Obmutescentia ex conuulsione linguæ.]

Ab ijsdem causis verum leuioribus oritur locutio imminuta seu loquela debilis. 1. Sciendum enim voces imminute aut deprauato modo dearticulari, quia vox ipsissima est aut debilis aut deprauata. 2. Spiritus arimalis, iusta quantitate non influit per neruos, vnde motus linguæ torpidus aut tremulus redditur; aut spiritus multi absumpti sunt, viresque debiles ex graui morbo, aut alio conuertuntur & ira, timore &c. Aut pars linguæ dimidia eiusque musculi nonnulli resoluti sunt. 3. Lingua proprio laborat affectu, nimirum humiditate nimia siue ab ortu, vt in pueris, siue ascititia ex ebrietate aut catharro, postea à linguæ nimia siccitate aut scabritie, item crassi-

[Marginal notes: Causa loquelæ imminutæ & debilis. / Vox tremula. / 3. Lingua proprio affectu.]

crassitie & propter musculorum malam compositionem breuitate. Præterea quando lingua à vicinis partibus ita est contracta, vt libere nequeat moueri, hoc euenit vel ab ortu propter ligamentorum sub lingua breuitatem & duritiem, vel post à dura cicatrice relicta ex vlcere sub lingua: taliter laborantes ἀγκυλογλώσσοι nuncupatur. Tandem etiam loquela vitiatur à palato eroso & perforato, quod Gallicanis accidit, qui obscure & quasi per nares loqui putantur, deinde quia nares coryza, polypo aut crustis obturatæ sunt; vel etiam dentes anteriores deciderunt; aut labia ab ortu, vel vulnere vel vlcere deformata sunt. His additur tumor mollis, laxus, βάτραχος dictus sub lingua, è quo aperto exit mucus oui albo persimilis. *ἀγκυλογλώσσοι.* *βάτραχος.*

Vox autem formatur ex aeris percussione, quem cum flatu expiramus, motu musculorum laryngis. Hinc 1. Læditur vox, quando non sufficienter spiritus cum efflatu ad laringem alliditur, videlicet thorace perforato, aut musculis resolutis thoracem mouentibus &c. 2. Læsa facultate mouente musculos laringis, cerebri vitio, aut neruorum vocalium, præcipue recurrentium. 3. Affecta laringes cuius morbi præcipui intemperies & angustia. Intemperies illa est membranæ succingentis guttur & fauces, eam aut nimium humectans, aut exiccans & exasperans. Humectantur autem & permadescunt guttur & fauces, à graui catharro, maxime ex humore pituitoso, vnde primum raucedo oritur: Deinde affectus si augeatur, vox obscura redditur aut tollitur. Exiccatio verò & asperatio gutturis ex febri ardente, puluere, fumo, acribus vaporibus, defluxu humoris biliosi, vocem asperam, clangosam acutamue reddunt. Angustia Gutturis interdum est constipatio à tumore, intra tunicam laringis asperæque arteriæ, nonnunquam obstructio ex columella elongata, plerunque compressio à tumore aut inflammatione, vel ipsius laringis, vel vicinarum partium ministrantium vt faucium: Vel ob luxationem vertebrarum versus intentiora, atque hæ affectiones sub angina continentur. *Formatio vocis.* *Vocis læsio.* *Vox rauca.* *Vox aspera.* *Vox clangosa.*

CAPVT XVI.

De affectionibus cerebri.

ἰητρὸς φιλόσοφος, ἰσόθεος. Hipp. lib. de flatibus sect. 1.

à primo sensorio 5. sensus exteriores & motus volũtarius.

Functiones à cerebro tres.

Actio spiritus animalis.

Partes ministrantes.

SVpremi ventris organa præcipua sunt. 1. Cerebrum, quod est domicilium sapientiæ, instrumentumque principum facultatum & officina mirandarum actionum, quibus homo ad imaginem Dei accedit. Est autem sensorium primum siue sedes communis, à quo dependent 5. sensus exteriores, & motus voluntarius. Hinc à cerebro immediate perficiuntur tres illæ functiones, quæ à medicis principes vocantur, nimirum imaginatio, cogitatio & memoria.

Hæ functiones puræ similares non existunt, à sola temperie inchoantur & absoluuntur, sed mixtæ: Quantumuis enim ab idonea temperatura cerebri primò originem trahant, absque instrumentalis apparatus ope perfecte non exercetur. Temperatura autem illa, substantiæ primum cerebri est, vnde actio; 2. Animalium spirituum, sine quibus non; 3. Partium ministrantium, vt membranarum &c. Instrumentalis verò apparatus, omnium partium est apta compositio in magnitudine, numero, conformatione, consensu & situ. Horum vnicum si lædatur pro læsionis modo, cerebri vitiatur functio. Sic læduntur functiones cerebri, vel vitiata temperie, aut labefactatis ijs, quæ ad organi intemperiem spectant. Intemperies authore Galen. 3. de locis sunt simplices vel compositæ, sine vel cum materia, humore, vapore, flatu, item intemperies mixtæ ex contrarijs &c.

Intemperies cerebri differt secundum magis & minus.

Intemperies autem cerebri differunt non modo secundum magis aut minus, vnde magna symptomatum existit varietas, sed etiam totum cerebrum omnesque partes cerebri, impari modo afficiuntur: His ventriculi cerebri (duo anteriores, 3. In medio. 4. In postremo) vel tantum, vel omnes, vel aliqui interdum etiam vniuersa vasa afficiuntur. Præterea laborat & cerebrum vel per se, propria affectione, siue ea sit primogenia, siue secundaria: Vel ex con-

consensu partis alterius, item ex vaporibus, vel humoribus ad cerebrum ascendentibus. Sic cerebrum, pars instrumentaria, laborare potest tumore, angustia, obstructione, compressione & subsidentia ventriculorum & cauitatum, patitur etiam nonnunquam solutionem continui, vt vulnere, vlcere, contusione & concussione, &c. *Affectus cerebri.*

Hi morbi sunt causæ præcipuæ symptomatum facultatis principis, sensusque primi & sub nominibus symptomatum plerunque describuntur, ad reliquos cerebri affectus pergemus, primordiumque initij trahemus à delirio siue desipientia. *Causæ symptomatum.*

Delirium seu παραφροσύνη commune vocabulum, omnem ratiocinationis & imaginationis deprauationem complectitur; vnde omnes qui praue ratiocinantur & imaginantur in genere delirare dicuntur. *Delirium παραφροσύνη.* Est autem duplex vel cum febre, vel sine febre authore Gal. 1. Prorhet. com. 1. Alia nuda seu simplex, alia continua. Quod cum febre est, φρενῖτις est; sine febre aliud est mediocre non dissimile delirio; aliud est melancholia: aliud mania *Duplex delirium: cum febre, sine febre.* Phrenitis est delirium perpetuum vel continuum, imaginationis scilicet & ratiocinationis priuatio cum febri acutum, orta ex calida intemperie cerebri, coniuncta cum inflammatione membranarum, cerebrum contegentium. *Phrenitis. Ortus eius.*

Hic notandum quod imaginatio in phrenitide per se, raciocinatio vero per accidens deprauatur. *Imaginatio per se, ratiocinatio per accidens deprauatur.* Item inflammatio cerebri ac meningum, vel erysipelas exquisitum est vel erysipelas phlegmonodes, vel phlegmone erysipelatodes: Intemperies verò cerebri est inæqualis & æqualis: Inæqualis occupat partem tantum cerebri, aut in vna parte intensior, in altera verò remissior est. Æqualis totum occupat cerebrum. *Intẽperies cerebri Inæqualis & æqualis.* Ex hac oritur phrenitis hectica, blanda & tremula, omnium pessima, omnesque functiones in ea deprauantur: Hinc etiam phrenitis tumultuosa in qua omnes functiones non læduntur. *Phrenitis hectica & tumultuosa.*

Paraphrenitis est delirium moderatum sine ferocitate quod sæpe febres ardentes & inflammationes partium inferiorum comitatur, & ex humoribus & vaporibus calidis in caput elatis originem habet, dicitur phrenitis notha. *Paraphrenitis delirium moderatum.* Interdum etiam sine febre excitatur ob vigilias, nimiam vini potionem & similes causas, distinguitur à vera phrenitide ex inæquali respiratione, præcordiorum calore & contractione.

Me-

Melancholia. Melancholia est delirium, ratiocinationis & imaginationis deprauatio, sine febre cum timore & tristitia, absque manifesta causa, ab intemperie frigida, sicca ex humore, vel vapore melancholico, cerebrum occupante, & spirituum in cerebro substantia alterante. Melancholiæ 3. sunt species: 1. Primaria siue per essentiam hæc continua est, cum cogitationibus intentis, fit ab humore melancholico cerebrum duntaxat obsidente. 2. Ex consensu totius, quæ fit ab humore vel melancholico, redundante in toto corpore & abitu omnium venarum. 3. Melancholia hypochondriaca, quæ fit proprie à vapore melancholico ex hypochondrijs, siue quibuscunque partibus imi ventris in cerebrum sublato. D. Sennertus dicit, tot deliriorum atque melancholicorum esse imaginationes atque occurrere exempla, vt numero facile comprehendi non possint: His addunt nonnulli amorem insanum &c. Melancholiæ mania est cognata, vnde mania pro melancholia & melanch. pro mania à Galen. & Hipp. non raro sumatur: eius examinatio generalis sic existit.

3. Species melancholiæ. 1. Per essentiam. 2. Per consensum. 3. Melancholia hypochondriaca. Amor insanus.

Mania. Mania seu furor est delirium cum deprauata principum facultatum sine febri continua cum excandescentia, à feruida cerebri intemperie, cum humore calido sine tumore: Cum furore, audacia, ira iurgijs &c. Ad maniam referuntur λυκανθρωπία seu lupina insania, quo qui laborant, lupinam fere naturam moresque induunt à melancholia adusta de qua vide D. Sennertum. Cynanthropia quæ fit à bile præassata. Hydrophobia, ex morsu canis rabidi aut lupi vel alijs. His addunt nonnulli choream S. viti &c. Hinc pro causarum varietate magna etiam existit varietas deliriorum, delirantesque plurium animalium actiones imitantur, pro vt causa delirij ab hoc vel illo animali deducta est. Exhausto sanguine felis, quædam puella naturam felis induit D. vide Sennertum. Vertigo, est deprauata seu falsa conuersionis imaginatio, affecta cernendi facultate, aliquando oculis caligine offusis, vna cum læsione motus voluntarij, ex inordinato motu spiritus animalis, insignitis speciebus visibilibus, à flatulento vapore permixto spiritibus, coarctante ventriculos cerebri. Hoc symptoma Græci pluribus appellarunt nominibus, vt δῖνος, ἴλιγγος, σκοτόδινος, σκότωμα, σκοτωματικὸν πάθος. Sunt autem vertiginis aliquæ species. 1. Quæ ex proprio affectu cerebri. 2. Quæ per consensum. 3. Leuis δῖνος. 4. Grauis, quæ σκότωμα, & σκοτόδινος dicitur.

Accidentia maniæ. Λυκανθρωπία. Cynanthropia. Chorea S. viti. Mania etiā à venenis. Vertigo. Varia vertiginis nomina. Vertiginis species 4.

Incu-

Incubus est insomnium prauum siue phantasma rei grauis & suffocantis, id est vocem & respirationem intercipientis, à vapore crasso sursum ascendente, ventriculosque cerebri adimplente, & liberam spirituum ad neruos penetrationem impediente. Græcis ἐφιάλτης ab ἐφάλλεσθαι id est insiliendo; quidam & ἐπιβολὴν nominant, id est aggressionem vel inuasionem, vt qui malo hoc corripiuntur, se ab aliquo incumbente præmi somniant. Nominant etiam πνιγαλίωνα & πνιγάμοια, item πνιγμὸν ἐνύπνιον, quod hoc malo laborantes in somno suffocari videntur. Veteres in dæmones hoc malum retulerunt, & etiam vulgo in sagas hoc symptoma refertur. Nonnullis præludium putatur Epilepsiæ aut Apoplexiæ: Hæc de deprauatis functionibus facultatum principum, hinc sequuntur diminutæ & abolitæ; vt sunt ἄνοια & μώρωσις. *Incubus.* *Præludium epilepsiæ aut Apoplexiæ.*

Ἄνοια, Latinis amentia extrema fatuitas est, definitur defectus rationis, quem plerumque comitatur defectus imaginationis & memoriæ, adueniens sine læsione sensus & motus ex defectu caloris natiui residentis in substantia cerebri: causa eius proxima defectus natiui caloris residentis in substantia cerebri, qui vel est primitiuus vel positiuus: 2. Vel est defectus ab vtero, vel post ortum ab Apoplexia, peste, graui Epilepsia &c. *ἄνοια amētia.* *Causa proxima.*

Ab iisdem causis sed leuioribus oritur μωρία, diminuta functio rationis, orta à debilitate laboris natiui in cerebro, ex intemperie frigida potissimum. Memoria abolita & debilis communi nomine obliuio dicitur, proprie vero & absolute memoria deperdita, vbi nil omnino præteritorum recordantur, obliuio: Debilis vero aut diminuta memoria, vbi difficulter aut ex non longo tempore reminiscuntur, stupor tantum memoriæ, & minus absolute obliuio: Obliuio abolita aut deperdita memoriæ functio oritur à debilitate aliqua caloris natiui in cerebro ex defectu spirituum & substantiæ eiusdem, vel ex intemperie frigida, coniuncta plerunque cum siccitate aut humiditate & materia pituitosa vel melancholica: Non tamen tanta debilitate, vt cum memoria, imaginatio & recordatio lædatur. Ab eadem causa sed leuiore oritur debilis memoria. Causæ natiuum calorem debilitantes, sunt defectus spirituum, & substantiæ caloris in cerebro ab vtero, vel graui morbo cerebri, vt Apoplexia, peste, vehementi ictu, senio &c. Vel à frigida intemperie vel sola, vel cum Humiditate, *μωρία.* *Memoria abolita siue obliuio.* *Obliuio abdita aut deperdita.* *Debilis memoria.* *Causæ natiuũ calorem debilitātes.*

ditate, aut ſiccitate: cum materia pituitoſa, vel melancholica &c. Sequuntur affectiones ſoporiferæ.

Senſuũ externorũ ſymptomata.

Hic primo dicendum de vigilijs & ſomno, quæ ſenſuum internorum ſunt Symptomata. Sunt autem vigiliæ nimirum præter naturam, cum homo dormire non poteſt per aliquot dies, vel longius tempus, vel etſi dormiat, tamen nimis breui tempore dormit. Vigiliæ opponitur Somnus, qui eſt vel naturalis vel præter naturalis. Naturalis eſt vel abſolute talis, vel non abſolute talis. Abſolute naturalis eſt, qui poſt conſuetas vigilias, moderatum cibum & exercitia noctu quotidie hominem occupat, ad ſpirituum inſtaurationem. Non abſolute naturalis eſt, qui fit ob calorem, & ſpiritus ſupra modum exhauſtos ob inſignem aliquem corporis laborem, hic non rarus eſt ebrijs. Somnus præternaturalis eſt, qui à cauſa morbifica ortum habet, quique ad ſpirituum & virium reſtaurationem ſanitatiſque commodum & emolumentum nihil confert. Hunc appellant κῶμα & καταφορὰν. Κῶμα tanquam κοίμημα dicitur à κοιμᾶν quod eſt ſomno profundiore & prolixo ſopitum eſſe. καταφορὰ vero, quod vehementior & quidem præter naturam inſomnum ſit propenſio & inclinatio. Vera definitio ſic eſt: κῶμα ſeu καταφορὰ eſt nimia in ſomnum propenſio, ſeu actio ſenſus communis imminuta, qui velut torpet, neque vim ſuam in externos ſenſus diffundit, neque ab ijs oblata obiecta cognoſcit & diiudicat. Κῶμα conſtituitur duplex; ὑπνῶδες ſeu ſomnolentum & ἄγρυπνον ſeu vigil. Somnolento comate ij laborant, qui clauſis oculis profunde & nimium dormiunt. Qui autem vigili comate laborant, ij oculos quidem attollere nequeunt, ſed tamen vigilant & ſomnum in quem propenſi ſunt, capere nequeunt ob varias imagines ipſis obſeruantes, ſomnumque interturbantes. Sub hoc cataphora pigra refertur, cuius meminit Hipp. 3. Epid. à nonnullis dicitur τυφομανία.

Somnus naturalis ṗter naturalis. *Abſolute naturalis.* *Nõ abſolute naturalis.* *Somnus præternaturalis.* *Definitio.* *κῶμα conſtituitur duplex.* *Coma ſomnolentum.* *Cataphora pigra.*

Apoplexia.

Apoplexia eſt repentina priuatio omnium functionum animalium, reſpiratione ſolâ illæſâ manente, ab Anguſtia ventriculorum & Cauitatum cerebri cum debilitate expultricis eiuſdem ex craſſo humore confertim irruente; eius cauſæ apud Galenicos authores ſatis notæ ac perſpicuæ tenentur. Epilepſia, ἀπὸ τοῦ ἐπιλαμβάνεσθαι

epilepſia ἀπὸ τοῦ ἐπιλαμβάνεσθαι.

βάνεσθαι dicta est, quod subito mentem sensusque omnes quasi præhendat & intercipiat. Vulgo morbus comitialis, latinis Caducus, item sonticus, Lunaticus, veteres ἱερὸν νόσημα vocarunt, dicitur & Herculeus: Hipp. in libr. de aëre aqu. & loc. appellat. πάθος παιδίων, &c. Est autem motus conuulsiuus totius corporis, vna cum sensus & principis Functionis læsione, ortus à pituitoso Melancholico, vel maligno Humore, aut vapore ventriculos cerebri arctante, & expultricem cerebri irritante, vt sua contractione extrudat id, quod noxium est. A Galeno triplex constituitur Epilepsia: 1. Primaria ex cerebri proprio affectu. 2. Ex consensu viscerum imprimis orificij ventriculi, aliquando vteri, lienis &c. 3. Ex consensu partis alicuius in ambitu corporis: vt manus, pedis &c. Ab aura maligna ascendente in cerebrum; vel à venenata qualitate alteratis per continuationem partibus cerebrum, non tam obstruente, quam irritante, vt sese contrahat, &, quod noxium est, excutiat: huc refertur morsus venenatus, vbi nerueam substantiam venenam aggreditur. Vide de hac plurima in Thesibus nostris Marpurgi habitis & editis.

Morbus Caducus. Sonticus. Lunaticus. Herculeus.

Epilepsia triplex. 1. Ex proprio affectu cerebri. 2. Consensu viscerum. 3. Consensu partis alicuius.

Lethargus ἀπὸ τῆς λήθης ἄργυς dictus, quasi somnolenta & pigra rerum omnium obliuio: Latini veternum appellant. Est autem Lethargus inexplebilis somnus cum omnium rerum obliuione seu diminuta functione principum facultatum & febri continua, & lentâ & symptomatica: Hoc Symptomatis genus habet ortum ab humore pituitoso in cerebro putrescente: Depræhenditur verò duplex: vnus legitimus, somnus nimirum inexplebilis, à pituitoso vapore vel humore computrescente in cerebro: alius illegitimus, qui à Galeno 3. Meth: passio dicitur, secundum speciem phrenitidi contraria; vtriusque enim causa est humor putrescens in cerebro, sed materia & loco differunt: de hoc apud Authores. Carus κάρος, ἀπὸ τῆς κάρης, id est à capite, dictus, vt quasi grauitas sit, & expugnabilis dormiendi necessitas, maior etiam quam in Lethargo. Causa cari est angustia ventriculorum, quæ tribus fit modis: 1. Compressione à capitis ictu, tumore premente, vt colligit ex 42. Aph. s. 2. 2. Subsidentia vẽtriculorũ cerebri à qualitate dolorifica, vt vult Gal. li. 4. c. 2. de locis affectis: vel à magna cerebri frigidi-

Veternus.

Lethargus duplex: Legitimus. Illegitimus.

Carus.

Causa cari.

tate, qualis ijs euenit, qui per loca frigida faciunt iter, aut opium aliaque Narcotica ſumpſerunt. 3. Obſtructione, ex humore frigido obſtruente ventriculos cerebri, ſed non adhærente parietibus ventriculorum, nec ita debilitante temperiem cerebri, vt in Apoplexia, vel à vapore craſſo, à toto corpore, ventriculo, hypochondriis &c. quod accidit in rigore febrium. Huc referri poterit obſtructio aut interceptio carotidum.

3. Obſtructione.

Interceptio carotidum.

Catalepſis.

Ambiguum vocabulum.

Catalepſis κατάληψις vel κατοχὴ ſeu κάτοχος: notandum hic eſt vocem κατόχου non eodem modo ab omnibus vſurpari, interdum enim pro comate vigilante, & alijs ſimilibus affectionibus, item ab Hippr. pro Aphonia ſc. pro Apoplexia, alijſque affectibus, in quibus ſubito vocis, ſenſus vt motus priuatio; frequentius & vulgarius κάτοχος pro καταλήψει accipitur. Dicitur autem κάτοχος à κατέχεσθαι, id eſt detineri & occupari, & κατάληψις à καταλαμβάνεσθαι id eſt prehendi, vt qui hoc malo corripiuntur, in eodem ſtatu, quo erant, permanent. Authore Galeno comm. in 3. Aphor. ſect. 2. idem proprie eſt Catalepſis & Catochos, ac vtroque vocabulo eadem affectio denotatur, nimirum latinis detentio, occupatio & congelatio, quod laborantes eo Corporis habitu permaneant, quo correpti primum erant, ſtatuamque referunt.

κάτοχος. κατάληψις. κάτοχος à κατέχεσθαι. κατάληψις à καταλαμβάνεσθαι.

Definitio.

Eſt autem κατοχὴ ſeu κατάληψις principium functionum, cum tactus & voluntarij motus abolitione diminutio; vel ſubita prehenſio & occupatio tum mentis, tũ corporis qua qui corripiuntur, ſenſu præſertim Tactus, motuq; voluntarij deſtituti, rigidi in eodem, quo prehenſi fuerunt, ſitu & ſtatu corporis manent & immotis oculis; vnde & hoc malum à nonnullis congelatio vti ſupra, dicitur. Galenus recenſet quod aliquando ſuo diſcipulo hoc acciderit 2. Prorrhet. t. 56. Duas Hiſtorias habet Fernel. de part. morb. & ſympt. l. 5. cap. 2. Oritur plerumque ab intemperie frigida ſicca, ſed proprie ex materia Humore aut vapore cerebri poſteriora obſtruente & tendente, ſpirituſque congelante.

Cauſa.

Paralyſis παράλυσις, à παραλύεσθαι id eſt reſolui dicta, quod virtus neru & Muſculi in quem neruus inſeritur ita reſoluitur vt ad motum προαιρετικὸν exercendum fiat ineptus. Eſt autem motus voluntarij abolitio ſeu vt Gal. 3. de loc. aff. cap. vlti. deſcribit, τῆς κινήσεως ἀπώλεια. Cauſa immediata eſt omne quod influxum animalis ſpiritus, per neruos in muſculos prohibet; prohibetur affecto vel cerebro vel

παράλυσις à παραλύεσθαι.

Motus voluntarij abolitio.

vel ſpinali medulla, vnde nerui motorij, vel ipſis neruis, qui in muſculos diſtribuuntur. Imminutio motus voluntarij dicitur Laſſitudo: fit enim motus debilis in laſſitudine. *Imminutio motus volũtarij.*

Tremor Græcis τρόμ☉ eſt deprauatio motus voluntarij, in qua pars libere moueri non poteſt, ſed aliter mouetur, quam naturaliter debebat moueri, nunc ſcilicet eleuatur, nunc deprimitur. Hinc perpetua quaſi pugna exiſtit, inter naturam & alterum motum membri, qui fit ab eius pondere: natura nimirum non permittit membrum continuo verſus inferiora vergere: contra membri pondus & grauitas illud iterum deprimit, facultatemque imbecillem vincit. Cauſa tremoris eſt debilitas facultatis neruorum, quæ duplici modo oritur, nimirum virium exſolutione & oppreſſione. Exoluuntur autem vires immodicis euacuationibus alui, ſudoris, ſanguinis & ſimilium, intempeſtiua venere, longo morbo, immodico gaudio, &c. Quæ ſpiritus confertim euacuant. Huc adduntur, quæ calorem nationum extinguunt, neruoſque debilitant, vt frigida intemperies, vapor hydrargyri &c. Oppreſſio vero oritur plerumque à craſſis humoribus leuiter obſtruentibus neruos, aliquando à copia humorum in venis, à crapula, frigida potione, &c. Item à timore, verecundia & ſimilibus quibus calor natiuus ad interiora confertim reuocatur. *Tremor τρόμ☉.* *Cauſa Tremoris dupliciter oritur.* *Oppreſſio.*

σπασμὸς conuulſio, Celſo diſtenſio neruorum, motus nimirum membrorum deprauatus, quo nerui muſculique verſus ſuam originem, præter voluntatem contrahuntur atque ita pars ſimul, quam in Muſculi tendo inſeritur, violenter tenditur. Diuiditur autem in conuulſionem legitimam & illegitimam: Legitima fit & oritur ob breuitatem neruoſarum partium ex inanitione & repletione: Cauſæ conuulſionis ex repletione duæ ſunt apud Gale. lib. de Tremor. cap. vlt eſt autem conuulſio multiplex alia vniuerſalis alia particularis: vniuerſalis eſt Apoplexia, particularis vulgo gramphus: hinc alia conuulſio occupat totum corpus, alia partem vnam vel plures. Si totum corpus afficitur, tres conuulſionis ſpecies ſtatuuntur 1. Eſt ἐμπροσθότονος, quando non ſolum ceruix, ſed & reliquum corpus in anteriora corpora conuellitur, vt æger ſeſe erigere nequeat. 2. Eſt ὀπισθότονος cum Corpus in poſteriora reuellitur 3. eſt τέτανος hoc eſt diſtenſio neruorum, qua ceruix & reliquum corpus rigidum eſt, vt in neutram partem inclinari poſſit. Conuulſiones quæ partes priuatas occupant variæ ſunt, & in nonnullis peculiaria nomina habent. *σπασμὸς cõuulſio.* *Conuulſio duplex: Legitima & illegitima.* *Legitima cõuulſio ex inanitione & repletione.* *Cõuulſio vniuerſalis, particularis* *Conuulſio alia totius alia partis.* *Cõuulſionis ſpecies 3.*

Hinc conuulſio muſculorum oculi, qui oculos ad latera mouent στραβισμὸς ſeu ſtrabiſmus dicitur. Conuulſio muſculorum oris, videlicet contracto lato muſculo ab vna parte conuulſio canina appellatur: Si ab vtraque parte riſus Sardonicus dicitur: Muſculorum mandibularum conuulſio τετανὸς eſt: Conuulſio muſculorum penis σατυρίασις dicitur. In cæteris partibus conuulſiones particularia nomina vix habent. Catharrus proprie eſt defluxus præter naturam humoris excrementitij, à capite ad ſubiectas partes, geniti ob læſionem concoctionis cerebri, vitio eiuſdem alteratricis vel alimenti. Veluti itaque in omni fluxu, ita & in Catharro 4. Conſiderantur, 1. Quod defluit, 2. Terminus à quo, 3. Terminus ad quem decumbit, 4. Via per quam: Quod defluit eſt humor Excrementitius ſiue excrementum cerebri præter naturæ modum redundans.

στραβισμὸς. Conuulſio Canina. Spaſmus Cynicus. Riſus Sardonicus. τετανὸς. σατυρίασις. Catarrhus. 4. In fluxu cõſiderãtur.

Cauſa præcipua redundantiæ excrementorum in capite, eſt fruſtratio facultatis concoctricis, vitio vel alteratricis cerebri, vel alimenti: Læditur vis alteratrix, quia in ſua ſubſtantia debilitatur ex intemperie cerebri, præcipue, frigida Humida, rarius calida aut ſicca & tantum cum materia, vel quia impeditur morbo aliquo organico cerebri, aut communi. Vitia alimenti ſiue Humorum aſcendentium in caput ſunt nimia copia, & aliena qualitas. Defluit autem Humor coaceruatus in capite ſua tenuitate & copia irritata expultrice, plerumque ab externis cauſis, vt nimio frigore, aut calore, crapula &c. Vnde qualis paſſio eſt Diarrhæa ex mala concoctione ventris, talis catharrus ex mala concoctione cerebri. Terminus à quo defluit humor & locus, vbi primo coaceruatur, eſt aut intra Cranium maxime in ipſis ventriculis cerebri, aut extra potiſſimum ſub cute verticis, quo venarum in caput irrepentium extrema deſinunt, hunc demonſtrat tumor mollis, dolorque externus, qui contactu aut inuerſis pilis exacuitur. Via per quam & ad quem Fernelio duplex eſt, at ipſa deſtillatio duplex quoque vna interna, altera externa. Pro natura partium ad quas decumbit Humor, varios efficit morbos, vnde etiam dicitur multarum ægritudinum cauſa Catharrus ſeu deſtillatio: ſi enim materia defluat ad nares, fiunt vlcera, caiuſmodi ſunt ozæna, polypus coriza: in fauces ſi delabatur, Branchus ſeu Raucedo aſperitas & aſquinanthia oritur: ſi ad initium neruorum, paralyſin & tremorem concitat: Si in

Cauſa redũdantiæ excrementorũ in cerebro. Humorũ in caput aſcendentiũ differentia. Terminus à quo defluit humor & locus. Catharrus mater multorum morborum.

in ſenſuum organa, vel aures cœcitatem, ſurditatem, Apoſtema, dolorem fortem: ſi ad oculos, epiphoram catharralem facit hinc lachrymæ, prurigo, caligo, rubor &c. Si ad maxillas, dolorem dentium: ſi ad vuulam Tumorem & Apoſtema: ſi ad linguam inflammationem & paralyſin: Si ad pulmones vel pectus Tuſſim Aſthma, peripneumoniam, ſputum ſanguinis &c. Si ad ventriculum vel ſtomachum: vomitum ac faſtidium: ſi ad inteſtina fluxum ventris & Diarrhæam: Si ad Scapulas, brachia, articulos ac iuncturas, arthritis, omniſque ſpecies guttæ inſequitur &c. Hac ratione catharrus eſt mater multorum morborum: ſequitur c.17. de affectibus oculorum.

CAPVT XVII.

De Vitiis Oculorum.

2. Organum ventriculi ſupremi.

SEcundum organum ſupremi ventris ſunt meninges, quæ cerebrum ambiunt, vulgo appellantur matres, Dura & Pia: Quemadmodum videlicet mater infantem, ita hæc Cerebrum leniter amplectuntur & fouent. Pia mater eſt interior membrana tenuis proxime cerebrum vndequaque involuens, & plicaturis omnibus adhærens, eique ſe inſinuans. Dura mater eſt exterior & craſſa membrana caluariam intus proxime ſuccingens. *Pia mater.* *Dura mater.*

3. Organum *Tunicæ oculi ſex.*

Tertium Organum ſupremi ventris ſunt oculi in quorum ſtructura & tunicæ & Humores ſunt obſeruandi: Tunicæ oculi numerantur ſex 1. ἐπιφεφυνὴς id eſt nata ſeu coniuncta. 2. κερατοειδὴς id eſt Cornea, item alba. 3. ῥαγοειδὴς, vuea. 4. σκλεφαροειδὴς, id eſt Ciliaris palpebra 5. ἀρατοειδὴς id eſt aranearum telis ſimilis. 6. ἀμφιβληστροειδὴς id eſt reticularis. Humores ſunt tres, Aqueus, vitreus & Cryſtallinus, in quo immediate fit viſio, beneficio ſpiritus viſiui ſeu animalis. *Humores tres.* *Aqueus.* *Vitreus.* *Cryſtallin⁹.*

Affectus videndi ſenſum lædens, vel eſt in cerebro, aut in Neruis opticis, vel in Humore Cryſtallino primo viſus inſtrumento, vel in aliqua partium miniſtrantium, vt in cæteris Humoribus, Tunicis &c. quibus adduntur morbi toti oculo communes.

Neruorum opticorũ affectus.

Neruorum opticorum morbi ſunt valida intemperies, ſolutio continui, & Anguſtia, vt obſtructio, cõpreſſio, ſubſidentia, diſſolutio

incru-

Cæcitas. incruciationis, cæcitas, ἀμαύρωσις etiam βλυωπία. Affectus spiritus animalis sunt μυωπία & νυκτάλωπία: Morbi Humoris crystallini sunt, γλαύκωμα & hallucinatio visus, Item solutio continui: Morbi partium administrantium ijdem sunt, qui corneæ; albuginei Humoris vitia sunt Augmentum & diminutio, crassities & coloris mutatio, *Suffusio vera ac notha.* hinc suffusio vera ac notha, ex qua species γλαύκωμα oritur, ac παράφραξις.

Pupillæ affectus sunt μυδρίασις, & Angustia: vitia Tunicæ Rhagoidis potissimum sunt vlcus, vulnus & disruptio; hinc vueæ procidentia & Tensio. Corneæ affectus proprij sunt 1. Intemperies nudæ ac cum materia 2. Pustulæ & Tubercula, quæ varia sunt: aliæ à sanguine vt ἐξανθήματα, variolæ &c. aliæ à sanguine Bilioso vt φλύκταιναι, quædam ab Humore aqueo vt ὑδράκια &c. Deinde in oculo *Cancer.* à melancholico Humore adusto oritur Cancer & carbunculus. 3. Vlcera corneæ, quorum variæ differentiæ, alia enim exulceratio dicitur superficiaria, alia caua; ex superficiarijs alia caligo dicitur, alia Nebula hinc ὀπίκαυμα & ἔγκαυμα. Vlcera caua 1. Dicitur βόθριον 2. κοίλωμα 3. ἄργεμον 4. ἐπίκαυμα, sub quo & ἐπίκαυμα & ἔγκαυμα Aetij continetur. Ex vlcere corneæ oritur ὑπόπυον à similitudine ὄνυξ: *Ruptura corneæ 4. species.* rupturæ corneæ 4. species 1. μυοκέφαλον. 2. σαφύλωμα. 4. μῆλον. 5. ἧλος à curatione vlceris aut vulneris corneæ, cicatrices oriuntur quorum aliæ nebulæ, aliæ λευκώματα appellantur. Adnatæ tunicæ morbi sunt πτερύγιον, & ὀφθαλμία: sub ὀφθαλμία continetur τάραξις, ξηροφθαλμία & χύμωσις.

Morbi totius oculi. Morbi totius oculi sunt ἐκπιεσμός, strabismus ἀτροφία, σύγχυσις & ἐπίφορα. *Morbi Angulorum.* Morbi Angulorum sunt 1. ῥυάς 2. ἐγκανθίς 3. αἰγίλωψ & αἰγίλωψ. *Morbi palpebrarum.* Morbi palpebrarum sunt 1. τράχωμα sub qua continetur σύκωσις & τύλωσις, nonnulli etiam huc referunt scabiem palpebrarum pruriginosarum: 2. ἐμφύσημα, qui duplex χαλάζιον & χαλάζιον. 3. σύμφυσις, Item ἐκτρόπιον, Huc etiam referuntur μαδάρωσις, & δυστριχίασις: Hactenus de oculis, de quibus apud authores latius.

CAPVT

CAPVT XVIII.

De Aurium Affectibus.

4. ORganum, ſunt aures, in quibus occurrunt oſſicula quædam præcipua, nempe malleus & incus ab vſu ſic dicta, Siculus quidam Medicus tertium addit, quod ſtapidem appellat. Affectus horum varij ſunt; ſunt enim inſtrumenta Auditus, qui multifariam læditur; accidunt vero huic inprimis ſurditas, quæ oritur primum læſa facultate vitio cerebri, vel nerui quinque paris, & peculiariter extremitatis auris, vbi neruus ille dilatatur 2. Defectu aut impuritate aëris congeniti, qui ſonos repræſentat. 3. Fit obturatione ſiue Anguſtia meatus interni vel externi 4. A nimia craſſitie & denſitate Tympani, Inflammatione aut Tumore præter naturam. 5. Diſlocatione, malaque conformatione trium oſculorum Auditus ex affluxu Humoris, aut inflammatione, ſolutione continui, vt vlcere vulnere, contuſione &c. παρήκουσις, obauditio oritur ex commotione aëris congeniti præter naturam, huius cauſa præcipua eſt, vapor aut ſpiritus flatulentus aërem congenitum mouens, Hic vapor aut ſpiritus interdum ab ipſis auribus, aut capite, aliquando ab inferioribus partibus, vel ex ambitu totius corporis, etiam ex arterijs propter commotionem Humorum in vaſis, vel à parte aliqua, vt ventriculo, Liene, iecore, primis venis, Hypochondriacis, ab vtero in Hyſtericis &c. Ob auditionem etiam excitant corporis capitiſq; repletio & agitatio, Ictus aut percuſſio temporũ, parotis ſiue inflammatio poſt aures, vlcus auris male curatum &c. Hinc ex tenui vapore, minuſque copioſo exiliter labente, ſibilus. Ex motu ſpirituum interrupto vltro citroque impulſo, Tinnitus: ex craſſo flatu plenius erumpente, Sonitus: Ex craſſiore validius impulſo, ſtrepitus: ex magis adhuc craſſo fluctuatio in auribus percipitur. ὠταλγία Dolor auris, qui oritur ab intemperie, aut continui ſolutione, partium neruoſarum auris, intemperies raro ſine affluxu materiæ eſt, niſi frigida, nonnunquam à calida intemperie, ſed cum materia præcipue ſanguine acri & bilioſo.

4. organum oſsicula auris malleus Incus & ſtapes.

Surditas oritur 5 modis. 1 2. 3. 4. 5.

παρήκουσις obauditio.

Cauſæ multæ obauditionis.

Sibilus. Tinnitus. Sonitus. ſtrepitus.

ὠταλγία dolor auris.

CAPVT XIX.

De Narium Affectibus.

5. Organum ἠθμοειδὲς ἢ σπογγοειδὴς

QVintum organum sunt Nares, in quibus est Os, Græcis ἠθμοειδὲς ἢ σπογγοειδὲς, multa exilia foramina habens, quæ sunt meatus aëris & odoris.

Læsio olfactus.

Verum etiam Olfactus organum non sunt carunculæ mammillares, sed duo processus anteriorum ventriculorum cerebri, qui neruorum fere figuram habent Ossi ἠθμοειδεῖ incumbentes. Læsio olfactus, vel oritur à morbis cerebri, vel primi instrumenti, nimirum processuum ab anteriore cerebri parte prope meatus ossium colatoriorum desinentium: vel partium inseruientium: Item ab inflammatione, abscessu aut vlcere purulento circa anteriores cerebri ventriculos, à quo fœtidus halitus semper expirat.

Vlcus nariũ

Vlcus narium oritur ab inflammatione, vel ab erosione ex acrimonia Humorum præterlabentium, quod in Lue venerea sæpe accidit, interdum ab externis causis, vt vulnere, contusione, vlcus si sordescat putridum, & grauеolens fiat Ozæna appellatur:

Ozæna. *ὑπερσάρκωμα.* *Polypus.* *Deprauatus olfactus.*

vlceribus recentis neglectis Caro sæpe excrescit ὑπερσάρκωμα, quæ si in longitudinem tantum excreuerit, vt è naribus aut foraminibus palati prolabatur à varietate coloris Polypus vocatur, qui in cancrum abire solet. Deprauatus Olfactus, ab vlcere putrido à prauis & corruptis succis in naribus prauum odorem exhalantibus, & suo halitu instrumentum odoratus ita lædentibus, oritur, vnde externos odores non rite percipiat, sed sub alia specie: Hæc sufficiant dixisse de organorum præcipuorum in corpore humano morbis ac differentijs, paucis nos accingemus, ad morborum signa, sequitur caput 20.

CAPVT XX.

De Morborum Signis.

Definitio.

SIgnum est Iudicium sensile, quod in morbi ignoti & latentis cognitionem nos deducit; hoc pro varia consideratione varie differt: sunt:

ſunt enim alia 1. Diagnoſtica, Prognoſtica & Anamneſtica: Diagnoſtica ſunt ſigna demonſtrantia præſentem conſtitutionem, ſiue ſecundum naturam, ſiue præter naturam. Prognoſtica ſunt ſigna futura prænunciantia. Anamneſtica ſunt ſigna, quæ præteritum ſtatum in memoriam reuocant. 2. Signa alia ſunt propria, alia communia: propria ſunt, quæ vni aut ſoli affectui conueniunt. Communia, quæ in pluribus & diuerſis affectibus inueniuntur. 3. Signa ſunt Pathognonomica, συνεδρεύοντα, Epigenomena & Epiphænomena: Pathognonomica ſigna ſunt, quæ morbi eſſentiam conſequuntur, & cum eo neceſſario cohærent, eaque denotant morbi ſpeciem, differentiam vel magnitudinem.

1. alia ſigna diagnoſtica. Anamneſtica. 2. alia Propria & communia. 3. alia Pathognonomica.

Συνεδρεύοντα dicuntur, quæ à morbo inſeparabilia non ſunt, neque eius eſſentiæ neceſſario cohærent, neque ſemper cohærent, ſed interdum præter Pathognonomica mox à principio apparent, interdũ poſtea ſuccedunt, quandoque etiam nullo morbi tempore adſunt.

συνεδρεύοντα.

Epigenomena, quæ non perpetuo, morbis ſe conſociant, ſed tamen morem etiam morbi denotant, vt Epiphænomena: Hæc fere ſemper nihil boni ſignificant, namque ἐπιγένεσις auget malum ægrorum. Hæc tamen differt à Metaptoſi, quæ fit, cum Humor relicto priore foco in aliam partem deuehitur, & geminis modis ſuſcitatur, vel per διαδοχὴν, vel μετάστασιν: διαδοχὴν, quæ fit bonis ægri rebus cum materia morbifica excluditur vel à parte nobili ad ignobilem, ſuperiori ad inferiorem, interiori ad exteriorẽ, vel procul a morbi foco. Per μετάστασιν, quæ ex aduerſo non ſine periculo euenit.

Epigenomena. διαδοχή. μετάστασις.

Epiphœnomena ſigna, hæc maxime morem morbi loquuntur, apparent autẽ hæc triplici idea & facultate 1. Vel ad coctionem ſeu cruditatem, quæ denunciant morbi breuitatem vel longitudinẽ. 2. Vel ad ſalutem & mortem, 3 ad futuræ Criſis Tempus ſiue ſpeciem.

Signa Epiphænomena 1. 2.3.

Hæc in genere dicta ſunt de ſignis, ſequuntur partis affectæ ſigna. Gal. 1. & 2. de loc. affect. ad 5. capita reduxit. Dignoſcitur autem pars affecta 1. Ab actione læſa 2. Ab excretis 3. à ſitu 4. doloris proprietate 5. à proprijs accidentibus, quibus additur conſenſus partium. Primo actio læſa eſt partis ſimilaris vel inſtrumentalis: ſimilaris actio læditur læſo temperamento: Organica, vitiata inſtrumenti ſtructura, vel parte ſimilari principali, à qua fit actio, vel ſimilaribus ei commodantibus. Item partibus annexis. Hic clarius notandum eſt, non ſemper vna actione læſa, vna pars peculiaris afficitur, ſed ſæpe plures

Signa partis affectæ. 1. ab actione læſa. 2. ab excretis. 3. à ſitu. 4. à doloris proprietate. 5. à proprijs accidentibus.

 & di-

Functiones vitales ex pulsu, naturales ex concoctione dignoscuntur.

& diuersæ, vt in voce & respiratione læsa apparet: neque pluribus actionibus læsis statim plures læduntur partes, vt in tactu & motu abolitu: in his subtilissime coniecturari licebit, videlicet functiones vitales ex pulsu dignosci, naturales ex concoctione & cruditate, animales vero ex sensu & motu. Si actionem læsæ, partemque affectam cognoueris, ad modum actionis, num abolita, debilis aut deprauata sit accedendum: Item an pars proprio affectu, vel per consensum laboret percurrendum caute dico. Secundo ab Excrementis: in quibus consideratur vel ipsa substantia magnitudo & modus.

Substantia tripliciter cõsiderãtur excremẽta.
1. De essentia particulæ soluta à membris.
2. à rebus naturalibus.
3. Ex rebus præter naturam.

Substantia tripliciter considerantur excrementa 1. Vel de essentia particulæ solutæ à membris 2. Vel ex rebus naturalibus contentis in partibus, vt sunt feces in intestinis, vrina in Vesica &c. 3. Ex rebus præter naturam contentis, siue quæ morbificas dispositiones consequuntur, vt sunt calculi in Renibus, vesica, lumbrici in aluo. Sub substantia continetur excreti qualitas, deinde ex rebus naturaliter contentis notatur, num per vulnus vrina exeat, num stercus intestinum, aut cibus ventriculum vulneratum ostendendo referat; ex rebus præter naturam contentis consideratur num cum vrina lapis excernatur, vel alui deiectio demonstret Lumbricos &c. Ex magnitudine etiam obseruabitur, num cum torminibus vel sine torminibus reddantur: Exempli gratia si cum torminibus eiiciatur crassa Tunica, vlcus in crassis intestinis significat: Si tenuis in tenuibus: Si sine torminibus deiiciantur ad formam loturæ carnis recenter mactatæ, iecur affectum esse, vbi cum vrina excernuntur frusta carunculis similia renes affectos esse, vbi lamularum speciem vesicam affectam demonstrant ac referunt.

Iudicium à modo excernendi.

A modo excernendi obseruandum, si sanguis saliendo exierit arteriam indicat esse læsam, sin vero aliter, venam. His adduntur quæ peculiariter alicui parti adnascuntur, item ordo ac tempus excretionis.

A situ.

Tertio à situ: situs affectam partem sufficienter demonstrat, vel adiunctis alijs signis, scilicet dolore, excretis & proprijs accidentibus vel sine his ex duritie, tumore & tensione partis.

Ex doloris proprietate.
Definitio.

Quarto ex doloris proprietate dignotio sumitur partis affectæ: Dolor est tristis sensatio partium sensibilium, à subita mutatione, distinctio necessaria doloris sumi debet, vel à subiecto, vel à causa efficiente, vel ab vtroque. Subiectum est pars sensu exquisito, vel mi-

nus

nus exquiſito prædita, in ſuperficie vel profundo Corporis. Cauſa doloris eſt intemperies ſubito alterans, & humor, vapor & ſimilia, quatenus continuum ſoluunt: quorum ſingula in ſubiecto pro ſua qualitate, quantitate, motu & quiete varias dolorum ſpecies excitant: neceſſarium putatur quaſdam in ſpecie huc referre de variis inter ſe inuicem dolorum differentijs. Sic dolor alius dicitur mordens, Mordicans, Exaſperans ſiue tendens: Mordens fit ab Intemperie calida cum ſenſu caloris: Mordicans ab intemperie frigida cum ſenſu frigoris, parte reſiſtente: Exaſperans ſiue tendens fit ab intemperie ſicca. Deinde dolor materia pro ſua quantitate & qualitate agit: Hinc dolor alius Mordax & ſtimulans qui fit à materia mordaci & acri: Dolor vlceroſus, à materia mordaci tenui immota: Dolor pruriginoſus à materiâ tenui immotâ ſalſâ: Dolor Punctorius, à re acuta fixa & penetrante: Dolor fixus à materia quieſcente: Dolor errans & turgidus à motu, vnde celeriter in vicinas abit partes: Dolor diſtendens, à materiæ copia partem diſtendente: Dolor grauans qui partem deprimit pondereque incumbit: Dolor magis acutus, ratione ſubiecti in partibus neruoſis & exquiſiti ſenſus: Dolor ſtupidus in minus ſenſibilibus: Dolor punctorius vel uti ſupra in membranis, qualis in phreniſi & pleuritide: Dolor pulſatorius in Arterijs quatenus afficiuntur vel inflammatione tendantur: Dolor extenſiuus ſtupidus, ex venarum repletione: Dolor conuulſiuus, in Neruis & tendinibus: Carnis dolor laxatiuus & diuulſiuus eſt: Dolor grauans obtuſus, viſceribus minus exquiſiti ſenſus eſt: Dolor confundens & profundus perioſtio accidit: Dolor ſublimis, partibus in ſuperficie ſitis communis: Dolor vero profundus in alio poſitis conuenit &c.

Cauſa doloris. *Dolor morbeus.* *Mordicans.* *Exaſperans.* *Dolor Mordax ac ſtimulans.* *Dolor punctorius.* *Fixus, errãs* *Diſtendens,* *Acutus, ſtupidus, pulſatorius.* *Extenſ. ſtupidus.* *Cõuulſiuus* *Diuulſiuus,* *&c.*

Quinto ex proprijs accidentibus: veluti ſupra dictum eſt, Hepatis debilitationem denotat, deiectio ſimilis loturæ carnium animalis recenter mactati: obſtructionem iecoris aut veſicæ fellis, citrinus color totius corporis: Lienis obſtructionem, color niger: inflammationem pulmonis, maxillæ rubræ, &c. Verum non vnius ſed plurium aut omnium Symptomatum ratio habenda venit, vt in pleuritide 1. de loc. Galenus fecit.

Ex proprijs accidentib.

Signa ex conſenſu partium mihi parum imo multum conducunt, ad locorum affectorum notitiam: Sic læſis meningibus, biliosi ſubſequuntur vomitus; & læſo ventriculo ex conſenſu cerebri

Signa ex cõſenſu.

Signa min⁹ principalia. deliria, vertigines & similia ortum suum trahunt. His adduntur signa minus principalia, quæ coniecturam tantum confirmant, sumpta à sexu, ætate, parentum constitutione, consuetudine, iuuantibus, lædentibus & similibus. *Signa sumpta à similitudine.* A nonnullis adduntur signa sumpta à similitudine & proportione, veluti si Homine mortuo dissecto noueris quænam fuerit sedes affecta; colligere licet, vbi consistat affectus in alijs, qui simili morbo laborant &c.

De signis morborũ 1. ab excretis. Hæc de signis partis Affectæ constat: Morborum signa eodem à Galeno 1. de loc. affect. cap 5. ad 4. genera reducantur: 1. Ab excretis vt iam ante dictum, nam ramentum excretum, vlceris est signum, Lapidis signum vrina sabulosa, Latorum vermium signum, deiectio alui similis seminibus cucurbitæ: Lienteria cibi non mutati, Diabetis nota est, potus non mutati mictus &c.

2. A natura loci. 2. A natura loci, inde quibusdam partibus morbi sunt proprij, aut certe non alieni, alij alienissimi. Sic suffusio solis oculis competit: Lumbrici præcipue in aluo generantur: contra cor abscessum non patitur: pulmo & partes expertes sensus non proprie dolent. Sub natura partis consideratur actio propria, situs & consensus: Actio læsa proprie partem affectam demonstrat, modus vero læsionis, vt dictum, aliquando morbum aliquando morbi caussam denotat.

3. Ex doloris proprietate. 3. Ex doloris proprietate sumuntur signa affectuum & caussarum, vt ex dictis constat: sic ex dolore pulsatorio, inflammatio partis carnosæ, ex pungente dolore, inflammatio membranarum ex tensiuo vero plenitudo dignoscuntur vt dictum.

4. Ex morbi accidẽtibus. 4. Ex morbis accidentibus proprijs dignoscuntur, vt febris ardens ex lingua nigricante cum ingenti calore, Tabes ex vnguibus aduncis cum sputo purulento graueolenti, Item phlegmonis suppuratio ex horrore intempestiuo cum febre &c. Sub proprijs *De tẽporib. morborum.* accidentibus comprehenduntur morborum tempora duplicia vniuersalia & particularia: vniuersalia dicuntur respectu totius morbi, & sunt illa, quibus totius morbi decursus includitur & com- *Morborum tẽpora vniuersalia & particularia.* prehenditur. Particularia tempora dicuntur, quæ vnius paroxysmi & particularis accessionis periodo circumscribuntur. Tempora vniuersalia Galenus 4. Constituit 1. ἀρχὴν initium: αὔξησιν augmentum vel incrementum: 3. ἀκμὴν vigorem seu sta-

tum

tum: 4. παρακμὴν declinationem. Principium morbi tribus modis accipitur vt docet Galenus libr. 1. de crif. cap. 13. 2. Aphor. 12. Vel enim principium dicitur de primo morbi infultu, qui simplex est, & latitudine caret, cum scilicet læsis actionibus, & mutato corporis statu à morbo se inuadi Homo percipit: hoc significatum ἄτεχνον est, huius consideratio parum ad curationem facit. 2. De primis tribus diebus, seu eo morbi tempore, quod ad tertium vsque diem extenditur, nonnulli antiqui medici principium accipiebant: 3. Significatio medicis propria, in qua principium accipitur pro totius morbi parte prima, quando scilicet totus morbus in principium, augmentum, statum, & declinationem diuiditur, aliquamque latitudinem, sæpe etiam amplum habet, & interdum per plures dies extenditur.

Principium morbi triplex.

ἄτεχνον.

2. Incrementum quod Medici αὔξησιν, & ἐπίδοσιν, & ἀνάβασιν nominant, est, quando symptomata ingrauescunt, & vires sumunt, & signa coctionis manifeste apparere incipiunt in morbis salutaribus, vel quando apparent contraria coctioni in morbis, qui sunt lethales.

Incrementum morbi αὔξησις.

3. Status seu vigor est, quando pugna maxima est inter morbum & naturam, vbi & symptomata omnia fiunt vehementissima, & aliquandiu in eodem statu consistunt ac vigent; vnde & nomen obtinuit.

Status seu vigor morbi.

4. Declinatio est, qua mitescere morbus à natura victus incipit; vnde nonnulli non solum tum declinationem esse volunt, quando post vigorem morbus imminuitur, sed etiam cum morbus in principio, & quasi in prima herba, antequam ad summum vigorem perueniat, remittit.

Declinatio morbi.

Particularia morborum tempora spectantur in iis morbis, qui periodos certos & sua interualla, rursumque paroxismos & accessiones habent, possuntque particularia tempora cum quolibet vniuersali incidere.

Particularia morborũ tempora.

Hic & notandum, quod quædam signa morborum tantum sunt signa, vt Symptomata consequentia morbos: Quædam signa simul & causæ, quæ morbos procedunt ac produ cunt,

Differentiæ signorum morborum.

Delectus signorum. *Syndrome signorum.* *Signa etiã medicos fallunt.*

cunt. Horum omnium signorum eadem ratio non est, nam aliquando vnum signum pathognomonicum sufficit vt in Apoplexia, repentina priuatio motus & sensus: plerumque plurium signorum concursus requiritur, veluti concurrunt in pleuritide. Item signa aliquando mutuo sibi sunt contraria aut minus manifesta; aliquando morbos eorumque symptomata ita similia, vt nisi à medico exercitatissimo, facile discerni nequeant, veluti in Colica & Nephritide accidit. Paucis ad speciem morbi accedere placet idq; breuissime, exordium itaque ab intemperiebus.

Signa propria morbi Calidi. Signa propria morbi calidi 1. sunt causæ progressæ corpus calefacientes, aëris ambientis intensa caliditas, alimenta ac medicamenta calida, motus importuni, vigiliæ, iræ, Affluxus biliosi Humoris &c. 2. Effecta vt sensus caliditatis, rubor in parte affecta, sensus mordicans. 3. Si viscera affecta sint, pulsus magis veloces, vrina ruffa, sitis, inappetentia ciborum, imitationes sensuum &c.

Signa propria morbi frigidi. Frigidæ intemperiei opposita sunt inditia, nimirum pars sentitur frigida, est pallida, parui pulsus, & tardi, vrinæ albæ, concoctiones debiles, stupor mentis ac sensus, sitis nulla &c.

Signa Humidæ intemperiei. Humidam intemperiem demonstrant causæ præcedentes Humectantes, corporis nimia mollities, laxitas, somnolentia, functiones languent, sensuum hebitatio, dolor inexpers sensus, nulla sitis, pulsus mollis, excrementa pauca.

Signa siccæ intẽperiei. Intemperiem siccam causant causæ prægressæ exsiccantes, pars affecta squallida dura contracta, pulsus duri, dolor asper mentis sensuumque acrimonia & irritatio, sitis, vigiliæ, excrementa pauca &c.

Signa ꝑpria morborum organicorũ. Veluti temperies sic morbos compositionis demonstrant causæ progressę, deinde effecta & symptomata, quæ simpliciter signa sunt non causæ, & variant pro varietate partis affectæ.

Signa apertionis & angustiæ meatuum. Causæ cuiusque morbi in specie, in præcedentibus patebit capitibus, vbi secundum modum Anatomicum in examinandis Organis principalioribus procedimus. In genere effecta signaque nimiæ apertionis meatuum ac vasorum, sunt retentrix debilitata, & expultrix proritata, ac contentorum præter naturam euacuatio. Angustiæ vasorum contraria signa aut symptomata sunt. Superficiei asperitatem demonstrant, sensus inæqualitatis in parte affecta, & quæ

quæ per eam expelli solent, si diutius retinentur, aut cum difficultate expelluntur. Leuitatis superficiei contraria signa sunt. Figura vitiata partis externæ sensibus patet, internæ vt vteri &c. recordatione causarum præteritarum, & ex actione læsa partis male figuratæ, & mutatione naturalis figuræ cutis in eo loco vbi sita est. Morbus in magnitudine aucta partis externæ visu tactuque dignoscitur: Internæ ex dolore grauante, aut distendente situ tumoris sub cute mollis aut duri cum calore, frigore, coloris mutatione iuxta naturam materiæ magnitudinem augentis.

Signa figuræ vitiatæ.

Signa morborum in magnitudine.

Morbus in numero aucto vel diminuto partium externarum sensibus est euidens. Morbus in situ, ex partis internæ à naturali sede mutati sumitur dignotione. Solutio continui partis externæ, aut ab externa causa vt vulnus, contusio, collisio, fractura ita manifesta est, vt nullis inditijs opus habeat. Vlcus internum demonstrant sæpe causæ progressæ & dolor, sed maxime excreta nimirum sanguis, sanies, pus, crusta, pactio partis &c.

Signa morborum in numero & situ.

Item solutionis continui.

Signa quæ causæ rationem simul habent, sunt temperamentum totius corporis, ac potissimum partium principalium, deinde ætas, sexus, consuetudo, parentum vitia, item morbi præteriti, sex res non naturales, exercitatio, vitæ studium, euacuatio naturalis suppressa, aer & quæ sub aere continentur, regio, status cœli, tempus anni, balnea & similia. Simpliciter signa sunt. 1. Corporis habitus scilicet, obesus, crassus carnosus, hirsutus &c. 2. Color & quæcunque in corpore erumpunt, tactiles qualitates scilicet durities, mollities &c. 3. Functiones, omnes præcipue, pulsus, somn⁹, vigiliæ, insomnia, mores &c. 4. Contenta, vrina, feces, sudores, sputa &c. 5. Adduntur iuuantia, lædentia & similia. Hi fontes signorum sunt vnde omnis redundantia humorum dignoscitur. Redundantium verò humorum in corpore duplex est dispositio, plethora & cacochymia. Plethora redundantia sanguinis, vel omnium humorum æqualiter se habentium duplex vicissim, quoad vasa vel quoad vires vti lib. 1. constat. eius signa pete ex authoribus: Cacochymia proprie est, cuiuscunque alterius humoris, à sanguine redundante, ac proinde triplex potissimum, biliosa melancholica, vel pituitosa de his vide præcedenti cap. 6.

Signa simul & causæ.

Signa simpliciter.

Duplex humorum dispositio.

Plethora & cacochymia.

CAPVT XXI.

De Pulsu.

Pulsus quid. PVlsus est motus cordis & arteriarum dilatatione & constrictione constans, à facultate vitali, ad symmetriam caloris natiui conseruandam, institutus: Eius instrumenta sunt cor & arteriæ. Differentiæ eius capiuntur vel ab adiunctis motus, vel consequentibus motum: Abiunctis motus, quoniam pulsus Essentia in motu consistit; ad motum verò requiruntur 4. mouens, mobile, spatium & tempus. 1. Mouens, quod est facultas vitalis; Hinc pulsus dicitur vehemens & languidus: Vehemens, cum arteria dilatata tangentis digitum vehementer impellit. Languidus, cum arteria languide tactum ferit. 2. Mobile, quod est corpus arteriæ; hinc pulsus dicitur mollis, cum mollior & quasi carnosa sentitur arteria. Mediocris cum se medio modo habet. Durus cum durior & quasi siccior corijque modo rigidior occurrit arteria. Huc referuntur pulsus 1. Vacuus & plenus: Vacuus cum impulsu digitorum inanitas sentitur. Plenus, cum arteria dilatata plenior sentitur. 2. Calidus & frigidus: Calidus, quando arteria calidior apparet, quam partes vicinæ. Frigidus, quando arteria frigidior sentitur.

Instrumenta pulsus. Differentiæ. 1. Mouens. Pulsus vehemens languidus. 2. Mobile. Pulsus mollis. Pulsus mediocris. Durus. Calidus. Frigidus.

3. Spatium. 3. Spatium, in quo fit motus, hinc pulsus dicitur, magnus qui videlicet vndiquaque auctus est. Item mediocris, qui tenet medium: Et paruus, qui trina dimensione imminutus est.

4. Motus & quietis. 4. Tempus: Videlicet motus & quietis: Motus; hinc pulsus dicitur vel velox seu celer, qui breui tempore suum motum finit, vel cum modico tempore arteria dilatatur. Vel Tardus, cum multo tempore arteria dilatatur. Vel mediocris, qui medio modo fertur inter celerem & tardum. Quietis, hinc pulsus dicitur creber & rarus.

Differentiæ pulsuum de consequentibus motũ. Pulsuum differentiæ à consequentibus motum, videlicet 1. Proportione hinc pulsus dicitur proportionatus & improportionatus. 2. Æqualitate, hinc pulsus dicitur æqualis vel inæqualis. Æqualis,

quando

quando eiuſdem generis pulſationes æquales percipiuntur. Inæqualis contra. 3. Ordine, hinc pulſus dicitur ordinatus & inordinatus: Ordinatus, quando ſeruatur idem ordo circuituum, & omnes ſunt pares magnitudine, frequentia & velocitate. Inordinatus verò ſecus. *Proportionatus, improport.*

Cauſæ pulſuum ſunt 1. Vehemens, qui fit à robore facultatis, & hic quo fortior eò facultatis amplius robur denotat. Languidus ſoboles eſt ſolius facultatis imbecillæ, & hic conſideratur vel prout fit videlicet ab ijs quæ vires ſoluunt inedia, vigilijs, vacuationibus immodicis, triſtitia, curis, doloribus &c. Vel prout robur ſumit & vel ex contentis corpore, vt ſuccus coctione, excretione, ira, externis, vt vino, cibo, exercitijs, quæ intemperiem emendant. 2. Durus, qui fit ex inſtrumentorum duritie, quam induxit immodica refrigeratio & ſiccitas, item conuulſio, & tenſio à phlegmone. Mollis, hic comes eſt arteriæ humidæ, & fit à cibis humidis, balneo, ſomno longo, delitijs morbis videlicet lethargo, comæ & hydrope. 3. Magnus, qui fit vel vſu exuperante videlicet calore in corde: Vel robore vitali valido, item inſtrumento obediente vel molli, vt extentatur in omnem partem. Paruus, hic fit vel vſus neceſſitate deficiente, item facultatis imbecillitate, & inſtrumenti duritie. 4. Velox ſeu celer fit ob vſum auctum, nimirum caloris exuperantiam, aut ſpiritus vitalis inopiam. Tardus fit defectu caloris natiui, magnaque refrigeratione, aut facultatis debilitate. 5. Crebre, huius cauſa duplex, vel à debilitate virtutis vel à duritie arteriæ. Rarus prouenit à robore virtutis cum vſu imminuto. 6. Æqualis in ægris etiamſi materiæ fixam diſpoſitionem ſignificet: tamen malam ſpem non præbet, quod natura ad morbum concoquendum firmitatem declarat. Inæqualis peior & vel vaſorum obſtructiones aut compreſſiones, vel humorum abundantiam virtutemque oneratam ſignificant, reliquorum cauſa, item & differentias collige ex Sennerto & alijs. *Cauſa pulſuum. 1. Vehementis. 2. Duri. 3. Magni. 4. Celeris. 5. Crebri. 6. Æqualis.*

CAPVT XXII.

De Crisi.

Definitio. *Crisis perfecta, & imperfecta.* *Salubris & lethalis.*

CRisis est humoris morbifici à natura repente facta excretio, ita est vel perfecta vel imperfecta: Perfecta, quæ omnino tollit morbum plane vacuata materia; hæc duplex est, salutaris & lethalis: Salutaris, ad quam tria requiruntur, vt videlicet 1. Materia sit cocta, & pepticis signis indicata. 2. Vt euacuetur die critico & quidem tota. 3. Vt æger manifeste sentiat se leuatum. Lethalis est, quæ contraria habet requisita. Imperfecta crisis est, quando videlicet portio tandem humoris morbum committentis excernitur, ea duplex est vel ad melius vel ad deterius: Ad melius, quæ morbum omninò non tollit, sed facit vt illum æger alacrius ferat, & fit quando materia morbifica de nobili ad ignobilem partem excernitur. Ad deterius, quando de parte ignobili ad nobilem fertur.

Ad melius, ad deterius.

Signa critica: Antecedentia, concomitantia.

Signa critica alia sunt Antecedentia, alia concomitantia & alia consequentia. 1. Antecedentia, quæ videlicet futuram crisin indicant, & horum alia prænuntiant vel crisis tempus, diem, celeritatem, cuiusmodi sunt signa coctionis & cruditatis, quæ partim ex vrinis sumunt, vel prænuntiant speciem crisis, quæ duæ sunt excretio & abscessus: Excretionis species sunt sudor, vomitus, diarrhæa, vrinæ profluuium, item sanguinis fluxus per nares, vterum ac hœmorrhoidas. Inde excretionis signa vniuersalia petuntur. 1. Vel ex specie morbi, soluuntur enim morbi calidi per excretionem, morbi frigidi per abscessum. 2. Motu ita iudicantur morbi acuti per excretionem, & morbi chronici per abscessum. 3. Parte affecta, nam soluuntur plerunque affectus hepatis in parte conuexa, hœmorrhagia & vrinæ profluuio. In parte caua, vomitu, alui fluxu & sudore. Affectus cerebri, præsertim inflammatione & hœmorrhagia. Affectus ventriculi & mesenterij vomitu & alui fluxu. 4. Ægrotantis natura, ita accidunt senibus dysenteriæ, iuuenibus hœmorrhagiæ. 2. Signa concomitantia, quæ præsentem crisin significant, & sunt ipsæ causæ criticæ, videlicet excretio & abscessus: Ad quam quatuor requiruntur. 1. Laudabilis qualitas humoris cocti, vt vacuetur. 2. Quantitas sufficiens ne humor sit paucus aut

Excretionis species. *Signa vniuersalia excretionis. 1.* *2. Motu.* *3. Parte affecta.* *4. Ægrotantis natura.* *Causæ critica.*

aut nimius. 3. Excernendi malus, vt videlicet fiat vel confertim nō sensim, vel per loca conferentia, vbi requiritur, vt locus non sit loco morbi dignior, vt locus habeat rectitudinem, vel vt habeat transitus patentes. 4. Tempus, vt die critico contingat. Abscessus, in quo tria spectantur, quo, vnde, propter quid: Primo quo, hoc est pars in quam decumbit debet esse inferior, ignobilior, remota ab affecta parte, & capax materiæ morbificæ. Secundo vnde, hoc est ac qua parte fiat dextra an sinistra, debet enim decubitus fieri secundum rectitudinem. Tertio propter quid, nam fiat cocto à natura morbo, aut eadem irritata: crudo enim existente morbo erit paruus.

In abscessu tria spectantur.

3. Consequentia signa, quæ indicant num crisis fuerit perfecta an imperfecta quæ sumuntur primo à corporis qualitate vel in figura & mole, nam crisis est perfecta, si facies repente detumescat quæ prius intumuerat: imperfecta si remaneat turgidula: vel colore, nam crisis est salutaris, si facies sit bene colorata: Symptomatica, si color faciei sit liuidus, niger, citrinus. Secundo consequentia signa sumuntur ab excrementis vt vrinis, & alui deiectionibus, debent enim deiectiones & vrinæ similes esse ijs, qui egeruntur à sanis. Tertio sumuntur ab actionibus naturalibus, vitalibus & animalibus: Naturalibus, nam crisis est bona, si bene cibus ingeritur, digeritur & egeritur: Mala vero si adsint contraria. Actionibus vitalibus, indicat enim crisin perfectam pulsus æqualis & respiratio facilis: Imperfectam vero contraria. Animalibus, significatur enim crisis bona, si sensus sunt integri, somnus placidus, bellè decumbat in alterutrum latus, mensque sit tranquilla: Mala con trarijs. In diebus criticis consideratur eorum differentia & causa: Differentia, sunt enim 1. alij vere & perfecte critici, qui dicuntur principes & sunt tres, septimus, decimusquartus & vigesimus. 2. Sunt indices, qui crisin septenario futuram indicant, in quibus solent apparere signa coctionis. & sunt tres: decimusquartus, qui index est septimi: vndecimus qui index est decimiquarti: Decimus septimus qui index est vigesimi. 3. Intercedentes intercalares, qui inter principes indices intercidunt, etiam quæ illis diebus crises fiunt, irritata natura, contingunt: Sunt autem hi in septimana prima tertius & quintus: In septimana secunda nonus & decimustertius: In septimana tertia, nonus. 4. Vacui & medicinales, qui nec iudicant nec indicant nec prouocant, & illis cathartica medicus tuto potest exhibere, tales sunt sextus,

Signa consequentia.
1. Sumuntur à corporis qualitate.
2. Ab excrementis.
3. Ab actionibus naturalibus.
Vitalibus & animalibus.
In diebus criticis considerantur.
1. Differentia.
2. Indices.
3. Intercidentes.

Causa duplex materialis, efficiens. octauus, decimus, duodecimus, decimus sextus & decimus octauus. Causa consideratur dupliciter: est enim materialis vel efficiens: Materialis, videlicet humor peccans qualitate, & quantitate & quidem biliosus, pituitosus, melancholicus & sanguineus; qui iterum vel simplex vel adulteratus. Causa efficiens itidem duplex est, vniuersalis & particularis: *Vniuersalis, particularis.* Vniuersalis & remotissima, causa videlicet non criseon modo sed etiam omnium motionum, quæ in sublunari hac regione contingunt, cælum videlicet & Luna &c. Particularis & interna proxima, quæ est ipsissima natura.

CAPVT XXIII.

De Vrinis.

Vrina quadrupliciter consideratur. VRina ægrotantium consideratur quadrupliciter, consistentia quantitate, qualitate & contentis. Consistentia; Vnde 1. Est vel tenuis vel crassa: Tenuis ea fit quinque modis 1. Obstructione vasorum, per quæ excolatur, vt renum, vreterum & vesicæ. 2. Ob *1. Consistentia quinduppliciter.* potus multitudinem. 3. Renum infirmitate. 4. à Frigore, vt tenuis alba. 5. à Seri sanguinei torrefacti copia, vt tenuis rubra. Hic & notandum quod vrina tenuis vel permanet tenuis, eaque est soboles cruditatis & obstructionis, vel etiam crassescit, quod flatus ob cruditatem illi miscentur, qui postea condensantur. Crassa vrina ea vel permanet ita vel tenuatur post, vtraque fit à mixtione crassorum succorum, quæ mixtio fit vel exacte, vel non exacte: Exacte ita diu crassa permanet & significat morbi longitudinem, recidiuas, dolores, abscessus &c. Non exacte, eaque postea fere tenuatur, & minus peri- *2. Consistentia consideratur, num clara vel turbida.* culosa est. 2. Consistentia est vel clara vel turbida; Clara, ea vel permanet clara, & significat in ægris calorem fractum, item παλινδρομὴν bilis ad caput hæc mala est; vel turbatur paulo post, hæc bona est; significat enim materiam à natura in flatus resolui. Turbida fit vel ob propriæ substantiæ corruptionem, vel quia miscentur humores lenti, viscidi, tenaces obscuri, eaque mixtio fit vel perfecte vel imperfecte: perfectæ eæ referunt vrinas iumentorum, & semper turbidæ manent: Imperfectæ, eæ postea clarescunt.

Quan-

Quantitate consideratur vrina: quæ est vel nimis copiosa vel nimis pauca: Copiosa, ea fit vel critice, cum videlicet natura pondus aliquod humoris deponit ad vesicam; & hoc bonum est. Vel symptomatice, vt in diabete, colliquatione, & hoc est malum. Vel vium rerum diureticarum. Nimis pauca, ea fit vel obstructione viarum, vel alio translata materia potulenta & ichore sanguinis & vel critice, vt in sudoribus criticis, diarrhæa &c. Vel symptomatice, vt in metastasi cum humiditas transfertur ad viscus aliquod: Vel ardore, vnde materia absumitur. *2. Quantitate consideratur vrina, num copiosa, vel nimis pauca.*

Qualitas vrinæ percipitur 3. Sono, odore & colore. 1. Sono, vt si silente motu exit, quod significat colliquationem, quemadmodum oleum nullo strepitu fluit. 2. Odore, & vel bono, vel malo: Bono, qui oritur vel à valida coctione, vel remedijs sumptis, vt Asparagus, Therebintina Veneta &c. Malo, qui oritur vel à cruditate, vt in leonibus: Putredine, vt in febribus pestiferis: Delatione per loca exulcerata, vt per vesicam & renes: Imbibitione fœtoris medicamenti fœtidi: Vel affluxu humoris putridi diu in corpore contenti, & moti à vi medicamentorum aperientium, attenuantium, infractu liberantium vt aniso, allio &c. 3. Colore, qui est vel extremus, vel intermedius: Extremus vt albus & niger: Albus, hinc vrina fit alba, subalbida, crystallina & spicea: Alba, hæc fit 1. quia non gignitur bilis languente calore, vnde nec vrina tingi potest. 2. Quia materia liquida tamdiu non retinetur donec tingatur. 3. Quia alio bilis transfertur. Subalbida seu vinosa, & fit quia parum bilis miscetur. Spicea, quæ fit à bile vel pallida, vel rufa, tum erit splendoris expers. Vel flaua, Niger color, qui est vel cum tenuitate vel cum crassitie: Tenuitate, hæc vrina lethalis est, quia index est summæ adustionis & extincti caloris. Crassitie, quæ non semper sunt lethales, quia multi morbi melancholici iudicantur vrinis nigris. Intermedij colores sunt, citrinus, ruffus, flauus & subflauus, hi sunt indices coctionis. Ruber qui est vel cum tenuitate vel crassitie: Tenuitate, significat febrem ardentem, vel iecur immodice calens: Crassitie significat bilis rubræ copiam, sanguinem assari, vel permistionem sanguinis, vt in calculo. Viridis, qui significat summum incendium, Liuidus, notat extinctionem natiui caloris. *3. Qualitate vrina consideratur tripliciter. 1. Sono. 2. Odore bono vel malo. 3. Colore. Externo vel intermedio. Alba. Subalbida. Spicea. Flaua. Niger color cum tenuitate vel crassitie. Colores intermedij.*

De contentis vrinæ. Vrinæ contentum est quicquid crassius in vrinis consistit, hoc duplex est, aut de vrinæ substantia, vel aliunde adueniens: De vrinæ substantia, triplex pro vario situ statui solet. *Substantia vrinæ tripliciter statuitur.* 1. Hypostasis, quæ in imo subsidet, ea consideratur, quadrupliciter 1. Prout est salutaris vel lethalis; Salutaris, cuius notæ sunt quatuor: debet enim 1. esse alba, quia manat à partibus solidis. 2. Leuis & sibi cohærens, vt materiæ bonitatem indicet. 3. Æqualis seu similaris. 4. Moderate crassa, vt caloris imperium denotet. *Hypostasis 1. consideratur quadrupliciter.* Lethalis, quæ est nigra, vel incendio vel extinctione, item aspera, etiam inæqualis in colore, cum modo nigra modo rubra, in figura, nunc rotunda, nunc diuulsa, in consistentia, nunc crassa nunc tenuis. *2. Hypostasis. Secundum quantitatẽ.* 2. Hypostasis consideratur secundum suam quantitatem, hinc dicitur vel pauca vel copiosa, prout materia morbifica est pauca vel copiosa. *3. Hypostasis secundũ qualitatem.* 3. Secundum qualitatem hypostasis consideratur, hic alia est alba, eaque optima hypostasi minus alba & candidior: vel nigra ea mala est, oritur enim ex torrefactione succorum corporis, vel rubra quæ fit ex Ichore sanguinis. 2. In vrinæ substantia situm est eneorema, quod in medio propendet. 3. Et nubes summa facie innatans, de his, pluries in medio Germanico tractatu quem scripsi de vrinis, item alios apud medicos.

Contenta vrinæ aliunde aduenientia. Contentum vrinæ aliunde adueniens, est vel ab vniuerso corpore, vel aliqua parte: ab vniuerso corpore, hinc contentum vel pingue, oleaceum, pultaceum, lamineum & eruosum, quorum omnium causa vniuersalis est calor vel liquefaciens, vnde vrinæ pingues, oleosæ & pultaceæ: Vel calor torrefaciens, à quo Arenulæ calculi & pili: Vel calor putrefaciens, à quo vrinæ fœtidæ & purulentæ: Ab aliqua parte aduenientes sunt, vt hepate, liene, renibus, vesica &c.

CA-

CAPVT XXIV.

De Febribus in genere.

FEbris est calor præter naturam è corde in omne corpus effusus. Eius Differentiæ desumi possunt è caloris diuersitate, quoniam febris essentia nihil aliud est quam calor. Vt igitur calor triplex est, simplex, putridus & pestilens, ita etiam febris est triplex: simplex, putrida & pestilens: simplex, in qua calor Elementarius solo incremento temperamenti limites excedit, hæc iterum triplex est, ephemera, synochus, & hectica: Ephemera, consistit in efferuescentia spirituum: Synochus, quæ simplex est sanguinis efferuescentia: Hectica, quæ in habitum corporis consistit, & ea duplex est, hectica vniuersalis, & hectica partis: Vniuersalis, in qua totius corporis habitus laborat, & inde cordi communicatur calor. Partis, in qua habitus alicuius partis laborat & cordi calorem præter naturam communicat. Febris putrida, cuius calor ex illuuie putrida emergit, ea est continua vel intermittens: Continua, quæ oritur quando humor copiosus putrescens latet in regionibus cordi vicinis: species eius sunt 4. 1. Synochus putrida, quando sanguis bene temperatus putrescit inter alas & inguina in vena caua &c. 2. Tertiana, quando putrescit bilis in ijsdem locis. 3. Quotidiana, quando putrescit pituita. 4. Quartana, quando putrescit humor melancholicus. Febris intermittens, illa oritur quando materia putrescens leuior est, aut longius à corde dissita, ea est vel simplex, confusa vel composita: Febris simplex intermittens triplex est, Tertiana, Quotidiana & Quartana: Tertiana, quæ oritur ex bile flaua extra venas maiores putrescente: Quotidiana, quæ ex pituita putri: Quartana, quæ ex humore melancholico. Confusa, quæ oritur ex humoribus aliquot confusis, vno loco pariterq; putrescentibus, qualis est tertiana notha, quæ à mixtione bilis & pituitæ prouenit. Composita intermittens generatur ex mistis & implicitis intermittentibus, qualis est Tertiana duplex, Quartana triplex, & hemitritæos &c. Pestilens febris est, quæ non modo calore, sed etiam qualitate venenata cor afficit. Hæc in genere de febribus.

Definitio.
Differētia.
Calor triplex.
Febris triplex.
Febris simplex triplex.
Ephemera, Synochus, Hectica duplex.
Febris putrida duplex.
Continua febris quadruplex.
Febris intermittens triplex.
Febris simplex intermittens triplex.
Febris intermittens composita.
Febris pestilens.

CAPUT XXV.

De Peste.

Morbi Pandemij. HIppocrates 1. De ratione victus text.9. Et Galenus comm. 1. in 1. Epid. morbos, qui vno tempore multos inuadunt, diuidunt in Pandemios & sporades. Pandemij sunt, qui simili modo vno tempore multos infestant, siue morbi generis eiusdem, qui in vna vel pluribus regionibus eodem tempore grassantur, & à communi causa ortum habent. *Morbi Sporades.* Sporades sunt morbi diuersorum generum, qui dissimili modo sparsim & separatim vagantur, & particularem causam habent. *Pandemij duplices.* Pandemij sunt duplices: Endemij & Epidemij: *Morbi Endemij.* Endemij sunt morbi vernaculi & patrij, qui vno in loco vel regione semper aut plerumque vagantur, & illius loci vitio potissimum eueniunt: Veluti Elephantiasis in Ægypto, & in locis Germaniæ maritimis scorbutus. *Morbi Epidemij.* Epidemij morbi sunt populares, qui in vna aut compluribus regionibus sæuiunt. *Morbi contagiosi.* Hi sunt vel contagiosi & simul pernitiosi, quando videlicet magnam partem ægrotantium perdunt: *Non pernitiosi.* Vel non pernitiosi, quando plerique ægrotantes inde euadunt & liberantur. Talis fuit morbus Epidemius Anno 1580. Est autem Homonymia in vocabulo pestis: Quia non vno & eodem modo sumitur ab Authoribus.

Definitio pestis. Communiter & vulgo dicitur pestis, quicquid in pernitiem & detrimentum rei alicuius euenit: Interdum Hipp. & Gal. pestis pro aëris pestilentis constitutione accipitur; sed proprie pestis est morbus contagiosus plurimis communis, magnam ægrotantium partem tollens.

2. Requisita in peste. Requiruntur autem duo in proprie dicta peste: 1. Ut sit contagiosa, quo plures vno tempore inuadere queat: 2. Ut à venenata siue maligna causa extrinsecus ortum trahat, quod magnam ægrotantium partem tollat. Pestis teste Gal.3. Epid.3. peculiaris morbi species non est, vt febris aut inflammatio, sed proprie omnis morbus multos eodem temporis momento inuadens: Haly pestem definit morbum

mul-

multiplicem pluribus eodem tempore communem. Et hæc multiplicatis causa est, quia ex pluribus & diuersis conflata morbis. Pestem enim comitantur febres pestilentes, bubones, carbunculi, exanthemata, ecthymata, anginæ, grauedines anhelosæ, catharri suffocant, paraplegiæ, flagrantes ardores, vt in Thaso. 1. epid. sudorifera febris, qualis sudor Anglicus Anno 1539. Colica tempore Pauli Æginetæ; Dysenteria superioribus annis, alijque morbi contagiosi & pernitiosi &c. Illa pestis simpliciter dicitur pernitiosa, quæ aduenit cum febre maligna bubonibus, carbunculis, exanthematibus & similibus. Pestilentiales verò sunt & dicuntur, quæ accidunt cum adiectione, colicæ, anginæ vel dysenteriæ. Generalis definitio pestis hæc esse potest: quod sit morbus epidemius, acutus, maximeque contagiosus & pernitiosus cum febre continua plerumq; cum bubonibus, anthracibus, maculis &c. aduenieus: Ortus à maligna rei venenatæ qualitate, extrinsecus aduenieute, cor inquinante, & calorem natiuum corrumpente. Pestis etiam aliquando est sine febre, vt videre est Hipp. 3. Epid. context. 25. 28. 55. & alibi. Item Gal. 9. simpl. cap. de bolo & alibi. Causa pestis immediata est rei venenatæ pernitiosa qualitas, naturæ humanæ inimica: Seminarium verò & inquinamentum pestis nihil aliud est, quam aer corruptus, & Aura siue vapor & spiritus venenatus, pestilens, exhalans ex corporibus infectis ac putrescentibus. Hinc & Febris pestilens, quæ pestem comitatur, est febris continua, acuta, maxime pernitiosa & contagiosa, orta ex vehementi putredine, à contagiosa rei venenata qualitate, cor potissimum & centrum microcosmi affectante, ad caloris natiui seu humidi radicalis destructionem. Hic notatur quod quamuis ex putredine talis corruptio oritur, putredo tamen, quæ venenatam corruptionem præcedit, febrim pestilentialem non producit, sed simpliciter putridam: Quando ex praua victus ratione humores putrescunt, tum febris non pestilens sed putrida excitatur: Sin verò ex putredine humor, venenatam aliquam acquirat qualitatem, eaq; perseueret, aut noua accedat, oritur febris maligna, & hæc etiam nuncupatur pestilens, distinguitur autem ab epidemica pestilenti, quia à communi & non priuata causa trahit ortum, veluti fera venenata totas fere ciuitates depascit, misereque perdit.

Concomitantia pestis.

Pestis simpliciter.

Pestis in genere.

Causa pestis immediata.

Febres concomitantes pestem.

Putrida Febris ex humoribus putrescentibus.

Pestis seminarium seu causa.

Dicitur autem pestis seminarium aut causam esse rem venenatam, non quia secundum substantiam suam actu venenum sit, tali modo enim omnes afficeret: sed quia ea est prædita facultate, vt in tali disposito & applicato corpore in naturam veneni transeant aut vim veneni prorsus habeat.

Causa primaria pestis est supernaturalis.

Causa etiam prima pestis est supernaturalis, nullis accedentibus causis secundis, ratio illa est, quia à Deo nonnunquam propter nostra peccata immittitur: Talis fuit illa, qua Deus populum Israeliticum sub Dauide percussit. Compertum etiam constat, aliquando fuisse pestem, cuius causam sufficientem nec medici per inferiora, nec Astronomi per superiora reddere potuerunt.

Ethnici causam pestis ad Deũ retulerunt.

Ethnici cum causas non satis euidentes ac probabiles in natura inuenirent, & malum ipsum vulgaribus remedijs raro cedere perspicerent, causam morborum pestilentium ad Deum retulerunt. Hipp. lib. 4. de morbis, diuinam morborum causam statuit, & teste Galeno, veteres causam ad Deum retulerunt, ipseque Homerus ad Apollinem.

Causæ pestis naturales.

Causæ naturales potissimum sunt aer, & alimenta: quæ si temperamento & substantia nobis similia & familiaria fuerint, sanitatem integram conseruant; sin contraria, in qualitatibus manifestis, vel secundum substantiam corrupta, pro modo recessus sanitatem immutant.

Alimenta corpus nutriunt. Medicamenta corpus alterant. Venena corpus corrumpunt.

Proprium alimentorum est, vt à corpore animato alteretur, & in substantiam sibi homogeneam nutriti transmutetur: Medicamentorum proprietas erit, vt corpus alterent, non verò corrumpant: At venenorum qualitas est, vt substantiam corporum corrumpant, & calorem insitum natiuum radicalem euertant. Hinc alimentum si à sua natura recedat, & in substantia corporis non transmutetur, naturam acquirit medicamenti vel veneni: Medicamenti, si tantum dissimilem naturam in qualitatibus primis & secundis acquirat, veneni, si in contrariam vergat partem, siue corporis substantiam corrumpat. Vinum corporis nostri alimentum est, si labem contrahat, desinit esse alimentum, & vel medicamenti naturam assumit, scilicet, si temperamentum mutet, & acidum euadat, vel veneni, si corrumpatur, quod accidere solet, si vappa fiat: Eadem & ratio est cum reliquis medicamentis.

Compertum etiam est ex fame esse secutam pestem, quando videlicet populus siue exercitus fuit coactus annonæ caritate cibis corruptis aut prauis vesci, vel etiam frumenti semi putridi, carnibus putrefactis, aut carnibus animalium, quæ vi morbi alicuius mortua sunt: aut ex aquis putridis, ebibi in quibus stirpes virosæ sunt iniectæ, vt Cannabis, Brassica, &c. Eadem ac similis ratio est in internis seu proprie dictis alimentis scilicet in humoribus & humiditatibus. *Pestis ex fame, cibis corruptis, aquis putridis.*

Humores à naturali temperamento recedere, inde apparet ex corruptione sanguinis, effusi, extra venas, ac concreti in grumos: Item ex epilepsia à digito pedis; aut ex conuulsione totius corporis, ab ore ventriculi: Ex suffocatione vteri, & similibus morbis, vnde sæua symptomata & interdum subita mors. Annon ex morsu canis rabidi virus per menses aliquot intra corpus repullulat, ita & accidit in corruptis humoribus. Latent autem causæ morbificæ interdum longo tempore intra corpus nostrum, tandem autem erumpunt in actum, ab aliqua causa extrinseca concitatæ. Sic aer dum calorem cordis tuetur, similiter temperamento & natura nobis familiaris est. *Cacochymia. Plethora. Obstructiones.* *Aeris corruptio duplex:*

Corrumpitur autem hic dupliciter, vel à causis superioribus: vel ab inferioribus: Causæ superiores sunt maligni siderum positus, veluti infausti inspectus Saturni & Martis, aut Iouis in signis humanis potissimum, vel in signo Scorpij (vide de his præfat. tractatus nostri 2. Basilicæ Chymicæ) Luminarium defectus, cometa potissimum in ortum vergens, insolita meteora, fulgura tetri odoris, terræ motus: Item annus magna ex parte Austrinus & pluuiosus sine ventis: alienæ temporum constitutiones, vt hyems austrina, humida, leuis &c. *A superioribus & inferioribus.*

Ab inferioribus causis aer inquinatur ex vaporibus fœtidis ac corruptis, ex terra vel aquis exhalantibus, videlicet ex stagnis, Lacubus, speluncis, auernis, aut terræ cauernis, & fissuris propter terræ motus, ex cæde hominum in bello, cadaueribus animantium, sordibus mœchanicorum & coriariorum, ex latrinarum subterranearum aut sepulchrorum, (vbi pestis grassatur) apertione, quod scribunt authores in peste magna Asiatica factum esse &c.

Tres particulatim causæ naturales statuuntur à Galenicis pestis. 1. Aer maligna qualitate inquinatus. 2. Contagium. 3. Corrupta victus ratio, siue vsus prauorum alimentorum. Contagium *Tres particulatim causæ pestis.*

Contagiũ. *In contagio tria necessaria.* *Tria requiruntur ad communicationem contagij.* *Corpora quædam facile inquinantur, quædam non.* *Alia est pestis hominum: alia animaliũ.* *Contagium communicatur immediate.*

veteres sub aëre sunt complexi. Est autem contagium motus procedens ab vno ad aliud, cuius merito vnius in alterum gignitur affectus: requiruntur que in contagio necessario tria, 1. Quod communicat, æger morbo contagioso laborans, aut qui prius laborauit. 2. Quod communicatur, ipsum seminarium pestis. 3. Cui communicatur: His additur medium per quod communicatur ipsum inquinamentum. Ut autem contagium communicetur 3. itidem requiruntur. 1. Dominium agentis supra patiens. 2. Patientis præparatio & aptitudo. 3. Debitum tempus, quo simul corpora agere & pati ad inuicem queant. Hinc differentia petitur, quod quidam corpora facile inquinantur, quædam non. Corpora compacta, sicca, bene constituta superfluitatibus carentia, hæc minus apta sunt: contra calida, humida, laxa, porosa, rarioris texturæ corpora aptissima dicuntur: veluti pueri, virgines, grauidæ &c. Sic & corpora referta vitiosis humoribus, obnoxia lumbricis, item homines venereis rebus nimium dediti, item perturbationibus agitatis &c. Maximã sic etiam differentiam pestis dicimus: Nam quæ pestis tempore gentilis sæuijt, viros potissimum robustos sustulit: docemur etiam ex inquinamentorum analogia, alias esse pestes hominum, alias suum, alias ouium &c. Ut enim non omnibus idem est alimentum, ita & nec vnum venenum siue infectio. Communicatur autem contagium duobus modis, aut immediate: Immediate, dum inter corpus communicans, & quod communicatur nullum intercedit medium, præter euaporationem putridam & inquinamenta: Mediate, dum per intermedium aliquod corpus ab vno homine in alium transferuntur inquinamenta. Tale intermedium est corpus, vel aër ambiens externusque quem inspiratione & perspiratione attrahimus; vel corpus quod inquinamento ab vno facile recipit, diu conseruat, & alteri prompte communicat: corpus peculiariter vocatur pestis

Pestis fomes corpus est.

fomes. Quæ communicantur ab Hippocrate μιάσματα λοιμώδη scilicet pestis inquinamenta seu seminaria vocantur. Est autem inquinamentum vapor, Aura, halitus aut spiritus venenatus à corpore infecto emanans, citò facileque penetrans, prompteque fomiti adhærens, & alia corpora disposita interficiens. Præter pestem alij nec nunc restant

Pestis Theophrasto quadruplex.

morbi, qui morbificas euaporationes expirant, vt phthisis, lepra, scabies, ophthalmia, morbus gallicus &c. contagiosi sunt: sed sua natura & vehementia ab illis vt iam monstratur differt. Paracelsus Theophra-

phrastus quadruplicem ponit pestem, iuxta corporum elementa, vnam ex terra, alteram ex aqua, tertiam ex aere, quartam ex igne, de quibus vide ipsum de Tartaro lib. 2. tract. 2. cap. 3. & 4. Item lib. de pestilitate tract. 1. 2. & lib. 2. de peste cap. 5.

Differentiæ pestis sumuntur vel à causis, vel à magnitudine, vel ab accidentibus consequentibus. Efficientes causæ primariæ iam ex parte sunt enumeratæ videlicet aër corruptus, & contagium: Causæ præparatoriæ magis sunt, alimenta corrupta & corporis morbosus apparatus, quæ non per se causa pestis sunt, sed sumpta occasione ab aere & contagio. Galenus dicit 1. de feb. cap. 5. Pestis magna ex parte oritur, ex inspiratione aëris corrupti; Deinde subiungit, fit interdum ob eos, qui in corpore, succos, ad putrescendum idoneos; cum breuem occasionem ab aere ad febris originem conceperit animal. Fit quoque non raro sumpta occasione à contagio. *Pestis differentia à causis.*

A magnitudine pestis alia grauis & intensa quæ multos inuadit, eosque omnes, paucissimis exceptis perdit: Qualis Athenis, teste Tucydide, fuit in bello Peloponesiaco, Romæ sub Comodo; In toto orbe terrarum Anno Christi 1335. quia dimidia pene mortalium pars perijt: In eiusmodi pestibus compertum constat, vix vnum aut duos euasisse. *Pestis differentia à magnitudine.* *Pestis grauis, lenis.*

Item alia lenis pestis & remissa est, quæ plures inuadit, quam perdit, & adeò paucos interficit. Quædam pestis medium tenet, quæ nec vehementer sæuit, nec quosuis promiscue inuadit, nec pene omnes ęgrotantes perdit, sed ex 100. aliquando decem 12. 20. etiam plures restituuntur. *Media.*

Tertiò ab accidentibus consequentibus: Pestis plerumque cum febre est, rarissime sine omni febre. Febris autem illa, licet intermittens non sit, nec illi generi continuarum proprie adstricta, subiecti tamen ratione, vbi putredinis sedes, plerumque continua putrida est interdum etiam Hectica. *Pestis differentia ab accidentibus.*

Fomes siue sedes putredinis aut putrescentium humorum in omni peste, non necessario est cor, sed aliæ partes interdum: Nam licet omnia venena, quatenus venena & pestilens qualitas, cor lædat, non tamen cor ipsum primariò petunt; sed quædam primò aliam partem, deinde cor. *Fomes pestis non solum in corde sed & in reliquis ventriculis.*

Dici-

Sedes pestis in corde 2. modis existit.

Dicitur autem ſedes putredinis duobus modis eſſe in corde. 1. Ubi ſubſtantia cordis humiditates putreſcunt. 2. Ubi humores contenti in ventriculis. Quando humiditates in ſubſtantia cordis putreſcunt, febris hectica omnium peſtilens oritur, quæ ſola raro eſt ſine humorum putredine. Quando humores in ventriculis cordis contenti vel vicinis partibus putreſcunt, febris putrida continua: Ea varia eſt pro humorum putreſcentium ratione. Materia autem venenata putredinis, vel ſunt omnes humores, vel vnus aliquis, vt ſanguis, bilis flaua, melancholia ſiue pituita: ſi ſanguis, omneſque humores putreſcant, febris peſtilens ſynochus putris erit; ſi bilis flaua, καῦσος, aut tertiana continua; ſi pituita aut melancholia, quotidiana vel quartana &c. quæ omnia ſymptomatum diuerſitas oſtendit, ſingulæ enim harum febrium ſuis notis diſtinguuntur. Vbi exigua eſt putredinis copia, & plus veneni, febris videtur mitis ac placida; Non rarò valdè ardens vehemensque eſt, maxime in interioribus, vbi malignæ putredinis, ingens copia, ex qua ſæpe interiora vruntur, exteriora frigent, febriſque lypiria oritur. Febris peſtilens Diaria ex ſola ſpirituum putredine proprie non datur, niſi fortaſſe initio priuſquam humores & ſolidam cordis ſubſtantiam inuaſerit. Nec ſudor ille Angelicus, exquiſite ephemera fuit, licet ad vnum diem aut paulò amplius perdurarit, cum ephemera ſæuiſſimis ſymptomatibus careat, & lethalis non ſit, nec immodicis aut copioſis ſudoribus terminetur. De ſymptomatibus peſtis eorumque cauſis, item de Bubone peſtilenti eiuſque differentijs &c. tractabimus in libro ſequenti tertio, vbi ſumus & de morbis principaliorum membrorum Deo dante acturi.

Febris pestis varia pro diuersitate humorum à sua natura descendentium.

Febris pestilens Diaria.

Sudor Angelicus.

***

TRA-

Tractatus I.

BASILICÆ MEDICÆ
LIBER III.

De Therapeutica Medicinæ Galenicæ Pars Tertia.

CAPUT I.

De ſex Rebus Non Naturalibus in genere.

THerapeutica vtitur tribus Inſtrumentis. 1. Διαιτητικῇ, 2. φαρμακευτικῇ. 3. χειρουργικῇ. Hic primo agemus quid ſit Διαιτητικὴ quæ tractat de rebus non naturalibus: Poſtea & de reliquis.

Res non naturales poſſunt reduci ad ea, quæ vel Aſſumuntur, vel geruntur, vel excernuntur & retinentur.

Ad ea quæ aſſumuntur, pertinent Aer, Cibus ac Potus.

Ad ea quæ geruntur, quo pertinent, Motus ac quies, ſomnus ac vigilia & tertio perturbationes.

Ad ea quæ excernuntur & retinentur, quo pertinent, Excrementa, qualia ſunt alui & Veſicæ, Deinde ſudor, tertio Venus &c.

Aer Corpus Humanum vel Conſeruat vel immutat: Conſeruat qualitate ſalubri, ita ſit temperatus in qualitatibus primis. 2. Purus. 3. Serenus. 4. Perflatus leuibus ventis, 5. Irrigatus interdum ſalubribus pluuiis. *Aer Corpus conſeruat.*

Aer corpus Immutat.

Immutat, qualitate praua, quæ dupliciter oritur: vel ex inquinatione vaporum ex stagnantibus aquis, vel cadaueribus, vel cloacis aut specubus &c. Secundo oritur ex Intemperie aliqua vt quando est nimis vel Calidus, vel Frigidus, vel Humidus aut siccus.

Afficit autem Corpus Humanum aut quatenus inspiratione attrahitur: vel quatenus insinuat sese per poros & spiracula Cutis.

Aeris constitutionem mutant 1. Situs.

Aeris constitutionem quinque mutant. 1. Situs locorum & regionum, prout habent radios solis eosq; rectos vel obliquos.

2. Terræ facies.

2. Terræ facies, quæ vel edita & montosa, vnde aer siccus, vel Humilis & lacustris, vnde aer Humidus.

3. Ventus.

3. Ventorum varietas, sunt enim Venti Orientales temperatiores & sicciores: Occidentales temperati aliquantum, sed tamen ad Humiditatem vergentes: Australes Humidi: Septentrionales frigidi.

4. Vicinitas Maris.

4. Vicinitas Maris & Lacuum, vnde vapores multi surgentes aerem faciunt Humidum.

5. Tempus.

5. Tempora Anni, est enim plerumque aer, tempore Verno Temperatus, Æstiuo, Calidus siccus, Autumnali frigidus siccus, Hyemali, Frigidus Humidus.

Alimentum

Sub Cibo ac Potu Intelligitur Alimentum, quod substantiam nostri corporis augere & nutrire potest. Hoc necessarium est, quoniam Corpus in perpetuo fluxu est, ideo in locum absumpti aliquid iterum est reponendum.

Alimenta duplicia.

Sunt autem Alimenta duplicia 1. Propriè & verè alimenta quæ tantum nutriunt. 2. Alimenta Medicamentosa, quæ cum nutritione etiam alterandi facultatem possident.

Alimenta lædunt. Quantitate. Qualitate. Substantia.

Alimentum lædere potest tripliciter 1. Vel Quantitate, vnde grauatus ventriculus non coquit, & generatur Cruditas. 2. Vel Qualitate, quando alimentum vel est nimis calidum, frigidum, Humidum, siccum: Vel est praui succi: denique Difficilis Concoctionis. 3. Vel substantia, qua ratione obstructiones pariunt alimenta crassi succi.

Motus duplex. Motus Generalis.

Motus est generalis vel specialis: Generalis est totius corporis, qui vel conducit, vel nocet: Conducit quando est Moderatus, ita

vel

vel ſoliditatem corpori affert ex mutua membrorum attritione: vel Calorem auget, vnde felicior fit nutritio: vel Spiritus mouet, vnde vapores & Excrementa per poros diſcutiuntur.

Motus nocet nimius, ita vel inducit intemperiem aut ſolutionem continui. Intemperiem vel calidam vel frigidam: Calidam per ſe, quia Calor auctus Humores & Spiritus inflammat: Frigidam vero per accidens, dum videlicet Spiritus exhaurit, & ita Corpus refrigerat, vel Coctionem impedit.

Solutionem continui inducit, rumpit enim vaſa vnde Vomitiones cruentæ, Expuitiones & Mixtiones cruentæ.

Motus ſpecialis, ſingularium partium eſt, & ita confert pedibus curſus, Thoraci cantus & vociferatio, Brachiis iactitatio. *Motus Specialis.*

Quies etiam conducit ac nocet: conducit 1. quæ Temperata eſt, hac enim Spiritus defatigati recolliguntur. 2. quæ ſequitur Exercitia moderata. *Quies.*

Nocet, ſi ſit nimia, quia parit Morbos frigidos, dum Excrementa non diſcutiuntur: Aut Calor Natiuus obtunditur: & denique concoctio & diſtributio alimentorum impeditur.

Vigiliæ proſunt atque obſunt: Proſunt moderatæ. 1. Ita Spiritus & ſenſus reddunt vegetiores. 2. Diſtribuunt calorem in partes corporis. 3. Adiuuant alimenti diſtributionem. 4. Promouent propulſionem excrementorum. Obſunt immoderatæ 1. Ita diſſipant Spiritus, præſertim Animales. 2. Exiccant corpus præſertim cerebrum. 3. Augent bilem. 4. Morborum Calidorum cauſæ fiunt. *Vigiliæ.*

Somnus Itidem prodeſt ac nocet: Prodeſt 1. Qui vires defatigatos refocillat. 2. Spiritus diſſipatos inſtaurat. 3. Calorem ad interiora revocat, & concoctionem iuuat. 4. Curas tollit. 5. Animum reddit ſerenum ac tranquillum. 6. Lenit ſiccitatem ſenectutis Humectando. *Somnus.*

Somnus nocet immoderatus quia 1. Is Spiritus obſcurat, & torpidos reddit. 2. Inducit ſegnitiem menti & memoriæ. 3. Cumulat Crudos Humores. 4. Calorem natiuum ſuffocat.

Diſcreta ac Retenta conferunt, ſi vel Excernenda excernantur debito tempore, vel retinenda retineantur debito modo. *Diſcreta ac Retenta.*

Excreta & Retenta nocent 1. Si retineantur excernenda, vt in retentione fœcum alui, vel Vrinæ, Muci, Sputi &c. 2. Nocent si excernantur retinenda, vt in Excretione sanguinis è naribus, vtero & Hœmorrhoidibus, Item in Excretione seminis.

Affectuum animi, alii conferunt sanitati, vt gaudium moderatum & animi tranquillitas.

Perturbationes Animi. Affectus Animi nocent, vt perturbationes Animi, quales sunt 1. Ira, qua Spiritus & Sanguis quasi efferuescunt, hinc Spiritus turbantur, Humores agitantur, & Febres generantur. 2. Gaudium nimium, quo Spiritus repente dissipantur. 3. Timor, quo Spiritus ad Interiora recurrunt, & externa deserunt, hinc Spirituum dissipatio, & caloris Natiui suffocatio. 4. Mœstitia, qua paulatim Spiritus dissipãtur, hinc vel inducũtur Vigiliæ, vel Vitiatur concoctio, Denique refrigeratur & siccatur corpus, vnde Morbi Melancholici. Hæc in genere de sex Rebus non naturalibus, nunc in specie eas ad Examen reuocabimus.

CAPVT II.

De Aere & Vento.

Aer spiritualis subiectus variis mutationibus. Aer est tenuis ac spiritalis vapor, variis mutationibus suaque mobilitate & instabilitate nobis obnoxius, modo enim has modo illas qualitates excipit, vt ex calido repente frigescat, ex frigido promptè recalescat, ex Humido siccescat, ex sicco humescat, prout ab Elementis, cœlo terraque, variè in ipsum influentibus, exagitatur. Hinc temperamentum nostrum variè immutatur, secundum varias eius qualitates.

Temperamenti mutatio varia secundum varias qualitates. Hoc docent Aetius & Ægineta hisce verbis: Verum ambiens nos aer temperamenta mutat atque peruertit, dum aut immodicè calidior, aut frigidior, aut siccior, aut Humidior euadit. Nam reliquis causis non omnes simul obnoxii sumus, neque per totum diem occursamur: Aer autem nos ambiens forinsecus omnibus nobis circumfusus est, & per inspirationem trahitur. Necesse igitur,

vt ad

vt ad Mutationes eius iuxta Temperamentum ipſius coafficiantur etiam animalium corpora &c.

Nec difficile eſt diuerſas eius cognoſcere Mutationes, ſiquidem ad 4. anni tempora, prout Influens Sol, aut ſyderum affluxus eum exceperit, mutari ſolet. Verno tempore, quando Sol ad naturam aeris accedit calidam & mediocriter Humidam, temperantur bene omnia tanquam ab optimè temperato. Æſtiuis diebus cum acrius ex Sole incaleſcit, ardentior & ſiccior, quam bona ferat temperies, euadit: ſic Autumno frigidior & ſiccior eſt, quam fert eius natura, hyeme vero totus refrigeſcit ac Humeſcit. Nec vero Sol ipſe tales exercet vires, verum etiam Luna omnes ſuas proprietates in ea inprimit Elementa, & præſertim iuxta quaternam formam, quam creſcendo & decreſcendo aſſumit, ita vt in quouis quaternione ſui curſus 4. modis aerē etiam diuerſimode afficiat, vt ſcribit Galenus, & Aetius Tetr. 1. ſer. 1. cap. 162. Primus ſeptenarius à nouilunio vſque ad ſeptimum diem veri ſimilis eſt, Calidus & Humidus, ſecundus vero ſeptenarius vſque ad plenilunium, Æſtati: Tertius Septenarius decreſcente Luna, Autumno, quartus & Vltimus Hyemi.

4. Anni tempora varias cum ſyderibus intrudũt in hac inferiora mutationes.

Diuerſæ lunæ proprietates ſecundũ quatuor ipſius ſeptenarios.

Verum eiuſmodi mutationes non tantum in ſingulis 4. anni vel menſis temporum quaternionibus, iuxta Solares & Lunares periodos agnoſcuntur, ſed etiam ſingulis diebus quadripartitè etiam dimenſis obſeruantur, vt iidem authores ſcripſerunt: Siquidem cum matutinum tempus calidum ſit & humidum, reſpondet Veri: ideoque etiam corpora tum ſanorum, tum ægrorum melius habent, & febrientibus hoc tempus benignius. Medium diei, æſtati confertur, vt crepuſculum Autumno, & Veſpera hyemi.

Quin & in ipſa nocte quatuor iſta diſcrimina notantur, primaque illius pars Veri, ſecunda Æſtati, tertia Autumno, & quarta Hyemi aſſimilari poteſt. Vnde Medicis de morbis iudicandi magna occaſio. Porro ortus & occaſus quorundam ſyderum ac ſtellarum, cum heliacè oriuntur vel chronicè occidunt, iuxta præſcriptam ipſis à Creatore legem, magnas pariter ſubitasq; mutationes inducunt, quibus aer afficitur, vt contingat etiam ventos inde contra naturam ſuam varias alterationes ſubire, aliter, quam pro more

Virtutes aſtrorũ & ſtellarum.

ſpirare, ac præternaturales qualitates inferre. Nonne id magni intereſt obſeruari à Medico & ſtudioſe diſci? Cum ſanorum corpora, multoq; magis ægrotorum, iuxta aeris ſtatum alterent, vt ſupra diximus. Atq; hinc liquet, cœli, hoc eſt, Aſtrologiæ cognitionẽ, vſq; adeo neceſſariã eſſe Medico, vt eius ignarus Medici nomine ſit planè indignus. Annon enim circa 21. aut 22. Martii diem, quo tempore Sol arietem ingreditur, & Pegaſus equus mane exoritur, exiſtente tum Verno æquinoctio, magnas mutationes in aere & perturbationes, incaleſcente tum aere, fieri, vnde tellus antea ſterilis imprȩgnatur, ſinus ſuos reſerat, ſuccos exprimit, & germina quæq; cum floribus explicat, vt longè quid diſſimile à priore aere magna cum voluptate intueri liceat. Nec minus alterationem iſtam aeris perſentit aqua ex coniunctione & concurſu ſtellarum & aſtrorum: Siquidem maria tum temporis magis turgent: Quin & vina ſyderum vires experiuntur, dum doliis ſuis incluſa inferueſcunt, turbantur, nec non etiam vappeſcunt, & aliquando corrumpuntur. Non dubium eſt igitur, etiam corporis noſtri perinde commoueri humores, & vna plurimos morbos inde procreari.

Aſtronomia Medico neceſſariam.

Varii aſtrorum effectus in inferiora.

Proprietates Pleiadum.

A 18. 19. & 20. die menſis Aprilis, atque aliquot poſt diebus, Pleiades ad tauri oculum ſitæ exoriuntur cum Sole, quæ cum ſydus ſint frigidum, vſque adeo calorem Solis illico coercent & refrigerant, vt longè frigidior aer reddatur, quàm menſe Martio, tunc temporis certi quidam dies dicuntur vulgari prouerbio, Vindemiatores, qui vindemias anni tunc temporis expediant, quos vocãt Georgetum, Marquetum & Creuſetum, quod ſcilicet tunc temporis nõnunquam vitium germina congelarint, & omnem vuarum ſuo tempore colligendarum, ſpem præciderint.

Proprietates Orionis & hyadum, in ipſorum coniunctione.

Vigeſimo octauo eiuſdem menſis, Orion cum Sole, aut propemodum æquè cito occidit: hyades vero circa primum Maii heliacè oriuntur, quȩ quidem ſydera nihil præter tempeſtates, pluvias & magnas id genus mutationes, cum propè ſolem conſiſtant, minantur & ſuſcitant. Hinc aeris rigores & congelationes, hybernis æquales menſe Maio ſæpe deprehenduntur.

Septimo Maii Pleiades incipiunt manè exurgere, à quibus Sol recedere indicatur, paulatim Tauri domũ deferens, vt ad Geminos tranſeat

transeat Amyclæos, quo tempore aer temperari incipit omnisque tollitur vehementioris frigoris motus.

Ad sextum Iunii statim post occasum Solus Arcturus occidit, nono vero die Delphinus ante Solis exortũ emergit, tertioq; aut quarto & vigesimo Orion pariter manè oriri incipit quo tempore Sol Cancrum ingreditur, Solstitiumq; æstiuum fit, vbi per aliquos ante & post dies, aer miras alterationes subit, quibus idcirco corpora nostra acutis & periculosis morbis afficiuntur. *Mutatio temporis in Solstitio æstiuo.*

Tertio Iulii die totum Orionis astrum ad Orientem conspicitur, cuius præter tres illas stellas insigniores & primæ magnitudiniis, eundem ordinem retinentes, quas idcirco Galli lituũ aut Musicam fistulam vocant, nec non & reges tres illos Orientis, seu Magos, triginta & quinq; aliæ tum secundæ tum tertiæ magnitudinis extant, quæ non ita cito nec æquo gressu apparent, quod aliæ aliis longius distent. Vnde diximus supra 24. Iunii Orionem cœpisse manè, tertio vero Iulii totum & integrum exoriri.

Decimo quarto eiusdem mensis Procyon aut canicula mane exoritur 19. Canis, stella ardens & ignea manè quoq; surgere incipit, cum Sol Leonem ingressurus est, quæ est domus exaltationis Solis, qui ad Canem accedens ab eo ardentius irradiatur totusq; aer inde acrius incenditur, vnde tum temporis insignes quoque aeris mutationes & perturbationes maximæ excitantur: atq; hi dicuntur caniculares dies, qui corpora nostra valde incendunt, vt non immerito præceperit Venerandus Hippocrates, ante Canem & post Canem difficiles esse medicationes.

Decimo septimo Septembris Arcturus exoritur, qui ortu suo magnas turbas & mutationes excitat in aere. *Arcturus aerem turbat.*

Decimo nono assurgit spica mane pariter, quæ aerem paulò ante & post exortum per aliquot dies exagitat quoq; & perturbat: ilico post Sol Librã ingreditur, vbi æquinoctiũ fit Autumnale, quo etiã tempore magnæ aeris turbæ & cõmotiones suscitant̃, nec nõ aquæ & terræ simile quid patiũtur, quẽadmodũ Verno æquinoctio, vt supra docuimus, affici solent. Vnde & tũ tẽporis corpora nostra variis morbis ex humorũ pturbatione lacessuntur. Eã ob causam ca uendũ, vt monebat Aetius, ne venã secemus neq; purgemus, neq; *Periculosum medicari sub æquinoctio Verno.*

alias

alias vehementi motu exerceamus à decima quinta Septembris, vsque ad 24. eiusdem mensis.

Vigesimo tertio Octobris, quo tempore Sol oritur, Pleiades eodem occidunt, quo momento magna aeris perturbatio.

Circa finem Octobris & Nouembris initium perspicitur Orion vespertinus in Oriente exurgere, cum Sol occidit, & adhuc moratur in Scorpione, Orionis capitali hoste: Vnde magnæ tempestates in aere, qui variis imbribus & horrendis procellis exagitatur.

Temporis obseruatio à stellis petita.

Primo Decembris canis occidit matutinis horis, quæ dies, vt scribit Aetius *lib. & cap. iam citatis*, si tempestuosa (vt à multis obseruatum est) perseuerat plerunque aeris turbatio ad dies 37. si vero serena fuerit, per totidem dies serenitatem promittit.

Caper aut Capra manè etiam occidit, aliquot diebus ante hybernum Solstitium, quo tempore Sol ad Capricornum diuertit, hyemsque glacies suas in regione aeris inchoat, vnde corpora nostra Rheumatis & defluxionibus opportuna fiunt, scribit Ægineta lib. 1. de remed. cap. 100. Solstitium hybernum, inquit, auget in humoribus defluxionem ac humiditatem vsque ad Æquinoctium Vernum.

Solis vis & efficacia.

Has si tempestates in aere, & in corporibus nostris commouent eiusmodi sydera, quid de vtroque illo magno luminari dicemus, quorum effectus tam dilucidè nobis, reuolutione, motu, cursu & recursu, varias ac insignes aeris mutationes inducentibus patesiũt. Cum enim Sol annuo suo curriculo quatuor tempora constituat, vires suas apertè testatur, & rerum omnium ortus, incrementa, statum & earundem decrementum ac interitum tandem efficit.

Vnde plantarum & arborum mors.

Siquidem à nobis eo recedente conglaciatur aer, rigescunt omnia, frigore constringuntur meatus, calor vitalis prorsus suffocatur: Plantæ arescunt, & virore suo spoliantur, arbores ipsæ quoque fructuum steriles veluti moribundæ languescunt. Tunc præsens rebus ferè cunctis incumbit interitus, quod humore destitutæ caloreq; priuatæ, & subindè frigore nimio exsiccatæ, virtute radicali & humiditate prorsus exhauriantur.

Eodem ad nos redeunte & domicilium Arietis ingresso, incipit frigus illud mitescere, tepidisq; eius radiis ac summe vitalibus, aer ac

aer ac terra moueatur, quæ ſenſim incaleſcens & ſinum ſuum reſerans, humorem radicalem in animantes omnes diſpergit, quo eædem reuireſcunt, repullulant, nec non tandem fructus ad maturitatem perducunt, prout ea, variis Naturæ ignis gradibus, à magno illo luminari irradiata promouetur, & ad operandum excitatur, qui ignes, vt diuerſis illis anni temporibus, Verno ſcilicet, æſtiuo & autumnali variantur, ſic varia producuntur fructuum genera. Nec tantum iſtius luminaris effectus & vires in plantis conſpicuæ ſunt, ſed in animalibus etiam omnibus, præcipuoq́; in homine eluceſcunt. Nam, ſcribit Actuarius, Noſtrum omnem in imo ſibi familiari cognatoq́; deliteſcentem loco, calorem ad cutem prolicit, atque ob eiuſmodi impetum ex inſidente etiam materia, multa variaq́; circa totius corporis ſummam cutem iam effloreſcunt, quippe exanthemata, papulæq́; ac ſudamina ſeu ſudores erumpunt. *Vnde multorum morborum cauſæ.*

Quemadmodum enim terra toto vere amori indulgere videtur, quo incipit fætus ſuos, id eſt, germina efformare, fouere & excludere: Sic animalia ad eam temporis mutationem tota amoribus & libidine rapiuntur, tunc auiculæ ouis incubant, omniaq́; ſpeciei ſibi ſimili producendæ incumbunt. Naturalis quoque noſter calor, antea intro à frigore compulſus, incipit per totum corpus expatiari, & membra noſtra ſenſim concalfacere, vnde tandem ſanguis noſter feruere & turbari, vt vina in cellis, excādeſcere cernuntur. Hinc variæ papulæ, pruritus, ſcabies & ſudamina circa corporis ſummam cutem effloreſcunt, hinc varia exanthemata erumpunt. Hinc præ nimia ſanguinis aliorumq́; humorum commotione paroxyſmi morborum à parentibus contractorum, vt arthriticorum, & id genus aliorum, alioqui deliteſcentes & quieti excitantur.

Atq; hæ ſunt ingentes & admirandæ aſpectuum diuerſorum ſummi illius luminaris in omnia naturalia virtutes, quibus permotus Actuarius, libro & capite iam citatis addidit, quæ ſequuntur: Porro iam pridem tum animalium, tum plantarum eſſentia marcore tabuiſſet, niſi demirandas has anni tempeſtatum mutationes Sol eſſet molitus. Nunc vero cum alia aliis præparet & diſpenſet, rerum ortus, interitus opifici ceu inſtrumentum eſt effectus, Terra

enim, mare, omniaq; eius facultate referta sunt, adeo Sol in omnibus, quæ mutantur, corporibus, mirandum est opifici instrumentũ.

Ad hæc luna suis incrementis, decrementisq; tempestatum vicissitudines imitatur.

Huius autem secundi luminaris, vtpote terræ citimi vires & effectus, vsq; adeo omnibus patent, vt plura de his dicere hic supervacaneum videatur. Hoc tamen possumus addere, quatuor eius periodorum septenarias mutationes non parum ad dierum decretoriorum, cognitionem conferre, quod à Medico cognosci, & optimè intelligi summe necessarium est.

De popularibus & passim vagantibus ac pestilentibus morbis, sed & regionis natura sæpè communes morbos inuexit, aere, quem inspiramus, à putredinosa euaporatione inquinato, causa vero talis putredinosæ euaporationis aut mortuorum multitudo est, velut in bellis contingere solet, aut stagna, aut barathrum aliquod profundum, aut paludes quædam in propinquo, quæ venenosam ac prauam exhalationem emittant.

Sic Ægineta lib. 2. remed. cap. 3. de popularibus morbis inscripto, eadem prope docuit his verbis: Sed & locorum naturæ cõmunes, inquit, morbos sæpè inuexerunt, quandoque palustrium, quandoque barathrum vicinum habentium, quod exhalationem venenosam ac prauam emittit. Atque hæc frequenter contingere solent. Verum ambiens nos aer mutat temperamenta, siue immoderatè calidior, siue frigidior, siue siccior, aut humidior fiat, &c. nunc de Vento. Ventus nihil aliud est, quam aer in aliquam partem fluens aut aeris commotio, vi sese quadam insinuans, & quo collineat, recta tendens. Aut cursus aeris paulo vehemẽtior solito.

Definitio venti.

Aer enim fluit quidẽ & mouet̃ sed q̃ leuissime, & subtilissimè, vt sensum omnem fugiat: at ventus flatus est vehementior. Hinc disci potest discrimen inter aerem & ventum, vt scribit Seneca, apud quem, quæ sit ventorum materia, quæ causa eorum præcipua aliaque multa huius argumenti præclarissima legi possunt, quo idcirco lectorem relego, ne videat prolixior.

Lib. 3. quæstionum natural. u.n.

Annon ventorum magna nascitur pugna atque commotio, quando vapores tenuiores, quæ è terra exurgunt, & ad frigidam il-

lam &

lam & glacialem aeris regionem attolluntur, progredi vlterius nequeunt, sed remeare coguntur, vbi in recessu sulphureis quibusdam exhalationibus aer vndequaq; constringitur ac comprimitur, liberumq́ue exitum captiuitatis impatiens quærit, regrediendo cum impetu, omnia contingit & disiicit, magnaq; vi conspirat, vt ex angustiis istis emergat, videmus & perspicimus. Inde fit, vt ventus oriatur pro materiæ copia & moderatione, modo lenis, modo vehemens, modo magnis boatibus aerem replens, modo blandius spirans. Eiusmodi affectus indicat aqua globulo ferreo vel ęneo inclusa, qui foramen seu cubulum admodum angustum habeat, aciculis ligulæ non dissimilem, nec ampliorem, is, inquam, globus, si variis ignibus admoueatur, qui aquam expirare cogant, quæ tamē liberè ob foraminis angustiam exhalare nequeat, videre licet quanto strepitu ventum globus ille producat, at huiusmodi instrumentum flabellum aquæ indè à Philosophis vocatum sit, quod etiam sua flatus violentia, vim idoneam habeat metallum liquandi. Qui huius demonstrationis sedulo expendendæ fuerit studiosus, illius indicio facile ventorum origines siue lenium, siue violentorū percipiet. Antea pridem abundè in 3. magni mei speculi mundi libr. pertractaui, vbi fuse de natura, differentiis, causis tum materialibus, tum formalibus ventorum disserui, nec non de eorum situ, nominibus, numero, tum ex antiquorum, tum recentiorum sententia.

Vnde ventus oriatur.

Vulgare exemplum quo venti generatio demonstratur.

Flabellum aquæ.

Nomina, Numerus & situs ventorū.

Cognitio venti apprime vtilis & necessaria Medico est ob varias mutationes, motus & affectiones, quas singuli ex sua proprietate, certis temporibus in corporibus nostris excitant.

Motum autem suum venti inchoant à superioribus aeris partibus obliquumque eum habent, ad latera scilicet & partes sibi oppositas spirando. Eandem illi originem naturam & qualitatem obtinent, at quæ ex variis locis, vbi nascuntur, aut per quæ transpirant, nouas proprietates & mutationes acquirunt. Auster in Lybia calidus est & siccus, at cum per mare transit mediterraneum, magnā ex eo humiditatem contrahit, vnde redditur calidus & humidus atque hinc putridus & corruptus, qualis in Gallia Narbonensi deprehenditur.

Auster vnde humiditatē suam acquirat.

Boreas maximam ſuæ frigiditatis partem ex niuibus & rigoribus Scythiæ, per quam tranſit, contrahit. Atque ſic de aliis.

Communes aut quotidiani venti frequentius vere & autumno ſpirant, quam æſtate & hyeme, idq; quod temporibus illis copioſiores vapores & exhalationes in aere generentur, quæ æſtate Solis ardore ſtatim abſumuntur, hyeme vero in penetralibus terræ vẽtos procreari, horum rationes & cauſas videbis apud Senecam.

Quod ad numerum, quatuor ſunt præcipui venti, qui cardinales vocantur, quorum ſedes ſunt orientalis plaga, occidentalis, meridionalis & ſeptentrionalis, qui ſinguli ad vnumquodque latus ſingulos alios habent ventos collaterales, vnde numerus conſurgit duodecim ventorum.

Nomina Vẽtorum. Præcipuus orientalis plagæ ventus ſubſolanus dicitur, à nautis Eſt vocatur, qui recta ſub Æquatore ſpirat verſus auroram. Eurus qui nautis ſub Eſt dicitur, illi adſtat à parte ſolſtitium hyberni: Cæcias vero dictus Nord Eſt à parte ea cœli, vbi in longiſſimis diebus Sol ortum ſuum habet, quod ſolſtitium æſtiuum eſt. Inter illos Subſolanus omnium ſaluberrimus eſt & temperatiſſimus, in quam partem ſpectare deberent ædificiorum feneſtræ. Eurus alter eius collateranorum, cum ſtrepitu & vehementia ſpirat, multasq; denſas & aquoſas caligines ſuſcitat: Cæcias vero ſex Nord Eſt alter collateranus inſtabilis eſt & inconſtãs ac propemodũ ſemper nubilus.

Quin vero ventus ex diametro Subſolano opponitur, Fauonius eſt, Græcis Zephyrus & nautis Sou Eſt, qui occidentalis eſt vẽtus, blandus ac lenis frugumq; nutritor, quod ſub eodem Æquatore perſpirat ab occidentali plaga, cuius ex ſociis vnus à parte ſolſtitii æſtiui Corus vocatur vel Nord Eſt nautis, qui plerunq; nobis grandines ſuſcitat à nubibus Orientem caligat: Qui vero à parte eſt hyberni ſolſtitii vocatur Lybs aut nautis Sou Eſt, qui Auſtri vicini ſui naturam participat. Qui quidem Auſter aut Noſſus, nautis Su, recta linea à meridionali parte ſpirat ad axem ſeu polum Antarcticũ. Comes illi à parte Orientis aſtans, Euro Auſter dicitur. Qui vero ab occidente cum ſtipat Auſter Aphricus. Hi omnes venti calidi, humidi, pluuioſi & procelloſi ſunt.

Qui huic Auſtro meridionali vento è directo opponitur, Boreas di-

citur, Tramõtanus aut Nord nautis; ventus vtiq; frigidus & ſiccus, nubesq́ue fugans, ſolemq́ue reducens, vt canebat Virgilius: Comitem habet ab orientali parte Circium, ab Occidentali vero Aquilonem, ventum ſanè violentum, rigidum & aſperum ac omnium vehementiſſimum.

Obſeruatio de ventis ſimul ſpirantibus.

Nota venti qui è directo inter ſe opponũtur, vt Auſter & Boreas, ſubſolanus & Fauonius, nunq̃ eodẽ tempore ſimul ſub eodẽ ſpirare Horizonte: at qui obliquè ſeſe intuentur, ſimul conſpirant, vt plurimum; ac quo obliquiores ſunt, eos maiores concitant tẽpeſtates.

Qui venti ſint ſalubriores.

Inter eos Orientales, vt diximus, aliis ſunt ſalubriores, ſecundum locum obtinent Septentrionales, tertio ſalubritatis loco cenſentur Occidentales. At Auſtrales & meridionales ſanitati corporis humani ſunt infeſtiſſimi. In hoc argumentum conferri poteſt, quod ſcribit Ariſtoteles lib. 2. Meteor. cap. 5. & 6. Item Plinius lib. 2. cap. 22. in uentorum autẽ virtutibus ac effectis licet ſerio

De ventorum vſu & vtilitate.

diuinã prouidentiã demirari, quæ ob diuerſas rationes vtiles & neceſſarias ſic de illis cõſtituit, vt in aere varias ac diuerſiſſimas operationes exercerẽt, modo aerẽ, ne torpeat & putreſcat otio commouentes & exagitantes, vt quicquid putredinis habet, ſuo perflatu excutiant, quo animantibus omnibus reddatur vtilior, modo cœli terræque temperiem fouentes, qua interdum nimius Solis ardor refrigeretur, ac quæ ab eo regnatur rerum ſemina, oblædantur, & vitali ſuo humore exſiccentur. Interdum vero venti præſtant, vt calidior aer non mediocri cum commodo frigidiuſculus reddatur, & hoc auxilio terræ producta matureſcant, & ad iuſtam perfectionẽ promoueantur. Calidiore enim aere opportune reddito, & ventis idoneis agitato, radicũ ſucci ad fructus ſuos ptrahuntur, frigorisq; meatus terræ conſtringẽtis vis infringitur, ne ꝙ amplius ad fructuũ plenam maturationẽ impedimentũ accedere poſſit. Interdũ illorũ flatibus terra humectatur, vnde capit alimentum, quod pluuiis ſit hic illic cadentibus. Solent enim agitatione ſua venti pluuioſos nimbos huc & illuc diſpergere, ne quid in terra cœli benignitate deſtituatur. Aquilo nubes à Septentrione fugat ad meridiẽ: Auſter meridionalis ad ſeptentrionem. Sic de reliquis autumandũ in genere. At priuatim in ſingulis regionibus quantæ ſint eorum

vtilitates, aperte elucescit, vt qui aliunde ex variis locis excessus, & impedimenta afferuntur, de medio tollant, aut quæ ingruunt procellæ & tempestates. Porro de ventis dicemus, nunquid illos omnium sordium, putrefactionum ac infectionum esse repurgatores ac emundatores agnoscimus? Nunquid ipsorum opera ipsa flumentorum grana, spicæq; sua lanugine & immunditie expurgantur, & sordibus excutiuntur.

Sanè maria inuia ex Dei prouidentia traiici & permeari possunt, imo ex sententia Senecæ lib. citato, vt inde negotiationes & commercia inter homines admodum natura & moribus inter se alienos exerceantur, & familiaritates amicitiæq; contrahantur, atq; vt Homo, quæ procul à se distant, cognita habeat: Etenim, inquit, mere pecus fuisset omni experientia carens, si conclusus mansisset sui soli cancellis. Arrigant aures quidam Medicorum, qui tantum sibi arrogant, vt alios perfricta fronte (cum ipsi nihil norint, sed in perpetuis cineribus ad focum suum volutentur) censuris subiicere conentur: Discant ex Seneca, quàm apte illis congruat hæc lectio.

Ad institutum redeamus & ostendamus porro de ventis, quæ perinde ac aer præsagia portendant. Docti ac in experientia versati Medici, prudentesq́; agricolæ, gubernatores nauium in arte sua peritissimi ac instructissimi, sagaces Duces & milites opportune mutationes istas obseruant, earumque vsum apte vsurpant. Illud ipsum animalia norunt, quorum viuax & acutus sensus eximie mutationes istas subodoratur.

Certum est animalia à temporum mutatione prognostica sumere, necnon & ipsi homines. Quin permulti sunt, qui ex dolore capitis temporum mutationes certo certius præsagiebant. Qui herniis aut rupturis obnoxii sunt, illud ipsum facile percipiunt. Austrum enim mox perflaturum prænunciant. Boreali vento spirante & serenitatem aeris afferente, qui auditus grauitate laborant, aut subsurdescunt, tũc facilius audire incipiunt, qui alioqui cum densus, nubilus ac pluuius est aer, Austerq́; fuerit, omni propemodum audiendi facultate, priuantur, quo etiam tempore increscunt defluxiones, & omnia catarrhorum genera. Vnde satis superque constat ex diuersis ventorum mutationibus & proprietatibus, varias in corpore nostro, eiusq; humoribus alterationes suscitari. Sunt

Sunt quidam venti, qui peculariter in quædam corpora & nonnullas regiones effectus admirandos edunt. Thraces enim ob crassum regionis quam incolunt aerem, crassum itidem habent cerebrum! Obliuiosi enim planè sunt, desides & torpescentes, ita vt vltra quatuor vnitatum numerum, dum subducunt rationes, progredi non possint, quin priora obliuioni tradantur, si plurium vnitatum numeri adiiciantur. Guido Bituric. ex Herod.

Thraces crassi cerebri & labilis memoriæ.

Bæoti ab aeris impuritatem crassis ingeniis præditi fuerunt, vnde Horat.

Bæoti similes Thracibus.

Bæotum crasso iuraris in aere natum.

In Lesbo apud Mytilenem Austro flante ægrotant homines: Coro tussiunt, à septentrione in integrum facile restituuntur.

Quin obseruatur certis annis, menses quosdã vsq; adeo incalescere interdũ, vt fruges õnes terræ hoc caloris excessũ prorsus exardescant, prout mense Iunio anni 1113. accidit, quo spe omnium suarum frugum, quam conceperant maximam agricolæ, ex illius mensis adustione prorsus cassi fuerint. Illo etiam anno menseq; accidit, vt syluæ aeris incendio prorsus absumptæ fuerint. Ex qua tanta intemperie paulo post graues & diurni morbi, variè in corpora humana grassati sunt, quos lethales pestes secuti sunt.

Cæl.l.2.c.18. antiq.lection.

Circius Ventus tanto furit impetu, ac vehementia in occidentalibus Noruegiæ ripis, vt si quis ipso flante iter suscipiat, ac susceptum perficere tentauerit, id citra suffocationis ac vitæ periculum non præstet. Is porro ventus in illis regionibus adeo intense frigidus est, vt nec arborẽ, nec fruticem germinare permittat. Quo fit, vt ob eorum defectum in ignibus struendis, cibisq; coquendis, ossibus magnorum piscium vtantur, vt scribit Olaus Magnus.

Vincentius. Circius Ventus.

Mehercule sane si alicuius loci aer crassus, nubilus, pluuius, aquosus, corruptus & malignus, aliquando ex locorum stagnis, paludibus, mortuis & infectis aquis deprauatur, aut etiam cloacis, gurgitibus & putidis exhalationibus è terra surgentibus, nec non animalium cadaueribus, aliisq; id genus corruptionibus inquinatur, vnde hominum habitationes inficiantur, ibi homines hærere nequeunt citrà valetudinis detrimentum, quod aer quem singulis momentis hauriunt, prorsum illis sit aduersus & exitialis assiduamque

Aer salubris vel insalubris.

que mortem minetur. At vbi ædes hominum aeri sereno, claro, puro, & malignis omnibus exhalationibus carenti expositæ fuerint, ibi vita hominum diu conseruatur, ac eiusmodi diuersoria, iis, qui vitam diu sanam tectam & integram sanitatem, quantum natura patitur tueri volunt, quærenda sunt.

Aerem alium corrigi posse alium non.

Inter varias illas aeris qualitates nonnullæ sunt, quę vitari nequeunt, aliæ vero possunt. Præcipue ille autem ex cadauerum putredine excrementorum, lutorum ac sordium intectarum prauis qualitatibus inficitur.

Qualis sit aer qui emendari nequit.

Alius est aer, qui facile emendari non potest, qui in locis stagnosis & palustribus perpetuo situs est, & montibus vndequaque cinctus, vbi vix maximis etiam æstatis diebus sol per horam vnam aut alteram affulget, qui cum non possit corrigi, eius incolas, vt valetudini consulant, in meliorem migrare necesse est.

Quod vero eius caliditatem, frigiditatem & humiditatem attinet, quas ex locorum, temporum, astrorumque varietate contrahit, his nullo negotio ars prospicere & mederi potest, quæ aerem etiam ad morbos accommodare potest.

Si enim æstiuis diebus aer impensius incalescat, qui ardentem ægrotantis febrem foueat, imo adaugeat, potest alio traduci æger, in aulam videlicet aliquam interiorem, quæ minus aeris caloribus ferueat: idē etiam perfusionibus cubiculorum & irrigationibus ex aqua frigida, & herbis refrigerantibus factis temperari potest. Quin etiam præter refrigerium desideratur aliquod corroborans, quod corpus recreet, vt in febribus hecticis: aer etiam istis perfundi potest, & iuxta Tralliani consilium (in huiusmodi morbis) consternenda sunt vitium foliis pauimenta, nec non salicis lentisci, semperuiui, rosarum & similium, quæ refrigerandi, & simul corroborandi vires habent.

Trall. l. 12. c. 9.

Huiusmodi quidem aer, inquit Trall. omnibus hecticis conducit: maxime vero, quibus pulmo vel cor igneum ardorem primo senserit. Etenim à cibo & potu refrigerante, non tantum iuuantur illæ vitales partes, quantum ab aeris inspiratu: Contra maius à cibo sentiunt commodum, quam ab aere, partes nutritioni famulantes, vt sunt ventriculus, iecur, intestina &c.

Si vero

Si vero hyberno tempore morbo alicui frigido accommodádus est aer calidus, eligendus locus optime circumseptus & vndiquaque circummunitus, vt nulli auræ pateat, quin & luculentus ignis in eo excitandus est, quo aer, vt satis est, incalescat. Si vero natura morbi postulat, vt cum calefacientibus corroborantia misceamus, vt plerunque pectoris morbi id exigunt, ignes suscitabimus ex lignis, laurino, iunipero, medicarum arborum seu Arantiorum, Rosmarini, Lentisci, & id genus aliorum. Quin imo & in quibusdam morbis opportunum fuerit, cubicula suffire suauibus odoribus, vt caryphyllorum, auicularum Cypriarum, aut suffumigio aliquo alio ex fragrantibus rebus suauissimi odoris concinnato. Huius generis simplicia sunt, grana iuniperi, myrti, benioini, caryophyllorum, galliæ muschatæ & similium. Hæc de aere.

CAPVT III.

De Cibo ac Potu.

Cibo ac potu (inquiunt Medici) quicquid Nectaris nostri & vitalis Humoris calore, laboribus vel inedia exhaustum est, restituitur, pristinasque vires corpus Cibo recreatum recuperat, languoremque suum ex recepta simili sua substantia vitalique Balsamo deponit & nouas vires reperit.

Iisdem enim nutrimur, quibus constamus: De his in specie sic dicimus.

Constat in pane basin & fundamentum nutrimenti præsertim esse positum, quod ex granis multo spiritu aqua vitæ & balsamo fæcundis, quæ cum nostris spiritibus & vitali nectare magnum habent consensum, eleganti artificio & præparatione salubri concinnetur. Etsi autem plus spirituum, quam panis, vinum contineat, eiusque odor vel solo olfactu spiritus nostros confestim recreet, qui vtrunq; in synope dispersi à corde aut prorsus nulli in nobis esse videntur, cum tamen vinum glutine illo aut vinculo careat, quo diutius retineri necesse est, ne statim à stomacho nostro auolet, *Paris nutritionis fundamentum.* *Cur vinum à pane nutrimendi sui superesiquitur.*

siquidem natum liquidum ac fluidum est: hinc fit, vt minus solidã ac firmam corpori nutritionem, quam panis exhibeat, citra quem aut aliquid simile, quod constantis sit corporis, commodè viui non potest, at sine vino foueri vita facile potest.

Variæ panis & frugum ex quibus panis conficitur, differentiæ.

Fiant differentiæ inter panes nunc nobis excutiendæ, quarum præcipuas describemus.

Fit panis multis in locis ex siligone, qui paulo acidior est, mediocre alimentum præbens, quique laxam alvum temperate reddit. Non infrequens eius est vsus multis in locis, & in ipsis quidem Nobilium ædibus.

Ex hordeo quoque pinsitur panis variis in prouinciis, cuius vis est refrigerans, at non ita hordeaceus gratus est palato ac siligineus. Eo potissimum vescuntur agricolæ, quod alio sæpe frumento careant, præsertim messis tempore, quo citius hordea demetuntur, quam reliqua farra. De hoc pane in hæc verba scribit Aetius:

Tetr. 1. serm. 10.

Panes autem hordeacei omnes minus nutriunt, quam triticei, & magis ventrem subducunt, quam illi.

Conficitur etiam ex fabis, aliisq; leguminibus panis, sed grauis est, ponderosus ac parum grati saporis.

Triplex panis genus ex milio.

Apud Bearnos, & in altioribus regionis Armigniacæ locis, panis ex milio familiarissimus est; cuius triplex genus præ cæteris conficitur: vnum ex milio in farinam redacto à suo furfure mundatam, ex qua cum aqua aliorum more subigitur panis, pastaque salita ac fermẽtata in clybano aut furno coquitũ in panẽ. Hoc vescuntũ rustici, cuius gustus subdulcaster est, satis est boni alimenti, sed qui diutius assumptus fastidium parit.

Miques.

Alterum ex milio panis genus in Vasconia (Miques) vocatur, qui panes sunt globi, ex eius farina subacti, magnitudine globos referẽtes, q̃bus palemario lusu colluditur. Hi coquũtur in aqua, & in ientaculũ infantibus offerũtur, singuli globi vendũtur denario.

Brasarium.

Tertium panis genus id est, quod Brasarium appellatur, cuius vsus in bellariis est, satis est delicata, gratiq; saporis esca, dicta idcirco brasarium, quod inter prunas ardentes, Gallis brasier dictas, quibus panis in foro vndique inuoluitur, coqui soleat. Is panis quadratæ est formæ, pedis longitudinem habens, & dimidii pedis aut

circiter

circiter altitudinem. Obuoluitur autem ille panis brassicæ foliis, cum inter prunas foci sepeliendus est, vt coquatur, ne cineribus conspurcetur. Atque hæ sunt tres panis miliaris coctionis species, de quibus loquitur Actuar. atq; alii veteres, vt paulo post docebimus, in clybano nempe, in aqua & inter prunas.

In Vasconia ex farina eiusdem milii pulmenta fiunt aqua diluta, quæ sale condiuntur, & ad consistentiam coquuntur. Istorum pulmentorum nomen est, Armotes, quæ delitiæ sunt rusticis multis in locis. Diluitur etiam farina hæc lacte, ex qua mixtione meliores redduntur. Gal. lib. de aliment. facult. cap. de milio & panico, hanc pultis speciem ex milii farina factam describit, quę rusticis antiquitus in cibum erat familiaris. *Triplex modus coquendi panem.* *Armotes.*

In regione Limoxensi, & quibusdam aliis locis circumuicinis, (vbi abundant castaneæ) ex castaneis fit panis, quo vulgus & rustici pascuntur.

In caritate annonæ, & aliorum granorum inopia, fit etiam panis ex auena, quod equorum magis, quam hominum proprium est alimentum.

Nos Germani quodam iusculi aut pulmenti genere, Habermuß / à nobis dicto vtimur, ex granis auenæ mundatis & aqua constante, quod instar hordeati est, eiusque cibum admodum salubrem autumanus. *Habermuß.*

Inter autem omnia eiusmodi panum genera nullum bonitate, sapore, salubritate ac nutritione ad panem nostrum accedit, quam qui ex tritico aptè paratur & conficitur. *Panis optimus quis.*

Tritici autem tres aut quatuor sunt species, distinguere expedit, vt melior seligatur, vnde optimus panis, saluberrimus & alimentosus concinnetur. Frumentum quod nascitur in Turcia & Barbaria, grana crassa producens, rati coloris, nō æquat bonitate illud quod spelta vocatur, cuius color albus est, flauus & granorum minorum, sed firmiorum ac solidiorum dente iudice, quod ac maiorem reddit farinæ copiam, quam alterum furfure abundans. Quod nobis sedulo obseruandum est, vt suadet Galenus lib. primo de aliment. facult. cap. de tritico: vbi videre licebit omnia panum discrimina, siue bonæ siue malæ nutritionis, siue frumentorum varietas spectetur, quo- *Tritici tres species.*

tur, quorum alia aliis vel meliora, vel deteriora sunt, idq; vel ex natura, vel ex varia præparatione, vel ex traiectione per cribum ex actione vel negligentiore, siue ex fermentationis & coctionis artificio. Quæ omnia in pane conficiendo, vt sit salubris & sapidus, diligenter obseruanda sunt.

Panes alii mũdi, alii sordidi.

Sequuntur quæ de his scribebat Galenus eodem lib. & cap. vbi de diuersa frumentorum natura cum disseruisset, de differentiis quoque panum, qui vel meliores vel deteriores conficiuntur, hæc subiicit: Cæterũ medii inter mundissimos & sordidissimos panes, longe lateque pro minoris maiorisve ratione inter se discrepant. Alii namque mundi, alii sordidi nominantur, & reuera sunt. Præter hoc tamen aliud est panis genus, planè in his medium, Græci nunc αὐτόπυρον vocant, eo, quod ex confusanea farina, furfureue, neutiquam cretis conflatur. Illum panem antiqui Medici Syncomistum appellarunt. Verum, & inter istos ipsos, qui ad vnguem medii inter furfuraceos, & quam nitidissimos panes esse videntur, non mediocre est pro varia tritici natura discrimen.

Etenim ex denso prægrauiq; semine panis præstantior, ex stolido leviq; deterior fit.

Qualis fuerit panis Romanis optimus.

At panis quidem syncerissimus, cum à Romanis tum ab omnibus ferè qui illorum subiacent imperio, siligineus vocitatur: huic proximus similaceus, tertio medioq; loco is, quem αὐτόπυρον, vel Syncomistum appellari diximus. Quartus ab his est sordidus, postremus furfuraceus, qui inter omnes imbecillimus est, quique quam citissime per aluum descendit. Ægin lib. 9. de re med. cap. 73. Actuar. lib. 2. cap. 3. de iisdem differentiis secundum Galenum loquuntur, pronuntiantq; furfuraceum panem omnium esse deterrimum, & minimi alimenti. Cum enim is sit omni farina spoliatus, non potest, nec in sese cohærere, nec ventriculo firmiter adhærere, vnde minus alit ac minus salubris est.

Panis furfuraceus omniũ deterrimus.

Ex farina tenuissima & subtilissima gluten fit, vinciendis ac conglutinandis multis rebus perutile, quod furfur tamen præstare nulla ratione queat.

Sed hactenus dictum sit satis de granorum differentiis, de farinarum & panum varietate, illud vero constet inprimis, eos pro

optimis

optimis habendos, qui ex farina optima mediocriter à suo furfure separata ꝓbè cõfecti sunt. Deinde in cõfectione etiã magnũ requiritur artificiũ. Nã etsi tales habẽtur farinæ, quæ desiderantur: solertia tamen non leuis in ea, aqua diluenda, pinsenda, fermentanda, sale condienda, dextreq; pane apparando & coquendo requiritur.

In pane optimo conficiendo quid obseruandum.

Vt igitur bonus concinnetur panis, palato gratus, salubris, & boni nutrimenti, primo optimum frumentum, quale expressimus, deligendum est, quod cribro sedulo à sordibus emundetur, cui vt nihil desit munditiei omni diligentia procuretur. Ilud vt benè fiat, triticum aqua pura eluendum est, postea ad solem exsiccandum, sed lolium imprimis diligenter repurgetur, veluti prorsus noxium, non tantum ꝗ inebriet, sed quod firmissimũ etiam quod cerebrum vertiginibus feriat, attonitos homines reddat atque prosternat.

Notæ panis melioris & salubrioris.

Ex panis etiam congrua coctione, necnon eiusdem fermentatione præcipua vtilitas ac saporis suauitas exoritur. Quod idem Galen. exprimit eodem lib. supracitato his verbis. Panes autem ad concoctionem appositissimi sunt, qui plurimum fermentati & approbe elaborati in clybano, igne moderato percoquuntur. Nam profusior ignis, primo statim occursu adurens exteriorem superficiem in testæ modum indurat, ex quo vtrobiq; ineptum, pravumq; panem fieri contingit, vt potè qui cruda incoctaq; interiora habeat, ambusta, obarida & crustacea exteriora. Ignis vero iusto minoris vis in totum panem nequit penetrare, ideoq; illum non percoquit, sed relinquit crudiorem, maximeq; intimas partes. Qui autem longiore spatio vndiq; æquabiliter perassatur, hic & probissime in ventriculo concoquetur, atq; ad sequentes functiones erit accommodatisimus, &c. in Clybano igitur salubrius, quam inter prunas coquendus est panis.

Fermentatio in pane concinnando necessaria.

Quod ad fermentationem attinet, quæ cum fermento fit acido, ea inter cætera artificia summe necessaria est. Hæc enim pastam attollit, & leuitatem idcirco pani conciliat atque saporem, qui citra eam grauis & insalubris redderetur, atque idcirco noxius & inutilis. Præterea panis mediocriter salsus melior ac salubrior est insalso, etsi multi aliter sentiunt.

In summa panis eo modo, quem diximus, apparatus, magnum

Magisterium Chymicũ in panis confectione obseruandum.

& elegans magisterium exhibet, in quo nobiliores & perfectiores Chymicę operationes elucescunt. Primo puri ab impuro apparet separatio, hoc est, farinæ à furfure. Secundo puri cum sua aqua coniunctio, quæ ibi trituranda, hoc est, pinsenda, malaxanda, fermentanda, digerenda ac demum perfecte coquenda, ex qua mixtione sic elaborata, panis salubris, viui ficus, hoc est, lapis Philosophicus immensæ virtutis progreditur. Denique longe aliquid præstantius est, quam farina. Siquidem quæ nobis grana natura exhibet, nisi artificium hominis in præparationem accederet, longè noxiora, quam vtiliora homini futura essent. Accuratè igitur & præparandus, & coquendus est panis: alioqui frumentum, quod simpliciter ex aqua coquitur, quocunq; modo velis, nunquam alimentum vtile ac salubre allaturum est.

Quid Galeno acciderit ex vsu panis haud probè cocti.

Quod testatur Gal. eodem lib. supra citato historiam referens, cum aliquando rus expatiatum animi laxandi gratia, profectus esset, paulo ab vrbe remotius, vbi panis erat inopia, se vidisse duos rusticos in suam cænam triticum ex aqua & sale coxisse: ad quod epulum ipse Galenus cum duobus aliis sociis inuitatur auidè accessit, appetitu ex itinere contracto, eoq; cibo copiose & ad satietatem, aliiq; cænati sunt simul: cuius epuli exitus qui fuerit, ex Galeni ipsius verbis audiamus. Verum à cœna, inquit, grauitatem in ventre ad instar incumbentis luti cæpimus sentire: postridieq; toto die crudi cibum fastidientes languebamus, adeo vt nihil possemus omnino assumere. Præterea flatulento spiritu plenis caput dolebat, oculiq; ceu per nebulam cernentibus caligabãt. Addit se ex rusticis quæsiuisse, num alias eodem cibo vsi essent, & qui ex eo valuissent, qui responderunt aliarum rerum inopia (prout ipse Galenus tunc premebatur) frequenter se eiusmodi cibum in vsum assumpsisse, qui semper grauis stomacho fuisset, potiusq; noxius, quam vtilis, quod facile citra experientiam colligi, & iudicari poterat. Farina enim frumenti istiusmodi, etsi purior est frumenti substantia, cum sit concoctioni rebellis, noxam parit, nisi (inquit idem Galen.) per salem, fermentum, conspersionem, triturationem, furnumq; edometur ac perficiatur. Quis hinc non intelligat (addit) rude & illaboratum triticum, firmissimum ac pertinacissimum esse, contra si congruè præparetur, vt supra diximus,

Frumentum crudum insalubre.

optimum

optimum esse nutrimentum ac corpori humano summè necessarium vtilissimumque.

Galenus vult ex optimo tritico, & à suo furfure separato fieri, mediocriter candidum, optimè pistum, fermentatum, sale conditum, & vt par est coctum.

Oribasius lib. collect. medic. cap. 8. de panibus triticeis loquens, idem sentit cum Galeno his verbis. Optimus panis & saluberrimus, inquit, est qui plurimum fermenti, plurimumque sales habet, quiq; plurimum est subactus, & elaboratus ac in clybano moderate calido assatus. *Ad panē conficiendum necessaria sunt fermentum & sal.*

Hoc vero, quod dixi, plurimum fermenti atq; salis in gustu diiudicari debet atque discerni.

Quod enim in copiosiore horum mistura est, iam molestum id & noxium est.

Ex his apparet Galeni & Oribasii aliorumque multorum authoritatibus, quam salubris sit panis mediocriter salitus, quamq; inter alios Laudabilis: cum tamen sint Medici quidam, qui salem in pane prohibeant, qui planè error est popularis. Hæc de pane, nunc de vino.

Vinum est calidæ essentiæ, spiritibus vitalibus abundans, & à Deo Opt. Max. nobis datum in recreationem cordis, sicut panis in hominis alimentum, disserente regio Propheta, Ex omnium Medicorum sententia, vinum est calidæ facultatis ad generandum sanguinem aptissimum, in cuius naturam facile transit. Vnde inter præcipua alimenta secundum panem connumerandum est, primumq; nostrorum spirituum instauratiuum. Eam opinionem sequitur Galenus lib. 3. de aliment. facult. in quo de vino priuatum caput scripsit, vbi sententia eorum, quæ supra dicta sunt, continetur, nec in eodem libro de aqua vspiam tanquam de alimento tractatur, vt quæ inter alimenta non censeatur. *Vinum.* *Psal. 104.*

Quas Oribasius facultates ac qualitates vino tribuat vide in lib. suo εὐπορίστων cap. 15. his verbis: Vinum igitur recreat ac calorem suscitat nostrum, atq; ideo concoctiones meliores fiunt, & sanguis probus gignitur, alimentumq; in omnem corporis partem à vino, quia vim habet permeandi, diducitur? Quocirca eos, qui

etnues ex

tenues ex morbis fiunt, habiliores reddit, & ſimul etiam appetitũ alimentorum affert, pituitam attenuat, bilem vrinis expurgat, iucunditateque & alacritate perfundit animum, & robur addit. Vinum ergo moderatè potum, inquit, eſt horum bonorum cauſa, immodice vero contrariorum.

Hinc conſtat ex vſu non abuſu vini magnos eius eſſe facultates ac vires, tum ad alendum, quod copioſum gignat ſanguinem, tum ad virtutem cordis corroborandam, tum etiam ad inſtaurandos languentes, aut deficientes noſtros ſpiritus, tum ad multa alia præſtanda, quæ corpori humano maximè vtilia ſunt, ſiue conſeruanda ſit ſanitas, ſiue morbi profligandi, quorum curationi conducit, vt paulo poſt ſuo loco dicemus, poſtquam de differentiis eius diſſeruimus.

Variæ vinorũ differentiæ. Galenus tertio commentario, quem in librum de ratione victus in morbis acutis Hippocratis edidit. Aetius tetr. 1. ſer. 1. tr. de vino, & de victus ratione in morbis acutis. Ægin. lib. 1. de re med. cap. 15. Actuar. de ſpirit. ani. nutri. cap. 8. Hi, inquam, authores varias differentias vinorum conſtituerunt, de quibus pauca in medium primo proferimus.

1. Prima vini differentia in colore ſtatuitur, quatenus aliud eſt album inſtar aquæ, aliud flauum & coloris paleæ aut ſtipulæ, aliud heluellum, & colorem rubini dilutioris ac viuacioris referens, aliud rubino vegetiori aut coloratiori ſimile, aliud granato clariori, aliud granato rubicundiori & obſcuriori colore reſpondens.

2. Secunda in ſapore poſita eſt: alia enim vina dulcia ſunt, alia auſtera & pontica, alia gratiſſimi ſaporis, alia inſuauis guſtus, alia matura, alia non ſatis cocta.

3. Tertia vinorum differentia conſiſtentiæ rationem habet, vt alia ſint admodum tenuia, & ſpirituoſa, qualia ſunt vina Græca, & canariana, aut nullas, aut paucas fæces gignentia, alia vero craſſa & materialia, magnam tartari atque fæcum copiam deponenentia, alia inter vtramque hanc differentiam medium tenentia, qualia ſunt in Gallia noſtra vina, quæ dicuntur de Graue, & quæ in aliis Vaſconiæ variis locis creſcere ſolent. Huiuſmodi ſunt vina, quæ in Gallia Narbonenſi, vin de cante-perdrix, dici ſolent, vin de Beaulne in Bur-

in Burgundia, & varia alia, quæ in multis Galliæ locis naſcuntur, vina, inquam, tenuia, ſpirituoſaque potius, quam materialia & craſſa, quæ idcirco ſalubriora & præſtantiora ſunt, aliis longè terreſtrioribus & multas fæces ex ſe deturbantibus.

Quarta in odore ſita eſt, quem gratum & ſuauem bona omnia vina obtinent, reliqua ingratum. Hinc fit, vt docti bibones odore vini bonitatem vel prauitatem, priusquam deguſtent, experiri ſoleant, pronuncientq; de vino ſententiam, alia odore carent, quo arguuntur ſpiritu carere, ideoq; bonitate, quod vini bonitas in ſpiritu eius copia ſit. *Vini bonitas in quo conſiſtat.*

Aliæ porro ſunt vini differentiæ ex tempore petitæ, vt cum vina alia aliis recentiora aut vetuſtiora ſunt: ſiquidem pro varietate & vetuſtate temporis variam qualitatem contrahunt. Alia enim temporis ſpatio potentiora & calidiora, redduntur, colore, ſapore & ſubſtantia variant: alia vero viribus imminuuntur, & breui temporis interuallo fugiunt.

Differentiæ aliæ vinorum petuntur ex regionibus & terræ varietate, vbi creſcunt.

Poſtrema vinorum differentia ex eorum facultatibus & proprietatibus deſumitur.

Sed hic quæritur, quid vtilitatis iſtarum omnium differentiarum cognitio Medico pariat? Maximam teſtatur Aetius tetr. 1. ſerm. 1. his verbis.

Quandoquidem vero, inquit, plurimas in vino differentias reperimus, diſtinguendum eſt de ipſis, quam breuiſſime id fieri poteſt. Rubra itaque & craſſa ex omnibus ad generandum ſanguinē commodiſſima ſunt, vt quæ parua egeant in ſanguinem tranſmutatione. Deinde nigra, ſimulq; dulcia & craſſa. Deinde colore quidem rufa aut nigra, compage vero craſſa, & habentia ſimul adſtringentem qualitatem. Hic minus valent alba, ſimulq; craſſa & acerba ad nutritionem. Minime vero omnium alunt colore alba, compage tenuia, & quodammodo aquæ ſimilia. Concoquuntur autem in ventriculo, & magis diſtribuuntur dulcia, quam auſtera, vt pote calidiore vi prædita, ſed & ventrem magis ſubducunt. Cæterum valdè craſſa & tardius concoquuntur, & tardius in corpus

 diſtribuun-

distribuuntur. Vbi autem ventriculum robustum nacta fuerint, vt probè concoquantur, amplius nutrimentum corpori præbent. Manifestum est autem, quod & aluum sistunt, & vrinæ ciendæ incommoda existunt, in quibusdam crassum succum generantes. Quædam ex ipsis etiam iecur & lienem ac renes obturant, atque inde aliqui in aquam intercutem incidunt, aliqui è calculo laborant ex nimio ipsorum vsu, & præsertim senes. Tandem Aetius sic concludit, optimum vinum est, & sanis, & ex morbo se colligentibus commodissimum, quod rutum, compage tenue & leuiter subastringens existit.

Ex his omnibus ac ex iis, quæ ab Hippocrate scripta sunt lib. 3. de ratione victus in morbis acutis, nec non à Galeno in principio commentarii tertii eiusdem libri, aliisq; locis, Medicus discat, quæ vina meliora, salubriora ac conseruandæ sanitati congruentiora sunt, vt quæ in curam multorum morborum cōcedantur, tum mera, tum plus aut minus aqua diluta.

Lib. Meth. Med. & sanitati tuendæ.

Non enim tantum alendo nostro corpori aptum est vinum, aut cordi recreando, & instaurandis ac roborandis spiritibus nostris: Quin & eius facultates ac virtutes ad medicandum curandúque protenduntur, vt non solum ex Hippocratis testimonio probauim⁹, Galenoq; eius interprete, sed ex omniū celeberrimorū Medicorū, Græcorum, Arabum & Latinorum vno eodēq; consensu.

Aretæus inter antiquissimos Græcos, ab Hippocrate, cuius summus est imitator, testatur de vsu ac proprietate vini in phrenesi, etiam deliquio animi aut syncope stipata.

Sed cum metus sit, ne in vaporem humiditatemq; homo dissoluatur, vnicū subsidiū vinū est, celeriter enim substantiā alendo instaurat, & quoquo versus ad extremitates vsq; pmeat, tenori tenorē apponit & Spiritū torpentē expergefacit: frigiditatē calore temperat, laxantē madorē adstringit extrorsum, erumpētia ac diffluētia coercet: olfactu suaui delectat, vires demum fulcire ad vitam prorogandam potest, atq; in insania ad animū demulcendum optimū est. Hæc omnia epotum vinum simul præstat, iracundia enim mollescente animus conquiescit, atque ipsimet ad recreandas vires cibos accipiunt: quin etiam seipsos ad voluptatem replent.

Sed vt ostendam, vinum sine vlla exceptione esse longe insignius ac vtilius, magisque necessarium alimentum, aqua, diluam erroneam istorum hominum opinionem, proferam Tralliani testimonium, qui 12. lib. cap. 4. de hecticis loquens, iis vsum vini concedit, idque non sine moderatione à prudente Medico præscripta, qualis ille fuit. Atq; hæc sunt, quæ scribit. Vinum iis, qui frigidam siccamque intemperiem in solidis particulis habent, & marasmo ex morbo (vt vocant) detinentur, exhibere necesse est, vt nos calefacere simul & humectare oporteat, quæ omnia vinum moderatum præstare ipsis potest. Qui vero cum febre marcescunt, præsertim quæ macie torquentur, iis vinum dare cautio est, vt quod eis, si quid aliud, maxime aduersetur.

Idem Trall. eodem libro, cap. 3. de syncope, tractans hæc scribit. Vinum dare febris quidem causa non oportet, verum ob crudiorem materiam superantem eorum, quæ sensim extenuare & calefacere possunt, vsus existit. Nihil itaque absurdi est, vinum tenue, quod in corpus facile distribuitur, & nullam manifestam adstrictionem aut dulcedinem obtinet, exhibere. Ætate vero non nimium recens, neque vetus esto, neque colore nigrum, sed potius subfuluum & album, & substantia tenue. Cupimus enim, vt quam primum in venas totumque corpus distribuatur, præsertim cum vires collapsas, & in periculo interius constitutas, recreare festinamus. Quin etiam, si ab igneis inflammationibus deliquia animi suscitentur, vitæque periculum subesse cognoueris, vinum mox exhibebis, maxime quod chondro incocto superfuderis &c.

Vt autem ostendat, quanta virtute polleat vinum ad instaurandas corporis vires, vel etiam imbecillimas & totas prope prostratas, idem scribit, quæ sequuntur lib. 7. c. 14. Sin autem vires vrgeant extremorum perfrictiones, conuulsionesq; & animi defectio oriatur: Salutare est etiam vinum decocto admiscere. Nam vinum (addit) optimum maximè subito & celeriter vires collapsas refocillare potest, ac multos noui ex sola illius potione, præter spē, mortis periculum euasisse.

Porro ait, quin & vinum, quod sitim restinguat, dare phreneticis audendum est, in quibus multæ vrgent vigiliæ & vires im-

becillæ, febres autem nondum vehementiam, neque ardorem habent, sed quædam concoctio vrinarum quoque in eis apparet. Præterea illis cum fiducia dandum est, qui per sanitatem quoque vinum amare consueuerunt, & os ventriculi imbecillum & natura frigidius obtinent. In his enim tempestiua est vini potio, & omnibus mente alienatis, si modicè assumatur. Nam ferociam ipsorum mutat, & ferinos mores ad hilaritatem transfert, somnumq; conciliat, eo quod cibum celeriter concoquat, & in totum corpus distribuendum adiuuet. In quibus igitur nulla feruens inflammatio aut magnus admodum calor præcordia infestat, & vires infirmentur, audacter vinum ipsis exhibeto. Maius enim ex eo commodum erit, quam quæ noxa fore putetur. Si enim vires recollectæ fuerint, & non collaci permissæ, omnia tentare possumus, & multifariam ægro succurrere. Collapsis autem ipsis omnis medicorum curatio desperata erit. Quare metiri conuenit & noxam, quæ ex vino expectatur, & commodum, atque si plus fuerint, quæ permittant, propinare debes, minorem offensionem contemnendo. Fieri enim haud potest, vt id, quod iuuat, aliqua etiam parte non noceat. Medici autem est eiusmodi eum metiri, tum iudicare. Nam si vniuersa moderata quantitate, qualitate, ordine & tempore adhibeantur, totam artem absoluunt, consumantque, & finem bonum imponunt.

Omnibus venenis contrarium est, vt vult Celsus, lib. 8. de re Med. cap. 27. Quidam, inquit, post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt, ibique patiuntur desudare, dum vires corporis sinunt, vlcere adaperto, quo magis ex quoque virus destillet: Deinde multo marcoque vino excipiunt, quod omnibus venenis contrarium est.

Vinum porro inter omnia alia præsidia summa est senectutis medicina, quod docet Aetius tetr. 1. serm. 4. cap. 30 de ratione victus senum: Vinum vero, inquit, senibus vtilissimum est. Sit autem ex calidioribus natura, quale est, quod substantia quidem tenue est, calore autem fuluum aut flauum. Atque vnum quidem hoc maximum bonum senibus accedit, quod calefiunt omnes eorũ partes, deinde quod serum sanguinis per vrinas purgatur, Quid

præterea

præterea de vino dicemus, quod non tantum nutriendo corpori, recreandis & corrobandis cordis viribus, & innumeris ægritudinibus curandis aptum est, sed & mentis medicamentum optimum est ex Oribasii sententia? sic enim Oribasius lib. 3. Medic. collect. cap. 7. scribebat? Quin etiam vinum poterit animum quodammodo afficere, quippe cum vinum sit mœroris medicamentum. *Medicamentum mentis.*

Atque Helena quidem mihi videtur hoc crateri infudisse, vt mœrorem sedaret.

In hoc argumentum Plato quoque dicebat; Equidem si infinita commemores, nunquam inuenies, in quo per iocum sine omni prorsus periculo spectare ingenia, sicut in vino licet. *1. Dialog. de legibus.*

Satis superque de natura, differentiis & singularibus vini proprietatibus ac facultatibus, ex spiritibus, quibus abundat, ei comparatis, dictum est: Nunc de aqua.

Communis aqua humidæ qualitatis, non carens vitali principio, vt nec reliqua omnia creata, eius vsus maximè est necessarius, ac vtilis, ad vitæ conseruationem. *Aqua.*

Terra enim eius irrigatione germina & fructus producit, quæ alioqui sterilis & infrugifera langueret. Ea aquantur animalia alia cum hominibus, vt sitim extinguant, nec commode alioqui citra eius vsum viuerent. *Vsus aquæ.*

Hæc diluitur farina, vt pasta fiat, & panis, nec citra illam edulia in vsum hominis coquuntur, hæc pariter non paruo vsui est ad multos potus alimentosos ac medicamentosos conficiendos in salutem hominis. Deniq; si huc congerere omnes illius vsus ac commoditates proposuerim, nullus vnq̃ fiet finis. Satis est illius proprietates indagare, quæ diætæ sanitatique conseruandæ congruæ ac necessariæ fuerint. In quem finem summe necessaria est Medico facultatum illius cognitio. Atque id ipsum est, quod eos docet Ægineta lib. 5. de re medica cap. 50. De aquis inscripto, quod sic orditur: Oportet etiam, inquit, aquarum virtutis ac vitii peritum esse. Multi enim vsus sunt aquæ, præ omnibus ferè rebus aliis, ad omnem victus rationem. *Vsus ineffabilis.*

Vt autem bonas ac laudabiles aquas à vitiosis distinguamus, differentiæ illarum primo nobis cognoscendæ sunt, quæ ex sententia Aetii *Varia differentia aquarum. Aet. tetr.*

1. *serm.* 3. tia Aetii in genere spectatæ, quintuplices numero sunt, aqua plu-
163. uia, fontana, putealis, fluuialis & stagnosa vel lacunosa. Aquæ plu-
Pluuia. uiæ, nomine intelligi potest quicquid ab aere in terram defluit, aquæ formam obtinens.

Quod cum variè accidat diuersas quoque distinctiones, vt necessarias, postulat.

Niuales. Aliæ enim sunt pluuiæ lenes ac suaues, quæ nulla aeris commotione decidunt, aliæ sunt procellosiores. Præterea niualium quoque aquarum à pluuiis distinctarum nobis statuendum est discrimen. Quæ etsi inter leuissimas censentur, quod sublimatæ & distillatæ fuerint, ideoq; putrefactæ aut digestæ: hoc nomine tamē inter optimas aquas non sunt reponendæ, vt quæ febricitantibus & ictericis incommodæ & detrimentosæ sint, vt scribit Aetius eodē loco: Verum febrientibus, inquit, & iis qui bilem supernè ac infernè reddunt, & regio morbo, incommoda est. Subiungitq; postea quare neque extergit, neque concoquit, neque madefacit, & excretiones impedit, diuturniorque, tardius item concoquitur ac digeritur? De aqua pluuia loquitur, dixerat enim, eam nonnisi recentem esse vtilem, idque si traiiceretur aut transcolaretur. Quæ magna est molestia & nimia seruitus in potu aquæ.

Nec dubium est tamen, quin cisternarum aquæ in Italia vsitatissimæ, & quæ in Gallia nunc frequentes esse solent, liberent aquas hac traiectionis molestia. Siquidem eiusmodi aqua per arenam transfusa atque sic repurgata, leuiorq; reddita inter optimas censetur, siue gustus siue valetudinis habetur ratio.

Fontanæ. Fontanæ aquæ vsitatissimæ sunt omnium, atque inter optimas connumerantur. Veruntamen aduertendum est accuratè, in quam partem fluant, & quo Sole spectentur. Si enim ab Oriente id fiat, cæteris præstant, vt ait Oribasius, humiditate, tenuitate, odoris suauitate & moderate refrigerando, moderateq; calefaciendo, Aetius loco præcitato in huiusmodi aquis exigit, vt per meatum quendam aut terram puram excolentur, calefiant ac refrigescant citissimè. Has ait inter alias esse optimas, nisi aliquod vitium ex cloacis contrahant.

Fontanæ vero aquæ, addit Aetius, quarum fontes ad Septentrionem

..rionem erumpunt ex petris ſtillantes, ſolem auerſum habent, incoctiles ac tardi tranſitus ſunt, tardeq́; calefiunt, & frigeſiunt, idcirco aliis deteriores ſunt. Quæ ad occidentem vergunt, vt ait Oribaſius, violentæ ſunt, & refrigeratione & duritie. Quæ ad meridiem ſpectant, magis ſalſæ ſunt, & calidiores, & ad meiendum non idoneæ, ſed ad deſcendendum per inteſtina promptiores.

Aqua ex puteis viuas ſcaturigines habentibus, ex quibus in horas hauritur aqua, ſi nullum aliunde vitium accedat, inter bonas cenſetur, & quibuſdam hominum naturis congrua eſt. De ea ſic ſcribebat Aetius, eodem libro & capite: at puteana frigida eſt, terra difficulter excernitur, ægrè digeritur, propterea æſtuoſo ſtomacho, aut ventri commodior eſt, quam fontana. *Puteales.*

In examine aquarum fluuialium & putealium, naturæ terrarum, & loca vnde ſcaturiunt, nobis inprimis obſeruanda ſunt, ſiue ſit locus planus & campeſtris, ſiue monticuloſus, aut etiam montanus. Nam qui fontes aut putei in planis locis ſiti ſunt, in ſuo natiuo ſolo ſcaturigines nacti ſunt, minus commodas ac ſalubres aquas producunt, quam quæ ex altioribus & montanis locis decurrunt. Vt enim ſcribit Oribaſius libr. iam citato, colles & montes ad bonas aquas eructandas potiores ſunt humiliore & planiore ſolo. Nã & puriores & tenuiores, ac odoratione, dulcedineq́; ſuauiores aquas emittunt.

Diſtinguenda porro ſunt eiuſmodi loca. Quædam enim ſunt plana quidem, ſed ſub quibus rupes deliteſcunt, ex quibus aquæ frigidiores emergunt, quam vbi nullæ ſunt.

Quædam ſunt arenoſa aut pinguia & opima arua, ex quibus quæ ſcaturiunt origines ſemper meliores aliis habentur.

Quod vero ad eas aquas attinet, quæ ex montibus & collibus delabuntur, cum alii montes aut colles ſint terrei, (vt ibidem ſcribit Oribaſius) alii petroſi, pro varia natura diuerſas etiam aquas emittunt. Terrei ſiquidem ferunt præſtantiores & mollitie & minoris frigiditatis: Saxei aquas habent deteriores, tum duritie, tum frigore: Puriores tamen, quam aliæ ſunt, minimumq́; habent ſubſiſtentiæ. Aetius etiam ſic infert; Fluuiales aquæ & ſtagninæ omnes malæ ſunt, Nili aqua excepta: hæc enim omnibus virtutibus exornata *Ex montibus delabentes.*

nata est: sed de Fluuiali aqua infra excipiemus, lib. 5. Basilicæ Chymicæ.

Fontanas illas æstimat optimas, putealibus etiam eas præferens. De stagnosis vero & palustribus, quæ quiescunt, nec mouentur, ita vt mortuæ videantur, censet inter pessimas & summe noxias esse reponendas. Quare, (vt inquit Aetius) nunquam talis aqua, alia præsente debilibus exhibenda est.

Hæ sunt omnes aquarum differentiæ, & qua ratione vitiosæ à bonis secernendæ sint, quarum conditiones & qualitates propriæ, vt verè bonæ dici possint, huiusmodi esse debent, nempe vt bona aqua sit leuis, pellucida, limpida, & oculis grata, vt omni sapore & odore, aliaue id genus qualitate careat, quæ tamen palatum delectet, vt sitim facile sedet, vt parum diu ventriculo immoretur, vt promptè incalescat, prompteq; refrigeretur quæ hyeme calida sit, æstate gelida, qua legumina facile, & cito, nec non carnes, reliquaque edulia percoquantur. Ea etiam (inquit Aetius) bona est, quæ cibos in ventre benè concoquit. Hæ omnes notæ bonitatem aquæ significant, quæ tamen pro variis gradibus illarum conditionum, vel melior, vel deterior redditur, vel mala intrat humano corpori aqua simplex & cruda, idem Aetius eodem libro abunde edocet. Hic quæstio exoritur, an aqua Elemenũt sit, nec ne: an nutriat, nec ne, num alimenti vehiculum sit? Non est, inquit Aetius propositum hic quærere. Quod vero dicere necessarium est, hoc est, quod sine aqua alimentum concoqui non potest, sicut neq; citrà aquam quicquam commode coqui potest.

Oribasius Hippocratis sententiam referens, quæstionem soluit, quam Aetius videtur de industria subticuisse aut in dubium vocasse. Sic enim scribit: Porro aquam non alere, sed vehiculum tantummodo alimenti esse, & Hippocrates, & cæteri præstantissimi Medici dixerunt: ob eamque causam non potest vitalem facultatem roborare, & hoc fuit in causa, vt Hippocrates ab aquæ vsu in ægrotantibus abstinens ad mulsam, oxymel & vinum se contulerit, &c. Quæ Oribasius ex Hippocrate, nec non etiam Galeno, in commentario ratione victus in morbis acutis transcripsit. Sequuntur verba Hippocratis, quæ postquam de vini vsu, etiam oligophori, de

ri, de hydromelite & oxymelite, vſitatis potibus & in multis acutis morbis conceſſis diſſeruit, de aqua ſubiicit. Aquæ, quæ in acutis bibitur, nullum ſane aliud habeo, quod concedam officium. Neque enim in peripneumonicis tuſſim ſedat, neque ſputum educit, imo cæteris minus, ſi quis aquæ potione vtatur, verum ſi inter oxymel & mulſam parum aquæ inſtilletur, ob qualitatis paſſionum tranſmutationem, ſputum educit. &c.

Galenus in ſuo commentario addit, quodque Oribaſius ex ipſo mutuatus eſt ad verbum, in eo textu, quem ſupra citauimus. Hæc igitur (de aqua optima verba faciens) quanquam optima ſit multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationesq; plurimas parit, quo fit, vt cum bilioſus ventriculus fuerit, corrumpatur & illa. Præterea cum ex ventriculo ad ieiunum inteſtinum ægre perueniat, non facile diſtribuitur, neque in hepar, & minus in renes, thoracem & pulmonem. Quo fit, vt neque vrinas mouere poſſit, neque ſputum educere: imo neque per totum corpus molitur tranſpirationes, id namque ſubſtantiæ, quæ tenuium ſit partiũ, opus eſt, calidæque, non frigidæ, nec craſſarum partium. Neque præterea ſitim ſedat, quod in amplis, tum ventris, tum inteſtinorum animalis inſtrumentis, pluſculo maneat tempore, neque prorſus imas penetrat partes, neque ſiccitatem humectat.

Quod autem non alat, hoc fit, vt neque vitalem facultatem roborare poſſit. Atque ea eſt cauſa, propter quam Hippocrates ad mulſam oxymeli & vinum ſe contulit, in ægris ab aqua ſimplici abſtinentibus. Illud ipſum eſt, quod Hippocratis interpres Galenus docuit, cum ſcripſit, aquam nullam habere alendi facultatem his verbis: at quæ nullo pacto nutriunt (vt aqua) ea neque virtutem habere, neque imbecillitare neque roborare quiſpiam verè dixerit, niſi id aliquando per accidens contingat. Aqua ſcilicet non vt alimentum vires recreat, ſed benè vt medicamentum ad temperamẽti ſymmetriam, quæ propter ipſius immoderationem imbecilla ſunt, reducens. *Aqua vitali facultate caret.*

Ex verbis Hippocratis & Galeni, primo appulſu, nullius vſus, nec effectus, aquam quis dixerit ad alendum; prout expreſſis verbis ſcriptum legitur, imo ne in medicamenti quidem vſum tranſire: Verun-

re: Verũtamen si attente expendãtur sententiæ & distinguantur, vt pest, satis constabit, nec ab Hippocrate, nec Galeno vsum aquæ in medicamentum explodi. Quin argumentum ipsius libri Hippocratis, & tota illius tractatio contrarium docet, præsertim cum hæc scribit. Quibus autem maximè vtendum sit aqua, quando valdè multa, & quando gelida, & quando calida, partim quidem antea dictum est, partim vero suo tempore dicetur.

Num aquæ vsus aliquis sit in medicamentum? lib. de victus rat. in morbis acutis.

Quin & aliis locis idem Hippocrates censet aquam inter alia ad vitam summè necessariam, etsi in curam morborum plures alias potiores commendet, cum ipsa compositas, vt ptisanam, hydromeli, oxymelii, & quæ ab herbis viridibus, vuis passis, vinaceis, pyris, enico, myrtis, panico, & parantur (vt eodem libro scribit) quas quidẽ simplicis aquæ potui p̃fert ob rationes certas allatas.

Hodie adhuc inter nos in vsu est inter medicandum, vt scilicet in pleuritidibus, febribus ardẽtibus, propinetur ægro citius ptisana, aut similis alius potus, mediocriter detergens & humectans, quam simplex aqua frigida, quam nos, quicquid dicant alii, naturæ vitalis ac alimentosæ esse participem censemus, vt quæ ad naturam elementi sui proximè accedat, quæque benedictionis fructum ferat, quam Deus illi impertitus est, cum iussit, vt aquæ producerent reptile animæ viuentis, &c. quæ quidem benedictio permanet adhuc, & permanebit in finem seculorum.

Huius aquæ vitalis fidem faciunt, quæ construuntur priuata viuaria ad asseruandos pisces. Qui licet voraces sint, & ex præda aliorum piscium victitant, qualis est Lucius, ingentes truttæ, & id genus alii, tamen diu in vita perstant, citra prædam vllam sola aqua vitam fouentes, quæ illis foret invtilis, si vitali omni spiritu & alimentosa facultate destituerentur.

Sed nolimus tamẽ inferre, aq̃ vino aliisq; potibus æquales nutriendi habere facultates, quos necessitas ad conseruationẽ vitæ in vsum nostrũ excogitauit, q; & salubriores essent, & magis alerent, q̃ potus aquæ. Quæ quãuis õnibus sit cõmunis, ea tamẽ nõ cõtenti homines, alios sibi potus meliores, maiori q; alimẽti indagare omni ingenio nõ desierũt, ꝑut necessitate adacti fuerunt. Sic Americani, aliaq; barbaræ gẽtes, vineæ plantandæ, ac colẽdę imperiti, ex succis

fructuum

fructuũ quarũdã arborũ potiones cõcinnare in vsum cõpulsi sunt: quéadmodũ & illi, apud quos vina nasci nequeunt ob caloris defectum, & terræ repugnantiam, quales diximus esse cereuisias, pomaria, pyraria, & id genus alia.

Atque hæc de aqua, pane, & vino, nec non aliis alimentis, quæ præcipua sunt cibi & potus fundamenta, superq; dicta sunt. Restat, vt quæ vel bona, vel mala per temperatum, aut immoderatum eorum vsum homini accidant, exponamus.

Quemadmodum ad conseruandam ac prorogandam vitam nihil vtilius magisq; necessarium temperantia ac sobrietate; Sic intemperantia (Medicorum nutrix) aut ingluuie ac ebrietate nil perniciosius, idcirco vitia nunquam satis hominibus sunt execranda & detestanda. Vbi enim tanta spurcities vitiorum eiusmodi mundum ingressa est; Ab intemperantia hominis deformitas & miseria apparuit. Cum enim inter creata omnia, (vtpote creaturarum omnium designatus Princeps) esset perfectissimus, inter omnia animalia temperatissimus, ac integræ sanitatis: intemperantia sua successu temporis factus est omnium animalium miserrimus, vt potè qui longe iam pluribus & grauioribus reliquis omnibus creaturis obnoxius.

Intemperantia est fons & origo plurimorum malorum.

Annon Patres nostri prisci seculi longè temperantiores, vt qui plane lacte, melle, fructibus, herbis contenti, luxum & delitias hodiernas respuerint, & detestati sint. Hinc fit, vt salubrius vixerint & diutius.

Et quanta isthæc luxuria est? quãtus excessus, vt fercula ferculis, acetaria acetariis, fructus fructibus, cruda coctis, & in prima & in secunda mensa, tertia etiam superaddantur? Pisces, carnes recentes, salsi variorum generum assa, elixa conchylia, turdi, ac (nequid excidat) multa farciminum, minutalium, placentarum operis pistorii genera, vno & eodem epulo ingurgitentur, aut ad multam satietatem vorentur? Quis ignoret ex tanta ciborum varietate in ventriculo promiscuè cõgesta infinitas turbas excitari, dum alia citius, alia tardius mollescunt, & in corpus diuiduntur, (vt venerandus scribit Hippocrates?) hãc ob causam scripsit Plinius, simplicẽ cibũ homini esse vtilissimũ, contra vero ingluuiẽ ac intemperantiã detri

mentosissimam ac perniciosissimam. Hinc etiam Seneca dicebat: Diuersa cibaria inquinant, non alunt.

Ab intemperantia Barbari abstinebant, vt sanitati consulerent; non vt obtemperarent Dei mandatis, quem nullum nouerant. Hi fuerunt Samanæi populi, Brackmanni, Essæi, ex iudæorum stirpe oriundi, vt scribit Iosephus. Persæ olim tanta moderatione & sobrietate vsi sunt in sua victus ratione, vt (quemadmodũ scribit Xenophon) apud illos non solum expuere & emungi, & flatus plenos videri turpe haberetur, sed etiam vel meiendi, vel alterius alicuius eiusmodi rei gratia, euntẽ aliquo conspici, quod præstare non possent (vt addit idem Xenophon) nisi & modico nutrimento vterentur, & humorem laborando ita consumerent, vt alio quopiam secederet.

Lib. 2. de bello iudaico.

Lib. de Cyri.

Honestatis studiũ quantum in veteribus Persis.

Arabum natura.

Idem de Arabibus scribit Iouius: Frugi, inquit, in conuictu sunt homines; nulla cibi intemperie vires alunt, temperantia valetudinem tuentur, multaque exercitatione ad inuictum robur habiles artus confirmant.

Quæ inter Græcos emicuit magna sobrietas, apparet ex legibus, quæ inter primos Athenienses & Lacedæmonios seueræ in luxum & intemperantiam à Lycurgo & Solone sancitæ fuerunt, quæ quidem longo satis temporis curriculo inter illos viguerunt, at vbi delitiæ in eorum Rempublicam irrepserunt, aliorumq; Græcorum, vt pote Ionum (quos Valerius Max. primos secundorum ferculorum, hoc est, secundæ mensæ & bellariorum inuentores fuisse narrat) exemplis corrupti se resq; suas miserè perdiderunt: Sic Spartana ciuitas (vt idem scribit Valerius) seuerissimis Lycurgi legibus obtemperans aliquandiu ciuium suorum oculos à contemplanda Asia retraxerat, ne illecebris Asiaticis capta ad delicatius vitæ genus delaberẽtur, cæteri vero Græci pariter ad immodicos sumptus, & omnia non necessaria voluptatis genera deflexerunt.

Inuentores secundarum mensarum & bellariorum qui.

Societas Romanorum l. 10. cap. 4.

Prisci Romani inter alios populos apprime erant sobrii. Nam (vt ait Plinius) in agris hortos suos habebant, & ex hortis viuebant: damnantes pulmentaria, quæ alio egerent pulmentario. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentq; ligno, vnde & acetaria dicta. Tandem tamen (vt postea videbimus) sic intempe-

temperantiæ & delitiis addicti fuerunt, vt planè essent illis enormis ac monstrosus luxus, & immoderatæ commessationes occasio interitus & excidii.

Zeno Cotticeus, & Aristippus Cyrenæus, vsque adeo frugalitatem ac temperantiam coluerunt, vt ex illo natum sit prouerbium, Zenone temperantior est: hic vero, qui Socratis fuit discipulus, non tantum abstinens, sed & abstinentia ipsa dictus. *Exemplum sobrietatis. Musonius lib. de alim. Suidas*

Hæc sunt quæ de Socrate scribit Laertius, cum ab amico admoneretur, quod excepturus hospites tenuem ad modum fecisset apparatum. Si boni sunt, inquit, satis erit: si mali, plus satis: Frugalitate certè & temperantia sua effecit, vt cum Athenas pestis sæpenumero exagitaret, ipse nunquam ægrotarit. *Laert. lib. 2.*

Epaminondas, vt scribit Cælius, inter huius ordinis frugi laudatos viros sobrietate & temperantia summe claruit: cuiusmodi etiam fuit Cato & Cicero inter Romanos, vt ex eorum vita à Plutarcho descripta satis liquet. *Lib. 6. cap. 6. Ant. lect.*

Vt tandem hominum frugi temperantiam colentium finiamus exempla, atque doceamus quam vtilis & necessaria sit in conseruationem vitæ frugalitas & sobrietas: Vtque porro Ethnicorum exempla nobis præluceant, quæ nos, vt verum Deum cognoscentes ac colentes, ad officium reuocent, ne patiantur hisce virtutibus interiores, imo superiores, subiiciemus tandem illustrem, si quæ sit in hoc argumentum historiam, ab Adriano Berlando enarratam. *Historia in sobrietatis laudem.*

Is, de quo agitur, vocabatur Pyrrhiniculus, Vasco, qui peregre iter faciens, cum ad meritoriam tabernam venisset, & apposita esset cœna omni ex parte olitoria cum vino dilutissimo, omniaque administrarentur quam parcissimè, finita cœna iussit ad se vocari Medicum ad mercedem capiendam. Igitur Caupo cum respondisset; Ecquid malum? in viculo agresti Medicum requiris? ibi ille, Num, ô bone, te ipsum ignoras? quo sit igitur merces operæ suæ par, Medici precipe accipe non Cauponis. Sensit autem (addit Adrianus) frugalitatem sobrietatemq; optimam hominis esse medicinam. Nunc ad intemperantiæ effectus.

Cleomenes intemperantia sua enormi ac fæda ebrietate, qui-

bus (inter Scythas versando cõmessationibus ac cõpotationibus deditos) assueuerat, tandẽ variis obrutus est mortis, immature senescens, arthriticis cruciatibus distortus, & õni ratione sæpius destitutus, ac mente alienus. Gens enim illa Scythica vsq; adeo intẽperans ac vino addicta est, siue sint viri, siue mulieres, vt nõ tantum ad guttur vsq; hauriant, & cum voluptate reuomant; at vestes etiam suas tam grato liquori perfundant, præclarum hoc ac beatæ vitæ genus æstimantes, vt scribit Cælius; Hæc vini profusio κατασκεδιάζει dicebatur, quasi aspergere, vt vult Suidas.

Lib. 25. 6. Ant. lect. Ex simili vitio Lacydes quidam Philosophus paralysim incurrit, qua interiit. Quin & Q. Ennius septuagenarius pari vitio deditus, cum magnis cruciatibus & athricis doloribus intemperantia & ebrietate contractis misere vitam finiuit: de quo sic scribebat idem *Lib. 28. c. 30. Ant. lect.* Cælius.

Ennius ipse Pater dum pocula siccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Aristot. in Polit. mentionem facit immensi Syracusanorum luxus, addens Dionysium minorem nonnunquam ad 90. vsq; diem ebrium perseuerasse, atque ob eam rem cæcutientibus ac vitiosis oculis fuisse. Atque hæc sunt mala, quæ ingluuies ac ebrietas corpori procreant.

Ælian. lib. 2. de va. hist. Herod. lib. 2. Exemplũ ebrietatis punitæ. Et vt animum quoque attingamus in prima acie illos collocabimus, qui monstra potius, quam homines dici debent: ac inprimis legamus apud Ælianum & Herodotum præclaram, scilicet, Mycerini cuiusdam Ægyptii mortem, cui, cum vaticinium Latonæ è Bute vrbe afferretur, breuitatem vitæ prædicens, oraculum eludere volens, tempus duplicando, noctes adiiciens diebus, vigiliasq; agens poculis indulgebat.

Quin & memoranda ac faceta duo Epitaphia, in gulosorum ac ebriorum totius orbis Principes conscripta, Timocreontem Rhodium, & Bonosum Hispanum adiiciamus: prioris Epitaphium hoc ferebat.

Multa bibens & multa vorans, mala multaq; dicens
Ipse viris, iaceo Timocreon Rhodius.

De posterioris vero origine Valerius Aurelianus Imp. solebat face-

facetum hoc dictum proferre, Non vt viuat, natus est, sed vt bibat. Cuspinian. aliique de hoc guloso monstro has laudes prædicant: Quantum, inquiunt, bibit, tantum minxit: nec vnquam pectore aut vesica grauatus est, veratro crapulam eiicere solitus: Imperium in Gallos arripuit, victusque à probo laqueo vitam finiuit. Tunc quidem iocus extitit, Amphoram pendere, non hominem.

Extrema ebrietatis mōstrum.

Legere licet apud Ciceronem & Plutarchum, quantum ignominia & dedecore exceptus Mutonius Triumvir, qui nimium potus, dum munus suum publice obiret, coram vniuerso populo Romano crapulam turpissimè & maximo pudore euomuit: gremium suum totumque tribunal incoctę cœnæ frustis vinumque redolentibus repleuit.

Notus bibulis est Philoxenus Euricidis filius, cum suo collo gruis, vt tradit Theophilus: & quidam Melanthus, vt scribit Athenæus, ipseque Aristoteles in libris Ethicorum.

Lib. 1. c. 3.

Alii fuerunt, qui terra mariq; has delitias quæsierunt, summum bonum in hac sua voluptate collocantes. Talis fuit Archestratus quidam, de quo idem Athenæus lib. 2. cap. 2. qui non minori studio, vbi singula edulia optima nascerentur, in gastrologia sua exposuit, quam qui descriptiones orbis & nauigationes aggrediuntur. Hunc Chrysippus Philosophus ducem fuisse Epicuro, eiusq; discipulus testatur.

Archestratus scribit lib. de arte coquinaria.

Huius farinæ fuit quidã Suitrigalus, Lituaniæ Dux, qui nullũ vnquam iter peregre suscipiebat, qui dispensatorem percontaretur, an librum, quem de arte coquinaria componi curauerat, secum ferret. Cœna ab illo in sex horas ad minimum protrahebatur, ferculis non minus CXXX. vtebatur, vt testatur Æneas Syluius lib. 2. com. in Panormit. Ad hæc de gulosis, vinoq; & ingluuiei deditis, egregia facinora ab auctoribus fide dignis enarrantur, quorum fama in æternum illis dedecori futura est.

Monstrosum gulæ & ingluuiei exemplũ.

Sed duobus istis gulæ Principibus huius generis comitem addamus Apicium quendam Romanum, quem scribit Seneca Minturnam profectum, vt squillis vesceretur: Alexandriam, vt astacis: in Africam transmittere squillarum causá, vbi nullas reperit Prouinciam execratum, atque ita regredi instituisse, ne vn-

Apicii Romani ingluvies.

ne vnquam terras illas attingeret. Atque hæc totius gulosi aliorumque similium gloria scilicet percelebris est.

Cõuiuia sumptuosa imperatorum Vitellii & Antonini Heliogabali.

Omitto spontè enormes apparatus, ac sumptuosiora, aut potius monstrosiora imperatorum Vitellii & Antonini Heliogabali conuiuia ex sacrorum piscium iecinoribus, murænarum lacte, phasianorum ac pauonum cerebellis, phænicopterorum, pauonum & lusciniarum linguis, atque id genus inauditis & inusitatis, maximorumque sumptuum eduliis parata atque confecta: quibus illorum mensæ replebantur, vt refert Suetonius, nec non Cælius lib. 28. cap. 4. Ant. Lect.

Hæc duo exempla duorum summe gulæ, ebrietati ac intemperantiæ addictorum, superaddimus, vt tanto magis ab hoc vitio abhorreamus, vnde tot corporis animique mala progignuntur; frugalitatemque ac sobrietatem amplectamur, quibus & vita, & honos hominum frugi conseruatur.

CAPVT IV.

De Vigilia & Somno.

¶ In vigilias certe succedat nox in quietem, id in animalium potius gratiam à Deo factum est, quam hominum, qui perpetuis vigiliis in contemplandis, admirandisque operibus summi opificis, illiusque maximis decantandis laudibus versari debent: etsi quieti etiam hominis aliquot horas Deus concesserit ad refocillandam naturam & actiones, quæ communis vitæ conseruandæ gratia necessario suscipiuntur, commodius obeundas. D. Bernardo familiare dictum erat, dormientem monachum Deo mortuum esse, neque sibi, neque vlli vtilem. Ex lege igitur contrariorum inferre possumus, vigilantem monachum Deo viuere, nec non & sibi & aliis vsui esse. Quod vtique non tantum de iis, qui religionis voto in monasteriis degunt, commode dici ac pronunciari potest, sed de reliquis etiam omnibus, cuiuscunq; ordinis & conditionis tandum homines ipsi fuerint. Sic enim scriptum legitur venustissimum ab antiquis.

Luce vigent operosæ artes, it miles in arma
Luce, gemunt feßi sub iuga luce boves.
Delia non noctu venatur: nocte quiescunt
Pulpita: sed luce est docta Minerua vigil.
Luce minax Pallas: vigilatæ quot bona lucis
Corpora, dii, sensus, ingenium, arsq; vigent.

Hinc liquido constat, quam longe vigiliam esse somno anteponendam; modo horum alterum altero sit magis appetendum, magisq; necessarium ac vtile, in quibusvis scientiarum generibus. Idcirco posthabito ordine illo Medicorum, quo somnus præmittitur vigiliæ, nos contra sermonem inchoabimus à vigilia, eiq; priorem locum destinabimus.

Qua enim ratione præstantiæ nobilitate vigilia somno præluceat, nos illum, vel etiam eximiæ maximæq; dignitatis virum, vigilantem, attentum ac diligentem appellamus, quem singulari honoris laudisue titulo ornatū cupimus, cū secus, si parum honorificè de aliquo sentire volumus, & stupiditatis aliquod inertiæq; exemplar introducere, segnem & somniculosum & eiusmodi hominem nuncupamus.

Sanè semper præseuerat laudem & gloriam, indiuiduamque comitem habeat singularem ingenii promptitudinem ac eminentiam. Homerus Iouem fingit continuo vigilantem, vt patet ex his versibus:

Tum reliquos omnes divosq; hominesq; tenebat
Pernox somnus: at in somnis Saturnius vsus
Pectore sollicito volvebat, &c.

Eodem elogio extollit Agamemnonem, quem, dum reliqui duces alto proflarent pectore somnum, solum interea indefessis vigiliis, noctem insomnem, transegisse laudat. Quod idem Virgilius in suo Ænea imitatus est. Ideoque vigilantiæ laudem solis Principibus viris competere, testatus est, idem Homerus, eo versu, quem Erasmus inter prouerbia esse voluit:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα — 20. Iliad.
Turpe duci totam somno consumere noctem.

 Artaxer-

Artaxerxes vigilans.

Artaxerxes magnus ne otio tempus perderet, commentariis noctu conscribendis rerum gestarum inuigilasse notum est.

Epaminondas sobrius & vigilans. Lib. aduersus ducem imperitum.

Epaminondas celeberrimus ille Thebarum Dux ac Princeps Magnanimus, interea dum ciues Thebani petulantes, nimio genio suo ac luxui indulgerent: solus vigil (vt scribit Plutarchus) ac sobrius arma & vrbis mœnia perlustrabat. Rogatus vero, cur id faceret? respondit, sobrium esse se, & vigilare, quo reliquis liceret temulentos esse ac dormire. Vnde summam existimationem & immortale nomen consecutus est. Vigilantia moderata & modicæ spirituum distributionem per totius corporis partes adiuuant, sensibus stuporem torporemque excutiunt, quo singulæ corporis facultates, naturalis, vitalis & animalis, promptius sua obeant munia: earumque beneficio legitima & naturalis alimentorum concoctio & digestio perficiatur: superfluitates autem & excrementa ex corpore tanquam noxia pellantur. Vigilia, inquit Oribasius, plenitudinem per halitum digerit, quæ in ventre sunt, minuit, & vt per partes internas exeant, præparat, languorem dissoluit, grauitatem dispensat, resoluta corrigit, & robur naturæ atque animo adiungit, sudores cohibet &c. En præclara illa & insignia proprietatum dona, quibus vigiliæ ad præscriptam mediocritatis naturæq; legem moderatæ insigniuntur, vtpote per quas corpus nostrũ in cõuenienti temperiei symmetria, bonaq; valetudine perpetuo conseruatur, quemadmodũ id palã ex illarum effectis apparet.

Verũ si immoderatæ naturę præscriptos terminos transgrediantur, à quacunq; etiã causa accidẽtali id fiat, siue ea sit interna, siue externa, statim temperamentum hominis mutatur: facies pallescere incipit, corpus macie contabescere: oculi in capite concaui cum austero & tristi vultu: frons serenissima, ac placidissima deformes anilesq; contrahit rugas: Omnes facultates naturales deprauantur, vnde harum vitio mala & peruersa concoctio procreat, crudorum ac malorum humorum copiam: sic deinceps vitales attenuantur vires: nec hinc animales excipiuntur, sed etiam læduntur adeo, ab impetuoso illo & hostili humorum incursu, vt corruptâ vitiatâque cerebri temperie, sensus tam interiores, quam exteriores à naturali insitaque agendi ratione deflectant ac aberrent. ac sæpenumero

actio illorum omnino peruertatur. Humores enim & ſpiritus nimium calefacti & inflammati progignunt omnis generis febres ardentes & ſiccas ægritudines, quæ in cerebro ſuſcitant phrenesin, maniam, deliria, & id genus alia. Hinc non immerito eius generis vigilias Plinius refert inter corporis mala. In qua re ad euitandos præcauendosque huiuſmodi & ſimiles errores, Medici induſtria & prudentia plurimum valet.

Oportet igitur Medicum, ad conſequendum ſcopum ſuum, inprimis indagare ac noſſe earum cauſas, quæ vt plurimum ſecundum Actuarium à nimia ſiccitate & caliditate oriuntur. Quandoquidem, inquit, quæ deſiccare conſueuerunt, hæc ſuapte natura vigilias introducunt. *Cauſæ immodicarum vigiliarum. lib. 2. c. 12.*

Aetius eiuſdem opinionis tetr. 2. ſerm. 2. c. 23. de memoria amiſſa: ſola quidem, ſcribit, humiditas redundans profundos ac longos ſomnos facit, ſola vero ſiccitas vigilias.

Quoniam igitur conſtat, huius effectus cauſam pendere à ſiccitate, petendum neceſſario erit remedium ab humidis, tanquam ſiccitati contrariis. Vbi ad generalem curam prout illa communiter inſtituitur, conducit balneum dulce & appropriatum, niſi aliud quid obſtet; Ad particularem autem proſunt, loco pedum, frontalia, irrorationis cerebri factæ ea floribus Camomillæ, ſambuci, nenupharis, capitibus papaueris, foliis mandragoræ, ſemine hyoſciami, lactuca, cum amome, anetho, champhora, croco & ſimilibus: ex his omnibus coctis in aqua communi, aut maceratis in aquis conuenientibus concinnari poſſunt Epithemata hypnotica ad cerebrum, quæ non tam ratione humidæ qualitatis iſtius, quam virtute ſulphuris narcotici, quod vt plurimum abundat in illis ſimplicibus, ſomnum prouocant. Hæc, & huius generis ſimilia remedia conferunt proprie iis vigiliis, quæ natæ ſunt ex cauſis interioribus, vtpote morbis quibuſdam, qui corpus humanum deuexant, vt ſunt dolores, febres calidæ & ardentes, maniæ, malancholiæ & ſimiles. *Remedia ad ſomnum.*

At ſi forte iſte vigiliarũ affectus eos cõprehẽdat, q nulla corporis ægritudine cõflictãtur, illarũq; cauſa extriſec⁹ accedat vel à triſtitia aut alia quadã animæ paſſione, tunc neceſſe eſt vt eiuſmodi triſti-

tiæ mentisq́; perturbationi inprimis, & quanto fieri poteſt ſtudio, conſulatur, propoſitis omnis generis rebus iucundis ac gratis, quæ mentem exhilarare, lætitiamq́ue afferre queunt, vt ſunt luſus iocoſi & faceti, inſtrumenta muſica & ſimilia. Ad quod inſtitutum etiam remedia accerſenda ſunt, ſupra capite de triſtitia poſitis.

Adducemus hunc locum ex Æginetæ lib. de re med. cap. 98. quo huic vigiliæ reprimendæ in hunc modum remedium præſcribitur: Verum, inquit, nunc de ſanorum vigilia dicendum eſt: Si igitur aut ob triſtitiam, aut curam, aut aliquam animalem affectionem vigilarint, primum quidem triſtitiam, & id, quod moleſtum eſt, quantum eius fieri poteſt, præcidemus: poſtea etiam iucundorum ſonorum auditu cogitationem ab illis abducemus: & quidam ſane ſonum aquæ placidum ad hoc machinantur, quo deliniti ad ſomnum deducuntur. Sed & balneis maxime veſpertinis, vbi probe cibum concoxerint, vtantur, & victu humectante velut lactucis & ſimilibus, & papaueris nigri, quandoque viridia folia obſoniis admiſceant, & piſces concoctu faciles edant, vinoq́; vberiore, tenui, non vetuſto vtantur. Vbi vero reclinari volunt, roſaceo caput vngant, aut oleo, in quo papaueris capita, aut mandragoras incocta ſint.

Cauſæ avertentes nimias vigilias.

Quin & anethinum oleum non vetuſtum ex ſomnificis eſt. Noui & poſt prægreſſam laſſitudinē, quietem derepente ſuccedētem, ſomnum induxiſſe.

Sed & coitus moderatus idem hoc efficit. Aliis ſi aut caput aut pedes refrigerentur, facile in ſomnum delabuntur. Si vero ob multitudinem aut malitiam cibi ſtomacho grauati vigilarunt (nam & hoc factum nouimus: quemadmodum rurſus alii præter conſuetudinem à cibo abſtinentes aut modicum cibum capientes vigilarunt) conſiderare hoc & cauſam reſcindere oportet.

Hæ ſunt vigiliarum cauſæ & ſcaturigines, quæ hominem ſanum inuadere poſſunt, atque affligere, earum opportuna remedia, de quibus (vti videtis) prolixè ſatis hic ab Ægineta tractatum fuit. Sunt præterea alia adhuc vigiliarum genera, quarum cauſa nimis occulta atque abdita eſt: propterea, quod illi, qui hoc affectu corripiuntur, tanto eam ſtudio celant, vt de illa inquirenda neminem patian-

patiantur dicere: vbi prudentis Medici ſagacitate opus eſt, in eiuſmodi veris perueſtigandis cauſis, debitisq; ac ſalutaribus medicamentis inueniendis. Qua induſtria atque dexteritatis laude. Claruerunt olim Hippocrates & Eraſiſtratus, quorum ille Perdicam, hic vero Antiochum reſtituit.

Eiuſmodi laborioſa vigiliarum moleſtia conflictabatur (Mæcenas primarius quidam aulicorum Cæſ. Auguſti, qui nimis moleſtè ferens amorem illicitum Terentiæ vxoris ſuæ (quam Auguſtus deperibat) moroſæ vxoris repudia deflens, cum nec mero, nec aquarū fragoribus ſomnū allicere poſſet, toto triennio vigilauit, & vix tandem per ſymphoniarum cantum ex longinquo bene ſonantium ſopitus eſt, ſicut ſcribit Seneca lib. de prouidentia.

Ex qua hiſtoria videre licet, quanta vis ſit Zelotypiæ, quantaque efficacia ſit harmoniæ, ad ſedandos & conſopiendos ſpiritus, nimia vigilia perturbatos. Quod ſupra dictum eſt. *Quāta ſomni vtilitates.*

Somnus moderatus ſpirituum infirmitatibus medetur, perturbatæ mentis affectiones reprimit, cunctas facultates inſtaurat, corpus imbecillius redditum corroborat, alimentorum concoctionē & digeſtionem adiuuat, crudiores humores coquit, membra labore defatigata ac eneruata reficit, omnis generis defluxiones impedit, caloremq; naturalem & humorem radicalem adauget. Præterea illum appellare licet refrigerium & ſolamē ſpirituum, omniūque corporum ægrotorum morbidorumque.

Somnus, inquit Ægineta, animalium facultatum quies eſt, bona humiditate cerebrum rigante contingens: Quod ſi recte admittatur, multa bona facere poteſt. Nam & cibos concoquit, & dolorem mitigat, laſſitudinesque lenit, & diſtentorum laxitatem efficit, ſed & animalium affectionum obliuionem inducere poteſt, & emotam mentis rationem corrigere. *Somni Encomium iuxta Poetas.*

Non igitur ſine cauſa factum eſt, quod ab antiquis Poetis appellatur pax & tranquillitas omnium rerum, nec non quies ſpirituumq;: ita enim canit Ouidius his verſibus:

Somne quies rerum, placidiſsime, Somne Deorum
Pax animi, quem cura fugit, tu pectora duris
Feſſa miniſteriis mulces, reparasq; labori.

Et Seneca in tragœdia Herculis furiosi definit somnum in hunc modum.

Tuq; ô domitor somne malorum,
Requies animi, pars humanæ melior vitæ.

Hac ratione somnus, vt saniori & Christiano more loquamur, est Dei donum eximium & præstantissimum, generi humano in quietis locum datum. Vnde primus homo tempore adhuc suæ integritatis, sensit ex permissione & voluntate diuina, primas illas & singulares somni virtutes, dum Deus illum sinebat labi in somnum profundum, vt de illius corpore sumeret costam, ex qua crearet sociam. Res certè plena maximi & admirandi mysterii. *Gen. c. 2.*

Quo factum est, vt hymnorum Orphei (qui author illorum æstimatur fuisse) vnus dicatus sit somno, quem Regem Deorum hominumq; non veritus est nuncupare. Hesiodus in Theogonia ipsum nominat filium noctis. Hinc etiam ab Ouidio lib. Metam. relegatur ad Cymmerios Scythiæ populos, quæ regio est frigidissima, glacialis & tenebricosa, quo innuere vult, quod tempore hyemis brumalisq; solstitii noctes sint longissimæ, quibus vt plurimum homines tempus dormiendo insumant. Virgilius & alii Poetæ vocitant ipsum mortis filium. Nihil enim est quod propius accedat ad similitudinem mortis, quodq; illam magis repræsentet, quam somnus, cuius lectus sepulchrum est. Hinc idem Ouidius, arcem seu palatium somni definiens, in hæc verba erumpit:

Muta quies habitat saxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ lethes.

Paulò post addit:

Ante fores antri fœcunda papauera florent.

Papaueris proprietas. Eo quod omnia obliuioni tradantur tam in somno, quam in morte: papauer namque inducit somnum & stupefacit.

Intemperans somnus non est, nisi via quædam & dispositio ad lethargum, carum, apoplexiam & similes soporiferos affectus, qui sorores germanæ sunt ipsius mortis, ipsorumque interuentu tandem ad illam delabimur.

Quibus & quando somnus diur- Quoniam autem nulla est regula tam communis, quæ non aliquam admittat exceptionem, in certis quibusdam hominibus, non

non si consueuerunt in multam vigilare noctem, tardiusque ire cubitum, coguntur certè bonam diei partem quieti attribuere. Nolo autem hic inferre, quasi ad hoc propositum solummodo sit requirendum, tempus matutinum: neque occasionem ansamque iis præbere, qui præsertim in aulis, vix antè horam decimam aut vndecimam antemeridianam è plumis stratisque suis solent exurgere, sed potest in hanc rem eligi tempestiuius commodiusq; tempus. *nus sit concedendus.*

Sed necesse est, vt eiusmodi homines erecto capite dormiant: neque somnus excedat spatium vnius aut duarum horarum, idque fiat prima aut secunda post prandium, vt dictum est.

Hic enim summopere ac diligenter circumspiciendum est, vt & salubrior & tempestiuior deligatur somnus, qualis est nocturnus, tertia ad plurimum hora est cœnam inceptus: propterea quod talis somnus sit potentissima causa procreandorum benignorum ac salutarium vaporum, qui mediante alimentorum concoctione è ventriculo in cerebrum ascendunt, cuius naturali refrigerio congelantur ac condensantur, tandemque conuertuntur in rorem, benignum vtilemque, quo suffunduntur meatus sensuum cerebri, aliarumq; partium, vnde talis quædam oritur (si ita dicenda est) stupefactio, quam somnum appellamus. *Quæ sit causa somni.*

Si igitur interposita aliqua mora eousque vigilatur, donec vapores alimenti prorsus euanescant & consumantur, (id quod post illius concoctionem perfectam absolutamque, quæ spatio quatuor, quinque aut sex horarum, prout ventriculus se melius peiusue habet, perficitur, fieri potest) somnus hoc modo vi quasi coactus, nulla ratione bonus erit, nec naturæ consentaneus. Id quod intelligi tantum velim de iis, qui bona temperataque sunt corporis constitutione. Nam reperiuntur nonnulli, quorum cerebrum natura tam humidum est & nubilosum, vt non indigeant eiusmodi alimentosorum vaporum ad somnum excitandum, sed sua sponte omnibus horis ac momentis somnolenti dormituriunt: quibus interdicendus est somnus, tam diurnus quam nocturnus, nec nisi parcissimus concedendus. *Quibus interdicendus somnus.*

Quod ad modũ cubandi attinet, alii diuturna ſed mala conſuetudine reſupini ſolent iacere, oculis ſurſum verſis: alii vero in contrarium proni, vẽtre, videlicet inferius verſus lectum demiſſo. Sunt & aliæ aliorum recubandi varietates, quæ neutiquam ſunt probandæ. Hæc ratio optima, vbi in principio ſomni cubatur in dextrum latus, poſtea poſt primum ſomnum in ſiniſtrum. Sinus vero ſupinus eſt paucus ac rarus ad euitandam renum inflammationem.

De ſomni quantitate.

De quantitate, diuturnitate & breuitate ſomni diuerſæ ſunt conſiderandæ viæ, pro variis nempe differentiis diuerſorum hominum temperamentorum, proque multiplici ætatum aliarumque circumſtantiarum diſcrimine. Nam ii, quorum ventriculus benè temperatus, promptè & facile cibos coquit ac digerit, non tantum temporis dormiendi requirunt, quam illi, qui imbecillioris ſunt ventriculi, quique ad promouendam digeſtionem auxilio aliquo externo indigent, quale eſt ſomnus, qui ad hoc inſtitutum plurimũ confert. Vbi prioribus illis ſex aut ſeptem horæ ſufficiunt: hi vero plus temporis poſtulant. Iuuenibus ſanis ac robuſtis ſatis erunt ſex horæ: at plures ſibi poſcunt ſenes.

Somnus Endymionis.

Ex his apparet, quomodo ratione temperiei diuerſæ & ætatis quantitas ac diuturnitas ſomni varietur.

Cic. lib. 2. quæſt. Thuſcul.

Summa Scopeliani vigilantia.

Cel. lib. 20. c. 11. antiq. lect.

Ariſtoteles ſomnolentiæ oſor.

Exempla ſomnolentiæ addam animi gratia. Endymion quidam à Luna adamatus (vt fingunt Poetę) à Ioue impetrauit copiam perpetuo dormiendi in monte Armiæ in caria ſito. Hæc inepta petitio omniq́ue reprehenſione digna occaſionem poſtea dedit adagio iſti in homines ſomnolentos & deſides: Endymionis ſomnum dormire. Vbi contra in honorem & gratiam illorum, qui Reipub. commodo ac vtilitate per multas noctes aſſiduo literarum ſtudio ac continuis vigiliis vacant, inuentum eſt iſtud alterum: Scopeliano more invigilare: propterea ꝙ Scopelianus celebris Philoſophus ac Sophiſta inter cæteros minimè deditus erat ſomno, qui ſingulis noctibus abſoluto ſtudiorum penſo inter ambulandum ſubinde hæc repetere ſolebat verba. O nox, tu quidem ſapientiæ diuinæ obtines plurimum. Contra P. Scipio (magnæ alias auctoritatis vir) ob nimiam ſomnolentiam à Pop. Roman. publicis opprobriis, & contumeliis affectus eſt. lib. Polit. Ariſtoteles ad fugiendã vitan-

vitandamque eiusmodi somnolentiam, grues imitatus est, sphærulam manu tenebat, subiecto lebete æneo, quæ per somnum delapsa strepitu suo dormientem excitaret, vt Laertius in ipsius vita commemorant.

Ammianus Marcellinus simile quid enarrat de Alexandro Magno, Aristotelis discipulo, qui cum dormitaret, brachio extra cubile protenso, pilam tenuit argenteam supposita pelui, vt eum neruorum rigorem sopor laxasset, pilæ elapsæ tinnitus somnum abrumperet. Vigilauit vterque tam pro literis, quam armis dispari fine, eodem tamen imitaturis exemplo. *Lib. 16. Alexander Magnus.*

Iulianus Augustus tam extremè flagrabat amore & studio Philosophiæ, vt arma gerens contra Persas & Alemannos siue Teutones, à quibus licet variis ille modis, ac quam plurimis impedimentis irretitus & districtus tenebatur, nihilominus alacriter & summa cum dexteritate suo perfungeretur officio, humique iaceret dormiturus, totamque propemodum noctem scribendo ac legendo consumeret, dum interim reliqui somni beneficio fruentes molliter conquiescerent, sicque noctem diuideret in tria tempora, quietis, Reipub. & Musarum, Alexandri Magni exemplo. *Marcell. lib. 16.*

Cum contra & olim & nunc omnes dormitatores, qui similes sunt Smyndyridæ Sybaritano, & Pontico Histiæo, qui se iactabant, viginti annis nec Orientem, nec Occidentem Solem vidisse (vox nec pecudis, nec hominis) omnes, inquam, tales dormitatores & somnolenti glires visi sint, nihil aliud promeruisse, quam ignominiæ ac vituperii opprobria, vt qui digni censendi sint appellari turpissimo & sordidissimo suum porcorumque nomine, quorũ voluptas deliciæque sunt cœno noctes & dies volui. *Dormitatores.*

Sapientiores Romani hanc olfacientes summam vtilitatem & nobilitatem vigiliæ, cuiusque beneficio rerum omnium actiones perficiantur. Ciuilis diei initia à media nocte duxere, vt solis exortus esset quidam operis initium, tempus vero quod præcedit apparatui impenderentur. Quippe paratos instructosque obire negotia oportet, non inter obeundum instrui apparariue. *Quare Romani olim diei initia à media nocte duxerint.* *Cæl. lib. 11. c. 1. antiq. lection.*

Quod ad incredibiles illos & nimis diuturnos somnos attinet, quibus complures olim fuerunt correpti, si historiis creden-

Epimenidis somnus. dum est, veluti est exemplum somni Epimenidis Cretēsis, qui cum rus ablegaretur pasturus oues, & ob nimium Solis meridiani ardorem æstumque in antrum aliquod refrigerandi se causa ingrederetur, ibi somno oppressus dormiuit per spatium quinquaginta septem annorum, vt Plinius & Apollonius volunt, aut quadraginta iuxta Pausaniam, eius generis soporis, quamuis scriptis Historicorum tum Græcorum tum Latinorum pro veris passim approbentur, nihilominus tamen pro incredibilibus potius & prodigiosis habendi videntur.

Sic etiam miraculosa censenda est historia illa, cuius à Sigeberto in Chronicis, & ab aliis probatis historiographis Ecclesiasticis sit mentio, De septem illis dormientibus (vt vocantur) nempè Maximiano, Malcho, Martiniano, Dionysio, Ioanne, Serapione & Constantino, qui cum ob immanem & crudelem Dæcii persecutionem ex hominum conspectu abire, ac ne fortè proderentur, se in loco quodam remoto ac occulto abscondere constituissent, in quandam tenebrosam & inhospitā cauernam ingressi sunt, vt videlicet ibi per tempus aliquod laterent. Tandem autem deliberatione facta, cibisq; ad corporis recreationem sumptis, eam sententiam vnanimiter omnes inierunt, multo videlicet satius sibi videri si relicta ista latibuli spelunca in lucis propatulum prodirēt, seséq; impauido ac cōstanti animo, atrocissimo martyrii istius supplicio subiicerent: sed cum iam exituri essent è cauerna, singulari Dei prouidentia subito, tam diuturno & profundo correpti sunt somno, vt ibi commorantes dormirent, per CXCVI. annorum spatium, sicuti id ex temporū computatione facile colligitur. Nam expergefacti & resuscitati sunt à tanto somno, die Paschatis, anni XXX. regni Theodosii iunioris. Hæc & similia, inquam, omnino sunt miraculosa, & captum ingenii nostri, omnemque admirationem, imo & fidem excedunt.

Somni qualitas. Satis dictum est hactenus de his, quæ pertinent ad somni quantitatem. Transibimus nunc ad ipsius qualitatis considerationem, vbi se offerent quædam scitu quoque non indigna.

Somni accidētia sunt in- In quolibet somno solent plerunque appare insomnia & nocturnæ visiones, quæ ipsum non aliter ex accidente comitantur,

quam

quam vmbra corpus. Vnde mirari ſubit, quid ſibi velit illud quod ſcriptum reperitur apud Plutarchum de quodam Cleone, item apud alios de quodam Thraſymede, nec non id, quod Herodotus obſeruauit, & poſt illum Stratenſis, de Atlantibus videlicet, Aphricæ populis, quos affirmant nullis vnquam ſomniis, aut viſionibus eſſe obnoxios, quod vtique vix credibile eſt. Fieri autem poſſe non negamus, illos eiuſmodi apparitionibus minus ſubiectos, minusue pronos ac procliues, idque peculiari quadam victus ratione, aut ſingulari natiui propriique temperamenti complexione, vt qui ſint cerebro ſolidiori ac fortiori, à quo vapores illi & exhalationes, à quibus eiuſmodi inſomnia alias excitari ſolent, multo faciliꝰ citiusque diſſipentur.

ſomnia & nocturnæ viſiones. lib. de oraculis.

Homines quidam nullis obnoxii ſomniis.

Poetarum eſt, fabulis ſuis aliquid vtile innuere; inter quos Ouidius facilè Princeps lib. Metamorph. ſimiliter ſomno affinxit tres miniſtros, quorum primus ab eo appellatur Morpheus, qui in viſionibus nocturnis humanas repreſentet figuras, tam maſculas, quam fæminas: ideoque ab auctore etiam dicitur

Metamorph. 11. Triplicia ſomnia.

Artifex ſimulatorq; figuræ.

Somni miniſtri.

Alterius autem nomen eſt Icelus ſiue Phobetor, qui in ſomniis & viſionibus refert animalium brutorum formas ac figuras, de quo idem autor his verſibus:

Fit fera, fit volucris, fit longo corpore ſerpens: Et
Hunc Icelum ſuperi, mortale Phobetora vulgus
Nominat.

Et propterea quod Phobetor in ſomniis repreſentat bruta animalia, quæ nobis terribiliora videntur ipſis hominibus, dictus eſt φοβήτωρ, qui Græcis perterrefactorem.

Tertius Phantaſius, qui in apparitionibus nocturnis repreſentat & exprimit omnis generis ſpecies ac formas illarum rerum, quæ animalis animæ ſunt expertes.

Horum autem ſomniorum ac viſionum tres ſunt differentiæ. Vel enim illa ſunt diuina, vel ſupernaturalia, vel naturalia. Peucerus ea diſtinguit in diuina, diabolica, alle-

Tres somniorum differentiæ lib. 10. comment. de diuinat.

gorica prædicentia & naturalia: quæ omnia ad hanc trium differentiarum classem haud incommodè reduci possunt.

Quid in somniis diuinis obseruandũ.

Somniorum diuinorum origo & inspiratio pendet à solo Deo Opt. Max. qui horum adminiculo tanquam idoneo medio & instrumento vsus ad Prophetas suosq; fideles sermos locutus est. De illorum autem veritate aut certitudine nemo sanę mentis dubitabit vnquam, modo ob oculos sibi ponat autorem, qui ipsa veritas est. Misit autem Deus spiritum suum vel etiam angelos in hominum ministerium creatos, qui fidelibus per somnia reuelarent omnia ea, quæ diuina ipsius & bona voluntas decreuerat, siue id spectaret communem Ecclesiæ salutem, siue priuatæ personæ consolationẽ aliquam: quamuis definitum temporis terminum Deus sibi soli reseruarit. Eiusmodi reuelationum visiones dormientibus noctu contingebant, vt videre est ex somniis Danielis. Nonnunquam talia visionum genera habebant certas & peculiares euentuum significationes, vt ex plerisque Patriarcharum, Prophetarum, item ex Sanctorum Petri Paulique in Nouo Testamento somnus colligitur.

Voluit quoque Deus eiusmodi apparitionum participes fieri nonnullos, qui ab Ecclesia separati erant, idque in hunc finem, vt vel populo succurreretur, & mundanæ Reipub. consuleretur: vel vt specialiter domesticorum vitæ seruandæ & incolumitati subuenirentur, vt sunt somnia Pharaonis, ipsiusque duorum ministrorũ. Horum enim principalis & præcipuus finis erat, vt Ioseph & diuturno & indigno carcere liberaretur, & in aulæ Pharaonis Principem eueheretur, atque ita totius Ægypti commodo & vtilitati prospiceretur, tandem in specie quoque vt inde domus & familia Iacobi Patriarchæ conseruaretur. Sic nullum alium finem spectabat somnium Nebucadnezaris, nisi ad emolumentum ac salutem Ecclesiæ Dei.

Diabolica somnia.

Diabolus igitur hostis & contemptor maximus Dei & operum eius mirabilium, dum ipsa conatur imitari, potius ea corrumpit, deprauat & mentitur. Hinc in synagogam introduxit falsa & abominanda sacrificia: sic etiam sua inuexit peruersa iniquitatis somnia. Quæ quãuis ad decipiendos solummodo homines veritatis quandam

dam ſpeciem præ ſe ferant, non tamen niſi pura puta mendacia, & pernicioſæ ac calamitoſæ deprauationes exiſtunt, quod Deus fieri permittit in talium ſuperſtitioſorum idololatrarum iuſtiſſimam pœnam ac vindictam.

Erant autem Diabolica ſomnia diuiſa in duo genera. Primum requiſitorium vocabatur, vbi ab Ethnicis inquietudinis ſpiritu exagitatis, ſomnia illa requirebantur, & deteſtandis coniurationibus impetrabantur cui execrandæ actioni certa quædam loca & templa deſtinata ac conſecrata erant, in quibus illos, peractis prius memoratis iſtis coniurationibus ac ceremoniis, dormire oportebat, & quicquid inter dormiendum ſomniabant, oraculi loco habebatur.

Duplicia ſunt ſomnia Diabolica.

Hæc ſunt primaria loca iſtis ſomniorum accerſendorum ritibus dicata, templum ſcilicet Amphiarei, & ara Ardalia in vrbe Trœzene, quo miſera Ethnicorum gens turmatim ab omnibus mundi angulis conuolabat.

Præter hæc alia quoque erant, vt antrum Charonis in vrbe Tralles, & in Ægypto templum Iſidis. Deæque Melopidæ: nec non in Epidaurio templum Æſculapii, in quo, prout Ethnici certo ſibi perſuadebant, ægroti, qui illuc veniebant, certiſſima & aptiſſima remedia per ſomniorum viſiones inueniebant, ad curandos proprios morborum vel etiam deploratiſſimorum & immedicabiliũ languores & infirmitates. De cuius rei effectis, portentoſis ac prodigioſis paſſim literis proditum eſt in hiſtoriarum commentariis. In eodem Æſculapii templo, vt refert Pauſanias, erectæ erant columnæ, quibus inſculpta cernebantur cum nomina eorum, qui ſanitatem recuperauerant, tum etiam remedia, quibus ex conſilio Oraculi ac viſionum ipſis dato vſi fuerant.

Satanæ aſtutia.

Idem mos fuit apud Romanos vſque ad Antoninorum tempora, id quod ex tabella marmorea Romæ in Æſculapii templo in inſula Tiberina inuenta, & vſque ad hanc diem apud Maphæos conſeruata, intelligere licet. In qua tabula, teſte Hieronymo Mercuriali, Medico doctiſſimo ac celeberrimo, ſcriptũ reperitur (ſcriptura eſt tranſlata è Græco in Latinum) quomodo oraculum docuerit Caium & Valerium vtrumque cæcum, modum recuperandi viſum

di viſum

di visum, idq́; factum est publice coram omni populo, & maximo cum applausu. Item aliud remedium pro cruenta sanguinis spuitione reuelatum fuit per Oraculum Iuliano, & cuidam Lucio, qui grauissimo laterum dolore laborabat, adeo, vt prorsus desperatus ab omnibus relinqueretur, remedia illa, qualia fuerint, notata invenies in ipsa tabula.

Alterum genus somniorum Diabolicorum.

Est adhuc præter illa requisitoria somnia aliud somniorum diabolicorum genus, quod inopinatum dicitur: propterea quod eiusmodi somnia accidere solent ex improuiso, prætereaq́; omnem spem & expectationem, quæ neque accersita, neque postulata vnquam fuere, idq; ex solo Diaboli instinctu, & fraudulenta machinatione, dum modo hoc, modo illud ad prædicendum præsagiendumq́ue sese offert, solummodo in eum finem, vt imponat illis, quos insidiosis suis falsarum persuasionum præstigiarumq́; casibus irretitos ac captiuos tenet. Id quod abunde testantur somnia veneficorum, necromanticorum, & talium fanaticorum hominum, qui Enthusiasmo nescio quo afflati creduntur.

Sed relictis his somniis & terriculamentis diabolicis, nos ad illas somniorum differentias suprà à nobis constitutas recurramus: vbi primo loco de diuinis egimus: sequuntur nunc ordine supernaturalia, quæ medio loco se habent inter diuina & naturalia, vtpote quorum causæ neque ad ipsum Deum immediatè referendæ sint, neque etiam ad prauorum humorum malignitatem, à quibus naturalium somniorum origo dependet. Sed ad animam nostram, quæ dormiente etiam corpore vigilat, quæq́ue raptu quodam supernaturali excitata, præsertim bono genio inspirante, per somniũ ac visiones nobis representat multa phantasmata, quæ plerumque certi aliquid præsagiunt, quorum certitudo vtplurimum per rerum euentum cognoscitur.

Solent autem eiusmodi somnia plerumque matutino tempore contingere, quando nimirum cerebrum est liberum, & à vaporosis istis ciborum exhalationibus immune, quæ alias illud offuscarent, & eius generis visionibus obstaculo essent.

Exempla eiusmodi somniorum quam plurima passim occurrunt, vbi somniantibus sæpenumero visum fuit, aut in morbum aliquem

tiquem incidiſſe, aut ab eodem conualuiſſe, quibus viſionibus poſtea reſpondit ſimiliter euẽtus ad omnia, quæ in ſomniis antea præviderant: Quamuis illa non fuerint neque citata neque poſtulata, ſicut acciri ſolent diabolica ſomnia.

Ælius Ariſtides Rhetor Smyrneus cum quondam peſte laboraret, ſomniabat ſe Lyſin, poſteriorem fabulæ partem videre, ex quo ſomno conualuit. *Ælii Ariſtidis aliorumq; plurium ſomnia, eorumque effectus.*

Phayllus Dux Phocenſium ſub iniria ſui Imperii effigiei cuidam æreæ, (quæ Delphis inter donaria ſpectabatur, ab Hippocrate Medico dedicata) hominis, cui carne conſumpta ſola ſupereſſent oſſa, ſimilem ſe ſomniabat, nec multis poſt diebus tabe periit. *Pauſan. lib. 10.*

Quidã, vt refert Cælius ex Galen. viſi ſunt in ſomnis, pedes in lapidcã ſubſtantiã induruiſſe, non longè poſt paralyſi infeſtabatur ea pars pedis, vbi nulla mali ſuſpicio antea à Medicis deprehẽſa fuerat. *Cæl. lib. 27. c. 15. Ant. Lect.*

Arnoldo de villa noua inſigni Medico, ſicut ſcribit Fulgoſius lib. 1. cap. 5. noctu in ſomnis viſum fuit caro quodam nigri coloris in pede ſe ſauciatum, ſequenti ſtatim die erupit in eadem pedis parte malignum & cancroſum vlcus.

Auenzoaer in ſomni viſione inuenit medicamentum, quo oculi affectum curauit, in cuius diuturna inquiſitione in caſſum antehac laborauerat, vt ſcribit idem Fulgoſius.

Artemidorus ſcribit lib. 5. quod aliquis in ſomnis ſibi viſus fuerit accepiſſe vulnus à Marte, cui ex tempore quoque prorupit vlcus in podice, quo ſecto apertoq; lanceola quadam ſubito reſtitutus fuit.

Extat apud Ælianum hiſtoria quædam memoranda de Aſpaſia filia Hermotimi, quæ (poſtquam mater ob difficiliorem partum eiuſdem mortem oppetierat) à parente ſuo ſingulari modeſtia diſciplinaque fuit enutrita ac educata. Hæc frequenter admodum ſomniabat, ſe nupſiſſe cuidam ſpecioſo, eleganti ac magno viro, ſed dum interea temporis tardius labẽtis mora aliqua introducitur, accidit, vt forte in ipſius mento tumor quidam ingens enaſceretur, qui ob eius inſignem magnitudinem & horribilem aſpectum faciei priſtinam formam totam immutauit, eamque adeo deturpauit, vt ſine ſumma moleſtia ac animi ægritudine id *Ælian. in l. va. hiſt. 12. illuſtris hiſtoria de Aſpaſia.*

ne id neque parens, neque ipſemet etiam ferre poſſet. Hinc motus parens, in conſilium auxiliumque filiæ accerſiuit Medicum, is vbi rem cognouit, continuo eam percurandam ſuſcepit, ſed ea lege, ſi tres ſibi ſtateres perſoluerentur. Cum autem tantum pater ſe non habere diceret, Medicus puellam incuratam dimiſit, quæ ob id in acerbiſſimo luctu verſata eſt.

Verum postea cum præ dolore non cænaſſet, planè opportunus eam ſomnus inuaſit, in ſomno autem viſio oblata hæc verba protulit: Bono animo eſto, valeant Medici cum ſuis Pharmacis: Tu vero roſeam Veneris cape, eamque contritam tuberi impone. Hæc vbi audiuiſſet, & executa eſſet, tuber euanuit.

Porro Aſpaſia inter omnes puellas adeo forma, vitæ honeſtate, incorruptisque moribus emicuit, vt primum Cyro Perſarum Regi, eo autem interfecto, Artaxerxi etiam nupſerit.

Plin. lib. 25. cap. 2.

Herba contra morſum rabioſi canis.

Plinius narrat hiſtoriam de matre militis, qui longiori loci diſtantia ab ea remotus erat. Hæc admonita fuit per viſionem, vt colligeret radicem roſæ ſylueſtris, quæ Cynorhodon alias dicitur, quam ipſa die præterito heſterno in horto cum animi quadam delectatione ac voluptate aſpexiſſet, & vt tandem radicem illico mitteret ad filiũ ſuũ, qua in lacte infuſa macerataq; proportione modica vteretur, id quod mater fecit. Et hinc paulo poſt accidit, vt miles iſte vna cum ipſo medicamento matris acciperet literas, quibus filium ſummopere adhortabatur, vt ſine mora exequeretur id, quod ſcriptum eſſet in literis. O quã opportunum certe nuncium! Nam miſer ille tunc temporis læſus canis rabioſi morſu in tanto vitæ periculo verſabatur, vt ex huius veneni profundiores radices agentis nimia atrocitate iam incidiſſet in hydrophobiam, quæ mortis certiſſimum indicium eſt: hoc autem matris vſurpato remedio, ab interitu ſe inopinato præſeruauit, quod poſtea à multis aliis feliciter quoque vſurpatum probatumq; fuit.

Hæc dicta ſint de morbis, deque horum curandi ratione deſumpta ex ſomniorum viſionumq; nocturnarum præſagiis ac prædictionibus. Ex his iam intelligi poteſt, quanta ſit vis & efficacia ſomniorum, vt quorum beneficio ac interuentu quam plurimi in vitæ etiam diſcrimine conſtituti euaſerint. Hæc tamen à nobis non

dicuntur

dicuntur in eum finem, quasi ad nimiam superstitiosamque somniorum obseruandorum diligentiam quamuis pellicere velimus, cum somnia interdum fallere possint. Sed nostrum est propositum solummodo indicare & commonefacere, non semper contemnenda esse eadem, legemque illam Catonis, Somnia ne cures, non ita generaliter de omnibus somniis, sed cum certa quadam limitatione intelligendam esse.

Simonides per somnium admonitus, ne illo die, quem constituerat, se committeret mari, salutariter obtemperauit. Nam reliqui omnes, qui tunc nauem conscenderant, fluctibus & procellis in conspectu eius, obruti sunt, ipse interim sibi gratulatus est, quod vitam somnio, quam naui credere maluisset. *Cic. lib. 2. de diuina. Simonidis somniũ.*

Themistocles etiam ex maximis insidiis, quas ipsi struxerat quidam Epixyes in pago Leontocephalo (quod significat Leonis caput) liber & incolumis evasit, cum nimirum in somnio vidisset matrem, his illam verbis alloquentem: Euita Themistocles leonum caput, ne in leonem incurras. *Plutarch. aliud Themistoclis.*

Cicero in eodem libro Diuinationum, & Suetonius in vita Augusti Octauii quoq; referunt, cum copiæ Augusti & Antonii ex vna parte, & ex altera Bruti & Cassii iam instructæ essent ad præliũ committendũ in cãpis Philippicis, M. Artorium Medicũ Augusti oblata visione mandatũ à Minerua accepisse, vt hortaretur Octauiũ tunc ægrum, ne se contineret etiã per morbũ, quin ipsemet in præsens iret prælũ. Quod cũ Cæsar audiuisset, lectica se inaciẽ ferri iussit, in qua cum supra vires pro victoria laborasset, morbo liberatus est, & à Bruti militibus, de cæde eius cogitantibus castraq; diripientibus & lecticam inanem iaculis & pilis traiicientibus vindicatus.

Quod regnorum ac imperiorum mutationes ac translationes per somnia ac visiones longo antè tempore præuisæ ac prædictæ sunt à multis potentissimis ac summis viris, aut etiam ipsorum propinquis & cognatis, ad quos regna illa ac imperia postea peruenerunt?

Olympiæ matri Alexandri visum est in somnis prima nocte, qua legitimo ac matrimoniali thoro Philippo marito suo iungebatur, *Somnium Olympiæ & Phi*

lippi Regis Macedoniæ. tur, è visceribus suis prosiliisse tonitru immensum & fulgur, cuius flamma sese in amplissima & remotissima quæque loca diffunderet. Philippus similiter somniabat eadem nocte, se in ventrem Olympiæ vxoris suæ impressisse fortissimum quendam leonem.

Omnia hæc præsagiebant Alexandri filii ipsorum summam Imperii alicuius amplitudinem, ac maximam potestatem. Hæc in vita Alexandri apud Plutarchum & Sabellium. *Sabell. lib. 9. cap. 9.*

Aliud somnium Antigoni. Antigonus somniauit, se à Mithridate (quem cum filio suo Demetrio intimo amico, simul educabat ac sustentabat) regno suo spoliatum & expulsum fuisse. Quod somnium Antigonus filio suo Demetrio reuelauit, sed ea iuramenti lege, ne verbulum quidem referret ad Mithridatem, quem adeo amabat, quemq; Antigonus constituerat clam interficere. Demetrius, licet silentii Iuramentum præstiterit, ægerrimè tamen ferens hoc patris consilium nefandum in necem amici sui fidelissimi susceptum, cogitare cœpit de ratione præmonendi de hac re Mithridatem, & cum ambo soli essent, accepit telum suum, cuius acie hæc in terram exarabat verba: Fuge Mithridates. Quod simul ac intellexerat Mithridates, statim arreptâ fuga sequenti nocte traiecit in Cappadociam vsque. Id somnium autem Antigoni, mox fatum comprobauit; amplam enim & bonam regionem Mithridates regni Pontici occupauit, sicut habetur apud Plutarchum in vita Demetrii.

Iulius Cæsaris antequam Dictatoris nomen & dignitatem gessisset, per somnium visus cum matre sua concubuisse, quod (vt somniorũ cõiectores interpretati sunt) terrarũ Imperiũ illi promittebat, cũ terra sit omniũ mater, quam subactã sibi viderat p quietẽ. *Plutarch. in vit. Cæs.*

Somnium Octauii & Actiæ parentũ Augusti Cæs. Octauius & Actia parentes Augusti Cæsaris videbant in somnio filium suum Monarcham magnum olim futurum: quod idẽ viderant Philippus & Olympias. Nam Actia dormiens in Apollinis templo, visa est cum dracone commisceri, peperitq; expletis ad pariendum mensibus. Ad hæc antequam pareret, somniauit viscera sua sublime in cœlum ferri, & in totum terrarum orbem diffundi. Eadem nocte Octauius Solem ex vtero vxoris oriri in somnis vidit. Nigidius Figulus Senator statim patri summum Imperium prædixit. De his consule Suetonium in vita Augusti.

Traia-

Traianus, Hadrianus & Marcus Antonius Philoſophus eadē ſomnia & viſiones habebant, priuſquam ad Imperii gubernacula acceſſerunt, ſicut ſcribunt Xiphilinus & Dion Nicæus in illorum vita.

Sed ne ſolummodo profanas hiſtorias in mirabilibus eiuſmodi ſomniorum & viſionum effectis demonſtrandis, afferamus, loco concluſionis annectemus adhuc vnicum veriſſimum exemplum, quod literarum monumentis mandatum apud Theodoretum lib. 5. c. 6. & 7. & alios Eccleſiaſticos Doctores, quod de verbo ad verbum tranſcriptum ita habet.

Somnium Theodoſii notatu dignum.

Theodoſius Dux Exercitus aduerſus barbaros à Gratiano Imperatore conſtitutus, oblatam ſibi in ſomnis Miletii Antiocheni imaginem vidit paludamentum ſibi Imperatorium iniicere, & coronam capiti imponere, nec caruit euentu viſio. Nam bello feliciter contra Barbaros confecto à Gratiano paulo poſt Imperator deſignatus eſt. Annoque ſui Imperii tertio, Chriſti 383. ſynodum Conſtantinopolitanam pro fide Nicena confirmanda indixit. Cum Epiſcopi conueniſſent, Imperator Meletiū ſibi indicari vetuit, facturus periculum, vtrum imagini per ſomnium conſpectæ vera eſſet Melitii facies reſponſura. Ingreſſus ad patres ad Meletium confeſtim agnitum accurrit, eumque complectens oſculatus eſt & ſomnium coram omnibus expoſuit.

Somnia naturalia.

Auctores qui de ſomniis ſcripſerunt.

Satis dictum eſt de ſomniis ſupernaturalibus, quorum nonnulla diuinorum naturam non obſcurè æmulantur. Reliquum eſt, vt nunc agamus de naturalibus, vt quæ ſpecialiter ad Medici conſiderationem pertinent. Somnia naturalia ſunt paſsionum animi & corporis indicia: proinde ſunt à Medico contemplanda, vt ait Ariſtoteles, Galenus, pluresque alii Medici; ſed pleniſſimè Artemidorus.

Variæ ſomniorum cauſæ externæ.

Suſcitantur eiuſmodi ſomnia plerunque à cauſis cum externis, tum internis. Externæ ſunt, vſus ciborum copioſos vapores excitantium, & eorum qui gignunt ſanguinem torridum & Melancholicum. Ex intempeſtiuo caulium vſu triſtia ſomnia ſuboriuntur, phaſeli turbulenta inſomnia inducunt,

Cæpe & alia terribilia. Ita etiam aliorum ciborum noxiorum immoderatus vſus poteſt dormientes eiuſmodi moleſtiis & triſtibus viſionibus perturbare. Hæc omnia pendent à cauſa externa, ſicut & aliarum mirabilium viſionum cauſæ creduntur eſſe varia animalium corda, capita, & dormientium capitibus ſuppoſita, vt docet Albertus Magnus. Ad eandem quoque cauſarum externarum familiam referre licet id, quod Olaus notauit in ſuo lib. 18. cap. 6. Hæc ſunt eius verba: In Suecia ſeptentrionali Gulo animal voraciſſimum capitur, pellis eius pretioſiſſima, dormientibus ſub harum pellium tegumentis euenire ſolent ſomnia, quaſi eius animalis vitæ naturæq; conformia, & cum inſatiabili vorandi cupiditate, & beſtiis inſidiis faciendis & præcauendis.

Interna. Quod ad cauſas internas attinet, illæ ſunt humores maligni atq; Melancholici, qui tenebroſa ſua caligine mentis lucẽ offuſcant, illiq; varia moleſtiarũ genera imprimunt, vt manifeſtè conſpicitur in omnibus iis, qui Melancholico temperamento ſunt præditi.

Sed quod magis ſtupendum eſt, eiuſmodi ſomnia & viſiones, non tantum ſenſuum functiones, ſed ipſius etiam motus afficiunt.

Teſtis eſt Theon Stoicus, qui inter dormiendum ambulabat: eiuſdem rei teſtimonium perhibet ſeruus Periclis, qui domus tectum dormiens conſcendebat. Huius quoq; teſtis extat ipſe Galenus de ſe ipſo ſcribens lib. 2. de motu muſculorum cap. 4. Qui noctu aliquando iter faciens obdormiuit inter eundum, & ſtadium fermè integrum dormiendo peregit, ſomnia videns, nec prius excitatus eſt, quam in lapidem pede impegiſſet.

Remedia ad ſomnia moleſta & inquieta. Remedia igitur, quæ ad præcauenda eiuſmodi ſomnia bonam noctis quietem interturbantia adhiberi debent, talia ſunto, vt videlicet ab initio inprimis cuiuis caueatur omnium ciborum vſu, qui illorum cauſam fouere poſſint, vtque præterea vſurpentur remedia purgantia humores iſtos melancholicos, qui talia in nobis ſomnia plerunque excitant, vt adhibeantur quoque corrigentia atque alterantia, antidoti & medicamenta alia appropriata: item reuulſiones ac deriuationes ad diſſipandam nimiam fumoſorum vaporum exhalationem, qui aſcendentes in cerebrum, talium moleſtiarum cauſæ exiſtunt. Vt denique non omittantur etiam opportuno

tuno tempore & loco ſanguinis miſſio, cucurbitularum applicatio & alia remedia à Chirurgia mutuata.

Medicamina particularia ſunt, ſemina lactucæ in iuſculo ſumpta; ſemina quinetiam portulacæ lecto impoſita, inſomnia arcent ſecundum Amech. Albertus laudat puluerem cutis ſerpentis puluinari ſuppoſitum. Margaritæ ſuſpenſæ collo timorẽ in ſomno abigunt, ſecundum Auicennam. Aniſum inſomnia leuat ſuſpenſum in puluino, vt dormientes olfaciant, iuxta Plinium. Galenus commendat Anethum ſub ceruicali poſitum ad ſtertentes, & eos, qui è lecto exiliunt. Et rhaſis dicit, quod dentes equi poſiti ſub capite dormientis eum continent. Coronidis loco, hoc quoq; tibi ſomnum conciliabit tutiſſimum ad inſomnia, phantaſmata & malos ſpiritus profligandos, Deo ſeſe commendare ab eoq; cuſtodiam bonorum geniorum exorare. *Simplicia quædam medicamenta contrà inſomnia.*

CAPVT V.

De Exercitio & Quiete.

Exercitium noſtri caloris innati verum fomentum, & fuliginoſarum ſuperfluitatum in corporibus redundantium aptum eſt remedium, omni plethoræ ſiue plenitudinis inducendæ obſtaculum ac impedimentum, agilitatis ac promptitudinis corporis comparandæ incitamentum, neruorum & iuncturarũ corroborandarum idoneum & opportunum auxilium, necnon præcipua & primaria cauſa apertionis pororum ac meatuum, per quos fuliginoſa illa & ſuperflua ſanguinis & ſpirituum, qui alias vitæ noſtræ fomites ac ſuſtentacula ſunt, materia foras propellitur ac diſſipatur, vt ſingulæ corporis facultates corroborentur & inſtaurentur, omnium ſenſuum tam interiorum, quam exteriorum actio promptius ac rectius perficiatur, liberior fiat pulmonum inſpiratio ac reſpiratio, cordis robur ac vigor reſtituatur, partes quoque nutritioni inſeruientes melius concoquant, digerant, & aſſimilent alimenta, eorumque excretionem citius abſoluant. Hæc *Effectus Exercitii.*

ſunt inſignia illa emolumenta, quæ legitimum moderatumq; comitantur exercitium, in tempore ſcilicet & loco, vt mox dicemus inſtitutum. Paulus Ægineta de exercitio ſcribens, noſtram ſententiam his verbis affirmat : Exercitium eſt, inquit, motus vehemens, vehementiæ terminus eſt reſpirationis mutuatio ad denſitudinem : Exercitia vero præparant partes inſtrumentales, vt ne facilè offendi poſſint, & robuſtas ad actiones efficiunt. Faciunt etiam alimenti attractionem fortiorem & alterationem promptiorem, & nutritionem meliorem, propter exorientem caliditatem, expurgant quoque meatus & ſuperfluitates euacuant propter fortem ſpiritus motum &c.

Lib. 2. de re. med. cap. 16.

Lib. 1. Synop. cap. 2.

In eundem modum fere ſcribit Oribaſius : Exercitatio, inquit, eſt vehemens motus. Terminus vehementiæ eſt anhelitus ad frequentiorem alteratio. Porro laborioſæ exercitationes membra organica præparant, & robuſtiora ad actiones, & ad validiſſimam alimenti attractionem, promptiſſimamque alterationem & meliorem appetitum propter calorem excitatum reddunt, meatus purgant & vehementi ſpiritus impetu excrementa expellunt.

Variæ exercitiorum differentiæ diſtinctæ in tres ſpecies.

Ex hac itaq; definitione Oribaſii plures licet intelligere eſſe exercitiorum differentias, has nos in tres ſpecies reducimus, atque diſtinguimus 1. in laborioſa, vehementia ſeu violenta 2. in mediocria ſeu media & 3. in parua ſeu leuia. Generalis exercitiorum diuiſio, quæ ſpecialius conſiderata pro diuerſa ætatum ratione vlterius diſtinguitur, proutq; alii aliis plus minusue laborum ferre queunt. Præterea notandũ, qualia nam Exercitia, vel in genere corpori conueniãt, vel in ſpecie ſingulis eius partibus, vt capiti, collo, pectori, humeris, brachiis, manibus, renibus coxendici, cruribus & reliquis.

Exercitiorũ locus.

Ratio quoq; non minima habenda eſt loci, quo inſtituuntur Exercitia. Alii enim magis aſſueti ſunt ſe exercere ſuper vel ſubter terram : alii vero in aquis, ſtagnis, fluuiis, mari aut ſimilibus locis aquaticis, circa hæc enim elementa duo homines operando communiter verſantur.

Tempus.

Sic ſimiliter temporis conſideratio hic admodum eſt neceſſaria. Sciendum enim eſt, quodnam exercitio tempus ſit maximè idoneum

neum, matutinum ne, an vespertinum, ante vel post pastum. Quorum omnium vsus legitimè ac debitè administrandus erit, pro ratione varia corporis, aliarumque circumstantiarum: Interim tamẽ ingenii exercitia minimè debent negligi, quæ sæpenumero corporis exercitiis longe præualent.

Apud Antiquos passim in vsu fuit ars illa Gymnastica, quæ successu temporis simul cum mundana luxuria ac intemperantia adeo increuit, vt quamplurimum eius vestigia hodierno adhuc seculo inter nos reperiantur, sicuti experientia testatur.

Extat hac de arte ex neotericis Hieronymi Mercurialis celeberrimi Medici elegans sanè & doctus liber.

Hæc ars est primum inuenta à Græcis, teste Cicerone qui Gymnasia delectationis & exercitationis gratiâ primum à Græcis inuenta asserit, quod vocabulum Gymnasii est deriuatum à Græco γυμνάζειν, quod exercere significat. Accipitur quoq; Gymnasium pro quolibet exercitii loco, vt luctandi, currendi, disputandi, literas tractandi vt Plautus testatur. Et Gymnasiarchus siue Gymnasiarcha dicitur is, qui supremum obtinet locum, in quodam horum exercitiorum ludo, sicut refert idem Cicero. *1. de orat.*

Quantum ad horum ludorum siue exercitiorum differentias attinet, illarum quidem plures recenseri possunt, quas tamẽ in hæc duo præcipua capita reducimus: (pendent autem vtraq; illa à motu naturali accedente arte) quorum alterum est simplex, alterum vero comitem habet æmulationem ac imitationem. Simplex seu Antecedens est, quando homo solus vel saliendo, vel currendo, vel sine socio aliter se exercendo ludit. Hoc secutum est mox alterum illud, æmulationis videlicet, qua ingenti quodam desiderio ac omni conatu sese attentat lusor, vt vel idem exercitium ad vnguem imitetur, vel etiam alterum colludendi socium maiori industria sua vincat, vnde orta est primum invidia, ex invidia obtrectatio & maledicentia, ex maledicentia vero Lucta, quæ non nisi inter duos ad minimum fieri potest, qua alter alterum supplantare conatur studetq;. Pro varia horũ certaminum conditione varia quoq; exercitiorum nomina inuenta, variaq; inter luctatores præmia diuisa fuerunt. Dicebantur enim digladiatores illi palæstritæ pugi- *Duo exercitiorum præcipua capita.* *Luctæ causa.*

Athletæ vndè dicti. tæ, pugiles siue palestræ Lusores. Athletæ vero dicti sunt ἀπὸ τοῦ ἄθλου, hoc est, à præmio. Luctarum autem harum siue exercitiorum quinq; erant præcipuè genera, nempe cursus, lucta, pugilatus, saltus, iactus disci, saxi & iaculi Hi qui palmam reportabant, Pentathli appellabantur, Latinè Quinquertiones.

Pentathli Scalig. lib. 1. poem. cap. 22.

De cursu. Ordiemur primo à cursu, cui locus publicus destinatus erat, cuius longitudo erat spatium bis Centum & viginti quinque passuum, aut ducentorum cubitalium, ac qui vincebant, cursores in genere vocabantur, in specie vero eorum alii dicebantur Stadiodromi, qui stadium semel tantum in longum percurrebant, & in limite quiescebant. Vergilius mentionem facit septem stadiodromorum, qui ludis illis intererant, quos Æneas celebrari curauit in Sicilia, in honorem sepulchri Anchisæ parentis sui: ii vero qui peracta meta & decursu eo demum sine intermissione reuertebantur, vnde cursum inierant, Diauldromi dicebantur. Qui vero sexies repetito cursu stadium obibant, perpetuóque impetu duodecim stadia decurrebant, Dolichodromi nuncupabantur. Hi vero, qui sine intermissione, sineque vlla respiratione per totum diem à diluculo vsq; ad vesperam cursum continuabant, vocabantur Hermerodromi.

Stadiodromi. *Æneid. 7.* *Diauldromi.* *Dolichodromi.* *Hermerodromi.*

Tale cursus exercitium vsitatum est adhuc in pluribus Galliæ locis. In nostra enim Vasconia vix reperies vllum pagum, in quo incolæ non quotannis solenne aliquod festum celebrent, sicut hoc quoque apud alios non invsitatum est. Instante vero tali aliquo festiuo die, vndique ex proximis adiacentibus pagis conuolant & congregantur coloni, vbi iuuenes videas à prandio se exercere in variis ludorum generibus: hic ludunt, & se exercent sclopetarii: Illic arcubalistarii, alteriusque generis lusores, vbi ludorum varia constituta sunt præmia illis, qui victoriæ palmam ludendo impetrant. Ex dictis exercitiis, cursus quoq; familiaris est ipsis, confluentibus scilicet finitimorum locorum exercitatoribus cursoribus. Longitudo cursus æquat ad minimum dimidium miliare Vasconicum, quod integrum facit Francicum. Huiusmodi cursores numero interdum decem aut vndecim, plus minus, in vnum

Cursus ludus familiaris Vasconibus.

congre-

congregati, ſimul omnes à metæ ipſis præſcriptæ vno termino curſum incipiunt, eumque continuant vſque ad alterum metæ terminum, cui alligatus eſt, aut vitulus, aut veruex quidam pinguis, aut pileus corallis ornatus, aut quiddam aliud, quod in præmii locum offertur illi, qui definitam metam primus decurrendo attigerit. Vbi variis ipſi vtuntur ſtratagematibus, omniq; ſtudio ac induſtria in id ſunt intenti, vt alter alterius greſſus anteuertat. Qui vero ſunt exercitatiſſimi, hi ſua currendi celeritate freti, ab initio tardius ſine magna paſſuum frequentandorum feſtinatione ingrediuntur, idque ad cōprimendum anhelitum: hoc vero continuant vſque ad metæ præſcriptæ medietatem ſolummodo, qua appropinquante, tanta pedum velocitate reliquam metę partem decurrunt, vt pedes alatos habere exiſtimes: Ac non longe poſt, ipſos quoque à tergo poſt ſe relinquunt, qui vltra mille paſſus antea præcurrebant, & quibus à ſpectatoribus, ex primo aſpectu, tam vota præmiorum & honorum curſus deſignata fuerant. Curſores in Palæſtra, vel Palæſtritæ ſunt ipſi luſores palæſtræ. Hic luſus ſpecialiter ad exercitium curſus pertinet, & valde vſitatus eſt in Gallia, præcipueque in Vaſconia noſtra: in eo ſe plerunq; exercent iuuenes literarum ſtudioſi, ad corporis fortitudinem ac robur explorandum. Nam contingit ſæpenumero, vt & huius ludi longiori continuatione non ſolum ſudor prouocetur, ſed totum etiam corpus interdum prorſus madore irrigetur.

Pauſanias in Atticis huius palæſtricæ artis inuentorem ſtatuit Theſeum, quæ etiam pertinet ad luctatores, dictos Palæſtritas vocabulo Latino, quod deriuatum eſt à Græco πάλη, id eſt, lucta: vnde παλαιστικὸς luctator, qui vt ipſo luctæ impulſu tantum, & tractu, & preſſione, & ſupplantatione aduerſarium proſternere poteſt, ſed non cædere, vt ſcribit Scaliger in eodem libro & capite ſupra citatis. Eius generis lucta hodie quoque adhuc conſpicitur in maximo vſu eſſe in Gallia, in eadem Vaſconia, nec non in aliis regionibus. Proponuntur præterea alia duo luctarum genera ab antiquis olim obſeruata, vbi videlicet aliquando luctatio illa fit amplexu mutuo, ab ileis & humeris, interdum conſertis brachiis manu apprehenſis.

Modus luctandi. Denique luctaturi olim vestimentis depositis, nudoq; corpore in arenam descendebant, ac ceromate inungebãtur, hoc est, quodam linimento ex oleo & cera cõposito, & ministri, qui in eiusmodi ceremoniarum ritus obseruandos constituti erant, Ceromatistæ appellabantur. *Ceromatista.* Hinc Sta. palæstram vocat pinguem; Claudi. liquidam, & Ouidius vnctam: aliiq; Poetæ illam nominant madidam sordidamq; palæstram, vt annotauit Rau-sius.

Secũdum Thucydidem, Lacedæmonii primum in huiusmodi ludis Gymnasticis modum inungendi & denudandi corpus introduxerunt, ob quam denudationẽ ars illa præsertim nomen Gymnasiæ accepit.

Cæl. libr. 7. cap. 26. ant. sect. *Alex. lib. 2. cap. 25.* Cælius & Alexander literis prodiderunt, quod ex ipsæ filię Lacedæmoniorum nondum adultæ palestra exercebantur nudæ. Quod studium nequaquam improbauit: censuit enim, vt non modo puellæ, sed & anus luctarentur cum viris, vt patientes laborum eo facilius res arduas subirent, quorum studio in posterum adeo infecti sunt, vt pro fortibus militib. se bonos palæstras & Athletas dici potius exoptarint. *Lucta Lacedæmoniis familiarißima.*

Lib. 2. Ennead. Sabellicus confirmat hoc ipsum de iisdem puellis Lacedæmoniis, addens, nudationem illam nil turpis habuisse, aderat enim verecundia, aberatque omnis petulantia. Fuit hæc consuetudo simul etiam cum luxu accrescente introducta, vt quæ nullibi ante hac apud priscos in vsu erat. Athletæ olim ferulatis campestribus certabant, vt scribit Thucydides: Certabant tecti aut veste, vel etiam armis, vt est apud Hippocratem. *1. Histor.* Hinc Augustus morem & consuetudinem hanc inverecundam ac turpem deprehendens, omnino prohibuit eiusmodi spectaculis fæminas interesse. Vtimur eius generis exercitiis in Gallia, ratione paulo modestiori ac decentiori: vbi & in lucta, & in cursu palæstræ, interdum vestimenta quidem detrahantur vsque ad indusium, vt corpus horum onere subleuatum expeditius ac habilius ad currendum reddatur, sed nunquam exutis omnibus vestimentis, plane nudo curritur corpore.

Tertium antiquorum exercitium est pugilatus, vnde pugil dicitur,

dicitur, qui pugno plagas impingere potest, & aduersarium solo percussu prosternere, quo tamen nihil familiarius in Gallia seruis & pedissequis, & eiusmodi inferiori conditionis petulanti turbæ. *Pugilatus* *Pugil.*

Ex his duobus exercitiis, pugni scilicet & luctæ, surrexit quoddam aliud certaminis genus, quod Pancratium apud Priscos nominabatur. Tales enim dicuntur, qui corporis totius conatu, etiam calcibus, etiam genubus, etiam dentibus, omnique virium contentione insurgunt in pugnam, vt adversarium superent. Cælius huius inuentionem asscribit Theseo, quando in Creta absq; gladio Minotaurum aggressus est. Quod licet ita sit, est tamen exercitium potius Sycophantarum, & hominum nauci, quo hodie dicti isti serui ac pedissequi, & huius farinæ baiuli, se solent oblectare, vbi ipsi in tali pugna, pro sui defensione & obtinenda victoria, contra aduersarios simul cum pugno inferunt etiam dentes & pedes, & genua & alia corporis membra. Egregius certe ludus, si diis placet, qui in 28. Olymp. primum inuectus est. *Pancratium.* *Lib. 13. Ant. lect.* *Pancratii inuentor.*

De quarto antiquorum exercitio, quod est saltus siue saltatio, abunde satis scripserunt, Alexander, Cælius Iulius Scaliger, quo lectorem relegatum volumus. Hoc tamen obiter placet hic monuisse, maiores olim nostros non minori studio huic exercitio incubuisse, quam adhuc nostro seculo fieri solet, non solum in Francia nostra, sed propemodum vbivis locorum. *Saltus seu saltatio.* *Ath. lib. 14.* *Alex. l. 2. c. 25.* *Cal. l. 5. c. 3. Ant. Lect.* *Scal. 1. poet. c. 18.*

Huius primi inuentores fuerunt Orpheus & Musæus, tanquam suo tempore saltatoriæ artis coryphei, qui & festiuitates & ceremonias omnes, vt & cætera omnia, vt honestissimum quiddam legibus sanxisse videntur, initiati cum rythmo & saltatione. *Inuentores saltatoriæ artis.* *Luc. libr. de saltatione.*

Prima omnium antiquorum saltandi ratio non erat, nisi simplex leuisque corporis commotio, siue vnius solius, siue plurium manibus catenatis inuicem cohærentium: Græci etiam appella- *Antiquorum saltandi ratio quanam?*

bant ὄρχησιν: Latini ſaltationem: quæ ſine cantu & inſtrumento Muſico fiebat. Idem ſaltandi modus multis adhuc in locis apud plures in vſu eſt. Poſtea vero acceſſit cantus vocalis, à quo ipſam ſaltationem χορείαν nuncupabant, cuius vſus frequentiſſimus exiſtit, hiſce adhuc temporibus inter plebeios.

Tandem etiam omnis generis inſtrumenta muſica fuerunt adhibita, quorum tot tamque diuerſa hodie genera habentur, quibus etiam priſca illa tempora caruerunt: progreſſu enim temporis artium ac ſcientiarum fæcunda inuentio magis magisque accreſcit.

Principales ſaltationum differentiæ. Scaliger ſaltationem diuidit in duplicem potiſſimum ſpeciem, in ſtatariam nempe vnam, & in motoriam alteram. Non quod alterutra citra motionis miniſterium perficiatur: alias enim ſaltationis nomen ſterile ac inane eſſet, cuius tamen proprius finis eſt corporis exercitatio quædam, ſiue ea ſit leuior, ſiue Paulo vehementior: ſed quod ſolummodo oſtendatur differentia maioris aut minoris commotionis, omnium corporis membrorum. Cuius rei exempla ſe offerunt manifeſta, & omnibus nota in illis ſaltationum generibus, quibus tum Galli tum aliæ nationes vtuntur, vt Volcæ, Curantæ & Galliardæ, quæ maiorem corporis commotionem requirunt, ſicut oſtendit nominum illorum deriuatio, quam cæterorum populorum, ut Germanorum aliorumque conſuetudo fert, qui inter ſaltandum primum leuiori ac tandem in ſecunda ſaltationis parte paulo maiori corporis impulſu commouentur.

Ex his duabus generalibus differentiis poſſunt plures aliæ deduci, idque vel ratione corporis plus minuſve laſſitudine oppreſſi, vel honeſtatis, vbi ſaltatio modeſta & laudabilis eſt, alia vero laſciua & inuerecunda, vel à loco ipſarum regionum, vbi primum inuentæ fuerant, vel à ſingulari quadam & artificioſa membrorum diſpoſitione. Sic & aliæ ab imitatione & varietate melodiæ muſicis inſtrumentis decantatæ, & ab habitibus ſiue indumenti, tali exercitio deſtinati qualitate.

Erant præterea alia ſaltationum genera antiquis conſueta,

quæ

quæ vel ipſorum authorum, ac inuentorum, vel etiam aliorum, in quorum gratiam inſtituta fuerant, nominibus inſigniebantur, vt eſt Pyrrica ſaltatio pro iuuentute in armis ſe exercenda, à Pyrrho inuenta ac celebrata: Et tripudium Caſtoris, cuius fit mentio à Veteribus, in quo ſaltandi ratio introducta fuit in gratiam & honorem Caſtoris à Lynceo interfecti. *Pyrrhica ſaltatio. Plin. lib. 7. Liu. libr. de ſaltat. Tripudium Caſtoris.*

Duæ quoque aliæ ſaltationum principales ſpecies erant, quæ vocabantur vulgares & Theatricæ: Vulgarium vſus erat in nuptiis & ſacrificiis. Antiquitus enim nulla fiebant ſacra ſine ſaltatione & choro Muſico. Proderant enim (vt Cælius memorat) puerorum chori tibiis ac cythara præcinentibus, inter quos exercitatiores & peritiores ad ſaltandum eligebantur, & illorum cantiones ab huius ſaltationis vſu appellabantur Hyporchemata, ita dicta, quod inter ſaltandum fere generoſum quiddam ſeruarent & virile. Sed cantus ſolus ſine ſaltatione Staſima ipſis dicebatur. *Saltatio Theatrica. Lib. 5. cap. 3. Antiq. Lect. Hyporchemata. Staſima.*

Theatricæ vero diſtinctæ erant, ratione argumenti ſiue materiæ ipſarum fabularum, quæ in theatris induci agique ſolebant. In tragœdia enim tanquam materia triſti, ſaltatio erat grauis certis numerorum gradibus diſtincta ac luctuoſa, quam appellabant ἐμμέλειαν. In comœdia vero ſaltus erat liberior ac feſtiuior potius, quam lugubris qui nuncupabatur κόρδαξ. Satyrorum autem ſaltatio coniuncta erat cum ſumma leuitate ac laſciuia, quæ propterea dicebatur σικίῤῥης. *Theatricæ ſaltationis differentiæ. Emmelia. Cordax. Sicirrhis.*

Hæc ſunt præcipua antiquorum ſaltationum genera, &c. Sed ſaltationes ſiue choreæ, vocibus ac inſtrumentis Muſicis adaptatæ, apud Ethnicos non ſolum vſitatæ, magnique æſtimatæ fuerunt, ſed in ſacris quoque literis eaſdem approbatas fuiſſe, exemplis conſtat.

Dauid Regius ille Propheta, lineo cingulo ſuccinctus totis viribus ſaltabat, & ſimul cum ipſo tota ipſius domus, dum nimirum cum magna iubilationis vociferatione, adhibitis ſimul omnis generis Muſicis inſtrumentis, vt cythara, buccina, tympano decachordo, tuba & cymbalis bene ſonantibus arcam fœderis à Philiſtinis Hieroſolymam reducebat.

Sam. lib. 2. cap. 6. Sic quoque Iudith celebris illa Heroina Holoferni capite abscisso & detruncato, hacque ratione copiis Assyriorum nimio terrore perturbatis ac prostratis, vrbeque ab obsidione eorum sic liberata à cunctis mulieribus Israeliticis, laudis & gloriæ benedictione ac plausibus excepta, oleæque ramo præcincta thyrsum gestans & chorum mulierum præcedens, cum omni populo Israelitico hymnum triumphalem Deo æterno ac maximo, saltando decantabat, eique immensas ac immortales, pro tam admiranda & incredibili victoria, gratias referebat.

Hoc exercitii genere nõ solummodo homines plebeii ac iuuenes vsi, eoq; delectati sunt, sed fuerunt etiam magni quidam Reges ac Philosophi sapientissimi, qui eandem artem in summis delitiis habuerunt, didicerunt atque exercuerunt.

Socrates saltandi arti deditus. De Socrate legimus, quod artem saltatoriam non tãtum summis prosecutus sit laudibus, sed & ipsam quoque addidicerit, nec veritus sit in prouecta etiam ætate saltare, eamq; simul cum aliis grauissimis scientiis coniungere, multumque tribuens concinnitati & elegantiæ, tum apto motui neque non mouentis affirmationi. Hinc videmus adhuc hodie in usu esse, dum pueros nostros aut puellas in hac arte erudiri volumus, potissimum id fieri, ob morum elegantiam, concinnamq; corporis compositionem cõparandam. Magnum enim discrimen apparet inter illos, qui huius artis periti aut imperiti sint, quiq; illam addidicerint vel non addidicerint. *Athen. lib. 1. cap. 16.* Adeo magni faciebat Socrates hanc artem, vt familiariter cum amicis loquẽdo, illam membrorum ac totius corporis exercitium vtilissimum esse prædicaret, & subinde diceret, *Lucian. lib. de saltu.* scite tripudiantes maxime esse idoneos rebus bellicis. De quo hi versus extant.

Qui sciuere choris decorare deos, hi
Optimi & in bello.

Inter Reges olim eodem saltationis exertio summopere delectabatur, Antiochus Magnus, nec non & alii plures. *Ath. lib. 1. c. 16. cæl. 1. cap. 3.* Poetæ quoq; in Deorum laudes vsi sunt saltatoris titulo. Pindarus & Homerus Phœbum Orchesten saltatorem appellant. Idem nomen & Ioui

attri-

attribuitur. Homer. prӕterea dixit, saltationem certis temporum interuallis, & Musicis rythmis mensuratam esse donum cœleste potius, quam mundanum aut terrestre. Sic igitur diuino hoc munere donatus homo, à cæteris distinguitur animalibus eo destitutis: ut qui non sit merum animal, sed Deus mortalis. Dum autem hic generalem saltationum commendationem instituo, non propterea in specie & illas approbare consilium est, quæ indecoræ & lasciuæ sunt, finesq; honestatis transiliunt. Neque etiam illas in quibus tot tantæq; ridiculæ gesticulationes, indecentes quoq; ac nimis impetuosæ, corporis hinc inde dimotiones atque agitationes, aliæq; sexcentæ eiusmodi fatuitatum ineptiæ conspiciuntur, quæ saltandi ratio potius detestanda conuenit circulatoribus, quam hominibus liberali ingenio natis & educatis: quæque ab omnibus Rebuspu. bene constitutis quondam damnata, tanquam sordida, vilis & abiecta, maximeq; infamis repudiata fuit, quam & ego ipse summopere abhorreo & detestor, (nec non alios ludos Gymnasticos) quemadmodum & eadem non solum in verbo Dei, sed à compluribus etiam sanctorum Patrum, aliisq; grauissimis auctoribus, tanquã res detestanda, & homine vere Christiano, Deumq; timente indignissima, damnatur & improbatur. Licitæ sunt saltationes honestæ & dignæ laude, quibus Deus ipse non offenditur, quæq; ciuilitatis & vrbanitatis studium promouent, & prouehunt, quo homines negotia sua, cum decentiori corporis eiusq; membrorum, cũ moderatione, expedire queant, & hoc pacto ipsius quoque corporis habitus ac constitutio bona non solum sarta recta conseruetur, sed vegetior etiam agilior & promptior reddatur, ad quosvis labores sustinendos, vtque hinc otium turpissimum Satanæ puluinar deuitetur.

Encomium saltationis.

Tales saltationes sunt, quas Socrates, Plato, Sophocles, & alii sapientes comprobarunt, & addiscere scireq; in votis habuerunt, vti diximus: quæ, si temporum iniuria, hominumq; improba deprauatione in abusum quendam deuenerunt, non propterea tamen ars ipsa reprehendenda est, possent enim pari modo omnes etiam reliquæ artes damnari ac vituperari, quod iis vt plurimum

abu-

abutantur homines. Veteres autem ſapientes abuſum illum, qui tunc illorum temporibus iam irrepſerat, neque recipere, neque vllo modo tolerare Conſueuerunt.

Plato enim cum mandatum accepiſſet à Dionyſio Tyranno (quod idem mandatum & aliis pluribus datum erat) vt in quodam conuiuio, toga longa purpurea, qualem Reges tunc temporis geſtare ſolebant, indutus ſaltaret, id fieri recuſauit, hosque Euripidis verſus recitauit.

Muliebri ego haud quaquam indui queam ſtola,
Vir natus ipſe, & ex virili germine.

Elegans admonitio Demadis ad Philippum Regem Macedoniæ.
Eraſm. in Apoph.

Quo indicari voluit, tale ſaltandi genus, cum habitu muliebri, arguere ſummam quandam leuitatem, & potius circulatorem, quam philoſophum decere. Et Demades Orator facundiſſimus, cum quodam die conſpexiſſet Philippum Macedoniæ Regem, vino obrutum in media perditorum hominum ac captiuorum turba, coram quibus detexit turpitudinem ac miſeriam ſuam, illum ſic compellauit, ipſiq; Philippo erubeſcenti vitæ emendandæ occaſionem dedit, Cum, ô Rex, inquit, fortuna tibi Agamemnonis perſonam impoſuerit, non pudet te factis agere Therſiten?

Ex quibus palam fit, multos viros egregios ac præclaros, tum Philoſophos, tum etiam alios comprobaſſe, commendaſſe, nec non exercuiſſe quoque hanc artem ſaltatoriam, tanquam vtilem & neceſſariam, tam ad corporis ſanitatem conſeruandam, quam ad bonos mores comparandos: contra vero improbaſſe & deteſtatos fuiſſe, ſicut & nos ſimul cum ipſis deteſtamur, omnis generis alias ſaltationes illicitas, ad faſtum natas, & exitioſas tam corpori quam animæ.

Sciens volensque hic ſilentio pertranſeo exercitia illa ſaliendi in altum, & in aerem quaſi volandi, quæ etiamſi quodammodo al ſaltationum ſpeciem aliquam referri queant, ob motum illorum violentum & vehementiſſimum, propter quem etiam non omni carent periculo: ipſa tamen potius circulatorib. relinquenda ſunt, qui iis vtuntur in theatris ad ſpectatorum oculos paſcendos: non enim magni aliquid momenti afferre poſſunt, ad vitæ communis commodum & ſanitatis ſtudium. Nec

Nec miror amplius, cur Plato, Hippocrates & Galenus tantopere auersati fuerint, adeoque damnarint saltatoria nonnulla exercitia, nec non gymnasticos ludos. Surrexerat enim tunc illorum temporibus tantus illorum abusus, tantaque confusio, vt mutata rerum facie vsus illorum bonus ac laudabilis prorsus deprauatus ac corruptus esset.

Hæc de variis exercitiorum differentiis & conditionibus tractatio. Nunc ad quintum exercitationis genus, quod adhuc tractandum restat, est iactus vel disci, hoc est, lapidis rotundi, & in medio perforati, vel iaculi. *Iactus vel disci vel iaculi.*

Huius ludi inuentum ascribunt Perseo. Eiusmodi exercitii genus, in quo lapis admodum ponderosus fortissimo lusoris impulsu propellitur, vsitatum adhuc est in pluribus locis Vasconiæ. Iactus item iaculi in Biscaia familiarissimus. *Inuentor.*

Sed solebant olim iaculum manu tantum torquere, quod & hodie multi multis in locis solent, cuius loco ingeniosa & apta nunc habetur instrumenta, veluti arcus & arcubalistæ, quibus ad antiquorum imitationem maiori cum violentia, sagittas ac tela nostra, quæ iaculi nimis longi vicem gerunt, iaculamur, quod idem exercitium Vasconibus admodum familiare est, qui præ cæteris nationibus maiorem veterum exercitiorum & monimentorum partem retinuisse videntur.

Qui vero tela illa aut iacula moliebantur, iaculatores olim nuncupabantur.

Sarmathæ & Parthæ olim, quemadmodum hodie Scythæ & Tartari, singulari dexteritate, hoc exercitio vtebātur, veluti mira de ipsis scripta legimus. Nam non aliis armis, quam his ipsis telis atque sagittis in bello equis insidentes vtebantur, vt etiam fugientes à tergo iaculati, auersique sequentes hostes læderent perinde ac auersi: *Qui populi peritiores iaculandi sagittas.*

Sarmaticæ maior Geticæq; frequentia gentis
Per medias in equis itque reditque vias.
In quibus est nemo, qui non Coryton & arcum,
Telaque viperea lurida felle gerat.

Eiuſdem exercitii peritiſſimi quoq; fuerunt Ithuræi, vnde Poëtæ cecinerunt arcum Ithuræum, ſagittas Parthicas, neruos Gethicos, Pharetras Sarmaticas, Cretenſes item fuerunt baliſtæ & ſagittandi peritiſſimi, atque inter alios celebriores, pagi Cydonii Coloni. Vnde Vergilius:

Ire libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquam hæc ſit noſtri medicina doloris.

Alex.lib.1. c.20. Romani dabant operam, vt ſua iuuentus plerumque imbueretur atque inſtitueretur omnibus iſtis diſciplinis, quæ ad bellicam ſpectabant artem, præcipue tamen curabant, vt iaculandi peritia excellerent, eiuſque rei inter arma peritiam non vulgarem haberent.

Hæc ars olim adeo fuit honorifica atque ſpectabilis, vt Ethnici inde honoris titulos ac nomina mutuati ſint, quibus Deos ſuos & fortiſſimos ſui ſeculi heroes affecerunt. Poetæ Appollinem vocant ſagittiferum.

Mars clypeo melior, Phœbus præſtantior arcu.

Arcubaliſtæ præſtantiſſimi. Et Hercules, qui à Rege quodam Oechaliæ, nomine Eurytodidicerat ſagittandi induſtriam, Centaurum Neſſum, quamuis in vlteriore Acheloi ripa remotum, & ceruam æripedem certo traiecit ictu, Harpyasque volucres in medio aere confecit.

Fuerunt ſimiliter multi potentes Monarchæ, Principes, Duces, aliique magnates, qui ſummæ ſibi laudi & gloriæ duxerunt, ſi in huiuſmodi exercitiis eminere, & primas præ aliis partes obtinere potuerunt.

Cyrus Rex Perſarum, Teridates Dux & Princeps Parthorum excellens à Nerone tandem ſuperatus: Conſtantinus ac Gratianus, imperatores Romani. Hi omnes inquam, eximie in hiſtoriis celebrantur ob ſingularem induſtriam, qua in telis & ſagittis, iaculandis excellebant, qua etiam in arte incredibilia & admiranda peritiæ ſuæ ediderunt ſpecimina.

Quid dicemus de Commodo (etſi is ſit, qui à parentis ſui ſingulari probitate ac pietate degenerarit) cuius tamen interim tantum robur, vt etiam Elephantem iactu haſtæ penitus transfigeret,

tanta-

tantaque dexteritas, vt emissis centum sagittis, centum leones humum deiiceret, vnoque solo ictu plures feras simul in terram prosterneret, imo tam peritam & exercitatam sibi comparauerat manum, vt quicquid oculo destinasset, iaculo & sagitta contingeret, vt Auctor est Sabellius. *Lib. 5. Ennead. 7.*

Non minori industria præstantiaque in hoc exercitiorum genere, olim florebat Imperator Domitianus, qui in sagittarum studio totus erat, Centenas varii generis feras sæpe in Albano successu conficientem spectauere plerique, atque etiam ex industria, ita quarundam capita figentem, vt duobus ictibus quasi cornua effingeret. Sed adhuc magis mirandum est, quod de eodem scribit Suetonius: Nonnunquam, inquit, in pueri procul stantis præbentisque pro scopulo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte dirigebat, vt omnes per interualla digitorum innocue euaderent. *Domitianus sagittandi peritissimus.*

Satis dictum esse opinor de quinque horum exercitiorum generibus, quæ præcipue ab antiquis olim inuenta & vsitata fuerunt, quibus progressu temporis quam plurima alia accesserunt. Nam loco cursus pedestris equi postea adhibiti fuerunt, quorum ministerio insidentes ad cursum vtebantur. Equi porro in hunc locum domiti artificiose edocebantur, vt pro cuiusvis arbitrio scite ac belle saltare ac resultare addiscerent, quorum vsus postea non solum erat in eiusmodi exercitiis equestribus, sed etiam in aliis certaminibus ac ludis, quos vocabant equestres concursus. Vergilius 5. Æneid. de horum exercitiorum origine tractat, Quæ cum nimis vsitata hodie sint, & in Gallia & alibi non necessum esse putamus, de illis plura hic scribere. *Hippocomia.*

Fuerunt etiam in hunc modum certamina ac ludi instituti, duobus scilicet equis, simul in curru coniugatis ac copulatis, interdum etiam quatuor, quæ certamina vocabantur biiuga & quadriiuga. Vtimur hodie in Germania, Gallia, & aliis regionibus eiusmodi curribus, bis aut quadrigis in eum finem, vt eorum beneficio, de vno loco in alium, siue propinquum siue longius dissitum prouehamur, ac sic ab vna vrbe in aliam quoque com-

modiſſime peruenire queamus. Sunt autem iſti ab omni parte occluſi ac deſuper tecti, contraq; omnem tempeſtatum iniuriam optime muniti, alicuius inſtar cubiculi.

Vſus curruū. Ex hac curruum commoditate ſæpenumero incommodum maximum incurritur, quod ſcilicet, qui illis vehuntur, dum perpetuo iis inſident, & alternatim pedibus incedere negligunt, ex aſſiduo horum ac nimis violento motu corpus concutiant, & crurum ac reliquorum membrorum iuncturas eneruent, ac torpidas inde referant. Præterea ex huiuſmodi motus violentia præter reliqui corporis perturbationem renes ſimul concutiuntur, vnde facilè inflammantur, nec non qui calculo obnoxii hinc valde læduntur ac torquentur.

Ludus pilæ. Pauca adhuc de ludo pilæ ꝓferemus, tanquā vſitatiori ac omniū primo & nobiliſſimo exercitio, cui veteres plurimū olim tribuerunt. Scripſerunt enim de illo multi, inter quos Pollux, quatuor huius ludi diſtinctas proponit ſpecies, quarum primam vocat ἐπίσκυρον, ſecundam φαίνινδαν, tertiam ἀπόῤῥαξιν, quartam οὐράνιον. propterea, quod in hac vltima differentia luſorum vnus reſupino corpore iacens, in altum verſus cælum pilam totis viribus mittebat, quam reliqui colluſores excipiebant, antequam relapſu terræ ſuperficiem attingeret. *Lib. de rer. vocab. 9.*

Quatuor pilæ ludi genera. Nos quoque adhuc quatuor pilæ ludi genera habemus, quæ in omnibus tamen cum veterum differentiis non conueniunt. 1. genus ſola manu & pila mediocriter molli perficitur, cuius magnitudo reſpondet globo ligneo, cuius vſus eſt in ludo, familiaris hic ludus eſt literarum ſtudioſis, nec non aliis iuuenibus in Vaſconia. 2. vocatur Ieu de longue Paulme: propterea quod in eo ludo metæ locus, quo mittitur & remittitur pila, maiori longitudinis diſtantia à priori diſtinguitur. Vtuntur autem luſores ad pilam iaciendam pallicula quādam, ſiue inſtrumēto quodam ligneo, paruo, mediocriter lato, cum capula rotunda, quod prorſus ſimile eſt iſti malleolo ligneo, quo mulieres quibuſdam in locis linteamenta ſua inter lauandum, percutiunt ac repurgant. 3. Elegantius & vſitatius eſt illud, quod ſimpliciter pilæ ludus dicitur, Gallice Ieu

de

de Paulme. Hinc ludus exercetur in certis quibusdam locis, siue domibus ex quatuor parietibus constructis, iisque vel tectis vel apertis, quæ loca similiter ludi ipsius nomine à Gallis insigniuntur, vocantur Ieulx de Paulme: Germani dicunt Ballhauß, à pila & loco, vbi ludi habentur. Hoc in ludo pilæ agitantur reticulo quodam, hoc est, instrumento ad retis similitudinem, ex neruis diamedraliter & transuersim expansis confecto. Quem ludum indifferẽter hodie exercent, tam superioris quam inferioris conditionis homines. 4. genus ludi pilæ est ludus folliculi. Folliculus autem hic est genus quoddam pilæ, rotundum, magnum, ex corio consutum, intus vacuum, & non nisi aere repletum, quem brachiolo quodam ligneo in aerem magna violentia propellunt: qui ludus in pluribus locis admodum familiaris est iis, qui ditiores sunt, aut summo nobilique loco nati. in quibus omnibus enarratis ludis, lusores partite, duo videlicet vel tres, contra alios totidem, aut & plures contra plures sæpenumero ludere, seque tali exercitio mirifice oblectare solent.

Alia ludorum genera.

Præter hos adhuc alii ludi & exercitia reperiuntur, vt ludus trunculorum qui à meta duplici, longiori scilicet & breuiori, distinguitur in ludum longum & breuem. Est præterea ludus, Palemaille Gallice dictus est, quo globus ligneus (plerunque ex buxo tanquam duriori & solidiori ligno tornatus) pugni magnitudinem, aut paulo maiorem referens; malleo similiter ligneo, manubrium rotundum ac oblongum habente, per planam terræ superficiem, summo ac maximo cum impulsu ludentis propellitur. Qui duo ludi valde communes sunt inter plebeios quoque, tum in Gallia, tum in aliis regionibus.

De venatione.

Inter omnia vero exercitia, quæ præstantiæ ac celebritatis laudem merentur, venatio facile primum occupat locum: cuius differentias varias ponit Plato in Sophista. Exercitium necessarium enim illud est ad arcendas & è medio tollendas atrocissimas & crudelissimas istas feras, vt sunt leones, vrsi, lupi, vulpes, ac aliæ rapacissimæ & nocentissimæ id genus similes bestiæ, quæ non nisi noxam ac damnum hominibus inferunt,

Vtilitas autem eius in duobus his maxime conſpicitur: Primum quod corporis ſanitati hinc proſpiciatur, ac cõſulatur, dum ſcilicet id venator variis exercitationum modis, prout ipſi viſum fuerit, expedire poteſt, ſiue pedes ire libuerit, ſiue equi miniſterio adiutus incedere voluerit, ſiue laborem grandiorem aut leuiorem ſuſcipere, eumque longiori vel breuiori temporis ſpatio continuare placuerit, in quibus omnibus tum pro corporis varia conſtitutione ac conditione, tum pro fortioris aut imbecillioris valetudinis ratione caute & adhibito iudicio agendum eſt. Deinde vtilitas huius exercitii eximia & maxima hinc quoque eluceſcit, quod ex illius vſu ac beneficio carnibus ferinis & delicioſis non ſolum vrbium fora, ſed potentiorum etiam menſæ ac tabulæ ac ornatæ videantur.

Tandem exercitium hoc proprium eſt Nobilium & eorum, qui generoſo & illuſtri ſtemmate procreati ſunt: vti videmus, eo quondam potẽtiſſimos Monarchas, & Principes ſummopere delectatos eſſe, nec non noſtro adhuc ſeculo quam plurimos oblectari, tempore ſcilicet pacis, armisq; vt aiunt, vnco ſuſpẽſis. Nam dum ipſi in armorum ſilentiis aduerſus hoſtem heroicam animi fortitudinem, oſtendere nequeunt, illam in perſequendis interim ac venandis ſæuiſſimis beſtiis ſatis abunde declarant.

Cyrus venationi deditus. Cyrus in domo Aſtyagis Medorum Regis aui ſui educatus, ſolebat in pubertate ſua teneriori edomare equos, & in venatione beſtias conficere ſepto incluſas, poſtquam adoleuit, vt Xenoph. lib. 1. Cyropędiæ addit, aut leonem aut aprum in ſyluis petebat. Et idem auctor, vt demonſtraret, in quanta æſtimatione eiuſmodi beſtiarum venatio apud cæteros quoque Perſarum Reges eſſet vlterius de illa in hanc ſententiam ſcripſit.

Venationis exercitium eſt ſpeculum belli. Perſarum, inquit, Rege exeunte venatum (exit autem in menſe multoties) epheborum dimidia pars ab ipſo educitur. Cauſa vero, cur publice venationi operam dent (in qua Rex Ducis officio, perinde ac belli tempore fungitur, cum & ipſe venetur, & vt venentur alii, curam adhibeat) hæc eſt, quod bellicarum rerum hæc meditatio veriſſima videatur eſſe. Conſuefacit enim ad ſurgendum

gendum diluculo, & ad frigora caloresq; perferendum, atq; etiam ad itinera & cursus exercet. Præterea sagittis iaculisq; bestiam petere necesse est, vbicunque inciderit. Sæpe etiam acui animam in venatione oportet, obiiciente se feroci aliqua bestia. Nam quæ offerunt sese bestiæ, feriendæ sunt, ab iis autem cauendum, quæ in venantem irruunt. ita vt hinc colligendum sit, sicut & auctor ipse insequentib. declarat, quod non secus venationis exercitium sese habeat, ac si in bello contra hostem dimicandum sit, hæcque duo venatio & bellum, ex pari vtriusque conditione & similitudine se inuicem mirum in modum referant. Hinc Lycurgus Legislator Lacedæmoniorum (imitans Cretenses) eos, qui iam puberem ætatem superassent, in venatione præcipue exerceri voluit, vt studio venationis intenti ad bellũ redderentur aptiores, vt scribunt Xenophon & Stobæus. Porro Strabo libr. 10. & Alexander lib. 2. c. 25. ostendunt, hanc fuisse Cretẽsium consuetudinem, qui filios suos ab ineunte etiam ætate assiduis laboribus firmabant, ne senes iam otio torpescere, honestum ducerent. Vnde legimus apud eosdem auctores eos semper laboriosis exercitationibus, vtpote currendo ac venando, algendo, æstuando, difficiles arduasq; vias peragrando, omnes consumpsisse iuuẽtutis annos. Quin imo eorum pueri in classes, quas Ἀγέλας vocabant, distribuebantur, iisq; præerat Pædonomus certis dieb. in venationes eos educens. *Xenophon. in Repub. Lace. Stob. serm. 42.*

Plutarch. recenset Alexandrum Magnum, Antiochum & alios præclaros Reges adeo fuisse deditos venationis exercitio, vt eius nomine nullam molestiam, neq; laborem vllum subterfugerint. Quin imo multis sese & maximis periculis sæpenumero obiecerint.

Iam auctor testatum reliquit de Pompeio in eius vita, illum sc. victis & subactis Numidis & Barbariæ isti genti terrore incusso ob nominis claritatem & potestatem summam Romani imperii non quieuisse hominibus deuictis, sed, cum sciret, regionem illam præ cæteris innumeris bestiis & feris, iisque ferocissimis & inuictissimis abundare, eas impetiisse, domuisse ac debellasse, vt & hæ Romanorum felicitatem ac virtutem, omnium rerum domitri- *Pompeius magnanimus ac fortis.*

mitricem ac expugnatricem, tandem sentirent. Et ob hanc caussam certis quibusdam diebus exibat ad venationem Leonum ac Elephantorum.

Mithridates & Adrianus Imperator, venatores.

Mithridates Rex Ponti in Asia, & Adrianus Imperator Roman. tam inexplebili vtero: amore prosequebantur studium venationis, vt mira de illis referant historiæ, vbi vnus huic exercitio tam stupendo modo intentus erat, vt etiam septem integros annos nullo prorsus vsus fuerit tegumento, vel opertorio, siue ruri, siue domi, aut in vrbe. Alter vero mortuo & sepulto equo suo, in æternam eius memoriam erexit columnam, super inscripto epitaphio eo, quod opera eius in venationibus longe iam tempore vsus fuisset. Hi potentes Monarchæ non interim à negotiis publicis, cum res postularet, obeundis supersedebant, nec quod spectabat ad Imperii administrationem, diligenter eius satagere cessabant, qui promptissimi semper ibant singulis horis atque momentis hostibus obuiam, eosque, si quid forte moliebantur, à finibus suis arcebant, non secus ac ipsi solebant ex consuetudine quotidiana, feras ac bestias venando, persequi ac profligare.

Venatio propriè conuenit viris: saltatio autem fœminis.

Imperator Albertus solebat subinde dicere, venationem esse exercitium virile, & viris tanquam bellicosis magis competere, cum saltatio conueniat fœminis, quæ omnia alia voluptatum genera superat, excepta illa quæ ex venatione capitur.

Nec Carolus Magnus, vt affirmat Cuspinianus, vel in senectute sua contemnebat vocationis exercitium tanquam rem saluberrimam, ac quando is exire constituerat, neque vino, neque glacie, neque frigore, neque æstu, neque asperrimis scopulis, neque horrendis & inaccessis montibus, neque densissimis dumetis perterrefactus, à sententia vnquam recessit, sed institutum constanter prosecutus est.

Sed quid moror in venationis exercitio commendando, eiusque laudibus prædicendis? Quorsum exempla Alexandri Magni, Antiochi, Mithridatis, & Caroli Magni, aliorumq; sub tempore Monarcharum potentissimorum, heroum fortissimorum & venatorum

natorum excellentissimorum producamus? Siquidem apud nos sit, quem solum proposuisse sit satis; magnus ille HENRICVS IV. huius nominis, Franciæ Monarcha inuictissimus, quem præ aliis omnibus Principibus, virtutum ornamentis, gloriæ ac victoriarum in hostes triumphis emicare toti orbi conspicuum est. Quid non ille siue bellorum temporibus in debellandis ac perdomandis hostibus, siue alio quouis tempore in tolerandis maximis & Herculeis laboribus, ac præsertim in venationibus perferat, vbi vix occurret alter, cui tam constans ac par animus fuerit. *Fortitudo & Magnanimitas Henrici IV. Regis Franciæ.*

Falconaria siue Accipitraria ars genus etiam est quoddam venationis, quod proprie Principum ac nobilium exercitium est, ex quo ipsi singularem etiam voluptatem referre solent. Nos de Falconaria abunde satis in lib. 6. nostri magni speculi mundi scripsimus, quam ob causam plura hic dicere superuacaneum est. *Falconaria.*

Restat de natandi exercitio disserere, quod in aquis perficitur, quodque non minus, ac alia quæuis scitu vtile ac necessarium est, vtpote eius beneficio sæpe numero magni viri in grauissimis periculis constituti, si se saluos ac incolumes morti eripiant, vt interim nihil dicam de singulari eius vtilitate, ad corporis sanitatem conseruandam, deperditamque restituendam, quæ i[..]ne tanta est, vt ex eius vsu tempestiuo & legitima corporis mala infinita, quæ ob caloris excessum refrigerium & humectationem postulant, è medio tolli & curari possint. Cui instituto confert balneum vniuersale maris aut fluuiorum: remedium vulgare morsu canis rabiosi laborantibus, nec non Melancholicis ac Phthisicis. *Natandi exercitium.*

Græci & Romani, qui præ cæteris populis hac laude extollun-tur, vt qui iuuentuti suæ præscripserint salutaria præcepta omnis generis disciplinarum, eandem quoque iuxta Aristotelis doctrinam vtilissimam docuerunt natandi artem, vt iuuenes suos robustiores redderent ad grauiora exercitia ac labores perferendos.

Nobiles præsertim Romani inter alia exercitia bellica nandi quoque studio, summopere incumbebant, vnde prouerbium natum est in liberos deploratos: Neque natare, neq; literas didicit. *Alexand. lib. 2. ca. 25. & lib. 1. c. 20.*

Si Iulius Cæsar imperitus fuisset natandi, neque vitam, neque

commentarios ſuos ſaluos vnquam conſeruaſſet, dum nimirum cogebatur ſe præcipitem dare in mare, & vltra ducentos paſſus, natando conficere, vt in nauim propinquã ſe reciperet, & à nimis ſubitaneo ac improuiſo hoſtium incurſu ſe in Alexandria defenderet.

Natandi vtilitas.

Quintus Sertorius & M. Scæuola ſola arte bene natandi vterque magna cum admiratione, & inſuper armis induti euaſerunt hoſtium impreſſionem. Vnus quidem non mediocriter ſauciatus natando traiecit Rhodanum fluuium rapidiſſimum, in ipſo hoſtium conſpectu: alter vero vndique à hoſtibus circumuallatus, neque aliud refugium præter mare videns in id præceps irruit, ac exercitum Cæſaris Ducis ſui inſecutus eſt. Quis igitur natandi peritiam non laudet, ex qua tanta vtilitas promanat, etiam vel ad eos, qui militiam ſequuntur? Hoc exercitium maxima olim in commendatione erat, vt videre eſt in Agrigentinis populis, qui ſuo tempore omnes alios delitiarum cultu & ſumptuum profuſione ſuperabant, vt Plato teſtis de ipſis ſcribit. Perinde Agrigentinos ædificare, ac ſi victuri perpetuo forent, itemq; conuiuari, velut ſemper morituri. Iidem Agrigentini, inquam, ædificari curabant in honorem & gratiam Gelonis (qui ex ſatellite factus atat inſignis Rex ac Dux belli) magnis impenſis & ſumptibus natatoriam, cuius ambitus ſeptem ſtadia continebat: profunditas vero erat viginti cubitorum, in quam deriuatæ multæ aquæ fluuiatiles & riuuli fontani ad aquam viridiorem reddendam decurrebant. Abundantia cygnorum & varia piſcium genera conſpectu pulchriorem ac amœniorem teddebant locum. Ita vt natatoria illa inter miracula mundi ſui temporis relata fuerit, tandem ſucceſſu temporis diu neglecta computruit, & collapſa eſt, vt Atheneus & Diodorus ſcribunt.

Natatoria Agrigentinorum.

Athen. libr. 12. c. 2. Diod. lib. 11. cap. 1.

Nos hic fere omnia illa exercitiorum genera expoſuimus, quæ humanæ vitæ plurimum prodeſſe, ac vulgo in vſu eſſe ſolent. Reſtat nunc vt doceamus, quomodo ea pro variis ætatis, naturæ & perſonarum circumſtantiis conuenienter applicari debeant.

Eſt

Est igitur generale & commune officium omnium exercitiorum, vt ex eorum vsu legitimo animalium calor excitetur & augeatur. Distinximus autem supra exercitia in vehementia seu laboriosa, in mediocria & leuia: vehemens & laboriosum dicitur, in quo respiratio est difficillima sine velocitate, ex quo musculis & neruis robur paratur. Eiusmodi sunt terram fodere, & onere maximo imposito, vel eodem subsistere loco, vel paulatim incedere.

Aegin. lib. 1. de re med. c. 17.

Oribas. lib. 9. synop. 13.

Exercitia violenta.

Exercitia vero mediocria citra tantam violentiam fiunt. Huius generis sunt cursus leuis, armorum exercitatio, lucta, magnæ & paruæ pilæ lusus.

Mediocria.

Leuissimum exercitium est lectio, Musica vocalis & instrumentalis, ludus chartarum, tabularum & deambulatio.

Parua.

Omnium horum exercitiorum diuersus est finis & applicandi modus, pro diuersa partium corporis, personarum & ætatum ratione.

Violenta in genere musculis & neruis robur parant, quod non minus & reliquæ duæ faciunt differentiæ. In specie vero cæteris corporis partibus consulitur, vbi exercitiorum alia lumbos, alia manus & crura, alia spinam, aut collum solum; alia caput vel thoracem, & alia pedes iuuant. Sed quoad respectum personarum & ætatum violenta exercitia conueniunt iuuenibus, & viris robustis potius quam senibus, potissimum vero iis, qui in sudore victum quotidianum quæritant, quales sunt agricolæ, operarii, baiuli, dossuarii, saccarii, & multi huius generis opifices alii, qui id genus exercitiis laboriosis maturo tempore assueuerunt.

Exercitiorũ violentorum differentia.

Mediocria proprie conueniunt diuitibus, qui ex fortunarum suarum reditu victitant, nec non & illis qui literarum studio & armis ex professo addicti sunt.

Quin, vt libere dicam, quod sentio, Nobiles inprimis, nec non & alios ad arma natos ac destinatos iuuenes, magis decent laboribus asperrimisque exercitiis mature assuescere, quam molli otio delicate indulgere.

Hunc morem à Lacedæmoniis inprimis obseruatum legimus, qui simul ac animaduertebant, iuuenes suos à prandio, iucundis quidem & gratis, sed prorsus inutilibus obambulationibus tempus fallere, Ephori repente per suos ministros imperabant, vt ad honesta officia se conferrent, nec male aut otiose bonas horas perderent. Indignum enim Lacedæmoniis esse, deambulationibus aut inertia, non autem congruis exercitationib. bonam corporis valetudinem tueri: sic enim alacriores ac promptiores, aptioresque ad omnes bellorum molestias, perferendas futuros, cum occurret occasio.

Ælian.lib.2. de va.hist.

Quin etiam Lycurgus eorum Legislator pueros impuberes non in forum sed in agrum deduci præcipiebat, vt primos annos non in luxum, sed in laboribus agerent, nihil sommi causa substernerent, vitamque sine pulmento degerent, neque prius in vrbem redirent, quam in viros fortes euasissent.

Iustin. lib. 3. Lycurgi lex pro iuuentute educanda.

Hoc vitæ genus tyronibus omnibus, qui armorum studiis deditis sunt, apprime congruum est, vt scilicet iaculandis telis & sagittis, cursuque (non vt hostem fugiant, sed fugent) initientur. Quin etiam ipsemet ludus saltus ac pilæ, ex quibus maior corporis agilitas & promptitudo cōparatur, huiusmodi iuuenibus conuenientissimus est. Omnium autem accommodatissima exercitatio futura est, arma subinde capessere, equum informare ac rite agitare, in arenam cursoriam descendere, pugnas ludicras instituere & huiusmodi alia exercitia ad armorum œconomiam spectantia. Quod si literarum studium accesserit, quibus ingenium exerceatur, perfectissimi ac consummatissimi militiæ magistri fient: literis enim magis illustrantur arma. Id quod restantur tot magni illi Græcorum ac Romanorum Duces, qui olim floruerunt, quique, pene omnes literis ab ineunte ætate incubuerunt, vnde comparata vberrima doctrina, & in senatu, & in armis excelluerunt.

Exercitia propria nobiliũ iuuenum militum.

Literarum quin etiam beneficio accessum habebunt iuuenes ad alia exercitia & ludos scolasticis familiares, vt est lucta, saltatio, palæstra, & id genus alia mediocria exercitia, quæ et. ã ab aliis cuiuscun-

iuscunque dignitatis hominibus instirui ac vsurpari possunt.

Exercitia moderatiora, quorum supra fecimus mentionem, vt est vocalis Musica, lectio & ludi tabularum, in quibus inter ludendum, à mensa non surgendum, nec exeundum est, sunt ea, quæ corporis simul, & ingenii opera perficiuntur. Item diuturniores ac vehementiores deambulationes tam matutinæ, quam vespertinæ, quæ potius fæmineo competunt sexui aut delicatulis, quorum natura aut complexio imbecillior est, vel etiam ipsis, qui senio confecti languescere incipiunt, quibus concessum est, pro crurum pedumve viribus recreandis deambulare tantum, quantum velint.

In exercitiorũ delectu respectus personarum habendus.

Nam senes prorsus otiosi, qui nulla vtũtur exercitatione, corpus vitiosis humorum cruditatibus replent, quæ seminariæ causæ existunt multorum affectuum, vnde sæpenumero morte accelerata vitæ cursus ante tempus abrumpitur, quæ alias ex interuentu huiusmodi exercitiorum conseruari diutius possit, vbi imitandum sibi eiusmodi homines proponant exemplum magni illius Philosophi Socratis, qui, dum solebat quotidie fere vsq; ad vesperam, contentius ambulare à quodam interrogatus, cur hoc faceret, respondit, quo melius cœnem,

Quibus verbis ostendit vir sapientissimus, deambulationis vsum, tum ad ciborum appetitum, tum ad cruditates absumendas non parum conferre. Porro in his particularibus ambulationum exercitiis, de quibus sermo est, quæque non solum senibus, sed cuilibet etiam ætati familiaria sunt, alia quædam occurrunt obseruanda, à Celso studiose annotata, quæ huic loco non male inserenda esse duxi, ex quib. nonnihil vtilitatis beneuolus etiam lector, si placet, capiat. Differentia autem ambulationum, inquit, sumitur, vel à situ loci, vel ab hora & tempore, vel ab aliis circumstantiis: vbi ostendit, ambulationem per locum planum minus commodare & conferre, quam per locum accliuiorem ac decliuiorem: idque ideo, quod tum quadam varietate corpus moueat. Sed nolim hoc referri ad eos, qui corpore languidiore ac imbecilliori sunt, & qui vix è morbo quodam conualuerunt, quique

Cic. lib. 5. Tusc. Quæst.

Lib. 1. de re. Med. ca. 2.

Locus deambulationibus destinatus qualis esse debeat.

 podagri-

podagricis doloribus, aliisque corporis languoribus sunt obnoxii. His enim melius conducunt deambulationes per loca plana. De reliquis horum exercitiorum circumstantiis Celsus hæc subiungit: melior autem est sub dio, quam in porticu, melior (si caput patitur) in Sole, quam in vmbra: melior in vmbra, quam parietes aut viridaria efficiunt, quæque tecto subest: melior recta quam flexuosa.

Exercitia præterea congruant cum natura & complexione eius, qui iis vtitur. Opus enim habent exercitatione maiori & violentiori, quicunque corpore præditi sunt carnoso & solido, pituitoso & excrementorum copia luxuriante, quam qui graciles sunt, macilenti & emaciati, qui dum sunt ficcioris temperamenti, à tanta superfluitatum excrementitiarum vbertate facile excipiuntur. Quæ omnia Medici prudenti iudicio ac solertiæ committenda sunt. Ratio quoque habenda est illorum exercitiorum, quæ tum ad tuendam sanitatem, tum ad curationem morborum diuturniorum & chronicorum, vt podagræ, epilepsiæ, & similium, præcipienda sunt.

De tempore exercitiorum

Tempus quoque idoneum exercitiorum probe considerandum, semperque quoad fieri potest, ante cibum siue mane, siue vesperi, corpus exercendum est. Quod quamuis nulla egeat probatione, doctisque plus satis constet: audiamus tamen, rudiorum gratia, veterum hac de re testimonia.

Libr. 2. de re. med. c. 16.

Ægineta de oportuno exercitationum tempore sic loquitur: Quandoquidem igitur distributioni alimenti opitulantur, non oportet crudorum & incoctorum, neque ciborum, neque humorum copiam, aut in ventre aut in venis contineri. Periculum enim est, ne ad omnes corporis partes attrahantur priusquam incocti commodifiant. Clarum itaque est, ante cibos exercitia sumi debere. Verum temporis opportuni exercitiis notæ ex vrinarum colore colliguntur. Nam quæ aquea est, incoctum adhuc significat distributum in ventre humorem: fulua vero & biliosa,

Tempus exercitii oportunum ex vrina cognoscitur.

iam

iam diu concoctum esse: moderatè autem pallida, recens factæ concoctionis signum est. Tunc igitur ad exercitia ducere oportet, idque vesicæ & ventris excrementis prius reiectis.

Oribasius idem confirmat iisdem fere verbis: Cum igitur, inquit, digestionem in corpus adiuuant, neque crudorum, neque incoctorum ciborum, aut succorum in ventriculo atque intestinis multitudo sit oportet: periculum enim esset, ne antequam per concoctionem vtiles facti essent, in omnes animantis partes raperentur, in quo patet, exercitia ante cibum fieri debere. Vt igitur non Medicus tantum, sed quilibet alius intelligat, sciatque signa perfectæ concoctionis vrinæ, ex cuius inspectione aptum, & opportunum exercitationis tempus colligere potest, audiat, quæ & Oribasius & Aegineta subiungunt. Pro opportuna temporis nota, inquiunt, vrinæ color est: Quæ enim aquæ speciem præfert, crudum adhuc esse eum succũ indicat, qui in ventriculum submittitur: quæ vero russa biliosaque est, iam dudum concoctum esse, quæ mediocriter pallet, nuper factæ concoctionis signum est, at tunc quidem adeunda est exercitatio, eiectis tamen prius excrementis, quæ in vesica & ventre continentur. *Synops. lib. 10. cap. 2.*

Celsus præterea in specie his, qui ventriculo debiliori sunt, obseruandum illud imperat: Prima (inquit) eius curatio, exercitatio est, quæ semper antecedere cibum debet: in eo, qui minus laborauit & bene concoxit, amplior: in eo qui fatigatus est, & minus concoxit remissior, *Libr. 1. de re. med. cap. 2.*

Similiter nunc de quiete dicturi, neque Asclepiadis, neque Erasistrati opinionem amplectemur, qui nimis otio seu quieti indulgentes plus iusto ipsi attribuerunt.

Nimis enim diuturna ac otiosa quies obest, nõ solum corpori, sed etiam animæ, causaq; existit prauarum cogitationũ, vitam dissolutam reddit, torporem membrorum inducit, ignorantiã fouet socordiam excitat, memoriam aufert, sapientiæ studio auersatur, *Effectus otii siue quietis.*

indi-

iudicium obtundit, corpus nimis refrigerat & discolorat, pororum meatus obstruit, humorum defluxiones irritat, morbum articularem gignit, epilepsiam & apoplexiam procreat, & infinita præterea alia mala tam animæ, quam corpori, vt diximus adfert. Est igitur institutum nostrum deinceps verba facere, non de quiete (quam potius damnamus) de qua Poeta his versibus.

Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus,
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ.

Sed de illa, quæ motui contraria spiritus nostros reficit, & membris defatigatis laboreq; languentibus nouam roboris vim ac virtutem immittit, partes enim corporis diutius durare nequeunt sine quiete, sicut Poeta canit:

Quod caret alterna requie, durabile non est,
Hæc reparat vires, fessaque membra leuat.

Est igitur quies illa, de qua loquimur, moderata, quæ inter res reliquas non naturales dictas, vtilissima quoque & in primis necessaria est ad sanitatem, si scilicet recte & legitime vsurpetur.

Quietis vtilitas. Hinc è sacris edocti literis habemus expressum mai datum, quod Deus creator & opifex omnium rerum hominibus dedit, vt scilicet quiescerent septimo die, sicut & ipse illo ipso die cessauit & quieuit ab opere, quod absoluerat, vt salutari hoc exemplo doceamur, diuturnos labores, vt leuiores fiant, intermisione aliquando leuari oportere, vt hoc modo instauratis viribus promptiores animo corporeque ad nouos perferendos labores reddamur: nam vt scribitur.

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis.

Quibus sit quiescendum. Mediocris igitur & modica quies vtilisima est, vt rationes supra dictas, tam ratione valetudinis bonæ tuendæ, quam ipsius vitæ producendæ. Maxime etiam necessaria est illa ad multorum morborum curam, in qua omnino quies requiritur, aut iuxta prouerbium illud Italicum: Oportet vt teneas la man al petto, & il piedi al letto: qua quietis ratione vtuntur podagrici, qui

qui doloribus maximis cruciantur: & illi, qui vulnere quodã accepto vel in pede, vel in humeris misere torquentur, aut qui tumore aliquo & inflãmatione alicuius partis ad motum ciendum, & corporis progressum promouendum factæ infestantur. Quies optimum & præsentissimum est remedium multorum malorum, quæ à lassitudine proueniunt, similiter illa confert etiã omnibus diarrhæis, liẽteriis, dysenteriis, & reliquis vẽtris profluuiis. Nã vt scribit Aetius: Silentiũ quidẽ ac quies ventrẽ cohibent, mot⁹ autẽ & deambulatus impellunt. Id quod confirmat etiam celsus his verbis: Aet. tetr. 3. serm. c. 27. Cels. lib. 2. de remed. cap. 6.

Quem vero frequenter citata aluus exercet, semper debet post cibum conquiescere, at neque intendere animum, neque ambulatione, vtcunque etiam leui dimoueri.

Quemadmodum igitur somnus mediocris post vigilias requiritur, tanquam res vtilis & necessaria: sic pari modo vtilis & necessaria quies est; post exercitia & labores.

Oribasius lib. 6. collect. medic. cap. 2. vbi tractat de quiete, expresse docet, quibus hominibus, & quibus in casibus quies potissimum sit necessaria.

Quibus, inquit, decubitus, iis etiam quies & tranquillitas conuenit: ac præcipuè quidem in principiis accessionum: itemq; incrementis, & post cibum nuper sumptum, & cum quis dormire cogitat, apta est quies & tranquillitas.

Pręterea diligẽter obseruandũ est circa quietis consideratione͂, q̃bus temperamentis naturaliter homines sint p̃diti. Nam quemadmodũ exercitium mediocre, iuxta Hippocratem congrruum est & vtile phlegmaticis, & iis, qui natura sunt frigidi & humidi, vt qui sunt pingues, obesi, carnosi, & robusti: sic similiter quies maximè conuenit iis, qui sunt biliosi & calidæ temperiei & siccæ, qui sunt extenuati, macri & emaciati, ac imbecilli, propterea quod quietis beneficio spiritus refocillantur, & corroborantur, corpusq; grata humiditate perfunditur. Hæc breuiter dicta sint de vtilitate & fructibus, qui ex moderata quiete proficiscuntur. Multa sunt supra de somno à nobis dicta, quæ aptè adhuc ad quietis contemplationem referri possunt, propterea quod hæc duo maximam vicinitatem inuicem habeant, & vnum alterum non obscure referat: quo

lectorem, ne rem vnam eandemque toties repetere necesse sit, relegatum volumus.

CAPVT VI.

De Repletione & Inanitione.

Quid & vbi repletio.

Repletio quam Græci πλήρωσιν vocant, non est nisi redundantia, plenitudo ac multitudo humorum, qui in corporis cauitatibus & vasis continentur.

Fit repletio in ventre, in intestinis, in vasis, & venis, quæ nonnunquam adeo obstruuntur, implentur, inflantur ac distenduntur, vt omnino dirumpantur, ac inde, nisi summa diligentia præueniatur, sanguinis sæpenumero eruptio causetur, quæ venarum repletio maiori cum periculo coniuncta est, quam illa, quæ in ventre fieri solet, quæ vt plurimum aut supernè per vomitum, aut infernè per secessum euacuatur. Idem confirmat Ægineta vbi de repletione loquitur, in hunc modum scribens: In cibis, inquit, maximè delinquitur circa repletionem. Nam etiamsi ventriculus probè concoquat, venæ tamen nimium impletæ affliguntur, distenduntur, rumpuntur obturantur, plenæ fiunt & valdè grauantur. Pessimum autem est in morbis, venarum repletio, quandoque sursum euacuat id, quod redundat, quandoque deorsum per secessum. Et tamen neq; hæc admittenda est, verum si quis plura ingesserit, statim vomere oportet.

Ægin. lib. 1. de re med. c. 32.

Incommoda repletionis.

Hinc constat, cibum & potum immoderatè sumptum superfluitates & excrementa gignere, quæ omnis repletionis fomites remoueri & auferri debent euacuatione, quæ vel natura, vel ministerio artis perficitur. Quemadmodum igitur eiusmodi excrementitiarum superfluitatum plures sunt differentiæ: sic etiam varia & diuersa euacuandi loca natura iis destinauit. Caput ad sui purgationem auribus, tanquam sentinis vtitur, per quas sordes, & alia capitis excrementa biliosa purgantur. Oculi & os pituitæ euacuandæ inseruiunt: crassi vero seu Melancholici humoris maxima pars per nares distillando effluit.

Varii corporis meatus, per quos excrementa purgantur.

Horum excrementorum omnium generatio excitatur à meteoris,

teoris, à partibus inferioribus ſurſum in cerebrum elatis, hoc eſt, à vaporibus & exhalationibus, quæ partim ab alimentis, partim à ſanguine calefacto & ferueſcente procreatæ fuerunt.

Duo ſunt adhuc alii meatus, ſiue ſentinæ & cloacæ, inteſtinum ſcilicet rectum & veſica, quorum pari ratione vſus & officium eſt, vt excrementorum materiam craſſiorem, ex alimentis productam, ſiue ſulphura, liquores, & ſales craſsiores excipiant, ad tempus retineant, & tandem excernant.

Fæminæ quoq; vterum ſiue matricem loco ſentinæ obtinuerunt, vt illius opera menſtruum exonerent ſanguinem, quamuis iſtis vacuandi eiuſmodi ratio propria & peculiaris ſit, non aliter, ac nonnullis viris, qui reſolutis hæmorrhoidibus ſanguinem melancholicum per annum euacuarit.

Cutis inſtar cribri perforata, eſt commune quoque totius corporis repurgandi inſtrumentum: per quam generaliter & continuè (ſiue inſenſili ſiue ſenſili & manifeſta tranſpiratione) vaporoſæ & ſpiritales corporis noſtri ſubſtantiæ, euaporantur & diſsipantur, ſicuti huius rei documenta ſunt ſudores, aliæque variæ ac imperceptibiles expirationes tenuium ſubſtantiarum, quæ plerunque è corpore noſtro ſolius naturæ beneficio excluſæ euaneſcunt.

Si igitur euacuandi inſtrumenta (ſiue naturæ imbecillitate alioue vitio partis ſingularis) ab actione ſua impediantur: ſtatim ſequitur repletio, quæ plurimorum malorum cauſa exiſtit, quibus arte naturæ miniſtra præcauendum eſt. *Euacuatio arte promouẽda.*

Hinc errhinis, ſternutamentis & maſticatoriis, expultricem cerebri facultatem expeditiorem & promptiorem reddimus, ad euacuandas & reiiciendas fuliginoſas eiuſmodi ſuperfluitates, quæ ſine noxa in corpore alias ſubſiſtere nequeunt.

Ventriculum, nimia vini, cibiq; vel aliorum etiam prauorum humorum copia repletum inanitione iuuamus, naturamque imbecillam vomitionis arte factis irritamus, & ſuperflua remouemus.

Multi reperiuntur, qui ventrem natura ſiccum & durum habent, ob quam cauſam excrementa multa colligunt, quibus omnibus per artem præueniendum eſt, iuſculis, clyſteribus, ſuppoſitoriis,

aliisq́; ſimilibus, quæ ventrem emolliendi, laxandiq́ue facultatem habent. Ars præterea ſuppeditat varia diureticorum & exercitiorum genera : balnea item, artificioſe præparata, naturalium vim ac virtutem æmulantia, quæ poris & meatibus cutis aperiendis conferunt, & in ciendis prouocandiſque ſudoribus, naturæ auxiliantur, & hac ratione corpus ſuperfluo vaporum & excrementorum onere ſubleuant: quorum diuturnior mora alias noxam inferret.

Ars imitatur naturam in variis evacuandi generibus.

Plenitudine exiſtente in vaſis, artis induſtria venam ſecamus, ſanguinemque detrahimus, quo remedio, ſi res poſtulat, hæmorrhoidum menſiumq; ſuppreſſionem tollimus.

Hinc patet, quomodo ars imitetur naturam, cum in variis remediorum præparandorum modis, tum etiam in aliis rebus pluribus, id quod ſuo loco, ſectione ſcilicet ſequente, ſpecialius tractabimus, adiunctis ſimul quibuſdam formulis particularibus.

Inter alias repletionis cauſas principem obtinet locum crapula, ſiue nimia cibi ac potus ingurgitatio cum otio coniuncta, cui malo medendo medicamen nullum eſt potentius ſobrietate ſiue temperantia, cui inprimis ſtudendum eſt: non tantũ ſanitatis tuendæ cauſa, ſed vt & re, & opere demonſtremus, nos homines rationis participes eſſe: nõ vero pecudes, quibus deteriores, vino ciboq; ſtomachũ ad regurgitationẽ vſq; ſæpenumero infarcimus, id ꝙ vel vix in his deprehenditur. Non autem hic intelligimus illam ſobrietatem, quæ vel in vniuerſum omnem cibi potusq́; vſum tollat, vel certis diebus quorundam ciborum eſu interdicat, quam vulgo ieiunium vocant: ſed moderatum & frugalem cibi vſum innuimus, quo vita ſufficienter quidem ac ſobriè ſuſtentetur.

Sobrietas repletionis remedium.

Repudiamus interim atq; damnamus omnis generis ſumptuoſas cænas ac conuiuia, aliasq́ue non neceſſarias & inutiles expenſas, in damnoſæ gulæ gratiam factas, quæ non minus corporis valetudini, quam animæ ſaluti plurimum obſint.

Inter cæteras cauſas vitæ lõgioris, ad q̃ patres noſtri ꝑ veniebãt, vna & ꝓcipua erat ſobrietas, q cũ frugibꝫ ſolis veſcerẽtur, hinc virtutẽ Frugalitatem appellarunt, q̃ à parcendo alii dixerunt Parſimoniam. Noſtri itaq; primi parentes, qui tã longæuã degebant vitã, nõ aliis

Sobrietas vitam longam & ſanam cõſeruat.

aliis vsi sunt Alimentis, quam liquoribus fructuũ, mellis & lacticiniorum, ita vt vsus vini & carnium post diluuium demum sit introductus, anno nimirum, à mundi creatione, bis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo: Saturnino enim seculo, homines abstinebant carnibus, ac solis vescebantur frugibus ac pomis. *Marullus lib. 4. c. 2. Dicaarchus l. Antiq.*

At licet vini, carnium, similiumq; alimentorum, cupediæ iam introductæ essent, iis tamen veteres sobriè & frugaliter vtebantur: fugientes atq; auersantes, tanquam sanitati intentissimam non solum, sed etiam turpissimam, bonisq; moribus prorsus inimicam, Crapulam & ebrietatem omnemq; epularum superfluitatem atque luxuriam.

Ægyptiorum Reges simplici vescebantur cibo, vt quorum mensæ nihil præter vitulum & anserem inferretur. Vini certa præscripta erat mensura, qua neque farciri venter, neque inebriari quis posset. Denique vita ea regebatur modestia, vt non à Legislatore, sed consilio peritissimi Medici ad conseruandam sanitatem videretur instituta. Lycurgus Legislator Lacedæmoniorum masculo cibi tantum dandum censuit, ne vnquam grauari crapula aut indigẽtiam ferre posset. Eidem sobrietati maximopere dediti quondam erant Antiquiores Romani, ex qua summa rerum felicitate prosperaq; valetudine fruebantur. Vt autem ostendamus, quanta mala ex gula nimiaq; ciborum ingestione proueniant, quædam exempla in medium proferemus. *Exempla insignis sobrietatis. Diodor. lib. 1. cap. 6. Xenophon. l. de repub. Valer. Max. lib. 2. cap. de Institut. Antiq. Plin. lib. 10. c. 11.*

Seneca quodam loco in Eunuchos & fæminas sui seculi inuehitur, eo quod mendacii cõuincant Hippocratem, mulieres & Eunuchos arthriticis doloribus diuexari non posse affirmantẽ, qui tamen temporis successu, luxuria sua ac nimia intemperantia tam obnoxii redditi fuerunt, vt cæteri. *Gula & ingluuies quanta pariat mala.*

Contra Rogatianus, nobilis quidam Senator Romanus mirũ in modũ commẽtatur à Porphyrio, propterea quod acerrimus hostis fuerit omnis luxus & intẽperantiæ: qui etiã singulari sobrietate sua & frugalitate tantũ effecit, vt cũ antea arthricis cruciatibus vehementer ac subinde torquerentur, mox ita conualuerit, vt manuum pedumq; munere, non vteretur secus, ac quilibet optime habens. *Rogatianus luxuriæ inimicus acosor.*

Ebrietatis vitium apud veteres passim infame, turpe & abomi-

Ebrietas olim dãnata. nabile erat, vt illud tanquam perniciosissimum ac pestiferum malum, brutis potius, quam homine dignum censerent, & hinc omni studio illud fugiendum dictis ac scriptis hortarentur.

Vnde Anacharsis quodam die interrogatus, quo remedio si ab ebrietate præcauent? si semper (respondit ille) præ oculis habeam ebriorum turpissimos & indecoros mores. *Erasm. lib. Apopht.*

Increuit autem hodie adeo luxuria, tamq; commune & frequens gulæ ebrietatisque vitium, in pluribus locis grassatur, vt inde ventrem plurimi pro Deo habeant. Vnde proh dolor mihi cum Catone conquerendum est, qui cum Pop. Romani luxuriam censoriè coargueret, difficillimum esse addebat, verba ventri facere, qui aures non habeat: ita mihi res hæc plena difficultatis esse videtur, adeo, vt me operam simul & oleum perdere iam existimem, qui ventri, auribus carenti, verba faciam.

Ebrietas nostri temporis reprehẽditur. Quorsum igitur hoc tempore, quo omnia gulæ & intemperantiæ barathro multo profundius immersa videntur, quam nunquam ante hac, laboramus, tam perspicuè & ad oculum quasi demonstrare, infinitas istas ægritudinum & calamitatum scaturigines, ex immodica & pecunia ventris ingluuie promanantes? Siquidem hoc vitium nimis commune est, & altas iam radices egit, vt vix amplius euelli posit aut eradicari: in aliam enim naturã transiit consuetudo. Neque etiam nostri est instituti, hic omnino exactam horum vitiorum reformationem instituere velle, cùm non ignorem, illud superare vires meas, sed sufficiat saltem ostendisse, grauia illa & enormia delicta, aliasque corporis ægritudines ex vini & ciborum abusu procreari. Hæc enim vitia plerunque repletionem comitantur, non secus ac vmbra corpus. His itaq; malis ob hominum oculos positis, prout me, non solum rationibus, sed etiam auctoritatibus & exemplis huc adductis, nunc fecisse videtis, proculdubio vel his, qui præ cæteris plus pollent animi moderatione & æquitate, occasionem dabimus, vt posthac eiusmodi vitia plus, quam Vatiniano odio, prosequantur, abhorreant & fugiant, & maiorem sanitatis vitæque conseruandæ curam adhibeant.

Vel solum spectaculum hominis repletionis dominio & imperio subiecti, & vndiquaque æquali corporis plenitudine quasi tur-

gentis

gentis tam horrendum & terribile est aspectu, vt merito inde quilibet abhorrere debeat.

Albertus Episcopus Wormatiensis & frater Rudolphi Suæuiæ Ducis adeo fuit repletꝰ, pinguis, crassus, vẽtriculosus, adeoq; vorax & ingluuiosus, sicut refert Chronica Hirsaugiana, vt aspicientibus horrorem incuteret, atque ipsa adipis mole tandem suffocatus est. *Repletionis monstra.*

Neq; is solus est, qui nimia repletione & pinguedine vitæ vsura priuatus, sed & Dionysius Heracleotes pari modo ob nimiã pinguedinem & crassitudinẽ vitã perdidit, cuius etiã corpus tam extremè plenum, obesum & ventrosum erat, vt nocte, dum quiesceret, cogeretur suis lateribus hirudines admouere, quæ humorẽ superfluum paulatim exhaurirẽt, eoq; modo aliquid adimerẽt de crassitudine. *Ælian. lib. 8. var. hist.*

Cardanus mentionẽ facit alterius cuiusdam crassi & vẽtrosi mõstri, Sanctii videlicet Regis Hispaniarũ, qui præ nimia obesitate neque equitare, nec manus circũuertere cõmode posset, tædio quasi vitæ aduocauit Medicum quendam celebrem à Rege quodã Africæ, à quo curatus fuit ad tempus semine cuiusdã herbæ, quam Cardanus existimat fuisse linguã auis; sed (addit) seu veneno adiecto, seu mutata è contrario intemperie corporis, breui periit. *De subtil. lib. de plantis.*

Epaminondas Thebarum Dux, vti scribit Cælius tantopere odit pingues & obesos, vt tanquam inutiles exercitu suo relegaret. *Lib. 13. cap. 25. Ant. Lect.*

Boeoti nimium gulæ dediti, nulla alia de causa ab Atheniensibus (vt scribit Plutarchus) appellati stulti, hoc est, rerum omniũ ignari, quam propter edendi inexplebilem auiditatem, qua sibi tantam corporis obesitatem accelerarunt. *Lib. Perisarcophag.*

Euripides scriptis suis testatur, se inter Græcos varia miseriarum genera vidisse, prius autem ac miserius deprehendisse nullum, quam athletarum, qui solummodo serui ac mancipia essent maxillarum & ventrum, vt scribit Cælius: id quod Hippocrates & Galenus pluribus in locis in commentariis suis de hac re, & doctissime & copiosissimè satis confirmant. *Lib. 7. cap. 11. Ant. Lect.*

Sunt inanitionis duplices potissimum differentiæ: vna, quæ ex nimia spirituum resolutione ortum trahit: altera vero ab immodica excrementorum euacuatione procreatur. Resolutio siue Inanitio spirituum à variis & diuersis causis dependet: vel oritur spiri- *Vnde spirituum Inanitio.*

tuum

tuũ ſubitanea quadam exhalatione, motu aliquo inopinato & repentino, alioue aliquo animi affectu, vt nimio gaudio, ira aut triſtitia concitata. Huiuſmodi ſpirituum inanitio interdum adeo vehemens eſt, vt mortem inferat, ſicuti ſupra pluribus exemplis demonſtrauimus de animi paſſionibus.

Iidem Spiritus etiam pro ætatis ingraueſcentis & ſenectutis ratione ſenſim euaporant & euaneſcunt, vnde mors conſequitur, quod nulla eget probatione, ſiquidem id plusquam ſatis notum eſt omnibus. Hæc autem ſpirituum euaneſcentia non eſt, niſi abolitio & conſumptio omnis Balſami, veri nectaris & olei ſpiritualis pretioſiſſimi, quod inſtar vitalis lampadis tenebricoſum corpus illuminat & fouet.

Inanitionis fomentũ atq; cauſa exiſtit quoq; alimentum & immoderatæ humorum euacuationes, quarum differentiæ ex varia diuerſarum partium, generationis modo, & cauſarum conſideratione ſumendæ ſunt.

Altera inanitionis differentia eſt, quæ ab im̃odica & nimia excrementorum egeſtione prouenit. Hæc ſimiliter variatur ratione meatuum, per quos excretio illa fit, idq; vel à motu ipſius naturæ, vel ab eo, qui arte comparatur.

Cholera quid? Excitantur autem à motu naturæ vehementes vomitiones & reiectationes, vt exempli gratia Cholera, quæ nihil aliud eſt, quam ſolutio ſtomachi & ventris, inteſtinorumque, etiam cum celerrimo periculo. Huius mali cauſam ipſum nomen prodit, quæ eſt bilis, ſiue alius humor mordax, qui facultatem expultricem nimium irritat.

Sunt præterea aliæ euacuationes, quarum origo pendet ab ipſius quoq; naturæ motu, vt ſunt diuerſa fluxionum genera, & excrementorum expulſiones per ſeceſſum, vti ſunt diarrhææ, lienteriæ, & variæ dyſenteriæ ſpecies, & id genus aliæ; item ſudorum & vrinarum excretiones, ſiue illæ ſint criticæ ſiue non.

Sic quoq; euacuationes artis miniſterio perficiuntur, vt ſunt vomitiones ex deiectiones, non modo ſuperius per os, ſed inferius quoque per anum, laceſſitæ ab Antimonio, hellèboro, & id genus aliis remediis violentis, quibus multi Empirici hodiè vtuntur, vel

vel potius inconsideratè in multorum ęgrorum perniciem. Sic pręterea sunt hydrotica, diaphoretica, & diuretica medicamenta, quæ sudores & vrinas mouent, nec non alia, quæ tamen à plerisq; Medicis sinistre administrantur, adeo, vt etiam hinc magnæ sæpenumero repentinæ & immodicæ euacuationes eueniant, quæ interdum tam vehementem & subitaneam spirituum inanitionem & resolutionem inducunt, vt non tantum varia inde & grauissima excitentur symptomata, sed mors quoq; ipsa sæpenumero sequatur.

Remedia contra inanitionem & resolutionem spirituum.

Vt igitur huiusmodi inanitionibus, vel à spirituum resolutione, siue ab excrementorum euacuatione ortis, medeamur, in genere opera danda, vt spiritus dissipati reparentur, quibuscunq; modis id fieri potest, siue bonis & benignis alimentis, siue etiam medicamentis iis, quæ proprietate & facultate sua vires instaurant, reficiunt, & naturam corroborant.

Si vero malum ab animi passionibus, vel à nimio gaudio, tristitia, & cæteris ortum fuerit; remedia huius curationis petenda sunt ex prima huius tractatus sectione.

Sin vero spirituum resolutio atq; inanitio fiat ratione extremæ & decrepitæ ætatis; eiusmodi senes reficiendi sunt roborantibus, paulo liberaliori vini vsu, salutaribus vitæ elixiriis, omnibusque iis, quæ vim & facultatem possident spiritus recreandi roburq; parandi.

Sin autem inanitio spirituum facta fuerit penuria & inopia alimenti, corpusq; minus quam par, fuerit nutritum, illud nutriendum erit omnis generis alimentis. Sed obseruandum, ne corpus inanitum subito cibo refarciatur, sed lente refarciatur tantum, sin secus, malum: quia omnis mutatio repentina periculosa, & reperti sunt, qui nimiam inediam sitimq; perpessi, immodica ingestione ciborum mortem sibi conciliarunt.

Si vero provenit à nimia fluxione sanguinis, aut alterius alicuius humoris, curatio medicamentis sistendi facultate præditis institui debet; vt reuulsionibus, deriuationibus, ligaturis, & remediis tam internis quam externis, quæ ad sistendum sanguinem, humorumq; fluxum immoderatum idonea sunt.

Si nimia & repentina excrementorum euacuatio eiusmodi

inanitionem inuehat, illa iuxta præcepta & regulas artis cohibenda est. Si igitur infringẽdus nimius vomitus, aut etiam ventris profluuii vis atque importunitas interdum vomere & purgare expediet, idque ad causam irritantem tollendam: vomitus enim curatur vomitu, & alui fluor curatur, ex Hippocratis sententia, alui fluore. Sed hic non omittenda sunt corrobantia & astringentia, ad coercendum nimium fluxum vel à natura, vel ab arte irritatum. Sudores diaphoretici & vrinæ fluxus qui interdum (dum scilicet nimis immoderatè fluunt) spirituum quoque inanitionis causa existunt, debitis, appropriatis, & specificis remediis cohiberi & retineri debent: qua in re experti Medici prudentia requiritur ad benè discernendum, num eiusmodi vacuatio sit critica; aut si vires deiiciat, vel non? an nimis sit immoderata, nec ne? an sit lacessita à natura vel arte, idque in hunc finem vt posteà administrari commodè queant operationes istæ, vt sunt reuulsiones, deriuationes, corroborationes, aliaque remedia huic instituto necessaria, quorum particularem descriptionem alibi dabimus.

CAPVT VII.

De Perturbationibus Animi.

Definitio perturbationis animæ.

Perturbationes animi, quæ vulgo accidentia animæ nũcupantur, Græcis πάθη, & Latinis perturbationes ac passiones animæ dictæ, aliud nihil sunt, quam motus quidam præcipites ac efferi, feruidum animum, turbulentum ac inquietum, & à recta rationis via ac terminis euagantem, agitantes, prout maior Philosophorum numerus arbitratur.

Quemadmodum autem morborum corporalium curatio potissimum in vera causarum, à quibus pendẽt, cognitione posita est: sic vt morbis spiritualibus, hoc est, animi affectibus, succurratur, probè eorum causæ Medicis cognitæ ac perspectæ esse debent. Præterea cum causæ ægritudinum corporalium vt plurimum in duas

classes

classes distribuantur, vt aliæ internæ sint, aliæ externæ; sic nobis affectionũ animæ causæ partiendæ sunt in internas & externas. Ad externas referuntur, probrũ, inopia, honorũ ac bonorũ iactura, inimicitiæ, iniuriæ, & id genus alia. Quæ quidem causæ externæ dicuntur, quod extra corpus nascantur, & aliunde in ipsum incurrãt: quæ tamen multas molestias, mærores, indignationes, iras, in animo nostro concitare valent, atque sic perturbationum animæ causas præbere.

Sicut causæ morborum corporis sunt internæ vel externæ, ita & animæ.

Internæ causæ duorum sunt generum. Aliæ corporeæ dicuntur, quod primo loco corpori occurrãt, cuiusmodi sunt dolores, infinitiq; alii affectus, qui corpus discruciant, quibus κατὰ συμπάθειαν ac arctissimam vtriusq; cõiunctionem anima patitur, ac suo modo diuexatur. Aliæ spirituales sunt; quæ sunt illæ ipsæ animi perturbationes ac turbulenti motus, qui propriè & priuatim morbi ac affectiones animi dicuntur, vtpotè quæ præ aliis omnibus causis spiritus nostros & animum exagitare ac contorquere possint. Cũ enim eæ mobiles, instabiles ac leues sint, prorsus aereæ & spirituales sunt: quæ idcirco ratione suæ subtilitatis ac leuitatis eiusdẽ naturæ spiritus nostros facilè permeãt, afficiũt, ac variis, iisq; stupendis motibus exercent, intellectũq; ipsum perturbãt. Non secus enim spiritus nostri mobiles, ac leues, ac eadem facilitate commouẽtur ab eiusmodi leuibus, quantumvis & mobilibus causis, qua aer & aqua, mobilia corpora, ventis agitantur, ac conturbantur nullo negotio: à quibus scopuli rupesq; marinæ, aut terreni montes, ne minimum quidem dimouentur.

Internæ vel corporeæ vel spirituales.

Quemadmodum igitur Medici, vt præsens auxilium morbis corporeis exhibeant, eorum causas callère debent, quibus ex arte sublatis, effectus etiam ipsos, hoc est, morbos extinguant: Sic & ægritudines spiritus, sublatis causis, profligari consentaneum est.

Hæ etiã morborũ spiritualiũ causæ, queadmodũ & corporaliũ, diuidi possunt in primitiuas, antecedentes & coniunctas. Primitiuæ, quæ Græcis προκαταρκτικαὶ dicuntur, ad externas, de quibus paulo antè verba fecimus, reuocantur, quæ & euidentes nuncupantur: quibus idcirco quod oculis subiiciantur, facilius ac promptius remedium afferri potest, quam antecedentibus ac coniunctis, quæ

Morborũ animi causæ triplices, sicut & corporalium.

internæ ſunt, & minus ſenſibus occurrunt: attamen veræ ac genuinæ ſpiritualium morborum cauſæ cenſeri debent: quarum magnus eſt conſenſus & vicinitas, cum antecedentes cauſæ ex prauis humoribus, doloribus, ac grauibus morbis in corpore naſcentes, fomentum coniunctis, quæ ſunt ipſæmet animi paſſiones ac perturbationes malè diſpoſitæ, ſuppeditent.

Hinc fit, vt quiuis dolor, ex prauis ac virulentis humoribus aut flatibus in corpore genitis, ac continuum ſoluentibus, corpus diſcrucians, ſimul & ſpiritus & animum conturbet. Haud ſecus ac melancholici humores, fuliginoſiq; vapores ipſum afficiunt: qui & aciem intellectus noſtri obtundunt: ſicq; phantaſiam aliasq; animæ facultates ac functiones corrumpunt, & vitiant; vt animum ipſum prorſus de ſede rationis dimoueant atque deturbent, vt paulo poſt multis exemplis ſuo loco probabimus, cum priuatim de ea animi perturbatione, quæ triſtitia vocatur, diſſeremus.

Vt autem prophylactica pars medicinæ, ſeu præſeruatrix, proprie ad euacuationem, reuulſionem, & deriuationem antecedentis cauſæ pertinet, therapeutica vero ſeu curatrix ad coniunctam, hoc eſt, morbi curationem: ſimili & eadem methodo cauſæ morbi, aut morbi ipſi, qui animum perturbant ac torquent, propulſandi ſunt. Præcipuum autem quod deſideratur, remedium primo cauſæ coniunctæ debetur, hoc eſt, ipſi animi morbo: qui niſi corpori auxilia, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus adhibeantur, fugari aut tolli non poteſt. Primo igitur loco corpus ſuis impedimentis, quibus animum etiam fatigat, liberandum eſt: idque duplici illa via, ſalutaribus remediis intro aſſumptis, & topicis extrinſecus admotis.

Modus curãdi animi morbum.

Quæ autẽ magis, tum generalia, tum ſpecialia habentur auxilia, ſecundum illud diuinum, quod potiſſimum ex verbo Dei nobis acceſſendum eſt, in quo certiſsimam ac copioſiſsimã recreationũ ſyluã, ſpiritus ſupra modum etiã agitati & diuexati nanciſcuntur; Sunt cohortationes, colloquia, rationes & exempla, nec nõ elegantes ac viuæ virtutis & vitii picturæ, effigies ac deſcriptiones, oculis ægrotantiũ ac perturbatorũ ſigillatim ſubindeq; ſubiectæ, vt ſic animũ cõponant, virtutẽ amplexẽtur, & à vitiis abhorreãt. Atq; hæc remedia generalia dicũtur, tanq̃ vniuerſales medicinæ, ad omne morbo-

Remedia ad animi paßiones.

rum

rũ ſpiritualiũ genus aptæ & habiles: cui rei inprimis Theolog⁹ verus animæ Medicus neceſſarius eſt, qui varia cõſolationũ genera haud ſecus ac Medicus corporũ, varia remedia ac cõgrua ad varios morbos ſpirituales è vitiis corporũ ꝓcreatos, q̄bus animæ functiones ac facultates interpellãtur & perturbãtur, ſubminiſtret. Quæ q̄dẽ animi affectiones & ꝑturbationes, ex acris & ſubtilibus humorũ corporis vaporibus excitatæ, nõ niſi magna ingenii dexteritate, & ſolertis Medici induſtria abigi poſſunt. Cũ n. ex eiuſmodi cauſis phãtaſia ſeu vis imaginatrix oblędat̃ ac deprauet̃, nõ niſi magna ingenii ſagacitate ac acumine, tot portẽtoſæ ac fanaticæ imaginationes detradẽtur ac euaneſcẽt. Sic peritus ille ſagaxq; Medicus fuit, q̄ ægrũ ſuũ ſibi naſum magnitudine ac craſſitie vrnæ æqualẽ imaginantem magnâ dexteritate curauit, cũ ei perſuaſiſſet nouaculâ eſſe amputãdũ eundẽ: cui artificio cum apparaſſet duo aut tria bubula hepata, cum nouacula obtuſiore cultri parte naſo admota, vt contactum illius æger perſentiret: acutiore magna hepatum fruſta Medicus reſcidit, quibus totam faciem ægri cruentauit, vt hoc conſpecto ſibi ſuæque naturali formæ reſtitutum naſum æger crediderit, atque ſic ex opinione ac imaginatione contraria conualuerit.

Phantaſia de prauata cauſa præcipua perturbationum animi.

Varios id genus morbos ſuo loco, & quibus remediis curati fuerint, explicabimus: quod multis ac variis exemplis vix fidem inuẽturis oſtendemus: quibus tamen non ſit detrahenda fides, cũ ſuperſtites adhuc nõ paruæ notę viri, ac fide omni digniſſimi, teſtimoniis ſuis veritatẽ eorũ, quæ dico, confirmẽt, ſuisq; cõprobent ſuffragiis.

Cum autem cauſas eiuſmodi motuũ animi radicitus euellendas eſſe dico, nolim ſtoicorum more ſtupidos homines prorſus reddere, quaſi omni affectionũ ſenſu ſpoliãdi ſint. Neq; enim fieri poteſt, vt animus corporis gubernator ſuis motibus careat, cũ infinitas ſyderũ ꝓprietates in ſe naturaliter poſſideat: quibus etiã brutorum inſtar commouetur. Etenim in bruti modum non poteſt homo appetitibus ſuis cauere, quin fame & ſiti preſſus cibum & potum appetat, cæteraq; neceſſaria inquirat. In naturalibus itaque iſtis motibus foueri hominem volumus: at vbi perturbati ſunt, & extra naturæ ac rationis limites euagantur, ad rationis & naturæ cancellos ſagaci Medici conſilio cenſemus reuocandos.

Stoicorum error in affectibus radicitus euellendis refutatur.

In Stoicos Philoſophos, qui homines eiuſmodi motibus exuere volunt, inſurgit Ariſtoteles in Ethicis, eosq́; carpit, quod virtutẽ in omnium affectionum priuatione conſtituiſſent, docetq́; in affectuum moderatione eam conſiſtere: nec minus omni ſenſu deſtitutos damnat (qui vt plurimum fatui, ſtupidi, craſſi ſunt) quam eos, qui intemperanter & immoderatè ſuis ſe cupiditatibus laxant & addicunt. Has cum noſceret facultates & affectiones animi Plato, tantum abeſt, vt damnarit, vt contra neruos ſpiritus, in Philebo, eſſe pronunciarit, indicans hac comparatione, inſtar neruorum toti corpori ſenſum & motum diſtribuentium, huiuſmodi πάθη habere. Siquidem illa neruorum vſum ſpiritui præbent, vt huc & illuc moueatur, ac modo deorſum modo ſurſum feratur. Quin & inde animus ſenſum & omnem omnium rerum cognitionem mutuatur.

His igitur ſi prorſus eſſet deſtitutus homo, velut immobilis iaceret tanquam nauis omni vento carens, nec quoquam dirigeretur. Hæ ſiquidem affectiones impellunt hominem, vt hoc vel illud aggrediatur, quas tamen ratio, gubernator huius nauis primarius, dirigat neceſſe eſt, ne præter naturam morbidæ fiant. Hinc igitur inferre licet, vt eiuſmodi morbi & perturbationes ſeu affectiones animi curentur, non eſſe iis prorſus ſpoliandum hominem: ſed peruerſas, ex quacunq́; cauſa vitiatæ fuerint, omnibus modis eſſe corrigendas: hoc eſt, tollendum eſſe ab illis malum, vt integræ ac ſanæ vigeant: quemadmodum boni ſolent Medici facere, qui non omnes ex corpore humores deturbare ſolent: ſed vitia & impuritates eorum extirpant, vt ſalutares & puras functiones exerant, ad optimam craſin reuocati.

Officium boni Medici.

Sic quoq́; periti hortulani ſe habent, quos vtique imitari liceat: ſi quidem ex horto ſuo ſolas inutiles, aut etiam noxias eruncant ac euellunt herbas, ſalutaribus relictis, quas magna ſedulitate ac induſtria rigant, fouent, excolunt. Quod ſi contingat interdum, nonnullas etiam bonas è ſuo loco extirpari, id non fit, vt abiiciat eas agricola, ſed quæ minus inter ſentes ac ſpinas ſuffocatæ proficiebant, liberiori aeri & fertiliori ſolo implantentur, vbi vberius eductæ, occatæque fructus ſuos citra impedimentum ſuo tempore, non

re,non agrestes, sed cicuratos, non acidos, sed suaues, & minus acres explicent.

Sic & erga animi affectiones agendum,quas nō expedit ex naturæ suæ sinu promiscuè & temerè auellere: ita enim in iacturam spes lucri degeneraret. Quemadmodum igitur, vt aptè & concinnè corpori medeamur, præparantia inprimis purgantibus præmittenda sunt, quo fluxiores reddantur humores, & ad euacuationem faciliores,nec non vt minori molestia, & citra vim purgationē æger ferat: Sic in curandis animi perturbationibus præparante methodo vtendum est, qua cicurentur prauæ illæ affectiones,& mansuetiores reddantur,eademq; via ægrotus ipse,post imploratā Dei misericordiā & auxiliū cōponatur ad admittēda remedia,hoc est,salubres adhortationes,recreātia colloquia,cōsolationes,&id genus alia salutaria,consilia,argumenta & exempla, quæ pro passionum natura & conditione ad sanitatem mentis restituendam explanabuntur. *Quinam animi affectus euellendi?*

Hæc ad vniuersalem morborum animi curam pertinent, cui particularis nunc demum annectenda est curatio. Hanc aggrediemur ab explicatione singulorum remediorum,quæ singulis passionibus sigillatim aptari debent, postquam prius illarum numerum, naturam, differentias, & causas enucleauerimus.

Tenendum est igitur, præter appetitum, qui nobis cum aliis rebus omnibus creatis communis est, & rationis facultatem, quæ nobis est singularis, reliquis aliis naturis præter humanam ea destitutis,animalem quoq;appetitum nobis insidere,aliter sentientem, quo & bruta prædita sunt. *Triplex in homine appetitus.*

Ex hoc sensitiuo appetitu, aut naturali sentiēdi potētia,qua quæ bona sunt & salutaria amplectimur, quæ vero mala & noxia declinamus & refugimus, duo insignes rami ta͡q̄ ex eadem radice enascuntur, irascendi videlicet & concupiscendi studium, ex quorum dominio pendent variè illi motus & perturbationes, quibus agitamur instar arundinis ventorum flatibus huc illuc impulsæ. *Appetitus sensitivus.*

Ad concupiscendi appetitum referuntur sex diuersæ perturbationum species, tres quidem ex bono, quod sibi proponit, exurgentes: aliæ vero tres ex malo, quod vitare studet. Tres primæ dicuntur esse amor, cupiditas & gaudium: quibus tres aliæ opponuntur, odium, auersatio, mæstitia. *Concupiscendi appetitus sex species.*

Ex

Irascendi appetitus. Ex irascendi appetitu, qui sibi bonum proponit, tanquam obiectum, & eius comparandi difficultatem, quique fugam mali velut scopũ sibi obiicit, cum eius declinandi impotentia, quinq; aliæ motus species oriantur, spes nempè, desperatio, metus, audacia, & ira.

Vnde quidam vndecim passionum aut perturbationum genera deriuant, quas alii ad septem contrahunt; Ambitionem scilicet, auaritiam, voluptatem, inuidiam, Curiositatem, Iram & Metum. Pleriq; vero quatuor tantum agnoscunt in genere, gaudium, dolorem, spem & metum. Vnde illud Virgilianum:

Seruius in 6. Æneid. *Hinc metuunt, cupiunt, gaudentq;, dolentq;*

Quatuor animi paßiones quæ. Varro & maior Philosophorum natio de quatuor passionibus verba faciunt, duas à bonis, totidem à malis existimatis rebus deducentes. Nam dolore ac timore duæ opiniones mali sunt, vna præsentis, & altera futuri. Si in hoc argumentum penitius introire constitutum esset, in gurgites & abyssos immensi maris incideremus, vnde nauis nostra nunquam emergeretur. Satius igitur est hic vela complicare, nec vlterius progredi, tantumque de illis spiritus passionibus verba facere, quæ motibus suis varia morborum genera in corpore parere idonea sunt: quod præcauere, & eiusmodi incommodis maturè prospicere, boni Medici & religiosi officium est: non secus ac Theologi partes sunt, perturbatæ animæ motus deprauatos compescere, quales sunt ambitio, auaritia, cupiditas, & inuidia, quæ sæpe corpori iacturam & interitum minantur, & conciliant. Nunc de Ambitione.

Ambitio. Ambitio supremorum honoris graduum ardẽs est insania, datur vitio, quod inanis gloriæ immoderato studio teneatur, nõ quo publicam vtilitatem spectet, sed cæteris cum fastu tumoreq; dominetur. Vnde etiam maiore ratione damnatur, si obliqua via, & nocendi potius, quam proficiendi studio, ad eos gradus contendat.

Luculenta insaniæ istius, quæ inter primas alias animi perturbationes in humanam scenam irrupit, apparuerunt omnibus seculis testimonia, insigniaque supplicia, quod vbique & semper solitus sit Deus hominum superbiam & arrogantiam grauibus pœnis mulctare: Quibus ne ipsi quidem Angeli erepti sint. Illi enim acerbissimas primi omnium sustinuerunt, & in æternum sustinebunt

Lapsus angelorum.

ærumnas,

ærumnas, in profunda inferorũ barathra detrusi, è quibus nullus vnquam futurus est exitus, quod diuinis superbi mandatis reluctati sunt. In idem peccatum primus noster parens Adam lapsus est, cum sese Deo æqualem superbe reddere voluit, & ambiuit pares cum illo dominandi honores, cuius ambitionis opera perfectum est, vt omnibus exueretur, cum animi, tum corporis dotibus, quibus insigniter & abundè à Deo fuerat ornatus & instructus.

Superbia Adami & posterorum punita.

Ad illius exemplum reliqui, quotquot sunt, siue Principes, Reges, Monarchæ, siue mediæ conditionis, aut inferioris etiam ordinis homines, qui velut Thrasones & Salacones cristas attollere voluerunt, miseri tandem & infames perierunt.

Testis est iudiciorum Dei immanis ille gigas Goliath: testis superbus Sennacherib: nec non audax ille Holofernes: qui superbia sua abrepti, & furibunda ferocia audaces in Deum ipsum insurgere, ac insolentibus dictis viuentem in secula incessere ausi sunt, humanæ suæ conditionis & imbecillitatis immemores.

Eandem superbiæ mulctam pertulerunt Ozias, quod dignitate Regia minime contentus sacerdotũ ambiret: Nebucadnezar, quod cultum diuinum, & adorationem sibi, vt Deo, præstare imperaret: Herodes, q̃ diuinitatis titulos à populo assentatore sibi tributos alacriter exciperet; Nec manus Dei effugerunt potẽtes illi Monarchæ, Caligula, Domitianus, Heliogabalus, aliiq; complures, qui sibi diuinos honores deferri, simulachra sua vbique erecta adorari, seq; in Deorum numerum referri, suæ vilitatis obliti, imperiose & minaciter iusserunt, vt qui miserrimum ac infelicissimum vitæ exitum in suæ ambitionis & superbiæ pœnas experti sunt.

Hoc ipsum Poetæ fabulis suis, veritatem rei velantes, ingeniose expresserunt: Cum Phaetonta inducunt audacter nimis & superbè, ad agendos Solis equos procliuiorem, maioraque viribus suis arroganter molientem, contra Phœbi Patris monita, filium sic compellantis:

Altius egressus cælestia signa cremabis,
Inferius terras, medio tutissimus ibis.

Cuius ambitionis, temeritatis & audaciæ, eo ipso momẽto supplicium cõflagratione sui pænas dedit, vt verè dictum fuerit, raro an-

recedentem scelestum deseruit pœna pede claudo. Simile quid de Icaro etiam iidem referunt, artificiosum volatum sibi arrogante, quum solutis alis per aerem volantē præcipitē in mare ruisse confingunt; his nempe figmentis infelicem ambitionis exitum & arrogantiæ docentes: Deponit enim Deus potentes de sede: & exaltat humiles: superbos enim is ferre non potest, quin variis suppliciis mulctet, & incognitis morbis afficiat, quibus nulla Medicorum auxilia conducunt: tale Ozias tulit supplicium, qui deploratam incurrit Elephantiasin: Herodes verminosum & pedicularem morbum. Tales etiam morbos potentissimi quidam Monarchæ nostri temporis, fulmina belli, passi sunt: quos Medici nulli, quantumuis eruditi, naturalibus suis remediis profligare potuerunt, vtpotè quorum supernaturales essent causæ, naturalibus remediis minimè curabiles. Quod vtique maxime notandum, & alia cognitione ac meditatione spectandum occurrit, cum ista captum sensus humani superent.

Auaritia. Ambitionem cominus sequitur avaritia, quæ inter violentissimas & furiosissimas animi perturbationes annumeranda est: infinitis enim fluctibus omnium prope hominum animos exagitat, vt nullo non turbine nocte dieq; perpetuis vigiliis inquietos eos concutiat, emaceret atque prosternat. Instar enim freti & angustiarum Lybicarum hæc se habet; vbi perpetuis flatibus & fluctibus, iisque contrariis inter Scyllam & Caribdim, mare conturbatur, ac sursum deorsumque peruoluitur.

Furiæ hominis effectus auaritiæ. Cum enim diffidentia, metu, solicitudine, varia spe, aut desperatione, sæpius stipetur (quas quinq; furias sibi semper adiunctas habet Auaritia) nocte dieq; perpetuis vigiliis animū fatigat & contorquet, vt nulla quiete frui possit. Hinc fit, vt Auarus insomnes noctes ducat, rigidæ terræ incubet potius, quam mollibus stratis, quæ impensarum metu in sentes, spinas & vrticas commutat, adq; vsq; adeo animū torquet variis fluctibus, vt mille mortes in horas ex ingenti illo curarum ardore subeat, & sic inter pereundum viuat: Tantusq; est ille cruciatus, aut Phalaridis tyranni incensum & ignitum taurum in supplicium, crudele excogitatum non æquet modo, sed etiam immanitate superet? Hinc Megæra illa Auaritia tot furiosis

motibus

motibus animum exagitans, iure à Spiritu Dei radix malorum dicitur: à qua idcirco Polit. Lib. 1. cap. 2. & ab ambitione tanq. am seminariis omnia promanare vitia ac scelera rectè ac vere sensit scripsitque Aristoteles. Huic igitur tam horrendæ pesti quicunque adhærent, & laqueis eius irretiuntur, insani prorsus sunt iudicandi, & omni ratione sensuque carentes. Quid enim insanius, quam furiosis impuræ istius belluæ motibus à casto virtutis amore, quæ cœlo & æterna vita beat, amplexantes, auocari? Quid non molestiarum & cruciatuum exhibet auaritia, non tantum in hoc seculo; at in futuro etiam pœnis apud inferos æternis sequaces suos mulctatura? Nullum tamen frequentius & vsitatius vitium vel inter Christianos etiam auaritia pullulat, vt hoc nomine ab Ethnicis etiam, & infidelibus superemur multis, qui spretis caducis his opibus immortali virtuti & gloriæ toti incubuerunt. *Radix omniũ malorum Auaritia.*

Vbi nunc alter occurrat Demetrius Phalereus, qui ex Mercatura ingentes consecutus opes, audito forte fortuna Cratete, publicè docente, ac per vnam atq; alteram horam de laudibus, & admirandis virtutis effectis, differente, se miserũ exclamauit, quã diu ignorantiã fouisset, bonaq; tã exquisita virtutis pauco cõparãda negotio flocci pependisset, vt magnis cum laboribus, & crebris vitæ periculis ad ea attentior fuisset, quæ vsq; adeo vana sunt & caduca. *Demetrius Phalereus. Plutarch. in tract. de trãq. an.*

Pauci nunc occurrũt, siue literati, siue ignari, q. Anacreonté imitandum sibi constituant, qui à Polycrate quidẽ tyranno tria circiter nummorũ aureorũ millia dono data accepit: at cum metu & grauioribus curis insuetis vexaretur, sibiq; somnũ eripi indignaretur, interq; dormiendũ subsultim expergefactus, ac nimia cõseruã. i muneris cura perpetuo teneretur; non solũ de pecunia, sed etiã de vita à latronibus vel domesticis eripienda solicitus, cæpit de pristina sua animi tranquillitate recuperanda cogitare, ac de anxietate deponenda. Quod vt præstaret, idẽ argentum Polycrati restituit, addiditq; ab eo sibi plus negotii cõflatũ, à quo tẽpore sui scriniis incluserat, q̃ ex eo voluptatis & delectationis in posterũ esset experturus. Atq; hæc in hunc finem dicta sint, propositaq; exempla, vt quam praua illa cupiditas & auaritia infinitis animum torqueant perturbatio- *Anacreon.*

bationibus doceamus, quo minus illis mancipemur, easque tanquam corporis & animæ perniciem & interitum execremur.

Restat, vt tanquam Medici, quibus corpus humanum medicæ facultatis obiectum proponitur, quam grauibus affectibus & symptomatis imperatur, ab execrando illo monstro recenseamus, & huic narrationi adiiciamus. Auarus famelica ingluuie & inexplebili perpetuo thesauris inhiat, struthionicum genere est in achū, quo non tantum ferrum concoquit, at aurum argentumq́ue solidissima inter omnia metalla absorbet atq; concoquit.

Qualem Diætam teneant avari. Excutiamus etiam remedium, imo dignissimū auari suppliciū, quo ad sedādum caninum illum appetitum & immoderatā rabiē, vtatur, exigendā. Remedium tenere cupis? fursculo panis autopyri & secundarii, socalini, sæpiusq́; rancidi: cæpa, porro, suilla aut bubula salitis & fumosis: mollugine cænosa, salsis halecibus, & id genus pessimis siue asarcorum dierum, siue sarcicorum tempore, suæ fami & hianti perpetuo gutturi consulit. In potum assumit vippam, vinorum fæces & reliquias acessentes, fugax vinum & corruptū, atq; id genus deprauatos potus: ex quibus omnibus nihil in corpore præter salsum sanguinem, retorridum, impurum ac pessimos humores valetudinem eius labefactantes gigni potest. Hinc redditur valetudinarius, & de perpetuis doloribus conqueritur.

Præterea cū aduersus aeris iniurias vel rigidissimā etiā hyemem prope nudus incedat, aut vili attritoq́; vestimento parcius aut segnius sese induat: maria terrasq́; percurrat, nocte dieque æstiuis & hybernis tēpestatibus sese negotiādo citra quietem torqueat: quas nō potest infirmitates, cruditates, incoctiones, rheumata, catharros non contrahere, & innumeros alios affectus incurrere? vnde enim pleuritides, febres, chiragræ, podagræ & id genus alia ex hoc nisi fonte promanant? Quibus vt medeatur, quid agit? nimia nēpè abstinentia, seu parsimonia sibi fani iari vtitur, vt qui in necessarii instauratiui locum, vnicum ouum, vix adhuc integrū cineribus coctum assumat: pane aqua diluto, patancllæ del aiæ aut minutalis loco vescatur: iusculum ex butyro salito & brassica conditum, in consummati alicuius optimi locum sorbeat, aut gelatinæ. In purgantis vero medicamenti vicem, si adstricta sit aluus, drachmam

vnam

vnam granorum ebuli, rhabarbaro alioqui cariori ſubſtituit, vſus alicuius veneficæ conſilio, ne apud Medicos & Pharmacopæos ſumptus vllos faciat. Eo tandem huiuſmodi homines deſperationis adiguntur, vt ſi fertiliorem meſſem, & vtiliorem annonam fortè præſenſerint, quæ venditionem ſuorum frumentorũ ac vinorum iam ex longa etiam pretii expectatione, rancidorum & penduloꝝrum, remoratura ſint, ſibi laqueo vitam eripiant, vel in puteos præcipites ſe dent, vt hac ratione corpus & animam iuſto Dei iudicio perdant.

Sexcenta hic annecteremus pęnarũ in illos maledictos homines diuinarum genera, ni obſtreperet Momus aliquis aut inuidus Cenſor, reclamaretque, hæc nihil ad rem futura, neque proprii eſſe loci in quadam de diæta tractatione vt verba, tot hiſtorias, & tot exempla percenſere. Sed æquiori lectori, inſtitutum noſtrum aſſecuto, res ſecus videbitur. Satis enim perſpiciet, vniuerſalem hic à nobis, non particularem tradi de diæta tractationem, quæ idcirco nihil indictum aut prætermiſſum ferat. Tantus enim eius eſt ac tam neceſſarius vſus, vt laxam hic, non ſtrictam eius explicationem, in qua nihil deſideraretur proponere conſtituerim: cuius idcirco accuratior & longior tractatio tanquam ſupervacanea iniquè redarguetur? Boni igitur ac æqui conſul & candidus lector noſtrum hoc inſtitutum, nec ſibi inutile futurum, aut de nimia verborum copia, ex qua non poſſit fructum decerpere, conqueretur. *Punitio diui nain auaros.*

Conſulto enim me in hanc tractationem effundo, quod eiuſmodi affectionum & morborum animi cognitio maxime ſit Medico neceſſaria, & ad eas explorandas attentiſſimum eius eſſe debeat ſtudium, quod magnis iiſque ſtupendis perturbationibus & ſæuiſſimis etiam cruciatibus corpus excrucient, ex humoribus, quos conturbant & prorſus deprauant. Vnde etiam magnus ille Hippocrates coactus eſt aliquando dicere, in quibuſdam morbis diuinum quid ineſſe.

Annon Chriſtus perhorrendum ſupplicium dicit de auaro. Luc. 16?

Episcopus Moguntinus à muribus deuoratus.

Insignis auarus fuit Moguntinus Episcopus, qui ad querelas innumerorum pauperum fame pereuntium, & stipem ab illo emendicantium, tædio indignatur, omni humanitate & misericordia deposita, sed immanitate & crudelitate, superante sæuissimos quosuis leones, assumpta totam illam murium farraginem, vt vocabat, area frumentaria concludi iussit, atq; ædificium incendi, vt miserando ibi spectaculo deplorandi pauperes côcremarentur, sed scelestissimũ ac crudelissimum hominẽ pœna non deseruit, diuinaq; vindicta. Eo enim ipso tã nefarii sceleris patrati momẽto, repentina muriũ innumerorũ cateruа circũuallatur, q̃ nullo ingenio, nullaq; via se excutere & summouere potuit, quin siue stans, siue sedens, siue decumbẽs in lecto, siue mensæ accumbens, ab illis roderetur, ac dilacerraretur. Nec iuuarunt detestandum hominem latebræ, quas quæsiuit, aut ergastula, quæ ianuis & fenestris carentia murium turbam, introitu arcerent: securè illi diplomate Dei nixi quouis irrepserunt. Nec quicquam opis satellites tulerunt, licet huc illuc fustibus & baculis irruerent, ferirent, seseq; circumagerent. Frustra etiam arx & turris in medio Rheno extrui iussa est, qua piaculum illud includeretur, vana vitandæ diuinæ vindictæ spe & persuasione, quasi mures trãare aquas reformidarent. Repente enim magnis turmis in aquas irruerrunt, traiecerunt, turrim conscenderunt, superarunt, introierunt, execrãdum illum hominem adorti sunt, vellicarunt, tandemq; ab omnibus suis satellitibus derelictum, & frustra vires humanas implorantem, deuorarunt, absumpseruntque.

Præter visibile illud Dei iudicium, occulta alia in thesauris suis Deus asseruat, quibus scelera hominum coercet, quorum causæ abditæ sunt ac nobis incognitæ, captumque hominum superant: quæ idcirco vel acutissimorum ac doctissimorum Medicorum leges & medendi normas rideant ac fallant: Ad quas tamen Christianum Medicum attentum esse oportet, ne quid supra vires aggrediatur, atque aliunde remedia petat quam ex libris Hippocratis, Galeni, Celsi, Auicennæ & aliorum: nunc de Ambitione.

Invidia. Has omnes ambitionis & auaritiæ horrendas deformitates depingere graphicè suscepimus, quæ tamen parui vtique momenti

sunt,

ſunt, quæ portentoſo illo Inuidiæ monſtro, quod longe horribiliore, & magis execranda cæteras vincit pernicie. Tanta enim hæc animi perturbatio eſt, tot venenis cor abſumens, internis ac cæcis ignibus cor adurens, vel citra rationem & argumentũ, quibus ſuperiore carere non videntur, ad ſuorum motuum ſpecioſam excuſationem, vt nullo calamo digne ſatis deſcribi aut ratione exprimi poſſit. Ambitio ſiquidem virtutis ſpeciem ſuſtinere videtur: auaritia boni alicuius imaginem ſimulare, quo ſibi & poſteris conſulat. At inuidia nihil habet, quod iure fucum ſuæ perturbationi comparet.

Nam quamuis ambitionis & vanæ gloriæ ardore rapti fuerint Alexãder ille Magnus, & Themiſtocles inter Græcos, excuſandi tamẽ vidẽtur. Ille quod vereretur, ne à patre Philippo ſemper victore ſibi nihil relinqueretur, quo gloriam & famam aſſequi poſſet: Hic quod nihil aliud, quam Miltiadis virtute & trophæis excitatus, ipſius veſtigia præclaraque geſta, non æquare ſolum, ſed etiam ſuperare nocte dieque meditaretur. Siquidem vilem eorum conditionem & abiectam apud omnes ſortem animaduertebant, qui nulla virtutis gloria præſtitiſſent, nec ab egregio aliquo facinore vllam ſibi famam conciliaſſent. Sic voluptas ſuos motus dulcedinis cuiuſdam prætextu excuſat, quod in congreſſu & conſuetudine ſociorum hilariter viuatur, quod honeſtius ſit eleganti veſte, quam vili & lacera indui, illiberalem & ſordidam eſſe parſimoniam. Auaritia his exceptionibus tuebitur ſe, quod nihil ſit calamitoſius, nihil turpius, nihil contemptius egeſtate: ſummum bonum in diuitiarum acquiſitione & poſſeſſione collocari: & genus & formam à Regina Pecunia donari: qua deficiente, omnia ſimul deficere: à Medicis in morbis etiam grauiſſimis nullum auxilium expectari ab illo, qui cenſu careat. Conſanguineis etiam, agnatis & proximis illum eſſe odioſum, cui curta fuerit vel nulla ſupellex.

Inuidia inexcuſabilis.

His modis ambitio & auaritia ſe tutantur. At inuidia nihil habet, quod opponat in excuſationem, ſi accuſetur, nihil quod reclamet, ſi perturbationum omnium animi fœdiſſima & turpiſſima eſſe dicatur: ſiquidem ſuperiores motus ex imbecillitate

tate naturæ emergunt. At inuidia ex improbitate nostræ voluntatis nascitur. Natura enim inuidiæ vsque adeo horrenda ac portentosa est, vt ex felicitate alterius suum contrahat infortunium, & ex alterius infortunio suam sibi conciliet felicitatem: hic mala mens, hic malus animus, cum prosperæ proximi fortunæ inuidetur, & gaudium ex eius mœrore comparatur: cum ridetur ex lachrymis eius, & ploratur ex risu eiusdem: cum bonus ex alterius marcore habitus contrahitur: contra cum ex eiusmodi pinguis habitu tabescit aliquis. In summa conferri potest inuidus cum Timone illo Atheniensi μισανθρώπῳ, & fortunæ & felicitatis alienæ osore, omniq̃ue charitate destituto: quod nihil ingratius animo cõcipiat, quam erga homines beneuolum ac beneficum Deum se habere, eosq; prosperè ac feliciter prospiciat degere.

Inuidiosi cõparatio cum Timone Atheniensi.

Inuidus similis Prometheo.

At quem ex suo liuore fructum carpit inuidus? vt scilicet alter fiat Prometheus, cuius cor à vulture acerbissimis, iisque assiduis cruciatibus eroditur & vellicatur: ipsum theatrum, ipsum supplicium, ac simul sui fiat carnifex: cui tabes illa instar hirudinis sanguinem exhauriat, medullas exsiccet, ossa absumat, vt macie, pallore, squalore & habitu corporis prorsus deformi, & horrido σκέλετον potius, quam hominem referat. Quod vtiq; vitium, atq; horrendum malum pulchrè depinxit poeta his versibus:

Liuor tabificum malis venenum,
Intactas vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem,
Quum quisquis furit invidetq; sorti
Vt debet, sibi pœna semper ipse est.

Hic aliquos istorum sensorum, qui mihi semper obstrepunt, & calamum meum in se exacuunt, ac argumentum suppeditant, patefaciendæ suæ immoderatæ inuidiæ, cum omnibus eiusdem proprietatibus & effectis, perbellè depictos, mihi videre videor: In quos vtique cum acerbius calamo nostro decreuissem inuehi, & suis genuinis coloribus eos declinare, communicassemque cum illustrissimo viro, & ex regni huius primoribus primario, consilio & grauibus sententiis refertus est, respondit in hæc verba:

Con-

Conquereris, inquit, de iis, quæ non poſſunt non eſſe tibi laudi, & in trophæum præclarum concedere. Si enim inuideris, hæc certiſſima nota eſt, aliquid in te eſſe præclarum & laudabile, cui inuidetur, & quod æmulatione dignum ſit: ſimulque addidit hoc Diogenis apophtegma, qui homini apud illium de liuore & odio quorundam, quo inceſſebatur, expoſtulanti hoc aperuit conſilium: vt ſcilicet in vltionem inimicorum inceptum virtutis curſum fortiter & alacriter parſequeretur, nec eum abrumperet, vt quæ certiſſima ſit via ad vindictam, de illis ſumendam, qui hoc nomine ſeſe perpetuo excruciant, & intimas cordis partes ſenſim & aſſiduè exurunt. Maiore ſiquidem inuidi cruciatu torquentur virtutibus conſpectis in eo, quem imitari nequeunt, quam ſi fuſtibus & armis ab hoſtibus impeterentur.

Fuſiorem de his tractationem Theologis relinquam, cum ea ſint mera animi pathemata, cuius illi curam gerunt: tranſeamusq; ad alias quatuor perturbationũ animi ſpecies, quæ reſtãt excutiẽdæ, vtpotè quæ propius corpus attingãt, ipſumq; cõturbent, vt inde magna ſanguinis humorumq; aliorum oriatur perturbatio, quæ inteſtinum bellum & furioſos inſultus prorſus in corpore excitet. Hinc variis agitantur ægritudinum procellis, quarum nulla haberi poſſit, præterquam de ſagaciſſimo & peritiſſimo Medico, cognitio, nec turbarum eiuſmodi compoſitio aut extinctio.

Quæ reſtãt, enarrãdæ animi affectiones, ſunt venereus amor, ira, gaudium, timor, & triſtitiæ: inter quas primum occupat locum Amoris perturbatio, velut aliarum radix & ſcaturigo.

Ab eo enim oritur æmulatio, ab æmulatione ira & furor, à furore vindicta, ex qua iniuriæ naſcuntur & læſiones, quæ demũ ſupplicii metum incutiunt, quẽ perpetuo triſtis recordatio, tædium & mæſtitia conſequuntur. Aut ſi aliter negotiũ hoc expedire velimus, ex hoc ipſo amore abſentis boni cupiundi cupiditas naſcitur: ex cuius præſentia & poſſeſſione oritur lætitia, quam breui duraturam, vt leue, mobile & mutabile bonum, mox metus excipit, ne excidat: ita vt quantacunq; ſedulitate ac cuſtodia difficili retineatur, de iactura fugaciſſimi boni ſemper timeatur. Ex huius boni priuatione ingens naſcitur tædium, & prorſus lethalis mæſtitia ac indignatio, quæ animum nocte diéq; contorquet. *Fructus Venerei amoris.*

Venerea cupido est basis & origo aliarū affectionum.

Venerea igitur hæc cupido, cum basis & origo sit aliarūm, vt diximus, affectionum atq; inde omnium motuum, quibus animus cum corpore perturbatur & excruciatur, quoties ab ea ab ipsi nos patimur & transuersos agi, primo nobis examinanda suscipietur. Huius itaque tales sunt effectus, vt sapientissimos quosque, nec non fortissimos duces, nullis bellorum æstibus aut machinis territos, inuadat & concutere soleat, imo expugnet & prosternat: acutissimos reddat stupidissimos, & qui iudicio pollent, dementet: prudentissimos ad insaniam redigat, moderatos effrænet, denique hominem in brutum commutet, cuius porro tantæ vis est, vt quos aggressa est, in desperationem præcipitet, ac manus sibi inferri miserando aspectu cogat: homines belluis immaniores efficiat, quas ad mortem ruere voluntariam nusquam animaduertemus, vt alias sui generis vnguibus aut dentibus dilacerare.

Sicuti Circe, hominem in pecus: Ita amor virtutē in vitium vertit.

Quemadmodum autem illa venefica Circe à Poetis tam decantata fingitur eos, quos ad se intromitteret, non tantum effascinasse, mente & iudicio priuasse, sed etiam in fædissima bruta, porcos nempe, turpissimum animal conuertisse: Sic quos rapit insana illa cupido, de statu mentis deturbat, à studio & cognitione virtutis auocat, omnem illorum fortitudinē infringit, corporis robur eneruat, functiones animę omnes interturbat & oblædit, ad ōne vitiū omnem q; turpitudinem præcipites agit, deniq; ex hominibus bruta animalia effingit, vt iure voluptatem alteram Circen dixeris.

Morbi ex Venere quot & quanti.

Si morbos ex amore prodeuntes spectemus, corporis & animi mollitiē parit, languores, lipothymias, syncopes, paralyses, cruditates, omnis generis arthritides, vigilias perpetuas parit, omnē treptices facultatem & oeconomiā vitiat, vt subtumidi, pallidi, liuidi, huiusmodi homines, omni vegeto destituti colore cōspiciantur: quin & luē illā veneream tam famosam, lepramq; qua totum corpus in frusta putrida soluitur, progignat; qua ratione Circæos porcos fæditate superat. Hæc sunt ornamenta, illæ dotes, quibus satellites suos ac milites voluptas exornat: quas tamen præ amoris insania parum reformidant, aut nihili potius faciunt.

Attamen vt à deprauatis eiusmodi cupiditatibus & perturbationibus iuniores auertamus, & Medicos etiam erudiamus, qua ratione

tione fons ille mali exhauriri ac exsiccari posit, exempla quædam subiiciemus illustrium quorundam virorum, quibus saniores & prudentiores doceantur, ex aliorum deformitate mentem ab eiusmodi inquinamentis, prauisque cogitationibus abducere. Solent enim aut debent lapsus aliorum, & infelices malè institutæ vitæ euentus, alios terrere, qui eadem vestigia sequantur: quique luto inter gradiendum immergitur, comiti suo meliori incedendi via autor esse debet. Alioqui non careat ille reprehensione, qui periculum sibi imminens non defugiat, iusteque imprudentiæ ac temeritatis arguatur, qui alieno exemplo non sapiat.

Salomonis amor illegitimus.

Vt igitur ostendamus, vel sapientisimos etiam veneno hoc amoris infici, occurrit primo sapientis illius Salomonis insigne exemplum de quo dicere supersedebimus, cum ex sacris scriptis illius historia omnibus satis elucescit. Cuius tamen exemplo pius quisque monebitur, vt ab eiusmodi illecebris auertatur: ne forte, quem audiuit tot virtutum donis, tantaque sapientia instructum, turpiter tamen prolapsum, imitetur, neue idem ipse inferioris longe cōditionis, & leuioribus ac nullis propè munitus præsidiis, periculum lapsus incurrat, aut grauiora peccata committat: sicque Dei gratia spoliatus grauissimum æternæ mortis subeat supplicium.

Marcus Antonius Cleopatræ.

Præter hoc aliorum etiam sagacis ingenii virorum sequuntur exempla, qui licet fortitudine præstantes essent, hoc isti veneno & rationem & virilitatem amiserunt, & prorsus enerues & effæminati facti sunt. Testatur hoc Marcus ille Antonius vir prudentia singulari præditus, qui Cleopatræ nimio amore incensus, insana etiam eiusdem suscepit studia ac consilia, nihil non imprudenter, leuiter, ac negligenter tractauit, aut deinceps aggressus est, quod laudem meruerit, & famam ei conciliarit. Totus enim in eo erat, vt in amasiæ suæ sinu & amplexibus viueret, eiusque fascino & incantationibus vsque adeo illaqueabatur, vt nulla habita ratione periculi vel dedecoris, vnam Cleopatram & spiraret & loqueretur, vt scribit Plutarchus in eius vita: cuius demum vtriusque infelicissimus ac summe miserandus secutus est vitæ exitus.

Exemplum Herculis.

Quid ergo Herculem in medium producam, communem orbis humani ἀλεξίκακον, monstrorum domitorem, totiusq; fortitudinis speculum?

Ille amatorio Omphales veneficio infælix succubuit, & robur in fœmineã mollitiẽ, laborem in luxũ Martemq; in delicias muliebres, appensam lateri colo cõmutauit. Deliramenta fortassis putas? Intueamur quid de fortissimo illo & robustissimo Samsone scriptum reliquerit sacra historia, quem alioqui inuictum vna mulier, quam deperibat, emolliuit, & tanquam pecudem citra vim ac repugnãtiam in manus hostium tradidit.

Samson.

Lucius Vitellius.

Signatur Lucius Vitellius, Vitellii Imperatoris pater (vt scribit Suetonius) strenuus, ingeniosus ac prudens, qui turpis & infamis libertinæ cuiusdam amore irretitus vsq; adeo fuit, vt nihil non homine indignum patraret: quippe qui inter cætera scorti vilissimi saliuã cũ melle inillitam comisceret, quo tanq̃ summo balsamo instaurãdæ vitæ opportuno, arterias & guttur crebro, idq; publicè, abiecto omni pudore, ad gratiam eiusdem aucupandam perfunderet.

Mirum vtiq; est vsq; adeo homines mente & oculis excæcari, vt quam incurrunt ignominiam ac infamiam, nequeant percipere, ego idcirco amorem depingi cæcum existimo. Si enim oculorum luce frueretur, suæ ipsum infamiæ puderet. At eiusmodi venerei ac lasciui homines oculorum lumine perstricti sunt, quod citatum modo exemplum satis ostendit.

Qualis porro iste sit amor, docere nos voluit Æsopus in quadam suarũ fabularũ, cũ dicit, omnes animi affectiones ac pturbationes ad effingendũ formandũq; amorẽ cõcurrere. Irã nẽpe, metũ, tristitiã, gaudiũ, mãsuetudinẽ, acerbitatẽ, æmulationẽ, diffidentiã, & demũ reliquas õnes, inter quas pudor vnus & verecũdia desiderantur.

Repetamus cursum nostrum doceamusq; ingenti illo amore instar pecudũ homines hebetari, nec solũ molles ac effæminatos fieri, q illis adhærẽt, at demẽtiores õnibus õnino lymphaticis reddi, vt sępè etiã sese pcipites agãt, ac crudelẽ vitæ suę laniẽnã exerceãt. Huius generis mõstra fuerũt Phillis, Iphis, Hæmon, Sappho, Biblis, Calluce, Phædra, Timagoras, Zidica, quibus mors à seipsis illata, quod insultus tantæ perturbationis ferre non possent. Hisce nonnulla etiam, quæ nostris temporibus euenerunt, exempla apponemus.

Galeazius Mãtuæ Dux.

Galeazius Mãtuæ Dux Patauii degens, iussus à puella, q̃ deperibat, vt sese in fluuiũ pfundũ & ingentẽ cõiiceret, admissis statim generoso

neroſo equo calcarib⁹, ſe in flumẽ pcipitẽ dedit, vt illi morẽ gereret, poſito õni mortis terrore, cũ tamẽ vel ſola facti recordatio, lectioq; ſanæ mentis hominẽ percellat, & in quendã veluti horrorẽ cõiiciat.

Aliis porro huiuſmodi amore captis vel ſola amaſiarum iactura vel abſentia mortem ſtatim præ deſiderio intulit.

Simile q̃d nobis exemplũ ſuppeditat nobilis q̃dã Gallus iuvenis, nõ minus ſtrenuus, q̃ õnibus gratus ex familia Alegriorũ oriũdus, q cũ ingẽti amore Mantuani Ducis filiã ꝓſequeret̃, ab eadẽq; viciſſim coleretur, cumq; ei forte veneno infectum pomum ac deleterium, q̃ in ſui perniciẽ inſcius ab alio acceperat, obtuliſſet, & ex eius vſu extremos illam ducere ſpiritus animaduertiſſet, deprecatus primo culpã extremo animi dolore perculſus, in ſinu eius nõ ſine ſuſpiriis ac lachrymis animam prior exhalauit; quem ſtatim illa ſecuta eſt comes. Hinc quam potens ſit amoris vis liquet, qui omnem napellum, arſenicale venenum, & quoduis aliud deleterium, quo potuit pomũ intoxicari, noxæ promptitudine, & exitii celeritate ſuperet. *Nobilis iuuenis Gallus amore periit.*

Aliã hiſtoriam amoris impetũ mirificè referentẽ petere licet ex Euryalo quodã equeſtris ordinis, & comite Sigiſmundi Imperatoris Auguſtano, & Lucretia Sienenſi puella ab eodem adamata: quorũ ardor & flãma pauco temporis curriculo vſq; adeo increuit: vt cum Euryalo, diſcedente Imperatore, abeundũ eſſet, diſceſſumq; ſui Euryali & longũ vale ferre nõ poſſet Lucretia, ex deſiderii vehemẽtia, repentina morte paucas poſt horas concidit. Cuius mortẽ cum audiſſet Euryalus eundẽ vitæ exitũ ſubiiſſet, ni recreatione amicorũ, & ſalutaribus cohortationibus fuiſſet reſtitutus. Nec tamen per totam vitam deinceps mærorem illum excutere, vel vlla animi hilaritate, at ne riſu quidem oblectari potuit. *Hiſtoria de inſigni amoris vi cuiuſdam Euryali aliorumq;.* *An. Sylv.*

Quin & prodigioſi huiuſce amoris effectus eo vſq; prouecti ſunt, vt non tantum amatarum mulierum illecebræ excæcent, & homines ſibi addictos intellectus luce priuent, ac poculis amatoriis eoſdem fortius pellicere, ac prorſus ſubigere ſibi ſtudeant, quod ſi ſecus contingat, inſanæ illæ mulieres prorſus contabeſcunt, aut furiis agitatæ vitam ſibimet eripiunt.

Caligula vſq; adeo ab vxore ſua Ceſonia amatorio poculo infectus eſt, vt nullã poſtea, nec animi, nec corporis ſanitatem ſit conſe-

cutus Cornelius Gallus, tempore Augusti Ægypti præfectus, simili potu furiosus redditus, ac prorsus mente priuatus est, vt testatur Eusebius in suis Chronicis.

Idem scribit de Lucretio Poeta, quem ex simili poculo ab vxore Lucilla propinato (vt nonnulli volunt) tantis furiis agitatum fuisse dicit, vt tandē suis ipsius manibus sibi mortē consciuerit.

Hieron. in Rufinum. Idem ex antiquissimis & præcipuis Doctoribus quidam his verbis confirmat. Liuia, inquit, virum suum interfecit, quem nimis odit: Lucilla suum quem nimis amauit. Illa sponte miscuit aconitum: Lucilla decepta furorem propinauit pro amoris poculo. De eodem quoq; extat illud Politiani in Nutritiis.

Hic, qui philtra bibit, nimioq; insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.

Sunt, qui scribunt inter præcipua amatoriorum poculorum pharmaca Hippomanes recenseri. Vtvt sit, nihil moror, hoc tantum adiiciam, eiusmodi pocula ad illiciendum amorem spectantia planè esse Diabolica, ac nomine Christiano indignos esse habendos, qui iis abutuntur.

At scelerati quidam sunt alii, qui longius progrediuntur, quos certum est intoxicatis annulis, aliisque id genus artificiis, quas depereunt, sibi irretire, vt omnem illis pristinam libertatem prorsus eripiant, easque sibi velut mancipia deuinciant.

Quæ quidem ὡς ἀδύνατα existimarem, nisi frequentior vinciendæ ligæ, siue ligandorum ac eneruandorum genitalium abusus certis quibusdam incantatoriis vocibus insusurratis, satis superq; horum scelerum fidem faceret. Accedit huc veterum authoritas, qui subindè scriptis suis amatoriorum poculorum, philtrorum, annulorum, characterum, imaginū cerearū, & similiū, mentionē faciūt.

Quid enim aliud Pharmaceutria Theocriti & Vergilii per hos intendit versus.

Limus vt hic durescit, & hac vt cera liquescit
Vno & eodem igni, sic noster Daphnis amore.

Quidue Dipsas illa Ouidiana hoc Disticho.

Devovet absentes, simulachraq; cerea fingit:
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Quid

Quid deniq; Canidia Horatii, poculum Circes, Asinus aureus Apuleii, aliud, quam mera philtra & incantamenta amatoria innuunt? Græcis enim & Latinis his nihil olim fuit familiarius, nihil solemnius. Sed authorem horum Diabolum esse quis non videt? Merito igitur ex Iurisconsultorum, tam priscorum, quam recentiorum sententia, grauia in eos decreta sunt supplicia, quicunq; his poculis & philtris, in amore potiundo, sceleratè vtantur.

Hæc insuper confirmant quidam ex Ecclesiasticis Doctoribus, inter quos est Nicephorus lib. 5. c. 27. de Amoribus. Cypriani adhuc Ethnici & S. Iustinæ Christianæ: Et Epiphanius de Gnosticis, qui primi hæretici publicis scholis magiam, & artem sortilegiorum ad amorem conciliandum, professi sunt. *Historia Cypriani & S. Iustinæ.*

Deniq;, vt quæ à nobis hac de re dicta sunt, luculentius declarentur, historiam recensebimus mulieris istius tantopere à Carolo Magno adamatæ, cuius etsi vita defunctæ longo post tempore fætidum cadauer Imperatoris cubiculum vsque adeo inficeret, vt nemo fætorem sustineret: vnus tamen Imperator non tantum non exosus est, sed tanquam suauissimum odorem violæ Cypriæ, aut rosæ Maio mense florem explicantis odoratissimum retinuit. At primores Imperatorii senatus, cum apud Imperatorem nihil promouere possent, vt studium illius ab hoc cadauere auocarent, cogitarunt id citra incantationem & veneficium fieri non posse, atque idcirco huiusce sortilegii causam peruestigarunt, quam tandem compererunt in annulo aureo sitam, ori incantatricis istius imposito, vt sibi post obitum etiam Imperatorem deuinciret. Quo in ore eius deprehenso & amoto, desiit repente sortilegium, ita vt domum liber Imperator, & ad sanam mentem reuocatus, vbi cubiculum suum ingressus est, nedum obturatis etiam naribus tam tetrum putridi cadaveris fœtorem pateretur, quinimo statim pedem reuocauit, magnoque clamore cadauer illud asportari illico demandarit. Quid porro huius annuli asseruatori postea contigerit, quandiu ipsum retinuit, & donec eo loco abdidit, vbi reperiri non posset, vt hoc fascino plenè Imperator liberaretur, ex historia ipsa disci potest. *Carolus Magnus amore effascinatus.*

Præter.

Præter autem eiuſmodi incãtationes, veneficia, manias, furores, ſtupores & amentias, quas perturbatio iſthæc vel præclarioribus animis, ſanioribus ac conſtantioribus inducit, quibus præterea, Deus bone! ægritudinibus, iisq; grauiſſimis, quarum cauſæ abditæ ſunt, corpus conflictatur, ad quas propulſandas celeberrimus ac prudentiſſimus Medicus, vtiq; inprimis neceſſarius eſt.

Quot puellæ, mulieres, adoleſcentes, viri maturæ ætatis, ſenes, plebeii, nobiles, humiles, potentes (cum cæcus amor nullius conditionis aut ordinis hominum rationem habeat) hac tyrannica crudeliq; e ſeruitute, cum animo, tum corpore contorquentur, omni quiete ſpoliantur, proſtratum habent edendi bibendique appetitum pallefcunt, emaciantur, contabeſcunt, ac præ deliquiis ac virium proſtratione quaſi morbi alicuius grauitate oppreſſi, perpetuo decumbere cogantur. In horum curam ſi accerſantur Medici, ii ex pulſu frequentiore, vrinarum rubore, perpetuisq; vigiliis, & animi anxietate aliisq; ſignis cõmemoratis, ſtatim iudicabunt morbum vel cachexiam eſſe, aut lentam aliquã ægritudinem, ſymptomatibus, prædictis conſentaneam: hinc hæc vel illa remedia præſcribent, ſanguinis miſsionem imperabunt, benignam aliquã purgationem aut vehementiorem præcipient: vſum lactis ſuo tempore, & dulcia balnea adminiſtrabunt: nec omittent revulſiones, deriuationes; ſectiones venæ ſaphenæ in puellis ſuos menſes nondum emittentibus, aut iam ſupreſſos habentibus; condita cordiaca ac obſtructiones reſerantia, nec non optimam viuendi rationem præſcribent. Sed fruſtra hæc omnia, cum ſpiritualis morbus corporeis auxiliis non iuuetur. Hic Medici ſcientia, induſtria, experientiaq; requiritur: hic certa cognitio cauſarum morbi deſideratur.

Summa Hippocratis prudentia ac ſolertia.

Id ipſum ſua ætate venerandus ille Medicorum Coryphæus Hippocrates prudentiſsimè ac ſolertiſsimè aſſecutus eſt, cuius ſcientia ac fama per totam Græciam diffuſa Perdiccæ Macedonum Regi inprimis innotuit: à quo Chronico & graui morbo detento tandem in auxilium euocatus eſt. Is vero cum ad Regem, vna cum Euriphonte ſocio natu maiore perveniſſet, & morbi regii naturam accuratè eſſet rimatus, certiſsimis ſignis deprehendit, morbum eſſe ſpirituale͂, non corporeum, eumq; ex perturbatio-

turbatione aliqua animi foueri. Ex debili enim & languido eius pulsu, ad aspectum cuiusdam Philæ patris concubinæ sese prodeunte, quam amore occulto deperibat Perdiccas, cuius tamen non audebat flammam aut indicium aperte, radicem morbi, quo sensim indies conficiebatur, agnouit, agnitaque pari industria curationem adhibuit Hippocrates: si quidem Philæ affectus causam explicauit, monuitque, vt Regem seruaret, suauibus Perdiccæ oculis, & familiaribus colloquiis adblandiretur, & animum illius recrearet: ex quo factum est, vt pristinæ mox valetudini sit restitutus. *Suran. in vita Perdicca.*

Aliud subsequitur exemplum priori haud dissimile Antiochi Stratonicis amatoris, qui quod improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus ita contegebat præ dissimulatione, vt pater Seleucus mœrore prostratus, de solo vnici filii obitu cogitaret. Hanc tamen desperationis nebulam Erasistratus Medicus sua discussit prouidentia. Cum enim iuxta Antiochum sederet, & eum ad Stratonicis ingressum & regressum varios animi & corporis motus subire animaduerteret, morbum illico deprehendit, & patri exposuit, qui charissimam sibi coniugem filio cedere non dubitauit. Magna certe fuit illustrium horum Medicorum in curandis istis principibus solertia & ingenium, licet turpissimo morbo turpissimum quoque remedium, scortationem nimirum & incestum in medicamentum præscriberent. Verum Ethnicorum Medicorum fuerunt hæc præsidia, quæ à Christianis prorsus reiicienda sunt, aliaque æquiora eiusmodi malis citra maiestatis diuinæ offendiculum peruestiganda ac administranda sunt. Quæ quidem abunde suppetunt, tamque salutaria opportunaque huic malo, vt ægri potius, quã Medici culpa, curationem perturbet. *Erasistrati prudentia Plutarch. in vita Demetrii*

Primum autem vniuersaleque remedium, quod in hac affectione, aliisque id genus morbis præferendum est, & præscribendum, auxilium est diuinum à Deo tanquam supremo Medico exorandum: cuius potentiæ, gratiæ, & benedictioni, quiuis Medicus, seque suaque remedia committere debet, à quo vires suas mutuetur. Præterea facinoris indignitas apud eos, qui turpibus ac violentis affectibus rapiuntur, insaniaque mentis audacter exaggeranda & oculis subiicienda est, vt morbi periculum ad *Remediũ optimum ad affectiones animi.*

Qq mor-

mortem inclinantis apprehendant, ac iudicia Dei acerba in se reformident, cælesti beatitudine in æternum carituri. Atq; sic veri ac fidelis Medici fungitur officio ille, qui in grauibus eiusmodi morbis, periculosos ac infelices eorum exitus libera prædictione ægris exponit. Vnde sæpe accidit, vt ægre, periculi metu proposito, sibi melius consulant, Medici monitis ac præceptis alacrius obtemperent, felicemq; morbi euentum experiantur.

Huius vniuersalis remedii, plane diuini, pharmaca è cœlo nascuntur, solusque Deus ea suggerit administratque, suaq; benedictione & gratia beat, si precibus ab eodem efflagitentur.

Particularia porro sunt alia remedia, quæ ex Medici scientia pendent, tanquam Dei in hoc negotio ad restituendos ægros ministri ac famulantis.

Inter alia priuata auxilia norma est viuendi, à qua in omni alio morbo etiam Medici suas curationes solent auspicari, vtpote quod supremum sit malorum remedium. Quæ vero omnium sit in hac affectionis violentia, congruentissima ac tutissima diæta, Pythagoricam vtique censeo, siue parcam & sobriam: aut eam, quæ *Schola sobrietatis.* à Lycurgo arcta & laudabilis Lacedæmoniis instituta est, quam sobrietatis scholam vulgo in Græcia vocabant. Imperandum est igi- *iusculum nigrum Regum Spartanorum.* tur illis in condimentum aut restauratiuum iusculum illius gentis nigrum, quo Reges ipsi, in gratissimi saporis ferculum, & tanquam delicatissimo vtebantur: sed non nisi fame prius, ex laboriosa exercitatione corporis obsonata, citra quam ingratissimus erat cibus, & plane nauseabundus, cuius rei testis est Dionysius Tyrannus.

Optimum condimentum. Optimum enim condimentum est fames. Aut præscribenda est illis vulgaris illa captiuorum, qui non sunt soluendo, diæta quæ pane & aqua parcissimis constat. De qua vt querantur, nullo *Xenophon in cyropæd.* iure fieri potest, cum vel hoc victus genere Imperator ille Cyrus, nullo modo ad id adactus, contentus degeret. Interrogatus enim semel à quodam ex suis domesticis, quid sibi in cænam parari vellet, nihil præter panem, inquit, mox enim ad fontem cænabimus.

Hæc igitur viuendi ratio perparca & sobria, mirum in modum

dum huic perturbationi animi conducit. Sine Cerere enim & Baccho friget Venus, ad quam exercendam proni ſunt, qui otio torpent, vnde illud,

Quæritur Aegiſthus quare ſit factus adulter
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Hæc, inquam, arcta abſtinentia, (famis germana comes) quam amantibus imperamus, ex formulis remediorum Cratetis Thebani petita eſt. Eam enim illis indicebat, qui hoc morbi genere torquerentur. Tria quippe proponebat, vt potiſſima & ſuprema, in huius mali curationem: λιμὸν, χρόνον, βρόχον, famem, tempus, & laqueum. *Laertius lib. 6. c. 5.*

Nam cum luxus ſit præcipuum amoris alimentum, huic medetur fames & abſtinentia. Sin aliter, tempus omnia tollens, aut certe mitigans, illum leuat. Quæ ſi nihil prodeſſent Ethnici iſtius damnanda ſententia ſupererat, laqueus, vt morbus extremo remedio finiretur. *Tria amoris remedia.*

Reſtat adhuc particulare quoddam & vltimum huiuſce perturbationis remedium, vt eiuſmodi ægri exemplis doceantur, quibus infelici aliorum exitu propoſito, dedecus & mentis perturbationem vitare diſcant. Magnopere enim exempla aliorum nos mouent, vt merito dicatur à Poeta,

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Quod ſi hæc carent aculeis remedia, alia via ſuppetit, vt exponamus torſiones, dolores, putredinem, fætorem, luem veneream, cancros, vultum ac totum corpus virore ſuo depaſcentes, & id genus alia ſymptomata, quæ ſine funere perpetuum funus indies minantur, ac cruciatus inauditos ipſa morte ferociores eiuſmodi ægris pariunt.

Denique proponenda ſunt eis horror, turpitudo, infamia, dedecus ex tam fætido naſcentia affectu, nihilque præter miſerandum ac calamitoſum ſtatum eiuſmodi hominibus promittentia: quidquid ſibi ſpecioſum & delectabile ſinguli imaginentur.

Non alienum fuerit ab hoc propoſito, duo præclara experimenta & curationes, in gratiam quorundam amore inſano perditorum excogitata, hoc loco breuiter perſtringere.

Hypatiæ exemplum. Prius est Hypatiæ Heroina, quæ præter corporis insignem pulchritudinem tantis animi & ingenii dotibus ornabatur, vt eruditione ac doctrina præclara sui seculi ingenia superaret, publiceque docendo magnam famam consequeretur. Ea cum à quodam discipulo perdite adamaretur, eiusque cruciatus agnosceret, nolletque (ne in desperationem iuuenis incideret) acrius reluctari, & postulata acerbius repellere, excogitauit lene congruumque remedium, quo illum à suo fascino liberaret: Siquidem cum eum agnosceret alias prudentem, & rationi facile morem gerentem, hoc artificio vsa est, vt linteamina multa congesta, menstruis & sanie sordidata illi exhiberet: nec non sublata veste, pudenda tota sanguine madentia oculis eius subiiceret, quo turpitudinem ac fœditatem rei tantopere amatæ auersaretur suique ipsius puderet. Adiecit simul hæc verba: Istud quidem adamas Adolescens; nihil autem pulchrum. Hinc factum, vt præ pudore indecoræ demonstrationis ille *Suidas.* erubuerit, flammasque remiserit, ac modestior deinceps factus fuerit.

Raimundi Lulli exemplum. Posterius est Raimundi Lulli, qui cum adamaret elegantem mulierem, eiusque amoris fructum decerpere magna importunitate contenderet, diem habuisse ab ea dictum commemoratur, qua ipsam adiret. Accessit Lullius, cui illa cum sinistram mammam explicasset, & fœdissimum vlcus cancrosum palam exhibuisset, à quo propemodum tota pars illa depasta erat: hoc tam turpi & abominando spectaculo territus Lullus, præsens suæ insaniæ remedium expertus est. Hac enim ratione factum, vt impudicus illius amor, in castam amicitiam transierit, studiumque suum totum in curationem vlceris Christiana charitate ductus contulerit. Hinc occasionem captauit peregrinandi, cum magnis ac doctis viris versandi, ac Philosophiæ Chymicæ sedulam operam nauandi, vt medicinam vniuersalem inuestigaret, quam consecutus mulierem illam integræ valetudini restituit.

Tempus est, vt huic venereæ perturbationi finem imponamus, de cuius natura, origine & caussis, cum internis tum externis, iisque, quæ ad curationem eiusdem pertinent, fuse satis disseruimus.

Verum

Verum antequam finem attingamus, monebimus, nos hanc effrænem libidinem iampridem ad viuum expressisse in Doricis nostris cantionibus, vbi veri sanctique amoris discrimen ab adulterino fœdoque ostendimus.

Expressi adhuc accuratius hunc ipsum amorem, imo furorem, primo magni speculi mundi à me editi libro, per hanc antithesin, quod Deus sit benignus, mansuetus & amoris plenus, vbi amorem Deo proprium & genuinum, qui vnus, verus & rectus est amor, à nostro segrego, qui nullo moderamine fertur, in obiectum concupiscentiæ, mutationum momenta & interualla, contrariosque motus ac discordes semper subiens, nulla certitudine ac constantia veræ charitatis nixus, cum vnum & idem in Deo sint amor, constantia amoris, & charitas, vt dilucide paucis versibus perscripsi. Nostri est igitur officii petere à Deo, vt vera ipsius charitatis erga nos cognitione imbuamur, dictoque amore ad ipsam totis animæ viribus feramur, vt Deum perinde amemus, prout ab illo vicissim diligimur. Quod potissimum est aduersus effrænem hanc affectionem remedium: **Nunc de Ira.**

Inter morales Philosophos, qui animæ affectiones descripserunt, non infimo loco Seneca & Plutarchus annumerantur. Qui quidem vterque videtur de industria recreasse ac laxasse animum in describenda & ad viuum efformanda ira, vt ex eius genuinis lineamentis hanc tam portentosam belluam omnes detestentur, quæ cornibus, dentibus, angulis, aspectu truculento, & immani ferocia, minax & terribilis est. *Ira.*

Nobis igitur illi animæ iram repræsentant, tanquam alteram Megæram furiosissimam, truculentissimam, audacissimam, crudelissimam, ac summe omnibus terribilem, radices in se & scaturigines seditionum omnium, turbarum ac tumultuum continentem, litium, bellorum, homicidiorum, excidiorum, euersionum, ac omnium malorum abyssum; tempestatem, diluuium, ignem, machinam, tonitru ac pestem, inundantem, submergentem, arentem, diruentem, fulminantem, inficientem, occidentem, ac omnia euertentem: homines, quos inuasit, ad omne sceleris genus præcipites agentem, è qua innumera alia stupendaque, tum in corpore, tum

ſpiritu contrahuntur. Denique ſcelerata illa eo vſque improbitatis & nefandæ malitiæ procedit contagio, vt non tantum illos in belluas & tigrides immaniſſimas, ſed in dæmonas quodammodo transmutet.

Hic effecta tigridis iſtius ſiue calamitates, quas hæc furia in orbem immittit, non eſt noſtri inſtituti ſigillatim explicare, ſatis eſt quod in genere proprietates eius idque paucis & obiter attigerimus. Quæ tamen illa homini procreet incommoda, quod in illum ius & imperium habeat, quoſque effectus progeneret, paulo latius explicabimus, vt inueſtigatis cauſis, effectis, vt par eſt, medeamur, prout præcipuæ noſtri officii partes poſtulant.

Atque vt inprimis hanc tam effrenem & teterrimam belluam ſuis delineamentis, tam intus, quam in cute depingamus, irati incompoſitum inceſſum & actiones obſeruemus. En quanto faſtu, & quam truci ore ſuperbaque corporis agitatione, modo huc, modo illuc voluitur, ac circumfertur, quam varie modo erubeſcit, modo palleſcit: cubitis quicquid occurrit hinc inde propulſat atque diſiicit! En vt à ſua ipſius vmbra etiam exacuitur, quam ferre nequit placide: vt voce tremula: modo alta, modo depreſſa ad bilis agitatæ modum aut quietem intonat! En vt labia commordeat, pectus pugnis verberet, crines indignabundus vellicet, in quos citra rationem inuolat, inſtar canis in lapidem ruentis, quo ictus eſt! Si acrius ac propius ira percitum intueri voles, & os eius circumſpicere, in quibus omnes iræ proprietates tanquam in ſpeculo eluceſcunt, omnis perturbationum generis notas in illo ſæuire videas: vt rubore & ferocia ſcintillet, vt ruffis maculis leopardi inſtar vbique ſcateat: vt igneis tedis micantes oculi truculentiam minentur, vt capilli colore bouini in Maurorum ſpeciem arrigantur & criſpentur. Denique in ea ſæua perturbatione animi nihil non horrendum & monſtroſum cernere licet. Ac forma illius, quam deſcripſimus, primis iræ motibus tantum congruit, videturque ſuauis ac benigna, ſi cum paroxyſmo illius impetuque comparetur.

Tunc enim illa infernalis Megæra, vinculis ſolutis rabiem totam exerit, non vno flagello ſimplici contenta, ſed cruenta

tu-

tumentem vna, incensam tedam altera manu intentat, illius brachia reducta veste, nil nisi cædes & sanguinem minantur: apertum pectus fastuose explicat: auras ictibus quasi serio præliians diuerberat, modo huc, modo illuc circumagitur, quin & horrenda voce, ad arma & cædes, ad sanguinem & ignes furiis omnibus agitatur, ac ferro igniqué se vastaturam omnia comminatur, vsque adeo insolens illa rabies, omnibus modis truculentam & atrocem belluam refert.

Altera est iræ species superiori prorsus opposita, quæ laudabilis ac iusta dici potest, ardentissima videlicet æmulatio, Zelus, aut feruens studium omnes in officio continendi, & in gyrum rationis reuocandi, qualis est acerba reprehensio & minæ, quibus pastores gregem suum territant, vt in officio erga Deum ipsum contineant, aut lapsum & deuium erigant, ac in rectam viam reducant. *Zelus seu æmulatio omnes in officio continendi.*

Sic pater iusta commotione fertur in pertinacem filium, qui à vero tramite digreditur, dum peruicaciam eius castigat. Sic Dominus seruum, & præceptor discipulum stomachose increpant.

Hac ira Philosophus ille corripiebatur, qui cum in peccantem seruum excandesceret, moderamine & fræno suum furorem coercuit his verbis: Ni, inquit, iratus essem, multis plagis vapulares.

Est & tertia iræ species, quæ intermedia est, vera animi affectio, passioque, quæ simul cum spiritu corpus diuexat, & variis modis conturbat.

Huius duæ traduntur species, quarum altera nihil putidi per ferens, statim erumpit, & virus conceptum euomit, vtcunque in iis laudabilis, qui fætidas aquas corde includi & foueri diutius damnant. *Iræ duæ species.*

Altera simulata est & ficta, quam longo tempore clam asseruari posse aiunt: interim tamen, quæ instar ignis cineribus sepulti se habet, quibus fouetur ac conseruatur sine vllo interitu, aut imminutione.

Etsi autem irarum hæ species inter se differre videantur, idq; subiecti ratione, varium temperamentum subeuntis, vt in melancholi-

cholico alia ſit iræ ſpecies,in phlegmatico & pituitoſo alia, alia in bilioſo temperamento : Harum tamen aliæ ſemper violentius animum perturbant, aliæ lenius, vt dictum eſt. Hæc voratilem ignem & Perſicum repræſentat, illa occulti cancri clam & ſenſim rodentis ſpeciem exhibet,cuius idcirco cura difficillima eſt.

Hanc vtramque ſpeciem priuatim tractandam ſuſcepimus, vtpote quæ veræ animi affectiones & ægritudines ſint, à quibus corporis noſtri functiones læduntur ac deprauantur,variaque morborum ac ſymptomatum genera procreantur, in quibus curandis apprime Medici opera deſideratur, ac neceſſaria eſt. Duobus autem vtraque inſtrumentis vtitur,manu & lingua: Siquidem præterquam, quod animus deſiderio nocendi exardeſcit, manus atrociter,non auras tantum diuerberant, ſed quemlibet occurrentem feriunt, & propulſant, famam & nomen ſcriptis proſcindunt,ac omne conuitiorum genus infeſto calamo congerunt,vt aculeos iratæ pennæ vel remotiſſimi quique perſentiant, & ferre cogantur.

Iræ vlciſcendi inſtrumenta.

Linguæ vitium.

Lingua non minus periculoſa & acerba, imo manu ipſa acerbior, omne veneni genus clam exerit, quod vix vitare quis poſſit, cum occulta ſint vulnera, nec facile perſpicua, à quibus caueri poſſit. Cuius ictus ſi minus aperte corpus feriunt, lethalia tamen vulnera animo infligunt, conuitiis, maledictis & horrendis execrationibus ipſum obruentes,vt iure parœmia inde nata ſit, nocentius eſſe linguæ, quam lanceæ vulnus. Ea enim ſi conuitiando, detrectando ac maledicendo incumbat, tum præſertim, cum bilis efferueſcit, tonantiorem vocem reddit, quam Colonienſis illius primarii & cathedralis templi organicæ fiſtulæ emittunt, follibus concitatæ, etſi ad earum ſonum aures obſurdeſcant audientium. Morales Philoſophi (inter alios Plutarchus & Seneca) ſatis ſuperque docent exemplis,quam varia & infinita mala ex linguæ procacitate, & effræni licentia irati & furibundi hominis oriantur, ſicut ex aduerſo ſummam virtutem ad ſocietatem hominum tuendam in ſilentio & taciturnitate collocant, vt ſcilicet longa ſit aurium attentio, breuis linguæ reſponſio : ſicque nihil vel pauca reſpondeantur.

Hæc igitur duo præcipua iræ inſtrumenta manus nempe & lingua,

lingua, nisi fræno & moderamine aliquo retineantur, iratum hominem & furibundum in grauissimos affectus & perturbationes præcipitem agunt, quæ si, vt par est, rite gubernentur, magno sunt homini auxilio & vsui: nec minus, quam reliqua corporis membra homini opportunissima & vtilissima Hinc tritus ille versus.

Nil melius lingua, lingua nil peius eadem est.

Absit igitur vt animum perturbatum sequamur, eique obsecundemus, cum in bene composito animo se lingua canendis Dei laudibus voueat, ad quas destinata est: Manus vero iis describendis, nec non piis omnibus operibus & charitati in proximum exercendis incumbat. *Manus & lingua vtilissima hominis instrumenta.*

Præter illa duo superiora instrumenta, quibus ira in acuendis suis effectis & producendis vtitur, ac sese patefacit, alia sunt eiusdem indicia eaque feruentes motus irati hominis certo præsagientia & aperte testantia. Siquidem eiusmodi homines iracundi multo fastu turgent, multa de se sibi pollicentur, & pauonum instar, cum mira oblectatione ac superbia sese circumspiciunt, sibi nimium blandiuntur & indulgent, præcipites, acuti & subtiles sibi videntur, parum tamen firmi, vt qui facile ad leuissimum verbum, vel toruum intuitum & inopinatum, stomachentur & bilem moveant, quibus omnia displicent & fastidium mouent, ad omnemque actionem & orationem exardescunt, illis ne quidem omnes Luculli coqui gratum ferculum condirent, neminem loquentem ferunt, etsi cum ratione ad deprehendentem aut contradicentem, sese solos celebrant, reliquis omnibus abiectis, ad quamlibet auram, aut nihili rem armantur, & querelas concitant. Eorumque animus vsque adeo delicatulus, leuis, sensilis, mobilis & omnium impatiens est, vt ex solo aliorum halitu offendantur, similesque prorsus arthriticorum fiunt, qui ante chirurgi manum admotam, iam de dolore conqueri & inclamare solent. Denique nullus non iracundus insculptas fronti trium charitatum loco gerunt, impatientiam, inconstantiam, & impietatem Dyscharides Eumenidas. Qui eiusmodi comitibus stipatus incedit, nihil non impium, crudele, truculentum admittit, omnique charitate spoliatur, cumque mansuetudo, pietas, cæteræque virtutes hominem lenem, *Iracundi hominis nota.*

benignum, constantem, lepidum ac μακρόθυμον reddant, contrariæ bilis & iræ affectiones hisce virtutibus ex diametro opponuntur. Vt autem impietas, & crudelitas charitati aduersatur, sic impatientia & inconstantia suos motus habent admodum feroces, vt non minus omnibus iniuriæ sint ac contumeliosæ, quam superiores. Ex hac igitur furiosæ bilis commotione, & continuis fluctibus, animus & spiritus primum agitantur, totum corpus concutitur, sanguis aliique humores incalescunt & conturbantur, ac inprimis ipsa bilis inflammatur, quæ stomachosis omnibus & iracundis imperat. Cum enim tota sit sulphurea, reliquis omnibus citius incenditur: inde ardentes nascuntur febres, & tertianæ biliosæ, inde pleuritides, omnesque aliæ inflammationes internæ ab eodem humore à suo temperamento excidente excitantur: inde varia porro procreantur mala, cum interna, tum externa, vt cholera, seu cæliacus aut iliacus morbus, qui tanquam sumpto antimonio per interiora & superiora expurgat, vt icterus croceo colore totum corpus inficiens, vt Erysipelas, ignes persici, serpigines, & nomica vlcera externas partes corporis instar lepræ depascentia.

Iræ incommoda quot & quanta.

Hæc idcirco in medium proferimus, vt conspicuum fiat, quanta & quam varia inde in corpus mala promanent, & morbis spiritualibus nascentia, qui vt plurimum ad mortem vsque ægros suos deducunt, quod in primis in hac furibunda affectione ex sequentibus exemplis videre licet.

Nerua Imperator.

Nerua Imperator valetudinarius ac ventriculi tanta debilitate laborans, vt crebro assumptum cibum euomeret, cum semel in quendam nomine Regulum excandesceret, tantum pectoris dolorem sustinuit, vt confestim febri exitiali, deplorataque correptus sit.

Valentinianus Imperator, Cuspinianus.

Idem Valentiniano Imperatori contigit, qui cum aduersus Sarmatas nonnunquam propter Illyriæ vastationem in prætorio sæuus intremeret, & vniuersæ genti excidium rigidus minaretur, sanguine irrumpente animam exhalauit.

VVencesslaus Bohemiæ Rex.

Simile quid de Wenceslao Bohemiæ Rege historiæ suppeditant, qui ira in pocillatorem suum percitus, cum interficere eum propriis manibus suis vellet, paralysi affectus concidit, & paucis

post

post diebus vita excessit. Quod vtiq; summe mirandum est, ab vna scilicet biliosa commotione, cuius natura feruentissima est, paralysim posse generari, cuius efficientem ac materialem causam, ad frigidam pituitam Medicorum vulgus euocat; quæ quidem causa naturæ bilis prorsus contraria est. *Cromerus. lib. 18.*

Si superent stomachosi homines, & furibundi illi Aiaces, huiusmodi exempla semper sibi animo versanda, & oculis perpetuo intuenda proponerent, vt à tam infælici exitu, & effectis crudelissimæ perturbationis sibi metuerent atque cauerent.

Sed alia præsentiora ac opportuniora habemus remedia, quæ in huius affectionis præcautionem & curationem adferemus.

Atq; vt à curatione ordiamur, primo notandum est, nequaquam spernendum esse malum, at sedulo prompteq; medicandum.

Vbi igitur vel leuissima iræ commotio percipitur, quod ex pulsus eleuatione & leuibus quibusdam feruoribus, qui temperamentum excedere, & à naturali suo statu deflectere testantur, cognosci potest, confestim, iuxta illud Poetæ,

Principiis obsta, sero medicina paratur.

Eiusmodi ignis aqua continentiæ à ratione sublimata & elambicata extinguendus est. Ad id suppetit exemplum Socratis, qui simul ac in se primos bilis istius igniculos persentiret, ad remedium conuolabat, quoque illa magis ad violentiam & acerbitatem erumperet, tanto moderatiorem, dociliorem ac pacatiorem animum, corpus sedatius ac compositius exhibebat, quod ore, oculis, gestu corporis & omnibus tranquillæ animæ notis satis superque testabatur, vt nihil deforme in ipso conspiceretur. *Summa continentia Socratis.* *Plutarch. in tractatione de ira.*

At quæret aliquis, qui in iracunda affectione aut irato homine eiusmodi sedatiuum ac illud contemperans papauer reperiatur? Si in cordis, linguæ, manuumque hortis mature transplantetur, colatur, foueatur, & sedulo educetur.

Quomodo enim transplantatione & cultu cichorea natura amara hortulani artificio edulcescunt: ita si colamus & alamus in nobis hanc contemperantiam, hoc est, si docilitati, mansuetudini, moderationi assuescamus, naturam nostram

alioqui agrestiorem & ferociorem cicurabimus, ac ita moderabimur, vt contrarias facultates ac vires conciliet acquiratque.

Vt hanc moderationem & temperantiam consuetudine sibi compararet Socrates, idque in omnibus affectionibus, quæ homini molestæ esse solent: cum acriori siti premebatur, non statim se àquis ingurgitabat, sed è puteo ipsi sibi sente hauriebat, quas super oram putei morari ac acquiescere diu sinebat, ne auidius quam decebat, biberet, qua ratione frænabat desiderium, vt immoderatis cupiditatibus eluctandis ac domandis assuesceret, naturam dociliorem sibi comparant, sibique tandem imperant, consuetudo enim (vt communi fertur prouerbio) altera est natura. Atq; hoc remedium ad prophylacticen huius affectionis partem pertinet & spectat. Hæc eadem moderatio & abstinentia tanta cura à Platone exculta fuit, tantasque ac firmas in eo radices egit, vt nulla iniuria, conuitiis, crudelitate, quibus à Dionysio Tyranno olim lacessebatur, à statu rationis vnquam dimotus fuerit, aut in excandescentiam, iramve quantumuis leuem eruperit. Hæc eadem virtus in eodem ipso Philosopho confirmatur, ac testimonio Plutarchi declaratur. Qui de illo fidem facit in tractatu, cur diuina iustitia scelerum pœnas differat. Cum enim ipse Plato semel seruum in culpa & graui flagitio deprehendisset, illico commotus & ira percitus baculum arripuit, quasi seruum eo cæsurus, sed ipso tamen momento sese continuit, nec vllum eius puniendi dedit indicium. Id cum quidam eius amicus demiraretur, qui cuncta peruiderat, & sciscitaretur cur baculum apprehendisset? Respondit Plato, ad iram propriam coercendam, quę extra rationis limites euagabatur, id esse à se factum.

Moderationis exemplum in Platone.

Eadem mansuetudo diuturna consuetudine à nobis comparata, certissimum nobis præbet in huiusce perturbationis præcautionem, auxilium, prout experientia veteres illi Philosophi didicerunt: & certam nobis huius rei fidem fecerunt, suo exemplo docentes, quosvis iracundos iisdem aut similibus in curationem sui mali vti posse præsidiis. Trita est vulgatisque illa Medicorum sententia, extremis morbis, extrema esse adhibenda remedia. Huic igitur morbo inter alios grauissimo, iræ nempe & furioso affectui, extremum

venenum hoc oppono, nouum tamen ac præsens remedium, Patientiam videlicet, quæ sit illius affectionis specifica theriacalis aqua, quæque à tam lethifero veneno mortales eripiat liberetque. *Iræ remedium patientia.*

Eadem patientia cordis nostri probitatem ac integritatem aperte testatur, monetamque nostram nequaquam esse adulterinam indicat, dum circa immunitionem aut immutationē sui tot istius passionis, eaq; violentissima, sustinet incendia, nosq; auro in fornacibus excocto similes reddit, quo quod pluribus ignibus probatur, eo purius, nitidius ac coruscantius emicat, naturamque suam magis ac magis retinet. Sic patientia nostra, dum variis exercetur malorum procellis, constantior & robustior redditur aduersus huius perturbationis feroces motus, palmamq; victoriæ magna cum gloria ex conflictu reportat. Siquidem palmæ ipsi plane respondet, quæ quo magis premitur, eo fortius attollitur, aut tympanum imitamur, quod fortioribus baculi ictibus percussum resonantius auditur.

Sed huius porro patientiæ ab Ethnicis ipsis excultæ elegantes effectus conspiciamus.

Aristippus Dionysii tyranni vitia semel increpans, illum in tantum bilis feruorem compulit, vt boni illius Philosophi faciem conspuere non vereretur, qui hac vera patientia instructus & probe munitus tantum abest, vt in iram prorupe rit, vt contra iniuriam sibi illatam ioco exceperit his verbis: Si piscatores, inquit, vt pisciculum irretiant, facile imbres aquarum perferunt, molestum mihi esse non debet, si in piscando rhombo parum humecter. *Mansuetudinis exemplum in Aristippo.* *Laertius lib. 2. in vita Aristippi.*

At ne eadem virtus aliis denegetur, & solis Philosophis asseruetur, qui omni vindictæ telo carebant, fuerunt & magni Principes non pauci, qui Philosophos imitati sunt, nec mediocri modestia & patientia armati fuerunt. In his prælucet Antigonus, qui cum tempore hyberno castra transtulisset in locum, vbi non esset rerum necessariarum copia, atque hac de causa milites quidam in Regem maledicta congererent, ignari ipsum esse in proximo, virga tentorii vela diduxit. Flebitis, inquit, ni longius semoti de me mala loquamini. Quid hac facetia clementius, aut quid hac clementia facetius. Simulabat se non indignari, quod male de ipso loquerentur, sed quod tam vicini, vt exaudiri possent ab eo, cui maledicebant. *Modestia Antigoni.* *Plutarch.*

Idem Rex cum nocte quadam quosdam è militibus suis audisset omnia mala ipsi imprecantes, à quo in iter præceps & inexplicabile lutum inducti fuissent; accessit ad eos, qui maxime laborabant, eosque inscios, à quo adiuuarentur, explicuisset: Nunc, inquit, maledicite Antigono; cuius vitio in has miserias incidistis, sed ei bene optate, qui vos ex ea voragine eduxit.

Cal. lib. 21. c. 28. Hanc ille solam vltionem repetiit ab interioribus, quos extremis poterat merito suppliciis afficere, vnde magna eius elucescit patientia, clementia, ac μακροθυμία, magnitudoque animi.

Quid porro de tam insigni patientiæ & clementiæ virtute commemorabimus, qua Philosophus Macedonum Rex fortiter aduersus multas grauissimas iniurias, conuitia & calumnias præualuisse dicitur, quas mirum in modum patienter ac constanter pertulit, variis in locis & temporibus, vt historiæ ipsæ testantur. *Plutarch. in Apophtheg.* Luculentum huiusce veritatis testimonium fortassis requirimus? Peloponnenses, qui multa magnaq; beneficia à Rege Macedonum Philippo acceperant, nihilominus dicteriis illum in Olympicis ludis prosciderant, & acriter in suis tragœdiis confoderant. Philippus re cognita, cum à quodam ex suis aulicis ad pœnas exigendas incitaretur, hoc consilium reiecit, & hæc verba addidit, Si tam prauo homines isti sunt ingenio, vt eos irrideant, qui de ipsis bene merentur, quid tum fit, si quid mali ab iisdem accipiant? *Philippi Regis Macedonum clementia.* Sic Rex patientissimus ac clementissimus prudens iniit consilium, cæterosque docuit maledicos non esse prouocandos, ne forté magis maledicant.

At quis non mirabitur simile eiusdem Regis responsum datum cuidam è suis aulicis Smicytho, Nicanorem vtique de Regia maiestate detrahentem ac calumniantem accusanti: Nicanor, inquit, Rex, non habetur inter Macedoniæ pessimos: Expendendum est igitur, num mea sit culpa, necne: Expendit Philippus negotium & animaduertit illum summa obrui inopia, spretumque ac obliuioni traditum, licet egregiam in bellis ante nauasset operam: iussit ergo ad eum splendidum munus comportari. Vnde nactus occasionem Nicanor, mutata sententia, Regis laudes vbique suis præconiis celebrauit. Hanc repentinam prædicationem idem Smicythus cum

eum ad Regem detulisset, hoc alterum responsum clementissimum accepit: Nunquid vides, (inquit Rex) in nobis esse situm vt bene aut male audiamus? Quo satis dicto declarauit, Regum & primatum beneficiis omnes homines ad benedicendum de ipsis obligari, & contra iniuriis ad detrahendum prouocari.

Simile quid legimus de huiusdem Regis erga Arcadem clementia, qui de illo vbique detrahebat, quem cum Rex semel excepisset clementius, & blandis verbis eum compellasset, additis simul exquisitis muneribus, Arcadem habuit suarum laudum per totam Græciam promptissimum & studiosissimum præconem. Qua in re Rex & patientiam insignem, & admirandam clementiam omnibus patefecit, simulque pessimos Arcadis mores hoc artificio correxit, qui scelere suo mortem promeruerat. Hac patientia & clementia doctiorem se Medicum præstitit, & salubriorem iis, qui capitis pæna hominem mulctandum, & de medio tollendum censuerant. *Plutarch. in tractat. de ira.*

Cæteris tamen præstat illud, quod de eodem Rege apud Antiquos legitur, quo singularem suam in Democharem declarauit mansuetudinem, qui ob nimiam linguæ procacitatem cognominabatur Thersites. Is cum ex numero legatorum ab Atheniensibus, ad Philippum missorum esset, ipsique iam dimittendi à Rege audirent, si quid posset in Reipubl. Atheniensis gratiam, se studiose facturum, statim insulso responso, & nimiũ audaci ac temerario Regis verba excepit Demochares. Tu, inquit, Rex rem ciuitati nostræ gratissimam feceris, si teipsum suspendio præfocaris. Quod tam indignum & atrox responsum pessime audiit apud cæteros legatos, qui non sine graui murmure ac indignatione hanc contumeliam Regi factam pertulerunt. Hos tamen blandissime, & citra vllam commotionem Rex compellans: Nunciate, inquit, Atheniensibus, multo superbiores videri, qui ob animi impotentiam eiusmodi dicteriis & sarcasmis non abstinent, quam eos, qui impune dici permittant, ac insolentiam talem facile concoquant.

Tam illustribus Philippi Regis exemplis adiicietur Pericles qui cum per integrum diem ab improbo & impudente quodam calumniaretur, vsque adeo conuitiis lacesseretur, vt ne in aperto *Exemplum Patientiæ in Pericle. Plutarch.*

qui-

quidem foro vbi Pericles de rebus seriis & Rempublic. spectantibus tractabat, iniurias & calumnias aduersus eum remitteret, sed publice in eum sine fronte debaccharetur, id tamen citra omnem bilem patientissime & constantissime tulit. Deinde vero cum impurus ille & sceleratus conuitiator ipsum Periclem, sub vesperam continuis calumniis domum vsque comitaretur & deduceret, Pericles lares ingressus iussit, nocte ingruente, tædam accendi, & à seruo detrectatorem tuto ad suos reduci, tantum hic abest, vt stomachosus in illum proruperit.

Quanta hæc sit & patientia & moderatio animi, omnibus notum est. Ab historiographis Pericles tanquam clementiæ, tēperantiæ & moderationis speculum proponitur, quod vel in ipso extremo vitæ halitu testatus est. Cum enim tunc temporis, qui ad illum accedebant amici, omnes egregia illius facta sigillatim enarrarent ac celebrarent. Obseruastis, inquit ille, totum vitæ meæ curriculum, & probe examinastis: At quod præcipuum & laudabile de quo glorior, hoc est, quod nemo atratus de me vnquam expostularit. Quibus verbis innuebat, neminem à se vnquam interfectum, cæsum vel aliquo modo læsum quem atrati amici desleuerint, quamdiu Reipubl. Atheniensis gubernacula sit moderatus: Proindeque nulla vnquam bile commotū, in aliquem inuolasse, sed patientiam, moderationem & clementiam semper exercuisse, quæ magnum vtique Principem decent & exornant.

Has si Ethnici tam studiose virtutes excoluerunt: Nos, qui Christianorum nomen profitemur, si illorum vestigia non sequamur, & ab illis superari patiamur, quantum dedecus & ignominiam merebimur, quos deceat longe maiore in perferendis calamitatibus constantia, & in iniuriis vindicandis clementia, tanquam θεοδιδάκτους præ illis ἀθεογνωμόνεσι esse instructos atque munitos? at cum secus faciamus, in eoque gloriæ nostræ caput positum falso censeamus, vt nullam impune feramus iniuriam, vel ipsa voce tenus illatam, per cædesque mutuas credamus honorem nostrum conseruari, qualem Christianismum iactabimus, qui Ethnicarum virtutum gloria superetur.

Valerius Maximus. Plura in hanc rem à me proferentur exempla, ni præstantiores

quippe

quippe historici memoriæ prodidissent; quanta Artaxerxes, Pisistratus, Leontychidas, & alii Principes in frænanda & coercenda aduersus iniurias sibi illatas ira, virtute præstiterunt. Quibus omnibus Christiana authoritate confirmatis, iterum atque iterum moueor, vt in posterum omnes maleuolorum & inuidorum voces, in me oblatrantium, flocci faciam, cum præsertim illorum semper iudicauerim contemnendam maledicentiam, quod non à iudicio, sed ab animi morbo, inuidia nempe virtutis semper inimica proficiscatur.

lib. 5. c. 1. Brusonius, lib. 1. c. 16. Plutarch. in tract. de ira. Erasmus. in Apophth.

Vltimum sequitur iræ remedium, cuius authorem & præceptorē laudo Athenodorū, quod idcirco à me profertur in medium, ne quid indictum in curationem tam exitialis affectus desideretur.

Athenodori consilium Imperatori datum.

Hoc præscripsit Philosophus ille Imperatori Augusto, cum ab eo esset discessurus ob ætatis & senii grauitatem, ad feliciter & sapienter imperii gubernacula moderanda. Tale autem fuit illud, ne quid cum ira & animi acerbitate vnquam gereret: In quam tamen si quacunque graui occasione incideret, caueret quicquam præcipere, quin prius numerum viginti quatuor literarum Græcarum digitis attente subduxisset, innuens meditanda esse otiose, nec præcipiti momento decernenda, quæ plus temeritatis, quam sapientiæ in Imperatore arguant.

Atque hoc remedium non ad latentes illas iras, inuidias & clandestina odia spectat: At biliosis & feruentibus furoribus opportunum est, qui bombardici pulueris instar vno momento incandescunt, & violentissimo impetu feriunt. Siquidem hoc temporis interuallo, quod alphabeticarum literarum enumeratio interponit, vt ad mentem redeatur, feruores eiusmodi iræ momentanei retineri ac coerceri possunt. Rationi enim conceditur tempus, quo omnia prudenter moderetur, & aqua clementiæ & temperantiæ tanquam specifico auxilio flammas illas & incensos motus extinguat atque cohibeat: Nunc de gaudio.

Quod Latini gaudium vocant, Græci χαρὰν quasi χέας ῥέων quod hilaritate cor diffluat & dilatatis meatibus Spiritus effundat ac expiret, vnde repentina oritur sæpe numero exanimatio. Hoc quidem gaudium vel internum est nullis notis extrinsecus se prodens,

Gaudium. Differentia gaudii.

& dicitur tacitum & occultum: vel externum, quod risu aut beneuolo ac hilari vultu grataque ac iucunda congratulatione, testimonia de se profert.

Causa gaudii. Nascitur autem gaudium diuersis ex causis. Aut ex commoditate & vtilitate, quæ nobis contigit, aut ex ea, quam futuram speramus, quæ proprie χαρὰ & gaudium dicitur, aut ex ea felicitate exoritur, qua fruuntur, vel quam morantur, qui nobis sunt amici quæ quidem ἐπιχαιρεαγαθία dicitur, id est gaudium ex rebus aliorum secundis, prout alia gaudii species est, quæ nascitur in nobis ex infaustis inimicorum successibus & infortuniis, atque hæc ἐπιχαιρεκακίας apud Græcos nomen habet.

Huius gaudii apud Suetonium leguntur affectus, quo populus Romanus audita Tiberii Neronis aliorumq; Imperatorũ morte, perfusus est, quorum tyrannidem diuturnam expertus fuerat.

Gaudium ex morte Tyrannorum. Apud eundem scribitur, quanto gaudio senatus Romanus ex Imperatoris Domitiani cæde affectus fuerit, cuius hæc sunt verba: Senatus, inquit, adeo lætatus est, vt repleta statim curia, non temperaret, quin mortuum contumeliosissime atq; acerbissimo acclamationum genere laceraret, &c.

Quin & Cuspinianus admirandum huius speciei gaudii affectum per totam Italiam circumiacentesq; regiones diffusum describit, post interfectum in Sicilia Constantem secundum Imperatorem: Adeo extulerunt, inquit, animos lætitia, vt Italiæ Exarchus & copiarum Duces in publico gaudii, nec minimum tristitiæ signũ ostendere ausi sunt, vsq; adeo istius Imperatoris odium capitale omnibus insederat, ob spoliatam Romam, & tributum ab Italia tota exactum.

Huiusmodi autem affectio adeo interdum exuberat, vt vno momento hominem perimat. Cor enim violenta & subitanea dilatatione à gaudio explicatum, omnes spiritus repente exhalat, & effundit, calorumq; natiuum efflat, vnde subsequitur mors. Sic Chrysippus ridendo mortuus est, dum asinum vescentem ficubus conspiceret.

Chrysippus ob nimium gaudium mortuus est.

Cælius. lib. 1. c. 8. Zeuxis quoq; insignis ille pictor, qui nullam non industriam, ingenium ac artificium ad perfecte depingendam Helenæ pulchri-

tudinem, appulerat, cum vetulæ cuiusdam deformitatem suo artificio perfecte delineasset, eamq; attente intueretur, vsq; adeo in effusum prorupisse risum legitur ob expressam γραφικῶς anus deformitatem ac turpitudinem, vt animam ipsam inter ridendũ efflauerit.

Prioribus alia quædam subiungemus exempla eorum, qui, ꝙ prospera vsi fuerint fortuna, amicosq; habuerint & agnatos felices atque florentes, gaudio soluti è vita emigrauerint.

Sophocles insignis ille Poeta tragicus, qui toties palmam ex tragœdiis victor reportarat ex vltima sua tragœdia denuo relata victoria tanta animorum ab omnibus congratulatione ac applausu exceptus est, vt nimia lætitia diffusus spiritum momento emiserit. *Sophocles. Diodorus. Valer. Max.*

Philippides Atheniensis Comicus iam ætate prouectus, cum in Poetarum certamine præter spem vicisset, coronaq; potitus fuisset, præ nimio gaudio anima deficiens repente mortuus est. *Cælius li. 3. c. 15.*

Eodem mortis genere, ex insolenti lætitia conflatæ, vno momento spiritibus dissipatis, quidam Anetus diem obiit extremum.

Insignem porro historiam subiiciemus de parente quodam nimia lætitia correpto, ob honores inopinatos liberis præstitos, in quorum amplexibus animam expirauit. Parenti illi nomen erat, Rhodius Diagoras, qui tres filios iuuenes habuit, bonæ omnes indolis & frugi, atq; inter alios eiusdem secũ artis facile primus. Vnus illorum pugillatum exercuit: alter Pancratiastes: tertius verolu ctator. Hos eadem olympiade vidit simul triumphantes, & corona insignitos. Cum autem illi patris capiti coronas imponerent, quas adepti fuerant, & suauissime amplecterentur, præ nimio gaudio commotus pater in spectantibus singulis inter manus filiorum animam exhalauit. Eandem narrat historiam Cicero Tuscul. Veruntamen duorum tantum filiorum coronis præcinctorum mentionem facit. Hæc proponimus exempla, vt innotescat, quantis viribus eiusmodi affectiones polleant, & ad nocendum potentes sint, cum terminos excedunt, quæ alioqui, si modum seruent, sanitati maxime conducunt: Siquidem Iouiales omnes complexiones, vt loquuntur, quales sunt lætæ & hilares inter reliquas, summe sunt salutares, alioqui vsq; adeo corpori humano exitiosæ, vt vita ipsum tandem, idq; momento spolient.

Hinc igitur monemur, vt eiusmodi affectionum alieni simus, omniaque ita temperate & moderate à Dei manibus excipiamus, vt in neutram partem excurramus, sed medium seruare perpetuo studeamus, iuxta illud:

Medium tenuere beati.

Ex his etiam à nobis propositis exemplis Medicus hunc fructum priuatim referet, vt inprimis caueat, ne nuncium quod ægris vehementius gaudium inducat, repente deferatur, sed vt singula, quæ ad hoc faciunt sigillatim & momentis distribuantur, vt motibus illius affectionis, etsi hilaris, paulatim tangatur, nec vno impetu abripiatur & soluatur. Præcipiti enim & immoderato gaudio, vt exemplis adhuc pluribus, ni breues esse vellemus, doceretur, plerosque repente concidisse & exanimatos fuisse, certo certius est: Nunc de Timore.

Timor. Inter alias animi perturbationes sæpius timor nos adoritur, aliasque affectiones vt plurimum tanquam vmbra corpus comitatur. Etenim auarum sequitur comes ille perpetuus, à quo semper egestas ac pauperies reformidatur. Ambitioni adiungitur, quæ probra & vituperia metuit. Quin & amor eo stipatur, qui nocte dieq; à re amata repulsam pati veretur, perturbatio sane cæteris pertinacior, qua vix vllus carere possit, aut eam à se auertere. Imo vero reliquis affectionibus prior: Aliæ siquidem malæ aut noxiæ esse nō possunt, nisi quatenus perstat earum causa, qua sublata, tollitur effectus. *Vnde timor.* At timor citra vllam causam coniunctam sæpe nasci potest, vt qui non tantum præsentia reformidet, sed etiam futura, imo quæ nunquam forte euentura sunt, cum tremore præsagiat. Malum igitur hoc, quod opinione sola mali sæpe subit speciem, nos perpetuo lacessit, ac omni quiete non tantum nos priuat, sed vsque adeo perterret, vt nobis mentem & rationem eripiat, sensus omnes nostros implicet ac confundat, lethargicosque ac prorsus stupidos & immobiles reddat. Quinetiam metus vel minimus omni prorsus virtute & robore cor nostrum spoliat, tantoque ipsum constringit frigore, vt omnes febriles horrores ac rigores facile superet. Hinc sensim nascuntur terrores vani, vel incautus etiam ille metus, qui animos percellit, vt verissimum sit Poetæ dictum:

Pedibus timor addidit alas:

Tan-

Tantaq; fit animi ex ea imaginatione perturbatio, vt ab hostibus nos sæpe opprimi, alioqui lõge dissitis aut nullis, falso nobis persuadeamus: Hinc terror ille, qui dicitur, Panicus, quo percussus est aliquando Brennus Gallorum in Græciam traiiciendorũ ductor & Imperator. Tota hæc historia de artificio, conatuq;, quo in cõseruando suo Delphico tẽplo vsus est Dæmon impius aduersus hostiles Brenni copias, & de origine & causis ingentis illius terroris, habetur apud Iustinum sub finem 24. libri. Quin & Pausanias diserte de iisdem terroribus Panicis mentionem facit lib. 10. quibus nonnunquam & equi & homines subito, nulla apparente causa, cõsternantur & profligantur. *Terror Panicus.*

Scriptum reliquit Sigebertus, quomodo anno 900. per leporem capta sit Roma. Cum enim Arnulphi Imperatoris, à Pontifice Formoso propter seditionem ciuium euocati, milites lepusculum versus vrbem fugientem insectarentur cum clamore, Romani timore exanimati sese de muro deiecerunt, & hostibus per vastos aceruos murum ascendendi locum dederunt. *Roma per leporem capta.*

Ex quibus apparet, hos Panicos terrores fieri nulla vrgente causa, omnium prope animis vno momento consternatis. At magis particulares sunt timores, in quos facile nonnulli solent incidere, qui varias ob causas oriuntur, sæpius occultas, & quarũ nulla haberi potest cognitio. Sunt enim quidam, qui vel solo audito hostis strenuissimi nomine repente expauescunt, quemadmodum Iohannis Huniadis ducis apud Turcas fortissimi nomen formidabile omnibus vsq; adeo fuit, & terrificum, vt nutrices ad comprimendos infantulorum vagitus Huniadem adesse confingerent. Multos ego vidi pueros, iudicio adhuc carentes, laruatũ hominem aut nigredine infectum citra terrorem oculis sustinere nõ potuisse: imo vt coercerentur eorum eiulatus, qui verberibus compesci non poterant, audito solo horridi cuiusdam aut squallidi hominis nomine, & simulata illius appellatione, statim obmutuisse & clamores continuisse, vsq; adeo naturali imaginatione citra rationem terrores eiusmodi ab illis concipiebantur. At non solis infantibus hoc terroris genus accidit, & pueris, verum etiam magnis & præstantibus viris, necnon ipsis Philosophis Stoicis, qui inter alios temperantiæ, continentiæ, pa-

rientiæ, aliisq; id genus virtutibus incumbentibus, se ab hac perturbatione animi destitutos asserere non potuerunt. Omnibus enim cuiuscunq; ordinis, sexus, ætatis, hominibus, est adeo et communis hæc perturbatio, vt nemo se ab ea liberare possit, ne quidem constantissimi, fortissimi ac sapientissimi quique.

Plutarch. *Cassandri timor Maximus vnde.*

Huius rei exemplum nobis suppeditatur in vita Alexandri, in qua refertur, Cassandrum Antipatri filium, ob insidiarum suspicionem aliquando ab Alexandro male exceptum, & post Alexandri mortem in Regem Macedoniæ, totiusq; Græciæ creatum, cũ semel Delphis inambularet, & inter alias statuas simulachrum Alexandri inspiceret, tanto terrore perculsum fuisse, vt subito toto corpore contremuerit, & ad illius imaginis conspectum æstuans ægre se collegerit. Huiusmodi pauor, siue terror, non tantum accidit ex conspectu aut recordatione eorum, qui nobis infesti sunt, quos ob iniurias nobis illatas vltionem meditari suspicemur, at diuersas alias ob causas aliunde etiam irascitur. Neque enim leones, tigrides, aliaq; id genus animalia ferocia ob solum metum mortis reformidantur, etsi iustum suppeditent terroris argumentum. Nec serpentes etiam, buffones, araneæ idcirco timentur, quod venenis suis nos possint perimere, at naturæ sunt quædam & peculiares hominum proprietates, quæ ἀλιπαθίαι dicuntur, quibus hoc vel illud citra apertam causam odimus & metuimus, etsi ab eo nihil incõmodi pati possimus. Atq; huiusmodi naturales affectiones nullam curationem sui admittunt. Memini magni cuiusdam Principis, qui me inter domesticos vsus est Medico adhuc iuuene, cuius summa erat animi fortitudo & aduersus hostes in procinctu inuicta ferocia, qui tam facile aspectu aut sensu alicuius muris in cubiculo degentis perterrebatur, vt se ipsum vix continere posset.

Memini etiam Anglum quẽdam nobilem à me cõuiuio aliquando exceptum cũ multis aliis nobilibus viris, quem videre licuit in medio prandio corpus modo huc, modo illuc agitare ac torquere, modo pallescere, modo sudores emittere, ita vt ab omnibus crederetur accumbentibus graui aliquo malo conflictari, nisi ab aliquo ex conuiuis nobilissimo viro, apud quem ille Anglus agebat, nobis narratum fuisset, necessario in cubiculo felem adesse, cuius præsentiam simul atq; nobilis ille Anglus vel oculis, vel sensu tan-

tum perciperet, his animi motibus & perturbationibus angeretur. Cuius rei ratio alio referre non potest, quam ad Antipathias naturales, quibus mures natura feles reformidant, & oues lupos. Simile quid dici potest de occulta Antipathia, qua nonnulli homines oderunt certa quædam animalia tum syluestria, tum domestica. Hæc affectio seu perturbatio longe vlterius progreditur, siquidem alii aquas & naufragia reformidant, qui ὑδροφόβοι vocantur, alii audito tonitru mirum in modum percelluntur, qualis fuit Caligula Imperator, quem scribunt fuisse natura pertimidum, vsq; adeo, vt vel mediocri audito tonitru, formidine quateretur, & subterraneas latebras amenti similis percontaretur. Noui strenuos & bellicosos milites ac duces, qui ad aspectum phelbotomię deficiebant animo, licet illi in prælio enses hostium cruore audacter inficerent, nec vlla mortis formidine tenerentur. Istud quidem timoris genus aduentitium est, & occultis quibusdam causis implicatum, aliud vero insitum & naturale, a quo vix, at ne vix quidem, homo seipsum potest temperare. Atq; id est, quod Zeno respondebat apud Laertium cuidam interroganti, cur canem sibi allatrantem timuisset? Perdifficile est, inquit, prorsus hominem exuere. Quibus verbis licet inferre, hominem nunquam esse tam fortem, quin aliquando ostendat se hominem esse, & affectibus obnoxium.

Caligula Imperator.

De Aristippe referunt etiam historiæ, dum naui veheretur, ob exortam subito vehementem tempestatem, quæ naufragium minaretur, timore expalluisse, quod miles quidam animaduertens ridendo dixit, illum parum Philosophice se gessisse, cum ipse nihil metueret, cui Aristippus respondit: Non eadem causa tibi atque mihi fuit metuendi: Tu pro anima nebulonis sollicitus non fuisti: Ego autem pro anima Philosophi, ex quibus intelligi potest, phantasia quidem male Stoicos Philosophos moueri potuisse tanquam homines, συγκατάθεσιν non addidisse.

Gellius lib.19.c. 1.

Elegans responsum Aristippi.

Certissimum quidem est, nonnullos reperiri vsq; adeo forti, constanti ac parato animo, vt nulla ratione eiusmodi perturbationibus vincantur ac consternantur, etiamsi ex improuiso ipsis occurrant. At rara est talis constantia, & paucis familiaris: non enim omnes Fabricii sunt. Fabricius enim cum legatus esset, à Romanis

Plutarch. in vita Pyrrhi.

manis missus ad Pyrrhum Epyrotarum Regem, tentatus est ab illo, numquid de constantia & animi fortitudine, cuius insignem apud omnes reportabat gloriam, remitteret, & ad tentationem illius cum iussisset Rex inter tapetes celari Elephantē, qui Fabricio illac transeunti immaniter arruderet, ac incautū perterreret, nullo modo terribilis illius animalis boatu atq; inopino perculsus est, imo vero cū illud de industria factum suspicaretur, sic Pyrrhum cōpellauit: Neq; aurum tuum ô Rex me heri, neq; Elephas tuus hodie perterrefecit. Atq; hæc exempla sunt notatu dignissima, magnæq; virtutis & efficaciæ, ex quib. liquet, tanta constantia præditos occurrisse aliquando homines, & adhuc posse occurrere, vt nullo terrore correpti varias huiusmodi animi perturbationes citra molestiam perferant.

Insignis Fabricii constantia.

Restat tandem de timoribus quotidianis nulli non familiaribus, iisq; inter alios grauioribus disserere, nempe de iis, qui ex ægritudinibus, & corporis animiq; affectionibus concipiuntur, vbi apertissime innotescit, hanc animi perturbationem omnium esse calidissimā & peruersissimam, cuius astutia sæpius decipimur ac incauti opprimimur. Etenim per timorem sæpe accidit, vt etsi cornucopia rerum nobis affluat, integraq; valetudine fruamur, vt tamen inopiam rerum & sanitatis iacturam temere reformidemus. Quid autē hoc est aliud, quam venturis miseriis, iisq; incertis torqueri, quiete nostra, qua recreari debemus, cum opportune occurrit, spoliari, & ante tempus diuexari? Nec id solum ab hac conflatur affectione, quin imo tyrannica ista perturbatio malum, quod bonum reuera dici meretur, nobis obiicit metuendū, bonumq; aliena mali specie laruatum nobis fugiendum repræsentat. Huius generis specimen in tribulationibus videre licet, quas velis remisq; omnes diffugiunt, & auersantur, cum tamen illæ sint nobis inprimis salutares, & ianuā beatitudinis aperiant. Etenim, vt docet Apostolus, per multas tribulationes introire necesse est in regnum cælorum. Siquidem eæ nos ad Deum cognoscendum, timendum & orandum excitant, nostrisque naturæ corruptionem oculis subiiciunt, ac mortem ex peccato ortam perpetuo commonefaciunt.

Morbus ex timore.

Quæ vtilitas ex morbis.

Si Ethnici pridem, eo nomine deplorandi, quod Deum non nouerunt, eiusmodi meditationibus, calamitatum temporibus, animū exercuerint, quid de Christianis cognitione Dei imbutis colligendum

dum & inferendum est? Nonne illos debere pudere Antigoni, qui ex grauissima ægritudine sanitati restitutus, Hodie, inquit, didici (compellans quendam ex domesticis) ex morbo meo, me esse mortalem. Antea enim cum integra & firma sanitate vterer, omnique luxu ac delitiis diffluerem, tanquam potentissimus Rex, de morte futura nunquam cogitaui. Sic ille ex morbo momentaneam esse vitam hominis eamque vno halitu, quo fouetur, finiri, fateri adductus est, ita vt nec vlla potione Medica, vix ad breue tempus valeat retinere. Atq; hinc elucescit, quantum boni potius, quam mali ex huiusmodi affectionibus oriatur, quæ idcirco magis optandæ, quam metuendæ sint, etsi falso malæ ab ignaris iudicentur. Eædem præterea calamitates, ac morbi, veri Antidoti aduersus metum vices subeunt, metum, inquam, vel ipsius mortis, cuius amorem potius nobis, quam timorem conciliant. Mors siquidem nos omnibus miseriis, ærumnis ac cruciatibus liberat, à quibus magis distorquemur, quam ab ipso supremo fato, quod malorum omnium vltima linea est ac remedium. Qui horrenda quadam epilepsia inuaditur, qui epulando & delitiis ac voluptatibus indulgendo, nihil minus, quam subitum exitium metuens repéte fulmine apoplectico ictus concidit, aut (si animam non exhalet) vel membris omnibus, aut media corporis parte percellitur, quid is in reliquo vitæ cursu omnibus corporis functionibus priuatus expetat cum voluptate quadam? Imo qui non ista eum invitent ad mortem potius efflagitandam, tanquam omnium malorum portum certissimum, aut meditandum, quam vana sit & caduca vita humana, vt eam in bonorum numerum nequaquam recenseat, sed meliorem quærat, adquam illa nos introducit.

Antigonus per morbum sapere discit.

Antidotus aduersus metum.

Quos pleuritis acriter & sine intermissione lancinat, quorumque pectus magna angustia premitur; qui colicis, nephriticis & arthriticis nocte dieque doloribus conflictantur, mortemque in auxilium sæpius inuocant, nunquid iure subsidium illud implorant, quod è tantis malis eos eripiat? Nunquid illi, qui ex miserrimo & calamitosissimo hoc mundo egressum optant, laudatis votis commendabuntur, præsertim cum in beata vita perpetuam quietem expectent, eamque certe sibi polliceantur.

Sed cum certissimo Dei decreto ratum & fixum sit, vt necessario sit monendum, & naturæ tributum persoluendum, proindeq; deserendæ huius mundi, quæ putantur, delitiæ, vt alacriores ad exitum paremur, Deus optimus melli delitiarum fellis nonnihil intermiscet admodum acris amariq; quo nos ab illis ablactet, ne semper iis immoremur, instarq; nutricis amaris rebus mammillam oblinentis erga nos se gerit, quæ alumnum suum à lacte seuocat, vt firmiori & cōstantiori cibo assuescat: Sic Deus mundanis delitiis mærores intermiscet, vt ad certiorem tranquilliоremq; vitam, in qua nihil stomachum perturbet, nec animum moueat, nos prouocet & adducat. Atq; huc spectant morbi & ægritudines tū corporis, tum animi, vt suauiorem regni cęlestis sedem meditemur, ad quam euecti beate ac feliciter in æternum quiescamus. Sed hæc videntur esse animæ, non corporis remedia. Nos vero, qui corporum etiam ægrorum curam suscepimus, vt finem huic perturbationi imponamus, annectamus auxilia, quæ corpori ipsi satisfaciunt, quemadmodum & in aliis morbis eidem succurrere consueuimus.

Elegans simile.

Veri igitur Medici officium sit, ægrum solari, eidemq; bonam futuræ suæ pristinæ valetudinis spem concitare; ac periculum si quod inesset vitæ dissimulare. Interea tamen etsi deploratissimus sit morbus, ipsimet ægrotanti sua solertia cognitus, bonis tamen verbis à Medico recreandus est, nec non ope Medicinæ, in salutem hominū creatæ, vt multa sibi bona polliceatur, hortandus est: Ipse Deus in optimum & beneuolū Medicum ac potentissimum proponendus, qui ex morte ipsa, vel exanimes possit reuocare, eum esse, qui ex sepulchris mortuos eruat, in eum totam spem & fiduciam esse reponendam, nec Medicorum prædictionibus immorandum, vt quæ sæpius fallaces & incertæ sint, multos in grauissimis morbis à Medicis fuisse derelictos, & morti adiudicatos, qui singulari tamen Dei benignitate restituti sint. Deniq; non prius de vita esse desperandum, quam spirandi finis accesserit. Atq; hæc, quæ ægris opportune spes iniicitur, magni est momenti, & insigne pharmacū, quod nō minus morbis omnibus opitulatur, quam metus è contra lethali suo veneno omnibus est exitio: Nunc de tristitia.

Officium veri Medici.

Tristitia, vt ab illius descriptione accuratū sumatur exordium, nihil

Descriptio Tristitiæ.

nihil aliud esse deprehenditur præter mærorem ac languorem quẽdam ex apprehensione alicuius mali præsentis, aut certe proxime ingruentis, metu contractum. Qui quidem metus animo conceptus cor confestim exagitat, mentem obnubilat, omnes animales facultates perturbat, omnibus sensibus, tam externis, quam internis ruinam minatur præsentissimam, ac demum (vt paucis multa complectar) adeo nostras vitiat & inficit actiones, vt illius malignitate vis imaginaria de suo statu deturbetur, cerebrum debilitetur, & æger mirum in modum discrucietur Quicunq, huiusmodi symptomatis afficitur, hunc sæpe numero licet videre omnis prorsus quietis expertem, dies ac noctes insomnes transigentem, lentis gressibus incedentem, obstipo capite humum transfigentem, circa sepulchra & deserta loca errantem, vberes lachrymas ex oculis emittentem, aures cuilibet passim consolationi occludentem, nilq; nisi suspiria ore effundentem: Manibus is pectus liuidum pertundit, lucem refugit, & latebras quæritat remotiores, seseq; ab humano secernens consortio, sola gaudet solitudine, cũ vultu sereno fronteq; prius exporrecta vigeret, nunc iisdem liuet & corrugatur: Si habitu corporis præstabat antea validissimo, tabescit sensim atque liquescit.

Hæc porro iniqua animi passio vsq; adeo ægrum fatigat, & in illum sæuit, vt rubigine ingenium illius conficiat, aciem mentis & vires obtundat, è forti meticulosum, è viuido somniculosum, èq; diligenti torpidum & segnem prorsus reddat. Deniq; vt stomachus male affectus & nauseabundus in probum chylum cibos iniectos minus potest transmutare, sic confecti mæstitia facultatum animalium nullam probe norunt exerere functionem, nullum ministeriũ. Quin imo si aliquando per incuriam accidat, vt gliscenti huiusce morbo non occurratur, mens sæpius de sua naturali sede & imperio dimouetur, nunc homo stupidus, & velut saxea quædam Niobe redditur, nunc furore maniaq; corripitur. Atq; hæc sint, quæ de natura & effectis morbi istius perniciosi dici possunt, cuius innumeræ sese offerunt differentiæ à diuersa imaginationum congerie petitæ, prout sequentibus exemplis clarius illucescet.

Duplex tristitia vera nimirum & adulterina.

Isthæc rursus affectio diuiditur in veram & naturalem cuius internæ sunt causæ, & in adulterinam, cuius externæ

ſunt radices, quæq; à naturali & vera toto, quod aiunt, cælo diſtinguitur, cũ iſta nil aliud cenſeri debeat, quã mera inducta perturbatio, verus animi languor, & germano Triſtitia vocabulo, cuius id eſt propriũ & peculiare, vt locis incultis immoretur æger, ſeq; ab hominũ luce & oculis mærendi lugendiq; gratia ſpõte ſubducat. Hoc triſtitiæ genere vexatum Bellerophontem accipimus, de quo Poeta.

Qui ſolus miſer in campis errabat Alæis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Infiniti propemodum homines hac olim fuere ægritudine peſſundati, prout ſuo loco opportune à nobis demonſtrabitur.

Altera triſtitiæ ſpecies hanc reuera nuncupationem ſortiri nõ debet, quod ſit adulterina, & præcedenti minus conſentanea, quapropter luctus potius ab emunctioribus nuncupatur.

Luctus. Verum luctus ille dolorem nequaquam naturalem ſentit, imo totus eſt fictitius, pigmentis obductus, ceremoniis ritibuſq; circundatus, qui certe palam & in propatulo ingens videtur, genuinam quandam mæroris naturalis ſpeciem repræſentans, attamen qui longe à corde & intimis abeſt diſſidetq; præcordiis.

Huiuſmodi laruatus dolor diuerſis temporibus, & vſq; adeo variis modis aſſumptus fuit ab Ethnicis & vſurpatus, vt inde facile liceat colligere vanum illius ſpectrum & ſimulachrum.

Ægyptii, auctore Diodoro & Herodoto, ad exequias defunctorum ſuorum, præſertim Regum atq; Principum, celebres quaſdam adhibuerunt, diuturnaſq; ceremonias. Vniuerſus populus certis quibuſdam diſtinctus centuriis, viris & mulieribus intermixtis, vnum in locum ad planctum & lamentationem cogebatur, veſtibus diſciſſis, progrediebatur, facie cæno ſimoq; deturpata, ſyndoneq; ſubtus mammas, tum mulieres, tum viri cincti, bis in die nouantes luctum circũ ambulabant, atq; cum cantu & clangore Regis virtutes numerabant, cibis animantium coctiſq; ac vino, omnique menſæ apparatu, per ſeptuaginta duos dies abſtinebant, non lauacris, nõ vnguentis, nõ ſtratis lectis, non venereis vtebantur, ſed tanquam defuncto patre aut filio, per eos dies grauiter lugebant.

Luctus Græcorum Romanorum, aliorumque. Græci Romaniq; veteres ſuum à Chaldæis & Ægyptiis planctum in obſequiis videntur mutuati, quẽ ritib. pene innumeris, tẽporis progreſſu, iiſq; abſurdis, & à ratione penitus alienis adauxerũt.

Si

Si enim apud Græcos Rex quiſpiam, aut Imperator diem obiiſſet, extremũ funus ſolemni pompa & apparatu regio deferebatur, captiuiq; & milites circa rogũ digladiabantur, oues bouesq; mactabantur, vtq; in omnem formam luctus concederetur, equi virique tondebantur, propugnacula è mœnibus diruebantur, aræ ſubuertebantur, lares conuitiis traducebantur, igniſq; extinguebatur.

Romani à græca ſuperſtitione nonnullas huius generis ceremonias in hanc rem deduxerunt, & alias quam plurimas ſuperinduxerunt. Poſteaquam enim defunctum deploraſſent, & in rogum deportaſſent, ſupremum eidem Salue & Vale, tanquam nunquam viſuri, impendebant, poſteaque ilicet omnes clamabant, qua voce miſſum populum faciebant. Huius ſupremi Vale Virg. meminit.

——Salue æternum mihi maxime Palla,
Æternumque Vale.

Et de Polydoro. *Virg. 3. Aeneid.*

——Animamque ſepulchro
Credimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Ad hæc, quæ modo retulimus, rurſus accedit, quod certis quibuſdam perſonis, ære conductis, ad lugendos mortuos vterentur, quæ modo ingentes gemitus ore edebant, modo vero nænias funebres alta voce reſonabant, & aliquando ad maiorem pompam, organa muſica & lituos pro varia virorum dignitate aſciſcebant: ferri enim mortuos olim ſolitos ad tubam, indicat Virg. in Æneid.

——It clamor cælo, clangorque tubarum.

Et Perſius Poeta Satyricus:

Hic tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto.

Alexander lib. 3. c. 7. & Cælius lib. 16. lection. Antiq. harum mulierculari ad condendos mortuos emptitiarũ, meminerunt, eaſque Carinas & Præficas appellari tradiderunt, eo quod luctui præeſſent, quæq; cantu flebili carmineque funebri mortuos in funerib. lamentarentur, vitamque & præclara eorũ geſta non ſine cõmiſeratione celebrarent, nec non, qui facta dictaque repræſentarent, adhibebant. *Carinæ & Præficæ.*

Inſuper receptior in luctu indumenti ſpecies, & ab omnibus *Veſtimenta in luctu qualia.*

pene gentibus celebrata coloris fuit candidi atq; pullati. Quem ritum hodiernus adhuc viduarum luctus non tantum in regni exteris, sed etiam nostro obseruat, in quo Reginæ post obitum Regum coniugum suorum candido velamine circumteguntur, vnde fit, vt albæ vestis gratia Reginæ candidæ toto viduitatis curriculo vocentur. Quod si quis altius causam voluerit inuestigare, cur hæc duo colorum genera in luctibus publicis fuerint introducta, nihil moror, videtur tamen hæc notio communis, & à natura parente menti humanæ insita, ita quidem, vt albedo animi à corporis ergastulo soluti splendorem denotet, nigredo vero nota sit corporeæ corruptionis.

Cur Reginæ candidæ vocentur.

En fucos, en pigmenta, en falsa huiusce tristitiæ lineamenta. Hinc carinas & præficas vidisses, inde mancipia, & huiusmodi plebis fæces, mercede conductas, vt publicum luctum ad eos deplorandos assumerent, quos nunquam, vel de solo nomine cognouissent, vt lachrymas, inquam, pretio extorquerent, ipso citius aspectu deficientes. Adde planctus, vlulatus, comarum direptiones & capillorum, immolationem victimarum, & alia huius farinæ commenta exteriora, ad fingendam tristitiam exoticam atq; spuriam, quæ sola nititur aura populari, quæq; sola opinione moreq; communi, talis doloris ingenioso artifice, aut potius ridiculo, sustentatur.

Solin. cap. 17. Val Max. libr. 2. c. 7. de inst. ant.
Thraces cur sapientes habiti.

Quocirca mirum videri non debet, si tam vana consuetudo à cunctis fere populis minus fuerit approbata. Thraces quippe Sapientiæ titulum ea præsertim de causa sibi merito conciliarunt, quod infantum suorum natiuitatem luctibus, funus vero gaudio plausibusq; prosequerentur, inde nimirum genus humanum edocentes, cum nascimur, nos vitam ingredi ærumnosam, miserrimam, & infinitis vexationibus obnoxiam, à qua cum decedimus, tot & tantis periculis extricamur, vt huius beneficii ratione, nemo non lætitia perfundi debeat, & summe delectari.

Solon luctus abusũ reprehendit.

Inter septem Græciæ sapientes non infimus Solon hos luctus commentitios à communi vsu plane censebat amandandos, vt in illius vita Plutarchus commemorat, qui lacerationes plangentium, cæteraque ploratum excitantia, & eiulatum in alienorum funeribus sustulit.

Ex

Ex superioribus tamen hoc nequaquam inferri velim, non licere scilicet luctum facere, nec condolere in obitu parentum nostrorum, affinium & amicorum, nec dolorem aliquem ex absentia eorum testari. Aliter enim ferinam naturam proderemus, & quasi sub caucasea rupe à feris educati videremur. Hac quippe de causa sapiens ille, de quo nuper, Solon funeris luctum à suis expetiit, vt Elogium illius aperte apud Ciceronem in Catone Maiore testatur.

Solon verum vsũ luctus laudat.

Ne mihi Illugubris veniat mors, sed mihi charis
Mærorem potius adferat & gemitus.

Quod si in hanc rem sacrarum facit paginarum auctoritatem asciscere, plurimis sane locis constabit, luctum & lachrymas in mortuorum postremum honorem atque gratiam religiosissime ab omni prorsus hominum memoria approbatas.

Cum filii sui Ioseph dilectissimi vestem Patriarcha Iacob conspexisset, sanguine delibutam, illumq; à fera deuoratũ credidisset, scissis vestimentis & succinctis Syndone lateribus, filium luxit, diu consolationem omnem respuens, quin imo adeo grauis & vehemens fuit illius afflictio, vt in inferum vsq; ad natum suum deflendum cupierit descendere.

Luctus Iacobi Patriarchæ.

Gen. 37.

Dauid non siccis oculis sed feruidioribus lachrymis filii sui Absolon mortem lamentatus est. *Dauid.*

Magnus olim planctus totam occupauit Iudæam in obitu Regis Iosiæ, in cuius luctum Ieremias Propheta næniam conscripsit, omnesq; cantores in luctu Iosiæ vno concentu eam in næniis canere, vt tanti Regis & memoria & mentio foueretur, iussi sunt.

2. Paralyp. cap. 35.

Vniuersus Iudæorum populus magnis gemitibus Iudæ Machabæi mortem legitur hisce verbis prosecutus: Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat Israel.

1. Mach. 9.

Posteaquam D. Stephanus lapidibus obrutus est, primusque suo sanguine martyrii semitam aperuisset, quidam Christianæ pietatis assertores illius corpus curandum à Iudæis impetrarunt, & magnum planctum (inquiunt diuina monumenta) super eum fecerunt.

1. Actor.

Hisce & similibus exemplis innotescit, non omnium luctuum

genera damnare. At quædam decenter Christianis etiam esse concessa, quod confirmauit suo exemplo Christus. Lazari obitum gemitu prosequens, ea tamen lege, vt verus sit planctus, vt moderatus, vt à fuco penitus absit, vt certis quibusdam cancellis contineatur, nec vllam mœrentibus inferat perniciem, Israelitis in funere corpora lacerare & sinciput decaluare nefas erat, quod infidelium luctus esset, resurrectionem ignorantium. Vt luctum moderatum meis assero suffragiis, sic etiam pias Christianorum exequias me ipsum comprobare profiteor, tanquam veræ pietatis indices, & scripturæ Sacræ consentaneas.

Deut.14.

Sepultura Patribus olim honorifica.

Abrahamo non mediocri fuit curæ, vt corpus coniugis suæ Saræ honorifico tumulo mandaretur.

Pari sollicitudine Isaac & Ismael patrem suum Abrahamum, corporis vinculis exolutum, curauerunt, cuius corpus in duplici cauerna agri sepelierunt, quam ab Ephrone Hettæo viuus emerat.

Iacob Patriarcha qui diem suum in Ægypto clausit, extremum filiis suis id muneris demandauit, vt in terra Canaan sepeliretur, in sepulchro patrum suorum. Nec quid dissimile paulo post præstitit Ioseph illius filius eadem in regione viuis excedens, suos quippe iureiurando astrinxit, vt cum ipsis eorumque posteris Deus subuenisset, & ex Ægypto eduxisset, ossa sua illinc deportarent.

Reg.2. cap. 21.

Dauid non parum etiam fuit sollicit s exequiarum Regis Saul, Ionathæ, & aliorum eiusdem Principis filiorum, in terram enim Palæstinorum & Galaaditarum huiusce muneris obeundi gratia ingressus est.

Tobias.

Tobias iamiam spiritum Deo redditurus, vnicum præceptoris id filio imperium reliquit, vt se mortuum sepeliret honorifice, matrem honoraret, memor dolorum, quos eius causa pertulisset, eamque vita functam in eodem sepulchro honeste sepeliret.

Præterea in scriptis vetustissimorum authorum ex historiis Ecclesiasticis cernere licet, quantopere exequiæ à Christianis commẽdatæ fuerint, & accurate celebratæ. Moderatione igitur, cum naturali affectu temperata, ritus iste non nisi laudabilis, & magna gloria dignus habendus est. Id nos doctos esse voluit magnum illud Ecclesiæ ornamentum B. Chrysost. hom. 16. vbi sic scriptum reliquit: Honorem mortuorum non esse fletum, non eiulatum, sed hym-

hymnos & psalmos, & optimam vitam: perditum, si in funere vniuersam etiam habuerit ciuitatem, nihil tamen inde lucraturum. *Honor mortuorũ qualis esse debeat.*

Hæc est genuina inter sanctum, verum, legitimumq; planctum, necnon inter falsum, fictum & illegitimum differentia. Ad institutam ergo de vera tristitia disputationem, à qua nimium forte digressi sumus, iterum redeamus. Hanc enim præsertim enucleandæ magis nobis est incumbendum, cum sit mera & ex naturæ fontibus deducta perturbatio, quæq; talis dignoscitur pluribus signis & indiciis exacte à Celso Medicorum Latinorum Antesignano explicatis lib. de re medica c. 7. Suis eam satis coloribus antea expressimus & lineamentis, præcipue autem pertinacis istius mali notæ sunt, cõtinua, quæ affectos sollicitudo metusq; comitatur, & omnis penitus quietis carentia, vultus illis subest liuidus, facies consternata, oculi concaui, errabundi, caliginosi, semper cogitabundi, illi sunt nunquam non ex pectore suspiciosi, & locorum desertorum cultores, omnia suspecta habentes. Pulsum habent instar tabescentium vermiculatum, lienem turgidum, ventrem variis subinde flatibus distentum & crepitantem, stomachum humoribus acidis & vitriolatis redundantem, fameq; sæpius canina eos diuexari videas. Præter ea quod ait Ætius tetra.3. ser. 2.c.17. nigra lotia excernunt, aliquãdo autem & per interualla ipsorum corpora torpescunt: stercora vero calchanti colorem referunt, atq; aluus his vt plurimũ exsiccatur. Quod si demum caput habeant siccum, fuliginosum, modicumque, id pro certo ratum statuas, huiusmodi homines omnino in in hanc atram & malignam procliues esse affectionem.

Quod ad causas attinet, exteriores illæ sunt, aut certe interiores, illæ à variis petuntur doloribus & ærumnis, quibus non vna stirps aut origo vna est. Parentes quippe filiorum anguntur interitu, filii parentum occasu discruciantur, fœminæ cõiugum, coniuges fœminarum suarum fato vexantur, amiciq; vicissim suorum necessariorum orbitate afflictantur. Alios tangit bonorum iactura, angit honorum dispendium, aliis demum tale quid incommodum, malaq; sors Fortunæ tristitiæ ansas suggerit & occasiones. His adde vsũ ciborum crassæ melancholicæque substantiæ, qui sanguinem procreant hac infectum contagione: Zizaniorum præterea semen, *Causæ tristitiæ.*

quod pluribus in locis reperitur inter frumenta & hordeaceas fruges adolescens; ni fiat in panis & Zythorum procuidubio generat non parum pernitiosos, mentemq; perturbantes ac edentem inebriantes. Causæ externæ, quæq; in ipsis nostris resident corporibus, humores sunt atrabilarii, vel sanguis melancholicus adustus, qui vel in cerebro minus calido & sicco continetur, vel per omnes venas, totiusque corporis molem dispergitur: aut certe in hypochondriis, splene & mesenterio delitescit, è quo fumi & nigræ eleuantur exhalationes, quæ tenebras menti offundunt, cerebrumq; obnubilant, & tenebris simile reddunt. Haud aliter enim atri illi fumi mentem afficere videntur, quam nocturnæ tenebræ animos hominum in iis versantium terrentes & perturbantes. Hinc ratio cæcutit, & id genus nubibus circumsepta luce sua priuatur, totaq; passim in suis discursibus hallucinatur & errat.

Secundum igitur diuersam harum explicationum qualitatem, à diuerso sanguinis ortam temperamento, diuersi surgunt fumi, fuligines ac vapores multiplices occurrunt, vnde tristitiæ siue melancholicæ diuersæ species progrediuntur, quæ facultatem lædunt, præsertim imaginatricem, eamq; præ cæteris vitiant atq; corrumpũt. Ex hac humorũ mutatione corruptelaq; quæ in melancholicis affectib. percipitur, oriuntur absurdæ multæ & inopinatæ imaginationes & phantasiæ, quibus nulla alia causa subest, præter fumos istos diuersos atrasq; fuligines ex supradicto humore procedentes.

Diuersa tristitiæ melancholicæ species.

Quosdam invenias, inquit Galenus, qui seputent figlinum vas, quamobrem cõtactum hominum & omnino propinquitatem expauescunt, ne eo modo comminuantur decurtenturue.

3. De locis affectis.

E primoribus quidam se vitreum opinabatur, quocirca amicis supplicabat ne ad se propius accederent, cum tamen cæteris in rebus perspicaci frueretur ingenio maturoque. Sunt quos perpetuo timor percellat, ne mundum fulciens Atlas seruansq; lacescat, isque feratur in præceps & omnes vna pereant ruina. Proinde fugam semper meditantur, vt, (si fieri posset) sese extra mundana claustra proripiant. Alii in nouam speciem transformatos se existimant, vnde alii cuculorum, alii gallorum, aut aliorum animalium voces gestusque imitantur. Alii vates se augurantes, de rebus futuris sibi multa

Cælius l. 17. cap. 2. Ant. Lect.

multa pollicentur, nonnulli potentes se putant, qualis Hippocomus ille, de quo Muretus, qui se Pontificem summum imaginabatur, certisq; hebdomadæ diebus Venetiis in domo heri sui, hac de causa consistorium Cardinalium in charta depictorum, quos alloqueretur statuebat.

Alii se capite, nonnulli cruribus, brachiisq; truncatos putant. Aetius refert, quendam in id erroris prolapsum, vt se capite minutum crederet, idq; passim lamentaretur, donec pileo ingentis ponderis ferreo, illius vertici superaddito, ab hac phantasia dimoueretur. Adolescens quidam nasum suum adeo increuisse sibi persuaserat, vt vix è loco in locum transmearet, ne forte alicubi impingeret. Alii quamuis mortem pertimescant, hanc tamen exoptant, & aliquando sibi conciscunt, vt nimis multis claret exemplis. Alii sunt, qui se fame confici putant, seque propterea continuis escis ingurgitant. Nonnulli cibum recusant, nihil vitæ superesse existimantes.

Trallianus scribit, se mulierem vidisse, quæ se à serpente pertinaciter exedi asseueraret, hanc autem Pharmacis vomitoriis, & supposito in peluim æneam clanculum serpente curauisse.

Demophon Alexandri Magni Oeconomus se ad æstum Solis infrigidari, & in opacis nemorum vmbris æstuare credebat.

Ardron Argiuus ad feruentissimam Lybiæ eremum ad frigus captandum decurrebat.

Multi inter dormiendum deambulant, sicut & alii plurimi, qui ad os etiam puteorum dormientes spatiantur; Vnde forsan tritum illud prouerbium, Deum singulari sua prouidentia & stultis & pueris pariter consulere, eosque à periculis, quæ incurrunt, vindicare.

Sunt præterea, qui se à latronibus continuo putant circũueniri & spoliari: alii vero, qui à lictoribus se colligari, & mox in carcerem coniiciendos credunt.

Alii se viuos à terra absorberi & deglutiri iam tremuli exclamant, alii aliis imaginationibus, prout vitæ fert institutum, perturbantur.

Denique alii aut contentionibus, aut studiis, aut precationi-

bus, aliisue institutis, quibus addicti fuerunt, toti occupati sunt; vsque vigilantibus hoc accidit, quod sanis sæpe dormientibus contingere solet.

Hæ sunt innumeræ, & incredibiles pene phantasiæ & deliria, in quæ tetra hæc animi perturbatio syderatos semel statu suo ægros præcipites agit atq; deducit, quæ sæpius etiam tantam exercet tyrannidem, vt non tantum spiritus obsidendi & cruciandi vires habeat, omnibus iis modis, quo modo diximus, sed corpus etiam tot insultibus impetit, vt plane ipsum obruat, & prorsus suis functionibus ineptum reddat ac inutile. Quin & tantam interdum ferociam exercet, vt mortem eius acceleret & præcipitet.

Huius rei certissimam nobis facit fidem Octauiæ Sororis Imperatoris Augusti historia, quæ vsque adeo tristitia, mærore & dolore ex morte filii sui Marcelli, maximæ spei Principis oppressa est, vt omnem consanguineorum suorum & agnatorum respuerit accessum, quod nullas ab illis adhortationes aut consolationes vellet admittere, ad illorũ suaues voces aures obstruens, quin potius omnium conspectum fugiens latebras seorsim quæritaret, vt mærori solitaria liberius indulgeret, & nati mortem abunde citra impedimentum desleret, quem toto reliquæ vitæ curriculo pergemuit, tantisq; postea & languoribus & mæroribus, ac animi angustiis conflictata est, vt millies moriendo mori non posset. *Seneca tract. de consol.*

Mors subitanea ex nimia tristitia. At ostendamus quamplurimos etiam ex eiusmodi liberorum iacturis, quas constanter ferre non potuerunt, non nisi morte solatium sibi comparare potuisse, vsque adeo vrgens & tenax est ista animi perturbatio.

Paul. in act. Adrastus cum exercitum à Thebarum expugnatione domum reduceret, audito Megæræ de morte filii sui Agyalei nuntio, extremo repente mærore correptus exanimis concidit, ac sepulchro illic conditus est.

Eduardus tertius Anglorum Rex, amisso Eduardo filio suo, Principe iam illustrissimo, & multis virtutibus clarissimo, maioraq; adhuc in posterum de se promittente, ex grauissimo animi dolore luctuq; exanimatus est. *Polyd. lib. 19.*

At quot videre est exanimatas coniuges, ex maritorum mor-

morte audita, quarum luctus non nisi morte finiri potuerunt. Ex earum numero habentur Iulia C. Iulii Cæsaris filia, Pompeii vxor, item Imperatrix Irene, Imperatoris Philippi vxor quæ audito de morte mariti grauissimo nuntio mærore percita, grauida intempestiuum fætum exclusit, & paulo post obiit. *Cuspinian. in Philipp.*

Hæc portentosa vtiq; & implacabilis animi perturbatio non tantum mulieres adoritur, ac fortissimorum etiam virorum Regumq; ipsorum corda, non inuadit modo, sed edomat etiam, qualis fuit Rex Antigonus Epiphanes, qui licet strenuissimus, fortissimus ac potentissimus, tanta tamen animi tristitia obrutus est, vt vi ab hoste repulsus, ignominiosam hanc fugam ferre non potuerit. Is enim & hac ignominia suffusus & audita Lysiæ fuga, à Iudæis hostibus profligati, adeo dolorem ingeminauit, vt coactus suis amicis fateri se prorsus animo esse consternatum, tantoq; mærore obrutum, vt prorsus langueret ac concideret viribus animi, vnde propediem interitum sibi extremum præsagiuit, qui & paulo post secutus est.

Cuspinianus narrat, Iustinum minorem vsque adeo graui ex clade apud Persas accepta, mærore correptum, vt rationem & iudicium prorsus amiserit, demensque tandem in lethalem phrenesin inciderit.

Simili vitæ exitu Vrsatus quidam Iustinianus, naualis belli Venetiorum Dux, vsus est, ob infortunium quoddam & detrementum, quod inopinato accepit in bello.

Fuerunt, qui elato ac sublimi animo præditi, cum ad optatum finem consilia sua perducere non possent, tanto mærore aut indignatione idcirco lacessiti fuerunt, vt vno momento mortem oppetierint. *Exempla tristitiæ alia.*

Philetas Cous insignis quidam Criticus, cum sophisma quoddam soluere non posset, præ mærore contabuit. *Giral. 1. tom. hist. Ponti.*

Quid non etiam de magno illo Philosophorum Principe Aristotele Stagirita scribitur. Is cum in Chalcidem appulisset, & in Euripi freto crebras euntis & redeuntis maris fluctuum reciprocationes admiraretur, quæ die nocteq; septies iterabantur, cum huius rei altius animo agitatæ & peruestigatæ rationem assequi non

posset, tantum inde mærorem concepit, vt in eum prolapsus sit morbum, à quo nunquam conualuerit.

L.29.c.8. Cælius progreditur vlterius. narrat enim, tanta illum indignatione ac desperatione agitatum fuisse, vt se in mare præcipitem dederit. Inde natum prouerbium: Quoniam Aristoteles non cepit Eurippum, Eurippus cepit Aristotelem.

Hinc videre licet ab hac ferissima bellua nemini, cuiuscunq; generis sit & sortis, parci, ab eodemque non animum tantum variis modis obsideri, sed corpus etiam eo vsq; adigi, vt sæpissime sibi mortem vltro consciscat.

Nostræ igitur sunt partes, tam graui perturbationi succurrere, ac singularia quæque laudabiliaque remedia in medium adferre, quæ ferocissimum illud malum cohibeant & eneruent.

Quemadmodum autem varias horum morborum differentias attulimus, eorumque diuersissimas causas ostendimus, sic varia in curam remediorum genera postulari, certissimum est.

Curatio igitur primo in generalem & particularem diuidetur. Generales omnibus mærorum siue genuinorum & exquisitorum siue spuriorum speciebus & differentiis adaptabitur.

Curatio generalis tristitia. Præcipua autem huius narrationis vniuersalis remedia ex duobus fontibus haurientur, nempe ex plausibilibus ac fidem etiam facientibus, quæ vagum alioqui iudicium & inconstantem animum sistant & roborent tristis ac melancholici hominis, quæque certissimis documentis auertant & leniant eiusmodi perturbationem.

Alter fons remediorum est, qui variis redundat & scaturit exemplis, quæ eiusmodi tristitia affectorum oculis subiicienda sunt, vt in temperatum ac firmiorem statum animus eorum perturbatus reuocetur: Siquidem iis exemplis doceri potest, quanta commoda ex eiusmodi curis, feliciter id genus morbis exhibitis orta sint.

Cum enim animus huiusmodi malis præcipue ac priuatim torqueatur, ad eum præcipue etiam, ac priuatim restituendum, tota no-

ta nostra ferri debet intentio ac sedulitas. Iuxta porro malorum varietatem, variæ etiam rationes ac diuersa exempla accommodanda sunt, singulaq; ad singulas causas reuocanda. Sublata enim causa, facile tollitur effectus.

Diuisimus autem horum morborum causas in externas & internas. Etsi autem Medicus in ægritudinibus corporeis ex causis internis nullam curationis intentionem mutuetur, nisi quatenus eæ sunt præsentes, vt vult Galenus methodi quarto: non ita res habet de animi morbis. Etenim eiusmodi causæ licet absentes aut iam pridem adventitiæ sint, semper tamen sese animo tanquam præsentes exhibent, quarum idcirco perpetua habenda est ratio.

Octauia.

Octauia, de qua supra diximus, tristi huiusmodi perturbatione, ab externa causa, ex morte nempe filii obsessa nunquam ea tristitia expediri potuit, quin sibi perpetuo morbi causam, etsi absentem, oculis subiiceret: Ita vt ad vitæ vsque exitum perpetuo causæ sui mæroris intenta, mærens ac deflens filii sui funera, perstiterit.

Sed excipiet aliquis, cum Octauia tanti Imperatoris soror, nulla ratione Romæ, vbi celeberrimi ac doctissimi totius orbis viri tum degebant, nullum auxilium percipere potuerit, quorsum igitur huic morbo nunc præscribantur remedia? At non sequitur, si quibusdam non prosint semper remedia, quin aliis auxilio non sint futura.

Vt enim omnes corporei morbi non omnium ergo semper curationem admittunt, sic & spirituales ægritudines, non vbique persanantur.

Liuia ob filii mortem nimis luctuosa per Arium Philosophum restituitur.

Liuia eiusdem Imperatoris Augusti vxor, eodem tempore, easdem ob causas, & ipsa simili perturbatione tentata, ex morte Drusi filii sui, Imperii successoris futuri, salutaribus remediis, ac summe animum solantibus, quibus eam adhortatus est Philosophus Arius, sic reuocata est, vt tandem patienter ac constanter, sapienterq; filii obitum tulerit, sicque lethali illa ægritudine liberata fuerit.

Marcia

Marciæ ex filii morte quanta tristitia.

Marcia ad mortem vsq; eadem ægritudine ex iactura filii sui Metelli, eximiæ spei nobilis, omniq; virtutum genere clarissimi, cõflictata tandem & ipsa ad mentem reuocata est, ac sapientissimis magni Senecæ exhortationib. ac consolationibus sanitati restituta.

Mutuanda igitur sunt nobis à magnis illis & præclaris viris remedia, quibus in curam huiusmodi malorum ex similibus causis procreatorum vsi sunt, quorum formulas quasdam hic præscribemus summatim, quas quiuis latius diffundere poterit, certa industria & methodo, prout singulis viderit expedire.

Vera animi afflicti solamina.

Prima remedii formula fuerit, communem totius generis humani conditionem oculis subiicere, quæ quidem huiusmodi est, vt omnia orta occidant, & aucta senescant, ita vt homines, cuiuscunq; sortis sint, vix nati ad interitum properent. Docendum præterea fuerit, à Deo præscriptos esse nobis vitæ nostræ limites, quos pertrãsire non liceat, ipsumq; nosse, quid nobis expediat, atque omnia ab eo in salutem nostram deriuari, ita vt vitæ nostræ fila regat, quæ producit, prout nobis expediat, vel corripit, prout è re nostra esse cognouerit, adhæc sapientissime omnia ab eo gubernari, nec quicquam citra eius voluntatem contingere, cui nos subiici æquum sit, omniaq; ab illo pendere, qui nobis sit pater, de cuius beneuolentia dubitare filiis suis sit nefas, alioqui frustra illius imperio refragemur, qui nos homunciones parum moretur & quos halitu solo possit in nihilum prorsus redigere. Cum igitur necessario nobis sit moriendum, vitæ tamen nostræ exitus incerta sit hora, quæ vel acceleratur vel differtur, prout beneplacitum diuinæ fert voluntatis. quorsum tot tristitiæ, mærores & continui fletus, cum nihil de sententia Dei immutare valeant, cum vitæ terminus hac ratione produci nequeat, cum mors à morsu suo ne latum quidem vnguem vanis illis luctibus recedat? Quid mortalibus & mortuis prosint nostri planctus, nisi vt nobis ipsis mortem consciscamus, nedum vt alios in vitam reuocemus. Cum porro multis fletibus desiderentur, qui ex his mundi miseriis ac calamitatibus egressi, in fœlicem portum, tranquillum, ac ab omnibus procellis mundanis liberum, tuto recepti sunt, & vita æterna, loco caducæ fruuntur? quorsum animæ immortali inuideatur, si ex ergastulo corporis, quo captiua inclu-

includitur, perpetuo ad libertatem anhelet? & cœlum summis votis adeat, vnde duxit originem, ibique proprium domicilium quærat.

Sed quis excipiat, notissimam esse omnibus generalem moriendi legem, attamen inopinas eiusmodi mortes non posse non defleri, florentisque ætatis, ac summæ spei iuuenes, immaturo obitu sublatos, non posse etiam non desiderari ac lugeri. Illi responsum sit, voluntate Dei rerum omnium legem stabiliri, magnique delirii ac insaniæ esse, si quis, cuiuscunque ordinis, ætatis & sexus fuerit, stulte crediderit vitam prærogatiua quadam ad extremam vsque senectam deberi.

Quod cum Imperatorum, Regum & Principum liberi, nullo iure priuato, arrogare sibi audeant, vt scilicet vitam vltra Dei voluntatem producant, sed in cunabulis etiam ipsis cogantur animam exhalare, quid alii gregarii homines ausint sibi promittere? Hinc canebat Poeta: Mors æquo pede pulsat pauperum tabernas, Regumque turres.

Sed quæ lugendi aut sese mærore conficiendi ob defunctos, siue breui, siue diu, inter nos commorati fuerint, iusta sese offert occasio? Si enim omnibus vitiis inquinati fuerint, aut nullius in Republ. humana vsus, quorsum isti lugeantur, quos iam pridem ex hominum consortio sublatos oportuerit & vtile fuerit? si gloria & virtutibus claruerint, quare gloriosum exitum illis inuideamus, cum forte si diutius in hac vita permansissent, næuis gloriam suam aspergere, & fœditate huius vitæ, quæ plena est sordibus, famam (vt procliues sunt homines ad vitium) magno dedecore conspurcare potuerint? Nunquid satius fama celebres, & gloria præclaros occidere, cum in huiusmodi exitu immortalem apud homines vitam sibi comparent, æternaque gloria in cælis fruantur.

Quot rationum sunt momenta, tot sunt tuta remedia præparandæ constantiæ ad perferendam tristitiam idonea, quæ ex eiusmodi causa quam diximus genita est. Vt autem eam prorsus euellamus & extirpemus, exemplis id præstandum est à nobis commemoratis, eorum aut illarum, quæ strenue aut constanter, magnaque

cum admiratione & fortitudine animi, eiusmodi perturbationes perpessæ sint, indeque sibi immortalem gloriam, perpetuumq; nomen pepererunt.

His enim ratione præditi homines facile mouebuntur, & ad sanam mentem reuocabuntur. At si qui tanta obruantur tristitia, ex liberorum morte, quibus opera sit impendenda, vt eos à tanta perturbatione dimoueamus, primo loco Dauidis exemplum eorum oculis fuerit subiiciendum, qui filium suum ex Betsabea conceptum videns in extremis vitæ angustiis versantem, quem ex eo ipso morbo moriturum à Propheta Nathan audiuerat, toto morbi filii tempore in ieiuniis & precibus perstitit, sese in puluere volutans, & perpetuis lachrymis ac planctibus coram Deo, noctesque diesque sese excrucians, quem iusta ira percitum satis sciebat, eo consilio vt irati Dei forte animum pacaret. At defuncto septimo die filio, resurrexit à luctu, corpus inunxit, atrata vestimenta in regia permutauit, cibumque tandem sumpsit.

Dauidis aliorumque tristitia exempla.

Quod mirati domestici, huiusque rei causæ intelligendi cupidi, quod à luctu destitisset, quem mors auxisse debuerat, exposuit Dauid, dum vita adhuc infans frueretur, se ingemuisse seseque ieiunio & precibus à Deo summe contendisse, vt si fieri posset, vitæ infantis misereretur, eique parceret, quod cum secus acciderit, mortemque obierit infans, nullis ieiuniis nec precibus Deum amplius esse sollicitandum, vt qui secus de illo iam statuisset: Deinde sermonem suum concludens addit, se tandem ad filium iturum, at nunquam filium ad patrem reuersurum.

His paucis verbis tota remediorum à me propositorum essentia enucleatur, quæ inter consolatoria primæ classis auxilia pluribus verbis supra attuli: Qui Deum timent, certissimum tutissimumque præsidium luctibus suis comperient, si ad tanti Regis, tamque fidelis Dei serui illustre propositum sese componant.

His si Ethnicorum exempla adiiciamus, qui virtute quadam naturali, & Philosophia humana edocti, constantiam hanc adepti sunt, & sese omni consolationum genere, in pertubationibus suis recrearunt, citra vllam Dei cognitionem, quam pudibundum

dum nobis fuerit, & ignominiosum, si nos, qui Christianum nomen profitemur, & aliam longe firmiorem ex cœlesti schola hausimus, ab illis nos vinci patientia & constantia patiamur.

Anaxagoras aliquando, inter amicos familiariter de natura & proprietate rerum differens, insusurratam auribus ab amico filii mortem accepit, quo tristi nuncio statim commotus, & momentum interpellata oratione, paulo post cursum narrationis suæ repetiit, eumque constanter secutus est, hoc tantum nuncianti respondens: Sciebam, inquit, me genuisse mortalem. Haud secus Rochardus Poliænidæ filius audito de obitu filii sui nuntio mærorem dissimulans respondit. Olim sciebam, illi esse moriendum. *Constantia & patientia Anaxagora*

Pericles inter Athenienses illustris Princeps, intra quatriduum duobus adolescentibus filiis, ornatis multis virtutibus præclaris, orbatus his ipsis diebus, & vultu pristinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. *Valer. Max. lib. 5. c. 10.*

Si Romanorum exemplis in remedia vti velimus, quis non in id genus perturbationibus admirandam Quinti Fabii, Puluilli, Horatii, Pauli, Æmilii & Catonis Censoris, vt apud Plutarchum, Valer. Max. Pontanum, & alios authores videre licet, constantiam non suspiciat? Quorum virtute nulli non affecti permouebuntur, & ad mentem reuocabuntur. *Plut. in vita Fabii, Aemilii, Caton. Val. libr. 5. c. 19. 10.*

In conclusionem huius de constantia & patientia Romanorum orationis addam, quod Valerius Maximus scribit de M. quodam Bibulo, magnæ authoritatis viro, ac multis præclaris ac honorificis muniis decorato, qui quo tempore in Syria moras ducebat, filios duos, eximiis virtutibus insignes, crudeli & immani cæde à quibusdam militibus Gabianis sublatos amisit. Quos Regina Cleopatra tantum scelus exosa corripi iussit, colligatosq; homicidas propere ad Bibulũ transmisit, qui ꝓ facinoris immanitate dignas de illis pænas sumeret. At ille oblato beneficio, ꝙ nullũ maius lugenti tribui potuerat, dolorẽ moderationi cedere coegit, carnificesq; sanguinis sui intactos è vestigio ad Cleopatrã reduci iussit, *L. 4. c. 10. M. Bibulus.*

 dicen-

dicendo, potestatem huius vindictæ non suam sed senatus esse debere.

Atque hæc sunt tam præclara tantorum virorum exempla, quæ exhiberi possunt hominibus hoc morbi genere affectis ex filiorum suorum iactura. Quæ quidem vera sunt Antidota, discutiendis huiusmodi doloribus idonea: Exempla, inquit, tum ex sacris literis, tum ex profanis historiis deprompta.

Exempla quarundã mulierum. Atque hæc viris virilia exempla in consolationem proponenda sunt. Si quæ vero mulieres id genus perturbationibus tententur, habebunt & ipsa documenta, ab exemplis illustrium mulierum, & magna constantia in aduersis rebus præditarum, petita, quarum aliæ Christianæ fuerunt, grauissima potius martyria perpessæ constantissime, quam quid indignum nomine Christiano perpetrarent. Quin & liberos ad atroces cruciatus constantissime perferendos adhortatæ sunt potius, quam vt eorum obitum crudelissimis suppliciis comitatum plangerent & impatientissime lugerent. His nemo non Christianus moueri possit, præsertim si perpendat, nihil non sibi à Deo immissum, omniaque ex Dei voluntate fieri, cui reluctari sit nefas.

Inter ea vero, quæ ex Ecclesiasticis historiis peti possunt, opportune citari possent exempla Blandinæ, Sophiæ & Felicitatæ, quæ incredibili constantia ac animi fortitudine liberos suos ad grauissima martyria comitatæ sunt, & infinitis doloribus excruciari patientissime viderunt. Inter has sanctas vtique mulieres

Felicitata. Felicitata, vidua Romana, quæ inter primos Christum amplexa fuerat, eiusque cognitione temporibus Imperatoris Antonini & Seueri totam suam familiam cum septem liberis, quos pepererat, imbuerat, magna constantia intuita eorundem liberorum crudelissima martyria, quorum sortem, tantum abest, vt defleret, vt contra variis iisque grauissimis adhortationibus, non sine magna animi fortitudine excitaret, & compelleret, vt ad vltimum vsque vitæ exitum in fide, quam profitebantur, strenue perstarent, his verbis eos compellans: Filii charissimi, in fide & confessione persistite: Vos iam spectat Christus, cum sanctis suis, pugnate pro animabus

mabus vestris, & fideles vos exhibete Christo. Quos cum singulos ordine fortiter mori spectasset, illa & ipsa forti animo post martyrium subiit, proprio sanguine consignans eruditionem, quam de Christo liberis tradiderat, & quæ animo suo Dei gratia penitissime infixerat.

Atque hæc sunt quæ Gregorius in eius laudem scriptis mandauit: Felicitata credendo extitit ancilla Christi, prædicando vero mater Christi facta est: prædicando peperit filios Deo, quos carne pepererat mundo: Filios suos carnem esse nouerat, sine dolore morientes videre non poterat, sed erat vis amoris interior, quæ carnis amorem superabat, &c.

Præter hæc sanctissima exempla, ex historiis profanis alia mutuari possumus, quibus admirandæ constantiæ virtutes nobis innotescunt, mulierum etiam complurium, in morte liberorum suorum, quæque tuta remedia & salutaria exhibebant, si attento animo recolentur, & in vsum reuocabuntur apud mulieres, aliosque homines, qui id genus perturbationibus conflictati fuerint.

Primo ordine matronarum Laconicarum virtutes recensebimus in genere, quæ statim post conflictus pro Republica susceptos de more accurrebant, audituri num filii sui generose vicissent, aut fortiter occubuissent, quos cum fortiter id fecisse intellexissent, magna animi alacritate vulnera, quibus interfecti fuerant, circumspiciebant. Quæ si aduersa patebant, in persequendis hostibus inflicta esse congratulabantur, magnoque sepulchri honore euehebant. At si ea auersa fuissent, cum testimonium fugæ exhiberent, pudore & ignominia suffusæ, cum magna indignatione domum reuertebantur, indignaque sepulchri honore cadauera iacere feris & auibus prædam permittebant. *Virtutes Laconicarum mulierum.*

Fuerunt & priuatæ quædam mulieres, quæ in huiusmodi aduersis rebus magnæ suæ constantiæ testimonia, eaque non vulgaria exhibuerunt. His exemplis refertæ sunt historiæ.

Fulgosius mentionem facit cuiusdam Laconicæ mulieris quinque filios habentis, qui omnes in conflictum pro patria alacriter descenderant. *L. 5. c. 10. sua histor.*

Illa vrbem egressa & sciscitata ex quodam qui status esset prælii? respondit talem fuisse, qui omnes eius liberos sustulerit, & solo prostrauerit. Malo, inquit, tuo fato, hoc à te non petii, sed vt patriæ res se habeat, rogaui.

Cum autem alter iterasset, quod ad Rempubl. attineret, rem bene habere, addidit & illa pulcherrima hæc verba magna animi constantia plena, nec muliebre quid redolentia: Lugeant ergo miseræ, ego victrice patria beatam me existimo.

Plutarchus in Lacon. apoph. & Diodorus libr. suo 12. præclaram aliam & summe admirandam historiam describunt de Archileonide Brasidæ illius generosi ac strenui Spartanorum Ducis matre, qui cum sæpe fortitudinis animi & inuictæ strenuitatis specimen pro patriæ libertate edidisset, tandem signis collatis cum Cleone Atheniensium Duce, ad Amphipolim fortissime ante omnes pugnans, inter stratos hostium aceruos sanguinem profudit, interfecto pariter altera ex parte Cleone inter dimicandum. Huius tamen crudelis conflictus, cum nuntius Lacædemona peruenisset mortis etiam Brasidæ fidem faciens: Audito nuntio mater inter omnia sciscitata est, nũ Brasidas gloriose & fortiter dimicans occubuisset, quæ cum resciuisset, nullum illi in certamine virtute parem fuisse, nullumque magis strenue in hostes irruisse: Hallucinamini, inquit, viri, video non satis vos cognitos esse Lacedæmonios. Vir quidam erat bonus filius meus, verax & strenuus, sed qui plerosque alios longe se virtute præstantiores habuerit antea & reliquerit conciues. His verbis passim per vrbem diuulgatis Ephori publicis honoribus ac laudibus ornatum Archileonidem, cui patriæ laudes & maiestas publica filii sui gloria chariores extitissent. Quis vel extrema tristitia languens, his tam eximiis & illustribus exemplis non permoueatur, & recreetur?

A Spartanis ad Romanos transeamus. Vt enim Roma iam nobis peperit illustrium virorum insignia exempla, qui tam constanter huiusmodi animi affectiones pertulerunt, non minus celeberrimarum mulierum in hoc virtutis genere indiguit, quæ sese generosas ac fortes in huiusmodi perturbationibus ferendis ac edomandis exhibuerunt.

Testis

Testis est inter Christianas Melania quædam Romana, è nobili oriunda familia & Marcelli Consulis vxor, cuius meminit D. Hieronymus in epist. ad Paulam, super obitum Blesillæ. Atque hæc quidem Melania, postquam eodem tempore & maritum & duos filios amisisset, strenue & constanter hanc iacturam ferens, devoluta in pedes, exclamans ad Deum, hæc dixit: Expeditius tibi seruitura sum Domine, quia tanto me onere liberasti. *Melania constantia.*

Inter Ethnicas Liuia quædam fuit (cuius iam mentionem fecimus) fuit & Rutilia, Ania, Cornelia Scipionis filia ac Gracchorum mater, quæ omnes in filiorum iactura eximia constantiæ ac patientiæ exempla, summaque admiratione digna in omnem hominum memoriam propagarunt.

Sed in Colophonem tam illustrium exemplorum liceat hoc admirabile Amatricianæ, gregariæ mulieris addere, quæ cum audiisset filium suum, qui ad supplicium trahebatur, animo concidere, accurrit ipsa ad eum, hortans vt temperaret à lachrymis, nec mortem formidaret, ac sursum cor & caput attolleret, vbi cœlum & solem intueretur. *Notabile Amatriciana exemplum.*

Cui dicta materna audienti addit illa, An, inquit, ignoras fili confestim te in arces illas emigraturum? Ac vix vnius momenti dolorem perpetuam tibi quietem & voluptatem pariturum.

Quis tanta tristitia, tam atra bile inter Christianos vexatus, ob amissos liberos propinquiores aut fidelissimos amicos, his exemplis non moueatur, aut recreetur, quibus tantam animi constantiam ac generositatem, in perferendis rebus aduersis vel apud ipsos Ethnicos extitisse, perspiciet? Quis, inquam, Christianorum non tantum illos imitari, imo constantia ac fortitudine animi non conetur superare, præsertim cum certum habeat (quod incognitum fuit Ethnicis) resurrecturos esse mortuos, mortique expenso tributo, Dei filios vita beata in perpetuum esse potituros.

Si nascatur tristitia ex fortunarum iactura aut simili casu, remedia, quibus ratio vti debet, hæc sunt, vt scilicet doceatur, *Quomodo tristitia sit arcenda.*

tur, ob rem nihili & nullius momenti dolorem concipi: Siquidem & bona hæc externa & mundana gloria, si in se se attente spectentur, titiuillitio sunt viliora, etsi ab hominibus iniquis æstimatoribus magnifiant, qui in hac se nimia plurimum hallucinantur, præsertim cum satis notum sit, hanc æstimationem esse prorsus naturæ contrariam, quæ paucis sit contenta, nec quicquam superfluum ambiat.

Intueamur ipsa hominis rudimenta, cum is in lucem editur, solo lacte contentus fouetur & recreatur, commodeque hoc vno vesci potest etiam toto vitæ cursu cum pane & aqua, quæ quidem regula à natura præscribitur.

At inexplebili appetitui & famelico abdomini, multa alia præter naturam desiderantur, cum huiusmodi homines naturæ legem violantes, caninam famem sibi ipsi vltro contrahant, quæ nunquam expleri possit, at quo magis vorat, eo minus exsaturetur. Sic qui bonis & fortunis inhiant, nunquam tot opes sibi accumulare possunt, quibus acquiescant, sed aceruos aceruis nulla nec corporis intermissione & quiete adhibita, cumulant & superimponunt. Atque id genus homines cum nunquam sibi satisfaciant, in paupertate, quam fugere cupiunt, perpetua versantur, nec fælicem vnquam vitam degunt, etsi totum etiam mundum possederint: siquidem in eo bonorum felicitas posita est, vt quisque sua sorte sit contentus.

Felix qui sua sorte contentus.

Præterea qui bonum illud dici potest, quod vno momento potest excidere & elabi? Deinde quam stultum & vesanum illud est, diuitem iacturam bonorum suorum facientem mærore idcirco confici & tristitia conflictari, qui cum nihil è suis bonis perdiderit? Omnia enim mundi bona sic à Deo nobis concredita sunt, vt quando iubeat eorum reddere rationem & restituere, nusquam liceat detrectare.

Frustra igitur lugeat aut desperabundus indignetur, si cōmissi & depositi rationem Deus expostulet. Hæc sunt vtique remedia, quæ animi Medicus iis proponere debet, qui huiusmodi perturbationibus ex bonorum & honorum iactura conflictari solent.

In

In documenta proponentur eorum exempla, qui ad summum felicitatis humanæ fastigium euecti, in calamitatum & miseriarum abyssos tandem deuoluti & præcipites acti sunt, vt his documentis addiscant, quam vanus & inconstans sit rerum humanarum status, nihilq; in hoc mundo stabile, vnde nos permoueri aut mæroribus confici oporteat.

Cræsus Lydorum Rex inter potentissimos sui temporis Principes relatus, eo nomine à Solone correptus est, quod suam beatitudinem in diuitiis & opibus constitueret: Illud enim certo certius summus ille Philosophus sibi persuadebat, nullum inter mortales hominem existere, qui ante obitum felix nuncuparetur: Hæc tamen verba male apud Cræsum audierunt, propter quæ Solonem tanto est odio prosecutus, vt suo regno eiiceret, & exulare cogeret, tanquam stultum hominem & omni iudicio carentem. At tandem Crœsus à Cyro Persarum Rege captus in bello, quod aduersus iniquius ac audacius, quam par erat, susceperat, tunc se hominem agnouit, cumque se busto proximum cremandum videret, tum exclamauit, ô Solon, Solon, saluberrimi Solonis consilii, licet paulo serius, recordatus. Cyrus Crœso longe prudentior, & res humanas attentius peruidens, cum Solonis hanc vocem ex Crœso audiuisset, Crœsum ab incendio liberauit, & apud se toto vitæ tempore honorificentissime habuit, instabilitatis & inconstantiæ rerum mundanarum memor.

Quomodo Crœsus euaserit supplicium.

Per me deinceps id genus ægris, nempe grauiore tristitia ob bonorum iacturam sese cruciantibus, opportune obiicitur Polycratis exemplum ab Herodoto descriptum: Is Samiorum fuit Tyrannus, qui toto vitæ tempore non tantum Fortunæ alumnus dici poterat, at ipsemet Fortunæ pullus, ab ea conceptus & editus, vsque adeo mundana omnia ex voto succedebant & arridebant. Attamen cum mortem obiret infamem, probrosam & calamitosam, quantæ infelicitati tandem fuerit mancipatus, cui bonorum omnium suorum auxilio non potuit eripi, satis superq; patefecit.

Licet enim innumeris opibus scateret, illæ tamen non impedierunt, quin ab Oronte Persarum Satrapa, captus patibulo misere & & ignominiosissime suffigeretur.

Miserabilis interitus Polycratis.

M. Crassi exemplum.

In vltimum exemplum afferemus M. Crassum, qui ex inope diues factus, imo inter Romanos omnium opulentissimus, qui non vereretur iactare sibi neminem videri diuitem, qui per annum integri exercitus impensas non sustineret, miserandum tamen fatum immensis suis diuitiis non auertit, quin misere à Surene Parthorum Duce caperetur, captus bonorum omnium iacturam pateretur, quin imo à victoribus trucidaretur, & trucidati caput truncatum & amputata dextra ad Hyrodem Armeniæ Regem in trophæum mitterentur.

Hæc & similia exempla eorum oculis subiicienda sunt, qui huiusmodi lethalibus ægritudinibus correpti sunt, ob amissos liberos, naufragia bonorum, honorum immmutioné, & aliquid aliud simile. Sic enim eorum frustra agitatus spiritus, ob res nihili, quæ vel potentissimis huius mundi Principibus illuduntur, reuocabitur & in sedem suam postliminio restituetur.

In vltimum huius malorum curandorum scopum reuulsio est spiritus à tristibus cogitationibus facienda, quæ præstabitur, si iucunda omnia, grata & voluptuosa ægro exhibeantur, quod vtique remedium aptissimum est maximeq; necessarium omni mærori & tristitiæ tam ab externis, quam internis causis ortæ.

Vere igitur Medici in huiusmodi malorum curam vocati officium fuerit, obiecta grata ac animum recreantia, omnibusque modis spiritus exhilarantia proponere, siue verbis facetis & delectantibus id fiat, siue Musica vocali aut instrumentorum harmonia, concentibusque summe mentem reficientibus, quæ spiritus & animum omni delectationum genere pascunt & erigunt: ista enim in huiusmodi ægritudinibus summe conducunt, vnde sic canebat Meander.

Sermo enim est tristitiæ remedium solus,
Tristitiam enim beneuolus scit mederi sermo,
Sermo Medicus est, quæ est in animo, passionis:
Animi ægrotantis est medicina sermo.

Præter orationem, quæ non mediocri cuiuis est solatio, diximus & harmoniam Musicam, expressamq; fidibus vocem, suis numeris adaptatis, & varietate rythmorum aures ac animum summe oble-

ctan-

ctantem, huiusmodi morbis non parum succurrere. Cum enim simile simili plurimum afficiatur, animusq; noster ex Pythagoræ sententia sit natura quædam ex harmonia & numeris constans, non modicum certe illis recreatur & iuuatur in suis perturbationibus. Etenim in vocali Musica atq; organica tam exacta est numerorum, rythmorum hæc proportionum concordia, (vt Plutarchus, Boetius, Glareanus, compluresq; recentiores Musici testantur, & scriptis suis docuerunt) vt nihil sit, quod magis animam permoueat & recreet, nihil, quod per externas auras suauiter diuerberatas magis illam afficiat atq; oblectet, quam concentus, & exactæ proportiones, quas cum ingenti voluptate concipit, prout reipsa facile comprobatur. Sit aliquis quippe, qui quatuor aut quinque vocum eleganter temperatarum harmoniam ac melos auribus hauriat, præcipue si à vocibus optime selectis, canoris & suauibus, vt in hac aula Regia videre licet, proficiscatur, is proculdubio mecum fateatur necesse est, nihil vnquam elegantius aut suauius audiri posse, nec re vlla magis animos hominum promoueri ac recreari, cum vel ipsa anima propemodum à corpore præ nimia dulcedine abstrahatur, abripique videatur. Idipsum in choreis emuncti iudicii quilibet homo perspiciet, in quibus mens delectatione rapta, tripudiare potius, quam corpus aduertitur. Neque enim corpus ad modulos mouetur, quin ab ipsa anima agitetur, vt elegantibus motibus huc & illuc impellatur. Accedat hoc superioribus miraculum, & quod vel ipsos infantes ratione carentes, in gremiis suarum nutricum ad suaues eiusmodi cantus, & instrumentorum musicorum harmoniam, suapte natura moueri, suosque eiulatus videas compescere. At nunquid ipsimet rustici vel agrestiores homines, prorsus rudes ac terreni, recreantur eiusmodi instrumentorum suauitate? Quid de belluis & pecudibus dicemus, nunquid constat hac melodia omnes passim moueri, sed præcipue auiculas, quæ ad huiusmodi cantus partes suas pręstare & ipsæ velint, cantibusq; suis melodiam istam imitari, aut etiam superare conentur? Quod satis inter alias philomelæ aut lusciniæ, Cerini ac acanthides testantur, quæ quo magis intonat harmonia, eo spiritus intensiores edunt, vel media etiam nocte, vt victoriam tantæ suauitatis ac melodiæ reportare

Quanta vis Musica.

obnixe contendant. Hinc factum, vt Poetæ, nec citra rationem, confinxerint, ab Orpheo illo Thracico suauiter lyra modulante arbores & rupes pellectas, & de suis motas sedibus, arbores radicitus erutas, quæ tandem melos sequerentur, belluas vel ferocissimas cicuratas, & ad actum lyræ abreptas atq; lenissimas redditas. Quæ vtique Poetarum fictio aliud nihil voluit, quam admirandos Harmoniæ Musicæ effectus repræsentare.

Orpheus Thracicus.

Sed omissis fabulis ad rem ipsam veniamus, ostendamusque, quanta sit potentia huiusmodi rythmorum & concetuum in morbis animi leniendis. Ac primum Saulem Israelitarum Regem intueamur, qui quotiescunq; humore quodam melancholico & furioso spiritu agitabatur, sola Dauidis lyra demulceri & recreari poterat.

Saul Rex Israelitarū Lyra Dauidis à melancholia restitutus.

Quin & ictis Tarentulæ venenosæ morsu miram melodiæ & concentuum virtutem animaduertimus. Etsi enim varia pro varietate humorum in homine gignantur symptomata, omnia tamen, cuiuscunque sint generis instrumentorum sono & Musicæ harmonia restitui solent. Scaliger 185. suarum exercitationum aduersus Cardanum: & Matthiol. 57. cap. 2. libr. Dioscoridis, mira de ea prædicant. De ea ipsa admiranda concentuum potestate ipse disserui 4. lib. meorum poematum, quæ magnum mundi speculum inscribuntur.

Musica harmonia curat Tarentulæ morsum.

Atque hæc sunt, quæ Melancholiæ & tristitiæ remedia exhiberi possunt postrema, ab externa causa suscitatis, quin & harmonia Musica aliis quoque mœroribus, ex atro humore & melancholico in nobis dominante procreatis, aptabuntur, & opportune succurrent. De cuius humoris curatione nunc nobis dicendum, prout alter ille humor varie suis exhalationibus spiritus nostros afficit, ex diuerso temperamento, quo quisque præditus est, vnde varii producūtur effectus, quales sunt stultæ cogitationes, & variæ phantasiæ impressiones, quibus cerebrum multis modis perturbatur. Siue enim morsus Tarentulæ, alios ad risum compellat facetum, iuxta hominis temperamentum, siue ex melancholico humore tristitiam & luctum ictis progignat, siue ferociam, siue stupiditatem, siue mobilitatem, siue garrulitatem, siue furorem, aut quid aliud simile.

Varij Melancholia effectus.

ſimile ex eodem temperamento ſuſcitet, quemadmodum ex ebrietatis effectis in vino repletis varia vinorum ſymptomata, progignuntur, diuerſasque hominis ebrietate correpti iuxta ſuum ſinguli temperamentum, proprietates, geſtus aut geſticulationes edunt, vt alii inde garruli & faceti, alii lugentes, alii ridentes, alii ſaltitantes, alii ſtupidi, alii cogitabundi, alii dormiturientes, alii perpetuo vigiles, alii tripudiantes, alii furibundi conſpiciantur; Sic in iis qui à Tarentula feriuntur, res habet; quæ tamen omnia ſymptomata, vt diximus, harmonico concentu compeſci ſolent, iuxta tamen humoris melancholici ægrum poſſidentis, proprietatem.

Iam vero præter melodias, vt accurate Medicus ſuccurrat, perpendendum eſt, ex quo genere melancholiæ malum oriatur, vt aptum humori peccanti remedium adhibeat.

Etenim alter ille humor, cum ſit præcipua & potiſſima huiuſmodi ægritudinum cauſa, danda eſt opera, vt præparantibus ac purgantibus medicamentis, iiſque melanagogis aptis & ſpecificis excludatur, cui rei oportune adhibebũtur ſyrupus de pomis fragrantibus, violaceus de bugloſſa, de epithymo, de cotoneis, de fumaria, vt ſint præparantia remedia, eaque vulgaria, quibus ſuccedant, quæ ſequuntur, remedia, lapis Lazuli, hellebori arte ſpagyrica præparati, vt decet, quæ nõ poſtremum virtutis locum occupant inter purgantia vegetabilia. *Hiſce* remediis exhibitis, ad reuulſiones & deriuationes tranſeundum, quibus addantur poſtea, quæ leniunt, & triſtitias demulcent, quæ huiuſmodi humore paſcuntur.

Sed nec tempus, nec locus, nec noſtra fert intentio, vt ſpecifica alia plura remedia hic attexamus, ſiue interna, ſiue externa, quæ tum ex vegetabilium, tum ex metallorum familia, infinita erui poſſunt. Ea enim abunde noſtra Baſilica chymica ſuppeditabit, & ſuggeret etiam alia diætica, ſeu optima viuendi ratio. Quin & Chirurgia, ſanguinis miſſione, & hæmorrhoidum apertione, aliiſque manuum operationibus, ſuas partes explebit.

Cæterum cum imaginatrix vis in huiuſmodi morbis potiſſimum deprauetur & lædatur, ad eam totũm noſtræ curationis ſcopum dirigamus oportet, vt ſcilicet à falſis ſuis & illuſoriis conceptionibus auertatur, impreſſionibusque phanaticis liberetur. Qua

in re non parua desideratur Medici solertis industria. Diximus supra, tres aut quatuor phantasticæ imaginationis ægritudines nõnullis accidisse hominibus, quæ vt mox dicemus, sagaci Medici artificio curatæ sunt, qualis fuit istius hominis deprauata imaginatio, qui nasum se credebat habere vrnæ magnitudinis instar, quem diximus lusoria illa impressione fuisse liberatum à Medico, accommodato illius naso bubulo hepate, ex quo magna frusta rescindebantur, nouacula inuersa naso admota, vt aliquid doloris naso inferretur, qui testaretur excessum illum exscindi, frustis hepatis vndique sanguinem profundentibus, quo tota facies cruentata est, vt hinc sibi nasum restitutum æger crediderit, & falsis stultisque suis imaginationibus fuerit hac ratione explicatus.

Historia de quodam qui nasum se credebat habere vrnæ magnitudinis instar.

Similis fuit ei ille, qui certo credebat se in ventriculo à serpente torqueri, cuius curatio fuit, vt imposito polubro serpente viuo, & vomitorio ægro medicamento ingesto, facile ille persuasus fuerit, hunc serpentem vomitu ex stomacho expulisse, atq; sic se suo morbo expeditum crediderit.

Alius credebat se in ventriculo à serpente torqueri.

Sic in aliis id genus morbis, vbi falsis stultisque imaginationibus illuduntur ægri, magna dexteritate & solertia eorum curationi incumbendum est.

BASILI-

BASILICÆ MEDICÆ
LIBRI TERTII
Pars Secunda.
De secundo Instrumento Therapeutices.

CAPVT I.

De φαρμακευτικῇ in genere.

HActenus diximus de primo Instrumento Therapeutices, quod tractauit sex Res non naturales: Secundum Instrumentum est φαρμακευτική quæ tractat de Medicamentorum Materia atque Methodo. *φαρμακευτική*

In genere autem Pharmaceutica Instrumēta illa sunt, quæ morbo occurrunt Remediis, qualia sunt omnia illa, quæ corpus nostrum alterare possunt: Horum alia sunt simplicia, alia composita. *Remedia duplicia: simplicia & composita.*

Simplicia sunt, quæ videlicet à sola natura suppeditantur, & petuntur vel à vegetalibus, vel ab animalibus, vel à Mineralibus: à vegetalibus sumuntur vel corpora integra, vel partes, vt sunt radices, ligna, medullæ, cortices, folia, summitates, flores, semina, fructus, succi, gummi, resinæ, liquores, olea, &c. *Simplicia à vegetalibus.*

Ab animalibus, sumuntur etiam, vel corpora integra, 2. Partes, videlicet sunt, cornua, medullæ, caro, &c. *Simplicia ab animalibus.*

3. Quæ in iis generantur, vt lac & oua. 4. Opera, vt sunt mel & cera. 5. Excrementa, vt fel, vrina, stercus.

A Mineralibus sumuntur: Horum alia dicuntur ita proprie, alia improprie: Proprie vt sulphur, antimonium, vitriolum ac metalla, qualia 7. Plumbum, stannum, ferrum, aurum, cuprum, argentum viuum, item argentum. Improprie, vt 1. Terræ, quales lemnia, *Simplicia à mineralibus.*

sigilla-

sigillatæ, bolus, &c. 2. Lapides, ii vel pretiosi, vel minus pretiosi. 3. Salia. 4. Succi in terra concreti.

Composita medicamenta. Composita remedia dicuntur, quando ab arte plures naturales res in vnius medicamenti formam commiscentur. In quibus considerantur compositionis causæ, ratio ac modus.

In remediis considerãda differentiæ ac facultates. In medicamentis præterea considerantur eorum differentiæ ac facultates: Differentiæ 1. ab aliis rebus, vt vel alimento, quod corpus nostrum tantum auget, vel instaurat, vel reficit: Vel veneno, quæ corpus non solum alterant, sed & corrumpunt. 2. Inter se, ita alimenta dicuntur esse medicamenta vel actu, aut potentia: Actu, quæ vim suã actu quasi absoluto & præsenti obtinent. Vt ignis qui actu calefacit, item aqua & glacies quæ actu refrigerant. Potentia, quorum vis primo contactu non percipitur, sed quasi sopita delitescit, nec actu sese exerit, donec à calore nostro aliquo modo immutetur.

Facultates: Harum aliæ sunt 1. vel ratione suarum qualitatum. 2. vel ratione effectuum.

Facultates manifestæ. 1. Suarum qualitatum, harum aliæ sunt manifestæ, aliæ occultæ.

Facultates primæ. *Facultates secundæ.* *Facultates tertiæ.* Manifestæ sunt, quæ videlicet nostros sensus afficiunt: quarum aliæ sunt primæ, secundæ vel tertiæ, ab aliis & quartæ. Primæ sunt, quæ videlicet habent vim calefaciendi, refrigerandi, humectandi & siccandi. Secundæ, quæ possunt exempli gratia, emollire, indurare, condensare, rarefacere, resoluere, attenuare, incrassare, attrahere, repellere, &c. Tertiæ quæ possunt mouere, vel vrinas, menses aut vomitum, vel carnem generare, aut calculos frangere, &c.

Facultates occultæ sunt in gradu cum quartis vt videre est in sequentibus. Occultæ facultates: Harum tria sunt genera, vel enim humorem certum peculiari facultate euacuant: vel cum membro aliquo peculiarem cognationem habent, vnde alia medicamenta dicuntur, cephalica, cardiaca, hepatica, &c. vel resistunt venenis.

Medicamentorum facultates in sex class. *Classis 1.* 2. Facultates aliæ sunt ratione effectuum, quos in medicina edunt, vnde ad sex potissimum classes referri posse videntur omnium medicamentorum facultates. Ita complectitur classis prima omnia medicamenta quæ ἀλλοίωσιν spectant nouæque qualitatis inductionem, quo referuntur efficacia qualitatibus primis ac secundis.

cundis. Primis, calefacientia; refrigerantia, humectantia & ſiccantia. Secundis, vt emollientia, indurantia, laxantia, rarefacientia, condenſantia, ſtipantia, obſtruentia, adſtringentia, aperientia, attenuantia, incraſſantia, implentia, detergentia, anodina, narcotica ſomnum inducentia.

Secunda claſſis, quæ vi motum conciliando valent, vt attrahentia, repellentia. 2.

Tertia claſſis, quæ in alicuius generatione conſiſtunt, vt maturantia, pus generantia, carnem generantia, glutinantia, cicatricem inducentia, lac & ſemen generantia. 3.

Quarta claſſis, quæ corrumpunt vt corrodentia, putrefacientia, cruſtam inducentia, adurentia, lac & ſemen corrumpentia. 4.

Quinta claſſis quæ in rei ablatione conſiſtunt, vt lenientia, purgantia, vomitoria, vrinam & menſes cientia, ſecundinam expellentia, fœtum mortuum extrahentia, calculum frangentia & expellentia, errhina, ſternutatoria, apophlegmatizonta, expurgantia, pyrotica, bechica, vermes necantia & expellentia, &c. 5.

Sexta claſſis, medicamenta venenis reſiſtentia & Alexipharmaca, &c. De his in genere ſufficienter dictum ſit, ſed cum de materia medicamentorum ſat clare agatur in Baſilica noſtra Chymica, hic eam pluribus deſcribendum omittimus & mentem noſtram dirigimus in medendi methodum, quę etiam requiritur in hac parte pharmaceutica. 6.

CAPVT II.

De methodo medendi & indicationibus.

MEdicinæ ſubiectum ſcimus eſſe corpus humanum, quatenus ſanabile: Sanitas vero ſcopus, à qua functionum omnium integritas. Hinc corpus fruitur ſanitate, vel illæſam conſeruando: vel ne in totum à cauſis morbificis ſupprimatur, præſeruando: Vel amiſſam ſanitatem recuperando curandove. Hinc trinum exiſtit medicinæ munus, conſeruare, præſeruare ac curare: Item *Medicinæ Munus triplex.*

& tres medicinæ operatricis partes (medicina enim authore Gal. lib. de const. artis, in numero artium factiuarum est, quæ aliquid faciunt, & ex parte vitiatum corrigunt) conseruatrix, præseruatrix & curatrix.

1. Conseruatrix. Munus conseruatricis proprie est sanitatem in eodem statu tueri ac conseruare, aut parua minus sensibilia vitia, contracta à causis necessariis externis vel internis corrigere. Deinde qui curam suscipit tuendæ sanitatis gratia, tres hos scopos obseruet necessarium est: 1. vt id, quod continuo à corporis substantia dissoluitur salubri diæta restituat. 2. Vt excrementa expellere sciat. Tertius ne animal præpropere senescat, prohibeat.

2. Præseruatrix. Hinc munus præseruatricis est, si in horum vsu manifestus error cõmittatur, grauioraq; vitia morbis proxima, nascantur aut causæ existant, quæ morbos fouent & augent, verũ præseruatio sanis proprie non debetur, sed ægris aut neutris, idque diuerso modo; Conseruamus enim sana non parata ægrotare; præseruamus neutra corpora, siue sana parata ægrotare, & ægra dum morbi sunt in fieri, & à causa fouentur.

3. Curatrix. Munus curatricis est morbum tantummodo respicere, & quantum morbi genitum est proprie tollere.

Officium & munus proprium Medici est, naturæ inseruire, eam scire, causas, differentias ac signa omnium eorum, quę secundum & præter naturam humano corpori insunt probe à se inuicem dignoscere ac cognoscere. Peculiare vero eius officium est, sanos conseruare, conualescentes reficere, senes fouere, causas morborum præcauere, ægros à morbis liberare, symptomataque omnia mitigare, &c.

Harum operationum causa efficiens est natura & ars: Instrumenta vero per quæ operationes absoluuntur, sunt similia naturæ & contraria morbo: Modus agendi est cito, tuto ac iucunde. *Modus agendi.*

Materia instrumentorum triplex. Materia illorum instrumentorum est triplex: Diæta, pharmacia, & chyrurgia. Via & modus inueniendi materias auxiliorum duplex est: Ratio siue methodus per indicationes: Et experientia à sensuum euidentibus.

Metho-

Methodus medendi, est vera ac Homogenea cognitio rerum salubrium, per legitimam rationem & ordinem, perque intentiones & indicationes ad sanitatem conseruandam & amissam recuperandam procedendi: Sub hac continetur methodus curatiua, quæ ratio est perfecta & ordo inueniendi certa cuique morbo remedia ad restituendam sanitatem amissam: & hæc non sine mediis, verum etiam per suas intentiones atque indicationes. *Methodus medendi.*

Scopi curatiui sunt intentiones, quas Medici in agendo proponunt siue cum ad agendum se accingunt, vt sanitatem assequantur. *Scopi curatiui sex.*

1. est, quid sit agendum, an alterandum, an euacuandum, an vero reficiendum, &c.

2. Quibus remediis, an refrigerantibus, excalefacientibus, bilem euacuantibus aut similibus, item an solidis, an liquidis.

3. Quantum agendum, an multum, an parum, ac qua mensura vel gradu.

4. Quomodo agendum an sensim, vel confertim, an continenter, vel per vices.

5. Quo tempore potissimum, an statim in initio, an in augmento vel in statu.

6. Quo ordine, scilicet quid primo, secundo, quid tertio, & quæ cum aliis, quæ sine aliis. Cui additur locus & via agendi.

Indicatio est insinuatio agendi, siue ratio dirigendi actionem, seiuncta ab experientia, sumpta à natura rei siue contemplatione scopi. *Indicatio.*

In indicatione considerantur duo: Indicans & indicatum.

Indicans nihil aliud est, quam quiddam in corpore secundum aut præter naturam obseruatum & designatum. *Indicans.*

Indicatum est illud ipsum iuuans, siue id quod indicanti congruit aut consequens agendum gratia sanitatis restaurandæ. *Indicatum.*

Sunt autem tres primæ indicationes, curatiua, præseruatiua, & curatiua: Sic etiam tria indicantia, vt morbus, morbi causa & facultas. *Indicationes tres. Indicantia 3.*

Indicantia etiam à nonnullis coindicantia dicuntur, quæ nō per se, sed per aliud indicant; Quæ vero impediunt, quod à primo indicante *Indicantia.*

Contra-indicantia. cante ſuggeritur, ea vel contra indicantia & correpugnantia dici ſolent, contra indicans autem eſt, quod per ſe primo impedit: correpugnans vero quod ſecundario: Veluti cacochymia euacuationem indicat, coindicant vires robuſtæ, conſuetudo, &c. contraindicant vires debiles, correpugnant ætas, ſexus, tempus anni, &c, quæ vires fractas demonſtrant. Similiter facultas victum indicat, coindicat ætas, temperamentum, quæ quantæ vires ſunt declarant. Contraindicat morbi vehementia, correpugnant ſymptomata conſequentia.

Indicatio curatiua. Indicatio curatiua, teſte Gal. 9. Meth. cap. 15. eſt ipſa contrarietas, quæ à morbo ſumitur, ſanitati enim morbus contrarius eſt. In hac ſeptem veniunt conſideranda, *In indicatione 7. ſunt conſideranda.* 1. Indicans, ſeu morbus, qui oſtendit quid & quibus agendum in curatione. 2. Indicantia quantitatem agendi in curatione. 3. Indicantia modũ agendi 4. Tempus. 5. Locum & vias per quas. 6. Formam remedii. 7. Ordinem agendi: *A parte affecta 5. indicationes.* A parte affecta peculiariter 5. Indicationes ſumuntur, nimirum à partis temperamento. 2. Ab actione partis. 3. A figura partis. 4. A ſitu. 5. A ſenſu partis. Deinde etiam ſumuntur indicationes à rebus naturalibus & non naturalibus. Deinde habenda etiam eſt ratio indicationum curatiuarum, quæ ſunt in ſingulis morbis: 1. In ſimilaribus. 2. In morbis organicis. 3. In ſolutione continui. *Ordo curationis.* Quibus & accedit ordo, ſeruandus in curatione, vbi cõplicati ſunt affectus. Et denique affectus vrgens: qui triplex: Aut magnitudine propriæ ſuæ eſſentiæ: Aut ratione facultatis totum corpus gubernantis: Aut ratione partis ipſiuſq; functionis læſæ eadem affectio.

Indicatio præſeruatiua vnde. Indicatio præſeruatiua ſumitur 1. A cauſa interna ſiue antecedente. 2. A ſubſtantia materiæ peccantis. 3. A qualitate humoris peccantis. 4. A quantitate humoris redundantis. 5. A motu humoris peccantis. *Ex motu quadruplex remedium.* Ex motu ſpecialiter quadruplex indicatur remedium, vt ſunt 1. *Reuellẽtia.* Reuellentia: cuius inſtrumenta ſunt, Phlebotomia, cucurbitulæ, frictiones validæ oppoſitæ partis, vincula dolorifica, lotiones calidæ, clyſteres validi, veſicatoria & ſimilia.

Intercipiẽtia medicamenta. 2. Medicamenta intercipientia: quæ vias claudunt & impediunt, ne humor in partem affectam feratur, vnde defenſiua vocantur & intermedio ſpatio adhibentur.

3. Deri-

3. Deriuantia, quæ trahunt humores à parte affecta ad vicinas: vt apophlegmatiſmus trahit à cerebro per palatum, errhina operantur per nares, &c. *Deriuantia medicamenta.*

4. Reprimentia, quæ à parte affecta humorẽ tantum repellunt, talia adſtringentia ſunt, quæ admota partibus affectis, duplicem vſum præſtant, nam robur partibus illis afferunt, ne nimis prompte affluxum humorum in ſe recipiant, deinde contenta in partibus nondum plane impacta exprimunt. *Reprimentia medicamenta. Adſtringentium duplex vſus.*

His annotanda ſuccedunt tempus reuellentium ac deriuantium, &c. Item indicatio à quiete & ſitu humoris peccantis: Deinde tempus euacuationis, quantitas & modus, & denique quando ſymptomata indicant. Nonnunquam enim ipſa ſymptomata rationem habent cauſæ, nimirum vehemens dolor, vigiliæ, animi deliquia, &c. quatenus vires proſternunt vehementerque vrgent: Sed hæc ratio curandi extraordinaria eſt: Ordinata vero ratio poſtulat, vt primum cauſas communiſſimas tollamus. *Symptomatum ratio.*

Deinde proximas ordine: tandem ipſum morbum; ſublato morbo deſinunt ſymptomata & redit ſanitas. Complicantur etiam interdum morbi inter ſe cum ſuis cauſis, nonnunquam morbus cum ſymptomate vehentiſſime vrgente, &c. *Complicatio morborum.*

Morbus & cauſa morbifica eadem indicant & conſentiunt etiam remedia: in quibus delectus eſſe debet, pro ratione morbi, cauſæ morbificæ & natura ægri; Nam extremis morbis, extrema debentur remedia, aſt vbi tempus permittit, nullumque periculum in mora, malo etiam non vehementer vrgente, lente feſtinandum tutoque remediis minus violentis vtendum, habita ſemper ratione virium; quarum maxima dignitas eſt. Nam ipſa vita conſtat ex virium cuſtodia.

Indicatio conſeruatiua ſeu vitalis quinque deſiderat 1. Formam. 2. Quantitatem. 3. Qualitatem. 4. Modum, & 5. Tempus. Forma victus ſumitur pro ipſius alimenti ad nutriendum ſeu vires reficiendas efficacia, quæ æqualis, maior ac minor eſt, quam vires poſtulant, & quam id, quod de ſubſtantia corporis deperditum eſt: Vnde victus ratio triplex ſtatuitur, vna exacte plena, quando ſubſtantiæ corporis & virium plus apponitur, quam deperditum eſt; *Indicatio conſeruatiua 5. deſiderat.*

alia simpliciter plena, vbi tantum apponitur, & substantia virium diminuitur; Tenuis vero diuiditur in simpliciter tenuem, & tenuissimum. Subsistunt autem vires in partibus viuentibus, & teste Galen. 11. methodi triplici substantia complentur, spirituosa, carnosa & spermatica solidave. Quælibet harum sui custodiam indicat pro sua substantia, quantitate, & qualitate.

Quantitas victus. Quantitas victus proprie sumitur pro copia maiori aut minori alimenti sub quacunque victus forma; æstimanda autem erit ea quantitas, prout virtus magis minusque indiget, & morbus permittit, vel prohibet. Hippocrat. 1. Aph. 10. Norma victus in ægris est extremus vigor morbi, quo tempore tenuissimo victu vtendum erit in comparatione ad alia tempora. Morbi autem alii acuti, alii longi. Deinde acutorum variæ sunt differentiæ, in omnibus tantum exhibendum quantum opus erit, vt æger ad statum morbi deueniat.

Qualitas victus. Qualitas victus morbo & causæ morbificæ contraria esse debet, sed temperamento, ætati, consuetudini similis: Vnde Hipp. 1. Aph. Febricitanti victus humidus conuenit; Item pueris & qui tali victu consueuerunt. Vbi vero morbus cum temperamento, ætate & consuetudine pugnat, morbo occurrendum, & aliquid ætati; Naturæ & consuetudini tribuendum.

Modus cibandi. Modus cibandi, an sæpe vel raro, an multum vel parum, indicatur ex ipsa indigentiæ & virium magnitudine, habita ratione morbi, nam vbi magna vtilis alimenti indigentia est, & vires debiles sunt, parum sæpeque nutriendum, sin corpus vtili succo abundat, parum raroque contrarium faciendum, vbi vires robustæ sunt cum humorum defectu: Vbi vero redundat vitiosorum humorum copia, iis alimentis vtendum, quæ & vires reficiunt & humores contemperant. Verum in his omnibus aliquid dandum est ætati, regioni, consuetudini & tempori anni.

Tempus cibandi. Tempus cibandi ægrum, est ea hora, qua cibum facilime sustinere potest, aut hora consueta sanitatis; facilime sustinet cibum, quando à morbo minus grauatur. Proinde in intermittentibus aptissimum est cibis declinatio, aut quod longissime recedit à paroxysmorum incursu. In continuis vero hora minoris afflictionis, nisi

nis, nisi vires vehementissime vrgeant, nam in accessionibus cibum præbere noxium est.

CAPVT III.

De differentia medicamentorum & alimentorum, eorumque facultatibus.

MEdicamentum & nutrimentum in relatione quadam ad corpus animatum dicuntur, sed modo & ratione diuersa. Nutrimentum enim dicitur, quatenus in substantiam corporis animati conuertitur, id est, nutrit & auget. Pharmacum vero quatenus à statu non naturali immutat: siue quatenus corpus curatur. Communiter tamen vocabulo φαρμάκου apud græcos, & medicamenti apud latinos non solum morborum remedia, sed etiam venena, & pigmenta continentur.

Nutrimentum. *Pharmacum.*

Medicamenta proprie vocantur quæ insita vi corpus humanum alterant, sed non corrumpunt.

Medicamentum proprie.

Venena vero quæ sua natura & alterant & corrumpunt. Alimenta, quæ à corpore nostro alterantur, & in substantiam corporis conuertuntur, siue perfecte ei assimilantur.

Venenum. *Alimentū.*

Alimenta sunt duplicia: Alia quæ corpori nostro assimilantur, & dum concoquuntur nulla manifesta qualitate corpus alterant, hæc absolute alimenta vocantur.

Alimenta duplicia.

Alia quæ manifeste agunt, & patiuntur aliquid, sed temporis spatio vincuntur & perfecte assimilantur: quæ absolute nec medicamenta nec alimenta vocantur, sed alimenta medicamentosa, aut medicamenta alimentosa.

Venena etiam sunt duplicia: Alia, quæ nulla substantiæ suæ parte mutata, corpus humanum caloremque natiuum vincunt, atque ad eum fere modum mutant, quo ipsum cibos, veluti venenum viperæ & scorpionis, aconitum, &c. Hæc tota sua natura deleteria vocantur, & alimentis propriissime dictis maxime opponuntur.

Venena duplicia. *Deleteria.*

Alia sunt, quæ à calore nostro initium mutationis accipiunt; deinde

deinde in multifarias mutationes vertuntur, quibus corrumpi nostram naturam contingit. Hæc non tota ſubſtantia, ſed quantitate dicuntur δηλητήρια, quia aſſumpta parua quantitate aut conferentibus mixta ſæpe proſunt: Vnde nunc medicamenta, nunc venena dicuntur. In horum numero ſunt ſtupefacientia quale eſt opium, item & electiue purgantia, qualia Helleborus, elaterium, &c.

Stupefacientia.

In medicamentis efficacia agendi facultati, vt cauſæ proximæ ſemper debetur: Et in quolibet medicamento tot ſunt facultates, quot diuerſæ actionum cauſæ: Cum facultas medicamenti proprie ſit cauſa proxima actionum.

Facultas medicamenti per ſe conſiderata.

Facultas per ſe conſiderata qualitas eſt, conſequens Eſſentiam rei: quatenus vero ad actionem refertur, cauſa quædam effectrix vocatur, qua mediante agit in determinatum corpus. Inſunt autem qualitates aliæ actu, aliæ potentia: Actu quando idipſum quod eſſe dicitur, nunc aut actu abſoluto eſt, vt ignis actu calidus, glacies frigida eſt: Nam quod actu dicitur eſſe, id præſens & perfectum eſt.

Qualitates ex actu.

Qualitates ex potentia

Potentia, quando idipſum quod eſſe dicitur, nondum eſt, ſed poteſt euadere, ſi exhibeatur vel corpori noſtro admoueatur, leuiter immutatum à noſtro calore: Ita piper dicitur calidum, & lactuca frigida, licet actu talia non ſint. A Medico conſiderantur facultates cuiuſque medicamenti non abſolute, vt in ſua natura medicamentum eſt, ſed ad hominem comparatum, & prout in hominem, non in aliud agere poteſt.

Facultas per accidẽs.

Facultas etiam alia per ſe eſt, alia per accidens: Quæ per ſe alterant, vi propria, immediatè ſine alterius alicuius interuentu id agunt: Quæ per accidens, non ſua vi, immediatè, ſed alterius tantum effectus interuentu.

Ex effectibus 4. medicamentorum facultates.

Ex effectibus 4. facultates Medicamentorum deprehenduntur: quarum aliæ Temperamentum, aliæ Formam ſubſtantialem Medicamenti conſequuntur. Quæ autem à Temperamento promanant, quia operationum cauſæ euidentes ſunt, qualitates aut facultates manifeſtæ vocantur: quæ vero à forma ſubſtantiali, qualitates occultæ, aut à tota ſubſtantia. Illæ ex effectuum ordine & differentia, vt à temperamento promanant, triplices eſſe deprehenduntur:

tur: nimirum, secundæ & tertiæ. Verum de his facultatibus, non vna est omnium Medicorum opinio, quare eius ambiguitatem hic omittimus & studiosum ad reliquos Medicos de his inferentibus remittimus.

Medicamentum porro duplex est, temperatum & intemperatum: Temperatum vocamus quod vel assumptum, vel admotum corpori humano temperato, calorem, aut naturalem eius humiditatem, nec auget nec minuit, ac proinde quo ad sensum qualitatibus similibus præditum est.

Medicamentum duplex: Temperatum.

Intemperatum vocamus quod assumptum, vel admotum corpori humano temperato, calorem aut humiditatem eius auget vel minuit.

Intemperatum.

Quod auget caliditatem corporis temperati, calidum, hoc minuit frigidum; quod auget humiditatem, humidum, quod minuit siccum medicamentum vocatur. Hinc medicamentum intemperatum est quadruplex, itidemque hinc quatuor primæ facultates: scilicet caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas.

Medicamentum intemperatum quadruplex.

Ex effectibus & recessu à temperato, 4. ordines siue gradus singulis medicamentorum facultatibus Medici assignant: 1. gradus vocatur primus recessus à temperato, vbi obscure aut non nimis manifeste medicamentum corpus temperatum alterat. 2. gradus, est secundus recessus, quando manifeste quidem, sed citra noxam agit. 3. gradus est tertius recessus, quando vehementer, non citra noxam aliquam corpus, temperatum immutat. 4. gradus est summus recessus, quando vehementissime & grauissima cum noxa corpus alterat vel corrumpit.

Gradus medicamẽtorum 4.

In quolibet gradu Medici tres faciunt mansiones & partes: videlicet principium, medium, & finem.

Modus etiam substantiæ medicamenti triplex est: vt tenuis, crassus & mediocris: Medicamenta tenuis essentiæ ac substantiæ sunt, quæ celeriter in partes tenues soluuntur, siue prompte facileque sese in corpus nostrum & humores inserunt & insinuant. Crassæ substantiæ vero contra, quæ substantiam corporis aut humorum non penetrant, sed hærent & subsistunt. Mediocres, quæ medio modo se habent.

In gradibus consideranda. 3. Principium, Medium, Finis.

Qualitates secundæ. Secundæ qualitates communiter dicuntur, quæ à primis promanant,& actiones primarum consequuntur. Consequuntur autem primas tactiles in mixtis; triplices qualitates: quarum aliæ passiuæ dici merentur, quia certa potentia aut impotentia tantum definiuntur, quibus intelliguntur subiecta iis prædita apta vel inepta esse, vt aliquid patiantur, non agant: qualia sunt, quæ ab Aristot. 4. Meteor. cap. 8. & 9. enumerantur: scilicet τηκτὸν, ἄτηκτον, μαλακτὸν, ἀμάλακτον πηκτὸν, ἄπηκτον χιστὸν, ἄχιστον, τμητὸν, ἄτμητον, καυστὸν, ἄκαυστον, &c. Secundo consequuntur primas tactiles qualitates, præter colores, odores, sapores, cæteræ tactiles qualitates, vt durities, mollities; Tenuitas, crassitudo; tensio, laxitas; asperitas, leuitas; visciditas, friabilitas, item raritas, densitas; plenitudo, vacuitas, &c.

Qualitates passiuæ.

Tertio consequuntur primas, quæ viribus primarum agunt, & actiuæ dicuntur, ac potentia actiua definiuntur: quia subiectum iis præditum aptum est, vt certo & determinato modo in aliud agat: nimirum vt subiectum habile à suo statu in contrarium alteret: Status autem illi sunt qualitates, quas vocauimus: durities, mollities; raritas, &c.

Tertiæ qualitates Tertiæ qualitates, quæ determinatum membrum, aut materiam respiciunt; particulares facultates aut qualitates interdum vocantur, & mediæ quodammodo naturæ videntur, inter facultates secundas & quartas à tota substantia. Nam vt Auerrh. testatur, magna ex parte dependent à forma substantiali: Vnde Fernelius aliiq; plures tres tantummodo medicamẽtorum facultates constituunt, & has vel ad secundas, vel ad occultas referunt. Hæ facultates duplices sunt: Aliæ enim respiciunt contenta, aliæ ipsas partes continentes. Quæ respiciunt contenta, sunt lac, vel semen excitantia, & comprimentia: Menses aut vrinas mouentia & sistentia; calculos minuentia, &c.

Deinde quæ determinatas partes respiciunt, à partibus illis denominantur: Vnde alia medicamenta cephalica dicuntur, quia manifesta qualitate cerebro prosunt, alia cardiaca, quia cordi, alia hepatica, splenetica, bechica, &c.

Medicamentorum facultates Medicamentorum porro facultates secundæ in specie sunt intendens & relaxans: Tensio partis fit vel exsiccatione, à calore

humido

humido depaſcente; vel concretione, à frigore congelante, aut partes tenues exprimente: vel repletione, ex humore influente; aliquando ex humorum conſugatione. *ſecunda in ſpecie.*

Intendens triplex eſt: 1. eſt exſiccans, 2. congelans, 3. replens. *Intendens triplex.*

Relaxans quod intendenti opponitur etiam triplex eſt: 1. Humectans. 2. Calefaciens. 3. Euacuans. Propriiſſime relaxantia dicuntur, quæ rarefaciunt, & attenuant, vt quæ diaphoretica communiter vocantur. Diaphoretica autem appellantur, quæcunque humores in halitus diſſoluunt, vel contenta corporis per cutem diſſipant; nobis ſunt ſudorifera. *Relaxans triplex.* *Diaphoretica.*

Cum autem omne Diaphoreticum rarefaciat & diſcutiat: Hinc rarefacientia dicuntur quæ craſſum ſolidumque, tenue ac poroſum reddunt. Horum omnium ſimilis efficacia non eſt: Nam alia leuiora ſunt, emollientibus vicina aut ſimilia, quæ poros cutis rarefaciunt, tenues humores digerunt, craſſos tantum concoquunt, vnde ſimpliciter rarefacientia dicuntur, vt camomilla, melilotus, parietaria, &c. Modice rarefacientia & quæ his vicina ſunt emollientia, quia contemperando cutemque relaxando cauſam doloris mitigant, Anodyna propriiſſime dicuntur, communiter vero Anodyna ſunt, quæcunque dolorem tollunt. *Anodyna.*

Hic tollitur tribus modis 1. Anodynis proprie dictis ſiue paregoricis, quæ noſtro calori ſimilia ſunt, cauſam doloris demulcent, concoquunt & æquabilem reddunt, tenuitate partium rarefaciunt poroſque aperiunt vt melilotus, camomilla, &c.

2. Tollitur dolor iis omnibus, quæ cauſam doloris tollunt: veluti ſi cauſa ſit ab intemperie calida frigidis: ſi à frigiditate calidis: ſi à materia, euacuantibus, &c.

3. Omnibus iis, quæ ſenſum partibus adimunt, nimirum Narcoticis proprie dictis, quæ ſua natura vehementiſſime refrigerant & torporem inducunt, vt opium, mandragora, hyoſciamus, &c. *Narcotica.*

Sunt etiam alia laxantia fortiora attrahentibus vicina, ſed debiliora, quæ rarefacta cute craſſos humores attenuant, & in halitus diſſoluunt, vt per ſe facile diſſipentur & diſcutiantur: Vnde attenuantia & diſcutientia, aliquando ſimpliciter Diaphoretica *Simpliciter Diaphoretica ſunt Attenuantia & diſcutientia.*

 nuncu-

Condensantia. Incrassantia. nuncupantur, vt origanum, pulegium, ruta, laurus sem. calida, &c. Rarefacientibus condensantia, & incrassantia attenuantibus opponuntur, & spiracula cutis humoresque cogunt & incrassant, frigida crassarumque partium erunt, & modice adstringentia, qualia sunt plantago, myrthus, rosa & similia. Huc referuntur vehementer frigida, papauer, mandragora, &c. Nam si quis modice iis vtatur, condensant, incrassant; si liberalius, stupefaciunt; si liberalissime, mortem inducunt.

Attrahentia. Attrahentia occulta qualitatis. Attenuantibus vicina ἐπισπαστικὰ siue ἑλκτικὰ latinis attrahentia, quæ foris imposita, humores aut vapores ex alto in summa corporis transferunt & discutiunt. Varia autem attrahentium Materia: Alia enim occulta qualitate materiæ aut similitudine attrahunt, vt cancer fluuialis tritus & impositus tela attrahit, scorpius suum venenum &c. *Attrahentia manifesta qualitatis.* Alia manifesta qualitate scilicet calore vel insito vt sinapi, vel adscititio aut contracto ex putredine vt fermentum, fimus columbinus, anserinus &c. Quæ manifesta qualitate attrahunt euidenter calida, tenuium partium, & sicca sunt: quæ calida sunt non supra secundum gradum, leuiter attrahunt: quæ tertio gradu calida valide attrahunt & discutiunt; quæ quarto gradu calida validissime attrahunt. Sub attrahentibus etiam numerantur dropaces, sinapismi, phænigmi, &c.

Repellentia. Ex his apparent, ἀποκρουστικὰ, id est repellentia, quæ non ad se foras, sed à se ad interiora, siue à loco cui admouentur, humores mouent & reprimunt, frigida esse crassarumque partium. Verum de repellentibus Medici dissentiunt: Alii enim sub reprimentibus comprehendunt omnia adstringentia: Alii non solum adstringentia, sed etiam oblinentia, incrassantia, oppilantia; contra plurimi sub adstringentibus reprimentia ponunt, & alia adstringentia repellere, alia non repellere volunt; Eius differentiam & distinctionem pete ex authoribus ipsis, sic verior tibi sententia constabit.

Corroborantia. Partes firmantia. Quæ minus valide adstringunt, vt rosæ, cotonia, santala, &c. viscera partesque firmant & corroborant. Verum sunt & nonnulla repellentia tenuis substantiæ, quæ minus adstringunt quam repellunt, & alte penetrant vt camphora, &c.

Στυπτικὸν proprie siue adstringens medicamentum secundum Auerrh.

uerrh. idem eſt quod Galeno στυπτικὸν. ſcilicet quod orificia venarum adſtringit: Qua ſignificatione facultas ῥυπτικὴ & ἀναστομωτικὴ opponuntur, ac vis συφρακτικὴ à ſtyptica diſtinguitur. Hinc ἀναστομωτικὸν dicitur, quod orificia vaſorum recludit, ἐκφρακτικὸν, quod materiam mentibus impactam ſiue infarctam extergit & euacuat. Tres autem gradus Auerrh. operationum in anaſtomaticis ſtatuit: 1. humores abſtergendi. 2. aperiendi. 3. orificia dilatandi. *Ἀναστομωτικά. Ἐκφρακτικά.*

Ῥυπτικὸν extergens, & ἐκφρακτικὸν deobſtruẽs, interdum pro eodem ſumuntur, differunt tamen potiſſimum duobus modis: 1. Quod ῥυπτικὸν ſuperficiem corporis & externos meatus expurgat: (vt in vlceribus) ἐκφρακτικὸν vero internas cauitates. 2. Quod extergens calidius eſt & magis tenuium partium, quam obſtruens. Ad ἐκφρακτικὸν reducitur λεπτικὸν extenuans & τμητικὸν incidens: Vt enim vaſa infarctu liberes, requiritur vt craſſa extenuentur, lenta & viſcida incidantur & diſſecentur. Ἐκφρακτικὸν communiter vocari ſolet, quod materiam extenuat, incidit & ſimul meatus expurgat. Extenuantium autem & incidentium ſimilis materia eſt, magna ex parte calida, ſicca: Interdum frigida ac tenuium partium, &c. De obſtruentibus cognata ſunt, quæ per os aut aluum manifeſta qualitate euacuant: Euacuant autem per aluum alia ſpecifica forma, nimirum catarctica proprie dicta: Alia manifeſta qualitate. *Detergentia. Deobſtruentia. Euacuantia alia ſpecifica forma, alia manifeſta qualitate.*

Manifeſta qualitate per aluum quæ euacuant, ὑπακτικὰ ſiue lenientia communiter dicuntur: Non autem ſunt vnius naturæ: 4. enim modis euacuare putantur, vnde ὑπακτικὰ quadruplicia dicuntur, nimirum, lubricantia, abluentia, detergentia & comprimentia. Lubricantia ſunt, quæ vias ductuſque inæquales læuigant, vt humores adhærere nequeant; inæqualitas enim ſiue aſperitas viarum motum impedit, læuitas vero æquales & patentes reddit, vt humores ſine impedimento defluant: Lubricantibus abluentia & detergentia contraria ſunt: Hæc enim non oblinendo, ſed ſordes diluendo vias complanant & læuigant: Vtroque etiam modo fit læuigatio, à contrariis vero exaſperatio. Aſt ſub detergentibus abluentia plerumque continentur. *Hypactica quadruplicia. Lubricantia. Abluẽtia.*

Abluens proprie dicitur, quod ſuperficiem partium expurgat. Detergens vero, quod altius penetrãs, & tenuiores meatus ſubiens, *Detergentia. Comprimentia.*

 ſor-

ſordes educit. Tandem comprimentia non per ſe immediate aluum expurgant, ſed dum vaſa contrahunt, vt humor contentus exprimatur: Itaque improprie aut ex accidente leniunt.

Emplaſtica. Abſtergentibus oppoſita ſunt emplaſtica, quæ tenuitate ſua meatus infarciunt, tenuioreſq; humores incraſſant, ſed manifeſte non adſtringunt: aliud enim eſt meatus oblinere & obſtruere, aliud adſtringere & coarctare.

Emplaſticorum materia duplex. Emplaſticorum duplex eſt materia: Vna plane terrea & ſicca, ſine euidenti frigore & calore: Altera lenta & viſcoſa penitus, miſta ex terreis & aqueis, aliquando etiam ex aereis.

Abſorbentia. Abſorbentia ſunt quæ valida exſiccandi extenuandique vi humores frigidos impactos, & tumores œdematoſos & aquoſos, aliquando ſcirrhoſos, ſed præmiſſis emollientibus & attenuantibus abſumunt. Hæc valide diſcutientibus ſunt vicina, ſed magis exſiccantia, adeo vt materiam magis depaſcant & abſorbeant quam diſſoluant, cuius generis ſunt ſalia, ſulphurea, &c.

Suppuratoria. Suppuratorium ἐκπυητικὸν emplaſtico ſimile eſt, eique cognatum πεπασικὸν: Nam vtraq; & ἐκπύησις & πεπασμὸς eſt quædam πέπανσις, id eſt maturatio, concoctio, ſed vitiati humores in conuenientiorem naturæ ſtatum deductio. Eſt autem ſuppuratio, humoris corrupti extra venas, in pus conuerſio: πεπασμὸς vero, eſt humorum qualitate nocentium, intra venas potiſſimum, non in pus, ſed in benigniorem naturã conuerſio: Vtrumq; naturæ opus inſtrumento caloris. Ex temperamentorum magna varietate, accidit aliquando vt idem reſpectu vnius ſit ſuppuratorium, quod alterius ſit diſcutiens, expurgans aut ſarcoticum: vt ficus, Rad. altheæ, liliorum, therebint. & ſimilia.

Sarcotica. Hinc proprie σαρκωτικὸν dicitur quod vtriſque facultatibus præditum eſt, ſcilicet exſiccat ſimul & deterget, ſed blande ſine morſu. Eiuſmodi varia ſunt pro natura corporis & partium affectarum: ſiccioribus enim & durioribus corporibus ſicciora conueniunt; humidioribus minus ſicca. Sarcotica imbecilliora, vlcus reddunt ſordidum, vehementiora exaſperant, fluxioneſque irritant.

Pirotica ſequuntur, quæ vehementiſſime calefaciunt: ſub his compræhenduntur φοινιγμοὶ, καυστικοὶ, ἐσχαρωτικοὶ, & σηπτικοὶ: Nonnulli addunt

addunt rubrificantia, vt dropaces acres, & sinapismos. πυρωτικὰ omnia summe calida sunt & igneæ substantiæ, licet modo materiæ differant, vnde discrepantes effectus. πυρωτικά.

Rubrificantia sunt, quæ suo ardore humores attrahunt, & cutim rubore inficiunt, necessario non vellicant, nec exedunt, sunt tenuium partium, attrahentibus similima veluti sinapismi, &c.

Phœnigmi, siue vesicatoria proprie dicta, humores proliciũt suo ardore, & supremam cutis partem exulcerant, siue pustulas & vesicas mouẽt, minus tenuium sunt partiũ, sed rubrificantibus vicina. Φοινιγμοὶ. Vesicatoria.

Sarcoticis etiam opposita sunt καταιρετικὰ quæ sensim colliquando carnem consumunt, siccitate cum partiũ tenuitate prædita sunt, vt tenuitate illa virtus exedendi cito dissipetur, priusquam longe penetrare queant, & superficiem exsiccando comprimendoque sensim carnem colliquent & absumant, cuius generis vitriolum, alumen, ærugo, &c. Καταιρετικά.

Supporatoriis opposita sunt σηπτικὰ, quæ altius penetrant, quam phœnigmi, & carnem tenuiorem colliquant, insitumque calorem dissoluunt, superioribus acriora erunt crassiorisque substantiæ, sed non absolute crassæ, vt auripigmentum, arsenicalia, &c. quæ qualitate quoque occulta nostræ naturæ sunt contraria. Σηπτικά.

Εσχαρωτικὰ hinc insequuntur, quæ altissime penetrant ad ferri candentis similitudinem, cutim ita exerunt, vt crustas inducant, ac etiam dura callosaque corpora absumunt, & ea quibus inhærent, stipitis ritu infixa, excruciant, absolutæ sunt substantiæ, omniumque pyroticorum mordacissima, vt præcipitatus, calx viua, &c. quibus vtimur potissimum in cauteriis potentialibus. Εσχαρωτικά.

Hæ sunt differentiæ pyroticorum: ἐπουλωτικὰ sunt, quæ repleti vlceris summam carnẽ desiccant & indurant, in callũ siue cicatricem cuti similimam: Nam cutis est quasi in callum indurata caro, eique similis cicatrix. Eiusmodi medicamenta necessario sicca sunt, substantiæ crassæ, vt plurimum vi adstringente prædita, siue euidente calore & frigore, ac etiam sine morsu, vt humores tenues in superficie absumant ipsamq; contrahant, siue condensent, veluti, hæmatites, tutia, cerussa, &c. Επουλωτικά.

Inter ἐπουλωτικὰ numerantur multa: 1. quæ sine euidenti adstrictione desiccãt, vt c. cerui vstũ, corallia, &c. 2. quæ cũ morsu desiccant, & du-

& durioribus corporibus tantum cõueniunt, vt alumen, æs vstum, 3. quæ cathereticis quoque annumerantur.

Glutinantia.

Ἐπουλωτικὰ, σαρκωτικὰ & ἐμπλαστικὰ intermediæ quodammodo naturæ esse videntur κολλητικὰ, id est, glutinantia quæ labia cruenti vulneris adducta vniunt, desiccant enim cum adstrictione, sine omni morsu & euidenti calore, ac substantiæ nonnihil crassæ terrenæque sunt, cum quadam tenacitate, qualis in consolida, sanicula, verbena, &c. apparet.

Διουρητικὰ.

Hæc de secundis facultatibus, nunc ad tertias, initio facto à Diureticis. Διουρητικὰ proprie sunt medicamenta calida & sicca, quæ vim habent incidendi, serosa à sanguine separandi, & humores fundendi, atque in aquosam substantiam mutandi. Mouent autem aliquando medicamenta diuretica vehementer, aliquando mediocriter: Vehementer, quæ cum euidenti calore extenuant & detergunt vt semina calida: Moderate, quæ cum calore temperato vt 4. sem: frigida. Annumerantur etiam diureticis nonnulla, quæ vias vrinæ leniunt vt glyzirrhiza, althæa, &c. Deinde quæ feruorem in sanguine contemperant, sed ea minus proprie diuretica sunt. Quæ valide vrinas mouent, & simul renes ac vasa diuretica expurgant, calculos & arenas dissoluunt & expurgant.

Calculos dissoluentia.

Menses mouentia.

3. Causa cur menses sistantur.

Diureticis cognata sunt menses mouentia. Sistuntur menses ob tres causas 1. Ob imbecillitatem facultatis expultricis. 2. Ob vitium sanguinis, quia paucus, crassus, viscosus. 3. Propter obstructionem venarum in matrice, aut quia sanguis auertitur à matrice. Proprie autem quæ obstructiones matricis aperiunt, & abstergunt, & sanguinem ad vterum deducunt, menses mouentia dicuntur: Minus proprie, quæ facultatem expultricem roborant, aut vitia sanguinis emendant.

Lac & semen promouentia.

Quæ menses mouent; similitudinem cum iis habere videntur, quæ lac & semen promouent. Differunt tamen: nam lac & semen mouentia minus sicca sunt, nec vehementer calida, vt menses mouentia: Deinde non carent aliqua humiditate; qualis vis est in anetho & fœniculo viridi ad lac gignendum; in eruca ad semen excitandum. Aliud est lac & semen gignere, aliud prouocare, & materiam ad mammas vel testes deriuare.

Βηχικὰ

Βηχικὰ sunt, quæ contenta in pectore & pulmonibus apta reddunt, vt tussi facile expurgari queant, duplicia sunt, quemadmodum humores: Bechica enim alia extenuant & incidunt, sed sine vehementi calore, vt Hyssopus: Alia contemperant, modice incrassant & leniunt, vt amygdala, nuces pini, &c. *Bechica.*

Ἔῤῥινα sunt quę superfluam pituitam circa meninges & cerebrum per nares expurgant. *Errina.*

Ἀποφλεγματισμοὶ sunt, qui per palatum expurgant: hi agunt aliquando occulta qualitate, & plærumque manifesta, incidendo, abstergendo, &c. *Ἀποφλεγματισμοὶ.*

Postremo visceribus omnibus manifesta qualitate conueniunt, quæ robur membri conseruant, siue adstringendo corroborant, inprimis ventriculo hinc stomachica, iecori hinc hepatica, spleni splenetica, cordi cordialia, capiti siue cerebro cephalica, matrici histerica, &c. *Partes corroborantia.*

Quartæ facultates medicamentorum sunt καθαρτικὰ, venena Alexipharmaca & appropriata, &c. Hæ autem facultates à temperamento non promanant, nec à materia perfusa qualitatibus primis, sed immediate à tota substantia & forma substantiali, hæ Galeno qualitates à toto temperamento interdum vocantur. Agunt hæ non euidenti modo vt superiores, sed occulta ratione, extrinsecus vel intrinsecus, in bonum aut in malum, dupliciter; vel per motum aliquem localem, vel per transmutationem siue alterationem aliquam. Per motum localem tripliciter: 1. vel retinendo reprimendove ea, quæ præter naturam mouentur, in parte aliqua sistunt. 2. vel expellendo. 3. vel attrahendo è corpore noxia educunt. *Quarta facultates.* *Qualitates à toto temperan. eto.*

Καθαρτικὰ sunt, quæ certos ac determinatos humores educunt, aut saltem naturam ad eorum expulsionem irritant, dicuntur hæc electiue purgantia, & ab iis, quæ manifesta qualitate lubricando, abluendo, extergendo, comprimendo, quicquid obuium est euacuant. Euacuant autem peculiari proprietate vnum humorem determinatum potissimum, vt Rhabarbarum, bilem: Agaricus, pituitam: Helleborus, melancholiam; iris, aquas, &c. *Καθαρτικά.*

Deinde euacuant etiam alia ex quacunque parte corporis, alia ex peculiari potissimũ, vt quando Rhabarbarum ab hepate magis,

aloe ab inteſtinis & ventriculo, Agaricus à capite hermodactyli ab articulis potentius trahunt, &c. Præterea purgant alia magis per ſuperiora, alia per inferiora, &c. Per tranſmutationem aut alterationem aliquam, occulta ſubſtantiæ proprietate agunt medica medicamenta triplicia. 1. Deleteria ſiue venena. 2. Antidota, ſiue alexiteria vel alexipharmaca. 3. appropriata.

Venena. 1. Venena medicamentis & alimentis opponuntur, hæc potiſſimum cor fontem caloris natiui oppugnant, ipſamque ſubſtantiam caloris corrumpunt. Sunt autem venena non vnius generis, nec etiam vno modo agunt: Alia manifeſta qualitate interimunt, alia ſolius ſubſtantiæ proprietate. Manifeſta qualitas illa vel eſt, calida, vel frigida, vel ſicca, nonnunquam proprie humida. Sic calida corrodunt, vt lepus marinus: Vel inflammant, vt euphorbium, vel putrefaciendo corrumpunt veluti ſublimatus. Frigida vel congelando cor cum ſpiritu & ſanguine interimunt vt opium: vel obſtruendo vis ſpirituum impediunt veluti gypſum, &c.

Deinde ſicca vel depaſcendo humidum vt calx viua, vel erodendo vt arſenicum, mortem afferunt. His adduntur validiſſime purgantia, quæ violēter, & cum grauiſſimis ſymptomatibus euacuant. Verum quæ non tam manifeſta qualitate, quam totius ſubſtantiæ contrarietate calorem natiuum corrumpunt, & cor fontem caloris lædunt, ſunt ictus ſcorpii, viperæ, napellus, &c. Hæc dicuntur venena à tota ſubſtantia potiſſimum.

Ἀλεξιφάρμακα. 2. Venenis contraria ſunt alexipharmaca ſiue alexiteria proprie dicta, hæc venenum proliciunt, vel contrarietate ſubſtantiæ ſuæ vires eius frangunt, obtundunt, planeq; immutant, & cor confortant: Sub hoc genere continentur theriaca, mithridatium, lapis bezoar, ſem. citri & alia plura, quæ & alterant, & venenum à corde expellunt. Verum venena quæ euidenti calore potiſſimum interimunt, contrariis alexipharmacis alterantur & curantur, vt calida frigidis, ſicca humidis, &c.

Appropriata. 3. Quæ peculiari proprietate certas humani corporis partes reſpiciunt eaſque tranſmutant, alia totius ſubſtantiæ familiaritate iuuant, alia totius contrarietate lædunt. Totius autem familiaritate ſiue quadam συμπαθείᾳ ſaluia capiti, pulmo vulpis pulmonibus, &c.

con-

conferunt. Sub hoc genere compræhenduntur omnia, cephalica, ſtomachica, hepatica, &c. quatenus familiaritate ſubſtantiæ agunt. Item quæ certis morbis conueniunt, vt pœonia, viſcus quercinus, cranium microcoſmi, epilepſiæ: ſtercus canis, angiuæ: cinis leporis, ſanguis hirci, calculo: cerebrum leporis, tremori: Verum totius ſubſtantiæ contrarietate ſiue ἀντιπαθεία, cantharides veſicam, lepus marinus, pulmones exulcerat, mercurius dentibus & neruis infenſus, &c. Hæc de medicamentorum facultatibus.

CAPVT IV.

De modo indagandi & explorandi vires medicamentorum, deque medicamentorum differentia respectu materiæ.

FVndamenta medicinæ duo, ſic & duplex modus indagandi vires medicamentorum, primus fit per rationem, alter per experientiam: De primo ſeu de ratione prius dicemus, deinde & de experientia. Cognitio de medicamentorum viribus per ratiocinationem, ex primarum qualitatum manifeſtis effectibus oritur. *Modus indagandi medicamenta duplex.* *Modus indagandi per ratiocinationem.*

A primis qualitatibus autem in generatione mixti, duplices promanant effectus: Alii priores, alii poſteriores. *Duplices effectus à primis qualitatibus.*

Priores ſunt vel meræ paſſiones mixtorum, nimirum congelatio, condenſatio, reſolutio, emollitio, &c. vel paſſiuæ qualitates vt combuſtibile, incombuſtibile, durabile, indurabile, &c.

Poſteriores ſunt obiecta ſenſuum, ſcilicet colores, odores, ſapores, durities, mollities, quæ termini ſunt paſſionum, & mixtionem conſequuntur. His addit Auerrh. conſiderationem loci, regionis, temporis, & naturalium operationum. Ex his omnibus ſumitur coniectura aliqua de temperamento medicamenti: Nam primum ex modo congelationis, inſpiſſationis, &c. Quæ frigore diſſoluuntur, coagulantur ſiue concreſcunt calore, & contra: quæ à calore tantum concreſcunt; frigida ſiccaq; iudicantur. Quod vero à frigore tantum concreſcit, ſine actione caloris, frigidum humidumque eſt, vt ſentit Auerrhoes.

Præterea ad obiecta sensuum quod attinet, cum in omni colorum genere calida, frigida, humida, sicca reperiantur, solo visu ex coloribus, de medicamenti temperamento nihil certi colligere licet, multo minus ex auditu, cum parũ referat in viribus indagandis, an medicaméta sonora an insonora sint: Nec ex asperitate, leuitate, duritie. &c. Nam plurima tam dura, quam mollia, aspera quam leuia &c. oppositarum qualitatum sunt, & diuersimode corpora nostra afficiunt.

Præterea nec ex odoribus, nisi propter sapores, cum in homine olfactus obtusissimus sit, vt nihil pene olfaciat, sed cum sensu doloris aut voluptatis: Deinde quod plurima medicamenta odore omni careant, ac ex tam fœtidis, quam bene odoratis multa diuersas plane vires habeant. Nec etiam ex regione, loco & tempore, aut ex naturalibus quibusdam operationibus, vt ortu, incremento, fructificatione, &c. vt Auerrh. 5. collig. cap. 30. proponit. Nihilominus ex his omnibus de temperamentis medicamentorum aliquam interdum coniecturam facimus, sed ea incerta & dubia est.

Sapor. Sapor est qualitas orta ex sicco terreo diluto aqueo humore, actione caloris in mixto, determinante forma substantiali.

Distinguuntur autem sapores pro varia mixtione cum sicco, per diuersam actionem caloris. A Medicis enumerantur octo: vt 1. calidi tres, acris, amarus, salsus. 2. tres frigidi. vt acidus, acerbus, austerus. 3. temperati, pinguis, & dulcis, cui addũt nonnulli & insipidũ. *Sapores octo.*

Ex his saporibus in dignoscendis medicamentorum facultatibus, decet Medicum præexercitatum esse in sensu gustus, & vniuscuiusque gustus proprietatem exacte tenere, deinde causas saporum & vires medicamentorũ ex saporibus indagare: verũ oportet ante omnia naturalem saporem cuiuscunq; medicamenti ab adscititio distinguere, item simplices sapores à compositis, &c.

Acerbus. Acerbus sapor hic linguam contrahit, & contrahendo exasperat: hic percipitur in galla immatura.

Austerus. Austerus sapor, hic linguam moderate contrahit, hic potest percipi in cydoniis. Causa vtriusque est dominium sicci terrei, à calore parum attenuati, & humido non satis permixti: Verum austerus sapor fit ex sicco magis attenuato, meliusque permixto aqueo humo-

humore, quam acerbus. ab Aetio acerbitas tripliciter resoluitur. *Triplex resolutio acerbitatis.* 1. vel calefactione, 2. vel humectatione & 3. vtraque simul.

Acidus. Acidus sapor, hic linguam sine sensu caloris alte facileque penetrat, ac in terram effusus ipsam fermentat: hic percipitur in oxalide; oritur ex sicco terreo permixto copioso tenui humido, à calore attenuante, sed non perfecte elaborante, quia citius calor deficit aut exhalat, quam terminum assequatur. Hinc differentia est huius saporis in simpliciter acidam, cum tenuitate substantiæ, & vehementer acidam veluti acerbus.

Dulcis. Dulcis sapor, hic cum manifesta iucunditate gustum oblinit & replet, ad nullum excessum trahendo: talis percipitur in sacharo.

Pinguis. Pinguis sapor, hic linguam cum lentore oblinit, & idem in gustu efficit quod dulcis, sed sine manifesta iucunditate; hic in oleo maturo percipitur. Oritur vterque in mixtis à calore proportionato, vt cæteri sapores ab inproportionato.

Acris. Acris sapor gustui oblatus, hic linguam cum vehementi calore penetrat, inflammat ac mordet: talis in pipere & cæpis deprehenditur. Oritur in generatione mixti ex sicco terreo permixto sufficienti humido, à calore igneo attenuante, & ita elaborante, vt efferuescat pars tam humida & sicca.

Amarus. Amarus sapor est, qui linguam detergit, & cum grauissima molestia abradendo exasperat, & contrarium plane in gustu efficit ei, quod dulcis: hic in felle & colocynthide percipitur.

Generatur à vehementi calore humidum totum fere exhauriente, & siccum terreum adurente.

Salsus. Salsus sapor amaro propinquus est, vterq; enim linguam abstergit, sed salsus magis eluendo, quam abradendo. Generatur salsus sapor ex sicco terreo, permixto copioso humido aqueo, à calore assante, verũ non prorsus humidũ depascente, sed cũ sicco cogente.

Insipidus siue aqueus. Insipidus siue aqueus, proprie sapor non est, sed priuatione saporis intelligitur: Hic in aqua simplici & cucurbita aliquo modo percipitur. Oritur autem insipidum, non vt sapor, ex sicco terreo transcolato per humorem aqueum, verum ex materia crassa, non plane transcolata, sed potius perfusa humore aqueo, sine euidenti calore. Hęc pauca dicta sufficiant, de natura simplicium saporum, & ratione di-

ne dignoſcendi ex ſynceris ſaporibus vires medicamentorum: Nunc agemus de modo indagandi per experientiam.

Modus indagandi per experientiam. tripliciter conſideratur.

In indagandis viribus medicamentorum per experientiam tria obſeruanda ſunt 1. Efficiens, id eſt medicamentum, quod explorare debemus, idque duplici modo 1. omni qualitate aliena, ſiue adſcititia aut accidentaria liberum eſſe debet, & ſua inſita facultate tantum agere. 2. ad agendum idoneas ſufficientesque vires habere, nimirum morbo ſemper oppoſitas, ſed lapſui morboſo gradibus, ſi fieri queat, æquales.

1. Medicamentum.

2. Subiectũ corpus in quo exploramus vim medicamenti.

2. Subiectum corpus, ſiue patiens in quo exploramus, eſt potiſſimum corpus humanum, ad quod proprie medicamentum refertur, & à quo præcipuum iudicandæ facultatis experimentum ſumitur: Quam enim vim in homine, eandẽ in alio animali non neceſſario ſortitur, licet in aliis interdum experimentum fiat. Corpus aliud eſt ſanum, aliud ægrum: ſanum vel temperatũ, vel intemperatum: Ægrũ, hinc aliud ſimplici, aliud cõpoſita laborat intemperie.

Corpus duplex.

Duplex medicamenti experientia.

Medicamentum experimur duplici de cauſa: 1. vt ſciamus ipſam facultatem tantum, vel facultatem & facultatis gradum, an calefaciat, vel refrigeret, & quo gradu: non autem an illi corpori proſit, vel obſit. 2. Experimur gratia ſanitatis in illo indiuiduo, an lædat vel iuuet.

3. Tempus & modus.

3. Obſeruandum in indagandis viribus medicamẽtorum modus ac tempus agendi. Non enim omnia vno eodemq; modo ſemper agunt, ſed nonnulla aliter initio quando applicãtur, deinde aliter. Si medicamentum à principio ad finẽ vno eodemq; ſemper modo agat, id eſt, calefaciat vel refrigeret, &c. Certum experimentum erit, per ſe & vi inſita agere, ac proprie calidum aut frigidum eſſe.

Si initio vno modo, deinde alio modo agat, experimentum dubium erit, & incertũ vtra actio ſit per ſe, id eſt, vi inſita & immediate, vtra ex accidente, ſcil. aliena vi aut mediante alio effectu.

Accidens agit duobus modis.

Duobus enim modis agit aliquid ex accipente: Veluti aqua calida admota corpori primum aliena adſcititia qualitate calefacit, deinde inſita vi refrigerat: At aqua frigida liberaliter affuſa æſtate iuueni laboranti tetano, primum vi inſita refrigerat, deinde ex accidente, quia calorem intro coercet, calefacit, &c. nunc de materia medicamentorum agemus.

Medi-

Medicamentum omne respectu materiæ, aut simplex aut compositum est: Simplex medicamentum vocamus, quod secundum suam naturam syncerum est, aut sua natura tale, ab arte nihil alieni permixtum habens. Compositum est, quod sua natura syncerum non est, sed arte ex diuersis commixtum. *Differentia medicamentorum. Medicamentum simplex Compositum.*

Simplicium materia teste Gal. 6. de sumpt. mesi. fac. cap. 1. & 1. de compos. per gen. ca. 1. sumitur ex vegetabilibus, mineralibus & animalibus. *Materia simpliciũ triplex.*

Sub vegetabilibus continentur omnes siue plantæ, nimirum arbores, frutices, & herbæ; earumq; partes vt sunt radices, rami, ligna, cortices, stipites, surculi, folia, flores, semina, fructus, succi, liquores, gummi, resinæ, olea, &c. *Vegetabilia eorumque species.*

Sub mineralibus continentur non solum fossilia, sed etiam aquæ Thermales, & omnia mixta inanimata, cõtenta terra & aquis: Talia sunt metalla septem, eorumque recrementa, lapides ac gemmæ, terræ insigniores, media mineralia & minima, &c. his adduntur & illa quæ ex metallicis arte composita sunt. *Mineralia.*

Ex animalibus medicamentorum materia sumitur vel totis, vt sunt lumbrici, cantharides, &c. vel ex partibus aut excrementis animalium, veluti pinguedines, adipes, &c. Item ossa humana, cor cerebrum, caro, lapides cancrorum cornu, sanguis, tunicæ ventriculorum, &c. Item lac, oua, mel, cera, fel, vrina, stercus, &c. *Animalia eorumque partes.*

Horum vires & gradus quantum fieri potest, medico indagandæ sunt: simulac obseruatis iis, quæ simplicium vires augent ac minuunt qualia sunt: Regio, tellus, cultura & situs loci vbi proueniunt, item tempus collectionis, & ætas, tandem præparatio. Dosis medicamenti ac quantitas, in humano corpore mediæ ætatis ac constitutionis, ex facultatis ipsius ordine siue vehementia deprehenditur. Quæ enim pari ordine sunt, eademq; vehementia agunt, pari mensura siue dosi statuuntur: quæ dispari modo agunt, dispari dosi. Verum in alterantibus potissimum, pro magnitudine situque partis affectæ, dosis augenda minuendaque est, &c.

Nunc ad compositionem medicamentorum, eorumque causis.

CAPVT

CAPVT V.

De compositione medicamentorum, eiusque causis, modo componendi, ac differentiis compositorum.

Quid? medicamentum componere.

MEdicamentum componere, est plura simplicia in vnam aliquam formam redigere, gratia sanitatis restituendæ, aut conseruandæ, nimirum vt instrumenta idonea habeamus, ad id præstandum, quod indicatio requirit. Vbi igitur nullum simplex aptum reperitur ad id perficiendum, quod necesse est: Compositio aliqua necessaria est.

3 Causæ compositionum medicamentorum.

Scopus & necessitas omnis compositionis dependet à tribus: 1. vel ab ipso affectu, eiusq; causa & symptomatibus. 2. vel ab ipsa parte affecta, cui curatio debetur. 3. vel ab ipso medicamento, quo curatio perficitur.

1. Causa compositionis res præter naturam in corpore.

Omnium autem maxime necessaria componendi causa, est morborum diuersitas, item causarum & symptomatum vrgentium.

Teste Galeno 1. Method. Quilibet affectus, pro sua natura remedium indicat: simplex affectus, simplex remedium, simplici facultate præditum: compositus affectus, remedium compositum, aut natura vel arte tale. Si morbi complicantur, diuersa quoq; aut contraria exigunt remedia, vel in vna parte, vt vlcus cum inflammatione: vel in diuersis, vt hydrops cum febre.

Indicat etiam interdum aliud morbus, aliud symptoma vrgens, vt inflammatio in principio cum vehemente dolore: Deinde quæ à diuersis aut contrariis oriuntur causis, diuersa aut contraria exigunt remedia.

2. Causa compositionis natura ægri, partisq; affectæ.

Secundo ipsa pars affecta, ægrique natura & constitutio, componendorum medicamentorum occasionem præbent.

5. Considerantur in parte affecta.

In parte affecta 5. considerantur. 1. Actionis dignitas: Laborante enim ventriculo, hepate, aut alia parte principe, non solum solis relaxantibus, verum & astringentibus vtimur, ne robur visceris dissoluatur, vel etiam alia quæ facultate substantiæ corroborant, vt monet Gal. 13. methodi medendi.

2. Vis medicamenti ad partem in profundo, aut remoto loco si-

tum

tum non facile deducitur, nisi admixto aliquo, quod tenuitate aut peculiari proprietate eo penetret, aut quasi vehiculum sit: alioqui in longo itinere, magnoque interuallo, de virtutis robore multum perit. Sub situ continetur connexio partis cum aliis. *1. Actionis dignitas.* *2. Situs ac connexio partis.*

3. Temperamentum conseruatione semper indiget; Vbi enim cum temperamẽto morbus plurimum pugnat, vt si cerebrum erysipelate laboret, non solum vehementioribus indiget, sed etiam quæ partis temperamentum, & robur tuentur, & conseruant, præcipue si pars princeps sit. *3. Temperamẽtum.*

4. Conformatio partis: Hæc medicamenti formam, modumque vtendi præscribit: componendorum medicamentorum occasionem aliquã exhibet: Propter formã enim idoneã multa miscemus. *4. Conformatio.*

5. Quando pars acuti sensus validis remediis tentanda non est, ne vires dolore dissoluãtur, aut partes in consensum trahantur: Remedia congruentia erunt contemperanda; & si acria validaque ea; Miscenda, quæ acrimoniã obtundunt, & partis robur confirmant. *5. Sensus partis.*

Qualis ratio partis affectæ: Talis & ipsius Ægri. In ægro autem considerantur ætas, sexus, consuetudo, vitæ genus, temperamentum, naturæ proprietas, hæc omnia Medici intentionem variant, & compositionis causam præbent. *Natura ægri.*

Tertia causa compositionis, est in ipsis medicamentis, quod nullum tale simplex reperiatur quale cupimus, & necessitas exigit. Non reperitur potissimum 1. vel ob minus idoneam substantiam. 2. vel non debitã qualitatem. 3. vel non iustam quantitatem. 4. vel minus conuenientem agendi modum. His & 5. addimus duas alias necessitates, scilicet formã, vt & medicamenta πολύχρηστα habemus. *3 Causa compositionis in medicamentis.*

Porro in compositione medicamenti 6. probe obseruanda sunt. 1. Quid situm sit in ratione substantiæ, quæ varia variumq; apparatum, & permixtionem, requirit: Exempli gratia si liquidis sicca, & sicca liquidis miscemus: Item crassis, attenuantia, & attenuantibus crassa: putrescentibus, conseruantia, &c. *1. Ratione substantiæ.*

2. Ratione qualitatis: Qualitas enim siue vis medicamenti simplicis aliquando intentione necessaria est, sed affectui non proportionata, & vel nimis remissa, vel intensa, vel cum malignitate aliqua coniuncta, vel parti affectæ non appropriata. 2. Aliquando *2. Ratione qualitatis medicamenti.*

 facul-

facultas aliqua medicamenti intentioni necessaria non est, sed superuacanea & aliena. 3. quod maligna qualitate præditum est, benignioris permixtione obtunditur aut contrariis contemperatur aut mitigatur. 4. Si parti affectæ, medicamentum appropriatum non sit adduntur dirigentia. 5. Si medicamentum superuacanea, non necessaria qualitate, sit præditum, vt si sola humectatio intentioni nostræ necessaria sit, & detur medicamentum frigidum humidum: tum debita permixtione calidi humidi frigiditatem illam superuacaneam temperabimus, & intentioni nostræ satisfacimus. His accedit saporis, odoris, interdum caloris iniucundi, &c. Item & color corrigitur interdum, præsertim in vnguentis; Deinde vt iucunda sint & foliis auri quædã integuntur, &c. 3. Propter quantitatem non debitam, interdum compositio necessaria videtur, sed rarius, & potissimũ, vbi iusti medicamenti necessarij quantitas deficit, qui defectus alio simplici, eiusdem facultatis, suppleri debet: vt si opus sit drach. ij. agari: & ii deficiant, suppletur turbith. 4. Modus agendi medicamentorum, vbi intentioni nostræ non satisfacit, compositionis occasionem præbet. Intentio est, vt nunc cito nunc tarde agat: nunc facile penetret, nunc subsistat, aut non descendat, &c. Horum omnium ratione aliquid plerumque miscemus. 5. Ratione formæ: Formæ autem multiplex vtilitas, alii enim hac alii illa forma delectantur: Deinde aliæ atque aliæ formæ, aliis affectibus, partibusq; affectis, & operationibus, magis accommodatæ sunt, vt pilulæ magis à capite, potiones vero è ventriculo & aliis vicinis partibus trahunt. Propter formam varia etiam miscemus: Et cum forma coniungimus medicamenta conseruantia. 6. Hic scopus compositionis est, vt medicamenta πολύχρηστα semper in promptu habeamus, qualia sunt theriaca, diacatholicon, &c. quæ variis vsibus seruiunt, & intentioni nostræ prompte satisfaciunt. Nunc de modo componendi medicamenta.

3. Ratione quantitatis. *4. Propter modum agendi.* *5. Ratione formæ.* *6. Propter varias cõpositorum vires.*

Duo requisita in modo componendi medicamẽta.

Modus componendi medicamenta duo requirit 1. Morbi speciem & magnitudinem, conditionem ægri, partisq; affectæ. 2. Naturam simplicium; eorum facultates, facultatum gradus ac doses. Morbi species & magnitudo ex suis causis & signis indagatur. Natura ægri, partisque affectæ ex Physiologia petitur, de his in præcedentibus facta fuit mentio. Simplicium facultates, facultatumque

dus.

gradus doses ac præparationes pete ex nostra Basilica chymica in lib. de animalibus ac vegetabilibus.

In compositione medicamentorum vna pars principalis est radix, & domicilium curationis, hæc per similitudinem dicitur Basis. Velut in ædificio, columen est basis, siue fundamentum, cui totum ædificium superstruitur: Ita in compositis medicamentis, basis est pars illa præcipua, quã cæteræ omnes spectãt, profligando morbo, accõmodatissima. Putatur autẽ accõmodatissima si morbo plane æqualis, id est qualitatẽ & quantitatẽ, siue gradũ idoneum habeat. *Basis.*

Affectus alius simplex, alius compositus: Ita basis, quæ affectui correspondet duplex, alia simplex, alia duplex. *Basis differentia.*

Simplex basis duobus modis dicitur: 1. Vno modo simplex est, quæ vnum vsum præstat, licet ex pluribus simplicibus eiusdem facultatis, composita sit vt in elect. diatrioopiperem. *Basis simplex duobus modis dicitur.*

2. Alio modo dicitur, quæ vno simplici medicamento constat, vt aloe in hiera picra.

Basis composita duplex est: 1. vel quæ plures vsus præstat: 2. vel quæ ex pluribus simplicibus composita est. *Basis composita duobus modis dicitur.*

Quæ ex pluribus simplicibus, eadem facultate præditis est composita, pro simplici habetur, quia vni intentioni tantum satisfacit. Quæ vero ex pluribus diuersa, aut cõtraria facultate præditis compositæ sunt, bases compositæ potissimum vocantur, quod varios, discrepantesq; vsus pręstent, ex quib. fiunt medicamenta πολύχρηστα, quæ diuersas operationes edunt. Basis variatur pro qualitate, & quantitate cæterorum componentium quæ basi inseruiunt, vel ratione morbi, & causarum morbificarum, vel partis affectæ. Si morbum, causasq; morbificas respicis: Basis aliquando morbo accommodata plane est, aliquando non, & inæqualis. Inæqualis autem, quia vel nimis remissa, vel nimis intensa, vel maligna, vel aliena siue non necessaria qualitate prædita. *Bases in genere.* *Basis varietas.*

Vis basis si ignaua sit, debilis ac tarda, aut in materia minus efficaci: extimulantibus & acuentibus corrigitur: sub acuentibus continentur corroborantia. *Basin corrigentia.*

Si basis sit nimis vehemens, violenta, acuta, corrigitur refrenantibus. Si maligna, aut aliena qualitate prædita: ad mixtis contrariis contemperantibus benignioris naturæ. Sub his continentur, *Basin dirigentia.*

quæ calorem, odorem, ſaporem iucundum reddunt. Appropriata vero parti affectæ redditur baſis directionis, ſeu dirigentibus. Sub dirigentibus cōprehenduntur, non ſolū quæ familiaritate ſubſtantiæ parti cōueniunt, ſed etiam quę vias ductusq; aperiunt; Humores præparant, & concoquunt. His adduntur baſin conſeruantia: horū trium proportio in cōpoſitione medico ſummopere obſeruāda eſt.

Baſin conſeruantia.

Vis medicamenti iudicatur ex baſi, cui in compoſitione cætera ſeruiunt: nam ex debita ſimplicium proportione tota compoſitionis ratio dependet. Doſis vero & determinata quantitas baſis, dependet ex ipſius facultatis vehementia. Si baſis eſt robuſta minorē in compoſitione ſumimus quantitatē: ſi debilis maiorem: ſi mediocris mediam: attamen variatur doſis ſiue quantitas pro natura ægri, magnitudine, ſenſu, ſitu & dignitate partis affectæ, item actionis celeritate aut tarditate.

Proportio Baſis.

Compoſita baſis, pro ratione componentium, multis modis variatur. Commiſcentur a. medicamenta ſecundū qualitates primas, ſecundas, tertias aut quartas. Secundum primas a. quando in Vno ſimplici non datur gradus quem cupimus, ſed vel remiſſior, vel intenſior, vt ſi opus ſit medicamēto calido ſecundo gradu, & nullum detur ſimplex tale, ſed vel calidum, aut frigidū gradu primo, & calidum in tertio gradu, dubitatur, nō ſolum ex quibus componi debeat calidum ſecundo gradu: ſed etiam de doſi ſingulorum. Nam de proportione ordinum ſiue graduum in alterantibus non cōſentiunt Medici. Quare qui varias opiniones medicorum de gradibus eorumque partibus legere cupit, ipſiſſimos eos conſulat, nos præteribimus.

Compoſitio Medicamētorum ſecundum qualitates primas.

Cum autem medicamentorum compoſitio, vera mixtio non ſit, nec ipſa ſimplicia, quæ in potentia tantum ſunt, & actum à corpore noſtro recipiunt, in compoſitis agunt, aut patiuntur, nec à ſe inuicē contemperantur, niſi accedat Fermentatio, quæ nihil aliud propriè eſt, quam per mutuam alterationem vnio, quæ priſtinæ ſingulorum vires integræ non permanent. Nam Theriaca recens aliis viribus, quam vetus, prædita eſt. Ante fermentationem igitur ſingula ſimplicia in compoſitis, vbi à calore noſtro tantum excitata fuerint, & in particulas comminuta, ſecundum proprias vires agunt, nō ſolum

Actio ſimplicium in mixtis.

Fermentatio quid.

in

in corpus nostrum, sed etiam, dum à calore nostro diuiduntur, in se mutuo. Atq; ita actione sua se inuicem refringunt, oriturq; ex proportione maioris & minoris æqualitatis, Actio. Post Fermentationem noua & occulta vis emergit. Oritur autem fermentatio ex mutua simplicium alteratione, ab igne, vapore, aere, putrefactione & similibus.

Vis fermẽtationis.

Quæ ratio est in primis qualitatibus: Eadẽ quoq; est in secundis, tertiisq;. Verum cum secundæ, tertiæq; viribus primarum tantum agant: necesse est contemperatis simplicium primis qualitatibus, in compositis secundas, & tertias vna similiq; ratione alterari, nimirũ assumpta; in corpore secundũ vires proprias, singula simplicia agere propter actionem primarũ qualitatum; ex quibus resultant secundæ tertiæq;: quod si eiusdem sint facultatis, vt rosa, & galla astringentis, apium & semen melonis diureticæ: intensum intendere remissum, & remissum remittere intensum: sin diuersæ facultatis, veluti vnum emplasticum, alterũ epuloticum, pro modo mixtionis, & ratione primarum qualitatum nouam plerumq; secundam, aut tertiam, qualitatem oriri. Ex debita mixtione emplastici cum epulotico, aut detergente oritur sarcoticũ: ex sarcotici cum astringẽte, glutinans: ex astringentis cum valide siccante, epuloticum, &c.

Ratio miscendi simplicium secundum qualitates secundas aut tertias.

Sarcoticũ. Glutinans. Epuloticũ.

Purgantia medicamenta, alia manifesta qualitate quemcunque humorẽ euacuant, lubricando, abluendo & detergendo aut comprimendo. Alia occulta substantiæ qualitate peculiariter humorem euacuant. Deinde alia remisse & leniter purgant. Alia vehementer aut cito, alia mediocriter.

Purgantia varie humores euacuant.

Purgantia miscentur variis modis: 1. ὁμοιότροπα, similia similibus, nimirum lenientia lenientibus, mediocria mediocribus, aut vehementia vehementibus. 2. Dissimilia dissimilibus; vt lenientia mediocribus, aut vehementibus: mediocria vehementibus.

Compositio purgantiũ.

In his probe obseruandum, quæ manifesta vel occulta vi agant. Nam tutius multo est plura miscere, quæ manifesta, quam quæ occulta agunt qualitate. Vis enim compositi, ex simplicibus manifesta qualitate præditis, sensibus est euidens, & ratione diiudicatur: at ex simplicib. occulta facultate præditis, occulta, sensibusq; obscura est, & non ratione, sed sola experientia, comprobatur. Nam in quali-

Obseruanda in mixtione medicamentorũ secundum qualitates occultas.

litatibus manifestis euidens est, contraria se mutuo contemperare, remissum, remittere intensum, intensum intendere remissum, ad medium vtriusq;: In occultis qualitatibus talis ratio. Nam compertum est, nonnulla simplicia similes effectus edere, tamē in compositis repugnant, & tacitis quibusdā viribus diffident. Quare ea simplicia occultis viribus prædita potissimum permiscenda, quæ longo vsu deprehenduntur cōsentire; nec temere noua composita excogitāda, sed vetera cōperta nouis incompertis semper pręferenda.

Proportio Basis. Proportio corrigentium, dirigentium, conseruantium.

Hinc obseruandum etiam est in mixtione medicamentorum proportio bassis, eius vehementia, debilitas, habita ratione morbi, ac partis affectæ. Deinde & habenda ratio proportionis in corrigentibus, dirigentibus, ac conseruantibus &c. Nunc in compositis medicamentis consideranda venit forma, deinde vsus.

Diuisio medicamentorum compositorū duplex. 1. Ratione formæ. Solida. Liquida. Media cōsistentia.

Medicamenta composita ratione formæ sunt triplicia: alia solida, alia liquida, alia mediocria.

Solida medicamenta vocantur quæ sicca vt pulueres: vel dura aut crassa, vt pastilli, catapotia, Elect: solida, emplastra, glandes, &c.

Liquida medicamenta sunt, quæ humidam fluxilemque substantiam habēt, vt aquæ destillatæ, decocta, infusa, syrupi, olea, &c.

Mediæ consistentiæ sunt, quæ medio modo se habent, vt eclegmata, elect. mollia, quæ communiter opiata dicuntur, linimenta, &c. Quæ consistentiam mediam habent interdum solidis annumerantur.

2. Ratione vsus. Medicamenta interna. Externa.

Ratione vsus, quia composita formam vsui accommodatam habere debent, pro modo vtendi distinguuntur communiter in interna & externa.

Interna autē medicamenta vocantur, quæ intra corpus assumuntur aut ingeruntur.

Externa vero, quæ extrinsecus corpori admouentur.

Internorum medicamentorū formæ. Assumentia medicamenta.

Medicamentorum internorum plura sunt genera: Horum alia assumuntur siue deuorantur: Alia iniiciuntur, siue ingeruntur.

Assumuntur siue deuorātur tragemata, trochisci catapotia, Boli, condita simplicia & composita, eclegmata, electuaria liquida & solida, nimirum confectiones aromaticæ, catharticæ, opiatæ, aut antipharmacæ, antidoti, sub quibus continentur tabulæ, orbiculi, pastæ mor-

stæ,morſelli,adduntur apotemata, potiones, ſyrupi, iulepi, emulſiones,ſucci,ſapæ, &c. Item olea, tincturæ, magiſteria, extractiones,ſales,elixiria,eſſentia,&c.

Ingerentia medicamenta. Ingeruntur vero ſiue iniiciuntur, clyſteres, gargariſmi, errhina, apophlegmatiſmi,glandes ſiue ſuppoſitoria, peſſi, & ſimilia, quorum nonnulla magis ſunt facultatum,quam formarum nomina.

Medicamentorum externorũ formæ. Formæ medicamentorum externæ ſunt, olea, vnguenta, linimenta,cerata,emplaſtra,cataplas: ſiue malagmata,fomenta ſicca & humida,ſacculi, pulueres inſpergendi, ſapones, ſuffitus, &c. His addunt aliqui cauteria aliaq; quæ magis ſunt facultatum nomina. Verum ex his omnibus nonnulla ſunt, quæ & apponuntur & iniiciuntur,vt olea,decocta,emulſiones & ſimilia.

Compoſita medicamenta vnde nomen ſortiantur. Hinc compoſita medicamenta non ſolum à forma, ſed etiam ab effectibus,& à parte affecta diſtinguuntur.

Ab effectibus alia purgantia,alia Diuretica,&c.

A parte cui deſtinantur,aut ab vſu varie diſtinguũtur & denominantur, vnde quæ auribus iniiciuntur, ὠτεγχύτα; Quæ oculis collyria; quæ vtero, μετρεγχύτα; quæ naribus errhina; quæ pituitam per os purgant,apophlegmatiſmi nominantur. Eodem modo alia cephalica,cardiaca,&c. dicuntur,quia cum facultate talem formam habent,qualem figura partis requirit.

Nomen medicamenti cõpoſiti à forma & baſi. In genere omne compoſitum medicamentum nomen habet à forma:ſed in ſpecie ſingula à Baſi potiſſimum: vt theriaca à tyriis ſiue viperis,dialacca à lacca,&c.

Nomina medicamentorum varie deſumuntur. Ab ingredientibus. Ab vſu. A parte. A præſtantia. Ab inuentore. A loco. A colore. Aliquando ab aliis compluribus egredientibus, compoſita denominantur, & vel ab aliis ingredientibus,vt elect. diaphæniconis à dactilis: Vel ab vſu,vt elect.diacatholicon,lætificans: vel à parte cui conueniunt, vt pillulæ arthetica, ſtomachicum laxatiuum: vel à præſtantia,vt hiera benedicta laxatiua,loch ſanum,&c. vel ab inuentore,vt mithridatium,philonium,confectio hamech: Vel à loco,vt ſyrupus Bizantinus: vel à colore vt emplaſtrum citrinum,vnguentum album,&c. conſequens eſſet vt nunc ageremus de præparatione medicamentorum, ſed in baſilica noſtra chymica hæc latius examinantur, & certis de cauſis hic omittuntur: porro agimus de purgatione,qua ratione & quibus perficiatur.

CAPVT

CAPVT VI.

De purgatione, qua ratione & quibus perficiatur, deinde quæ naturæ purgationes ferant, & quos humores purgare oporteat; Item quoties purgandum.

Purgatio quid.

PVrgare proprie eſt, per ſuperiora & inferiora medicamento euacuare: in anguſta vero ſignificatione κατ' ἐξοχὴν dicitur tantum per inferiora educere.

In purgatione conſiderantur

In purgatione proprie dicta duo conſiderantur: 1. Id quod expurgatur, aut expurgari debet, & ipſam purgationem potiſſimum indicat. 2. Id quod expurgat.

Medicamẽta purgantia duplicia. ὑπακτικὰ quadruplicia. Pharmaca.

Medicamenta quæ purgant duplicia ſunt. 1. Quæ manifeſta qualitate quemuis obuium humorem euacuant, nimirum ὑπακτικὰ, quæ quadruplicia: Lubricantia, abluentia, detergentia & comprimentia. 2. Quæ vnum certum determinatum humorem educunt, & proprie καθαρτικὰ appellantur, interdum per excellentiam pharmaca vnde φαρμακεύειν 22. Aph. 1. Idem ſignificat, quod electiue purgare, ſeu vnum peculiarem humorem educere.

Partes doctrinæ de purgandi ratione.

Tota ratio purgandi tribus compræhenditur 1. Ipſa medicamenta quibus perficitur purgatio. 2. Modus vtendi, ſiue methodus purgandi. 3. Accidentia purgationem conſequentia.

Methodus purgandi 5. requirit.

In legitima methodo purgandi 5. obſeruanda: 1. An, & quibus purgatio conueniat. 2. Quæ & qualia purgare oporteat. 3. quantum, quouſque & quoties. 4. Quo tempore potiſſimum. 5. Per quas vias ſiue loca.

Differentia purgantiũ medicamẽtorum.

Hinc notandum quod ſingula pene pharmaca vnum humorem potiſſimum euacuant, aliquando duos, raro plures, nunquam omnes, niſi natura à violentia & effrænata vi purgantis ita proritetur, aut tam languida ſit, vt nec violentiam pharmaci coercere, nec impetum humorum fluentium cohibere queat; tum non ſolum determinatum humorem, ſed etiam reliquos educit: Verum primum tenuiores & ad fluxionem aptiores, deinde craſſiores, omnium vltimo ſanguinem naturæ theſaurum.

Immo-

Immodicæ purgationes, quæ vtilia cum inutilibus educunt, vireſq; deiiciunt, ὑπερκαθάρσεις græcis dicuntur. *ὑπερκαθάρσεις.*

In pharmacis occulta ſubſtantiæ proprietate euacuantibus: 4. conſiderantur 1. Quem humorem proprie euacuare debeant. 2. per quas vias. 3. A qua parte potiſſimum. 4. Quo modo: ab his omnibus diſtinguuntur purgantia. *In pharmaco 4. cōſideranda.*

1. Humores purgandi 4. ſunt: nimirũ bilis, vtraq; pituita & ſerũ. *4. Humores.*

Hinc medicamenta electiue purgantia quadruplicia erunt: cholagoga, melanagoga, phlegmagoga & hydragoga. 2. Alia per ſuperiora, vt vomitu, alia per inferiora deiectione euacuant. 3. Alia à ventre magis, alia à iecore, ſplene, cerebro, &c. 4. Alia blande, leniterque aluum ſubducunt, alia valide, alia medio modo ſe habent. *Quadruplicia purgantia.*

Bilem leniter euacuantia ſunt, manna, caſſia, ſyr. roſarum tamarindi, myrobal. citrini, &c. Modice, aloe, rhabarbarum: valide ſcammonium, &c. *Purgantia ſingulos humores blande, modice ac valide. Bilem.*

Melancholiam blande euacuant, epithymus, thymus, polypodium, myrobal. indi, &c. Validius fol. ſenæ: validiſſime, helleborus niger, lapis armenius, lapis lazuli, &c. *Melancholiam.*

Pituitam craſſiorem leuiter euacuat: Carthamus, polypod. nupob. chebuli, &c. validius, agaricus, turbith, hermodactylus: validiſſime colocynthis, euphorbium, &c. *Pituitam.*

Aquoſos, ſeroſoſque humores leniter purgant, ebulus, ſambucus, &c. validius iridis ſuccus, ſoldanella, &c. validiſſime elaterium, mezereon, lathyris, &c. *Aquam.*

Vomitum leniter prouocant, aqua hordei, ſyrupus acetoſus, hydromel, oxymel, ficus recentes, &c. validius, ſuccus raphani, decoctum rad. betoniæ, raphani ſem. atriplicis, anethi, puluis aſari, radix peponis: validiſſime gratiola, helleborus albus, &c. His purgantibus adduntur ſecreta noſtra chymica, qualia varia præparantur ex antimonio, vitriolo, Mercurio, Ioue, Saturno, ac Sole, &c. *Vomitoria.*

Hinc porro etiam notandum de purgantibus à determinatis partibus: vt quando proprietate ſubſtātiæ agaricus & colocynthus potentius à capite trahunt: Aloe à ventre: Rhabarbarum à iecore: Caſſia à pectore: Folia ſenæ à Liene; Hermodactyli ab articulis, &c. *Purgantia à determinatis partibus.*

Vali-

Quæ medicamenta vitanda. Validiſſime purgantia, naturam conturbantia, grauiſſima ſymptomata inducentia, aut rite corrigenda, ſiue legitima methodica manu præparanda, aut prorſus vitanda ſunt: ne vt ſcribit Plinius libr. 29. hiſt. natural. cap. 1. Animas negotiari, & experimenta per mortes agere dicamur.

Formæ medicamentorum purgantiũ. Ex ſimplicibus purgãtibus compoſita etiam fiunt, variæq; compoſitorum formæ, & harum omnium non eſt vna ratio.

Purgantia interna & externa. Sunt hinc alia purgantia compoſita interna, alia externa. Interna, per os aſſumuntur, & ſunt triplicia: 1. Liquida. 2. Solida. 3. Mollia. Externa ſunt: quæ corpori extrinſecus admouentur, qualia ſunt clyſteres, glandes, &c. Sin vero æger horum vſum renuat, cogimur aliqua ratione ſupplere per linimenta, aut malagmata ventri impoſita: Vt ſunt epithemata, & vnguenta Ætii lib. 1. ſer. 3. cap. 135. Item per poma Rhaſis, ex ſcammonio, aloe, myrrha, diu manibus agitata, donec incaleſcant; per odoramenta ex valde purgantibus, per pocula metallica, &c.

Purgationis differentia. Quando purgatio humoris, alia perfecta plenave, qua tota materia morbifica ſimul euacuatur: Alia imperfecta & paulatina, qua tota non ſimul educitur: Hinc continetur primo purgatio minoratiua, qua materia morbi minor tantum redditur, quod plerumque in initiis morborum fieri ſolet: *Purgatio per ἐπίχεσιν.* Deinde purgatio quæ per ἐπίχεσιν dicitur, qua id, quod vitioſum eſt paulatim euacuatur, & pro eo quod ſalubre eſt, reponitur.

An & quibus conueniat purgatio. Nunc notandum, an & quibus conueniat purgatio: Purgari autem primo debent corpora cacochymica, quæ prauis ſuccis ſiue humoribus qualitate peccantibus redundant: Potiſſimum, ſi humores tam copioſi aut vitioſi ſint, vt à natura facile ſuperari, aut in vtiliorem ſubſtantiam conuerti nequeant.

Proprie purgatio non conuenit ſanis. Proprie purgatio ſanis non conuenit, ſed neutris, aut ægris, in quibus prauorum ſuccorum redundantiæ.

Quando purgandũ, vel nõ purgandum. 4. Rationes. Purganda ſunt cacochymica corpora: 1. Si actu morbo laborẽt, vt corpora ægra: aut futurum metuant, vt neutra. Aſt non ſemper, ſed primũ ſi vires ferant, corporis cõſtitutio, aer ambiens, cæteraq; permittant. 2. Purgare nõ decet, vbi aliis & leuioribus curare licet. 3. Vbi natura per ſe ſufficit, ad morbificam cauſam depellendam, aut

aut vbi natura se ducem non præstat. 4. Si humor ad purgationem plane ineptus & inidoneus sit.

Prima indicatio in purgatione semper sumitur à causa morbifica, id est, humore peccante, qui sua natura euacuationem desiderat. 2. Indicatio sumitur à viribus ægri, quatenus illam euacuationem permittunt aut impediunt: per se enim vires conseruationem semper indicāt. 3. Accedens est partis affectæ cōditio: Item aer ambiens, sub quo tempus anni, regio, & constitutio cœli continentur. *Indicationes purgatiuæ. 1. 2. 3.*

Cum causa morbifica coniunguntur ipse morbus & symptomata vrgentia. Vires demonstrat, ætas, sexus, temperamentum, naturæ proprietas, habitus corporis, consuetudo & similia. Partis affectæ cōsideratio depēdet ex ipsius temperamēto, vsu, figura, situ & sensu.

Medico in ægris obseruandus primo morbus, idq; his modis. 1. Qualis morbus, an acutus, vel diurnus, an cum alio morbo, vt febri, coniunctus. 2. Ex qua materia, an quieta vel furenti: An cruda aut concocta: Si cruda an concoctio sit expectanda, an sola præparatio, an sine his euacuatio aliqua molienda. 3. Quamdiu æger laborauerit. 4. Quæ naturæ proprietas an validis medicamentis apti & assueti sint, &c. *Medicus obseruabit in purgationibus 1. morbum.*

Secundo ætas perpendenda, vbi ab iis incipiendum, quæ vires demonstrant: Ætas media habilior est & optima ad purgationes sustinendas, peior ætas senilis & infantia, ob virium debilitatem. Si vires non constent, & magna necessitas vrgeat, pueris & senibus purgantia exhibere non conuenit. Nam valide purgantia rara puerorum corpora dissoluunt & colliquant, debilia senum corpora ob boni sanguinis & spirituum defectum prosternunt, nihilominus tamen senibus validiora quam pueris, conueniunt. In magna prauorum succorum redundantia, si puer adhuc lactans est, purgatur teste Hipp. 6. epid. Cathartico videlicet diluto nutrici exhibito, quod lac purgantiū vires contrahat: sin nō respondet albus, manna, mel rosar. grandiorib. syrupus diasereos, &c. propinari possunt. *2 Ætatē.*

Tertio viri purgantia validiora ferre possunt, quam mulieres, licet interdum accidat contrarium. Mulieribus menstruorum fluxum laborantibus purgatio non conuenit: præterea & vtero gerentes difficulter ferunt, nisi in morbis acutis, periculo vrgente, & tumoribus turgentibus, vt præcipit Hippocr. 1. *3. Sexum.*

Aph.4. prægnantes quadrimestres vsq; ad septimum mensem purgabis; sed has parcius, ne violentia fœtus ligamenta rumpantur. Virginibus, & viduis castis, ob seminis retentionẽ & vteri suffocationem, valida purgantia exhibere non oportet, quia vterus acribus facile irritatur.

4. Temperamentum & habitũ corporis. 4. Temperamentum & cõstitutio media purgationibus maxime opportuna est: corpora vero sicca, frigida, macilenta, laxa, rara, mollia, aut nimis obæsa purgationes ægrius ferũt; cõtra robusta, carnosa laborib. assueta, &c. Pingues, graciles, plethorici etiã inepti, &c.

Aetius lib. 1. serm. 3. cap. 23.

5. Idiosyncrasiam & consuetudinem. 5. Temperamento additur ἰδιοσυγκρασία, & consuetudo. Nam ob peculiarem proprietatem substantiæ nonnulli valida purgantia facile sustinent, alii leuibus multum offenduntur: Alii his, alii illis magis delectantur. Consuetudo vero purgandi, valide purgantia minus infesta reddit; Ideo eos validioribus purgare non oportet, qui purgationibus assueti non sunt: Nisi natura robusti fuerint.

6. Aeris & temporum constitutionem. 6. Constitutio aeris, & temporis ac regionis temperata, purgationibus maxime accõmodata est: Aer calidus ac humidus: Tempus vernum, autumnale, zona temperata, &c. Deinde sub cane & ante canes difficiles sunt purgationes. Eadem ratio in ardentibus febribus, si materia non turgeat, & similibus.

7. Morbos & symptomata vrgentia. 7. In morbis tandem symptomata vrgentia, vires debilitantia; veluti vehemens dolor, vigiliæ, morsus circa orificium ventriculi, &c. Purgationes prohibent. Item valide purgantia, teste Hippoc. lib. de hellebori vsu, nõ conueniunt decoloratis, siticulosis, flatuosis, siccũ tussientibus, raucedine laborantibus & hęmorrhagia: qui præcordia distenta habent, &c. Item iis, qui praua victus ratione vtuntur.

Præparatio humorum duplex. Nunc considerandum quis humor & qualis sit purgandus: Deinde in omnib. purgationibus, de hac præcipit Hipp. 22. Aph. 1. &c. Hinc & duplex est præparatio humorum 1. propter concoctionem, quod attinet, intelligere etiam necessarium est, quæ eam postulent aut impedimento sint: vnde suméda est differentia cruditatis, quæ humorũ & putrefactio & in venis potissimũ corruptio teste Hipp. & Gal. Ad hanc corrigendam; accommodata est singulis humoribus præparatio: veluti Gal. 4. de sanit. tuend. Oportet inquit, primo hu-

mo humores incidere & attenuare, deinde concoquere. Exempli gratia: Pituitosus, frigidus; aut crassus humor cōcoctioni aptus redditur calefacientib. extenuantibus, & incidentibus. Melancholici humores, humectātibus & modice calefacientibus. Biliosi acresq; humores refrigerātibus & humectantibus. Obstructiones, aperientibus: Humoresq; impacti attenuantibus, pro natura humorū, &c.

Hippocrates præcipit, corpora si quis voluerit purgare, fluida facere: Fluida redduntur, quando humores ad expulsionem idonei & prompti sunt: Deinde viæ, per quas purgantur, liberæ & patentes. Humores autem ad fluxionem idonei sunt tenues, calidi, turgentes & mobiles: Inepti vero sunt crassi, viscidi, impacti, &c. Viæ præcipuæ sunt, ventriculus, intestina & venæ, &c.

Nunc & de dosi medicamentorum purgantium dicendū esset, verum de hac dicitur in nostra Basilica Chymica, quare hic eam omittimus.

Summe requiruntur ad obseruandu in purgatione.

Præterea in purgatione obseruandum, quantum purgandum & quoties. 2. Quando paulatim aut copiose euacuandū. 3. Quando ἐπίκρασις locum habeat. 4. Quo ordine purgandum. 5. Quando purgationem phlebotomia præcedere debet. 6. Tempus, quando statim vel non est purgandum. 7. Locum plenæ purgationis. 8. Quando minoratiua purgatiua requiratur. 9. Quibus diebus. 10. Quibus horis & denique per quas vias, &c.

Vomitoria.

Inter purgantia referuntur etiam vomitoria, vbi obseruandum quibus cōueniat vomitus & quibus nō: Deinde quibus affectibus.

Medicamenti forma. *Vtilis purgatio.* *Mala purgatio.*

Et his consideratis, respiciendum est ad formam medicamenti, & quid agendum sit assumpto pharmaco: Item vnde dignoscatur, num vtilis ac perfecta fuerit purgatio; Et quid malam purgationem ostendat, &c.

CAPVT VII.

De Phlebotomia.

PHlebotomia est euacuatio humorum quantitate nocentium arte facta per apertionem venæ aut arteriæ, in eum finem vt vasa multitudine distenta, aut vires onere grauatæ, leuentur; vel vt

Differentia inter phlebotomiam & purgationem. materia noxia à parte affecta auertatur. Differunt phlebotomia & purgatio non solum instrumentis quibus perficiuntur, sed etiã forma modoq; , & quod purgatio certos selectos humores qualitate distinctos educat: Phlebotomia vero qualitatis rationem non habeat, sed quantitatis tantum.

Plethora. Dispositio humorum quantitate nocentium plethora dicitur. Hinc plethora proprie est redundantia boni succi, veluti κακοχυμία praui. Primario autem est affectio venosi generis à redundantia sanguinis, secundario habitus corporis. Sanguis enim primum in venis & arteriis abundat, ab his deinde in habitu corporis.

Plethora duplex. Plenitudo duplex. Duplex autem est plethora, (quia plenitudo duplici modo afficit) 1. Quo ad vasa siue capacitatem vasorum, quando ob nimiam sanguinis redundantiam ipsa vasa ita tument, vt maximum tensionis sensum inferant, metusq; sit ne vasa disrumpantur, aut ægri subito suffocentur. 2. Quo ad vires, quando adest tanta sanguinis redundantia, vt natura eam gubernare nequeat, sed vires premat, sensumque grauitatis inferat.

Plenitudo simplex. Plenitudo Notha. Plethora cacochymica. Cacochymia plethorica. Ratione contentorum autem omnis plenitudo, vel est exquisita, & simplex, ex solius boni succi redundantia: vel Notha quando cum bono succo aliquid vitiosi accumulatur, quæ ob id plethora cacochymica dici solet, sicut quando cum prauo succo redundat nonnihil boni, cacochymia plethorica.

Simplex plethora duplex. Simplex plethora duplex est: 1. propriissime dicta, quando omnes 4. Humores seruata ad inuicem proportione augentur. 2. sanguinea dicta, quando solus sanguis purior redundat.

Plethora vniuersalis & particularis. In vasis. In habitu. Actu. Potestate, &c. Plethora ratione corporis affecti, aut est vniuersalis aut est particularis: Vniuersalis, quæ per totum corpus diffusa est. Particularis quando in determinata parte redundantia consistit. Alia etiam est in solis vasis. Alia simul in habitu corporis. Item alia actu, quæ totum corpus aut partem aliquã occupat. Alia potestate, quę occupatura, vt cum ex suppressa consueta sanguinis euacuatione, plenitudinem in toto timemus, vel quando ex fluxu humorum ad determinatam partem, partis inflammationem, putredinem, dolorem, &c.

Finis phlebotomiæ non vnus est, plerumq; autem vt per se prosit, quan-

Finis phlebomia duplex.

ſit.quando plenitudinem euacuamus,aut auertimus,nõnunquam propter aliud,aut alterius finis gratia,quando aliquid præſtare cupimus, quod ſine ſanguinis euacuatione fieri nequit, vt quando initiis morborum, venam ſecamus euentationis gratia, vt concoctio melius procedat, putredo reſtinguatur, cæteraque remedia commodius exhibeantur, &c.

Phlebotomia proprie triplex.

Phlebotomia proprie triplex: 1. Euacuans. 2. Reuellens. 3. Deriuans. Euacuans alia ſimpliciter ex toto corpore,alia ex determinata tantum parte, ſi parti inhæreat humor citra affluxionem. Verum ſi aliquid ſimul affluat auxilium poſtulat ex reuulſione aut deriuatione coniuncta cum vacuatione.

Phlebotomia ſimpliciter euacuans.

Phlebotomia ſimpliciter euacuans à toto corpore, reſpicit ſolos humores in toto corpore adauctos, citra alicuius particulæ affectæ conſiderationem,& proprie morbis vniuerſalibus à plenitudine cõuenit,ſecundũ plenitudinis modũ: ſanis vero,quibus morbus vniuerſalis à plenitudine imminet, aut ſingulis annis aut certis temporibus in vniuerſales morbos decidunt,non particulares.

Phlebotomia euacuans à parte.

Simplex euacuatio à parte affecta in particulari plenitudine locum habet. Particularis autem plenitudo,ſi in fieri, auerſionem, ſi in facto, euacuationem ſimpliciter indicat. Si per vicinam, plerumque deriuatio dicitur. Si per ipſam partem,ſimpliciter euacuatio. Hinc ſimplex euacuatio interdum pro deriuatione ſumitur, ſæpe ſub deriuatione iſta euacuatio continetur.

Phlebotomia reuellens.

Reuulſio proprie,teſte Galen.5.& 13.Method.eſt illabentis humoris in contrarium tractus, ſiue auerſio humorum cum impetu fluentium, aut qui fluxuri ſunt in partem contrariam vt impetus fluxionis quam citiſſime cohibeatur.

Contrarietas autem illa in reuulſione eſt ſecundum motum humorum fluentium per venas in partes affectas. Influunt autem in partem affectam nonnunquã à toto corpore omnibus vaſis plerumq; à parte aliqua mandante, aliquando vna parte potiſſimũ & ſimul à toto.Nam accidit non raro,vt ad partem debilem aut affectam,omnes partes ſua excrementa deponant. Hæc omnia in reuulſione conſideranda erũt, & ſemper ſecundum quam rectitudinem fit influxio, eadem via in contrarium inſtituatur reuulſio.

Reuulſionis conſideratio.

Si flu-

Si fluxio est à toto, reuulsio fit ad partes maxime distantes. Si à parte mandante, recursus ad originem fiat, aut ad partē ei proximam, euacuando primum transmittendam: Nam reuulsio primum partem respicit mandantem: deinde recipientem, aut affectam: contra deriuatio.

Reuulsionis vsus. Conuenit autem reuulsio potissimum affectibus illis, in quibus fluxiones vehementes & humorum copia magna, vt inflammationibus initio potissimum. Deinde in angina ophthalmia, phrenitide, hepatitide & similibus affectibus; quos sanguis aut eruptio calidorum humorum progenuit. Conuenit & ad præseruationem, quando humores fluere solēt ad partem aliquam, vt in vulneratis, fractis, luxatis, &c. respicientes ad id quod futurum est; si metus sit, inflammationis partis affectæ, item in profluuio sanguinis, narium, hæmorrhoidibus, &c. in sputo sanguinis, ne copia confluat ad locum affectum.

Phlebotomia deriuans. Deriuatio proprie humorum est citra impetum in partem affectam defluentium, vt qui defluxerunt, sed nondum impacti sunt auersio ad locum vicinū, aut pars affecta à noxio humore liberetur.

Respicit autem deriuatio primo partem affectam, & à reuulsione & vacuatione differt, teste enim Gal. 6. epid. text. 7. com. 2. Deriuamus humores fluentes, aut non impactos, nec per partes remotas, vt in reuulsione, nec per partem affectam, vt in simplici euacuatione, sed per propinquas ad latera ex venis vicinæ partis: Eiusmodi venæ necessario communionem habere debent cum parte affecta, nam optima deriuatio fit à venis deductis ab his, quæ in ipsis partibus affectis sunt. *Vsus deriuationis.* Conuenit deriuatio in affectibus ortis à debili aut diuturna fluxione: Item post euacuationem à toto ad reuulsionem, in magnis inflāmationibus cessante impetu fluxionis: Præterea in affectibus, qui aliis euacuationibus non cedunt, duplici modo 1. Vt id, quod in venis affectæ partis continetur, per eas detrahatur. 2. Vt id, quod in mandante aggregatum est, per ei vicinas extrahatur. Tandem in sanis conuenit deriuatio, humoribus quiescentibus, sed fluere assuetis in partē aliquam debilem, quando cum impetu fluere non solent. Ex his apparet quibus affectionibus phlebotomia conueniat, & quæ qualisque; Nunc de venis.

Quando

Quando de venis acturi, obſeruandum eſt primum, venarum nomine duo. Vaſorum genera ab Hippocr. I. Epid. ſect. 5. comprehendit, nimirum quas proprie, venas vocamus, & ipſas arterias. Venæ autem quæ ſecantur, numero certo non definiuntur, nec in omnibus eodem modo perſpiciuntur, vnde alii plures alii pauciores enumerant. *Venarum nomine duo ſunt vaſa.*

Conſpicuæ venæ ſunt maxime cubiti, deinde crurum, manus pedum & capitis. Arterias Galenus inſomnio admonitus ſecare non dubitauit, hodie vero pauci arterias ſecant, quia grandes ſecare periculo non vacat, & minores conſpicuæ non ſemper ſunt: ſecantur tamen nonnullæ in certis affectibus, vbi materia calida & ſp rituoſa eſt, aut dolor diurnus aut pulſatorius. *Venæ conſpicuæ.*

Primum vbi requiritur phlebotomia ſimpliciter à toto evacuans quauis vena ſecta effunditur ſanguis. Commodiſſime tamen plenitudo in toto detrahitur, ſecti cubiti venis, præcipue interiore vena cubiti dextri lateris, quæ à caua plurimum, à jecore validiſſime prolicit: maxime ſi plenitudo ſimplex aut bilioſa fuerit, quod ſi melancholica, interior ſiniſtri cubiti potius ſecari debet. Euacuat interior cubiti vena, quæ baſilica dicitur, non ſolum à toto corpore, ſed etiam à partibus infra collum & renes cito valideq; reuellit: tardius & ſegnius eius propago, quæ ſaluatella dicitur inter minimum digitum & auricularem.

Eodem modo euacuat ſimulq; cito & valide reuellit à partibus ſupra, clauiculas vena cubiti exterior ſiue humoraria, vnde cephalica dicitur: tardius vero & debilius vena illa brachii, quæ funiculus dicitur. Item vena, quæ inter indicem pollicemq; excurrit. At venæ communis ex baſilica & cephalica, in, aut circa mediam iuncturæ flexuram deducta, quia ab vtriſq; deriuata eſt, partim à ſuperioribus, partim ab inferioribus euacuat & reuellit.

Sub renibus ſi affectus conſtiterit ſecta vena crurum citius & perfectius euacuatio efficitur, tardius ſectis venis malleoli: Renes medii quodammodo ponuntur inter partes ſuperiores, & inferiores ob initium & productionem venarum. Proinde Gal. 11. de compoſ. ſect. loc. cap. 2. renibus inflammatis à cubito & cruribus venam ſecare iubet, ſemper autem à ſuperioribus ad inferiora conuertitur

humor secta vena crurum & pedum, contra ab inferioribus ad superiora vena brachii. Proinde fluxus menstruorum aut hæmorrhoidum sistuntur, sursumq; retrahuntur secta vena cubiti: contra sanguis deorsum conuertitur mensesq; suppressi mouentur, secta vena in poplite aut talo interiore, quę saphena dicitur: potissimum instante tempore menstruæ purgationis.

In Ischiade secatur vena cruris aut exterioris malleoli, &c. Verum vbi causa partis alicuius sanguis, secanda vena illa erit, quæ parti affectæ maxime congruit. Nam optima euacuatio partis fit, per venas vel ipsius partis vel deductas ab his, quæ in partibus sunt.

Reuulsio vero humoris fluentis à parte affecta in contrarium fieri debet, seruata quantum fieri queat rectitudine, & communione venarum: Rectitudo autem venarum est secundum longitudinem potissimum. Nam à dextris ad sinistra & contra non est tanta venarum rectitudo, nec etiam communio, quanta dextrorum cum dextris, aut sinistrorum cum sinistris.

Communicant quidem omnes venæ prima communione, at priuata communione partes communicant per proximas venarum diuisiones, quæ sunt vni trunco communes, quo modo basilica dextra brachii cum omnibus venis & partibus dextri lateris, basilica sinistri cum omnibus sinistri lateris communicat. Magis adhuc proprie venæ illæ communicant, quæ ab vno eodemq; trunco deductæ sunt, vt vena humeraria cum venis capitis.

Communicant quoq; venæ superiores & inferiores per sua orificia, ob quam communionem cum rectitudine in pleuritide eiusdem lateris venam secamus, licet vtrumq; latus à vena sine pari recipiat alimentũ. Verum quia defluxiones potissimũ à locis communibus fiunt, sectio communis venæ reuulsiones rite complet, licet non satis perfecte à qualibet parte, vt infra apparebit.

Rectitudo autem in omni phlebotomia temere negligenda non est, licet nonnullis casibus solam communionem obseruemus: sicuti contra corporis rectitudinem non habita ratione priuatæ alicuius communionis: cum rectitudinis magna vis sit. Nam partes, quæ secundum rectitudinem sitæ sunt, plurimum communicant, & teste Galen. lib. de curat. per phlebot. eruptiones sanguinis, quæ

per-

per rectitudinem fiunt, magnum emolumentum adferunt, quæ contra, nullum aut exiguum.

Et in pleuritide phlebotomia, quæ à contrario latere fit, obscuram vtilitatem aut longo tempore adfert: nam sinistræ in sinistras, dextræ in dextras se facilius exonerant, ob rectitudinem vasorum, siue attractio illa intelligatur fieri secundum rectitudinem fibrarum, vt Fernelius arbitratur, siue potius consecutione ad id, quod euacuatur, vt plerique volunt, cum ipsæ fibræ rectæ euacuationem non perficiant. Nihilominus vbi humores à toto corpore cum impetu in partem affectam irruunt, vtile erit, vt præcipit Gal. lib. de Fract. cap. 20. & lib. 1. de humoribus cap. 1. ad contrarias & distantissimas partes, imo ad opposita latera concitatas fluxiones retrahere, atq; hæc reuulsio simplex dici poterit. Vbi vero fluxio à certo fonte aut determinata parte defluit, spectanda est ipsa origo, & laborandum, vt reducatur ad originem aut ad partem proximam, vnde localis reuulsio à nonnullis dicitur. Vbi vero pars mittēs, per se debilis est, aut proprio affectu laborat, aut simul fluxio à toto sit, nunquam ad originem fluxionis reuellendum erit, sed vt impetus fluxionis sistatur, ad partem ei proximam. In omni quidem phlebotomia rectitudo quædam obseruari debet per directum ex venis deductis ab iis, quæ in parte affecta sunt, non habito respectu paris mandantis: at reuulsio contra, partem mandantem primo respicit, deinde recipientem, requiritur enim in reuulsione, vt illam venam secemus, quæ transmittentem proxime euacuare queat, & partem mandantem euacuantes, secundario à parte affecta abducamus.

Quare in reuulsione locali tria requiruntur: 1. Vt per venas fiat, quæ communionem & rectitudinem habent, primum cum demandante, & propter demandantem cum recipiente. Deinde vt vena sufficientem distantiam habeat à parte affecta. 3. Vt in contrariam partem humorum retractio fiat, aut contrario motu agitentur, vt impetus fluxionis sistatur. Nam ad contraria retractio in omni reuulsione necessaria est, & vnice vtilis ad cohibendos impetus fluxionis, licet magis fluxionis quam affectus remedium.

Verum nec retractio ad notissimas partes, nec ad originem re-

cursus, in omni reuulsione necessarius est, sed retractio ad partes distantes his potissimum affectibus ex usu est, qui fomentum ex toto suscipiunt: at recursus ad originem iis, qui ex aliqua certa parte fontem trahunt. Plerumq; autem recursus ad originem non fit ad partes remotissimas, sed interdum ad propinquas.

Quare quando pars fluxione periclitatur ob humores motos aut moueri solitos, reuulsio triplici modo fieri poterit. Primo retractione humorum ad partes contrarias, maximeq; distantes secta vena in opposito latere: vt excitato cõtrario motu impetus fluxionis tandem cohibeatur. 2. recursus ad originem fluxionis secta vena, quæ in partem mandantem inseritur aut vicinam, vt inde recurrant humores vnde prodeunt. 3. Retractione in directum secta vena communi seruata rectitudine cum parte mittente & affecta, vt non solum humores influentes reuellantur, sed etiam aliquid à parte affecta euacuetur. Optime enim venę communes, vt supra dictum est ab eodem latere reuellunt, simulq; euacuant, quia defluxus à communibus locis per directum, vt plurimum fiunt. Hæc non solum fluxioni, sed etiam affectui aliquid confert, at retractio ad partes maxime distantes aut opposita latera etsi fluxionis idoneum remedium sit, longius tamen distat, quam vt affectui gratiam aliquam præstare queat.

Quapropter vna horum trium modorum ratio in omnibus non est. Nam quando magna fluxionis causa adest, ut vulnus ictus, magna plenitudo, &c. aut à toto confluunt humores: secata vena non solum in recto, sed etiam in distanti situ, & aliquando in opposito latere. Deinde vbi opposita euacuatio sanguinis fieri nequit, ex vicino loco venæ sectio institui nunquam debet, sed ex maxime distanti: quia in sufficiens loci vicini vacuatio maiorem, concitat fluxionem ad partem affectam. Quare fluxiones quas citius aut tutius auertere conamur, per proxime distantes partes reuellimus. Quas vero citius quam securius, per propiores partes, & ex venis communibus seruata rectitudine citius autem reuellimus, quo magis vrget affectus.

Igitur in plenitudine, quæ vehementissime plerunq; vrget secamus venam ab eodem latere contenti rectitudine & communione

venarum; vt non solum influxus humorum reuellatur, sed etiam ab affecta parte quam plurimum, extrahatur, licet interdum ex vsu sit, potissimum si humor ex toto confluat, aut in annua plenitudine præseruationis causa, ex contrario latere sanguinem mittere.

Verum ex contrario latere venæ sectio tantum reuellit, ipsam inflammationem non imminuit, nec à parte inflammata euacuat. Præcautionis vero gratia monet Hipp. lib. 2. de natura humana sectiones quam longissime à locis illis facere, vbi dolores fieri, & sanguis coaceruari solent. Eadem est ratio in inflammationibus oculorum, aurium, &c.

Verum, quando datur pars mandans, communitas venarum cum mandante obseruanda erit: deinde vbi fluxio intra corpus cum magno impetu in partem affectam irruit, vt in inflammationibus, quia cito subuenire oportet, vtile est maiores venas secare, si partis affectæ conditio ferat: vbi vero extra erumpit, vt in hæmorrhagia, satius erit minores venas eligere, potissimum si vires debiles sint; vt minus spirituum dissoluatur: & sæpius missionem sanguinis repetere, vt natura assueta crebris motibus reuulsoriis locum affectuum deserat.

Deriuatio proprie fit, secta ea vena, quæ in partem affectam inseritur aut secta vena deducta ab his, quæ in parte affecta sunt. Vtimur vt diximus aliquando deriuatione per se, aliquando post reuulsionem aut euacuationē à toto, cessante impetu fluxionis, itaque in morbis capitis ex plenitudine, vena cubiti exterior reuellit, ac deriuat fluxus sanguinis narium, & in dolore anterioris capitis, stupore, &c. sectio venæ frontis deriuat: verum reuellit, in dolore posterioris capitis: deriuat quoq; in inflammationibus oculorum sectio venæ in angulis oculorum: In angina orisque affectibus sectio venæ sub lingua, item in vehementi angina, peripneumonia, catharro suffocante sectio iugularium: in lienis affectibus, apertio hæmorrhoidum: in inflammationibus sub renibus primo secatur cubiti vena interior, deinde pedis eiusdem lateris non tam ob deriuationem, quam vt id, quod superat, exhauriatur, & deorsum conuertatur.

Eadem propemodum ratio est in arteriarum sectione, vt in-

venarum: licet arteriarum sectio periculo διευρίσματος non careat; potissimum si maiores fuerint. Galenus tamen insomnio admonitus in diuturnis laterum doloribus arteriam dextræ manus, inter indicem & pollicem secuit. Secantur arteriæ iuxta aures, vt in vertigine, in diuturnis capitis doloribus, in rubore faciei, &c. licet Hippocrati suspectæ sint. Secantur quoq; arteriæ iuxta malleolos in antiquis coxendicum doloribus, &c. Verum in his omnibus magno iudicio vtendum erit.

Perficitur venæ sectio, vt plurimum phlebotomo siue scalpello: tutissime lancetta siue gladiolo, interdum admota hirudine ipsi venæ.

Venæ tres, cubiti supra flexuram potissimum secari debent, ne tangantur arteriæ & nerui, quæ sunt priores in ipsa iunctura, quam supra. Deinde dum tunditur phlebotomo basilica, periculum est propter arteriam potissimum, aliquando neruum: dum mediana propter neruum, quare pro vera mediana, alii ramum basilicæ, alii ramum Cephalicæ secant, paulo supra medianam, quæ ab vtrisq; deriuata est. In Cephalicæ sectione tantum periculi non est, sed tantum obseruandum est, ne sectio fiat in initio musculi, vbi tendo sub digitis duris sentitur.

Quando venæ confusæ sunt, aut vna non satis conspicua, vt Cephalica, aut Basilica, secetur proxima, nimirum ramus proximus, vnde deriuata est mediana, & alter remotior digito arcte comprimatur. Venæ minores aliquandiu in calida aqua mergantur, vt intumescant, antequam secentur, deinde in calida iterum detineantur.

Si vires non satis firmæ sint, aut sanguis tenuior, sectio angusta fieri debet, vt paulatim sanguis exeat, & pauci spiritus exhalent. Idem quoque in reuulsionibus fieri conuenit, aut vbi reiteratio ex vsu est. Vnde nonnulli foramini digitum aliquandiu admouent, vt retractio à parte affecta quasi per vices melius procedat, verum amplior sectio magis accommodata est euacuationi, & crassum sanguinem facilius educit.

Consequens est, vt demonstremus, quibus sanguinis missio conueniat. Nam in ægris non statim, quicquid affectus requirit, faciendum

dum est, sed primum videndum, an sustinere aut non sustinere queant. Ostensum supra est morbū magnū præsentem aut imminētem phlebotomiā indicare si vires ferant, ætas, anni, tēpus cæteraq; consentiant. Nam vires validæ sufficientem sanguinis missionem permittunt: mediocres mediam: debiles aut plane deiectæ exiguam aut nullam. Verum non omnis virium debilitas sanguinis missionem prohibet. Nam debilitantur vires duobus potissimum modis, dum opprimuntur, aut dissoluuntur. Vires autem oppressæ siue afflictæ in sua substantia nihil patiuntur, nec euacuationem semper prohibent, sed dissolutę siue languidæ.

Opprimuntur autem vires ab humorum multitudine aut infarctu, vt in plethorica dispositione athletarum, interceptionibus venarum, vehementissima synoche, &c.

Dissoluuntur vero dissolutione substantiæ spirituum, partium carnosarum, & spermaticarum, aut labefactato eorum omnium temperamento; quod accidit in phtisi, atrophia, hectica, febribus malignis, magnis cruditatibus & similibus.

Nam consistunt vires in temperamento spirituum, substantiæ carnosæ & spermaticæ; ac æstimantur ex facultatibus, vel insitis singulis partibus, vel influentibus à corde, cerebro, & iecore. Vires autem cordis, siue virtus vitalis, quæ maxime necessaria est ex pulsu iudicatur: Vires animales, ex functionibus sensus & motus: Vires naturales ex signis concoctionis & cruditatis, vt Prognosticis demonstratum est. Galenus solius virtutis vitalis in sanguinis missione mentionem fecit, quod reliquarum facultatum fundamentum sit, & ea deiecta cæteræ facile collabantur. Verum in singulis morbis, qui euacuatione indigent, considerare oportet, quæ facultas morbum debellare & finire potissimū debeat, vt eius robur conseruetur, nec immodicis euacuationibus succumbat; sed virtus vitalis imprimis spectanda erit, an sibi & cæteris sufficere queat.

Vires variant res naturales, non naturales, & præternaturales. Nam primum temperamentum calidum habitu denso solido firmoq; præditum cum latis venis, copiosissimas euacuationes sustinet: contraria constitutio; aut nullas aut exiguas. Deinde corpus calidum humidumq; molli raroq; habitu pręditum, ex quo conti-

nuo

nuo plurimum dissipatur, validas euacuationes nullo modo sustinet. Calidum vero modice siccum cum latis venis, liberalius quam corpus frigidum & siccum euacuari potest, quia vtraq; constitutio angustas venas habet. Semper autem corpora, quæ tenuium sunt venarum & pauci sanguinis, aut nihil, aut quam minimum extrahi sinunt. Plerunq; autem in pingui habitu venæ augustę sunt, quod si latæ fuerint, facilius euacuationes sustinent, quam graciles.

Deinde cuiq; ætati suum robur à natura est. Nam media siue florens ætas, naturaliter vires omnes robustas, spirituum & sanguinis copiam habet; & copiosas sanguinis euacuationes sustinet. Contra, ætas decrepita ob virium debilitatem omnem sanguinis euacuationem metuit.

At ætas puerilis (ante annum 14.) licet substantia virium abundet: tamen quia corpore humido molli & tenello prædita est, ex quo continuo plurimum dissipatur propter insitam à natura euacuationem, respiciendo non tam ad vires præsentes quam futuras, sanguinis euacuationes, aut nullas aut exiguas sustinet.

Verum ex ætate nō absolute virium robur coniicere oportet, sed iuxta cuiusq; corporis naturam & conditionem. Nam eadem ætate aliis corpus robustum, aliis debile est. Quare, vt præcipit Celsus lib. 2. cap. 9. si iuuenis imbecillis est, aut mulier non grauida parum valet, male sanguis emittitur: emoritur enim vis, & quæ supererat hoc modo erepta est.

At firmus puer & robustus senex, & mulier grauida valens, tuto curatur. Puer autem firmus præcipue non lactans, habitus densi & multi sanguinis, si graui morbo laboret, vt interiturus videatur nisi hoc modo adiutus fuerit, non erit cunctandum sanguinem mittere: Condonantur aliquid ętati, tēpori, &c. Quare Auenzoar filio trimo vtiliter in tali casu venam secuit. Eadem est ratio in robustis senibus, graui morbo à plenitudine laborantibus, ut longa experientia demonstrat Rasis.

Viri plerumq; sanguinis missionem melius ferunt, quam mulieres, præcipue quæ habitu molli laxo & raro præditæ sunt cum venis angustis. Quando autem menstrua naturaliter fluunt à phlebotomia abstinere conuenit.

Mulie-

Mulieres quidem grauidæ teste Hipp. 31. Aph. 5. si sanguis mittatur abortum faciunt: attamen si magnus morbus vrgeat aut immineat à plenitudine, cum virium robore medici erit potius anceps auxilium eligere quam nullũ. Verum minus extrahere, quam vires tolerant, potissimum primis ac vltimis mensibus, vt dictum est supra.

Præterea aer ambiens temperatus, euacuationes feliciores reddit, contra intemperatus difficiliores. Nam caliditas vires & corpora dissoluit, frigiditas coercet. Proinde ver omnibus euacuationib. magis accommodatum est, deinde autumnus: minus accommodata est æstas, deinde hyems. Quæ ratio in anni temporibus, eadem in regionibus & locis ac cæli tempestatibus.

Præterea qui non assueti sunt venæ sectionibus, & qui parsimonia vitæ vsi sunt, & multis curis & laboribus torquentur, minus sanguinis euacuationem sustinent: Contra, qui assueti sunt venę sectionibus, & liberalius pleniusque viuunt.

Tandem res contra naturam quatenus vires debilitant aut dissoluunt, euacuationem sanguinis prohibent, vt morbi ab humoribus prauis aut crudis sine plenitudine, vt hydrops, &c. magnæ intemperies partis principis, grauissima vulnera, &c. Item neruorum distensiones, morsus aut dolor in orificio ventriculi, syncope, diuturnæ vigiliæ, fluxus alui immodicus, spontanea sanguinis euacuatio, quatenus vires dissoluit, aut materiam morbi sufficienter demit, &c. Oportet autem non solum in ægris vires præsentes obseruare, sed etiam futuras prospicere.

Ex his omnibus iudicamus non solum, quibus vena secanda sit, sed etiam aliquo modo, quantum sanguinis extrahendum, siue quousque sit euacuandum & quoties.

Quantitas autem sanguinis euacuandi correspondere debet quantitati illius, quod multitudine peccat, modo feratur à viribus: verũ cum nec multitudinis nec virium sit certa mensura, neq; etiam perspectum sit, qualis sit futura aeris constitutio, &c. quantitas sanguinis mittendi incerta erit. Nihilominus, quia cum secatur vena, in manu nostra est, quantum detrahamus; si comparatio fiat virium cum magnitudine morbi aut plenitudine, ex vtrisque propriis

ſignis, nõ prorſus difficile erit, artificioſa coniectura ad iuſtam quãtitatem quam proxime accedere.

Verum ſi res adhuc incerta videatur, ſatius erit in defectu peccare, & ſectionem repetere, quam in periculum ægrum abducere ſubito & inopinato virium lapſu. Vires autem validæ copioſam ſanguinis detractionem facile ſuſtinent, & ſimul cauſas morbificas facile excutiunt; at ſi vires deficiant, relicto morbo viribus ſubuenire oportet; nam auxilia per ſe morbos extirpare nequeunt, ſed naturæ auxilium requirunt.

Verum ſi vires nec ſatis firmæ, nec prorſus debiles ſint, ita curatio inſtituenda erit, vt nec vires nec morbum contemſiſſe videamur. Proinde quantitatem euacuationis ſemper æſtimari oportet ex quantitate requirentium & tolerantium miſſionem; requirit enim morbus, tolerant vires.

Ex mutua autem comparatione, morborum requirentium & virium tolerantium ipſa ſanguinis miſſio triplicem differentiam admittit, alia enim phlebotomia perfecta magnaue eſt, quæ totam aut maximam materiæ morbificæ partem detrahit; alia vtilis ſed imperfecta, quæ portione aliqua detracta, reliquam leuiorem facit, vt à natura facilius regatur: tertia non ſolum imperfecta, ſed etiam tam exigua eſt, vt inutilis videatur, & nihil laborantem leuet.

Quemadmodum phlebotomia, ita vires & morbi diuiduntur. Vires autẽ in integras, ſiue robuſtas, mediocres, & debiles ſiue proſtratas. Vires robuſtæ perfectam, mediocres imperfectam, ſed vtilem, deiectæ autem exiguam, aut prorſus nullam ſanguinis detractionem ſuſtinent. Morbi vero alii magni, alii parui, alii mediocres ſunt. Semper autem morbi magnitudo cum virium robore conferenda eſt, ſi tutam curationem exequi velimus.

Parui morbi licet à plenitudine leuioribus remediis curantur, nec ſanguinis detractionem requirunt, vt ſupra diximus. Morbi vero magni à plenitudine, magna remedia ſcilicet, phlebotomiam indicant, ſed pro modo magnitudinis & viriũ robore. Nam ſi morbus extremus fuerit cum virium robore; quia vehementiſſime vrget, cito ſubuenire oportet; plena integraq; ſanguinis detractione: at ſi morbus minor fuerit, & vires integræ, plena euacuatio neceſſaria

cessaria non est, sed vtilis sufficere videtur, vt tuto magis quam cito curemus. Nam semel & vniuersum euacuare periculo non caret.

Sin vires debiles fuerint, sed non plane prostratę, & morbus vehemens, consultum erit per vices sanguinem extrahere, & intermedio tempore, antequam fiat reiteratio, vires semper reficere. In acutis vero morbis quia periculum magis vrget, sanguinem paulo liberalius mittere oportet, modo vires ferant.

Nam si prostratæ fuerint, omnino abstinendum erit, si magis oppressæ, quam languidæ, nequaquam sanguinis missionem omittere decet, sed reiterato sanguinem detrahere, & per vices reficere, qualis phlebotomia per ἐπικρασιν dicitur.

In Chronicis vero, quanto morbus diuturnior, tanto minus sanguinis detrahere oportet, ne subtractione sanguinis natura invia deficiat. Nam in Chronicis potissimum, non tantum vires præsentes, sed etiam futuras considerare oportet.

Deinde in phlebotomia gratia præcautionis imminente morbo à plenitudine, necessitas nondum exigit, vt tantum sanguinis detrahamus, quantum plenitudo postulat; quemadmodum in phlebotomia gratia curationis. Nam vrgente morbo & plenitudine, vtile est quam plurimum euacuare.

Pręcipit Hipp. in talibus vsque ad animi deliquium ducere, si æger perferre queat. Verum simpliciter ad animi deliquium sanguinem detrahere, nec certa nec tuta mensura est. Nam nec omnibus qui animo deficiunt, sat sanguinis detractum; neque si plurimum detrahatur, omnes statim animo delinquunt, sed nonnulli interdum post minus copiosam sanguinis detractionem, in subitum & inopinatum virium lapsum incidunt. Deinde satis certa detractionis mēsura, nō est quæ sumitur à mutatione caloris sanguinis, si pars aliqua inflammata fuerit: aut in cæteris, à mutatione coloris faciei & oculorum: neq; etiam ex fluxionis impetu, si subsederit, licet nulla harum contemnenda sit; sed potissimum ex conferentia & ægri tolerantia. Confert enim euacuatio, quæ morbum manifeste minuit, toleratur, si viribus molesta non sit. Et licet non videatur phlebotomia morbum statim imminuere: tamen si viribus molesta non sit, proderit semel aut iterum potius reiterare, quā ad ex-

tremum euacuationes ducere. Nam vt consulit Celsus, parcendum semper est remediis, quę & vitæ custodes vires demunt, & medico pro gloria dedecus conciliant. Verum in desperatis, vbi nulla superest spes, nisi in sanguinis missione, iubet Aetius vsq; ad experimentum procedere.

Tolerantiam æstimat Gal. ex pulsu, qui vitalis roboris signum est, cuius consensu seruato vitali robore certam aliquam quantitatem extrahere licebit. Verum vt supra monuimus, cum vitalis consideratione coniungere oportet æstimationem illius facultatis, quæ morbum debellare debeat; cauentes, ne immodicis vacuationibus robur illius succumbat. Nam præter robur virtutis vitalis, quidam morbi postulant robur virtutis animalis, aliqui naturalis, nonnulli vtriusq; : Veluti in pleuritide omnium facultatum robur desideratur, vt vitalis propter dissolutionem spirituum vitalium à dolore, febre, &c. naturalis ob concoctionem materiæ in pectore animalis ob expulsionem siue exspectorationem.

Cum viribus coniungere oportet considerationem temperamenti ætatis, loci, temporis, & cætera, vt supra dictum est. Nam quantitatem debitam non sinunt euacuare, ætas puerilis, aut senilis, sexus fæmineus, regio, aut tempus nimis calidum, aut frigidum, vigiliæ, inedia, cruditas, morbus ad syncopen inclinans, orificii ventriculi debilitas, aut nimis exquisitus sensus.

Ex quantitate requirentium & tolerantium æstimatur non solum, quantum & quousque sit euacuandum, sed etiam quoties scilicet an simul & semel, an iterato siue per vices & partes. Vbicunque enim semel misso sanguine, omnibus necessitatibus requirentium satisfactum non est, iteratio conuenit.

Requiritur autem phlebotomia gratia euacuationis simpliciter, aut reuulsionis, aut deriuationis, quæ omnia nec simul & semel nec ex vna eademque vena perfici possunt, vt ex supra dictis patet. Deinde vbi vires periclitantur tam reuulsiones & deriuationes, quam euacuationes partiri decet, imo teste Galen. lib. de Cur. per venæ sect. cap. 12. quanto maiorem in numerum particulares detractiones auxeris tanto efficaciorem reuulsionem effeceris.

Præterea vbi vires periclitantur, vt in debilibus conualescentibus,

bus, qui recidiuam patiuntur, aut qui facile animo deficiunt, optimum est detractiones iterare & per ἐπίχυσιν euacuationes instituere: Idem aliquando requiritur in graui angina & affectibus suffocantibus, &c. Item si sanguis simplex non fuerit aut in plures partes diuisus, aut partim in vasis, partim extra. Verum in reiteratione si necessitas plurimum non vrgeat, & vires ægri nondum expertas habeamus, melius est à pauca quantitate incipere, at si vrgeat necessitas, & constet de viribus, satius est prima vice plus detrahere, quã secunda, & secunda quam tertia.

Superest, vt de tempore opportuno agamus, quo phlebotomia institui debeat. Tempus autem oportunum præscribit necessitas vrgens, & virtus tolerans. Necessitas alia maxima est, quæ sanguinis missionem tardare non sinit, sed ob imminens periculum statim venam secare cogit: alia minor, quæ non tantopere vrget, sed diem aut saltem horam diei accommodatam eligere sinit; vnde alia phlebotomia coacta dicitur, alia electa. Instituitur phlebotomia aut gratia curationis, vt in ægris, aut præseruationis, in sanis. In ægris autem considerantur morborũ tempora non solum vniuersalia, sed etiam particularia, in sanis & ægris anni tempora, dies & horæ, quibus securior phlebotomia. De temporibus anni supra dictum est. Vbi necessitas magna non vrget, vt in præseruatione, ver maxime oportunum phlebotomiæ, deinde autumnus; dies nec magni caloris, nec magni frigoris, hora diei temperatissima præcipue matutina. Commodissime enim instituitur phlebotomia mane, vna aut altera hora à somno post leuem deambulationem, stomacho vacuo, concoctione celebrata, & eductis excrementis in intestinis primisq; venis, ne vasa exinanita aliquid vitiosi sugant, correcta etiam si opus fuerit nimia orificii ventriculi sensibilitate aut debilitate, &c.

In morbis vero si necessitas vehementer vrgeat (vt in vehementi synocho aut interceptionibus venarum) & vires ferant, sanguinis missio tardari nõ debet, sed statim nõ habita ratione diei & horę, aut præparationis corporis venam secare oportet; cum in mora periculum sit. Nam in sectione venæ tempus morbi aut numerus dierum non semper obseruandus est, sed necessitas vrgens, & virtus tolerãs. Quo enim die teste Galen. hos scopos in ægrotante inueneris, in eo

auxilium illud adhibeto, etiamsi 20. is ab initio morbi extiterit. Igitur cum necessitas vrget, quam celerrime sanguinem mittere conuenit, modo vires ferant. Ferunt autem vires, quo tempore minus exhaustæ sunt. Exhauriuntur vero in morbis duobus modis.

Nam primum in plerisq; morbis exsoluitur virtus tractu temporis, quare mittendi sanguinis occasio dierum numero deperditur, & differenda in talibus non est ob virium dissolutionem, sed vt monet Hipp. inchoantibus morbis si quid mouendum sit, moue, cum consistunt melius est quiescere. Igitur, si quando vel secundo die ab initio morbi vires exsolui videantur, à phlebotomia abstinebimus. Deinde in morbis, qui certis quibusdam periodis mouentur, & exacerbationes, remissionesq; habent, exsoluitur virtus in accessionibus, quo tempore ægri maxime affliguntur. Proinde in febribus continuis differtur phlebotomia, ad remissionem in intermittentibus ad intermissionem, quacunq; hora diei aut noctis euenerit; nam hoc tempore maxima morbi tranquillitas est, & vires facilius ferunt.

Verum, vbi propter dolores, inflammationes, aliosque affectus citra febrem hoc auxilio opus est, non oportet remissionem aliquam exspectare, sed magnitudinem doloris aut affectus tantum intueri & in ipsa vehementia sanguinem detrahere, (sed quantum vires ferre queant) vt à parte affecta sanguis retrahatur: quia ad partes dolentes cæteræ spiritum cum sanguine transmittunt, doloresque vehementiores excitant.

Phlebotomia simpliciter euacuans à toto, in principio morbi adhibetur, vt multitudine detracta corpora liberalius transpirent: vnde consulit Gal. 9. Method. med. initio febrium putridarum venam secare. At reuulsio & deriuatio affectibus rheumaticis conueniunt, sed reuulsio initio potissimum, aut quamdiu cum impetu fluunt humores. Deriuatio vero post reuulsionem aut euacuationem à toto, cessante impetu fluxionis, &c. vt supra dictum est.

Valida existente virtute tantum sanguinis euacuare oportet, quantum postulauerit morbus; Sin minus, repetitione vtamur. Repetitio vero in quibus simpliciter euacuare conamur magis eodem die esto, si vires sufficere queant, sin minus, sequente die, donec to-

ut illa sanguinis copia, quæ supra mediocritatem est, fuerit prope euacuata.

At reiteratio gratia reuulsionis, melius iudicatur, si duobus diebus deinceps fiat & frequenter. Nam vena pluries aperta vehementius reuellit, quia natura assueta crebris motibus reuulsoriis, eo humores mittit, & locum affectum deserit: In inflammationibus laterum aliarumque partium, quando materia è vasis ad locum confluit, repetitio commode in diem sequentem aut vltra defertur, vt materia vitiosa interim ex affecta sede in venas exhaustas subeat.

Verum in pestilentialibus tumoribus ne violenta contagio diutius inhæreat, aut latius serpat, reiteratio procrastinanda nullo modo est, si vires ferant. In omni vero sectione vires ægri semper obseruare conuenit, manu arteriis illius admota, vt suadet Galenus, & si confertim euacuationem ferre nequeat, primo die tantum reficere expedit, secundo detractionem reiterare. Tantum de Phlebotomia.

Quia vero sanguis, qui parti affectæ inhærescit, non semper venæ sectione detrahi potest, non enim facile venas subit aut in venas exhaustas remeare solet: Proinde magis particulari euacuatione indiget, si tanta eius copia sit, vt insensili euacuatione discuti nequeat. Particularis autem sanguinis euacuatio est, quæ ab ipsa parte affecta sanguinem manifeste educit.

Manifeste autem educitur vel per hirudines, vel per scarificationem, sine aut cum cucurbitulis. Hirudines autem eligere oportet non nigras, aut virides, aut quæ magna capita habent, & in aquis putridis & cænosis degunt, &c. vt docet Auicenna & Rases. Deinde vt statim captæ & ablutæ sunt, vt omnem virulentiam deponāt, aqua limpidissima mergantur, sæpeq; aqua permutetur, addito interdum pauxillo sacchari.

Hirudo præparata partiq; admota, morsu suo trifidum vulnus primum infligit. Deinde sanguinem à vicinis partibus sugit, donec copia turgescens decidat, Anthillus iubet forcipe caudas earum incidere. Nam effluente sanguine retrahere non desinunt, quousq; sal aut nitrum osculis earum inspergatur.

Hirudo in calamum vtrinque perforatum demissa, & venæ legi-

tima

tima ratione admota, ita plerumq; attrahit, vt post sectionem sanguis confertim erumpat. Proinde vniuersalis sanguinis euacuatio per hirudinem fit affixam venis maioribus, vt supra diximus. Reuellunt autem in pluribus affectibus hirudines, si brachiis adhibeantur, venæ saluatellæ, &c.

Deriuant quoq; à liene, mesereo & vtero, simulque melancholiam euacuant, si venis hæmorrhoidalibus admoueantur, nam præ cæteris auxiliis putantur optime melancholiam detrahere. Item venę frontis affixæ à capite deriuant. Verum cuti aut parti admotæ, cui venæ amplæ non sunt eam potissimum exhauriunt, & à remotis partibus nihil alliciunt. Proinde cutis vitiis conueniunt, vt scabiei, lepræ, &c.

Deinde scarificatio cutis pro ratione loci, & prout magis minusque alte scalpellus adigitur, magis aut minus copiosam sanguinis detractionem facit: vtilitatem autem interdum non minorem præstat, quam ipsa venæ sectio: Euacuat enim non solum humorem parti inhærentem efficacius multo quam phlebotomia, sed etiam redundantiam à toto quodammodo. Item reuellit & deriuat tutius quidem quam phlebotomia: verum segnius, tardiusq; & citra minorem commotionem: aut virium iacturam corporis etiam in vigore morbi licet in pueris tam vehemens auxilium sit, quam in grandioribus venæ sectio.

Vtimur autem in tollenda plenitudine scarificatione brachiorum & crurũ, cum cucurbitulis plerumq; quando tutum non est venam secare. Ita Orbasius, sibi aliisque in peste Asiatica crus scarificauit, duasque libras sanguinis fere detraxit, atq; ob eam causam periculum vitauit. Nonnulli in talibus affectibus nates scarificant. Conducit scarificatio potissimum crurum in plenitudine à suppressione menstruorum aut hæmorrhoidum.

Reuellit quoq; scarificatio & ad partes distantes seruata rectitudine aut communione; Veluti inflammatione cruris dextri, scarificatio manus dextræ, aut cruris sinistri. Item ab interioribus ad exteriora revellit, & simul deorsum mouet scarificatio crurum. Deriuat vero in suppressione menstruorum scarificatio femoris aut surarum. At humorem parti inhærentem, qui aliis remediis non cedit,

cedit , efficacissime euacuat scarificatio partis affectæ, vt diximus.

Proinde cutis fœditatibus conuenit, item scyrrhis inueteratis, inflammationibus, gangrænis, tumoribus pestilentialibus, morsibus venenatorum. &c. Verum in ipsa scarificatione distinctio quædã adhibenda est; magnæ enim profandęq; scarificationes, multũ euacuant, & è longinquo facilius trahunt, meliusq; duris corporibus crassoq; sanguine conueniunt; contra tenues & superficiarię.

Semper autem scarificatio largius, & è distantioribus penitioribus partibus sanguinem euacuabit, si statim adhibeatur cucurbitula: attrahit enim cucurbitula potissimum cum multa flamma, pro sui magnitudine & forma, vt describit Gal. Auic. &c.

Vtimur autem scarificatione aut sine cucurbitulis, aut cum cucurbitulis: & vicissim cucurbitulis, aut siccis sine scarificatione, aut cum scarificatione. Scarificatione autem sine cucurbitulis vtimur, vbi attractione magna opus non est, nec copiosa euacuatione, & potissimum in pueris, in corporibus mollibus raris, &c.

Cucurbitulæ, vero magnum vsum præstant non solum cum scarificatione, sed etiã siccę sine scarificatione: vtroq̃ n. modo euacuant, attrahunt, loco materiam mouent, reuellunt, alterant, dolores mitigant. Euacuant autem siccæ tantum insensibiliter, & flatuosos spiritus discutiunt, proinde colo, intestino aut ventriculo propter flatus dolente, teste Galen. 12. Method. curcubitula magna cum multa flamma admota incantamenti instar iuuat.

Deinde sistit quoq; vomitum & singultum, ventriculo imposita: ac menses fluentes, mammis. Præterea cucurbitulæ destillationes in stomachum suspendunt: sanguinẽ attra hunt, & profluentem rursus sistunt, obiectis partibus admotæ, sed vt monet Paulus cum scarificatione efficaciorem perspiratum præbent. Nam cum scarificatione sensibiliter sanguinem cæterosq; humores euacuant; & à remotioribus altioribusq; partibus eliciunt.

Quare in nonnullis locum phlebotomiæ implent cucurbitulæ, cum scarificatione cruribus, natibus, aut brachiis admotæ. Reuellunt etiam ad longissimas partes, & in febribus malignis ab internis ad externa humores euacuant. Verum autore Gal. purgatis in primis corporibus vtiles potissimum sunt, non plethoricis. Nam

vbi tam cucurbitulis, quam venę sectione aut purgatione opus est, semper venæ sectio aut purgatio præcedat.

Deinde initio inflammationis, parti affectæ nunquam admouendæ erunt, sed partibus distantibus laboranti in directum coniunctis, reuulsionis causa. Ipsi vero parti affectę aut vicinæ tum cucurbitulas admouere conuenit, cum nihil amplius affluxerit, totumq; corpus exinanitum fuerit, vt inflammationis materia è loco moueatur, vel à parte nobili ad ignobilem transferatur, vel euacuatione sensibili aut insensibili amoliatur, vel ab interioribus ad exteriora trahatur, sed de his aliisq; legendus erit Oribasius lib. 7. & 8. & Paulus lib. 6. cap. 11. Celsus lib. 2. Auicen. lib. Fern. 4. Doct. 5.

FINIS.

JOANNIS DANIELIS MYLII
Vetterani Haßi M. C.

Tractatus II.

Seu

BASILICA CHYMICA

CONTINENS LIB. VII.

1. *Anatomiam Auri*
2. *Argenti & Mercurij.*
3. *Iovis, Martis ac Veneris.*
4. *Tractat de gemmis.*
5. *Examinat mineralia.*
6. *Vegetabilia resoluit.*
7. *Animalia explicat.*



FRANCOFVRTI apud LVCAM IENNIS.

M. DC. XVIII.

EXCELLENTISSIMIS EXPERIENTISSIMIS, CLARISSIMISQVE VIRIS DD. ET Dn. BECHTOLDO BACHIO, IOHAN. HARTMANNO BEYERO & PETRO UFFENBACHIO, Physicis, Medicis Francofurtensibus, Affinibus suis plurimum obseruandis,

Ioannes Daniel Mylius. M. C. S. P. D.

DEVS infinite bonus, ipsa etiam per se bonitas, summaque perfectio, res omnes in suis speciebus plane bonas & perfectas in hominis vsum ac gratiam, ipsum denique hominem perfectissimis omnibus animæ & corporis virtutibus creauit, qui tam eleganti palatio, vt tot tantisque donis copiosissime instructo præesset, omnibusq; creatis frueretur: (vti videre est in Præfat. nostrarũ Basil.) Imo vt de ipsa vitæ arbore fructus ad vitæ immortalitatem decerperet, si mandatis creatoris obtemperasset: (in quem finem hæc arbos tanquam obedientiæ erga creatorem proposita, erat sacramentum, vt ex ea perpetuitatem vitæ hauriret) per lapsum autem, in omnibus illis corporis & animi ornamentis, vere proteruiam fecisset: factum est, vt iusto Dei iudicio propter suum peccatum non tantum humana caro, sed & terra, cœlique maledictione diuina in eum vndique conspirarint. Hinc tam pellucidi ac splendidi intellectus eius radij densissimis tenebris & fœda caligine obducti: cognitio illa in eo rerum omnium dilucida & tam illustris, tetris ignorantiæ velis funditus inuoluta: Diuina mens, qua ad imaginem Dei efformata erat, infecta, & brutis affectibus obnoxia: memoria læsa perturbataque: omnes denique sensus, cum interni tum externi, quorum elegantia ac perfectione ad cœlum vsque euectus erat, misere deprauati sunt: cumque is antea illustria in fronte diuinitatis insignia gestaret, æternitatis notas ostentaret, ac summi boni, perpetuæ felicitatis, incussæque quietis pignore lætaretur, in has conclamatas ac calamitosas corporis animæ miserias, quibus assidue conflictatur, momento præceps irruerit, vt ærumnarum mole, æuique breuitate, alijs creaturis longe videatur inferior.

(?) 2 His

His omnibus inquam, dotibus spoliatus, quantis corporis calamitatibus obnoxius sit redditus, paucis opus est, excutiamus, ac quibus defectibus scateant sensus eius paulisper perpendamus: cum enim eius aures antea semper ab omni impedimento liberæ, ad diuinarum laudum cantus alacriter paterent, prorsus nunc ad omnia obsurduerunt & occalluerunt. Oculi alias radiantes & ὀξυδερκεῖς, & ad omne bonum rectumque collineantes, suffusionibus & cataractis vitiati, aut potius occœcati sunt: Nares suaue redolentes fœtoribus scatent, meræque putredinis cloacæ, ac impuritatum sentinæ redditæ: Iustus prorsus deprauatus, loco suauissimi saporis nil præter amarum & ingrata fastidia sapit. Cum vero manibus ad vitæ fructum perpetuæ decerpendum esset præditus, nunc summa corporis & animi anxietate eæ ad arandum tellurem, & fodienda terræ viscera coguntur, idq; sæpius nullo fructu, vt sic sententia Dei, in sudore vultus tui comedas panem tuum, quam verissime vbique appareat. Quid plura? cum veren eius temporis flos perpetuo viresceret, nihilque quam suauissimos vitæ fructus explicaret: Nunc sæua hyemis asperitate exarescunt ac rigent omnia, quæ nihil aliud quam repentinam senectam, & præproperum vitalium facultatum interitum minantur. Cum eæ animi gratiæ affectiones, omni recreatione fœlici suaues, in mœrores & angustias degenerarunt, vt nihil non in perniciem tam corporis, quam animi nunc concurrat. Siquidem & calore & frigore, fame sitiq;, ac alijs id genus infinitis miserijs impetibus Homo, perpetuo conflictatur, & miseranda sorte obruitur. Corpus eius cum alioqui optima & perfecta omnium partium symmetria ac temperamento æquali constaret, nunc prorsus ametria omni, omnibusque ἀκρασίας generibus dissoluitur, vt nihil nunc in toto orbe calamitosius sit homine, qui peiorem etiam brutis magisque deplorandam vitæ conditionem sortitus est. Siquidem longe maiore, quam bruta morborum numero ac varietate premitur: adeo vt omnium malorum fœdissima sit sentina, quibus ab ipso ortu & incunabulis ad extremum vsque senium, tanquam perpetuis comitibus ad terram, nonnunquã etiam ante annos pubertatis, deducitur. Et hæc quidem sunt peccati ac Humanæ peruicaciæ stipendia, Dei Mandato designata. Nec homo solum, sed propter eum natura vniuersa mundique elementa maledictionis diuinæ pœnam ferunt. Hinc enim aer, qui perpetuo aliàs serenus, purus, mundus, ac spiritibus hominis, quorum erat fomes & pabulum, emundandis, ac in puritate perpetua conseruandis idoneus, propemodum nunc semper caliginosus, multisque inquinamentis ac sordibus impurus, corruptus, ac pestilens euadit: quibus multos ac varios parit morbos tam pestiferos & epidemicos, quam sextentos alios affectus grauissimos, summeque noxios. Terra, quæ antea benedictione diuina

fœcun-

fœcundiſſima rerum omnium producendarum vim obtinebat, è qua in vſum ac pabulum hominis, grati, ſalubres, ac maxime vtiles fructus promanabant, vtpote Arcana, Eſſentiæ, Tincturæ & Balſama à corruptione vitam tuentia, nunc ſentes & tribulos, omniaque homini peſtifera ac exitialia procreat: vt ſi qui ex ea alioqui meliores fructus prodeant, infinitis tamen fecibus ac impuritatibus ſcateant, ita vt nunc certo pronunciare poſſimus, cibos potuſque nobis magis inſalubres ac noxios, quam vtiles ac ſalutares: quoque eos habemus copioſiores, aut magis ijs ad delicias vtimur, corpus recreaturi, eo maiorem inde noxam contrahamus, vt vel hinc lapſus noſtri fructus, hoc eſt, pœnæ ſuppliciaque nobis haurienda ſint, ea præſertim de cauſa, quod Elementorum corruptiones ac alterationes, cum noſtra ingluuie & intemperantia coniunctæ, varia morborum genera procreent foueantque. Nec ab his tantum afficimur, hoc eſt ab aere, cibo ac potu, ſed ab inanitione etiam & repletione, ſomno & vigilia, motu & quiete, quæ vſque adeo corpus noſtrum immutare poſſunt, (veluti dicetur in 3. lib. Baſilic. Medic.) vt crebro valetudo noſtra infringatur, eorumque defectu vel exceſſu, prorſus deficiat vel tollatur. Atque idcirco non naturales merito dici poſſunt, hæ res ſex, non quod extrinſecus contingant, cum nihil ſit non naturale, bonum videlicet ex prima origine, & malum ex contingente maledictione ob lapſum hominis, omnibus creaturis indicta, ſed quod omnia à natura ſua degenerarint. Siquidem Elementa, quæ antea perfecta, & omni benedictione ac virtutum vitalium infinitis dotibus à Deo inſtructi erant, contrariam mutationem patiuntur. Vnde fit etiam, vt ob maledictionem diuinam Elementorum inquinatio, & hominis defœdata imagine ſpurcities, & variæ ſubinde mutationes minus cum natura conſentaneæ, hominem inficiant, ac contra, quam tulerat eius procreatio, obruant, labefactent, deſtruant. Veruntamen ſic Deus humani generis miſertus eſt, vt bonum, quod rebus creatis ante culpam hominis incluſerat, non prorſus maledictione ſua deleuerit, ſed varijs vſque adeo impedimentis intricari voluerit iuſto iudicio, vt non niſi ſublatis obſtaculis quicquam nobis prodeſſe poſſint; nocere autem plurimum, niſi arte & diligentia Medica corrigantur, vt ſcilicet malũ ab eis ſeparetur, bonum vero naturale ſincerum ac purum extrahatur, quod in vſum hominis iuxta Dei inſtitutum cedat &c. Hinc Medici ſolertia & ſapientia eluceſcat, opus eſt, ſi eas debite, methodice ac ſpagyrice depuratas, compoſitas & præparatas ægris præſcribat ac adminiſtret: Ad quam ſapientiam & ſolertiam, non parum facere videtur ars Alchymia nobilis, ſolidæ philoſophiæ fons, clauis ſapientiæ, anima ac medulla phyſices, Medicinæ radix myſtica, philoſophorum bene medendi ſcientia & meta in quam collimant ſapientes: Non

enim, artes inter ac ſcientias tanta ſtudioſitate ſummis ab ingenijs, & inprimis vero his, qui dignitate magnifica Regia eminentes, ſapientiæ præcellentia in omnium conſiſterunt admiratione, delectabiles, appetitas, acquiſitaſque, quam celebres, illuſtres & præclara Nobilitate ornatas, Viri Experientiſſimi, Medici celeberrimi, affines, ſumma mihi obſeruantia colendis, non eam, inquam, eſſe poſtremam aut ignobilem, quam hodie vulgato nomine Alchymiam vocam⁹ & nuncupamus, antiquitas, veluti Hermes, artem perfecti Magiſterij dixit: Exempli gratia, alius inquit: Eſſe ſcientiam de occultis Philoſophorum, vt Arnoldus de Villa Noua: Scientia abſtrahens hominem à Mundi calamitate, & reducens mentem ad cognitionem bonorum, quæ poſt hanc vitam ſunt ſperanda, Morienus: Ars in Dei potentia reſeruata, ſenior.

Alius: Philoſophia ac Minerua occulta omnẽ exiſtimationẽ excedens.

Item: Scientia non omnibus data, propter euitationem ſcandalorum.

Alius: Hoc eſt diuinum & admirabile opus, inuentum per continuum ſtudium, preces, cognitionem dictorum philoſophorum, & fidelem ſcientem informationem.

Alius: Hæc ars non manifeſtatur niſi reuelatione diuina, per vocem viuentis ſeu oſtenſibilem doctrinam.

Alius: Hæc ſcientia non participatur niſi Deo mentem purifices.

Alius: Via ad hanc artem ſecretā eſt, viuere ſecundū ſaluatoris præceptū.

Alius: Hæc ars ſuccurrit electis, demonſtrans Dei prouidentiam, & agnoſcens illud, quod toti mundo impoſſibile videtur.

Item: Ars Aſtronomiæ & Phyſices legentibus patens eſt: Ars vero noſtra non niſi à ſapientibus ſciri poteſt.

Item: Ars noſtra eſt ſcientia vaſis Hermetis, de ſapientia Domini gentibus occultata.

Item: Qui hanc ſcientiam apprehendunt, his lignum eſt vitæ, cibus legitimus ac ſempiternus, & lumen indeficiens: & beati, qui tenuerint eam, quia ſcientia Domini nunquam peribit.

Item: Spiritualis eſt ſapientia, & habet ſempiternum Theſaurum, quo ſi paſceret quotidie mille millia Hominum, non indigeret.

Item: Inueni eam non ex mea ſcientia, ſed ſpiritus ſancti gratiâ.

Item: Hæc ſcientia eſt gratia, à Deo data, cuius fundamentum non ſunt Academici libri, ſed inuiſibilis miſericordia Dei & donum: Fundata non ſuper figmenta humana ſed ſupra Naturam, quam Deus ſancto ſuo digito ſublunaribus pręcipue vero metallis perfectis impreſſit, ideo verum fundamentum eius Deus eſt, & merum Dei altiſſimi donum: Non ab Ethnicis, ſed à ſupremæ vniuerſi-

uersitatis vnico Rectore, solo videlicet Deo, dierum antiquissimo, & errare nescio, luminum patre, petenda & discenda. Hinc non ex creaturis, sed ex Deo discenda est sapientia, qui omnium arcanorum conditor solus scit, quas proprietates cuique creato indidit: Nunquam enim à mortali præceptore aut litera mortua, tam recte & commode discitur, quam ab eo qui omnium rerum est perfectus artifex, sicuti est ipse creator sublimis, & gloriosus Deus, à quo ad nos profluit, non aliter atque radijs solaribus calor, qui flores & omnis generis germina producit. Quid enim habet homo, quod non superne accepit? omnes per retrogressionem, discunt à primo & hic à Deo, qui ei scientiam creauit. Idem: Medicus nasci debet è lumine gratiæ & naturæ ab interno & inuisibili homine, interno Angelo, luce naturæ, quæ instar veri Doctoris Homines instruit, prout spiritus sanctus Apostolos linguis igneis instruxit: Exercendo confirmatur, Medicinæ Chymicæ scientia, & in lucem producitur, non stabilitur humana, sed Dei & naturæ institutione: Et nihil aliud est quam creata & incarnata misericordia à patre cœlesti, egentibus & ærumnosis mortalibus erogata, vt patiens ægrotus sensibiliter videat, & experiatur benignum erga se in afflictionibus suis creatoris sui amorem, misericordiam & auxilium, sicque Deus in suis mirabilibus glorificatur &c.

Alij hanc dixerunt sapientiam & philosophiam Mysteriorum, in arcanis & mysticis latitantium scutatricē & detectricem &c. sunt vero multi, & pleriq; omnes illi hoc inficias abeuntes, qui vel errore populari dementati, pulcherrimarumq; rerum ignorantia occupati vel suorum placitorum, quæ seu cōfinxerunt ipsi sua sibi decreta fabricantes, seu à præceptorib. nō meliorib. aut saltem praue intellectis, acceperunt, amore suauiter, tanquā haustu poculi circei, ebrij, & alias inter vastissimas, crassissimasq; obscuritatum profundissimarum nebulas adhuc in Platonico specu sedentes errare cum multis malunt, q̄ cum paucis sobrijs bene sentire: aut saltem, vtut sentiunt cum paucis, hoc est, cum animo suo; quasi cæteris nullus sit sensus, tamen cum multis loquendum putant. Sed longe aliter, qui sapientiæ & re & existimatione, abstrusæque scientiæ copia ac facultate præcellunt, nec iudicio ac candore destituuntur, longe inquam augustius de hac Alchymia statuunt, existimantq;, iuxta sententiam dictorum antiquorum, hanc artem esse diuinum quoddam Dei omnipotentis munus, miseriæ humanæ subleuandæ, clementissime & ex gratia altissimi concessum, quod qui vituperio ducit ac ludibrio, procul dubio ille conferentis iræ se facit obnoxium. Regum & sapientum curæ fuisse Alchymiam olim scimus, apud quos in tanto honore & admiratione fuit, vt inter mysticas habita sit ab ipsis scientias, nec vlli etiam fuit reuelata illis summa sapientia, nisi pietate præditis, & sacrosanct. Doctrinæ initiatis, hominum filijs,

Præ-

Primus eius inuentor creditur Tubalcain, ille in sacris notus, quem Vulcanum nominant. Is enim prim⁹ in metallurgia elaborasse scribitur. Refertur postea hoc sapientiæ studium, ad Hermetem Propagatorem seu potius Doctorem, à quo & Honorarium nomen, ars Hermetica acquisiuit: Hunc prisci ter maximum, Trismegistum siue Mercurium Trismegistum appellauerunt, vel quod tres Philosophiæ partes absoluerit: vel, quod primus ex Dei Opt. Max. reuelatione Trinitatis Diuinæ Mysterium inter Ethnicos clare tradiderit; siue quod Diademate regio, insulaque sacerdotali & Philosophi dignitate fuerit Illustris: Hic Legum Ægyptiarum, primus fuit institutor ac celebrator, & transmutationis inuentor: Ab hoc & ars retinuit sigillum Hermetis, Auem Hermetis, id est Phœnicem, vas Hermetis, id est Pelicanum &c. Ita apud Mesuen sunt Pil. Hermetis, Hiera Hermetis &c. Ab hoc etiam ars ipsa Hermetis nuncupatur, & intelligitur transmutatoria. Huic sunt insecuti hi reges Ægyptij, ab authoribus denominati: Mena, Busiris, Simandius, Sesostris, Miris, Chemnis, Amasis, Sethon, Adfar Alexandrinus, qui Morienum docuit, Calid, Rex Ægypti Saracenus, qui à Morieno doctus est &c. Item Principes Tyrij, Dipetes & Erichtheus Reges Athenienses. Item Gebrum quoque illum Alchymiæ metallicæ industrium Doctorem, Regem Mauritaniæ fuisse narrant, cuius congentiles enarrant Philosophi: Galud Rex Babyloniæ, Rex Artus, Hercules Rex & Philosophus &c. Hinc ab ipsis Regibus & Principibus Alchymia authoritatem, & inter liberales artes ac scientias sedem nobilissimam occupat ac habet. In subsellijs sacrarijsque sapientum, maxime eorum, qui præ cæteris Philosophiæ operam nauarunt, quique olim in Oriente & Ægypto potissimum sapientiæ admiratione fulserunt, magi inde, sacerdotesque dicti, adeo celebres, vt Græciæ Magistri non dubitauerint magnis sumptibus, periculo maiore, feruore animorum maximo per Maria, per terras, æstusque & frigora exilijs verius, quam peregrinationibus, vt inquit Plinius, ad ea loca penetrare, vnde fama eorum in vniuersum diffunderetur mundum. Liquores stillatitios fecisse leguntur primi Arabes & Persæ. Vnde Auicenna à Sorsano dicitur Alchymiæ operam dedisse, ipseque nominatim facit mentionem corrigendæ aquæ per sublimationem & destillationem; de quo videnda eius sunt opera. Hunc sequuntur Rhazes, Mesue, Bulcasis & alij, qui testantur Alchymiam tum temporis fuisse exercitatam excultam atque ampliatam, apud quos etiam multa Chymica reperiuntur: & nominatim Mesue Alchymistis tribuit etiam oleorum resolutorum confectionem.

Non absurde aliqui statuunt, quæ Chymica Platoni, Aristoteli, Empedocli, Democrito & similibus adscribuntur, ea fuisse istorum Græciæ Philosophorum,

phorum, & spolia orientis secretissima, quæ ob id non cæteris libellis in publicum sint data, sed domi in adytis asseruata, donec sublatis possessorib⁹ in diem protraherentur. Ars ipsa magni Magisterij titulo, sociat se solis sapientibus: His etiam Arcana apud Mesuen asscribuntur. Ab his nomen obtinuit oleum sapientum benedictum Philosophorum &c. Ab his lutum sapientiæ: Ab his Parabolica artis traditio, quæ vetustatem sua consuetudine redolet, non minus ac illa Pliniana, quæ Magica censentur, cum vere sint Mysticorum Philosophorum dogmata Hieroglyphica, olim non Ægypto tantum, verum etiam Palæstina, & toto Oriente istum in modum philosophante, atque etiam scribente, cuius argumentum scriptionis adhuc existere videtur in characteribus & monumentis antiquorum. De his vide multa exempla in Hieroglyphicis Ægyptio Græcorum, & symbolis Aureæ Mensæ 12. nationum, apud D. Michaelem Maierum, C.I.C.N.E.&c.

Serenus Abbas apud Cassianum collat. 8. cap. 22. dicit, doctrinam à Deo traditam de cœlestibus & sublunaribus rebus Adamum communicasse filio suo, Seth (quæ erat vera Theologia, Astronomia, Physica & cognitio rerum omnium proprietatum & naturarum) qui eam conseruauit incorruptam, donec Filij Dei (vt ait scriptura) mixti sunt cum filiabus Hominum, siue cum posteris Cain &c. cognouit sane omnium creaturarum essentias intus & extra, vt in sacris traditur, dum nomina à cuiusq; natura ijs imposuit. Sunt & alij, qui pro Hermete Mosen Ebræorum legislatorem, Prophetam Dei summi & internuntium fuisse, arbitrati fuerint: ex eo, quod Aurum combusserit & puluerem Israelitis cum potu bibendum iniunxerit. Legitur etiam apud Authores antiquos & recentiores de fœmina quadam Hebræa Maria nuncupata, Mosis sorore, quam & in Chymicis, sapienter instructam demonstrat liber qui circumfertur. Quibusdam suspectus & venit Iosephus atq; Abrahamus; De Iosepho talia refert lib. 2 de symbolis aureæ Mensæ: Iosephum a. non opibus vel Auro, sed sola prudentia, diuinitus ipsi concessa, ad fastigium tantæ dignitatis apud Ægyptios euectum constat; quod si in tanto officio Regio constitutus quid à sacerdotibus resciuerit, inexploratū mansit: mihi non fit verisimile eum Chymicis imbutum fuisse, qui tot regni negotia peragenda habuerit, vt ne tantillum alteri rei vacare potuerit: De Abrahamo: Illum astrorum (Gen. 12.) obseruationem docuisse regem Ægypti, quam cum secum ex Chaldæorum regione attulerit nullum est dubium, quin plures eiusmodi artes sciuerit, quas nepotibus longa serie descendentib. reliquerit: Abrahamum potentem & diuitem (Gen. 14.) fuisse oportuit, qui quatuor reges vno prælio exuperasse scribitur, à quo redeunti Melchisedech (Gen. 21.) offert panem cum vino: Ac qui pro potentissimo Rege Ægypti ausus sit inire fœdus: Deum illi benedixisse præ cæte-

ris fatemur, at annon quoq; artis naturalis, quam forte ex Ur Chaldæorum traduxerat, quis pro certo adfirmabit? Tale genus docendi vsurpasse Salomonem quoque sapientissimum illum Iudææ Palestinæ regem arbitrantur, quanquam in superstitionem impiam versa disciplina, nō intellecta, fuerit abolita, crescente in tantum abusu, vt vero vsu obliterato, res ipsa simul sit sublata, quale quid accidit etiam serpenti æneo Typo Christi passuri & sanaturi, fide aspicientum, languorem omnem, insigniq; monumento præsentis olim in deserto Numinis. Hinc non male existimant, qui putant, Alchymiam aliquandiu ea de causa aut latitasse, aut neglectam contentamq; fuisse: sed hoc maximi est honoris & decoris, eam ingenio sapientum fuisse inuentam, eorundemq; studio excultam. Verum eo honestiore hæc ars est loco, tantoq; excellentiore dignitate, adeo vt postquam à sacrosancta Theologia discesseris, nullam inuenire possis, cui potius de iure debeantur primæ. Obuiam verum nobis occurritur & obijcitur, & quidem non ab indoctis, qui dicunt ac scribunt, adeo condemptam hodie iacere Alchymiam, vt vix inter aniculas & prostibula ergastulorumque seruitia, & Nebulonum circulos sedem inueniat: Et quo facinorosior qui est (aiunt) quoque ad mentiendum decipiendumq; paratior impudentiorque, eo melior est Alchymista, & eo contentius in ista arte versatur, sibiq; per fraudes Chymicas insigne aucupatur nomē, homo proflagrantissimæ nequitiæ, maximeq; prostituti pudoris. Hanc esse clauem clamant, qua sibi perditissim⁹ quisq; in loculos diuitum & æraria Principū molitur viam, & speciosæ artis prætextu Facultates deprædatur. Sed obiectio horum virorum Doctiss. nulla alia est, q̃ quod pretiosissimis vtilissimisque, & in maxima dignitate constitutis euenit ab hominum memoria scientijs? Quo diuinius, augustiusq; quid est, eo feruenti⁹ appetitur ab his, qui è sordibus emergere, & ad culmina dignitatum gestiunt euadere. Quid sublimius Deo diuinisq;? Eo aspirare olim contempto Dei filio superbia persuasit Principi Angelorum: idipsum ausus est sibi etiam deinceps rapere, & vel à Dei Filio adorationem sui postulare Quid celsius habet mund⁹ regnandi authoritate? Ad quam multi ad hanc etiam per parricidia contenderunt? Quam multi in solo Regio ita se gesserunt, vt, si vlla vnquam facultas aut functio propter improborum hominum mores esset vituperanda, Regia esset. Medicinæ, Iurisprudentiæ, Philosophiæ quid quæso euenit indies nil proficiente protegentium conatu? Quanta proluuies se in eas intrudit? Contrarium itaque potius eo argumento concludi debebat. Sane multi quidem sunt, qui ad Alchymiæ studium sapientiæq; fontem affectarunt & adspirarunt inde magnam nobilitatem & ornamenta expectantes, sed hæc non omnes sunt consecuti: Aliqui tamen professione & exercitijs huius artis ad altiora sunt euecti, celebresque euaserunt, ita vt pariter cum Sole sit desiturum eorum in orbe nomen.

nomen. Etenim quod scelera ista attinet tam variorum hominum, illa profecto tam longe absunt ab arte vera, quam longe ab ingenuo natiuoq; calore fucus, ab honesto turpitudo, à virtute flagitium. Illum merito non dicimus artificem Chymiæ, qui verbis solummodo artẽ resonat, aut furtiua (quorum multi adhuc dum supersunt) aliqua schedula, nec vnquã intellecta gloriatur, ampullas proijcit, & sesquipedalia abstrusæ notitiæ verba. Hos nebulones verus Philosophus auersatur, adque coruos mittendos permittit. Nos contra expetim⁹, optamus, exercemus, amamus ac tractamus veram artem, nõ meretricem, sed castam virginem casto amore caste prosequimur, iuxtaq; morem disciplinæ syncere docemus: Imo adeo fidelissime, vt non parum videamus ab institutis priscorũ deficere, & plebeis nimium verbis arcana sapientum diuulgare: dicentes cum Pio pontifice lib. Epist. Epist. 90. Qui literas suas magis abscondit, is eas magis annihilat. Hinc inde nostri Antecessores, Philosophi sapientes, nonnulla æterno silentio, nec libris, sed mentibus filijs Doctrinæ inscripserunt, & sic ad posteros transmiserunt: & alia parabolico dicendi genere proposuerunt: nonnulla Principiorum naturalium virtute intelligenda reliquerunt. Cum ergo (inquit Philosophus sapiens) accideret, vt à studio hoc remitterent sapientes, Reges ac Principes, vel rupta bellis pace, qu a sola vigent scientiæ liberales ambitu Philosophiæ contemplatricis conclusæ, non possent arti isti dare operã vel seculorum progressu primum illum Proauorum & antiquitatis feruorem in se extinctum sentirent, mallentq; in fulgore populari inter ciuilia forensiaq; negotia versari & illucescere potius, quam in secessibus puluere carbonum fauillaque inquinari & sordere, olereq; furnulos & Athanora Philosophorum: aliquibus etiam tædium & alienationem afferret difficultas, operumq; magnitudo & cum labore attentio drudentiaq; accurata: Vel etiam deessent à quibus tanquam manu ducerentur, & secreta discerent, interrupta fataliter traditione, & si quæ alia licet existimare: seruitiorum furtiuis manibus expositam fuisse Alchymiam credimus, & in vacantem possessionem irrupisse impostorum manipulos, qui tamen vmbram potius & corticem præhenderunt, quam essentiã & fructum verum. Hi antiquissimæ scientiæ rudes sensus arcanos non sunt consecuti: verum in litera hæserunt, & nihilominus dum laborando perrexerunt, adulteria conflarunt, & mysticam scientiam, artemq; veram in Sophisticam transmutarunt: Huic ergo debentur vituperia & probra, non arti nostræ, (lucis cœlestis Idæa) per se inculpatæ.

Si quis poetarum scripta (Arcanis Sophorum repleta) ad literam accipere iuberet simplices, illisq; persuaderet, imposturæ crimen non recte impingeretur in Poesin: Quare itaq; Alchymia facinora aliena penset? Ideo ne peccatum quod à Præceptoribus, profundiora allegoriis sunt obscurata & Hieroglyphi-

cis contecta? Imò non obscurarunt, sed propriis Disciplinæ verbis explicarunt, quæ apud Filios Doctrinæ longè plus habent lucis, quam apud Extraneos, sicut & Metallurgorum sermo metallicis est perspicuus: aliis ænigmaticus. Est autem hæc scientia non nisi de occultis Philosophorum, & qui ad Artem hanc accedit & non est Philosophus, ille fatuus est, inquit Arnoldus de Villa noua: Hinc non omnibus datum est philosophare aut nosse Mysteria. Sic stulti admissi auditum pro rebus reportarunt verba, quibus accommodauere sese Dœmones Deceptores, & ex stultis insanos fecerunt, atq; ita Vanissimam Magiam vociferarunt. Veluti Plinius, placita multa veterum ridet atq; explodit, & pro fabulis ac superstitione magica habet. Sed, Porcis non sunt proiiciendæ Margaritæ: (Vide Matt. 7. 10. & 13. Non ante tempus in vias gentium eundum Apostolis. Ipse saluator pro vaticinio Psal. 74. In Parabolis os suum aperiebat, & annunciabat abscondita à constitutione Mundi: Coloss. 1. succedentesq; Apostoli Mysteria ęternis seculis tacita vulgabant sanctis quib. Deus voluit notum facere, quæ sint Diuitiæ gloriæ Mysterii istius inter gentes.

Inter sapientiss. dictos Philosophos nonnullus sic clamat: Hoc studium ab omnibus amouet ignorantiam, & reducit humanum intellectum ad veram cognitionem, & ad cuiuslibet rei scientiam: Qui autem studere abhorruerint, & tamen laborare voluerint, videant, an ars ipsa naturę sit imitatio, q̃ ars ipsius emendare debet: Quoniam impossibile est ei secreta Philosophorū ad perfectum finem præparare: Et reliqui sapientes de his dicunt, quod ij transeunt ad practicam, sicut asinus ad cœnā, nescientes, ad quod rostrum porrigant nisi in quantum sensus exteriores sine intellectu per visum & gustum ad pabulū adducit. Sic ipsi asini, sine bonis veris principijs & fructuosis studijs ac sine naturarum cognitione, quærunt perficere opera Naturæ & secreta totius philosophiæ, ac opus optimum, quod Hominem ornat Moribus, ditat beneficiis, auxiliatur Pauperibus, & corpus Humanum incolume conseruat præbens ei sanitatem &c. sic Dicit & alius Sapiens: Non datur tibi hoc Diuinorum Mysteriorum studium, pro tua audacia, fortitudine & calliditate, sine omni labore. Nam laborant Homines, & Deus tribuit fortunam Hominibus: Adora ergo Deum creatorem, qui tibi tantam gratiam suis operibus benedictis voluit exhibere. Est enim hoc studium Philosophia occulta, Minerua & Margarita Vnica pretiosissima omnem Microcosmi excedens existimationem: Nec datur alicui aditus, nisi per reuelationem Diuinam aut per vocem viuentis seu ostensibilem doctrinam: quia Nulla etiam eius rei perfectio, absque Diuinitatis auxilio & demonstratione. Deus etiam non omnibus vult hanc scientiam manifestare, propter euitationem scandalorum. Vnica & vera via ad hanc est, imo

ad

ad omnia ſecreta, vt ſecundum ſaluatoris præceptum ad Deum omnis boni authorem recurramus: Quare & dicit Philoſophus, Fili, ſcito, quod iſtam ſcientiam habere non potes, quouſq; mentem tuam Deo purifices, & ſciat Deus te habere certum animum ac rectum, at tunc mundo dominari te faciet. Quemadmodum enim bonus paterfamilias ſolet nonnihil reſeruare de opibus in filios diſtribuendis, vt inordinate vrgente neceſſitate, chariſſimo ſibi aliquando ſuppetias ferre & ſuccurrere poſſit, ita Pater cœleſtis, cuius ſemper inexhauſta manus, præter infinita alia dona, quæ ex nihilo creauit & per naturam indies ex liberrimo Gazophylacio cœli & terræ producit & reducit, habet hoc peculiare, quod donat ſibi electos & probatos, non vt eo vtantur ad exercendam nequitiam aut indulgendum omni vitiorum generi (alias ſcrutator cordium ac renum hiſce non contuliſſet) ſed potius ad ſeruiendum Deo, maximo pietatis Zelo, bonaque circa pauperes miſerabileſque homines alioque quoſcunque præſtanda opera. Ideo Morienus dicit, quod hæc ſcientia abſtrahat hominem ab huius mundi calamitate, & ad cognitionem aliorum bonorum, quæ poſt hanc vitam ſperanda ſunt, mentem eius reducit. Ars Aſtronomiæ & Phyſices legentibus patens eſt; ars vero noſtra, non niſi à ſapientibus ſciri poteſt. Et ne ſtolidi & inſipientes natura ignorantes, legere tamen ſcientes a. b. c. ipſis attraherent: Quamobrem cupientes hanc ſcientiam, oportet intellectum valde ſubtiliter & ingenioſe acuere, ſæpe & perſæpius, intus & extra, ante & retro voluere & reuoluere dicta ſapientum. Non eſt enim ſapientum ſtolide loqui, cum intellectus verborum ipſorum maxime literarum ſono contrarietur; qui enim ſonum verborum acceperit, & intellectum interiorem non habuerit, nihil ſibi prodeſt, quoniam illi dicitur id quod ſcriptum eſt; legere & non intelligere eſt negligere. Ne ergo innumeralitate nominum decipiaris, ſapiens ſis inquit Philoſophus, niſi enim in noſtra ſcientia myſtica multiplicarentur, ab hominibus nomina ſapientiam noſtram pueri riderent. Inde hinc diuinorum myſteriorum atque ſecretorum, naturæ contemptus, & miraculorum omnipotentis Dei petulantiſſima deriſio, Spiritus ſancti Doni, & impretiabilis pretij ignominia & contumelia. Apud Priſcos in oriente & Ægypto, ij laudatiſſimi habebantur Medici, qui Alchymiam ſciebant & exercebant: Tunc ipſorum Regum, Principum ac Philoſophorum manibus medicamenta præparabantur, & opera Chymica adminiſtrabantur, ingenſque erat mirabilium ſanationum prouentus & medicamentorum ſumma felicitas, vt fas eſt credere, gaudente Medicina Alchymia laureata, & triumphali laboratore, ſiue illi eadem cura eſſentias chymiatricas tractabant, qua bella, eademque diligentia diſponebant operas chymicas, qua caſtrorum & rerum publicarum ſa-

pientiæq; munia: siue honestis manibus omnia procedunt felicius, quoniam & studiosius prudentiusque fiunt. Sed quid hodierno die Alchymiam exponit probris? Exercent eam stupidi, chymicaq; arcana profitentur plerumq; inscripti vultus de secretissimis naturæ disserunt infelicissima ingenia, & his habetur fides: His auscultatur; Hæc consuluntur: Iudicia arcanorum vitio consultorum & stulta opinione plebis sunt penes Nebulones. Ausit Doctorum aliquis in medium prodire & de maximis secretis Philosophari; ridebitur, plusquam authoritatis & admirationis inueniet Furcifer audacissimus, qui de arcanis præsumit verba facere & censere, cum præter scelerum conscientiam nihil habeat nec didicerit arcanorum. Huiusmodi sunt illi Sodomæi; qui cum compræhendere vellent Lothum iustum, excæcati fores quærebant, sed in tenebris palpitantes capitum tubera, & pedum manuumque contusiones asportabant: Verum vt hi fauillam, tandem sulphuream senserunt, ita impostores Chymici, quorum culpa patitur Alchymia, sua tandem piacula. Hinc cruces illæ facinerosorum, & inscripta patibula, scelere mentitæ artes perijsse. Sed relinquamus hos, rosæ enim Veneri sacræ, sine cruciatu & interitu sustineri vix possunt: Perfectus Naturæ - Consultus Medicus Alchymia carere nequit: solus is hac vna Dianæ lampade plus cernit, quam multi aperto sole. Præceptum Hippocraticum, cedro, æternaq; memoria dignum est, in Præparatione Medicamentorũ, cum inquit Cous Senex, inutilia ab vtilibus separentur, vtilia & efficacia quantum fieri potest, pura & emundata dentur. Sed cur iubet ita, diuinus Hippocrates? cur præcipit abijci vtilia ab inutilibus? Nimirum probe intelligebat, naturã nihil puri nobis dedisse, sed omnia pmultis, imo noxijs permiscuisse impuritatibus: siue id fieri credebat materiæ contumacia, in qua elaboranda, citius virtus exhausta fuerit, quam ad finem peruenerit: siue id euenire statuebat propter externum impedimentum: siue ignorabat à lapsu primorum nostrorum parentum hanc labem intromissam: Quicquid id sit, cognoscebat sane ex multiplici rerum & scientiarum cæterarum vsu, singulas artes populari seu quotidiano conatu, reiectanea semper amoliri, errataq; corrigere, vt natura in semetipsa quasi deficiens, hanc ipsam scientiã nobis ab infantia cognoscendam identidem inculcasse vnice videatur.

Annon Hyppocraticæ Medicinæ (imo & chyrurgiæ) liberaliter Alchymia suppeditat medicamenta: Annon aquas destillatas, olea, extractiones, syrupos, essentias, flores, Balsamos & id genus multa huic præparando subministrat? Dicam quid res sit. Multi execrantur Alchymiam propter Sophistas, & maxime Paracelsum, quem magnum, omnium artium liberalium ab antiquo in scholis celebratarum contemptorem proclamant. Sed intelligunt sapientes nullam laudem superesse philosophiæ, nullam Theologiæ, nullam cæteris scientijs, si

eam

eam Sophistæ corrumpere possunt. Delirasse putant Paracelsum, quid hoc ad puritatem veritatem Alchymiæ? Abusus est hac, inquiunt, ad Medicinæ Physicæ, aliarumq; artium & scientiarum euersionem. Sit, siue non sit, Alchymiæ non, sed sua culpa. Cur artem vituperas, quæ nō poterat prohibere sui abusum? Ita vero & opes, pecuniam, vinum, ignem, imo & solem, & quæcunque beneficia criminare. Fuerit Magus Paracelsus, fuerit Sophista versutus, Medicus Paradoxus, contemptor, irrisorq; Philosophorum & Medicorum. Quid tum? Non abijcitis Medicinā, quia Galenus in Mosen & Omnipotentiā (inquit Philosoph⁹) Dei fuit procax: Non naturā rerum contemnitis & commentationes Plinij, quanquam in Deum contumeliosus fuerit autor, resurrectionem irriserit, Mosen magis superstitiosis accensuerit. Non est tanti Lucianus, & Porphyrius, vt græcas literas & Dialecticam propter impietatem eorum abiiciamus? Sed ob contaminatam maleq; collocatam vitio Paracelsi Alchymiam iure eam damnari posse placet, cur non eodem suffragio damnatis Medicinam & Physicam? An ille has sanctius tractauit? Nec fuit vsq; adeo imperitus Alchymiæ Paracelsus, quanquam sæpe paradoxus & obscurus sua sponte. Non possumus bellum virtuti inducere. Probamus omnia, malis abactis bona retinemus. Tali & modo nos tractamus Paracelsi scripta, quamvis simplices quidam non putent in Paracelsum dicendum esse, quia Mortuus, cum mortuis confligere, est luctari cum laruis. Verum si Paracelsus non arridet, placebunt forsan non contemnendi authores recentiores, Iosephus Quercetanus Regis Galliæ Medic⁹, Oswaldus Crollius Wetteranus, Cæsaris olim medici, Ioannes Beguinus, Duncanus Bornettus, Andreas Libauius &c. obiiciuntur etiam nobis alienarum artium contentiones? Verum quotusquisq; non inter Medicos solum, sed & alios est, qui cum altero idem omnino sentiat? Alchymistis debent multi, vt suum infortunium implorent, quippe pollicitationibus eorum decepti. Sceleratis Hominibus potius inquam, quam Alchymistis. Ab his se delusi plorant plorent sane. Quis iussit fidem habere impostoribus? Libros de arte aurifica damnant calculo, quia ex lectis nemo proficiat, sentiatq; damnum præsens, qui operari ad literam velit. Quin ergo sapitis, & litera seposita sensum inuestigatis. At chymici chymicos mordent ipsi. Quid si & Medici Medicos, Fabri Fabros, cantor cantores &c. Nonnulli etiam fatui Paracelso tribuunt nihil nisi Mysticas voces, ut, qui nihil dixerit apertè & proprie compendiosa hæc criminum depulsio est, aliud verba omnia sonare, aliud latere. Aderat aliquando, qui persuadere vellet, in Epistolis Senecæ ad Lucilium quærendum esse lapidem Philosophorum: Quo argumento id statueret, interrogatus, tam parum potuit dicere, quam parum illi, qui vocularum quarundam allusione decepti artificium ex Cantico Canticorum aliisq; libris sacris

excul-

exculpunt. Sunt & Doctiss. Viri qui ſcripta Paracelſi, tanquam ex aliis Philoſophis decerpta, iudicant, quid tum? vereor, nos neque illos, neque Paracelſum intelligere: Et hæc ipſa à me in tribus tract. hiſce compræhenſa, non pro meis vendico ſed ex Philoſophorum, Medicorum tam antiquorum, quam recentiorum ſcriptis decerpta depromo; non exinde ſapientiam aut Doctrinam occultandam, ſed in gloriam Dei & vſum proximi aperiendam atq; manifeſtandam non etiam ſepeliendam aut artem deſtruendam. Quando quidam qui vocari volunt Doctiſſ. Excell. Experientiſſ. Nobiliſſ. &c. multos commentarios, multas Explicationes tradunt in Philoſophiam ſapientum, hi Philoſophorum ſunt deſtructores, non Oratores, nullus enim ſapientum hoc agere mandauit, neq; etiam opus habet veritas Philoſophica his ambagibus & nugis: Aurum ſane patitur deſtructionem ad eruendum inde Magiſterium: Verum verba ſapientum tantam Ecclipſin non ferunt, cum illorum ſenſus ſimplex & verbum ſapiens: Sapientia amat ſibi ſimilem ſapientiam, & non ineptas fabulas & contemptus. Quando magna pompoſitate neſcio qua; garrientes quidam de Philoſophorum legibus, vitis ac nominib. inquirunt, hinc ex pariete vmbram & Philoſophicæ artis ſuiq; ignorantiam depingunt ac demonſtrant. Sunt item nonnulli qui per Magiam ad hæc noſtra tendunt, hi ſerpentis infernalis aſtutiam citius incurrunt, cuius etiam pœnam non prætereunt: Quando quidam, neſcio quo afflatu aut Numine præſagiunt Fraternitatem Crucis Roſæ, hanc nondum eſſe, ſed forſan iam venturam credas; quod autem Reformationem eorum attinet, hoc ſcies, eos nō aliorū aut mundi, ſed ſui ipſorum fore reformatores: ad hæc ſi poſſunt prædicent ſeculo multa facta & accidentia. Reliquas in Alchymiam fatuitates iure irridemus, & ſpagyriam expurgatam nitore veteri reſtitutam pro virili cupimus. Eodem quoq; animo vos eſſe Viri Exper. Affines ac Præceptores obſeruandi, perſuaſum plane eſt. De virtute enim veſtra & amore veritatis, fauoreq; non ſolum erga me; verum & homines ſapienter philoſophantes non minima afſertur fama. Hinc vobis Viri Exper. atq; Clar. hoc dictum ſtudium Chymicum, à me illuſtratū explicatumq; Alchymiā dico, addico, nuncupo & commendo defendendā amplexandamq; ac ornandā veſtræ dignitati atq; Excellent. amice ac obſeruanter ſubjcio; Huic locum inter veſtrarum bibliothecarum pulpita date, quodq; ſi conſecutum videro, nec candelarum fumos duxiſſe, nec frigorum acerbitates pertuliſſe, nec ſolium caniculæque æſtuantem rabiem ſuſtinuiſſe, nec mille moleſtias cerebri, nec digitorum callos articulorumq; fatigationes contraxiſſe me pœnitebit. Et quo beneuolentiori accipiatis animo, precibus, queis poſſum contendo maximis, Veſtræ Exc. me ſibi viciſſim ad omnia ſeruitia paratiſſimum habebunt, quos Deo Opt. Max. commendatos velim. Valete in Deo. Dabam Francofurti cis Mœnum, Menſe Februarij ex meo Muſæo Anno 1618.

PROOEMIVM IN PRÆFATIONEM TRACTATVS SECVNDI BASILICÆ chymicæ.

IN priori Præfatione, Tractatus Basilicæ Medicæ, excellentiam Microcosmi obiter demonstrauimus, nunc & cognitionem DEI aggrediemur, dicentes cum Bernhardo: Quæramus ergo illum, qui ad nos, Ego, inquit, sum MEDICVS tuus, *Exod.* 15. Ego sum Lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, *Ioan.* 8. Nulla causa veniendi fuit, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est Medicinæ, *Hugo lib. 1 de Sacramentis*. Chrysost. *in Matth. cap.* 4. Quis diues à paupere diuitias quærit? Magis autem pauper à diuite diuitias quærit. Omne bonum de cœlo descendit in terram, non de terra ascendit in cœlum. Omnia habemus in CHRISTO, & omnia in nobis CHRISTVS. Si à vulnere curari desideras, MEDICVS est: si febribus æstuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si indiges auxilio, virtus est: si mortem times, vita est: si tenebras fugis, lux est: si cœlum desideras, via est: si cibum quæris, alimentum est. *Ambros. in quodam sermone.* Augustinus *super Ioan.* ait: Ambulare vis? Ego sum via; Falli non vis? Ego sum veritas; mori non vis? Ego sum vita. Sic & Origines ait *Homil.* 8, *in Leuit.* Omnis Medicus ex herbarum succis, vel arborum, vel etiam metallorum venis, vel animantium naturis, profutura corporibus medicamenta componit: sed herbas istas si quis fortè, antequam ratione artis componantur, aspiciat, & quidem in agris, aut montibus, velut fœnum vile conculcat & preterit: Si verò istas intra Medici scholam dispositas per ordinem videat, licet odorem tristem forte & auste-

Medicus spiritualis. Esa. 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me Dominus, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde. Matth. 9. Non est opus valentibus male habentibus.

austerum reddant, tamen suspicabitur eas curæ vel remedii aliquid continere, etiamsi nondum, quæ vel qualis sit sanitatis ac remedii virtus, agnouerit. Veni nunc ad Iesum Christum Medicum: intra hanc stationem Medicinæ eius Ecclesiam: Et quia IESVS, qui Medicus est, & Verbum DEI est, ægris suis non herbarum succis, sed verborum sacramentis medicamenta cōquirit: quæ verborum medicamenta si quis incultius per libros velut per agros videat esse dispersa, ignorans singulorum dictorum virtutem, vt vilia hæc, & nullum sermonis cultum habentia præteribit: qui verò ex aliqua parte didicerit animarum apud Christum esse Medicinam, intelliget profectò ex his libris, qui in Ecclesia recitantur, tanquam ex agris & montibus salutares herbas assumere vnumquemque debere sermonum duntaxat vim: Vt si quis ille est in anima languor, non tam exterioris frondis & corticis, quàm succi interioris haustæ virtute sanetur. Idem in Psal.37. inquit: Sicut corpori medicamenta Deus præparauit ex herbis, arte disciplinaque compositis: Ita etiam animæ medicamenta præparauit in his sermonibus, quos per diuinas Scripturas seminauit atque dispersit: vt hi, qui aliqua ægritudine fuerint oppressi, statim vt vim morbi senserint, atque alicujus vulneris stimulum, doloremque prospexerint, requirant aptam & conuenientem sibi rationabilem disciplinam, quæ eis ex præceptis Dei possit mederi, hujus medicinæ archiatros est Christus, Discipuli sunt Medici. D. Ambrosius *in Sermon.*14. ait: Pascua sunt libri scientiarum cœlestium, in quibus recreamur & reficimur, cum ea, quæ scripta sunt, degustamus, vel summo ore libata frequentius ruminamus. His pascuis grex Domini saginatur. Carpis illic nouum florem, qui bonum odorem dedit resurrectionis. Carpis lilium, in quo fit splendor æternitatis. Carpis rosam, hoc est, Dominici corporis sanguinem. Pascitur os nostrum hic, cum loquimur mandata DEI verbi: Pascitur oculus interior lucernæ spiritualis lumine, quæ nobis in hac Mundi nocte prælucet, ne sicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus vestigiis, & viam veram inuenire nequeamus. Idem lib.7. Epist.44. ait: Mare est Scriptura diuina, habens in se sensus profundos, altitudinem propheti-

corum

Luc.4. Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum.

Luc. 5. Non egent, qui sani sunt, Medico, sed qui malè habent.

Medicus corporalis.

Eccles.10. Languor prolixior grauat Medicum. Breuem languorē præcidit Medicus.

Eccles.38. Honora Medicū propter necessitatem: Dominus enim eius Author est. Nam omnis Medicina manat ab Altißimo.

Ibidem, Disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectu Magnatum collaudabitur.

Altißimus de

cõtum ænigmatum, in quod mare plurima introëunt flumina: ex hujus fluminis plenitudine, quicunque acceperit, eleuat vocem suam: Ex hoc flumine aqua saliens in vitam æternam, quæ lætificat ciuitatem DEI. Collige hinc aquam Christi, illam quæ laudat Dominum: Collige de locis pluribus, quam effodiunt nubes propheticæ, &c. Ex his Lector optime, clara fronte tantum elucet, Medicinæ studium (circa corpus agens) non esse præponendum cognitioni animæ, seu studio salutis, quare? Hic respondet Hilarius *in Psalmum* 118. Vt quis nocte egressus, lucernam ante fert, & quo pedem inferat, contuetur, atque ad singulos gressus natum se esse existimet, vt rursum, postquam natus est, nullus esset, lumine præeunte, sollicitus esset: Ita vnusquisque nostrum manens in se Verbum Dei, in omnes operum processus, tanquam lucernam prætendit. Omnis enim doctrina cœlestis dux nobis ad iter vitæ est, quæ lucernæ modo in hac nocte seculi præferenda est, cùm aliquid aut agimus, aut cogitamus, aut loquimur, vt ea in omnem progressum cujuscunque operationis vtamur.

terra procreauit Medicamenta, nec abhorrebit illa vir sapiens. Ad agnitionẽ hominum virtus illorum. In his curans mitigabit dolorem. Eccles. 18. Ante languorem adhibe Medicinam: Et ante iudiciũ interroga te ipsum, & in conspectu inuenies propitiationem.

Robertus Abbas Tuitiensis ait *Libro 6. in Matthæum*: Quærite primum regnum DEI, & justitiam ejus.] Quid est regnum Dei, nisi Verbum ejus? Nam per quod facta sunt omnia, per ipsum Verbum reguntur omnia: Et in hoc sermone vtique regnare est. Quoties ergo ad audiendum siue tractandum Verbum Dei conuenimus, quoties lectiones sanctas legimus, vel libenter audimus, toties quærimus regnum Dei, & justitiam ejus. Hic quidem quærere possumus, inuenire autem non nisi post hanc vitam. Thesaurus est hoc Dei regnum, in agro absconditus, thesaurus in agro literæ legalis, atque propheticæ literæ, ex magna parte parabolicæ vel ænigmaticæ, diligenter clausus atque signatus. Hunc thesaurum inuenire, est Scripturas sacras intelligere, & præ gaudio thesauri omnia vendere, & agrum emere, hoc est, præ delectatione cœlestium bonorum, vel regni cœlorum, quale in Scripturis promittitur, omnem solicitudinem abijcere, secundum hoc Euangelicum consiliũ, solumque earum amplecti studium Scripturarum, vt homo semper sit expeditus, ad Verbum DEI tractandum & audien-

Gregorius in lib. Epist. 84. ait: Quid est Scriptura sacra nisi quædã epistola Dei omnipotentis ad creaturam suam? Et certè si cubi esset gloria vestra alibi constituta, & scripta terreni iam Imperatoris acciperet, non

 dum.

dum. O quantos hoc studium, non solum ad sufficientiam victus & vestitus, sed ad amplissimos honores prouexit. super salutem &c. Idem in Matth. lib. 7. Sicut Iacob luctatus est cum Angelo, in quo Deus erat, qui & victum se fatebatur: Ita luctari debet Verbi Dei amator cum sermone vel Scriptura, in qua Deus est, quæ ex Deo est, nec dimittere, antequam vincat vinci volentem, sensumq; comprehendat vtilem in litera jacentem. Lucta enim pulcherrima est, tamdiu perseuerare petendo, donec inueniat pulsando, donec sibi aperiatur. Hæc lucta Deo placet, hac cupit ipse vinci, hac fortitudine opus est, vt nobis aperiat, & det Spiritum sanctum. Chrysostomus *Homil.* 58. *in Ioan.* ait: Scriptura est ostium, quomodo nos ad Deum ducunt, & ejus nobis cognitionem aperiunt, ipsæ oues faciunt, ipsæ custodiunt, neq; lupos irrumpere permittunt. Tanquam ostium enim firmissimum hæreticos arcent, & in tuto constituunt, neque nos modo velimus, aberrare vnquam sinent. Et nisi hoc ostium infringamus, nunquam nos inimici nostri poterunt expugnare: per hoc ostium & Pastores, & omnes alii ingrediemur in ouile: id est, ad oues, & curam earum. Qui enim Scriptura non vtitur sacra, sed ascendit aliunde, id est, non concessa via, is fur est. Sic Pharisæi aliunde ascenderũt, legem Dei transgressi. Hinc inde & nostræ prefationis premordium capiemus, ne illotis manibus, vt vulgò dicitur, in artes incurramus, illasq; ex manu diuina traditas polluamus, sed dicemus cum Bernhar. *super Cant.* 85. Quærit anima Verbum, cui consentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad virtutem, quo reformetur ad sapientiam, cui informetur ad decorem, cui maritetur ad fœcunditatem, quo fruatur ad jucunditatem.

August. *in Epist.* 2. *ad Macedon.* ait: Non ego meo ingenio vel merito, sed ejus dono sum, si quid laudabile sum: nam quædam acutissima & excellentissima ingenia tanto majori errore errant, quanto confidentius tanquam suis viribus cucurrerint, nec suppliciter ac veraciter Deum, vt viam sibi ostenderet, petiuerunt.

Gregor. *Lib.* 33. *moral. super illud Iob.* 4. Nunquid implebis

cessaret, non quiesceret, somnum oculis non daret, nisi prius quid sibi Imperator terrenus scripsisset, agnouisset: Imperator cœli, Dominus hominum & Angelorũ, pro vita tua Epistolas suas tibi transmisit, & tamen easdem epistolas ardẽter legere negligis.

D. Hieronym. in c. 2. ad Gal. Sicut in vinea multi vsq; ad prælum gradus sunt, & primũ necesse est, vt vitis gẽmet in pampinis, spem promittat in floribus: Dehinc vt flore decusso, futuri botri species efformetur, paulatimque turgescens

sagenas

sagenas ait: Deus primò collegit indoctos, postquam philosophos: sed non per oratores docuit piscatores, sed per piscatores subegit oratores.

Seneca ad Lucilium ait: Propè Deus est, tecum est, intus est; Ita dico Lucili, sacer intra nos Spiritus sedet, bonorum malorumque obseruator & custos: Hic prout à nobis tractatur, ita & nos tractat ipse: Bonus verò vir sine Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adjutus, exurgere? ille dat consilia magnifica, & erecta in vno quoque bono viro, &c. Dirigat itaque mentem nostram solus omnipotens, vt hoc in opere cœpto non nostram, sed ejus diuinam quæramus gloriam atque laudem sempiternam, AMEN.

Initio DEVS optimus maximusque, cunctorum creauit rerum Thou & Bahu, materiam scilicet & formam, ac vniuersi ornatum. Vltimum autem creationis sex dierum opus fuit homo, vt omnium quæ in cœlo quæve in terra naturam & vim, in vnam velut epitomen referret eximiam, non secus ac periti artifices, qui totius operis molem prius mente agitant, partibusq; conuenientibus distinguunt, denique reipsa, in opus consummatum in lucem claram educunt: Vti non immeritò in hoc homine & cœlestia, inuisibilia, & terrena, visibilia, quæve ex his composita constant, quodammodo naturam propriam recognoscant, eique vt affini & cognato infamulentur inseruiantq;. Ex his persuaderi potest, omnium rerum cognitionem homini esse necessariam, quin etiam illi fuit imperatum (vti supra) seipsum nosse: & Moses olim quemcunque admonuit his verbis, Attende tibi. Quæ quidem sui notitia, est rerum omnium absolutissima disputatio, per quam paulatim & perfectiori certiorive ordinato tramite ad DEI notitiam peruenimus, etiamsi illa sit perdifficilis, quamdiu huius corporis pondere & vinculis deprimimur. Corpus quippe, vt ait Salomon, *Sap. 9.*

scens vuas parturiat, vt pressa torcularib. dulcia musta desudet: Ita & in doctrina singuli beatitudinum sunt profectus, vt audiat quis Verbum Dei, vt cõcipiat, vt in vtero animæ eius adolescat, & ad portum vsq; perueniat: Vt cũ pepererit illũ, lacte enutriat, & per infantiã, pueritiã, adolescentiã, iuuentutem, ad perfectum virum vsque perducat.

In principio creauit Deus cœlum & terram, Genes. 1. Verbo Domini quod *cœli firmati sunt, quoniã ipse dixit, & facta sunt. Psal. 32. & 73. 101. 103. Heb. 1. & 11.* Chrysostomus *super Matth. ait: Animalia fecit Deus propter hominem, hominem propter seipsum. Si ergo animalibus ministrat propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum.*

Sap. 2.

quod corrumpitur aggrauat animam : & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, ex quo homo in turpe prolapſus delictum, contumax legi impoſitæ de non edendo fructu, ligni vitæ, caliginem ignorantiæ ſubiuit, vt nec minimum quidquis planè cognoſcat : & quod anteà infuſa cognitione perfectè nouiſſet, nunc non niſi ſummo cum labore diſcere, idque imperfectè, & lippis oculis cernere poteſt. Proinde lucubrationes & vigiliæ, quæ in ſtudia impenduntur, ab Eccleſiaſte 1. dicuntur nomine occupationes peſſimæ. Et propoſui, inquit, in animo meo quærere, & inueſtigare, ſapienter de omnibus, hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Additque quod in doctrina & ſapientia, prudentia ſtultitiaque dignoſcenda, nihil aliud verſetur, quam labor & afflictio ſpiritus: atque in multa ſapientia maximam eſſe indignationem : & addentem ſcientiam, addere laborem. Quamobrem in hac parte egemus neceſſariò arte aliqua & methodo, alioquin nō poſſumus à tam perplexo labyrintho nos explicare & euoluere. Iohan. 1. ſic extat, Tu quis es? Porrò, ſi ignoras te, ô pulcherrima anima inter mulieres, hoc eſt, inter alia opera Dei, egredere & expergiſcere à graui ignorantiæ ſomno, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, contemplare, inquam, ordinem rerum creatarum, in quibus diſces rationem tuæ præſtantiæ, admirabilem nexum, altitudinem & profunditatem ſcientiæ & ſapientiæ incomprehenſibilis demiurgi & architecti omnium Dei, vt admonet Salomon *Cantic. cap. 1.* Sic proprium dicitur hominis ſcire per cauſas, quas quidem probè cognoſcemus, ſi nos ipſos perfectè cognouerimus. Quod vt aſſequamur, nobis explicanda multis ante ſeculis incognita ars, certis legibus & præceptis concludenda erit. Verùm antè remouendus eſt vulgi erroris ſcrupulus, dum nouum putant & ferè inauditum, artem & ſcientiam aliquam

Sap. 2. Quoniam DEVS *creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illū. Inuidia autē Diaboli mors introiuit in orbē terrarū.*

Philo Iudæus in lib. de ſacrificiis Abelis & Caini, fol. 88. Sicut ſine luce videre nō poſſumus, quia nec colores nec oculi ad vidēdum ſufficiūt. Hanc enim ceu vinculum natura præparauit, quo aptaretur colori oculus : Nam in tenebris neuter ſuam vim exerit. Eodem modo animæ oculus, nullam virtutis actionem poteſt attrectare, niſi à labore ceu luce adiutus. hic enim inter mentem & bonum, quod mens deſiderat, medius illud vna ex parte, hanc ex altera trahens ad ſe, vtraque manu amicitiam concordiamq; conciliat, atq; ita bona perfecta efficit.

aliquam esse, qua in omnibus erudiamur, & per quam ratio de omnibus aliqua reddi possit, cùm scriptum sit Ecclesiast. *cap.* 1. Cunctæ res difficiles: non potest homo eas explicare sermone. Et rursum, Ego Ecclesiastes fui Rex in Hierusalem, & proposui in animo meo sapienter inuestigare de omnibus, quæ fiunt sub Sole, &c. Vidi cuncta quæ fiunt, & ecce vniuersa vanitas. Addit Plinius *lib. 2. Histor. natur. cap.* 12. Omnium rerum posse adferre causas, non minus mirum esse, quàm constare in aliquibus. Et Virgil. *in Carm. de AEthna:*

Quæ mortali spes est, quæ amentia maior,
In Iouis errantem regno perquirere velle.

Suffragatur Syluius Iulianus, cognomento *Seuerus*, Mediolanensis peritissimus, Iaboleni discipulus, qui inter responsa, frequentatum illud edidit, l. non omnium, l. 19. de legib. lib. 1. Pandect. tit. 13. tritum apud juris vtriusque studiosos: Non omnium quæ à majoribus nostris constituta sunt, rationem reddi posse. Sunt aliorum testimonia, qui subscribunt huic sententiæ, non tam excusandæ ignorantiæ gratia, quàm quia ita rerum experientia cognouerint, seriò de rebus diuinis philosophati: docuerunt que mortalium cognitionem, ad illum cōscendere gradum non posse, vt omnia Dei opera imò nec minima possit plenè indagare. Et tanquam curiosam, & extra cancellos infirmitatis humanæ, discendi nimiam cupiditatem potius mortalibus inutilem & noxiam, procul ablegauerunt. Suadet & ratio, quæ eum qui non inuenerit omnium causam moneat, & cogitare debere se hominem esse, Deo ipso sine proportione inferiorem, Deique ad mensuram sapientiæ participem, non illi æqualem, non similem: tantoque Dei cognitione minorem, quanto excellentia naturæ eius vincitur, & limitatam cùm habeat & circumscriptam naturam cognitionis infinitæ non esse capacem, vt doctè scribit D. Irenæus lib. 2. contra Hæret. cap. 43. Accedit non tantùm vanum esse cognitioni rerum omnium se immiscere, sed & impium de aliquibus

Chrysost. Homil. 1. ad Hebræos: Si, qui Solis radios corporeis cupit haurire luminibus, nō modò quod quærit non efficiet, neq; quod instituit peraget: verùm ipso quoq; quo videt, priuabitur lumine, innumeraque sustinebit incōmoda: Multò sanè magis, qui in æternā illam lucē defigere obtutus quærit, eamq; rationibus consequi mortalibus, hoc patietur. Nihil enim deterius esse potest, quam velle diuinas res, humana ratione discernere atque metiri. Ita enim ex fidei fundamento quisque decidit, & longo errore iactatur vagus, atq; à luce deseritur.

1. Cor. 1. Perdam sapientiam sapientiū, & sapientiam prudentiū reprobabo. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius Mundi? Nam quia in Dei sapientia nō cognouit Mundus per sapientiam Deum, Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.

Eccl. 19. Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi.

Esa. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris? & corā vobismetipsis prudentes.

bus disputare velle: veluti de Dei essentia incomprehensibili, dogmata velle ratione humana explicare: non aliter quàm si quis vellet mare omne cribro concludere: globum vniuersi pugno constringere; cùm finiti ad infinitum nulla sit proportio. stultè omnino hæc proculdubio videtur quis moliri, stultius autem creaturā cum creatore de cognitionis similitudine certare, dignumq; potius diuina animaduersione & vindicta; scrutator enim diuinæ majestatis opprimetur ab ea. Nec bonum est multum mel comedere; vt habetur in prouerbiis hagiographicis, *Prouerb. cap. 25.* Et omnis bestia quæ tetigerit montem, scilicet celsitudinem DEI, lapidabitur, vt ait DEVS in Exodo cap. 19. Sed neque ratio reddi potest, nec expedit quidem, de omnibus mysteriis actibusve diuinis. Incomprehensibilia enim sunt judicia DEI; quod D. Paulus *2. ad Corin. cap. 12.* admonuit, dum raptus ad tertium vsque cœlum ingenuè professus est, se ibi diuina & arcana audiuisse, quæ non liceret hominibus eloqui, vt multò magis non liceat de his rationem veluti de dubiis reddere; cùm diuina, veluti indubitata, credi debeant, & non agitari. Ideò idem D. Paulus animo voluens supereminentem Dei essentiam, totus in admiratione raptus, exclamat ad Roman. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt judicia, & inuestigabiles viæ eius; quis enim cognouit sensum Domini! aut quis consiliarius eius fuit? Hoc & Moses jussu oraculi erigens tabernaculum Deo, figuris inuolutè explicauit, Exod. *25.* dum duos Cherubinos ad latera propitiatorii adjecit, qui expansis alis velabant oraculum. Et Iesaias cap. *6.* Seraphin dixit in throno altissimi, velare alis faciem & pedes Domini: indicantes per hæc adita, incomprehensibilem Dei majestatem esse. Diuus etiam Cyrillus Archiepiscopus Hierosoly. Cateche. cap. illuminat. Proprietates, inquit, Dei eloqui non licet, nec possumus. Et in his quæ de Deo dicuntur, hæc maxima scientia est, ignorantiam fateri. Magnus item ille Basilius Cæsariensis Episcopus,

Philo Iudæus lib. 1. de Monarch. fol. 511. sic ait: Quemadmodum certò scire non possumus, cuiusque stellæ qualis sit essentia, quærimus tamen

ſcopus, lib. 5. contra Eunomium, de qua lib. Spir. S. Docendo Dei proprietates, eas eſſe ait humano ingenio incomprehenſibiles, & arrogantiā ſummā de illis diſputare, quæ rurſum alibi repetit, ſup. Pſal. 115. de ſubſtan. idq́; ob noſtrā mētis infirmitatē. Vnde & Dion. Areop. teſtatur lib. de cœl. hyer. c 1. non eſſe poſſibile aliter illucere diuinum radium nobis, niſi per varietatem velaminum ſacrorum anagogicè circumuelatum, & niſi prius ſit ſecundùm nos, vt ait, hoc eſt accommodatè prouidentia paterna connaturaliter & propriè præparatum. Additque cap. 2. idcirco in viſionibus ſacroſanctis ſpirituum figuras effingi imagine boum, aquilarum, rotarū, leonum, volatilium, & huiuſmodi. Subſcribit D. Ioan. Damaſc. lib. 1. orthod. fid c. 1. ἀῤῥητὸν τὸ Θεῖον καὶ ἀκατάληπτον, Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, id eſt, effari nequit vel comprehendi diuinitas; Deum namque nemo vidit vnquam. Eo quod, vt ait D. Paulus 1. ad Tim. cap. 6. Deus inhabitat lucem inacceſſibilem, & nubes & caligo, vt Dauid Pſal. 96. in circuitu eius. Et rurſum Pſal. 17. & 2. Reg. c. 5. caligo ſub pedibus eius. Cum hac & apparuit Moſi, Exod. 19. Et in horrore magno & tenebroſo, Abrahamo, pactum cum illo initurus. Gen. cap. 15. Corn. Tacitus lib. de morib. German. ſanctius & reuerentius, inquit, viſum eſt gentilitati, de actis Deorum credere, quam ſcire. Nemo autem dubitat ſcire, dictis philoſophantibus, idem quod per cauſas cognoſcere. Et ideo ſcientiam repellendo, repulſam curioſam per rationes humanas diſquiſitionem, non cognitionem fidelem: Nulla enim eſt ſimilitudo perfecta Dei, quia non niſi vnus, quamuis ſit trinus in perſona, nulla cauſa originalis, à qua poſſit dici Deus, cùm ſine principio: nullum accidens in Deo, neque alia in eo ſunt, quæ alii conueniant: vnde per alia, nec per rationes alias, quàm per ſeipſum, & à ſeipſo perfectè cognoſci & ſciri poſſit. Itaque Plato in Cratylo audacter ſed verè, dixit, fatendum eſſe

tamen alacriter, oblectamurq́; rationibus veriſimilibus, propter geminum diſcendi deſiderium. Ad eundem modum licet verum illud ens Deum non valeamus cernere, debemus tamē indeſinēter eum quærere, quādo hæc conſideratio vel per ſe ipſa citra inuentionem, res eſt ſummè deſiderabilis.

Nazianz. lib 3. de Theologia dicit: Vt equi, vt bouū, vt hominus, breuiter, vt vnuſquiſq; eorum, quæ ad eandem ſpeciē pertinent, vna quædam eſt ratio, & vnicuiq; hæc eadem gratia competit, hoc & propriè inde nomē habet: Cui verò non conuenit, hoc inde aut nullum, aut improprium habet: Ita & Dei eſſentiam, naturā appellationemq; vnam quidem eſſe; quamuis pro diuerſa equidem eſſentia conſideratione, nomina quoq; diuerſa ſortiatur: tum quod propriè Deus dicatur, & hoc eſſe Deum: quod verò fuerit ſecundùm naturam, hoc & verè nominari.

nos nihil de Deo cognoſcere , neque de ipſo, neque de illius nominibus, quibus ſeipſum vocat, quanquam conſtet, eum ſeipſum vero nomine nuncupare, tractandumq; de ipſo, prout in lege homines acceperunt : quod de eſſentia Dei intelligendum eſt, vt nullis rationibus aſſequi illam poſſimus, niſi eatenus, quatenus nobis in lege per Prophetas, per ipſum Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum , & Apoſtolos reuelatum exſtitit. Conſentit Proclus loco quo tract. de inuentio. patris, dum ait, nos perfectè venari non poſſe Dei cognitionem, per ſenſibiles & compoſitas rationes. Quia ſi id fieri poſſet, accideret, vt parem vim ingenij haberet homo ac DEVS, imò majorem , ſi ipſum vt eſt comprehenderet : latius enim patet continens cõtento, pro facultate & modo continendi : & ita animus, qui comprehenderet Deum , qui Spiritus immenſus & interminabilis & infinitus eſt, infinitus eſſet, & maior infinito, ſi infinitum vt eſt continere & complecti poſſet, & ita maior DEO eſſet, & ipſe Deus quoque. Quod effari etiam præter blaſphemiam, quàm abſurdum ſit, nemo eſt qui non videat. Quandoquidem nullo modo fieri poſſit, vt infinitum quod eſt DEVS, contineatur & comprehendatur, tunc non eſſet infinitus, ſed finitus, ſi eſſet comprehenſibilis. Neque fieri poteſt, Deum eſſe comprehenſibilem, nam ſi eſſet comprehenſibilis, illud quod eum comprehenderet, eſſet potius Deus, tanquam majus & præcipuum, & antiquius & ſummum. Summum autem & ſupremum quod eſt, quodque per ſe eſt, & ſuper eſſentiam, & ab alio non dependens, ſed ex ſeipſo, & in ſeipſo, neceſſe eſt, vt ſit DEVS. Quod & nouit Sibylla Erythrea lib. 1. χρησμῶν oraculorum, ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, Sed Deus vnus ſolus omnium ſupremus. Quod & citat D. Clemens in Protreptico.

Chryſoſtom. in cap. 11. Matth. hom. 28. Sicut qui in nauigabilem Oceanum nauigare ſe vſurpat, dũ non poteſt eum tranſire, neceſſe eſt, vt per eandem viam reuertatur, vnde digreſſus eſt:

Alphraganus etiam Arabs lib. quem de ſcientiis ſcripſit, voluit, res diuinas ac pura fide credibiles, altioris eſſe ordinis, à quarum comprehenſione debilitentur rationes humanæ, nec illas eas aſſequi. Item Theophraſtus in ſuis Metaph. ſic notat: Μέχρι μὲν οὖν τινὸς δυνάμεθα δι' αἰτίου θεωρεῖν ἀρχὰς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων λαμβάνοντες, ὅταν δὲ ἐπ' αὐτὰ τὰ ἄκρα καὶ πρῶτα μεταβαίνωμεν, οὐκέτι δυνάμεθα: εἴτε διὰ τὸ μὴ ἔχειν αἰτίαν, εἴτε διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν:

quod

quod est: hucusque ad aliquid quidem possumus speculari per causas, primordia à sensibus sumentes: quando autem ad ipsa extrema & prima transierimus, non amplius possumus: siue eo quòd non habeamus causam, vel propter nostram impotentiam, & mentis debilitatem. Nam eius rei, cuius non est prius, demonstratio esse non potest vlla, & consequenter nec à nobis explicationem ex nostris suscipere potest. Quod & nouit Plato in Craty. Sed melius atque omnino expressè versibus quatuor expressit Euripides in Troadib. actu 4. vers. 24. inducens loquentem Hecaben his verbis:

Ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
Ὅστις ποτ᾽ εἶ σὺ δυσόχαστος εἰδέναι
Ζεὺς, εἴτ᾽ ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν,
Βαίνων κελεύθου ϗ δίκην τὰ θνητ᾽ ἄγεις. id est,

O terræ vehiculum, & in terra sedem habens, quisque tandem es, inaccesse nostris animis Iupiter, siue naturæ ordo sic ferat, siue mens mortalium, Te veneror: Omnia enim secreta & sine strepitu. Qui facis incedere via, & iusto libramine mortalia & humana.

est: Sic & antiqui Philosophi & Oratores, de Dei natura quærere contendentes, victi sunt ingenio, defecerunt sermone, in vltimo nihil se amplius inuenire potuisse, confessi, nisi quia Deus ignoscibilis.

Quocirca cuiq; videri potest necessariò concludendum, artem generalem ad omnia enucleanda, inutiliter & vanè nos polliceri: Cùm nec omnia à mortali intelligi possint, sitque id proprium DEI, omnia scire, & omnia nosse, & extra illum neminem esse, qui id sibi attribuere possit. Et ita etiam testantur, qui DEVM verè non nouerant, vt & Sibylla Erythrea lib. I. Sibyll. oracul.

Ἀθάνατος σωτὴρ παντεπίσκοπος, ὅς μ᾽ ἐκέλευσεν.
Ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπολῆσθε. Id est,

Omnia namque nouit immortalis Saluator, qui omnia prouidet, & me iussit nuntiare vobis, ne mente pereatis.

Firmat Maximus Tyrius, sermo. 31. Et apud Homerum Odyss. vers. 379 Menelaus Idotheam filiam Prothei marini senis alloquens, pro dea eam affatus, sic ait: ἀλλὰ σύ πέρ μοι εἰπέ, θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν. Sed tu dic mihi, Dij enim omnia norunt

Alexander, Plut. in apoph. In Iouis Ammonis templo, cùm à Vate dictus esset Iouis filius: Nihil, inquit, mirũ, nam Iupiter omnium quidẽ natura Pater est, sed ex his optimos quosque peculiariter suos facit. Modestißimè interpretatus est Oraculum.

norunt & sciunt. Quod certè & defœcatius cecinit Dauid, Psalm. 138. Ecce Domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua. Salomon oratione sua ad Deum 3. Reg. cap. 8. Tu nosti, inquit, solus cor omnium filiorum hominum: quod etiam scribitur rursus alibi, 2. Paralip. cap. 6. Ne quis putet ea dicta temerè, sed prouidè. Atque Apostoli orantes repetunt: Tu Domine, inquiunt, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris, Actu 1. Et Baruc. cap. 3. Qui scit vniuersa, nouit eam sapientiã, & adinuenit eam prudentia sua. Et paulò post: Hic est Dominus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Iterumque Salomon, Sap. 9. Rerum sapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & adfuit tunc cùm orbem terrarum faceres. Nouit autem ille eo modo, vt omnia sciat & nouerit, antequam fiant. Sic enim professa Susanna calumniis impetita apud Danielem c. 13. Deus, inquit, æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis, quoniam falsum testimonium attulerunt contra me, & ecce morior, cùm nihil eorum fecerim, quæ isti malitiosè composuerunt contra me. Neque quicquam simile de hominũ aliquo, quis nisi fuerit amens, efferre vnquam audeat, vt cuncta nuda & aperta oculis mentis eius sint, vt omnia nouerit. Imò contrà, plures fuerunt, qui nec aliquid ab hominibus sciri posse dixerunt, nihil percipi, nihil cognosci, & angustos esse sensus, imbecillos animos, breuia curricula vitæ, & (vt ait Democritus) in profundo veritatem esse demersam, opinionibus omnia inuolui, nihil teneri, nihil veritati relinqui, & in summa, omnia tenebris circumfusa. Itaque Archelaus negabat, esse quicquam quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod sibi Socrates reliquisset. Sic omnia Socrates & alii latere censebant in occulto, neque esse quod cerni aut intelligi posset. Quod & Carneades & Plato cum reliqua Philosophorum turba putauit, qui ideò omnia in vtramuis par-

raculum. Nã Vates per adulationem dixit illum Filium Iouis: quasi sic è Ioue pregnatus esset, quẽadmodũ Hercules creditus est: Iouem natura autorem ac parentem esse omnium: sed eos demum peculiariter pro suis filiis agnoscere, qui virtute ac præclarè gestis ꝓximè ad diuinam naturã accederent. Ea est, omnibus benefacere.

S. Thomas de Aquino in Epist. de modo acquirendi scientiã: Quia quæsiuisti a me, in Christo mihi chariss. Ioan. qualiter te studere oporteat in thesauro scientiæ acquirendæ. Tale a me tibi super hoc traditur consilium, vt per riuulos non statim in mare eligas introire, quia per faciliora ad difficiliora oportet deuenire. Hæc est ergo monitio mea, & instructio tua. Tardiloquum te esse iubeo, & tardè ad locutorium accedentem. Conscientiæ puritatem amplectere. Ora-

tioni

uis pãrtem disputantes, nihil certi reliquerunt, vt testis est Cicero lib. 1. Acad. quæst. In fine Galenus etiam tomo vltimo in Isagog. lib. qui MEDICVS inscribitur: Scientia, inquit, est conueniens, firma, & nunquam à ratione declinans cognitio: eam autem neque apud Philosophos, præsertim dum rerum naturas perscrutantur, inuenias, multò sanè minus in re medica: & vt breuius me expediam, nec ad homines quidem vnquam venit. Atque idem tomo 4. & lib. 3. de differ. pulſ. in initio scientiam in dubium reuocat, nititurque probare ex eo, quod non omnibus idem videatur, neque honestum, neque sapiens esse, neque verum: & inde necessariò existere contentionem. Nam etsi maximè fuerint ea definita, non tamen ideo scio; sed est in omnibus opinio, ex qua par est nasci controuersiam, vt sentiunt, qui scientiam firmam esse & congruentem ducunt, sed non facile inueniri. Pindarus autem rationem mihi reddere eximiè videtur. Olymp. ode 7. strophe 2.

Ἀμφὶ δ᾽ ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπλακίαι ἀναρίθμητοι κρέμανται, id est: Circa autem hominum mentes, errores innumeri pendent. Et Plato in Soph. vel de ente, nullum hominum omnia scire posse, contendit. Vt Maximus Tyrius serm. 26. Animum humanum, ait, mirum in modum imbecillem, facilemque ratiocinationibus in omnem partem flecti. Quod videlicet in hac secunda vita, densissima caligine circumdatus sit. Ideò & peritum etiam viatorem aliqua rupe, cœno, foueave decipi; peritum nauitam non semper ritè gubernare; medicum terreri etiam peritum ignotis, & probat Lactan. lib. 3. fine de fal. scien. Eccles. cap. 2. Altiora te ne quæsieris: & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre tuis oculis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius, non

tioni vacare non desinas. Cellã frequenter diligas, si vis in cellam vinariam introduci, omnibusq; te familiarem exhibe. Nihilq; te penitus de factis aliorũ intromittas. Nemini te multum familiarem ostendas. Quia nimia familiaritas parit contemptum, & subtractionis subitò materiam subministrat. De verbis & factis secularium nullatenus te intromittas. Discursus super omnia fugias. Sanctorum & bonorum vestigia imitari nõ desinas. Non respicias a quo audias, sed quicquid boni dicatur, memoria recõmenda. Et quæ legis & audis, fac vt intelligas. De dubiis ne certifices, & quicquid poteris, in armariolo mentis reponere satage, sicut cupiens vas implere. Altiora te, ne quæsieris. Ita sequens vestigia, frondes & fructus in vinea Domini Sebaoth vtiles, quandiu vitam habueris, proferes ac produces. Hæc si sectatus fueris, ad id attingere poteris quod affectas.

eris curiosus. Plurima enim supra sensum hominum ostensa sunt tibi. Iobi 36. vers. 26. Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram. Hier. 32. v. 10. Incomprehensibilis cogitatu. Roman. 11. v. 33. Imperuestigabiles viæ eius. 1. Cor. 13. v. 13 Per speculum in ænigmate cognoscimus. Prouer. 25. v. 27. Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria, &c. Sed cùm ipsa sacra Scriptura nos ad cœlestia, inuisibilia, & immortalia, certa litera deducat, quasi ad admirabilem operum Dei connexum, & cathenam, ea ordine, veluti filo Ariadnes Theseus, extra hæc caduca & inferiora tracti, ad superiora euehi nos patiemur vsque ad illud ineffabile primum, quod Deus est. Sic enim loquitur Paulus ad Rom. cap. 1. Reuelatur ira Dei de cœlo super omnem impietatem & injustitiam hominum, eorum qui veritatem Dei in injustitia detinent; quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit, & inuisibilia ipsius à creatura Mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles; quia cùm cognouissent Deum, non tanquam Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum, & quæ sequuntur. Et Iob cap. 12. Interroga jumenta, & docebunt te: loquere terræ, & respondebit, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quod manus Domini hæc fecerit? Adde sacra oracula, Spiritus sancti reuelationes, sacras literas, quæ rationum nobis rerum diuinarum abundè suppeditant fontes, non quidem omnibus, sed iis qui animum adhibent & inquirũt, & in lege meditantur, prout jubetur libro Iosuæ cap. 1. Veluti terra non omnibus fructum producit, sed tantùm diligentibus agricolis, & assiduis cultoribus. Sic enim homini, qui labori addictus est, Dei sententia comparatum est, vt nihil optimi vel excellentis citra sudorem consequatur. Nec quis nucleum edit, quin decorticet: Auriq; venas, non in præruptis montibus quisquam colligit, quin prius immensis laboribus cuniculos duxerit omni ex parte per viscera terræ, donec ad venas per silices perueniat: eo modo maximus labor certé, in rerum veritate eruenda, inter tantas tamque densas hominum carnalium tenebras, & multas con-

Bernhard. sup. Cant. sermon. 36. Vides, quod non probat multa scientem, si modum sciendi nescierit. Vides quomodo fructum & vtilitatẽ scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit? nisi vt scias, quo ordine, quo studio, quo fine quæq; nosse oporteat: quo ordine? vt illud prius, quod maturius mouet ad salutem: quo studio? vt illud ardẽtius, quod vehemẽtius ad amorem: quo fine? vt nõ ad inanem gloriam, curiositatẽ, aut aliquid simile, sed tantùm ad tuam & aliorum ædificationem.

Hugo

uenit tentare vias, vt præcipitia falsitatis vitentur. Minor tamen labor itineris, si quis edoctus fuerit viam compendiariam, quæ, quo quis proficisci velit, & se & alios leui negotio deducat: Quænam illa quæris? rationis inquam est discursus, & causarum reseratio, quæ duo, nempe ratio & causæ, cùm aliæ sint & diuersæ à reipsa, tamen ad rem ipsam, viam sternunt facilem. Nihil enim in terra sine causa sui, vt scribit Iob cap. 5. Et Arbobius cap. 7. contra gentes, quicquid geritur, inquit, debet habere causam sui, neque ita esse à ratione sejunctum, vt in operibus feratur cassis, & vacuis ludat inanitatibus erroribus. Et rursus eod. lib. Quæcunque ab hominibus fiunt, maximeque in re sacra, debent habere suas causas, neque sine ratione est quicquam in negotiis omnibus, atque in omni administratione, faciendum. Et laudatur Anton. Pius Cæsar, quod omnium quæ gessit in Senatu, per edicta rationem reddidit, vt scribit Iulius Capitolinus in ejus vita. Et miserorum veré refugium est, imò certe alienum ab interiori homine, qui ratione vtitur, non posse rerum discernere causam aliquam. Et quanquam non possit causam essentialem reddere, quę in omnibus à creatione Dei & virtute natiua consistit, brutum omnino est, si saltem vel quod ita placuit, vel vtile, vel honestum, vel conueniens sit, non ratiocinetur, vel à fine, vel efficiente, vel ab aliis mediis, &c. Mouet nos & ad id Dei illa prouidentia, qua quotidie audimus & experimur, nihil temere, nihil sine ratione & causa, non fato, non casu, in essentiis fieri. Excitat & nos particularis nostra prouidentia, quæ dicitur prudentia, non esse animalis ratione vtentis, res aliquas, negotia, aggredi, non actiones aliquas tentandas, sine examine præponderantium ratio-

Hugo de claustris anim. lib. 1. ait: Otium stultitiam, labor scientiam generat. Scientiæ labor in tria diuiditur, scilicet in laborem disciplinæ, exercitij & doctrinæ. In pueritia labor disciplinæ, in iuuentute exercitij, in senio doctrinæ: Vt quæ nescit, in pueritia discat, quæ didicit, in iuuentute ad vsum ducat; quod ad vsum duxerit, in senio doceat.

Cic. 2. Tusc. ait: Domina omniũ & Regina ratio: Connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus. Hæc vt imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro, velut seruo dominus, velut Imperator militi, velut parens filio. *Lactantius Firmian. lib. 7. cap. vlt. dicit: Nam quicunq; rationem hominis abiecerit, ac præsentia secutus in humum se ipse prostrauerit, tanquam desertor domini & Imperatoris, & patris sui punietur, &c.* *Laurentius Iustinian. Patriar. de contemptu Mundi, cap. 1. ait: Tolle ab homine rationem, & erit tanquam nauis in medio æquoris absque gubernaculo ac directore. Flatibus enim nauis impulsa, nunc impetit scopu-*

scopulos, nunc illiditur vndis, nunc iactatur in littore sui semper patiens detrimentum, quoad vsque omni ipsius dissoluta compage, efficiatur inutilis amittatq; propriam formã, transfretandi vsum, vtilitatemq; cõmercij.

tionum, in quibus cõsultatio difficilis, electio periculosa: cùm sit discretio bonorum à malis, & in bonis bono melius reperiri possit: & aliquando præsens bonum contemnere expediat, & à negotio rationabili ad rationabilius traduci. Nam, vt ait Achilles apud Euripidem, in Ephige. act. 4. Ἄλλα οἱ λόγοι κατ᾽α-παλαίουσιν λόγου. Rationes antiquant rationes & tollunt. In summa intelligere possumus ab hominibus consultò omnia fieri debere, & rationem factorum esse debere animam. Quam si hic non adhibeamus dum viuimus, futurum est à nobis a Deo exquirendam iri, quare non adhibuerimus. Dixit enim Dominus noster Iesus Christus, Matth. cap. 12. De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die judicij: Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis, &c. Ad rem ipsam.

Qui sine Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia existimat, se prudentẽ fieri posse; non sanus, sed ager; non prudens, sed stultus, in ægritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus & demens permanebit.

Ne itaque fiat abusus nostræ cognitionis, rationis atque scientiæ, sermo noster erit cum Augustino de ciuitate Dei, lib. 11. cap. 1. Ciuitatem DEI dicimus, cuius Scriptura ea testis est; quæ non in fortuitis animorum motibus, sed planè summæ prouidentiæ dispositione super omnes omnium gentium literas; omnia sibi genera humanorum ingeniorum diuina excellens authoritate subjecit. Idem contra Maximum ait libro 3. cap. 14. Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminense tanquam præiudicaturus proferre concilium: nec ego hujus authoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum authoritatibus res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione certet. Ambros. in lib. de Cain & Abel, ait: Cœlestium Scripturarum eloquia discutere ac polire debemus, toto animo ac corde versantes, vt succus ille spiritualis cibi in omnes se venas animæ diffundat. Sint itaque nostri sermones eò directi, vt S. Scripturæ testimoniis ornati, summam in nobis accendant Iehouæ lucem, quo diuinam stateram afferamus de Scripturis sanctis, (teste August. de Baptism. contra Donat.) vt nomen IESV luceat inuocatum, pascat recogitatum, leniat atque vngat inuocatum, qui exercitatos

August. lib. de Ciuit. Dei, & habet. 26. q. 2. Qui sine. Cicero lib. de Legib. A Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. B. Thom. super Psalm. 43. colum. 2. fin.

Diuini

citatos reparabit sensus; corroborabit virtutes, vegetabit bonos mores atque honestos, castas faciet fouere affectiones. Bernh. super Cantic. &c. Diuisio itaque nostræ præfationis erit talis. Primæ partis verò generalis summa erit de DEI Patris ipsissima Essentia, Vnitate, Trinitate. Item de Filio DEI, secunda Deitatis persona, sic & de Spiritu sancto. Secundæ Partis nostræ Præfationis actio erit de Creatione Mundi. Tertia loquetur de Creatione Angelorum seu intelligentiarum. Quarta declarabit essentiam primi mobilis seu Solis cum reliquis Planetis. Quinta Pars tractat de Auri virtutibus, ejusque essentiali correspondentia cum Sole. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos, *Thren.* 3. Quia fortitudo mea & laus mea Dominus Deus, & factus est mihi in salutem, *Esa.* 12. Omni corde & ore collaudate & benedicite nomen Domini, *Psal.* 39. Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Saluatorem meum, *Psal.* 51. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu DEO excelso: Nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos agniculos? Nunquid placari potest Deus in millibus arietum, *Mich.* 6. Laudabo nomen DEI cum cantico. Et placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem, *Psal.* 68. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipsum, *Psal.* 33. Afferte Domino gloriam & honorem, *Psal.* 28. Imola Deo sacrificium laudis, *Psal.* 49. Fili honora Dominum, & valebis: præter eum verò non timueris alienum, *Prouer.* 7. Secundùm nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ, *Psal.* 47. Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli DEO honor & gloria in secula seculorum, AMEN, 1. *Timoth.* 1.

Diuini auxilij imploratio ad tria facit, quia auxilians quilibet fauet, auxiliatur & dirigit.

Plato in Timæo: In maximis siue minimis debet implorari diuinum auxilium.

Boet. de Philos. consol. lib. 1. In minimis quoque rebus diuinum auxilium implorari debet. Inuocãdus est enim omnium Pater rerum, quo prætermisso, nullum ritè fundatur exordium. Coloss. 3. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini IESV CHRISTI, gratias agentes DEO & Patri per ipsum. Ambrosius super Lucam cap. 2. Vbique diuina virtus studiis cooperatur humanis, vt nemo possit ædificare sine Deo, nemo custodire sine Deo, nemo quicquam incipere sine Deo, Psal. 19. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

PRIMA PARS HVIVS PRÆFATIONIS,

De Deo Patre, Deo Filio, & Deo Spiritu Sancto.

SED cùm de DEO in hac prima nostræ Præfationis parte sumus locuturi; admonent nos tùm sacræ, tum profanæ literæ, à DEO etiam semper in omnibus esse incipiendum. Sed quemadmodum Abrahamus corã Deo locuturus, veniam loquendi ab ipso petiit, *Genes.* 18. séque cinerem esse agnouit; Ita & nunc coram eo nos abijciamus, ipsius faciem deprecantes, vt salutare impetremus exordium, idemque vt felix hic noster sit conatus, velit jubeatque. Thales Milesius interrogatus, quod omnium esset antiquissimum; respondit, DEVS. Cur ita? ὅτι ἀγέννητος, nunquam esse cœpit. Fertur, Euclyden Philosophum à quodam importuno multa interrogatum de Dijs, talia respondisse: Quæ petis, ignoro: hoc vnum scio, Deos curiosis istis esse infensos. Gymnosophista Indicus ab Alexandro Magno de vero Deo interrogatus, respondit: Is Deus est, qui facit, quod nulla creatura potest. Æsopus rogatus, quid faceret Deus? Sublimes, inquit, detrudit, & humiles eleuat. 1. Pet. 5. v. 5. Iacob. 4. v. 10. Prou. 3. v. 34. Augustinus sciolo cuidam ad multas curiosas difficilesq; quæstiones respondisse fertur: DEVM infernum fabricasse ejusmodi quærentibus. Quam responsionem quidam sic reddidit:

Quæreris, Augustine Pater, quid fecerit ante
Principium, quo sunt condita cuncta, Deus?
Infernum fabricasse refers quærentibus ista,
Quo pœnas meritò, quas meruere, luant.
Discite nasuti: Quisquis mysteria sacra
Implicat, ingenio desipiente perit.

Christianus quidam Philosopho interroganti, vbi esset Deus? acutissi-

Laer. in eius vita: Thales percontatus, Quid esset Deus? Quod principio & fine caret, respondit.
Sec. Arist. lib. 11. Metaph. Est autem Deus animal sempiternum & optimum.
Apuleius de Mundo: Anonymus aliquando interrogatus, quid esset Deus: Respon-

acutissimè respondit: Dic tu prius ô Philosophe, vbi non sit. Hoc distinctius explicat Augustinus in Psal. DEVS à seipso est, sicut A & Ω, principium & finis: In Mundo, sicut auctor & rector: In Angelis, sicut sapor & decor: In Ecclesia sicut paterfamilias in domo: In animo, sicut sponsus in thalamo: In justis sicut adjutor & protector: In reprobis, sicut pauor & horror. Quo ibo à Spiritu tuo? nemo fugit ab illo, nisi ad illum, ab eius seueritate, ad eius bonitatem, à Deo irato, ad Deum placatum. Quis enim te locus exceperit fugientem, nisi eius præsentiam inuenias? &c. Idem August. ait in Soliloq. Mens mea DEVS tibi deuota, tuo amore suspensa, tibi soli suspirans, tibi inhians, te solùm desiderans, nihil habet dulce, nisi de te loqui, de te audire, ac tuam gloriam ac memoriam frequenter corde reuoluere. Quicquid mihi præter Deum est, dulce non est: Quicquid vult mihi dare Deus meus, totum auferat, tantummodo se mihi det. Item Bernhar. super Cantic. Reuera illud solum est gaudium, quod de creatore cõcipitur, cui comparata omnis aliundè jucunditas, mœror est; omnis suauitas, dolor est; omne dulce, amarum; omne decorum, fœdum; omne denique quod delectare potest, molestum est. Huc & refero illud, quod de D. Augustino perhibetur, qui cùm ineffabile mysterium Trinitatis intellectus sui acumine comprehendere studens, videret in maris littore scita forma puellum, cochleari quodam aquã maris in scrobem effossam transfundentem: Ecquo nam successu, mi fili, inquit, hunc laborem te subire putas? Tum ille, Tu verò, mi Pater, respondit, majore fortassis conatu diuinitatis intelligentiam aggredieris, at successu non eris felicior.

spondit: Quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, dux in vrbe, Imperator in exercitu, hoc est in Mundo Deus. Ansbelm. lib. 2. cap. 9. Quid misericordius intelligi valet, quàm quod peccatori æternis tormentis damnato, & nõ habenti, vnde se redimat, Deus Pater dicit: Accipe vnigenitum meum, & da pro te. Et ipse Filius: Tolle me, & redime te. Quasi enim hoc dicunt, cùm ad Christianam fidem nos trahunt. Lactant. cap. 3. Nemo est quidem, qui sapiat, rationemq́; secum putet, qui non vnum Deum esse intelligat, qui & condiderit omnia, & eadem, qua condidit, virtute moderetur. Quid enim multis opus est ad Mundi regimen sustinendum? nisi fortè arbitremur, si plures sint, minus habere singulos neruorum atque virium. Idem. Quis dubitet, potentissimum esse Regem, qui totius orbis habet imperium: neq; immeritò, cùm illius sint, quæ vbiq; sunt omnia, cùm ad eum solùm omnes vndiq; copiæ congregantur. Qui aũt putat, hanc tantam magnitudinem non posse ab vno regi, fallitur. Nec enim quanta vis potestasq́; sit diuinæ maiestatis, intelligit, si existimat, singu-

singularem Deum, qui facere Mundum potuit, eundẽ regere nõ posse, quem fecit. Idem. Satis est homini ad plenã perfectamque prudentiam, si Deum esse intelligat, cuius intelligentiæ vis & summa hæc est, vt suscipiat & honorificet communẽ parentem generis humani, & rerum mirabilium fabricatorem.

Et hoc dicto euanuit. Diuus Bernhardus sic ait: Quidam sunt, qui Deum intelligunt, nec volunt; Hi mortui sunt. Quidam intelligunt, sed non requirunt, siue nolunt, hi impii sunt. Quidam requirunt, sed non intelligunt, hi fatui sunt. Quidam intelligunt & requirunt, hi sancti & boni sunt. Huic & Augustini itidem consonat in lib. 5. confess. Infelix homo qui scit alia omnia, te autem nescit: Beatus autem qui te scit, etiamsi illa nesciat. Qui verò & te & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus est. Hermes antiquissimus Philosophorum dicebat: Deum humana acie penetrari quidem nõ posse; non enim videri oculis, mente vix cerni, attamen manibus contrectari. Consentit cum illo Pauli Actor. 17. Vt quærerent Dominum, si fortè palpando eum inuenirent: Nõ enim longè abest ab vnoquoque nostrûm, &c. Natura humana, ait Iamblichus, nec rationem quidem orationemve de DEO suscipere potest sine Deo, nedum vt diuina opera valeat absque illo implere. Est quippe imbecillis adeo, & hebes prorsum, vt nullum nullitatis suæ remedium habeat, nisi quandam diuini luminis portionẽ desuper influentem, absq; qua nihil omnino diuini à nobis perfici potest. Deus est omnia, potest omnia, implet omnia semetipso, &c. Alius dicit: Magnitudinem Dei qui putat se nosse, minuit. Ex Augustino hæc & proferre placent, cùm inquit: Videte, Fratres, magnum miraculum: Altus est Deus: si te erigis, fugit à te; si te deprimis, venit ad te: ascendere aliter ad ipsum non possumus, nisi per humilitatem descendendo. Esa. vlt. Quem respiciam, nisi pauperem & contritum spiritu, ac trepidantem ad sermonem meum? Deus summus, optimus est; secretissimus & præsentissimus, stabilis, & incomprehensibilis, semper agens, semper quietus, opera mutat, nec mutat consilium; nunquam auarus & vsuras agit; reddit debita, nulli debens; donat debita, nihil perdens; percutit vt sanet; occidit, ne moriamur; non longè est à nobis eius omnipotentia, etiam cùm longè sumus ab ipso: solus est præsens, etiam his, qui longè sunt ab ipso. Alibi dicit: Ista est scientia summi judicis, cui peruium est omne solidum, & apertum est omne secretum: cui obscura clarent, cui muta respondent, si-

In Meditat. cap. 29.

lentium

lentium confitetur, & sine voce loquitur. Lactantius cap. 3. ait: Deus autem, qui est æterna mens, ex omni vtique parte perfectæ consummatæq; virtutis est. Quod si verum est, vnus sit necesse est. Gregor. lib. 16. Moralium, ait: Creator omnium Deus Pater omnipotens vbiq; est, & vbique totus est: in parte non est, quoniam vbique est: & tunc minus inuenitur, quando is, qui vbique totus est, in parte quæritur. Idem super Ezechielem homil. 17. & lib. 2. moral. Deus manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia. Superior est per potentiam, inferior per sustentationem; exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem; sursum regens, deorsum continens; extra circumdans, interius penetrans.

Bernhardus in sermone de considerat. lib. 5. DEVS non partibus constat vt corpus; non affectibus distat, vt anima, non formis substat, vt omne quod factum est. Nunquid verendum, ne cogitatio transvoluet illum? Quantumcunque in altum proficiat, vltra est. In terra quod homo cogitari possit, altissimum quærere, ridiculum est; statuere impium. Vltra non citra quærendum est.

Hugo de claustro animæ lib. 1. ait: Sicut nullum momentum, quo homo non vtatur, vel fruatur DEI bonitate & misericordia: sic nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria: omne tempus, in quo de DEO non cogitas, hoc te computa perdidisse.

Cassiod. super Psal. 47. ait: Virtus inexplebilis, pietas incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, cuius definitio est, finem in sanctis laudibus non habere.

Ambros. in Isaac. ait: Adest Deo, qui exit de seculo; adest Deo, qui illum cogitat, qui eum intuetur, qui in ipso sperat: adest ille, juxta Deum est, qui extra se non fuerit.

Idem super Psal. 118. ait: Deus interuallo locorum non relinquitur, sed prauitate morum gestorum, vnusquisque suis studiis aut se Deo jungit aut separat.

Idem Lactant. Firmia. lib. de epist. rei, c. 17. ait: Quicquid viget mouetur q; per se semper, nec videri, aut tangi potest: AEternum sit necesse est.

Eustach. Episcopus in orat. habita super illo: Dominus creauit me initium viarum suarum. Meminit Theodo. Dial. 3. fol. 228. Non intra moles corporeas suprema sapientia inclusa, continetur, quemadmodum humida & sicca materia intra vasa quidem includuntur: cõtinetur autem potius quã repositoria cõtineant. Sed quæ quidem diuina & inexplicabilis potentia, & quæ intra & quæ extra templum sunt, coomprehendens continet, & illinc vlterius procedens, omnes simul moles ac magnitudines continens, coercet ac moderatur.

Plato in Alcib. Sicut specula euidentiora sunt, quam oculi pupilla, & puriora: sic quoque Deus optima animæ nostra parte purius quippiam & splendidius est.

Idem super Lucam lib. 1. Non in loco Deus videtur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu: & cum absens est, videtur; & cum præsens est, non videtur.

Augustinus super Psal. 120. Deus totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia vbique est.

Idem August. lib. supportationum, par. 3. c. 1. Iustum est, vt creatura laudet Deum creatorem, ipse enim nos ad laudandum se creauit, qui nostris non indiget laudibus. Est autem virtus incomprehensibilis, nullius indigens, ipsa sibi sufficiens: Magnus enim Dominus noster & laudabilis valde. Hunc itaq; mens diligat, lingua canat, scribat manus, atque in his sanctis studiis fidelis animus se exerceat.

Idem in libro de Pœnitent. ait: Quo ibo à Spiritu tuo? nemo fugit ab illo, nisi ad illum: Ab eius seueritate, ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem? nisi ejus præsentiam ibi inuenias; si ascenderis in cœlum, ibi est; si descenderis in infernum, adest.

D. Basilius in 1. cap. Ioannis: Solem hunc sensibilem nemo est, qui non laudet, & ipsius magnitudinem, simulque pulchritudinem & radiorum symmetriam, & lucis splendorem admirans; si verò in eo diligentius atque pertinacius intuebitur, & indies eius aspectum intuebitur, & indies eius aspectum considerabit, non solùm quæ sentit in eo deprehendet, sed etiam oculorum aciem debilitatus abscedet. Tale quid mihi videor pati mente, si quid requiratur de Deo, quid sit.

Lactantius diuinar. instit. lib. 2. cap. 4. Satis est homini ad plenam perfectamque prudentiam, si Deum esse intelligat, cujus intelligentiæ vis & summa hæc est, vt suscipiat & honorificet com-

Lactantius Firmia. Instit. diuin. lib. 1. cap. 3. ait: At si (homo) concipiat animo, quanta sit diuini huius operis immensitas, cùm antea nihil esset: tamen virtute atque consilio Dei ex nihilo esse conflatam, quod ad extremam mendicandi necessitatē deductus, victum precibus exposcit, Deum solum obtestatur, & per eius diuinum atque vnicum nomen, hominum sibi misericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt. Postquam metus deseruit, & pericula recesserunt, tum verò alacres ad Deorum templa concurrunt, his libant, his sacrificant, hos coronant. Deo autem, quem in ipsa necessitate implorauerant, ne verbo quidem gratias agunt.

cet communem parentem generis humani, & rerum mirabilium fabrifactorem.

Idem lib. 2. cap. 9. Denique cùm aperiet homini veritatem Deus, ea sola scire nos voluit, quæ interfuit hominem scire, ad vitam consequendam. Quæ verò ad curiosam & prophanam cupiditatem pertinebant, reticuit, vt arcana essent. Quid ergo quæris, quæ nec potes scire, nec si scias, beatior fias? Perfecta est in homine sapientia, si, & Deum esse vnum, & ab ipso facta esse vniuersa, cognoscat. Philosophorum pater Mercurius Trismegistus nuncupatus ait in Pymandro fol. 100. Quemadmodum Mundi partes sunt cœlum, aqua, terra, & aër: Eodem modo membra Dei, vita, immortalitas, necessitas, prouidentia, natura, anima, mens; horumque omnium participatio, ipsum bonum: neque fit aliquid vsquam, neque est factum, vbi Deus non adsit.

Thasius ad Paulinum presbyt. ait: Quod lux est videntibus & visis, hoc Deus est intelligentibus & intellectis. Idem: Vt Deus secundùm essentiam nobis est incognitus; ita secundùm majestatem est immensus.

Xystus Pythagoricus in Enchir. ait: Deus sicut mens est, quæ mouetur sponte, secundùm hæc & subsistit.

Hilarius lib. 1. de Trinit. Deterret à curiosa inquisitione diuinitatis, pulcherrima similitudine; Sol, inquit, ita videndus est, sicut potest videri, tantoque est excipiendus lumine, quanto admittitur: ne si plus velimus in corpore Solis spectare, splendor perstringat oculos, vt etiam illud admittant, quod videre poterunt. Perlustrabimus ordine antiquorum monita, scripta & sacra de DEO: Non autem dicemus de historia Simonidis, de qua Cicero lib. 1. de natura Deorum, qui explicaturus Regi Hieroni, quid sit DEVS, spatium ad deliberandum accepit biduum, triduum: & cùm aliquoties multiplicasset numerum,

Nazianz. lib. 2. de Theol. ait: Vt qui bellè fabricatam citharã eiusque concinnitatẽ compositionemque miratur, aut concentum audit, nihil aliud quam ipsius cytharæ vel artificem, vel moderatorem citharædum animo concipit: eoque tota cogitatione conuertitur, etiamsi oculis fortassis eum nõ cernat: Ita & nobis seipsum prodit illud, quod & facit omnia, & facta mouet atque conseruat; cùm interim qui illud tandem sit, mentis nostræ angustiis nequeat comprehendi. Nazianz. Hoc Dei tergum est, quicquid eum nobis suo iudicio refert, vt tamẽ illius naturam non contingat: perinde ac vmbra & in aqua relucens Solis imago hebetioribus oculis illum adumbrat, dum illum ipsum præ nimio purissimæ lucis fulgore, quo sensum facile exuperat, intueri nequeunt. Lib. 2. de Theolog.

merum, tandem dixit: Quantò magis cogito, tantò minus intelligo, quid sit illud, quod vocamus DEVM. Neque illud afferemus, quod Pythagoras definiturus Deum, dixit, esse excessum maximorum numerorum supra proximum. Plato dixit; Deum inuenire haud facile est, intellexisse autem impossibile. Et in Timæo ait; Auctorem & parentem huius vniuersitatis inuenire operosum est, & inuentum, fieri non potest, vt in vulgus commodis verbis efferas. Et in Parmenide inquit: Deus neq; nominari, neque dici, neque cogitatione comprehendi, neque cognosci, neque ab vllo ente sentiri potest.

Macrobius super somnum Scipio. lib. 1. Sic Plato, cum de Deo loqui esset animatus, dicere q.d sit, non est ausus: Hoc solum de Deo sciens, quod sciri, qualis sit, ab homine non posit. Idem verò ei simillimum de visibilibus solùm reperit, & per eius similitudinem viam sermoni suo attollendo se ad comprehēsibilia, patefecit. Nam Deus qui prima causa est & vocatur, vnus omnium quæque sunt, & quæ videntur esse, princeps & origo est. Hic super abundanti fœcunditate maiestatis de se mentem creauit. Hæc mens quæ νοῦς vocatur, qua Patrem inspicit, plenam similitudinem seruat authoris.

August. lib. de cognit. veræ vitæ dicit, cap. 7. Sicut summus ille Spiritus, qui Deus est, à nullo intellectu valet propriè excogitari. Hilarius: Certè hoc est Deus, quod cùm dicitur, non potest dici; cùm æstimatur, non potest æstimari; cùm definitur, ipse sua definitione crescit. In historia tripart. lib. 6. cap. 31. Socrates ait: Euagrius in Monachico lib. temerè & incōsideratè de DEO disputare prohibuit, definire verò diuinitatem modis omnibus interdicit. Ait enim, rerum compositarum esse definitiones. Omnis, inquit, propositio aut genus habet, quod prædicatur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex his compositam orationem. Sed nihil in sancta Trinitate horum quæ dicta sunt, poterit comprehendi. Igitur quod ineffabile est, ratione silentii adoretur.

Ambrosius dicit lib. 1. de vocat. gent. cap. 7. Quæ Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda; quæ autem manifesta fecit, non sunt neganda, ne in illis illicitè curiosi, & in istis damnabiliter inueniamur ingrati. Hic venustum, venustio venustissimum occurrit illud Dionysii lib. 1. de diuinis nominibus, Gen. 32. v. 29. Iacobo quærenti, quod est nomen tuum; quasi stomachabundus respondet; Quid quæris nomen meū, quod est MIRABILE? Et Iud. 13. v. 18. Cur quæris nomen meum, cùm sit absconditum, vt Hebræi legunt. Contrà verò

in mul-

in multis Scripturæ locis exprimitur nomen DEI, ita vt mandetur agnosci, narrari, celebrari, inuocari. Exod. 3. v. 14. 15. Si dixerint mihi, Quod est nomen eius; quid dicam eis? Responde, Ehejéh aschér ehejéh, Ego sum, qui sum. Exod. 3. ℣. 14. Sic dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Dixitque iterum: Hæc dices filiis Israel: Dominus Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Sic Exod. 6. v. 3 & 15. v. 1. Deut. 6. v. 4. Hier. 23. v. 6. & 33. v. 16. Deus ipse nomen suum explicat, & illud ab aliis agnosci, inuocari & celebrari vult. Est ergo aliquod nomen DEI occultum & absconditum, Iud. 13. v. 18. quod scrutari non licet. Plato: Θεὸς ἐστι ζῶον ἀθάνατον, αὐταρκὲς πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐσία αἴδιος, ἡ τἀγαθοῦ φύσεως αἰτία. Id est, Deus est animatum immortale, sibique ipsi ad beatitudinem sufficiens, mens æterna, & boni in natura causa. Cicero: Deus ipse qui intelligitur, à nobis non potest alio modo intelligi, nisi mens soluta quædam, & libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mouens, ipsaque prædita motu sempiterno. Et in 2. de nat. Deorum: Nihil est præstantius Deo. Ab eo igitur necesse est Mundum regi. Nulli igitur naturæ obediens est aut subjectus Deus: Omnem ergo ipse regit naturam.

Damascenus lib. 1. cap. 2. de fide orthodoxa, Deum hoc modo definit: Ὅτι μὲν οὖν ἐστι Θεὸς ἄναρχος, ἀτελεύτητος, αἰώνιός τε καὶ ἀΐδιος, ἄκτιστος, ἄτρεπτος, ἀναλλοίωτος, ἁπλοῦς, ἀσύνθετος, ἀσώματος, ἀναφής, ἀπερίγραπτος, ἀπειρόνητος, ἀκατάληπτος, ἀγαθὸς, δίκαιος, πάντων κτισμάτων δημιουργὸς, παντοδύναμος, παντοκράτωρ, παντεπόπτης, πάντων προνοητὴς, ἐξουσιαστὴς, κριτὴς, καὶ γινώσκομεν καὶ ὁμολογοῦμεν, &c. Hoc est, Deum esse sine principio, sine fine, perpetuum ac sempiternum, increatum, immutabilem, nulli alterationi peruium, simplicem, incompositum, in- … dd … corpo-

Esa. 42. Ego Iehouah, hoc est nomen meum.

Generaliter plerumque omnibus ferè Orbis populis, appellatio summi numinis est quadrilitera. Apud Hebræos אדני *Adonai*, יהוה *Iehouah*; אהיה *Qui est, &c. Assyriis*, Adad. *Persis*, συρη, Syro. *Ægyptiis*, θωύθ, *vel* θεύθ, Theut. *Magis* ὀρσὶ, Orsi. *vnde profluxit* Onomasis. *Arabib.* ἀλλὰ, Alla. *Græcis*, Θεὸς. *Turcis*, ἄγδι. *Etruscis* ἐσάρ. *Latinis*, Deus. *Gallis*, Dieu. *Germanis*, Gott. *Populis Noui orbis*, Zimi *&c.* *Chaldæi per hæc Dei essentiam significare voluerunt: redactis in circulum sunt tria Iod, & Camez: quibus tanquam tribus partibus essentialibus, vnum Iehouam constare voluerunt, personis æqualibus, à se inuicem inseparabilibus, quod omnes vna & eadem subsistant essentia ac dignitate.*



Caballistæ Deum significare voluerūt nomine virtutis 40. literarum, quod vocant Sem hamephorab. Item per nomen Agla, & similia, de quibus apud Authores scriptos legere est.

corporeum, inuisibilem, intangibilem, incircumscriptum, infinitum, omnem amplexum, comprehensionem omnem, omnemque intelligentiam effugientem, bonum, justum, omnipotentem, omnium creaturarum opificem, omnia continentem, videntem omnia, omnibus prouidentem, potestatem omnium habentem, judicem omnium & agnoscimus & confitemur. Et Deum vnum esse vnitate substantiæ in tribus personis, Patre, Filio, & Spiritu sancto. Et Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnum eundemque esse Deum, πλὴν τῆς ἀγεννησίας, καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως: præter ignascentiam, nascentiam, & processionem.

Et vnigenitum Filium, & Verbum DEI, & DEVM, per viscera misericordiæ suæ, propter nostram salutem beneplacito, & bona voluntate Patris, & cooperatione Spiritus sancti sine semine conceptum, & sine corruptione ex sancta Deipara Virgine Maria genitum per Spiritum sanctum, & hominem perfectum ex ea factum. Et eundem Deum perfectum esse & hominem perfectum, ex duabus naturis, Deitate scilicet & humanitate, & in duabus naturis, intellectu & voluntate præditis, ad operandum efficacibus, & potestatis liberæ, atque perfectè se habentibus, secundùm vtriusque (diuinitatem & humanitatem, in vna counitas persona) definitionis rationisque decentiam. Quia & esuriit & sitiuit, labores tolerauit, & crucifixus est, mortemque & sepulturam expertus, tertia die resurrexit, & ascendit ad cœlos, vnde ad nos venerat, & iterum venturus est: quæ & sacræ Scripturæ authoritas, & vniuersus testatur sanctorum chorus.

Quid autem sit *Diuina substantia*, vel quo pacto vbique sit, & in omnibus: Quomodo Deus ex Deo genitus est, aut processit, aut quemadmodum semetipsum exaniuit vnigenitus filius, & Deus homo factus ex virgineis sanguinibus alia quàm naturæ lege plasmatus: Aut quomodo siccis pedibus super aquas incessit: & ignoramus, & eloqui non valemus.

Leuit. 22. Ne polluatis nomen meū sanctum.

Augustinus: Omnipotens *Deus Pater*, & *Filius*, & *Spiritus sanctus*, vnus atque trinus; vnus in natura, trinus in personis, solus inuisibilis, solus immensus, atque incomprehensibilis, solus

solus incircumscriptus, solus immutabilis, incorporeus, immortalis, vbique præsens, sed latens, vbique totus, sed immensus.

Idem de Trinit. lib. 5. Intelligamus Deum si possumus, quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum sine indigentia creatorem, sine situ præsentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbique totum, sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem.

Idem in libro quæst. Veteris & Noui Test. quæst. 1. Deus est spiritus naturâ simplex, lux inaccessibilis, inuisibilis, inæstimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, æternus, immortalis, venerandus, diligendus, metuendus, omnipotens, omnitenens, diues, bonus, justus, seuerus, misericors, clemens, patiens siue longanimis.

Idem de spiritu & anima, cap. 63. DEVS id solus est, quod est, & qui est: Estque id quo nihil majus cogitari potest, nec melius, nec jucundius: Vita, sapientia, lux, veritas, bonitas, æternitas, summum bonum, sibi ad omnia sufficiens, nullo indigens, quo omnia indigent vt sint, & vt benè sint, &c.

Idem ibid. Deus est summum omnium, quo nihil majus cogitari potest, vita, sapientia, lux, veritas, æterna beatitas, & beata æternitas, & omne verũ bonum. Quod bonum est Deus Pater, & Verbum, id est, Filius ejus, & vtriusque amator, vnus & communis Spiritus sanctus.

Idem de cognitione veræ vitæ cap. 7. Deus est essentia inuisibilis, omni creaturæ incomprehensibilis, totam vitam, totam sapientiam, totam æternitatem simul essentialiter possidens. Idem ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa justitia, ipsa æterni-

ctum. Ego Dominus qui sanctifico vos: 1. Thess. 5. Ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. 1. Ioan. 3. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificet se, sicut & ille sanctus est. Esa. 30. ait: Væ filii desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telã, & nõ per Spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis, vt descendatis in AEgyptum, & os meum non interrogastis, sperantes autem auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra AEgypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbra AEgypti in ignominiam. Hugo lib. de Anima, ait: In sacra Scriptura quicquid docetur, veritas; quicquid præcipitur bonitas; quicquid promittitur, fœlicitas est. Nam Deus veritas est, bonitas sine malitia, fœlicitas sine miseria.

Augustin.

æternitas existens, omnem creaturam instar puncti in se continens &c. Idem de quantit. animæ cap. 33. Deus est omnium rerum creator, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, incommutabile principium, incommutabilis sapientia, incõmutabilis veritas, incommutabilis æternitas, incommutabilis virtus, incommutabilis charitas. Vnus verus Deus atque perfectus, qui nunquam non fuit, nunquam non erit, nunquam aliter fuit, nunquam aliter erit, quo nihil secretius, nihil præsentius, qui difficile inuenitur, vbi sit, difficilius vbi non sit, cum quo esse non omnes possunt: Et sine quo esse nemo potest, &c. Idem in epistola ad Dardanum: Deus est substantia creatrix, sine labore regens, & sine onere continens Mundum.

Ambrosius de fide lib. 1. cap. 7. Deus naturæ simplicis est, non coniunctæ atque compositæ, cui nihil accidat, sed solùm quod diuinum est in natura habet sua, complectens omnia, nusquam ipse conclusus, penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus, vbique totus, eodemque tempore, vel in cœlo vel in terris, vel in nouissimo maris præsens, visu incomprehensibilis, sensu inæstimabilis, fide sequendus, religione venerãdus.

Lactantius lib. 1. de Ira Dei: Deus est incorporalis mens, quæ per omnem rerum naturam diffusa & intenta, vitalem sensum cunctis animantibus tribuit. Item: Tantus est Deus, vt ab homine non possit aut verbis enarrari, aut sensibus æstimari. Vnus enim est princeps & origo rerum Deus.

Alia definitio: Deus est essentia spiritualis, æterna, distincta in tres personas, in Deum Patrem, in Deum Filium, & in Deum Spiritum sanctum: creans, omnipotens, dicens, intelligens, sapiens, bona, justa, misericors, non deserens à se condita, sed gubernans, alens, tenens, & conseruans omnia. Alia:

Augustin. 2. Epist. ad Volusia. Hic Philosophia: Quoniam omnes omnium naturarum causæ in Deo creatore sunt. Hic Ethica: Quoniam bona vita & honesta non aliundè formatur, quàm quum ea, quæ diligenda sunt, & quemadmodũ diligẽda sunt, diligũtur: hoc est, Deus & proximus. Hic Logica: Quoniam veritas lumenq; animæ rationalis non nisi Deus est. Hic etiam laudabilior Reipublicæ salus: neq; enim optimè custoditur ciuitas, nisi fundamento fidei, firmaq; concordiæ, quum bonum commune diligitur, summum atque verissimum Deus est. *Ioan. Bapt. serm. 8. Ioannes virtutum schola, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei disciplina, Legis summa, Euangelij actio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna Mundi, officium præconis, præco iudicij, Domini testis, totius medius Trinitatis.*

Deus

Deus est essentia æterna, intelligens, omnipotens, sapiens, justa, bona, misericors, & conseruatrix omnium rerum, quæ essentia generat imaginem sui, consubstantialem Patri, à quo Patre & Filio procedit Spiritus sanctus.

Albertus Nouicampanus Regis Poloniæ preceptor: Deus est spiritualis essentia, qua nihil potest esse melius, aut sapientius, quæ incommutabiliter est sine tempore ab æterno, quæ est ipsum esse, à qua venit rebus conditis, vt sint aliquo modo, incomprehensibilis, ineffabilis, omnipotens, verax, justa, in qua nihil adjunctum, nihil creatum: Atque hic quidem DEVS vnitate essentiæ vnus, & trinus in personis, quarum tamen eadem est Deitas, eadem essentia, & coæternitas, eadem omnipotentia, eadem majestas, eadem sapientia, eadem bonitas. Prima persona appropriatur Patri; secunda Filio; tertia Spiritui sancto. Pater innascibilis est; Filius ab æterno à Patre genitus generatione ineffabili, qui destinato tempore assumsit humanam naturam ex virgine Maria; Spiritus sanctus ab vtroque procedens, Pater per Filium redemit Ecclesiam, per Spiritum sanctum gubernat, regit, viuificat eandem.

Iustin. Martyr de recta conf. siue de sancta & coessentiali Trin. fol. 26. Cõmunis hic Sol nobis quotidie se præbet, omnibus nec magis minusve irradiat alium quàm alium: sed in omnes ex æquo exercet vim suam: attamen si quis acutiore visu polleat, plus eius splendoris recipit, non quod Sol magis in eum agat quàm in cæteros, sed propter vim oculorum eximiam. At quisquis infirmos habet oculos, ne obtueri quidem tantam lucem poterit, propter eorum hebetudinem. Idem cogita de Sole iustitiæ, cùm sit Deus, ex æquo illum adesse omnibus iuxta suam essentiam: nos autem quotquot sumus, vt hebetes & oculis scatentes præ peccatorum sordibus, ad percipiendum lumen non esse idoneos, templum vero illud proprium oculo purißimo splendorem totius luminis capere, vtpote formatum Spiritus sancti opera, & à peccato prorsus alienißimum. Nam sicut Sol, quamuis sua vi attingat pariter omnia, tamen non ab omnibus similiter capitur: Sic Verbum illud iuxta essentiam præsens omnibus, non similiter adest cæteris vt templo proprio.

Iodocus Wilichius in 2. parte Catech. hanc tradit DEI descriptionem: Deus est essentia spiritualis (Ioan. 4, v. 24. Deus est Spiritus.) æterna, intelligens, bona, casta, verax, pura, (Psal. 5. v. 5.) misericors, immensæ potentiæ, vel omnipotentissima, sapientissima. Pater, Filium substantiæ suæ imaginem, suæque maje-

majestatis ἀπαύγασμα ab æterno genuit (Psal.2.v.7. Mich.5. v.2. Heb.1.v.3.) Qui Filius homo factus est, atque ita nos filios iræ, Patri, tanquam vnicus Mediator, reconciliauit, (Ioan.3.v. 16.& 36.Rom.8.v.3.1.Tim.2.v.5.) A quorum vtroque Spiritus sanctus processit. Corda fidelium illuminans, veraque cognitione DEI & dilectione imbuens, nouamque vitam promouens, tanquam Spiritui gratiæ & precum, (Zach.12.v 10. Acto. 2.v.4.) Cœli & terræ, & omnium creaturarum conditor & conseruator. Heb.1.v.10. Vt sibi Ecclesiam Verbo suo docendam & informandam, propter sui cultum, vndecunque colligeret.

Definitio D.Phil.Melanchthonis, Deus est essentia spiritualis, intelligens, æternus, verax, bona, justa, sancta, casta, misericors, liberrima, immensæ sapientiæ & potentiæ, alia à Mundi corporibus & creaturis omnibus. Pater æternus, qui ab æterno ex essentia sua Filium imaginem suam genuit. Et Filius, imago Patris coæterna, ab æterno à Patre genitus. Et Spiritus sanctus, procedens ab æterno à Patre & Filio; sicut patefacta est hæc Diuinitas certo Verbo. Quodque hic Pater æternus, cum Filio suo coæterno & Spiritu sancto, Patri & Filio coæterno, condiderit & seruet cœlum & terram, visibilia & inuisibilia, omnesque creaturas. Quodque hic æternus, solus, vnus & verus DEVS, in genere humano, ad imaginem suam & certam obedientiam condito, elegerit Ecclesiam per hunc Filium, vt sit sancta & irreprehensibilis coram ipso, propter Filium, & per Filium, & in Filio, quem constituit caput Ecclesiæ corpori suo: & quod Filius à Patre & se miserit Spiritum sanctum, viuificatorem & sanctificatorem Ecclesiæ.

Augustinus lib. de essentia diuina dicit: Ideo Deus immutabilis dicitur, quia in natura eius ira, furor, pœ-

DEVM in essentia nemo vidit vnquam. Ioan. 1.v.18. Exod.3.v.20. Non vidit me homo, & viuet. Habitat enim lucem inaccessibilem, 1.Tim.6.v.16. & posuit tenebras latibulum suum, Psal.18.vers.12. Ideò Moses inquit, Deut.4.v.12. Vocem verborum eius audiuistis, sed formam penitus non vidistis, præter vocem. Hic secundùm mentem notandum venit Scholasticorum. Nomina quædam DEI sunt Negatiua, vel Affirmatiua; Negatiua, vt inuisibilis, immortalis, incorporeus. Et hæc perti-

pertinet dictum Augustini: Si nō potes inuenire quid sit Deus, piè tamen caueas de eo sentire quod non est. Affirmatiua, sunt vel Essentialia, vel Relatiua: Essentialia, quæ prædicantur de essentia diuina; vt sunt attributa in primo membro definitionis: quæ conueniunt vni essentiæ diuinæ, & sunt communia tribus personis, & tota in singulis: nec sunt accidentia, sed ipsa diuina essentia. Relatiua, vt personarum vel Intra, vel Extra. Ad Intra inter se, vt Patris generare, Filij genitum esse, Spiritus sancti procedere á Patre & Filio. Ad Extra, vel ad creaturas, vt creator, sustentator: vel in beneficiis erga Ecclesiam, vt redemptor, sanctificator. Præterea & axiomata Scholasticorum sunt: 1. Nihil in Deo quod non sit Deus. 2. Deus accidentia non recipit, quamuis enuntietur per attributas aliis proprietates. 3. Deus substantia incomprehensibilis, sicut & opera. 4. Cogita de Deo; quicquid melius potes: de te quicquid deterius vales. 5. De Deo amplius credere debes, quàm scire possis. 6. Religio nobis à natura indita: Modus autē colendi Deum, ex lege & more receptus. Ecclesiæ verò confessionem sic induco: Benedicta sit sancta Trinitas, atq; indiuisa vnitas. Confitebimur ei, qui fecit nobiscum misericordiam suam. Benedicamus Patrem & Filium, cum sancto Spiritu. Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum.

Ad DEVM Patrem.] Κύριε, fons bonitatis, Pater ingenite, à quo cuncta procedunt: ἐλέησον. Κύριε, qui pati Natum, Mundi pro crimine, ipsum vt saluaret, misisti: ἐλέησον. Κύριε, qui septiformis das dona πνεύματος, à quo cœlum & terra replentur, ἐλέησον.

Ad DEVM Filium.] Χριστὲ ἅγιε, cœli compos, Regiæ melos gloriæ, cui semper astans pro numine Angelorum, decantat apex: ἐλέησον. Χριστὲ, vnice DEI Patris genite, quem de Virgine nasciturum Mundo mirificè sancti prædixerunt Prophetæ: ἐλέησον. Χριστὲ, cœlitus nostris adsis precibus, pronis mentibus quem in terris deuotè colimus, ad te piè IESV clamamus, ἐλέησον.

nitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia, in illo nullo modo accidunt. Simplex enim natura est & immutabilis atque imperturbata, neq; aliud est ipse, & aliud quod habet, & quod est.

Essentia, inquit Augustinus, prædicatur de Patre, Filio, & Spiritu sancto, nō vt genus de speciebus, nec vt species de indiuiduis, nec vt totum de partibus: sed alio quodam ineffabili & incōprehensibili modo, vti & Augustini etiam Regula præcipit: Si nō potes inuenire quid sit Deus, tamen caueas de eo sentire, quod non est.

Ad DEVM Spiritum sanctum.] Κύριε, Spiritus alme, cohærens Patri Natoque vnius οὐσίας consistendo, flans ab vtroque, ἐλέησον. Κύριε; qui baptizato in Iordanis vnda CHRISTO, refulgens specie columbina apparuisti, ἐλέησον. Κύριε, Ignis diuine, pectora nostra succende, vt digni pariter, te laudare possimus semper, ἐλέησον.

Olympiodorus in Ecclesiasten cap.9. Parua ciuitas est militans Deo in terra: Ecclesia parua, inquã, comparatione eius quæ triumphat in cœlis. Pauci in hac ciuitate sunt, viri sancti scilicet, & electi Dei. Magnus autẽ rex iniquitatis caput est Diabolus; hic assiduè hanc circuit ciuitatem, vt illius ciues redigat in seruitutem. Pauper autem sapiens in hac ciuitate, cuius consilio ipsa seruatur, ipse est Christus Dominus Deus noster. Dicit enim ciuibus suis sanctis: Confidite, Ego vici Mundum. 1.Tim.3. Hæc tibi scribo fili, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuer-

Irenæus lib.1.cap.2. Ecclesia per vniuersum orbem vsque in fines terræ seminata, ab Apostolis, & à discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in vnum DEVM PATREM, omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt. Et in vnum IESVM CHRISTVM, Filium DEI incarnatum pro nostra salute. Et in SPIRITVM SANCTVM, qui per Prophetas prædicauit dispensationis mysteria & aduentum, & eam quæ est ex Virgine generationem, passionem & resurrectionem à mortuis, & in carne in cœlos ascensionem dilecti IESV CHRISTI Domini nostri, & ipsius ex cœlis in gloria Patris aduentum ad recapitulanda vniuersa, & resuscitandum omnem carnem generis humani, vt CHRISTO IESV Domino nostro, & Deo, & Saluatori, & Regi, secundùm placitum Patris inuisibilis, omne genu curuetur, cœlestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur ei, & judicium justum in omnibus faciat.

Testimonia de DEI vnitate talia sunt. Vna est æterna essentia diuina, juxta descriptionem positam; Æternus Pater, Filius imago Patris, & Spiritus sanctus: ac personæ discernuntur, quoties Diuinitas intra sese describitur: sed cùm opponitᵣ creaturis, mentio fit vnius æternæ essentiæ, vt Deut.6.v.14. Audi Israel, Dominus DEVS noster, Dominus vnus est. Deut.4.v.35. Vt scias, quod Dominus est Deus, & non est alius præter eum. Deut.32.v.39. Videte quod ego sim solus, & non est alius præter me. Esa.44.v.4. Hæc dicit Dominus Rex Israel, & redemptor ejus, Dominus exercituum: Ego sum primus & nouissimus, & præter me non est Deus. Isa.45.v.6.& 7. Ego sum Deus, & non

& non est vllus præterea, præter me non est Deus, & non est alius formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Item v. 21. & 22. Non est alius Deus præter me, Deus justus & saluans non est præter me: conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia Ego sum Deus, & non est alius. 1. Corin. 8. Scimus quod nihil est idolum in Mundo, & quod nullus est alius Deus nisi vnus. Nam etsi sunt, qui dicantur Dij, siue in cœlo, siue in terra, sicuti sunt Dij multi & Domini multi: Nobis tamen vnus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo: Et vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per eum. Ephes. 4. Vnus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia. Iob. 1. vers. 10. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, &c. Malach. 2. v. 10. Nunquid non Pater vnus omnium nostrûm? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Sunt & præterea testimonia plura ac infinita, vt Exod. 3. Deut. 6. 7. 10. & 32. 2. Sam. 7. v. 22. & 22. v. 32. 1. Reg. 8. & 18. 1. Par. 17. & 19. Sap. 12. Esa. 37. & 43. & 46. & 64. Ose. 13. v. 4. Mar. 12. v. 29. Ioh. 17. & 18. 1. Cor. 8. & 12. Gal. 3. 1. Tim. 2. v. 5. Dan. 3. v. 96. Ioel. 2. v. 27. 2. Paral. 6. v. 14. Psal. .... v. 10. Macch. 7. v. 38. 2. Reg. 5. v. 15. & 19. v. 15.

conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

1. Cor. 13. Secundùm gratiam quæ data est mihi, vt sapiens architectus, fundamentum posui, alius autem superædificat.

De vnitate rectè dicuntur. Vna est indistincta natura; vna eademque substantia. Simplex, vna & indiuisa diuinitas. Vna & indifferens essentia. In essentia est vnitas. Tres sunt personæ coæternæ & coæquales. Tres personæ vnius substantiæ, & inseparabili æqualitate vnus Deus. Patris, Filii, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna majestas. In hac Trinitate nihil prius, nihil posterius, nihil majus aut minus; sed totæ tres personæ, coæternæ sibi sunt & coæquales. Ioan. 10. v. 30. Ego & Pater vnum sumus; scilicet essentia, voluntate, potentia & operatione, &c.

Non rectè dicuntur: In essentia est singularis. Tres sunt æterni: Aut tres increati. Aut, tres immensi. Aut, tres omnipotentes. Aut, tres Dij. Aut, tres Domini. Essentia distinguitur in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. In diuinitate est prius & posterius. Est majus & minus. In Diuinitate est inæqualitas. Et si qui consimiles sunt modi loquendi, qui vel personarum confusio-

Ambrosius in sermone 40. Quisquis verbo Christi pascitur, terrenum pabulum non requirit. Nec enim potest panem seculi capere, qui pane reficitur Saluatoris. Negligit famem corporis, qui pabulo lectionis intendit.

dit; nec ventris curam habere poterit, qui alimentum cibi cœlestis acquirit, ipsa enim est omnium refectio, qui saginat animam, quæ impinguat viscera, cùm de diuinis Scripturis cibum eloquii perennis accipimus.

fusionem vel essentiæ separationem important, &c. DEI nomen aliis etiam tribuitur, Exod.7.v.1.& 22.v.8. 1.Sam.28.v.13. Psal.47.v.10.& 82.v.6.

DEVS acceptor personarum non est, Deuter.16.v.17. 2. Paral. v.19. Iob.34.v.19. Sam.6.v.8. Eccles.35.v.15. Esa.11.v.3. Matth.22.v.16. Marci 12.v.14. Luc.20.v.21. Act.10.v.34. Rom. 2.v.11. Gal.2.v.6. Eph.6.v.9. Col.3.v.24. 1.Pet.1.v.17.

DEVS adjutor suorum est, Gen.15.v.1.14.& 31.v.24.& 28.v.15.& 31.v.29.& 35.v.5.& 39.v.21.& 45.v.5. Exod.2.v.25.& 14.v.14. Deut.32.v.36.43. Iudic.15.v.19. Psal.19.v.15.& 25.v.15. & 28.v.8.& 30.v.11.& 33.v.20.& 37.v.39.& 40.v.18.& 40.v.1. Esa.41.v.13.& 50.v.7. Zach.2.v.5.& 9.v.15.

Æternus est, nec principium habet, nec finem: sed est ipse principium & finis, Gen.21.v.33. Exod.15.v.18. Iob.19.v.25.& 36.v.26. Psal.90.v.2.& 92.v.9.& 93.v.2.& 102.v.13. Esa.41.v.4. & 43 v.10.& 44.v.6.& 48.v.12.& 57.v.15.& 63.v.16. Thren.5. v.19. Dan.6.v.26.& 7.v.9. Rom.16.v.26. Hebr.1.v.8.12. Apoc. 1.v.8.17.& 4.v.8.& 11.v.17.& 16.v.5.

Solus Altissimus, Psal.83.v.19.

Author & fons bonorum omnium, Ioan.3.v.27. 1.Pet.5. v.10. Iac.1.v.17.

Miraculorum author, Psal.72.v.18.& 136.v.4. Eccles.11. v.4. Actor.19.v.10.

Faciunt & alii miracula, Deuter.34.v.12. Eccles.31.v.9.& 48.v.4.15.

Patientiæ author, Rom.15.v.5.

Author pacis, Rom.16.v.20. 1.Cor.14.v.33. 2.Cor.13.v.11. Phil.4.v.9. 1.Thessal.5.v.23. 2.Thessal.3.v.16.

Solus beatus, 1.Tim.1.v.11.& 6.v.15.

Alii beati, Gen.30.v.13. Psal 1.v.1.& 32.v.1.2.& 41.v.1.& 119.v.1.& 127.v.1. Matth.5.v.1.&c.& 16.v.17.& 24.v.46. Luc.1. v.45.& 14.v.14. Iacob.1.v.1.

Benedictus, Marci 14.v.61. Rom.1.v.25. 2.Cor.11.v.31.

Beneficus, Matth.5.v.44.45. Act.14.v.17.

Solus bonus, & quibus, Psal.18.v.27.& 73.v.1.& 119.v.68. Thren.3.v.25. Nahum 1.v.7. Matth.19.v.17. Luc.18.v.19.

Aliis

Aliis tribuitur bonitas, Genes.1.v.31. & 3.v.6. & 49.v.15. Num.14.v.7. 1.Sam.29.v.9. 2.Sam.18.v.27. 1.Paralip.28.v.8. Iudith.12.v.12.14. Psal.111.v.10.& 14 .v.1. Prouer.18.v.22.& 22. v.1. Ecclesi.7.v.2. Sapien.8.v.19. Ecclesi.14.v.5. Ierem.7.v.3. Matt. 7.v.17. Mar.9.v.50. Lucæ 6.v.45.

Charitas est, 1.Ioan.4.v.8.16. 1.Ioan.2.v.5.

Clemens & longanimis, Gen.15.v.16 & 18.v.21. Exod.34. v.6.& 7.v.7. 2 Paralip.39.& 36. Nehem.9.v.31. Psal.7.v.12.& 86.15.& 103.v.8. & 111.v.4. & 142.v.2. & 116.v.5. & 145.v.8. Esa. 30.v.18.& 55.v.7.& 65.v.2. Ier.31.v.20. Ioel.2.v.13. Ionæ 4.v.2. Malach.3.v.17. Luc.10.v.36.& 12.v.45.& 13.v.8.& 15.v.28. Act. 13.v.18.& 14.v.16. Rom.2.v.4. Iacob.5.v.11. 2.Pet.3.v.9.

DEO omnis gloria tribuenda, Rom.11.v.36. Eph.3.v.21. 1.Timoth.1.v.17. 1.Pet.4.v.11. Apocal.1.v.6.& 4.v.11.& 5.v.13. & 19.v.1.

DEO omnia tribuenda, Actor,17.v.28. Roman.11.v.36. 1.Cor. 8.v.3.

DEVS hujus seculi Sathan, 2.Cor.4.v.4.

Deus impiorum & Pseudoprophetarum venter est, Roman.16.v.18. Phil.3.v.19.

Dij multi, 1.Cor.8.v.5. De his vide in parte creationis Angelorum.

His annectere placet exempla apparitionum & reuelationum: *Adæ & Euæ*, Genes.3.v.8.9. *Cain*, Gen.4.v.6. *Noacho*, Gen.6.v 13.14 & 7.v.1.& 8.v.15.& 9.v.1. *Abrahæ*, Genes.12.v.7. & 15.v.1. *Loth*, Gen.19.v.1. *Abimelecho*, Gen.20.v.3. *Rebeccæ*, Genes.25.v.23. *Isaaco*, Gen.26.v.2. *Iacobo*, Gen.28.v.11.&c. & 32.v. 30.& 35.v.9.& 48.v.3. *Moysi*, Exod.3.v.2. *Balaamo*, Num.22.v.20. *Iosuæ*, Ios.1.v.1.2. *Israelitis*, Iud.1.v.2. *Gedeoni*, Iud.6.v.11. *Samueli*, 1.Sam.3.v.20. *Dauidi*, 2.Sam.2.v.1. *Nathan*, 2.Sam.7. v.4.5. *Salomoni*, 1.Reg.3.v.5.& 9.v.1.2.3. *Eliæ*, 1.Reg.19.v.9.&c. *Esaiæ*, Esa.6.v.11. *Ieremiæ*, Ierem.1.v.2. *Ezechieli*, Ezech.1.v.3. *Danieli*, Dan.7.v.9.10.& 11.v.5. *Iudæis*, 2.Macch.11.v.8. *Christo baptizato*, Matth.3.v.16. *Petro, Iacobo & Ioanni*, Matth.17.v.1.&c. *Stephano*, Act.7.v.55.56. *Paulo*, Act.16.v.8.9. & 18.v.9.10. & 23.

v.10.11. Gal.1.v.12. & 2.v.2. 2.Cor.12.v.4. *Ananiæ*, Act.9.v.10. *Ioanni Euangelistæ*, Apocal.2.v.13.

Timoris DEI exempla & testimonia hæc sunt:

Abraham, Gen.22.v.12. *Ioseph*, Gen.39.v.9.12. *Obstetrices*, Exod.1.v.17. *AEgyptii*, Exod.9.v.20. *Hebræi*, Hebr.14.v.31. *Israelitæ*, 1.Sam.12.v.18. *David*, 1.Sam.24.v.7. *Abdias*, 1.Reg.18.v.3. *Quidam Propheta*, 2.Reg.4.v.1. *Babylonij & Cuthæi*, 17.v.34.41. *David*, 1.Paralip.13.v.12. *Hananias*, Nehem.7.v.2. *Iob*, Iobi 1.v.1.8.& 2.v.3.& 31.v.23. *David*, Psal.5.v.8. *Ionas*, Ion.1.v.9. *Simeon*, Luc.2.v.25. *Fideles*, Actor.8.v.2. *Ecclesia*, Act.9.v.31. *Cornelius Centurio*, Act.10.v.2. *Miles*, Act.22.v.7. *Ananias*, Act.22.v.12.

Laudum DEI celebratarum exempla.

A pastoribus, Lucæ 2.v.20. *Angelis*, Esa.6.v.3. Luc.2.v.13. *Ciuibus ciuitatis Naim*, Luc.7.v.16. *Dæmoniaco*, Luc.8.v.39. *Leproso*, Luc.17.v.15. *Ierosolymitanis*, Luc.19.v.38. *Discipulis*, Luc.24.v.33. Actor.2.v.47.& 3.v.8. *Ecclesia Iudæa*, Gal.1.v.24. *Christo*, Hebr.2.v.12. *Turba magna*, Apocal.1.v.10. *Senioribus*, Apocal.19.v.4.

Laudandus DEVS in medio sanctorum, Psal.109.v.30. Exemplum: *David*, Psal.111.v.1. Deus vbique laudandus, Ps. 103.v.22. Omnes Dei laudes annuntiari nequeunt, Ps.106.v.2. Laudum Dei legitimi præcones, Psal.22.v.24.& 33.v.1.& 50.v.16.& 65.v.2.& 101.v.1.2. Amos 5.v.23. Deus nō frustrà quæritur, Esa.45.v.19. Quærendus est & quomodo, 1.Paral.16.v.11.& 22.v.19.& 28.v.8. 2.Paral.11.v.16.& 14.v.4.& 15.v.4.12.& 30.

DEI contemptus exempla: *David*, 2.Samuel 12.v.9. *Manasses & populus*, 2.Paral.33.v.10. Impii, Psal.12.v.5.9. Pœna, 1.Sam.2.v.29.30. 2.Paral.28.v.19. Donorum DEI abusus, & eius pœnæ exempla: *Agar*, Gen.16.v.4.5.6. *Esau*, Genes.25.v.33.34. Hebr.12.v.6.17.&c.

Augustin. lib. 1. de Trinit.

Nunc de TRINITATE secundùm Patres, Philosophos, & Sacra sermonem inchoabimus.

Vbi quæritur vnitas Trinitatis, Patris & Filii, & Spiri-

Bernhardus serm.11. super Cantic. ait: O veritas, charitas, æternitas! O beata beatificans Trinitas? Ad te mea miseria, Trinitas, miserabiliter suspirat, quoniam à te infeliciter exulat: Discedens à te, quantis se intricauit erroribus, doloribus, timori-

timoribus? Ratio sæpissimè in judiciis fallitur, voluntas quadruplici perturbatione jactatur, & memoria multiplici obliuione confunditur. Triplici huic vanitati nobilis creatura subjecta est, non volens, in spe tamen, heu qualem pro te commutauimus Trinitatem? Cor meum conturbatum est, & inde dolor: dereliquit me virtus mea, & inde pauor, & lumen oculorum meorum non est mecum, & inde error. En, quam dissimilem Trinitatem: O animæ meæ Trinitas exules offendisti. Veruntamen quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, quum videlicet à ratione error, à voluntate dolor, atque à memoria timor omnis recesserit: & successerit illa, quam speramus, mira serenitas, plena suauitas, æterna suauitas. Primum faciet veritas Deus; secundum charitas, Deus; tertium summa potestas Deus: Vt sit Deus omnia in nobis, ratione recipiente lucem inextinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem, consequente memoria fonti indeficienti æternabiliter inhærente.

Nazianzenus ad Euagrium de Deitate ait: Quemadmodum cum humor Nectareus, à fonte aliquo aquarum copiosè scaturiens, profluuio suo abũdantiam ostendit, inde lapsu perenni in flumina duo inciditur: Vnicam ex vno fontis ortu vim à principio continens, bifariam autem fluminum formatur specie, sine nocumento tamen essentiæ flumen illud diuiditur: Humorum enim positione tantùm fluor ille discriminatur, at humoris qualitatem vnam & eandem continet, etiamsi flumen vtrumq;, vt dictum est, quàm longè distare, & multum à fonte abesse videatur: Principium enim ad continuitatem fontis cõmunem cum sua habet matre. Similiter etiam omnium bonorum Deus, veritatis ille administrator, & Saluatoris Pater, prima vitæ causa, ac immortalitatis planta, fons vitæ sempiternæ, bifluam quandam Filii & Spiritus S. cognoscibilem ad nos demisit gratiam, ipse verò nullum propterea nocumentum in es-

Spiritus sancti, nec periculosius alicubi erratur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Non pigebit me, sicubi hæsito, quærere: nec pudebit, sicubi erro, discedere: Quisquis ergo hoc audit vel legit, vbi pariter certus est, pergat mecum, vbi pariter hæsitat, quærat mecum, vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me: vbi mecum, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad eũ, de quo scriptũ est: Quærite faciẽ eius semper.

Bess. Card. in cœlum Plat. lib. 3. cap. 15. Trinitatem sanctißimam ratione naturali cognoscere impoßibile est, sed sacris authoritatibus probari potest. Gregorius lib. 23. moral. cap. 29. Est in arcturo, quod consideratius possumus intueri: in septem quidem voluitur, & modò

sentia est perpessus. Nullam enim imminutionem propter istorum ad nos vsque accessum sustinuit, nec illi propterea à Patre separationem vllam sustinuerunt: Indiuisibilis enim, quemadmodum sub initium diximus, meliorum est natura.

Damascenus lib. 1. orthod. fid. cap. 4. Sicut simul ignis, & simul ab eo lux, neque prius est ignis, & posterior lux, sed simul sunt: & quemadmodum lux ab igne semper gignitur, & nequaquam separatur ab eo: sic & Filius à Patre gignitur, & nequaquam ab eo separatur, sed semper in eo. Sed lux, quæ ab igne inseparabiliter gignitur, in ipso semper manens, non habet propriam subsistentiam præter ignem. Nam natiua qualitas ignis est. Verùm Filius Dei vnigenitus à Patre inseparabiliter genitus, & indiuisibiliter, & in eo semper manens, propriã habet subsistentiam, præter eam, quæ Patris est. Et quemadmodum non dicimus alterius substantiæ ignẽ, & alterius lucẽ: Hunc in modum fieri non potest, vt rectè dicamus, Patrem & Filium alterius & alterius substantię, sed vnius & ejusdẽ: & quo pacto dicimus per eam lucem, quæ ab ipso est, ignem illucere, & non ponimus organum administratorium ignis esse lucem, quæ ex ipso est, sed potius virtutem naturalem: sic dicimus Patrem, quæcunque facit per vnigenitum Filium eius, non vt per instrumentum seruile, sed vt per virtutem naturalem & substantialem. Et vt dicimus ignem illuminare: Et rursus dicimus lucem illuminare: sic omnia quæcunque facit Pater, similiter & filius facit. Sed lux quidem propriam subsistentiam præter ignem non possidet: filius autem perfecta subsistentia est à paterna discreta.

Bernhard. in separat. serm. 1. Est Trinitas creatrix, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ex qua credit creata Trinitas, memoria, ratio & voluntas. Et est Trinitas, per quam cecidit, videlicet per suggestionem, delectationem & consensum. Et est Trinitas, in quam cecidit, videlicet, impotentia, cæcitas, immundicia. Rursus Trinitas, quæ cecidit, id est, memoria, ratio, voluntas.

& modò quidem tres ad summa eleuat, atque ad ima quatuor superius erigit, & tres inferius premit: sic sancta Ecclesia modò cũ infidelibus Trinitatis notitiam, modò verò fidelibus quatuor virtutes quasi rotatu prædicationis status sui speciẽ quodammodo repræsentat.

Nazianz. in orat. in dictum Euangelij: Crede Trinitatem vnã esse margaritam, vndique similem, & æqualiter splendentem: Margarita enim, si in aliqua parte deturpetur, tota eius gratia euanescit. Ita quum Filium ignominia afficis, quo Patrem venereris, nequaquam honorem tuum suscipit, ob Filij dehonestationem Pater minimè gloriatur. Si sapiens filius lætificat patrem, quanto magis filii honor, honor erit patris.

voluntas. Singulæ cuiusque tripartitus excidit casus. Memoria cecidit in tres species cogitationum: affectuosas, onerosas, otiosas. Ratio in triplicem ignorantiam, boni & mali, veri & falsi, commodi & incommodi. Voluntas in concupiscentiam carnis, cōcupiscentiam oculorum, ambitionem seculi. Est Trinitas, per quam resurgit fides, spes, charitas. Quæ trimembres habent subdiuisiones. Est enim fides præceptorum, signorum promissorum. Est & spes veniæ, gratiæ, gloriæ. Est & charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

August. lib. de fide & Symbolo, c. 9. Cùm de fonte interrogati, non possumus dicere, quod ipse sit fluuius; nec de fluuio interrogati, possumus dicere, quod sit fons; & rursum potionē, quæ de fonte vel fluuio est, nec fontē nec fluuium nominamus. Nam si quæro, vtrum in fonte aqua sit? Respondetur, aqua. Et si quærimus, vtrum aqua in fluuio? Nihil aliud respondetur, & in illa potione non potuit esse alia responsio: nec tamen eas tres aquas, sed vnam dicimus. Sicut in arbore radix non est nisi radix, nec robur nisi robur, nec ramos nisi ramos possumus dicere. Non enim id quod dicitur radix, potest dici robur & rami: Nec lignum, quod pertinet ad radicem, potest alio etiam transitu, nunc in radice esse, nunc in robore, nunc in ramis: sed tantummodo in radice, cùm illa regula nominis maneat, vt radix lignum sit, & robur lignum, & rami lignum, nec tamen tria ligna dicantur, sed vnum: Aut si hæc habeant aliquam dissimilitudinem, non possit non absurdé tria ligni dici propter firmitatis diuersitatem. Illud certè omnes concedunt: si ex fonte tria pocula repleantur, posse dici tria pocula: tres autem aquas non posse dici, sed omnino vnam aquam, quanquam de singulis poculis interrogatus, in quolibet horum aquam esse respondeas, quamuis nullus hic transitus fiat, sicut de fonte, in flumina dicebamus. Hæc autem propter visibilium vnitatem corporalia exempla data, vt intelligatur fieri posse, vt aliqua tria, non tamen singillatim, sed etiam simul, vnum singulare nomen obtineant.

Dion. Areop. de Trinit. Trinitas essentia, Deitate, bonitate superior, diuina Christianorum sapientiæ dux, dirigit nos in ipsum super ignotū & præfulgens. excelsum mysteriorum eloquiorū culmen, vbi simplicia & absoluta, immutabiliaq; Theologiæ mysteria latent adoperta præfulgente quadam silentij clam sacram docentis caligine, quæ vbi maximè videtur obscura, ibi supra modum lucem profert exuberantem: illic quod tangi & videri

Augu-

Augustinus in Ioan tract. 20. ait: Attende candorem lucis, in cœlo est, & expandit candorẽ per terras omnes, per maria omnia, & vtique corporalis lux est. Si separas candorem Solis a Sole, separa Verbum à Patre. De Sole loquor, lucernæ vna flammula tenuis, quæ non flatu possit extingui, spargit lucem suam super cuncta, quæ subjacent, vide lucem sparsam à flammula generatam: emissionem vides, separationem non vides. Intelligite, Fratres, sic Trinitatem, Patrem, Filium, Spiritum sanctum, sibi cohærere, & omnia opera vnius Dei esse; hæc Patris, hæc Filij, hæc esse Spiritus sancti. Idem ille de Domini incarnatione contra Iudæos: Citharam respice, vt Musicum melos sonis dulcibus reddat, tria pariter edesse videntur; ars, manus & chorda; & tamen vnus sonus auditur. Ars dictat, manus tangit, chorda resonat. Nec ars, nec manus sonum reddunt: sed cùm chorda pariter operantur: sic nec Pater, nec Spiritus S. susceperunt carnem, & tamen cum Filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit, carnem solus Christus accepit. Operatio in tribus constat: sed quomodo pertinet ad solam chordam soni redditio: sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio.

Iamblichus de myster. fol. 187. Sicut lumen Solis idem totum continuum est vbique, neq; potest in partes diuidi, neq; alicubi claudi, neque à fonte proprio separari, neque miscetur aeri, licet adsit: quippe cùm nihil reliquat luminis, calore tamen à calefaciente relicta: Ita cuiusque lumen totum indiuiduæ, toti Mundo penitus adest, licet parti cuidam præcipuè vim suam maximè sibi accommodatæ concedat.

videri non potest, splendoribus plusquam pulcris ad exuberãtiam implet oẽs quasi captos oculis intellectus.

Lactant. lib. 4. c. 24. de Sapientia: Cum & Pater filium suum faciat, & filius patrẽ, vna vtrique mens, vnus spiritus, vna substantia est: sed ille quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo riuus: ille tanquam Sol, hic tanquã radius ex Sole porrectus: qui quoniam summo Patri & fidelis & charus est, non separatur, sicut nec riuus à fonte, nec radius à Sole: quia & aqua fontis in riuo est, & Solis lumen in radio aquæ: neque vox ab ore seiungi, nec virtus aut manus à corpore diuelli potest. Cùm igitur à Prophetis idem manus Dei, & virtus & sermo dicatur: Vtique nulla discretio est, quia & lingua sermonis ministra est, & manus, in qua est virtus, indiuiduæ sunt corporis portiones. Propriore exemplo vti libet: Cum quis habet Filium, quem vnicè diligit, qui tamen sit in domo & manu Patris, licet ei nomen Domini potestatemq; concedat, ciuili tamen iure, & domus vna, vt vnus Dominus nominatur: sic hic Mundus vna Dei domus & Filius & Pater, quia vnanimes incolunt Mundum: Deus vnus, quia & vnus est, tanquam duo, & duo tanquam vnus.

Theodorus Episcopus Dial. 1. fol. 14. Sicut mortale esse commune est hominum: Ita sanctæ Trinitatis cōmune est esse immutabile, vertique & variari non posse.

Damascenus lib.3.cap.8.orthod. fidei: Non nudam carnem adoramus, sed counitam Diuinitati, vt in vnam personam & vnam hypostasin Dei Verbi: Timeo carbonem tangere, propter ignē ligno conjunctum: Adoro Christi simul vtrumq; propter carni conjunctam counitamque Diuinitatem.

Dionys. Areopag. de Trinit. Trinitas diuina non est numerus aliquis in quantitatis genere collocatus, nec in substantiæ genere collocatus, nec in essentiæ ordine computatus.

Augustin.lib.6.de Trinit. Qui hoc, id est, Trinitatis mysterium, vel ex parte, vel per speculum & in ænigmate videt: gaudeat cognoscens Deum, & gratias agat: qui verò non videt, tentat per pietatem ad videndum, non per cœcitatem ad calumniandum: Quoniam vnus est Deus, sed tamen Trinitas. Idem dicit: In summa Trinitate tantùm est vna, quantum tres simul sunt, & nec plus aliquid sunt duæ, quam vna res, & in se infinita sunt: ita singula sunt in singulis, & etiam omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia. Idem: Videmus Solem in cœlo currentem, fulgentem, calentem. Similiter ignis tria habet: hoc est, motum, lucem & feruorem. Diuide ergo, si potes, Ariane, Solem vel ignem, & tunc demum diuide Trinitatem.

Dictum Poëtæ de Dei Trinitate & vnitate:

Sic magnus Deus est, de se valet, & manet in se,
Cui summum & proprium est, Semper id esse, quod est.
Splendet enim verum vero de lumine lumen.
Vt genitum agnoscens nouerit ingenitum.

ff Vna

Gregor. in moral. Apertè nunc videbimus, quomodo & vnum indiuisibiliter tria sunt, & indiuisibiliter tria vnum.

Theophil. Episcopus in iis, quæ scripsit aduersus Originem. Meminit Theodoret. Dialog. 2. fol. 149. Quemadmodum Filius & Pater vnum sunt: Ita etiam, quam accepit Filius, anima, & ipse vnum sunt: Nesciens, quod Filius quidem & Pater vnum sunt, propter vnam substantiam, & eandem diuinitatem: Anima autem & Filius altera est ab altero, substantia & natura. Si enim quemadmodū Pater & Filius vnum sunt, ita etiam anima Filii & Filius vnum sunt: Erit etiam vnum Pater & anima, & dicet ēt aliquando anima Filii: Qui vidit me, vidit & Patrem. Sed non ita est. Absit. Filius enim & Pater vnum: quia non sunt diuersæ qualitates. Anima autem

autem & Filius, est & natura, & substantia alterum: Quandoquidem ipsa quoque per ipsum facta est: estq; eiusdem nobiscum substantia.

Vna trium Deitas, vna est sententia, ab vno
Idem est & Verbi Spiritus atque Patris.
Nullum opus abiunctum, nulla est non æqua potestas:
In cunctis vnum sunt tria principium.
Quum Pater in Verbo sit semper, & in Patre Verbum,
Sitq; vnus Verbi Spiritus atque Patris.
Sic de personis tribus est tibi non dubitandum,
Vnum, vt docta fides, confiteare Deum.
Corde Patris genitum, creat & regit omnia Verbum,
Nec tamen est aliquid, quod sine Patre gerat.
Vnus enim amborum motus, ratio vna volenti,
Par virtus, idem spiritus, vnus amor.

Cassiod. super Psal. 49. Summum proprium Diuinitatis est Verbum, quod tempore non mutatur, sed semper adest & tibi aliud sacramentum, quod vna syllaba tribus literis continetur, vt sancta Trinitas in cœlis vnus Deus esse docet.

Scholasticorum regulæ octo hæ sunt, in quibus Trinitas diuina apparét. 1. Ipsam significationem, vt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. 2. Consignificationem numeralem, vt creauit אלהים, Genes. 1. v. 1. Item: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, Gen. 1. v. 26. 3. Appropriationem operum: vt creauit per Verbum, Psal. 3 . v. 6. Et Spiritus Domini ferebatur super aquas, Gen. 1. v. 2. 4. Suppositionem terminorum: vt, Deus genuit Deum, Psal. 2. v. 7. Prouer. 8. v. 22. 5. Trinam iterationem: vt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Esa. 6. v. 3. 6. Ordinem verborum: vt, Benedicat nos DEVS, DEVS noster, benedicat nos DEVS, Psal. 67. v. 7. 8. 7. Connotationem in actu missionis: vt, Misit me DEVS, & Spiritus eius, Ies. 48. v. 16. 8. Apparitionem, vt Genes. 18. v. 2. Quibus etiam addunt habitudinem constructionis: vt, Ex ipso, per ipsum, in ipso, Rom. 11. v. 36. Col. 1. v. 16.

Cùm dicit, (Imaginem,) inquit Augustinus lib. de fide ad Petrũ, vnã ostendit, vnã naturam esse: Cùm verò dicit (Nostram) ostendit eundem Deum, nõ vnũ, sed plures esse personas. Idem August. lib. de Trinit. & habetur de consecr. dist. 3. Omnes, quos potui

Præterea & sunt etiam hæc testimonia, Gen. 3. v. 5. dicit serpens: Eritis sicut אלהים, diuinæ personæ. Ios. vlt. v. 19. Non poterit seruire Domino, quoniam אלהים, sancti est. Et Hierem. 10. cap 10. Ipse enim אלהים viri, & Rex sempiternus. Genes. 3. v. 22. Adam quasi vnus ex nobis. Gen. 11. v. 7. Descenda-

mus &

mus & confundamus linguam eorum. Antiquiores Thalmudistæ exposuerunt יְהוָה, Deus, & domus judicij. Vir Dei Martinus Lutherus de vltimis verbis Dauidis, hanc ponit regulam: Vbicunque in Scriptura legis, Deum loqui de Deo, tanquam personam de persona: ibi tuto affirmes significari tres personas diuinitatis. Duabus enim nominatis simul, significatur persona Spiritus sancti loquentis in Scriptura, juxta illud, 2. Pet 1.v.21. Non voluntate hominis allata est olim Prophetia, sed à Spiritu S. impulsi, locuti sunt sancti Dei homines. Et 2. Sam. 23. v. 2. Dauid ait. Spiritus Domini per me locutus est, & sermo ejus sonat per linguam meam. Et in Symbolo Niceno: Qui locutus est per Prophetas. Ose.1.v.7. Saluabo eos in Domino Deo suo. Gen.19.v.24. Dominus pluit à Domino ignem & sulphur, id est, Filius à Patre, teste Spiritu sancto Esa.60.v.19. Dominus erit tibi in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Hic Spiritus S. introducit Patris personam loquentem de Filio. Vt & Esa. 42. 43.53. Num.6.v.23. Sic benedicetis Filiis Israel, Benedicat tibi Iehouah, & custodiat te: ostendat Iehouah faciem suam tibi, & misereatur tui: Conuertat Iehouah vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Ies.33.v.22. Iehouah est judex noster, Iehouah est legifer noster, Iehouah est Rex noster; ipse saluabit nos. Exod.23.v.20. אֱלֹהִים mittit Angelum, cui nomen יְהוָה. Hier.32. v.5.& 9. & c.33. v.15.& 16. יְהוָה suscitat germen, cui nomen יְהוָה. Iam qui mittit & suscitat, necessariò alius est ab eo, qui mittitur & suscitatur. Ergo manifesto discrimine reuelantur duæ personæ. Huc & pertinent illa Psal.33.v.6. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum, Dan. 9. v. 19. Exaudi nos Deus noster propter יְהוָה. Psal.2.v.7. Ego hodie genui te. Psal.110. v.1. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Et ibid. v.3. Ex vtero ante luciferum genui te. Item v.5. Domine à dextris tuis, &c.

potui legere, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ Deus est: Diuinorũ librorum veterum & nouorum Catholici authores tractãtes hoc intenderunt secundùm Scripturas docere, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vnius eiusdemque substãtiæ, inseparabili æqualitate diuinã insinuant vnitatem: ideoq; nõ sunt tres Dii, sed vnus Deus: Quamuis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non sit, qui Pater est: Filiusq; à Patre sit genitus: & ideò Pater non sit, qui Filius: Spiritusq; sanctus nec Pater sit nec Filius, sed tantummodo Patris & Filij Spiritus, & Patri & Filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem: non

non tamen eandem Trinitatem natam de virgine Maria, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam, tertia die resurrexisse, & in cœlum ascendisse, sed tantummodo Filium. Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur.

Idem de Trinitate lib. 1. Nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur, quàm Trinitas.

Hæ sunt præcipuæ obseruationes, secundùm quas colligi possunt de Trinitate testimonia ex Veteri Testamento. Augustinus lib. 1. de Trinit. ait: De hac re summa & excellentissima cum modestia & timore agendum est, & attentissimis ac deuotis auribus audiendum, vbi quæritur vnitas Trinitatis Patris, Filii, & Spiritus sancti: Quia nec periculosius alicubi erratur: nec laboriosius quæritur, nec fructuosius inuenitur. Tria autem ponuntur testimonia ex Nouo Testamento, perspicua, firma, clara ac propria, de Trinitate. 1. Distincta reuelatio trium personarum facta in baptismo Christi, Matth. 3. v. 16. 17. Marci 1. v. 10. 11. Luc. 3. v. 21. 22. Ioan. 1. v. 32. PATRIS, clamantis de cœlo: Hic est Filius meus dilectus, in quo complacitum est mihi. FILII, stantis in flumine, & baptismum à Ioanne sumentis. SPIRITVS SANCTI, descendentis de cœlo in specie columbæ, & super CHRISTVM venientis. 2. Institutio nostri Baptismi, Matth. & Marc. vlt. Baptizate eos in nomine PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI. 3. In verbis Christi, Ioan. 14. v. 16. 17. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis Spiritum veritatis. Explicationem horum testimoniorum vide in textu loc. comm. Dn. Præceptoris Philippi. His præterea & accedunt alia testimonia sacrosanctæ Scripturæ talia, vt: 1. Cor. 2. v. 10. & 11. 1. Cor. 3. v. 8. 2. Pet. 2. v. 4. Gal. 4. v. 8. 1. Ioan. 5. v. 7. 8. Ioh. 14. v. 10. 1. Ioh. 3. 24. Ioh. 8. v. 29. Ioh. 5. v. 16. & 17. Rom. 16. v. 25. 1. Cor. 1. v. 8. Eph. 3. v. 9. 16. & 17. Iacob. 1. v. 17. Ioh. 1. v. 9. Psal. 33. v. 6. Matth. 6. v. 26. & 10. v. 29. Psal. 104. v. 30. 1. Tim. 6. Rom. 16. Luc. 18. Ioan. 8. & 16. 17. Matth. 11. Apocal. 19. Hebr. 17. Paul. ad Rom. 8. v. 1. Gal. 4. v. 6. Misit Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem, Abba Pater. Oramus in Spiritu, Ioh. 4. v. 23. 24. &c.

Sunt etiam & dicuntur Opera Trinitatis: Ad Extra, & ad Intra. Ad Extra vide Dn. Mart. Lutherum de vltimis verbis Dauidis tom. 8. Ien. pag. 164. Item testimonia sacra demõstrant Gen. 1. v. 26. Ioh. 1. v. 16. Ioh. 14. v. 10. Ioh. 5. v. 16. & 17. Ioh. 16. v. 15. Nazianzenus dicit: Illud ꝙ operatur, est vna tribus personis cõmunis essentia. Opera Trinitatis ad Intra: vide eundẽ Dn. nostrum Lutherum de vlt. verb. Dauidis, tom. 8. Ien. pag. 165. &c.

Augu-

Augustinus lib. 5. de Trinit. dicit: Magna prorsus inopia humanum laborat eloquium. Dictum est tamen *Tres Personæ*, non vt illud diceretur, sed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet. Gratianus Imperator modestissimè ad Ambrosium scribit: Loquimur de his rebus, non vt debemus, sed vt possumus.

De Trinitate rectè dicuntur: Hilarius: In personis est distinctio, discretio, discrimen. Augustinus: Pater est alius persona, seu personaliter. Pater genuit alium, scilicet Filium: non autem alium Deum, sed aliam personam. Damascenus: Est personarum differentia. Hac tamen voce Ecclesia sæpe neque libenter vtitur. Deus est trinus, non essentià, quæ vna & simplicissima est, sed personis. Non rectè dicuntur: In personis est diuersitas, diuisio, separatio. Deus est triplex. Pater est aliud. Pater generat aliud. Deus generat Deum.

Summa: Modi loquendi de hoc summo mysterio, diligenter istuc sunt accommodandi, ne in regulam B. Athanasij impingamus, vbi dicit: Non confundentes personas, neque substātiam separantes. Petrus Lombardus reuerenter allegat verba præfationis Ecclesiasticæ: Verè dignum & justum est, æquum ac salutare, nos tibi semper & vbiq; gratias agere; Domine sancte Pater, omnipotens, æterne DEVS, qui cum vnigenito Filio tuo, & Spiritu sancto, vnus es DEVS, vnus es Dominus, non in vnius singularitate personæ; sed in vnius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, reuelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus, vt in confessione veræ sempiternæq; ue Deitatis, & in personis proprietas, & in essentia vnitas, & in majestate adoretur æqualitas. Quem laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, cœli cœlorumque virtutes, ac beata Seraphim socia exsultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces, vt admitti jubeas, te precamur, supplici confessione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEVS Sebaoth, plena est omnis terra gloria ejus.

Theologorum nostrorum hæ sunt personarum definitiones: Pater primò est prima persona Deitatis. 2. Non genita,

Pater nemo vocatus, quia vnus est Pater, qui in cœlis est, Malach. 1. v. 6. Matth. 23. v. 9. Ephes. 4. v. 6.

neque procedens; sed quæ ab æterno genuit Filium imaginem sui. 3. Creans, sustentans, conseruans, & gubernans vniuersa, visibilia, & inuisibilia, Angelos & homines; cum Filio & Spiritu sancto. 4. Mittens Filium redemptorem, & Spiritum sanctum sanctificatorem.

Christi persona vna est, à Patre distincta, Ioh. 8. v. 16. 18. 1. Cor. 8. v. 6. 1. Tim. 2. v. 6.

Christus & Messias idem, Ioan. 1. v. 42.

Filius primò est secunda persona Diuinitatis. 2. Non creata ex nihilo, sed ab æterno genita à Patre, imago Patris & splendor gloriæ ejus. 3. Per quam Pater creauit, sustentat, cõseruat & gubernat vniuersa, visibilia & inuisibilia, cœlum & terram, Angelos & homines, in Spiritu sancto. 4. Per quam prima Euangelii promissio prolata est protoplastis in Paradiso. Ac juxta hoc decretum missa à Patre in Mundum REDEMPTOR, vt hic Filius ineffabili vnione, in vnam personam diuinæ suæ naturæ copularet æterno fœdere humanam naturam, conceptus per Spiritum sanctum, natus ex Maria virgine, perfectus DEVS, perfectus homo absque peccato, vnus Christus; vt Euangelium ex æterno sinu Patris prolatum enarraret, & juxta id fieret victima pro peccatis totius Mundi: Crucifixus, mortuus, sepultus, descendens ad Inferos; declaratus Filius DEI resurrectione a mortuis tertia die, in justitiam omni credenti: Triumphator ascendens super omnes cœlos, captiuam ducens captiuitatem; ac sedens perfectus DEVS, perfectus homo, vnus Christus, ad dextram DEI Patris, omnia in cœlo & in terra præsens gubernans; mittens Spiritum sanctum in die Pentecostes, visibili specie super Apostolos, inuisibiliter verò in corda credentium per Verbum & Sacramenta, consolans, gubernans, & defendens suam Ecclesiam, venturus in nouissimo die judex viuorum & mortuorum.

Spiritus sanctus primò est tertia persona diuinitatis. 2. Non factus, nec creatus, nec genitus; sed à Patre & Filio ab æterno procedens. 3. In quo Pater per Filium creauit vniuersa, visibilia & inuisibilia, Angelos & homines, creataque sustentat, conseruat & gubernat. 4. Missus à Patre per Filium visibili specie, super Apostolos, qui quoque inuisibiliter mittitur à Patre per Filium, in corda credentium, vt ea sanctificet per Verbum & Sacramenta.

Hæc

Hæc de prima persona Diuinitatis dicta sint; nunc de diuina natura CHRISTI loquemur. Sciendum primò hic est: Filius est secunda persona Diuinitatis. 2. Non creata ex nihilo, sed ab æterno genita à Patre. Vocatur autem secunda persona Deitatis, vsitatè & communiter λόγος, quam appellationem Ioannes Euangelista ex Chaldaica Bibliorum translatione, tempore Christi & Apostolorum, vulgò nota & vsitata, mutuatus est. Tertullianus aduersus Praxeam: In vsum est nostrorum, per simplicitatem interpretationis λόγον sermonem dicere, cùm magis rationem vel cogitationem competat. Hilarius lib. 2. de Trinit. fol. 17. Etenim sermo cogitationis æternus est: cùm qui cogitat, æternus est. Basilius: Quare dicitur λόγος? Vt ostendatur, quod ex mente prodierit, & sit imago genitoris, totum in se ostendens genitorem, & existens propriè: Sicut & noster sermo effigies est totius cogitationis. Irenæus ait: Filium quoque dici λόγον, quia sit persona sonans & loquens cum Patribus, & edens promissiones. Estque notandum, quod Erasmus prolixa citatione ostendit, quondam Ecclesiam legisse: In principio erat sermo. Et ita citaui à Cypriano & Augustino exemplo illius, Sapient. 18. v. 15. Omnipotens sermo tuus Domine exsiliens de cœlo, è regalibus sedibus.

Deinde & secundò dicitur hæc secunda Diuinitatis persona, FILIVS DEI, εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, hoc est, *Imago Dei*, Col. 1. v. 15.

Tertiò dicitur Ἀπαύγασμα τῆς δόξης, seu, *Splendor gloriæ Dei*, Hebr. 1. v. 7. Heb. 1. v. 3. Est autem δόξα, *Copiosa Lux*, vt 2. Cor. 3. v. 7. & Exod. 34. v. 30. περὶ δόξης *Vultus* Mosi legitur, & Luc. 2. v. 9. dicitur: Δόξα Domini circumfulsit Pastores. Ἀπαύγασμα est refulgentia ex illa luce, quia ἀπαύγασμα significat fulgorem, vt δόξα sit quasi fons lucis in corpore Solis. Extat autem Sap. 7. v. 25. 26. pulcherrima explicatio horum vocabulorum, vbi sic legimus: ἐστὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινὴς ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Hoc est: Splendor æternæ lucis est syncera emanatio gloriæ omnipotentis, & immaculatum speculum operationis DEI, & imago bonitatis eius.

Quartò

Quartò dicitur χαρακτὴρ, Heb.1.v.3. id est, Filius Dei, non est euanescens imago, sicut species corporis resplendens in speculo est εἰκών, & quidem euanescens, Iac. 1. v. 21. 22. sed expressa & permanens effigies, sicut nummus est χαρακτὴρ suæ matricis. Sed quia nummus est χαρακτὴρ formæ matricis tantùm, non substantiæ; ideò additur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, id est, imago non qualitatum in Deo, sed substantialis & integra
Luc.1.v.35. imago, communicata ipsi essentia.

Psal.2.v.7. Quintò, FILIVS, ex qua appellatione ratio communica-
Act.13.v.33. tæ essentiæ colligitur: Sicut enim in natura hominum, dicimus
Rom.1.v.4. filium genitum de substantia patris, similem patri: Ita secunda
Ioan.1.v.4. persona Diuinitatis dicitur Filius, quia de substantia Patris na-
Coloss.1.v.16. tus est eius imago.

17. Sextò, GENITVS: Damascenus lib.1. cap.8. Generatio
Hebr.1.v.2. est ex substantia gignentis proferre quod gignitur, simile se-
Matth.1.v.13. cundùm substantiam. *Creare* verò vel *Facere*, non est ex substan-
Ioan.1.v.14. tia creantis vel facientis, sed extrinsecus aliquid producere, nec
Prou.30.v.4. simile secundùm substantiam creantis vel facientis, sed diuer-
Eccles.1.v.16. sum & dissimile. Inde in Symbolo dicitur genitum, non factũ,
Apoc.2.v.23. eò quòd vox (*Genitus*) τρόπον ὑπάρξεως significet.

Genes.32.v. Est igitur Filius ita substantialis imago Patris, quia essen-
29. tia Patris ipsi communicata est. Dicitur autem essentia com-
Iud.13.v.19. municata; quia Pater generando non ita tradidit Filio essentiam, vt se illa exuerit; sed tradendo effecit, vt esset vna & eadem essentia in Patre & Filio, & illa communis vtrique. Neq; enim Pater ita sibi omnia tenet, vt Filius non omnia habeat. Nec omnia ita dedit Filio, vt nunc illa non habeat, sed Ioan. 16.v.25. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Et Ioan. 5. v.16. Sicut Pater habet vitam in semetipso, ita & Filio dedit habere vitam in semetipso. Magnus noster Lutherus hæc omnia explicat in vtiliss. tractatu de nouiss. verbis Dauidis, ad quem Lectorem breuitatis causa remitto. Hic obseruandum est, quàm accuratè & dextrè Sacra Scriptura verba moderetur, loquens de Filio DEI. Deus est & vocatur Pater credentium, Esa. 63.v.16 Tu enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos: Tu Domine Pater noster, redemptor noster, à seculo nomen tuum.

Vt au-

Vt autem intelligeremus, quod alia ratione sit Pater Domini nostri IESV CHRISTI, & alia ratione noster Pater: dicitur Ioh. 5. v. 18. πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν; cujus vocis vim & emphasin Iudæi benè intellexerunt; quia dicũt, æqualem se faciens DEO. Deus etiam credentes appellat filios, Esa. 1. v. 2. Filios enutriui & exaltaui: Ipsi autem spreuerunt me. Sed credentes filij dicuntur per υἱοθεσίαν, vel adoptionem. Nam cùm natura essemus filij iræ, Eph. 2. v. 3. Dedit potestatem nobis filios DEI fieri, Ioan. 1. v. 12. De CHRISTO autem dicit Paulus, ἰδίου υἱοῦ non pepercit DEVS, Rom. 8. v. 32. Credentes quoque dicuntur nati ex DEO, Ioh. 1. v. 13. Verùm sacra Scriptura rationem illius generationis disertè explicat, Iac. 1. v. 3. Voluntariè nos genuit verbo Veritatis. 1. Pet. 1. v. 3. Secundùm misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam. Et Ioh. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. De Filio verò dicit Ioh. 1. v. 14. 16. 18. μονογενὴς παρὰ πατρὸς; Ioh. 1. v. 18. 1. Ioh. 4. v. 9. Quia ex essentia Patris natus est, sicut Symbolum Nicenum dicit.

Sequuntur appellationes, quas Scriptura tribuit Filio Dei.

Hieronymus in Epist. ad Marcellam, quæ numero est 136. ait, decem esse nomina maximè illustria; Primò אל Septuaginta Θεὸν vertunt. Aquila verò etymologiam exprimens, ἰσχυρὸν, *Fortem*, reddidit. 2. אלוה. 3. אלהים: quorum vtrumq; DEVM denotat. 4. צבאות, virtutum vel exercituum (Deus) juxta Aquilam. Septuaginta, (GOtt) der Heerscharen/ 5. אריכן, Excelsus. 6. אשרדהוים; qui est vel erit, in Exodo. 7. ה, quod in DEO tantùm ponitur, & in Allelujach extrema quoque syllaba sonat. 8. יהוה, τετραγράμματον, ἀνεκφώνητον, id est, ineffabile existens Iudæis. Quod vocabulum Lutherus, vbiuis majusculis literis (HERR) expressit. 9. שדאי, ἀλκίμος, *Robustus*, & αὐτάρκης, ad omnia efficienda perficiendaque sibiipsi sufficiens. 10. ארבאי, κύριος, quem nos Dominum generaliter appellamus. Hæc firmissimè Filium esse DEVM probant, id quod sic jam ostendemus.

1. Vocatur Deus אל אלה & אלהים, Iohan. 1. v. 1. Verbum erat DEVS. Hebr. 1. v. 8. Psal. 8. 45. v. 7. & 8. Ad Filium autem dixit: Thronus tuus Deus in seculum seculi: propterea

vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis, vltra consortes tuos. Actor. 2. v. 28. Deus acquisiuit Ecclesiam sanguine suo. Matth. 1. v. 23. ex Esa. 7. v. 14. Emanuel vocabitur, quod exponitur, *Nobiscum Deus*: Esa. 9. v. 6. Deus fortis Item Psal. 68. (quem Paulus Eph. 4. v. 8. de Christo interpretatur) v. 18. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantiũ, Dominus in eis, &c. Sunt & alia testimonia, quæ tribuunt Christo appellationem Dei, cum tali descriptione, Rom. 9. v. 5. Qui est super omnia Deus in secula benedictus, Ioh. 1. v. 1. & 3. καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος: & quidem talis Deus, per quem omnia facta sunt, 1. Ioh. 5. v. 20. Sumus in vero Filio eius Iesv Christo, hic est verus Deus, & vita æterna, Tit. 2. v. 13. Exspectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesv Christi. Ioan. 20. v. 28. Thomas inuocat Christum, dicens: Dominus meus, & Deus meus. Gal. 4. v. 8. 1. Cor. 8. v. 5. & 6. Ioh. 10. v. 34. 35. & 36. &c.

2. Tribuit etiam S. Scriptura Christo nomen Dei proprium יהוה, Lucæ 2. v. 34. Pet. 2. v. 8. Christus vocatur lapis offensionis, petra scandali: sed Esa. 8. v. 13. 14. legitur: Et erit יהוה vobis in sanctificationem, in lapidem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel. Hinc patet, Christum verè & natura esse Devm, non nuncupatione tantùm. Esa. 6. v. 1. Vidi יהוה sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus majestatis ejus. Sed Ioannes dicit cap. 12. v. 41. Hæc dicit Esaias, quomodo vidit gloriam Christi, & locutus est eo. Ergo Christus est natura Deus. Zach. 12. v. 10. loquitur יהוה. Et aspicient ad me, quem confixerunt: sed Ioannes cap. 19. v. 37. de Christo ait: Videbunt in quem transfixerunt. 1. Cor. 10. v. 9. dicit Paulus, Iudæos in deserto tentasse Christum: sed Exod. 16. v. 7. & 7. v. 2. Item Num. 14. v. 22. dicuntur tentasse יהוה. Rom. 14. v. 11. Paulus de Christo exponit: Mihi sese flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Sed Esa. 45. v. 21. 22. & 23. Ego Dominus, & non est vltra Deus absq; me, Deus justus & saluans non est præter me. Ego Deus & nõ alius, mihi curuabitur omne genu, & jurabit omnis lingua. Ergo Christus non nuncupatione, sed verè & natura

Deus

Deus est, quia tribuitur illi gloria, quæ soli DEO competit. Hierem. 23. v. 6. & 33. v. 16. Hoc est nomen eius, quod vocabunt eum יְהוָה, *Iustitia nostra*: Lutherus, Man wird jhn nennen / Der HErr / der vnser Gerechtigkeit ist. Sed 1. Cor. 1. v. 30. Christus factus est nobis à Deo justitia. Sic autem justificare, tollere peccatum & iram Dei, reddere verò justitiam & vitam æternã, nemo potest nisi solus DEVS. Hinc sequitur, Christum verè & natura esse Deum. Hoc argumentum firmissimum est, & ita premit Iudæos pertinaciter negantes, Messiam esse Deum, vt cùm nulla alia elabendi ipsis rima pateat, manifestam falsationem textus inducant. יְהוָה est nomen proprium DEI. Quia enim vocabulum *Deus*, tribuitur etiam idolis, vt 1. Cor. 8. v. 5. & aliàs sæpe; voluit DEVS hac peculiari appellatione discerni ab omnibus aliis commentitiis numinibus. De significatione verò Rabini non tantùm subtiliter, sed superstitiosè etiam disputant, quæ annotauit Burgensis in additionibus super 6. cap. Exod. Traditio Iudæorum est, quod dicunt, hoc nomen mysterium esse Vnitatis & Trinitatis DEI: Per י enim intelligi Patrem, qui est principium & origo omnium rerum: Per ה Filium, per quem omnia facta sunt: Per ו, quæ est conjunctio copulatiua, Spiritum sanctum, qui est amator & nexus vtriusq; ab vtroque procedens: per geminatum vero alterum ה, alteram in CHRISTO naturam, humanam scil. denotari. Vocant autem τετραγράμματον, & dicunt esse ἀνεκφώνητον seu ineffabile: & ob reuerentiam non pronuntiant, sed loco eius legunt Adonai, &c. De his pluries apud Theologos.

Tertiò ad nomen DEI יְהוָה pertinet etiam אדני, Psal. 110. v. 1. Dixit Dominus Domino meo, & 1. Corin. 8. v. 6. Vnus est Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

Quartò & Quintò tribuit etiam S. Scriptura Christo nomen אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה & יָהּ quod per contractionem ex nomine יְהוָה est factum. Quo cùm Deus seipsum nominet; & tamen Christo accommodetur, sequitur necessariò, Christum esse verum Deum. Testimonia extant Exod. 3. v. 14. Moses interrogat: Quod est nomen tuum? Respondet Deus: Ego sum, qui

ſum. Et ſic dices: Qui eſt, miſit me. In Apocal. ſæpe reperitur: ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος. Et in 1. c. v. 7. manifeſtè tribuitur Chriſto. Ait enim Ioannes: Ecce venit cum nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui eum pupugerunt: Ac Chriſtum loquentem infert v. 8. Ego ſum τὸ Α καὶ τὸ Ω, principium & finis, dicit Dominus Deus. Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt. Item v. 17. 18. Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus: Et ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni: Ergo Chriſtus verè & natura Deus. Et videtur huc reſpexiſſe Chriſtum, Ioh. 8. v. 58. Antequam Abraham naſceretur, ἐγώ εἰμί; Heb. 13. v. 8. Chriſtus hodie, heri, & in ſecula. Sic Eſa. 41. v. 4. Ego Dominus primus, & nouiſſimus ego ſum. Eſa. 44. v. 6. Hæc dicit Dominus Rex Iſraël, & Redemptor eius, Dominus exercituum, Ego primus & nouiſſimus, & abſq; me non eſt Deus. Eſa. 48. v. 12. Audi me Iacob, & Iſrael quem ego voco. Ego ipſe, Ego primus: Ego nouiſſimus. Manus quoque mea fundauit terram: Apoc. 1. v. 17. Chriſtus ita vocatur. Ergo verè eſt Deus.

Sextò, ſoli Deo tribuitur nomen צבאות, quod & Chriſto manifeſtè tribuitur. Nam locum Eſa. 8. v. 14. loqui de Chriſto conſtat ex narratione Simeonis, Luc. 2. v. 24. & Petri 1. Pet. 2. v. 8. vbi vocatur Dominus Zebaoth. Paulus ſcribit 1. Cor. 2. v. 8. Dominum gloriæ crucifixerunt. Sed Pſal. 24. v. 8. & 10. dicit: Dominus Zebaoth eſt Rex gloriæ: Ergo Chriſtus crucifixus verè eſt Deus.

Septimò, עליון propriè de Deo dicitur; ſed tribuitur etiam Chriſto. Eſt enim manifeſtũ, Pſal. 47. loqui de Chriſto v. 3. & 6. Aſcendit Deus in jubilo; quoniam Dominus, Dominus excelſus. Sed Chriſtus, exacto opere redemptionis, & ſuperata morte ac Diabolo, aſcendit in cœlos. Ergo Chriſtus Deus eſt. Pſal. 99. v. 2. loquitur de Deo, qui ductor fuit populo in deſerto: Dominus in Sion magnus & excelſus ſuper omnes populos. Sed 1. Cor. 10. v. 4. Paulus affirmat, Chriſtum *fuiſſe* ductorem populi, in deſerto. Ergo Chriſtus verè Deus.

Octauò, vocatur etiam Chriſtus Filius Dei, à quo credentes in eum, in nomine ipſius habeant vitam æternam: Ioh.

20. v. 31.

20.v.31. Hæc scripta sunt, vt credatis, quoniam IESVS est Christus Filius DEI; vtque credentes vitam habeatis in nomine ejus. Ergo est verè & naturâ Deus, non modò viuens, aut vitam habens, sed aliis etiam vitam impertiens.

Tribuitur etiam Christo nomen שדי παντοκράτωρ, vel αὐθαιρετ. Apoc.1.v.8. Dominus qui Deus est, qui fuit, qui venturus est, omnipotens. Et 16.v.14. Congregate illos ad prælium, ad diem illum magnum DEI omnipotentis. Hæc de Christo dici manifestum est: Quia Pater omne judicium dedit Filio, Ioh.5.v.22. Apoc.17.v.14. Agnus est Rex Regum, Dominus dominantium. Et cap.19.v.13.&16. ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ habet in femore & in vestimentis scriptum nomen, Rex Regum, & Dominus dominantium. Sed 1.Tim.6.v.15. affirmat Paulus, illum titulum pertinere ad solum verum Deum. Solus potens, inquit, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, &c. Item Ps.89.v.53. Benedictus sit יהוה in secula. 2.Cor.11.v.31. Deus & Pater Domini nostri IESV CHRISTI scit, qui est benedictus in secula. Et Rom.9.v.5. Christus est Deus super omnia, benedictus in secula.

Testimonia, quæ soli diuinæ naturæ conueniunt, & in Scriptura CHRISTO tribuuntur, talia sunt. 1. *Essentia infinita.* Matth.18.v.20. Vbicunque duo aut tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ioh.3 v.13. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo. Adesse verò vbique, exaudire & opitulari vbique, propria sunt diuinæ naturæ: sicut id patet ex Ierem.23.v.24. Nunquid non cœlum & terram impleo? Dicit Dominus. 2. *Actio vniuersalis in creatione*, Ioh.1.v.3. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Col.1.v.16. Omnia per eum condita sunt. Hebr.1.v.2. Per quem & secula fecit. Quodque illa testimonia firmissimè probent, Christum esse DEVM; inde manifestum est. Nam Hier.10.vel 11. dicit Dominus: Si in Babylone vocentur ad idola, sic dicetis eis: Dij qui non fecerunt cœlum & terram, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt. 3. *Prouidentia, sustentatio, conseruatio, & gubernatio* rerum creatarum. Hebr.1.v.3. Ferens omnia Verbo virtutis suæ. Ioh.5.v.17.

29. 21. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor : quæ ille fecit, Filius similiter fecit. Sicut Pater exsuscitat mortuos, ita & Filius viuificat quos vult. Item Luc 19. v. 42.43.44. &c. & 21. v. 6 & seqq. Matth. 24. v. 2. & seqq. 4. *Actio spectatur*, in beneficiis erga Ecclesiam, quæ omnipotentis naturæ sunt propria. Esa. 45. v. 21. Deus justus & saluans non est præter me, dicit verus יהוה. Sed Ioan. 10. v. 28. inquit Christus : Ego vitam æternam do eis. Et Ioan. 14. v. 13. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, hoc ego faciam. Et Ioan. 15. v. 5. Sine me nihil potestis facere. Luc. 11. v. 13. Pater dat Spiritum sanctum petentibus. Et Ioan. 20. v. 22. inquit Filius: Accipite Spiritum S. 5. Est & hoc proprium naturæ omnipotentis. Ioan 10. v. 17. 18. Ego ponam animam meam, & sumam eam rursus. Nemo tollit eam à me, potestatem habeo ponendi eam, & sumendi eam. Quod cùm verè de CHRISTO sic dicatur, manifestè etiam probat, ipsum esse DEVM omnipotentem. De diuite autem dicit Christus, Luc. 12. v. 20. Hac nocte tollent animam tuam à te, &c. In genere videbimus, quomodo & quare CHRISTVS dicatur DEVS.

Sic autem CHRISTVS dicitur DEVS, quia apertè dicitur DEVS, quod his probatur S. Scripturæ testimoniis, Gen. 32. v. 28 Esa. 7. v. 14. & 9. v. 6. & 25. v. 9. & 43. v. 11. 12. & 35. v. 4. Item 40. v. 3 & 45. v. 15. 21 22. 23. 24. &c. Ierem. 33. v. 15. 16 Oseæ 1. v. 7. Zachar. 2. v 8. 9. Malach. 3. v. 1. 5. Psal. 45. v. 7. Matth. 1. v. 21. 23. & 11. v. 4. 5. & 15. v. 30. & 3. v. 3. Marc. 1. v. 3. Luc. 3. v. 4 & 1. v. 16. 17. Act. 4. v. 12. & 20. v. 28. Rom. 14. v. 11 & 9. v. 5. Ioan. 1. v. 23. 1. Cor. 2. v. 8. Gal. 1. v. 12. Phil. 2. v. 6. Col. 1. v. 15. 19. & 2. v. 9. 1. Tim. 3. v. 16. Tit. 1. v. 3. 4. & 2. v. 13. 2. Pet. 1. v. 3 Hebr. 1. v. 8. 1. Ioh. 5. v. 20. Apocal. 21. v. 7. 22.

Quia dicitur & est IEHOVA, Esa. 45. v. 24. &c. Ose. 1. v 7. Zach. v. 8. 9. Malach. 3. v. 1. Patet itidem ex mutua inter se collatione testimoniorum Vet. ac Noui Testamenti: vt Exod. 3. v. 2. & 13. v. 4. & 14. v. 24. & 20. v. 2. Deut. 30. v. 20. & 6. v. 16. Esa. 6. v. 1. 9. 10. & 8. v. 13. 14. & 25. v. 10. & 40. v. 3. 10. & 41. v. 4. & 44. v 6 & 48 v. 12. & 43. v. 11. & 45. v. 5. 12. 18. 21. Ierem. 9. v. 23. & 23. v. 6. Ezech. 16. v. 60. 62. Iosue 1. v. 1. & 24. v. 19. Psal. 24. v. 10. &

89. v. 22.

89.v.21.&102.v.1.26.27.28.&130.v.7.8. Matth.22.v.43.&21.v.42.&3.v.3.&1.v.21.&10.v.15. Marc.12.v.35.36.37.&1.v.3.&9.v.19. Luc.20.v.44.&3.v.4.&5.v.34. Ioh.14.v.6.&12.v.39.40.41.&8.v.39.&1.v.23.&4.v.14.42. 1.Ioh.5.v.20.&4.v.14. Acto.7.v.30.32.&17.v.28.&4.v.25.&2.v.34.&4.v.12. 1.Cor.10.v.4.9 &c.&1.v.9.30.&2.v.8. 2.Cor.11.v.2. Hebr.1.v.12.10.11.&9.v.15.16. Tit.2.v.14.&1.v.3. Rom.9.v.33.&14.v.11. 1.Pet.2.v.7. 2.Pet.1.v.1. Phil.2.v.10. Colosl.1.v.16. Eph.5.v.24. Gal.6.v.14. Apocal.1.v.5.&c.&21.v.6.&22.v.13.&19.v.7.&21.v.2. Oscæ 1.v.7.

Dicitur Iehouam seruaturum domum Iehudam in Iehoua Deo suo: Atqui nemo nisi in Christo & per Christum seruatur. Ezech.16.v.8. Oseæ 2.v.19.&6.v.1.&13.v.4.14.&14.v.2.3. Psal.45.v.11.12. Psal.2.v.6. Ioël.2.v.27.28. Mich.2.v.12.13. Matth.1.v.21.&9.v.15. Luc.1.v.32.33. Ioh.4.v.42.&3.v.29.&5.v.26.&1.v.29.&15.v.26.&10.v.16.&11.v.27.28.&2.v.21.&3.v.36.&6.v.29.35.40.47.&9.v.35.&14.v.1.6.&17.v.3. 1.Ioh.4.v.14. 1.Pet.1.v.1. Actor.2.v.33.&4.v.12.&16.v.31.&23.v.19.&24.v.24. Tit.1.v.1. 2.Cor.11.v.2. 1.Corin.15.v.55.&c. Eph.2.v.6.&1.v.15. Col.3.v.1.&1.v.4.&2.v.5. 1.Tim.2.v.6.&3.v.13. 2.Timoth.1.v.10.&3.v.15. Hebr.2.v.14. Gal.2.v.16. Apocal.19.v.7.&21.v.2.9.&2.v.27.

Quia omnipotens. Ioan.3.v.31.&10.v.18.&14.v.14. Philipp.3.v.21. Hebr.1.v.3. Apoc.1.v.18.&3.v.7.&4.v.8.&17.v.14.&19.v.15.16.

Quia peccata remittendi authoritatem habet, Matth.9.v.6. Marc.2.v.5.&c. Luc.5.v.20.&7.v.48. Peccata remittere est solius Dei, Esa.43 v.25. Mar.2.v.7. Luc.5.v.21.

Quia potestatem miracula edendi confert, Matth.10.v.8. Mar.6.v.7.&16.v.17. Luc.10.v.19. Ioh.14.v.12. Act.3.v.6.&c.&14.v.3.

Quia est author resurrectionis, Ioan.5.v.21.&6.v.39.&c.&11.v.25. 1.Cor.15.v.21.

Quia Rex Regum, & Dominus dominantium, Apocal.19.v.16. Paulus tribuit Patri, 1.Tim.6.v.15.

Eiusdem ergo est Christus potentiæ cum Patre, quia

Serua-

Seruator, Matth.1.v.21. Act.4.v.12. 1. Ioan.4.v.14. Tit.1.v.3.4. & 2.v.13. atqui hoc non nisi vero Iehouæ competit, Esa.44. v.11. & 45.v.22. Quod autem hæc appellatio ministris Verbi tribuitur, 1.Tim.4.v.16.Iac.5.v.20. eò fit, quia illi sunt administri salutis per Euangelicam doctrinam, 1.Cor.3. v.9.& 4.v.11.

Quia Euangelium, quod testimonium DEI dicitur, 1. Cor.2.v.1. dicitur Christi testimonium, 1.Cor.1.v.6. Quia sperare dicuntur Gentes in eo, Esa.11.v.10. Paulo interprete, Rom.15.v.12. & beati dicuntur qui sperant in eum, Psal.2.v.12. Atqui maledictus, qui spem suam locat in homine, Ierem.17. v.5.7. Beatus contrà, qui fidit Deo, Psal.84.v.13.

Quia suscitauit seipsum, Rom.1.v.4. Ioh.10.v.18.

Quia Spiritum sanctum mittit, Zach.12.v.10.& 2.v.15. Mich.4.v.7.& 5.v.3.& 7.v.18. Esa.53.v.6. Matth.2.v.6. Luc 1. v.33. Rom.9.v.5. Iohan.10.v.18.& 1.v.29. 1.Pet.2.v.24. Agg.2. v.7. Hebr.12.v.25.&c. duo introducuntur sub nomine Iehouah, Mittens & Missus, quorum vterque Iehouah dicitur. Nō sunt autem duo Iehouæ, sed vnus, Deuter.6.v.4. Plures ergo in DEO sunt personæ, vt antè & post hoc loco citatur.

Quia μονογενὴς est vnigenitus DEI Filius, Ioan.1.v.18. & 3.v.14 &c. 1.Ioh.4.v.9. Fatemur idem in Symbolo Apostolico, Rom.1.v.3.

Quia imago Patris, Ioh.14.v.7.&c. 2.Cor.4.v.4. Col.1. v.15. & Hebr.1. quia imago aut similitudo non est diuersarum inter se rerum, sed similium & parium.

Quia æqualis DEO Patri, Philip.2.v.6.

Quia æternus, Mich.5.v.2. Prouer.8.v.12. Ioan.1.v.1.& 8. v.58. Coloss.1.v.17.18. 1.Ioh.1.v.1.& 2.v.13. Apocal.1.v.8.17.&21. v.6.& 22.v.13.

Quia author electionis est, Iohan.13.v.18.

Quia omnia ipsaque arcana cordium nouit, Matth.9.v.4. & 15.&c.& 16.v.8.& 17.v.17.& 22.v.18. Marc.2.v.8.& 14.v.13. Luc.5.v.22.& 9.v.47.& 11.v.17.& 22.v.10. Ioh.1.v.48.& 2.v.24. & 5.v.42.& 6.v.15.& 11.v.14.& 13.v.11.& 14.v.29.& 16.v.4.& 18.v.4. Apoc.2.v.9.&c.& 3.v.1.15. Quod solius DEI est, 1.Reg. 8.v.29. 2.Paralip.6.v.20.

Quia

Quia credendum est in eum, vt Deum, Ioan.14.v.1.

Quia donat æterna premia, Ioh.5.v.24.&6.v.40.

Quia eductor populi Israelitici, ex Ægypto, quem tentauerunt in deserto, 1.Cor.10.v.4.9. Exodi 23.v.20.&c. Illa eductio populi vero & æterno Deo tribuitur, Exod.20.v.1.&c.

Quia exaudit inuocantes se, Ioan.14.v.14.

Quia in forma Dei est, Phil.2.v.6.

Quia gloria illa ejus æterna, Ioh.17.v.5.

Quia gloria illa, quam Esaias vidit, Esa.6.v.1. fuit Christi gloria, Ioh.12.v.14.

Quia gratiæ & pacis largitor, id quod patet ex precibus Pauli, in quibus Filium cum Patre conjungit, Roman.1.v.7. 1.Cor.1.v.3.& 16.v.24. 2 Cor.1.v.2.& 13.v.13. Gal.1.v.3. Eph.1.v.2. Phil.1.v.2. Coloss.12.v.1. Thess.1.v.2. 1.Tim.1.v.2. 2.Tim.1.v.2. Tit.1.v.4.

Quia illuminat, Iohan.1.v.9. quod est solius DEI proprium, Exod.4.v.11.

Quia judicat viuos & mortuos, Ioh.5.v.22.27. teste Symbolo Apostolico.

Quia est objectum fidei, Esa.8.v.14.&28.v.16.Psal.2.v.12. Luc.2.v.34. Roman.9.v.33. 1.Pet.2.v.8. Matth.28.v.19. Marc.19.v.16.

Quia virtus eius diuinos effectus habet, Rom.15.v.18.&c. 2.Cor.12.v.9. Hebr.1.v.3.

Quia vita fuisse in Christo dicitur. Ioh.1.v.4. Atqui in solo Deo viuunt, mouentur ac subsistunt omnia, Act.17.v.28. Rom.11.v.36. 1.Cor.8.v.6.

Quia vnus essentia cum Patre, Ioh.1.v.8.&5.v.18.&8.v.38.&14.v.10.20. Phil.2.v.6.

Quia creator, Ioh.1.v 3.&5.v.17. Coloss.1.v.16. Hebr.1.v.2.3.10. Apocal.3.v.14.

Quia adorandus, Psal.97.v.7. Hebr.1 v.7. Lucæ 24.v.52. Ioh.2;. Phil.2.v.10. Apocal.4.v.8.&c. Atque solus Deus ado- [illegible] hh [illegible] ran-

Bernh. super Cant. sermone 57. Christus humanitatem ab Ecclesia subtraxit, vt daret locũ fidei. August. super Matth. cap. 5. Ego sum via, veritas & vita, tanquam diceret, qua vis ire? Ego sum via: quo vis ire, Ego sum veritas: vbi vis permanere? Ego sum vita. Idem super Ioan. Ambulare vis? Ego sum via, falli non vis, Ego sum veritas, mori non vis, ego sum vita.

randus; Deut.6.v.13.&10.v.20. Matth.4.v.10. Luc.4.v.8. Act. 14.v.15. Apocal.14.v.7.

Quia baptizandum in nomine Christi, Matt.28.v.19.

Quia idem cultus & honor debetur DEO Filio, qui & DEO Patri. Ioh.5.v.23. 1.Ioh.2.v.22.23. Atqui clamat DEVS Esa.42.v.8. se gloriam suam alteri non daturum. Ergo Filius cum Patre idem in essentia Deus.

Quia curuabitur ipsi omne genu. Rom.14.v.11. Philip.2. v.10. Atqui id est solius Iehouæ, Esa.45.v.23.

Quia inuocandus, Esa.11.v.10. Rom.15.v.12. Matth.18. v.20. Luc.24. Act.7.&9.&22. Rom.1.v.7. 1.Cor.1.v.2. 2.Cor. 1.v.2. Gal.1.v.3. Eph.1.v.2. Phil.1.v.2. Coloss.1.v.2. 1.Thess.1.v.1. &5.v.11. 2.Thess.2.v.16. 1.Tim.1.v.2. 2.Tim.1.v.2. Tit.1.v.4. Philem.3.v.25. 1.Pet.5.v.14. Apocal.22 v.20.21.

Quia iuratur in eius nomine, Esa.45.v.23. Rom.14.v.11. &c. Hæc sat sufficienter demonstrant, Christum verè & naturâ Deum; non autem titularis Deus, veluti hæretici blasphemè nugantur.

Videamus & paucis Patrum orthodoxorum sententias:

Bernhardus super Cant. ait: Habemus Christum Iesum ex Patre nascentem, in Patre cubantem, cum Patre sedentem, sub Patre pendentem, à Patre ambulantem, pro Patre stantem, & sine Patre morientem. Idem in quodam sermone: Sub Christi scapulis quatuor nobis beneficia conferuntur, sub his enim abscondimur; sub his ab incursu accipitrum & miluorum protegimur, sub his vmbraculum salubre nos refrigerat, nimium Solis feruorem repellit, sub his quoque alimur & fouemur. Idem Serm.22. CHRISTVS factus est nobis sapientia in prædicatione; justitia, in peccatorum absolutione; sanctificatio in conuersatione; redemptio in passione.

Chrysostomus in 10. Matth. homil.25. Sicut nullus est locus, vbi non appareat Sol, aut non sentiatur calor eius: sic nullus erit locus, vbi non cognoscatur Christus, aut non intelligatur Diuinitas ejus.

Augustin. de gra. Chr. Aut cum Christo, aut cum Diabolo nos esse oportet, nec est locus medius.

Bernhard. in serm. Aliud sequi Iesum, aliud tenere, aliud manducare. Sequi salubre consiliũ, tenere & amplecti, gaudiũ solemne, manducare, vita beata.

Iustinus Martyr in Respons. ad Orthodox. Quemadmodũ Deus totus est vbique, & totus in vnoquoq; & totus in seipso, & huius fidem habemus: sic & eius simplicitas tota est Filius, & tota est habens Filium, & tota consilium est, & tota est habens consilium.

Augustin. super Matth. cap. 5. Ideò permittitur inimicus juxta viam ponere laqueos: ne securitate exultationis via deseratur, & in insidias incitatur. Via Christus humilis, Christus veritas & vita: Christus excelsus, & Deus, si ambules in humili, peruenies in excelsum. Idem supra Ioan. Attulit Christus veritatem, vt rector: Mansuetudinem vt liberator: justitiam vt cognitor. Idem contra Fœlic. Erat Christus vno atque eodem tempore totus in inferno, totus in cœlo: Illic patiens injuriam carnis, hic non relinquens gloriam Deitatis, erat apud Inferos resurrectio mortuorū, erat apud cœlos vita viuentium.

Hieronym. ad Paul. ait: Christus sanctificatio est, sine qua nemo videt Filium Dei, seu faciem Dei, Christus redemptio, id est, redemptor & pretium, Christus omnia, vt qui omnia præter Christum dimiserit, vnum inueniat pro omnibus, & possit liberè clamare: Pars mea Dominus, &c.

Gregor. Homil. 4. Redemptor noster homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, & ad cœlos ascendendo, aquila factus est. Idem super Cantic. Gemma dulcedo suauitatis exuberat in pectore Domini Iesv: longanimitas in exspectando, & facilitas in donando; nomen Iesv quàm charum, quám vtile, salubre: si vtile non esset, mihi non effunderetur; si salubre non esset, me non lucraretur. Iesvs mel in ore, melos in aure, jubilus in corde. Idem: Ne Mundi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi pro his sapientia Christvs: ne seducaris spiritu mendacij & erroris, lucescat tibi veritas Christus, ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christus.

Damascen. in Matth. 16. Nomen enim Christi exprimit vnitatem personæ in duabus naturis, exprimit etiam dignitatem regiam, & sacerdotalem, & gratiæ plenitudinem propter vnctionis prærogatiuam.

S. Hippolytus Episcopus & Martyr: In oratione quam fecit in illud: Dominus pascit me. Meminit Theodoretus Dialog. 1.

Bernhardus super Cantic. Nihil ita sicut nomen Iesv, iræ impetum cohibet, superbiæ rumorem sedat, liuoris vulnus sanat, luxuriæ fluxū restringit, libidinis flammā extinguit, sitim auaritiæ temperat, ac totius dedecoris pruriginem fugat. Idem: Dignus planè est morte, qui tibi recusat viuere, & qui tibi nō sapit, desipit, & qui curat esse, nisi propter te, & pro nihilo est, & nihil est. Propter teipsum fecisti omnia, & qui esse vult sibi & nō tibi, nil esse incipit inter omnia. Hilar. in Matth. Quid iugo Christi suauius? quid onere leuius, probabilem fieri, scelere abstinere; bonum velle amare omnes, odisse malum, æterna consequi, præsen-

præsentibus non capi, nolle inferre alteri, quod sibi perpeti sit molestum.

Bernhar. super Cant. Quis nō post illum libenter atque alacriter currat, qui & ab errore liberat, & errata dissimulat? qui deinde merita viuendo tradit, & præmia moriendo conquirit?

logo 1. fol. 56. Arca ex lignis quæ putrescere non poterant, erat ipse Seruator. Eius enim tabernaculum nulli putredini obnoxium, & ab interitu alienum ideò prædicabatur, quòd nullam peccati putredinem produxisset. Qui enim peccauit, confitetur & dicit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Dominus autem erat à peccato alienus, vt qui ex lignis putrefactioni minimè obnoxiis, quod ad humanitatem attinet, nempe ex Virginis, & Spiritus DEI Verbi, veluti auro purissimo, intra & extra esset contectus.

Bernhardus super Cantic. Prudentia vera in Christi doctrina, justitia in Christi misericordia; temperantia in Christi vita; fortitudo in eiusdem passione requiruntur, &c.

Testimonia Scripturæ sacræ, Filium esse coæternum Patri, hæc sunt: Ioan. 6. v. 62. Si videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius. Ioan. 17. v. 5. Glorifica me ea gloria, quam habui apud te, antequam Mundus fieret. Psal. 72. v. 17. Erit nomen eius in secula, ante Solem permanet nomen eius. Illum locum Burgensis eruditissimè explicauit in scrutinio. His accedunt & alia testimonia, vt Tit. 1. v. 2. Quem promisit DEVS ante secularia tempora. Et Ephes. 1. v. 4. Elegit nos in Christo, priusquam jacerentur fundamenta Mundi. Clarius & manifestius hoc explicauit Micheas cap. 5. v. 2. Egressus eius ab initio ante dies Mundi. Et Esaiæ cap. 53. v 8. Generationem eius quis enarrabit? Hæc collatio testimoniorum multum lucis confert: Ex his fundamentis in Symbolo Nicæno positum est: *Ante omnia secula.* De PATRE Scriptura ita loquitur; A seculo tu es Deus: vt de Filio ἀπ' ἀρχῆς, 1. Ioh. 1. v. 1. Sic Psal. 90. v. 2. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis. Et mox explicando addit: A seculo & in seculum tu es Deus. Sicut & Prouer. 8. v. 22. & seqq. de Filio DEI dicitur, & eo respexit Ioannes, cùm dixit: In principio; quod explicatur Ab æterno. Sic Esa. 43. v. 10. dicitur: Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.

Filium esse coæqualem Pátri, sic comprobatur ex S. Scripturæ testimoniis: Ioh. 5. v. 18. Iudæi magis quærebant eum interficere, quod non solùm soluebat Sabbathum, sed & Patrem

trem suum dicebat Deum æqualem se faciens Deo, Phil.2.v.6. & 7. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus sit homo. Ab operibus Dei indiuisis, & toti Trinitati communibus, vt Ioh.5.v.19 21. Quæcunque Pater facit, Filius similiter facit. Sicut Pater exsuscitat mortuos; ita Filius quos vult, viuificat. Item v.26. Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit Filio habere vitam in semetipso. Illud testimonium Cyryllus eruditè exponit de diuina natura Christi, & continet ipsissimam definitionem ὁμουσίας. Pater enim dedit Filio non aliam vitam, sed illam ipsam qua ipse viuit: & tamen ita dedit totam, vt sibi totam retinuerit, quod proprium est consubstantialitatis. Ioh.16.v.15. Omnia quæcunque Pater habet, mea sunt. Ioh.17.v.10. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Quod autem coæqualitas pertinet ad ὁμουσίαν, manifestum est ex Psal. 89.v.27.28. Ipse inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, Excelsum præ Regibus terræ, &c.

Filium esse consubstantialem Patri, sic probatur; quia ex substantia Patris ante secula est natus, Psal.2.v.7. Ego hodie genui te. Vt in Hebræo verbum ילד, quod communi Hebraistarum sententia significat de essentia gignere. Ergo ὁμουσία Filij hoc testimonio luculenter probatur.

Testimonia Patrum ac S. Scripturæ, de humana natura in Christo, seu Christi incarnatione sunt hæc:

Augustinus lib. de catechiz. rudibus: Omnia bona terrena contempsit homo Christus, vt ea contemnenda monstraret, & omnia terrena mala sustinuit, quæ sustinenda præcipiebat: vt nec in illis quæreretur felicitas, nec in illis timeretur infelicitas. In ciuitate vili est natus, cuius patria erat cœlestis. Pauper est Christus factus, cuius sunt omnia, ne de terrenis diuitiis

Athanas. lib. 2. Quemadmodum non liberati essemus à peccato & maledicto, nisi natura humana caro esset, quam Verbum induit, nihil enim nobis fuisset commune cum alieno: Ita nec homo Deus factus esset, nisi natura ex Patre, & verum & proprium esset eius Verbum, quæ caro factus est. Propterea enim talis facta est coniunctio Diuinitati quæ est secunda naturam

ram hominem coniungeret, firmaq; ac stabilis esset eius salus & Deificatio. Qui ergo ex Patre natura esse negant, & proprium eiusdē substantiæ Filium: negent etiam eum veram carnem & humanam assumpsissé ex Maria virgine.

quisque extolleretur. Noluit Rex ab hominibus fieri, quia humilitatis viam ostendebat miseris. Esuriuit, qui omnes pascit; sitiuit, qui est fons sitientium; fatigatus est ex itinere, qui viam facit nobis in cœlum; obmutuit & obsurduit, per quem mutus locutus est, & surdus audiuit; vinctus est, qui infirmitatum vincula soluit; mortuus est, qui mortuos suscitauit. Amore itaque eius similia patiamur, vt clamat Paulus ad Philippenses.

Gregorius lib. 3. Moral. Mediator DEI & hominum, vt culpas nostræ transgressionis extingueret, venit mortalitatis nostræ flagella tolerare: & qui Patri æqualis est per diuinitatem, propter nos venit ad flagella per carnem. Quæ nimirum flagella non susciperet, nisi formam hominis damnati redimendo sumpsisset. Et nisi prius homo delinqueret, secundus ad passionum probra minimè veniret. Christus in carne natus de Virgine, contagio culpæ inquinatus non est; & tamen vltione culpæ depressus est: admissa propria non habuit, & tamen pœnam carnalium sine culpa suscepit.

Bernhar. serm. 3. in Vigilia Natiuit. Tria opera, tres misturas fecit omnipotens illa majestas in assumptione nostræ carnis: Ita mirabiliter singularia, & singulariter mirabilia, vt talia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terrā. Coniuncta quippe sunt ad inuicem Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Verbum enim, anima & caro in vnam conuenere personam; & hæc tria vnum, & hoc vnum tria sunt: Nec in confusione substantiæ, sed in vnitate personæ. Hæc est prima & superexcellens mistura. Secunda est virgo & mater, vtique & admirabilis, & singularis, á seculo non est auditum, quòd virgo esset quæ peperit, & mater esset, quę virgo permansit. Tertia est fides & cor humanum, & hæc quidem inferior, sed non minus forsitàn fortis. Mirum enim, quomodo cor humanum his duobus fidem accommodauit: quomodo credi [illegible] potuit,

August. super cap. Matth. 55. & contra Felician. Iacebat Christus quātum ad carnē, mortuus in sepulchro, mortuos suscitans in inferno, vitam tribuens vniuersis in cœlo: nō Mundum dimittens ad cœlum ascendit, nec cœlum deserens, venit ad nos: sed vno atque eodem tempore totum corpus impleuit. Idem *de verbis Apostoli: Non liberaretur humanum genus, nisi Sermo Dei dignaretur esse humanus:* Nam *& ille homo dicitur esse humanus,*

qui se

potuit, quòd Deus homo esset, quòd virgo manserit quæ pe-perisset: sicut ferrum & testa iungi non possunt, sic hæc duo nequeunt commisceri, si non misceat glutinum, Spiritus scilicet DEI. Et hæc quidem mistura excellens, secunda excellentior, sed tertia excellentissima.

Chrysostomus 16. Homil. in Ioan. Christus suo descensu naturam suam nihilo inferiorem reddit, nos autem, cùm ignominia antè in tenebris essemus, erexit ad supernam gloriam: non aliter quàm cùm Rex inopem mendicumq; studio & beneuolentia quadam alloquitur, nihil se indignum facit, illum verò omnibus admirandum reddit.

D. Basilius in Serm. de Christi natiuit. Quomodo ergo, inquit, corporali infirmitate DEVS Verbum repletus non est? Hoc modo, inquam, quo neque ignis ferri proprietates in se traijcit. Nigredinem habet ferrum & frigus, ignescens tamen speciem ignis induit, & candescens ignem non infuscat: & vt ipsum flammescit, ita flammam ignis suo frigore nō restinguit. Pari ratione humana Dominica caro diuinitatis particeps facta, diuinitati suas infirmitates non impertit.

qui se exhibet hominem, & maximè hospitio suscipit hominem. Si ergo humanus dicitur, qui in domo sua suscipit hominē: quàm humanus est, qui in seipso suscipit hominem? Si ergo homo non periisset, Filius hominis non venisset.

Theodoret. Episc. Dial. 1. fol. 47. Quemadmodum non quod ipse maledictum factus sit, sed quod pro nobis maledictum suscepit, maledictū factus est: Ita non quod cōuersus sit in carnem, sed quod pro nobis carnē susceperit, dicitur factus caro.

Rupertus Abbas libr. 1. in Matth. An extrahere poteris Leuiathan hamo? & fune ligabis linguam eius? Generatio CHRISTI ab Abraham vsque ad Ioseph virum Mariæ, de qua natus est IESVS; quasi longa piscantis linea est: cui lineæ ferreus hamus subligatus carne adoperitur, ob hoc vt piscis edulio prouocatus quod foris patet, ferro seipsum strangulat, quod intus latet diuinitas CHRISTI quasi ferrum Diaboli extitit: hoc ferro captus & extractus foras mittetur, sicut factum credimus. Iste est circulus, quem Deus in naribus Diaboli posuit, ista est armilla, qua maxillam eius perforauit. Iunxit se initium fini, id est, Deus homini: & ita hæc, scilicet initium & finis, occurrerunt sibi in vtero Virginis, vt nares suas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, & armillam suam voracem perforaret,

Gregor. lib. 2. & 6 Moral. Deus Pater vnicum Filium suum in vtero Virginis humanæ naturæ coniungens, Deum ante secula sibi coæternum fieri voluit hominē in fine seculorum: & quem sine tēpore genuit, saluādis hominibus cū tēpore ostēdit.

raret, talis armilla, armilla gloriæ & honoris: Vnde nunc vsque fatuus trahetur, & quod auidè momorderat, tenere non poteris, per maxillæ foramen emittis.

Theophylactus in cap. 8. ad Rom. Non aliam Christus præter humanam hanc carnem assumpsit, quam & sanctificauit assumptam, & coronauit condemnato peccato, quod carni inesset, quam suscepisset: Hanc ipsam ostendit nequaquam esse natura peccatis addictam: Nec secus Christus effecit, quàm faceret quispiam, qui muliere aliqua in foro vapulante conspecta, vt eam à verberantium manibus eruat, fœminæ illius se vel priuatæ & infimæ sortis filium fateatur, cùm regius sit.

Augustinus de incarnatio. Domini contra Iudæos: O Iudæe citharam respice, vt musicum melos sonis dulcibus reddat. Tria pariter adesse videntur, Ars, manus, chorda, & tamẽ vnus sonus auditur: ars dictat, manus tangit, chorda resonat. Tria pariter operantur, sed sola chorda resonat, nec ars, nec manus sonum reddunt, sed cum chorda pariter operantur. Sic nec Pater nec Spiritus sanctus susceperunt carnem; & tamen cum Filio pariter operantur: sonum sola chorda excutit; carnem solus Christus accepit; operatio in tribus constat. Sed quomodo pertinet ad solam chordam soni redditio; Sic pertinet ad solum Christum carnis humanæ susceptio. Dicat mihi Iudæus incredulus, quemadmodum arida virga fronduit & floruit, & nuces protulit; & ego dicam illi, quo modo virgo concepit & peperit: sed profectò Iudæus nec virgæ poterit explicare conceptum, nec ego virginis partum.

Theodoretus Episcopus de Græco. cura, serm. 6. Decebat Deum hominem liberare, propter quem, Lunam, Solem, stellas & terram creauit: potuit loqui de cœlo, vt omnes audirent; sed ma-

August. epist. 2. ad Volusianum: Si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Damus, Deũ aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare nõ posse, in talibus rebus tota ratio, facti est potentia.

Chrysost. Homil. 5. Scio, quod caro Verbum factum est, & quomodo factũ sit nescio: miraris, quia ego nescio, omnis creatura ignorat.

B. Thom. 3. sentent. dist. 4. q. 3. artic. 1.

Christi incarnatio est principium omnium meritorum humanorum. Bernhard. serm. 1. de Epiphania: Quanti te fecit Deus ex his, quæ pro te factus est, agnosce vt appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Quanto enim minorem se fecit in humilitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: & quantò pro me vilior, tantò mihi charior. Aduerte homo, quia limus es: & non sis superbus: Et quia Deo iunctus es, non sis ingratus. Hugo libro de Sacramentis: Nulla causa veniendi fuit, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est Medicinæ.

ſed maluit flere in præſepio: Non Angelum miſit. Atqui Medicos illos maximè laudare ſoletis, non quidem qui nos miniſtris ſuis curandos ægros committunt: ſed qui pallium deponunt, linteolumque ſuccincti, ſuis ipſi manibus ferrum accipiunt, vlcusque, ſi opus ſit, incidunt: neque fœtorem vlceris auerſantur; imò autem profluentem ſaniem excipiunt, atque vnguenta compingunt. Neque verò illos etiam Reges admirari, & laudibus ornare ſoliti eſtis, qui Regalibus in thalamis enutriti molliter, omni delitiarum genere perfrui ſolent, ſed quibus graue non eſt pro ſubditis hominibus caput periculis objectare, quique armis obiecti, in prima acie cum hoſte fortiter pugnant. Sequuntur teſtimonia ſacra:

Hebr. 2. v. 24. Quia pueri participauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem. Ibid. v. 16. Non Angelos, ſed ſemen Abrahæ aſſumpſit, vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, &c. Hebr. 4. v. 15. Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, ſed tentatum per omnia ſecundùm ſimilitudinem ſine peccato. Hebr. 5. v. 18. Cùm eſſet Filius DEI, didicit ex illis quæ paſſus eſt, obedientiam &c. Huc etiam referimus ſecundam partem Symboli Athanaſij. Sumuntur probationes & teſtimonia ex appellationibus, quæ Filio DEI, reſpectu humanæ ejus naturæ in S. Scriptura attribuuntur. Nam nomen eius, eſt notitia eius. Hier. 23. v. 5. & 33. v 15. Suſcitabo Dauid germen juſtum. Ezech. 34. v. 23. & 37. v. 24. Suſcitabo ſuper oues paſtorem vnum qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid. Eſa. 4 v. 2. dicitur fructus terræ ſublimis. Pſal. 132. v 11. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Dan. 7. v. 13. Ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit. Semen mulieris, Gen. 3. v. 15. Semen Abrahæ Gen. 22. v. 18. & Gal. 3 v. 16. Semen Iſaci, Gen. 26. v. 4. Semen Iacobi, Gen. 28. v. 14. Semen Dauidis, 2. Sam. 7. v. 12. 1. Paral. 17. v. 11. Pſal. 45. v. 3. Speciosus

Iacob. de Valentiis in Pſal. 24. Vnicornis ſiue monoceros eius virtutis eſt, vt ſuo cornu attracta aqua etiã aliquo veneno corrupta reddatur ſalutaris: Vnde traditur à naturalibus, prius attingere aquam cornu quàm bibat. Ita Christus ſua humanitate aquas peſtiferas reddidit ſalubres,

 formâ

ad peccatorum remiſſionem. Venantius Honorius Clementianus in enarratione fidei: In Chriſto Saluatore humani generis, ſicut in ſanctificatione Spiritus, nulla fragilitas exſtitit: ſic nec in partu eiuſdem, cauſa corruptionis apparuit. Qui in cœlis vnus, in terris vnicus, per portam Virginis ingredi Mundum dignatus eſt.

Bernhard. de Christi aduentu 2. Campus sine omni humano floret adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo: Non impinguatur fimo: sic omnino virginis aluus floruit, sic inuiolata, integra & casta Mariæ viscera, tanquam pascua æterni nitoris floruerunt: cuius pulchritudo non vidit corruptionē, flos in perpetuum non marcescat.

formâ præ filiis hominum. Esa. 9. v. 6. Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis. Esa. 11. v. 1. Egredietur virga de radice Iesse, & surculus de radice eius ascendet. Zach. 3. v. 8. & 6. v. 12. Ecce vir, Zemach nomen eius. Respicit enim ad loca priorum Prophetarum, vbi Messias appellatur germen. Septuaginta transtulerunt ἀνατολὴν. Inde Lucæ 1. v. 78. Oriens ex alto. Filius Abrahami & Dauidis, Matt. 1. v. 1. Primogenitus Mariæ, Matt. 1. v. 25. Primogenitus inter multos fratres, Rom. 8. v. 29. Primogenitus omnis creaturæ, Col. 1. v. 15. Primogenitus ex mortuis, Apoc. 1. v. 5. Item Col. 1. v. 18. Primitiæ dormientium, 1. Cor. 15. v. 20. Fructus lumborum Dauidis. Actor. 2. v. 30. Leo de tribu Iuda, Apocal. 5. v. 5. Mulier circumdabit virum, Hier. 31. v. 22. Filius hominis passim apud Euangelistas; Ego sum radix, & genus Dauid, Apocal. vlt. v. 16. 3. Sunt & talia testimonia, 1. Cor. 15. v. 47. Secundus homo de cœlo. Ioan. 6. v. 62. Si videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius. Ioh. 3. v. 13. Qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo. Luc. 24. v. 39. Spiritus carnem & ossa nō habet, sicut videtis me habere. Phil. 2. v. 7. Formam serui accipiens in similitudinem hominum factus est. Et Rom. 8. v. 3. In similitudine carnis peccati. Matth. 11. v. 19. Venit Filius hominis edens ac bibens. Item 1. Pet. 1. v. 12. Luc. 24. v. 39. Matt. 14. v. 25. 26. Marc. 6. v. 49. 50. Ioh. 6. v. 19. 20. & 12. v. 27. Esa. 53. v. 4. Phil. 3. v. 21. & Eph. 5. v. 30. Hebr. 2. v. 14. & 17. & 4. v. 15. Matth. 1. v. 20. & 2. v. 28. & 26. v. 38. Esa. 8. v. 18. Hiob 14. v. 4. Esa. 53. v. 9. 1. Cor. 15. v. 14. & 46. Phil. 2. v. 7. & 8. 1. Ioh. 1. v. 14. Item 8. v. 40. & 10. v. 11. Col. 1. v. 22. Hebr. 5. v. 7. Matth. 20. v. 28. 1. Tim. 2. v. 5. &c.

Testimonia hæc considerant appellationes officiorum, quæ vtriq; in Christo naturæ communes sunt; Rex, Ierem. 23. v. 5. Ezech. 21. v. 6. Zach. 9. v. 9. Matth. 21. v. 5. & 25. v. 34. Luc. 1. v. 32. Ioh. 18. v. 36. 1. Cor. 15. v. 25. Rex æternus, 1. Paral. 17. v 12. 14. Psal. 45. v. 8. & 89. v. 5. &c. Esa. 9. v. 7 Dan. 22. v. 44 Luc. 1. v. 33. Hebr. 1. v. 8. Rex Israël & Rex Iudæorum, Matth. 2. v. 2. & 27. v. 37. Marc. 15. v. 2. 26. Luc. 23. v. 3. Ioh. 1. v. 50. & 19. v. 14. Rex justitiæ, Hebr. 7. v. 2. Magnus, Apocal. 12. v. 5. Pacificus, Esa. 9. v. 7. & 11. v. 6. & 65. v. 25. Ezech. 34. v. 25. Hebr. 7. v. 2. Rex Re-

gum,

gum, Apocal.1. v.5.&17.v.14.&19.v.16. Item Ezech.37.v.24. Dauid seruus meus, Rex super eos. Item v.25. Princeps eorum in perpetuum. Daniel.9.v.25. Vsque ad Christum Ducem. Malach.3.v.1. Dominator quem quæritis. Esa.55.v.4. Dux & præceptor gentium. Esa.9.v.6. Admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis. Esa.33.v.22. Dominus judex noster, legifer noster, Rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Ose.3.v.5. Rex Dauid. Mich.5.v.2. Dominator Israelis. Matth.2.v.6. Dux qui regat populum Israel. Luc.1.v.33. Rex super domum Iacob in æternum. Act.3.v.15. Dux & auctor vitæ. Rom.1.v.4. Iesus Christus Dominus noster. Hebr.2.v.10. Dux & auctor salutis. Hebr.12.v.2. Auctor & consummator fidei. Ioh.20.v.28. Dominus meus & Deus meus. Psal.110.v.4. Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. Sacerdos ordinator, Zach.6.v.13. Hebr.2.v.17.&3.v.1.&4.v.14. &5.v.1.5.6.&6.v.20.&7.v.17.&c.&8.v.1.&9.v.24.&10.v.11.&c. Sic & 1.Tim.2.v.5. Mediator DEI & hominum. Item v.6. ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. Hebr.9.v.15.&12.v.24. Mediator Noui Testamenti. Hebr.2.v.17. Pontifex fidelis ad propitianda delicta. Hebr.5.v.10. Pontifex maximus. Heb.9.v.11. Pontifex futurorum bonorum. Hebr.3.v.1. Apostolus & Pontifex confessionis nostræ. Hebr.8.v.2. Sanctorum λειτουργὸς & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo. Hier.33.v.6.&33.v.16. יהוה Iustitia nostra, 1.Cor.1.v.30. Factus est nobis sapientia, justitia, & sanctificatio & redemptio. Hiob.19.v.25. Scio quòd Redemptor meus viuit. Rom.11.v.26. ὁ ῥυόμενος, & qui auertit iniquitates à Iacob. Apoc.13.v.8. Agnus, qui occisus est ab origine Mundi. Ose.13.v.14. Mors mortis, morsus inferni. 1.Corin.15.v.55. Apocal.5.v.5. Leo de tribu Iuda, Rex Dauid. Ioh.1.v.29. Agnus qui tollit peccata Mundi. 1.Pet.1.v.19. 1.Cor.5.v.7. Pascha nostrum. Ioh.1.v.41. Messias, Christus. Luc.2.v.26. Christus Domini. Rom.8.v.35. Ioh.2.v.1.&2. Aduocatus apud Patrem, & propitiatio nostra. Ephes.2.v.14. Pax nostra. Matth.1.v.21. Iesus. Esa.7.v.17. Emmanuel. Luc.2.v.11. Saluator, v.32. Redemptio plebis, v.30 Salutare. Malach.3.v.1. Angelus Testamenti. Rom.3.v.25. Reconciliator. Ezech.

Ambrosius sic ait: Christus os nostrũ est, per quod Patri loquimur; oculus noster, per quem Patrẽ videmus; dextera nostra per quam nos Patri offerimus; quo nisi intercedente, nec nobis nec sanctis omnibus quicquam cum Deo est. Solus Christus omnibus est omnia. August. super Psal. 89. Propter ipsum fidele Testamẽtum; in ipso mediatum est testamentum, ipse mediator est testamenti, ipse signator testamẽti, ipse fideiussor testamenti, ipse testis testamẽti, ipse hæreditas testamẽti, ipse cohæres testamenti.

34.v.23.&37.v.29. Paſtor vnus omnium eorum. Ioh.10.v.11. Paſtor bonus. Hebr.13.v.20. Paſtor magnus omnium. 1.Pet 5. v.4. ἀρχιποιμὴν, Hag.2.v.8. Deſideratus cunctis gentibus. Heb. 1 v.2. Heres omnium. Mar.12.v.6.&17. Hæres miſſus in vineá. Eſa.28 v.16. Pſal.118.v.22. Lapis angularis. Rom.9.v.33. Petra ſcandali. Epheſ.2.v.20. 1.Cor.3.v.11. Fundamentum. Deut.18. v.15. Suſcitabo Prophetam.

Propheta & Doctor vngitur, Eſa 61.v.1. Luc.4.v.18. Act. 10.v.38.

Teſtimonia S. Scripturæ.

Eius Prophetia deſcribitur, Deuter.18.v.15. Matth.21.v.11. 46. Luc.7.v.16.&24.v.19. Ioan.4.v.19.&6.v.14.&7.v.40.&9. v.17. Actor.3.v.22.&7.v.37.

Eccleſiæ ſuæ Doctorem agit, Pſal.2.v.67.&22.v.23.&40. v.11. Eſa.55.v.4. Matth.11.v.29 &17.v.5.&22.v.16.&23.v.8.10. Mar.13.v.14. Luc.6.v.40.&9.v.35.&10.v.22.&17.v.13.&21. v.15.&12.v.11.&24.v.32. Ioh.1.v.18 &c.&3.v.2.&4.v.25.&11. v.28.&13.v.13.&17.v.6.&20.v.16.

Præco Euangelij, Eſa.6.v.1.&61.v.1. Matth.11.v.5. Luc. 4.v.18. Epheſ.2.v.17. Hebr.2.v.3.

Annuntiator pacis, Zach.9.v.10. Eph.2.v.17.

Si à vulnere curari deſideras, Chriſtus Medicus eſt; ſi febribus æſtuas, fons eſt; ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt, ſi indiges auxilio, virtus eſt; ſi tenebras fugis, lux eſt; ſi cœlũ d ſideras, via eſt; ſi cibũ q̃ris, alimẽtum eſt. Ambroſius.

Paſtor, Eſa.40.v.11. Mich.5.v.2. Zach.13.v.7. Matth.26. v.31. 1.Pet.2.v.25. Ioh.1.v.38.49.&3.v.2. Mar.9.v.5. Rabbi. Ioan.1.v.4. Lux hominum. Ioh.8.v.12. Lux Mundi. Luc.2.v.32. Lumen ad reuelationem gentium. Act.26.v.23. Lumen populi & gentium. Eſa.42.v.6.&49.v.6. Fœdus populi, lux gentium, ſalus &c. Ioan.3.v.29. Qui ſponſam habet, ſponſus eſt. Pſal.19. v.6. Apocal.19.v.9. Tanquam ſponſus procedens de thalamo, ad nuptias agni. Coloſſ.1.v.18. Eph.5.v.23. Caput corporis ſui, quod eſt Eccleſia. Chriſtus vnicum pro nobis ſacrificium, ſeipſum offert, Pſal.40.v.7. Matth.20.v.28. Rom.4.v.25. Gal.2. v.20. Epheſ.5.v.2. 1.Tim.2.v.6. Tit.2.v.14. Hebr.1.v.3.&7.v. 27.&9.v.14.&c.&10.v.3.&c. ob id Agnus dicitur. Eſt & DEI fideliſſimus teſtis, Ioan.3.v.32. Apocal.1.v.5.&3.v.14.

Auguſtinus ad Bonifacium inquit: Eccleſia Catholica ſola corpus Chriſti eſt, cujus ille caput eſt, Saluator corporis ſui, extra hoc corpus neminem viuificat Spiritus S.

Teſti-

Testimonia S. Scripturæ & Patrum de Aduentu Christi talia sunt: Augustinus super Ioan. in gloss. 1. Tim. c. 1. ait: Nulla causa veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est medicina. Venit ergo de cœlo magnus Medicus, quia per totum vbique iacebat ægrotus. Genus ergo humanum totum perierat, ex quo peccator vnus, in quo totum erat. Ideo venit vnus sine peccato, qui saluos faceret omnes sine peccato. Non enim eum de cœlo ad terram merita nostra, sed peccata traxerunt.

Hieronym. super Matth. Signum aduentus Dominici est, in toto orbe Euangelium prædicari, vt nullus sit excusabilis: quod aut iam completum est, aut breuiter cœlo complendum. Non enim puto aliquam remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret.

Bernhardus in serm. 4. de aduentu: Dignum est, fratres, vt tota deuotione Domini celebremus aduentum: delectati tanta consolatione, stupefacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione. Nec solum cogitemus aduentum, quo venit quærere, & saluum facere quod perierat: sed & illum nihilominus quo veniet, assumet nos ad seipsum. Vt circa hos duos aduentus jugi meditatione versemur, ruminantes in cordibus nostris, quantum in priore præstiterit, quantum promiserit in secundo.

B. Thom. super Isaiæ prolo. Christi aduentus triplex: In carne per incarnationem, in mente per gratiam, ad judicium, in judicium finale.

Ambrosius super Lucam: Hoc tempus non sine causa Domini aduentus vocatur. Ideo enim sancti Patres celebrare cœperunt aduentus, vt se vnusquisq; præparet fidelis & emendet, vt dignè Dei sui natiuitatem valeat celebrare. Ille justus venit ad nos peccatores, vt ex peccatoribus faceret justos. Pius venit ad impios, vt nos pios; humilis venit ad superbos, vt ex superbis faceret humiles.

Epiphanius lib. 2. Tom. 2. ait: Sicut Rex profecturus in regionem, præmittit ante se in equis præparatores, prænuntios. Et quanto magis aduentus Regis appropinquat, tanto plures

Beda super Cantic. lib. 4. super illud, Veni in hortū meum: Venio vt errantes corrigam, & infirmantes adiuuem, & dubitantes in fide confirmē, & benè agentium fructibus perfectis, quasi suauissimis dapibus pascar, & certantes ab hostiū defendam insidiis, & victores hostiū, perpetuæ visionis meæ corona remunerem.

August. super Ioan. Pater & Filius & Spiritus veniunt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt subueniendo, veniunt illuminando, veniunt obediendo, veniunt metu-

metuendo, veniunt implendo, venimus capiendo.

Dion. Chrysost. in cap. 3. Matth. Sol appropinquãs ad processum, antequam appareat, mittit radios suos, & facit albescere orientem, vt procedens aurora diei aduentum demonstret: sic Dominus natus in Mundo antequam appareat, Spiritus sui fulgore transmisso illuminauit Ioannẽ, vt præcedens ille, aduentum Saluatoris annũtiet: ne forte subito veniẽs, & dicens, se esse Filiũ Dei, propter ipsum magnam atq; terribilem indica-

præcones aduentum anticipitantes, & in vrbibus aduentum denuntiantes. Vbi verò venerit Rex in vrbem, quæ amplius est vtilitas præconum? quid opus est equitibus, aut aliis denuntiantibus Regis aduentum, quando ipse Rex intus est? Sic etiam Lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem: Vbi verò Ioannes prædicauit vocem in deserto, & ostendit, Hic est agnus DEI, qui tollit peccatum Mundi: Non amplius Prophetis opus est, qui veniant & prædicent nobis Christi ex virgine aduentum. Opus autem fuit his, qui nuntiauerunt aduentum, ad aduentus ipsius confirmationem, quoniam prænuntiatus fuit.

CHRISTI aduentus duplex: Prior in carnem, Esa. 11. v. 10. Ioh. 1. v. 14. Rom. 1. v. 3. & 9. v. 5. & 15. v. 12. Gal. 3. v. 16. Eph. 4. v. 10. Hebr. 1. v. 5. & 10. v. 5. 1. Pet. 1. v. 20. 2. Pet. 1. v. 16. 1. Ioh. 1. v. 2. & 4. v. 2. 2. Ioh. v. 7.

Prior ipsius aduentus abjectus, & crucis ignominia humilis, Esa. 53. v. 2. &c. & 62. v. 11. Zachar. 9. v. 9. Matth. 2. v. 13. & 8. v. 20. & 20. v. 28. Mar. 3. v. 2. Luc. 9. v. 58. & 22. v. 27. Ioh. 6. v. 51. & 7. v. 10. & 10. v. 11. & 13. v. 3. Actor. 8. v. 32. Rom. 5. v. 6. Phil. 2. v. 7. 8. Hebr. 2. v. 9.

Posterior aduentus Christi ad judicium, magnificus & gloriosus, Matth. 16. v. 27. & 24. v. 30. & 25. v. 31. & 26. v. 64. Marci 13. v. 26. & 14. v. 62. Luc. 9. v. 26. & 12. v. 36. & 17. v. 24. & 21. v. 27. & 22. v. 69. Act. 1. v. 11. & 3. v. 21. & 10. v. 42. & 17. v. 31. Roman. 2. v. 16. & 14. v. 10. 1. Cor. 1. v. 7. 8. & 11. v. 26. 2. Cor. 5. v. 10. Gal. 4. v. 4. Phil. 2. v. 20. & 3. v. 20. Col. 3. v. 4. 1. Thess. 1. v. 10. & 2. v. 19. & 4. v. 16. & 5. v. 23. 2. Thess. 1. v. 7. &c. & 2. v. 1. 1. Tim. 6. v. 14. 2. Tim. 4. v. 1. 8. Tit. 2. v. 13. Hebr. 9. v. 28. & 10. v. 25. 37. Iac. 5. v. 7. &c. 1. Pet. 1. v. 7. & 4. v. 5. 7. & 5. v. 4. 2. Pet. 3. v. 4. 10. 12. 1. Iohan. 2. v. 28. & 3. v. 2. Apocal. 1. v. 7. & 2. v. 25. & 16. v. 15. & 22. v. 7. 12. 20. &c.

Gen. 49. extat: Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium: Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem filium asinæ suæ. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuarum pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

Matth. cap. 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare; & dare animam suam in redemptionem pro multis. Idem 24. Sicut fulgor exit ab Oriente, & apparet vsque in Occidentem: Ita erit aduentus Filij hominis. Eod. cap. Sed sicut erant dies Noe; ita erit aduentus Filij hominis.

De natiuitate CHRISTI & pauca sunt talia: Ambrosius cont. hæret. ait: Mihi enim impossibile est, generationis scire secretum: mens deficit, vox silet; non mea tantùm, sed & Angelorum: supra potestates, supra Cherubin, & supra Seraphin, & supra omnē sensum est: Quia scriptum est: Pax Christi supra omnem sensum est. Quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo ori manum pone, scrutari non licet superna mysteria. Licet scire, quod natus sit, non licet scire, quomodo natus sit. Hoc enim quærere metus est: Ineffabilis enim illa generatio. Vnde Isaias ait: Generationem eius quis enarrabit? Hæc humanum sensum & intelligentiam Mundi excedit: Hoc non capit humanæ intelligentiæ ratio, sed prudentiæ fidelis professio.

Ioan. Chrysost. super cap. 2. Matth. Intrantes domum inuenerunt puerum. Nunquid inuenerunt palatium marmoribus splendidum? Nunquid aulam Regiam diuersis populis personantem? Nunquid hastatas siue clypeatas militum cateruas? Nunquid equos regalibus phaleris insignes? Nunquid currus auro ostroque fulgentes? Nunquid matrem eius diademate coronatam, aut in lecto eburneo recumbentem? Nunquid puerum bysso & purpura inuolutum? Vtique non: sed potius angustum & humile tugurium, vile squalidumque præsepium, & magis animalibus, quàm hominibus aptum: puerum vilibus pannis inuolutum, matrem vix tunicam habentem vnā, nō ad ornatum corporis, sed ad tegumentum nuditatis. Idem: Non est illius fabri filius quem putatis, sed fabricatoris omniū, qui fabricatus est auroram & Solem: Nonne Dauid fuit filius agricolæ, & tamen radix fuit stirpis Regiæ? Cur ergo Christum propter parentum ignobilitatem contemnunt?

dicationem rei ipsius, magis se incredibilem ostenderet.

Epiphan. lib. 2. tom. 2. Quēadmodum si quis pædagogū haberet, velut etiam Apostolus dicit, quòd pædagogus noster est Lex ad Domini aduentum, vbi peruenerit ad ætatem, & acceperit præceptorem, non omnino reijcit pædagogum, velut inimicū: sic & nos deducti sumus in lege & Prophetis; vsq; ad aduentū præceptoris. Reperto aūt præceptore, nō reprobamus pædagogum, sed et ipsi gratiā confitemur; qui pueritiam nostram deduxit, & ad perfectiores disciplinas nos dimisit. Iohan. Chrysost. super 13. cap. Matth. *Nonne hic est fabri filius?*

Grego-

Gregor. Hom. 10. super illud Matt. 2. Cùm natus esset Iesus in Bethlehem.

Gregorius: Nato Regi aurum offerimus, si in conspectu illius, claritate supernæ sapientiæ resplendemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sancta orationum stadia in ara cordis incendimus, vt suaui odore per cœleste desiderium redolere valeamus; Myrrham offerimus, si carnis desideria per abstinentiam mortificamus. Idem Moral. lib. 27. Cœli Rege nato, Angelorum chori in eius annuntiatione prodeunt: hymnum dicunt, & deuicta prauæ vitæ discordia, nos, quos dudum despexerant, ciues agnoscunt, consono ore prædicantes: Gloria in excelsis DEO, &c. ac si dicant, Quos à nobis malitia disiunxerat, jam nunc in terra bonitas coniungit.

Caßiod. super illud Ps. 117. Hæc est dies, quam fecit Dominus: Licet Deus cunctos dies creauerit, singulariter tamē hūc fecisse dicitur, qui Christi Domini natiuitate sacratus est: in quo meritò exultare conuenit & lætari: quoniam in eo & Diabolus ius perdidit, & salutem Mundus accepit.

Leo Papa in serm. de Apparit. Adorant Magi in carne Verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, & in hominis veritate Dominum majestatis: Vt sacramenta fidei suę intelligentiæque manifestent: quod cordibus credunt, muneribus protestantur: Thus DEO, myrrham homini, aurum offerunt Regi.

Bernhard. super Cantic. Fratres, generationem istam quis enarrabit? Angelus nuntiat, virtus obumbrat, subuenit Spiritus, virgo credit, virgo parturit, virgo permanet. Quis non miretur? Nascitur Verbum infans, & agnoscitur longitudo breuis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana. Ibi agnoscitur lux non lucens, Verbum infans, aqua sitiens.

Beda super Luc. lib. 1. Non mediocre hoc tibi fidei videatur exemplum: non vilis persona pastorum: certè quo vilior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non sapientes, sed simplices, qui fucare audita nescirent, Dominus sui præcones elegit, non rethores, sed piscatores ad euangelizandum destinauit.

B. Thomas quæst. 27. art. 2. & 3. Sentent. dist. 8. q. 1. Natiuitas est exitus à generante conjuncto, à quo habet principia sufficientia. Et dicitur oriri, ratione primi; nasci ratione secundi; & gigni ratione tertij.

August. super Ioan. Nobilitas sunt Christi

Max. Episc. in Serm. de Natali: Generationem eius quis enarrabit? Fratres, generatio Christi sic enarrari non potest, si lingua deficit, fides proficit. Magnus enim est profectus fidei, cùm

dei, cùm tantum de Deo ſuo poteſt concipere, quantum ſermo non poteſt parturire.

Auguſt. in Serm. de Epiph. Aurum igitur ſoluitur, quaſi Regi magno; Thus immolatur vt Deo; Myrrha præbetur tanquam pro ſalute omnium morituro. Habuit enim prædicatores Angelos, narrantes cœlos, adorantes Magos.

ſti naſcentis, in virginitate parientis, nobilitas parientis, in Diuinitate naſcentis.

Caſſiod. ſuper illud Pſal. 2. Ego hodie genui te: Coæternitatem ſuæ majeſtatis oſtendit. Hodie enim apud DEVM nullo initio incepit, nullo fine concluditur: non enim ibi fuit, vel erit, ſed ſemper manet, ſemper eſt, & quidquid dixeris illi hodie eſt.

Lucæ 2. dixit paſtoribus Angelus: Nolite timere, Ecce enim, euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt CHRISTVS in ciuitate Dauid, &c.

Tria opera, tres conjunctiones fecit omnipotens illa majeſtas, (D. Bernh. in Vigil. Natiu.) in aſſumptione noſtræ carnis, ita mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, vt talia nec facta ſint, nec facienda ſint amplius ſuper terram. Conjuncta quippe ſunt ad inuicem: Deus & homo: Mater & virgo: Fides & cor humanum. Admirabiles illæ conjunctiones, & omni miraculo mirabiliores? Quomodo tam diuerſa ad inuicem potuerunt conjungi? & huius tanti myſterii arcem intelligendo quis conſcendet? Sed, annon prima conjunctio valde mirabilis, quod conjuncta ſunt limus & Deus, majeſtas & infirmitas, tanta vilitas, & tanta ſublimitas. Nihil autem DEO ſublimius, & nihil limo vilius. Secunda nihilominus valde mirabilis. A ſeculo non eſt auditum, quòd virgo eſſet quæ peperit, & quòd mater eſſet, quæ virgo permanſit. Tertia eſt primâ & ſecundâ inferior, ſed non minus fortis. Mirum eſt enim, quomodo cor humanum fidem his duobus accommodarit.

Tria maxima mirabilia.

Anshelm. ait: Certè Domine, quod me feciſti, debeo amori tuo meipſum totum: & tãtum debeo plus, quam meipsũ, quantum tu es maior meipſo, pro quo dediſti teipſum, & cui promittis in cœlo teipſum.

D. Auguſtinus in eandem ſententiam alicubi ſic quærit: Quænam omnium miraculorum DEI maxima miracula? Reſpondet ſibiipſi: Ipſum incarnationis Filii DEI myſterium, & paſſionis ipſius beneficium. Cujus myſterij manifeſtatio eſt tam ipſis Angelis, quàm hominibus non triuialis ſchola, ſed

Ambroſ. ait: Si à vulnere curari deſideras, Chriſtus

Medicus est; si febrib. æstuas, fons est; si grauaris iniquitate, iustitia est; si indiges auxilio, virtus est; si tenebras fugis, lux est; si cœlum desideras, via est; si cibum quæris, alimentum est.

sublimis & cœlestis quædam Academia, in qua semper vtrisq; multò plura discenda restant, quám vtrique capere vel perdiscere vnquam potuerunt. Quid quæris? Curiæ cœlestis sacratissimum consilium est, de quo exclamantem audiamus Apostolum, 1. Tim. 3. Sine controuersia magnum est pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in carne, iustificatus est in Spiritu, conspectus est ab Angelis, prædicatus est Gentibus, fides illi habita est in Mundo, sursum receptus est in gloriam.

Prudentius sic canit:

Ille manet quod semper erat: quod non erat, esse
Incipiens. Nos quod fuimus, iam non sumus, aucti
Nascendo in melius: mihi contulit & sibi mansit.
Nec Deus ex nostris minuit sua, sed sua nostris
Dum tribuit, nosmet dona ad cœlestia traxit.

Hæc conclusa de Natiuitate volumus, & nos ad testimonia accingemus, de Passione CHRISTI, sacra & prophana.

Hierony. super Matth. in fine. Traditus est Iesus militibus verberandus, & illud sacratissimum corpus pectusq; Dei capax flagella consumpserunt.

D. Bernh. ait Serm. 61. in Cantic. Christus guttas sanguinis, tanquam lachrymas pretiosi balsami sudauit. Quare vide, ô homo, quantum Christus te amarit, qui non solum oculis, sed quasi omnibus membris sanguineo sudore lachrymasse videtur, vt totum corpus Ecclesiæ purgaretur. Viscera Domini misericordiâ affluunt, nec desunt foramina, per quæ effluant. Foderunt manus & pedes eius, latusque lanceâ forauerunt, & per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, id est, gustare & videre, quàm suauis sit Dominus. Cogitabat cogitationes pacis, at ego nesciebam. Nam quis cognouit sensum Domini? At clauis reserans clarus penetrans factus est mihi, vt videam voluntatem Domini. Quidni videam per foramen? Clamat clauus, clamat vulnus, quod verè Deus sit in Christo, Mundum reconcilians sibi. Ferrum pertransit animam eius, & appropinquauit cor illius, vt iam non possit non compati infirmitatibus meis. Patet arcanum cordis per foramen corporis &c. Alibi sic: ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται: Amor meus crucifixus est. Absit verò á nobis gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI. Gal. 6. v. 14.

Bernh. super Cant. serm. 15. Quàm dulciter, Domine Iesu, cum hominibus versatus es? quàm abundanter multa & magna bona homini-

August. in Serm. de Parasceue: Crux CHRISTI nobis to-

tius

eius causa beatitudinis est: Hæc nos à cœcitate liberauit erroris; hæc à tenebris reddidit luci: hæc debellatos reddidit quieti: hæc alienos Deo conjunxit: longè constitutos proximos præsentauit: hæc peregrinantes ciues ostendit; hæc discordiæ amputatio est: hæc pacis firmamentum: hæc donorum omnium abunda largitio. Hodie crux fixa est, & sæculum sanctificatum est. Hodie crux fixa est, & Dæmones dispersi sunt. Hodie crux fixa est, & mors subuersa est. Hodie crux vicit, & mors victa est. Hodie Diabolus vinctus est, homo solutus est, & Deus glorificatus est. Idem super illud: ad Gal. 6. Crucem, vt in ea gloriemur, Dominus, suo gestans humero, pro virga regni nobis cōmendauit, quod esset grande ludibrium impiis, grande mysterium piis: & vnde Mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit: quod illi visum est stultitia, Apostolo factū est sapientia & gloria.

Bernhard. super Cantic. Sermon. 22. Passio tua, Domine Iesv, vltimum est refugium, singulare remedium. Deficiente sapientia, justitia non sufficiente, sanctitatis succumbentibus meritis illa succurrit. Cùm enim defecerit virtus mea, non cōturbor, non diffido: scio, quid faciam, calicem salutaris accipiam, scio quòd merita mea non sufficiunt. Ego verò fideliter, quando ex me nihil deest, vsurpo ex visceribus Domini, quoniam misericordia affluor, nec desunt foramina, per quæ foderunt manus meas & pedes, latusque lancea forauerunt. Et per has rimas &c. Ibidem: Pater, ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt. Christus flagellis cæsus, spinis coronatus, clauis confossus, patibulo affixus, opprobriis saturatus: omnium tamen dolorum immemor ait: Ignosce illis. Hinc multæ miseriæ corporis, hinc dolores, hinc miserationes, hinc oleum exultationis, hinc guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Rabanus de laude Crucis: Passio Christi cœlum sustentat, Mundum regit, tartarum perfodit: in ea confirmantur Angeli, redimuntur populi, conteruntur inimici: stabiliuntur sub-

minibus largitus es? quam fortiter tam indigna, tam aspera & dura pro hominibus passus es: dura verba, duriora verbera, durissima supplicia. O duri & indurati, & obdurati filij Adam, quos non emollit tāta flamma, tāta benignitas, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus sarcinulis, tam pretiosas merces expendit. Idem serm. 20. Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, quod carnē induit: sapienter quod culpam vitauit: fortiter, quod mortem sustinuit. Sed super omnia reddit te mihi amabilem, bone Iesv, *calix, quem bibisti, opus nostræ redemptionis: Cor enim omnino*

ſiſtentia, animantur viuentia, conſentiunt ſentientia, illuſtrantur intelligentia.

Caſſiodorus ſuper Pſal. 50. Vbi Princeps tanta afflictione plangebat, quis illo flente non fleret? quis illo dolente non gemeret? quando pro gemmato diademate Rex cinerem geſtabat in capite, canus puluere, non ætate.

D. Bernh. Circumire poſſum, Domine, cœlum & terram, mare & aridam, & nuſquam te inuenio, niſi in cruce, ibi dormis, ibi paſcis. In hac cruce te inuenit, quicunque inuenerit. In hanc crucem tendit anima, & dulcia poma de ligno vitæ decerpit. Vis igitur ô peccator, diuinæ miſericordiæ dulcedinem inuenire, huc reuerte, huc refer te.

Ioh. Chryſoſt. ſuper Matth. 27. Quæ nobis erit contumelia, poſtquam Chriſtus hæc paſſus eſt? neque enim vna partila, ſed totum corpus injurias patiebatur. Caput per coronam, manus per arundinem, os per acetum, facies inſpuebatur, genæ velabantur, & tandem totum corpus in cruce extenditur & perforatur.

Ambroſ. in Serm. de paſſione Chriſti: Author pietatis in cruce pendens teſtamentum condidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens: Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, Patri Spiritum, Virgini paranymphum, latroni paradiſum, peccatori infernum, Chriſtianis verò pœnitentibus crucem cõmendauit.

Auguſtinus lib. de Virginitate: Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices reſurgentis. Caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſint, cogitate, hæc in ſtatera veſtri cordis appendit, vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce.

Rabanus de laude crucis: Tu ſancta crux peccatorum es remiſſio, pietatis exhibitio, meritorum argumentum, infirmorum remedium, laſſorum refugium, ſanorum incolumitas, deſperatorum ſecuritas, infortunatorum felicitas.

Auguſtin. in Serm. de Natali Domini: Homo factus eſt hominis factor, vt ſugeret vbera regens ſidera, vt eſuriret panis, vt ſiti-

amorem noſtrum ſibi vẽdicat. Hoc (inquam) noſtram deuotionem blandius allicit, iuſtius exigit, arctius ſtringit, & vehementius afficit.

Bernh. de florib. Circumire poſſum Domine cœlum & terram, mare & aridam, & nuſquam te inueniam, niſi in Cruce: ibi dormis, ibi paſcis, ibi cubas in meridie. Crux enim tua fides eſt, cuius latitudo charitas, longitudo longanimitas, altitudo ſpes, profundũ timor. In hac cruce te inuenit, quicunque te inuenit: In hac cru-

vt sitiret fons, dormiret lux, ab itinere via fatigaretur, falsis testibus veritas occultaretur: Iudex viuorum ac mortuorum, à judice mortali judicaretur, ab iniustis iustitia damnaretur, flagellis disciplina cæderetur, spinis botrus coronaretur, in ligno fundamentum suspenderetur, victus infirmaretur, salus vulneraretur, vita moreretur. Idem lib. 8. *De virtutib. charitatis*: Filius DEI ad crucem ducitur, expalmatur, qui est vera palma victoriæ; spinis coronatur, qui peccatorum spinas venit constringere; ligatur qui soluit compeditos; ligno suspenditur, qui erigit elisos; aceto potatur fons vitæ; disciplina cæditur, salus vulneratur, vita moritur, occidit ad tempus vitam mors, vt in perpetuum à vita occideretur mors.

Ambros. super illud Matth. 26. cum gladiis & fustibus &c. Stultum est cum gladiis quærere eum, qui vltrò se offert, & in nocte proditorem inuestigare, quasi latentem, qui quotidie in templo docet. Sed factum congruit tempori, & personis; quia cùm essent tenebræ, in tenebroso tempore tenebrosum opus exercebant.

Hieronymus super Matth. Omnis creatura compatitur Christo morienti, Sol obscuratur, terra mouetur, petræ scinduntur, velum templi diuiditur, sepulchra aperiuntur; solus miser homo non compatitur, pro quo solo Christus patitur.

Damascenus lib. 4. Crux Christi clauis est Paradisi: Hæc infirmorum baculus, pastorum virga, conuertentium manuductio, proficientium perfectio. Animæ salus & corporis, omnium malorum auersio, bonorum omnium datrix.

Bernhard. Serm. 1. in die Paschæ: Christus in passione patientiam exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, charitatem perficit. His virtutum gemmis quatuor cornua crucis ornantur, & est supereminentior charitas, à dextris obedientia, à sinistris patientia, in profundo radix virtutum humilitas.

Cassiod. super illud Ps. 4. Signatum est super nos lumen vultus. Crux est humilium tuitio inuicta, superborum deje-

cruce suspenditur anima, & dulcia poma de ligno decerpit.

Orosius sup. Epistolam ad Roman. lib. 6. Tanta est vis Crucis, vt si ante oculos ponatur, & in mente fideliū habeatur, ita vt ipsam mortem Christi intentis oculis mentis adspiciat, nulla cōcupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare poßit inuidia: sed continuò ad eius præsentiam totus ille peccati & carnis fugatur exercitus.

Idem super Epist. ad Rom. lib. 5. Tanta vis est crucis & mortis Christi, quod ea sanitatem & remedium non solùm præsentis & futuri, sed etiā præteritorum malorum, & solùm non huic modo ordini, sed etiam cœlestibus virtutibus sufficit.

ctio, cœlestium confirmatio, mors infidelium, vita iustorum. De quo Ioannes Chrysostomus: Crux est Christianorum spes, crux Romanorum victoria, mortuorum resurrectio, cæcorum dux, conuersorum via, claudorum baculus, pauperum consolatio, arbor resurrectionis lignum vitæ æternæ.

August. super Ioan. Vbi Iesus non respondebat, ibi & ouis silebat: hoc est, sicut agnus innocens non aperuit os suũ: Vbi verò respondebat, ibi sicut Pastor docebat. Fratres, vt in peccato sanemur, Christũ crucifixum intueamur. Quomodo qui intuebãtur serpentem æneum in deserto, non peribant morsibus serpentiũ: sic qui intuentur fide Christi mortem sanãtur à morsibus peccatorum.

Esa. 53. Non est species ei neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrûm. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Idem c. 53. Quod propter peccata nostra, propter scelus populi mei percussi eum. Et cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Ierem. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cognouerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur amplius.

Dan. 9. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.

Zachar. 11. Appenderunt mercem meam triginta argenteos. Idem c. 13. Percute pastorem, & dispergentur oues.

Gen. 49. Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, qui in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum.

Idem libro 5. contra Hæres.

Psal. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.

Fusus est sanguis Medici, & factum est medicamentum phrenetici.

inania? Adstiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

Psal. 22. Foderunt manus meas, & pedes meos. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Psal. 34. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, ignorabant me.

Psal. 40. Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

Psal. 68. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Esaiæ 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.

Ioan. 3. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

2. ad Corin. 8. Scitis enim gratiam Domini nostri IESV CHRISTI, quoniam propter nos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis.

Ad Hebr. 9. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum DEO, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum DEO viuenti.

Paulus ad Gal. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI, per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo, &c.

B. Thomas in opusc. de venerab. Sacram. Altar. In Christi passione quatuor cogitanda sunt: scil. dilectio eius, reamando: Amaritudo eius, compatiendo: fortitudo eius, aduersa patienter sustinendo: & vtilitas eius, gratias agendo.

Vna quæpiam res est, quæ sit illa templum, ipsa altare, ipsa sacerdos, ipsa sacrificium, ipsa cui offertur, ipsa quæ offert, quæ illa?

Ambrosius super Lucam: Doles, Domine, non tua vulnera, sed mea: non tuam mortem, sed nostram infirmitatem.

Leo Papa in serm. 7. Mensis: Effusio pro iniustis sanguinis iusti, tã potens fuit ad priuilegiũ, tã diues ad pretium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrãnica vincula retinerent.

illa? CHRISTVS eſt: de quo locus memorabilis Auguſtini lib. 4. de Trinit. cap. 24. Quoniam in ſacrificio quatuor conſiderantur; cui offeratur, & à quo, quid offeratur, & pro quibus: idem ipſe vnus verusque mediator per ſacrificium pacis nos reconcilians DEO, vnum cum ipſo manet cui obtulit, vnum in ſe fecit, pro quibus offerebat, vnus ipſe eſt, qui obtulit, & quod obtulit. Inſuper ipſe etiam altare fuit ſcil. ſui ipſius, id eſt, diuinitas humilitatis. Huc facit illud Alcuini; Nemo pacem cum DEO habere poteſt, niſi per Mediatorē, qui eſt in duabus naturis verus Deus verusq; homo: Vnus Chriſtus, idem ſacerdos & ſacrificium, veniens ad nos, offerre pro nobis, quod ſumpſit ex nobis, vt auferret à nobis, ꝙ inuenit in nobis, id eſt, peccatum.

Ambroſ. ſuper Pſal. 118. Beati immaculati: Noli tantum amittere beneficium, ô homo. Propterea Chriſtus damnationi mortis ſe ſubdidit, vt te à iugo damnationis erueret: ille ſuſcepit mortis ſeruitutem, vt tibi tribueret vitæ æternæ libertatem.

Auguſtinus ſuper Pſal. 89. Propter ipſum fidele teſtamentum, in ipſo mediatum eſt teſtamentum, ipſe mediator eſt teſtamenti, ipſe ſignator teſtamenti, ipſe fidejuſſor teſtamenti, ipſe teſtis teſtamenti, ipſe hæreditas teſtamenti, ipſe cohæres teſtamenti.

Athanaſius lib. majore de fide, fol. 213. Vita non moritur, ſed mortuos viuificat: ſicut enim lux in loco tenebricoſo non læditur; ita nec vita pati poteſt, quæ mortalem naturam inuiſit: Eſt enim immutabilis, & nec verti, nec diuerſa & altera eſſe poteſt Verbi Diuinitas: Sicut enim in Prophetia dicit de ſeipſo Dominus: Videte me, quod Ego ſum, & non ſum immutatus.

Bernh. ſerm. 76. Ex nobis aſſumpſit, quæ pro nobis ſuſtinuit, naſci, lactari, mori, ſepeliri: mea eſt mortalitas, nati: mea infirmitas paruuli: mea exſpira-

Bernhard. in ſerm. de paſſio. Domini: In paſſione Domini tria ſpecialiter conuenit intueri: Opus, modum, cauſam. Nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in cauſa charitas commendatur. Patientia ſingularis, humilitas admirabilis, ſed charitas inæſtimabilis. Idem ſuper Cant. ſerm. 62. Quid tam efficax ad curanda conſcientiæ vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quàm CHRISTI vulnerum ſedula meditatio, &c.

Poëta ſic quidam de paſſione CHRISTI canit:

Ecce cruci affixum, quo cuncta mouente mouentur:
Cuius cuncta bibant fontibus, Ecce ſitit.
Qui fabricat brutis auibusq; ſedilia, pendens
Nil ſua quo ceruix ſuſtineatur habet.

Eſt nu-

Est nudus largitor opum: speciosior astris
Liuet: & est iustus victima pro scelere.
Qui dat sceptra, gerit de sentibus ecce coronam:
Latrones inter gloria summa probro est.
Quiq; refrigerium est, ipse est solaminis expers,
Et vitæ Dominus mortuus ipse iacet.
Hæc dixisse velim: sed tu memor esto, tot atque
Tanta, tui causâ, sustinuisse Deum.

spiratio, crucifixi: mea dormitio sepulti.

Bernhard. Serm. 1. de Nat. Christi: Vt in Paradiso terrestri quatuor fuere fontes, qui vniuersam irrigarent terram: ita in Christo, qui noster est Paradisus, quatuor est reperire fontes. Primus fons misericordiæ, ad diluendas culpas aquis remissionis: secundus fons sapientiæ ad potandum sitim nostram aquis discretionis: tertius fons gratiæ, ad irrigandas plantas bonorum operum aquis deuotionis: quartus fons ad condiendum & decoquendum nostras affectiones, aquis æmulationis. Et de istis intelligi potest illud Isaiæ: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

Hæc sufficiant de Christi mira & alma passione; diuina annuente opera & Ascensionem eius aggrediemur.

Augustinus in glossa Apocal. 12. Raptus est DEI Filius ab humanitate ad diuinitatem, in transfiguratione; à passibilitate ad immortalitatem, in resurrectione; à minoritate ad Patris æqualitatem, in ascensione; quia quantus fuit descensus à sinu Patris ad patibulum crucis, tantus fuit ascensus à patibulo crucis vsque ad dextram Patris.

Bernhardus homil. 29. Illo reuertebatur Christus, vbi erat; & inde redibat, vbi remanebat; quia cum per humanitatem adscenderet in cœlum, per Deitatem suam terram pariter continebat & cœlum: oportet, fratres charissimi, vt illuc sequamur corde, vbi Christum credimus corpore ascendisse. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris. Quia is, qui placidus adscendit, terribilis ll redi-

Gregor. Hom. 29. super Euangeliũ, tractans Cant. 2. Vultis eius saltus cognoscere? de cœlo venit in vterum, de vtero venit in præsepium, de præsepio in crucem, de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro rediit in cælum. Idem Homil. 9. Saluator noster, qui cùm in ea carne, quam assum-

redibit. In hac solemnitate deletum est chirographum nostræ damnationis: mutata est sententia nostræ corruptionis. Illa enim natura, cui dictum est: Terra es, & in terram ibis, hodie in cœlum iuit.

assumpsit, adscenderit in cœlum, peregrè profectus est. Quia locus carnis proprius terra est, quæ quasi ad peregrina loca deducitur, cùm per Redemptorem nostrum in cœlo collocatur.

Leo Papa in Serm. hodierno: Non solùm hodie cœli possessores firmati sumus, sed superna cœlorum in Christo penetrauimus, ampliora recepturi per suam ineffabilem gloriam, quam per Diaboli perdideramus inuidiam. Quia quos Diabolus de primi habitaculi felicitate ejecit, hos DEI Filius sibi comparatos ad Patris dextram collocauit. Non otiosè inter resurrectionem & adscensionem XL. dies transiere discursu: sed magna confirmata sunt Sacramenta, magna reuelata mysteria. In eis diræ mortis aufertur metus, verbi simul & carnis immortalitas declaratur. In his insufflatio Spiritus S. infunditur. In his beato Petro super cæteros ouilis Dominici cura mandatur.

Beda in Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Quisquis ergo in cœlum adscendere desiderat, ei qui de cœlo descendit, & est in cœlo, se vera fidei & dilectionis vnitate coniungat: Apertè intelligens, quod nullo alio ordine, nisi per eum, qui de cœlo descendit, in cœlũ adscendere possit.

Ioan. Chrys. Refrena iram, expue malitiã, expugna luxuriam, & de peccatis, virtutibus fecisti gradum, qui ducit in cœlũ.

Hier. super illud Psal. 23. Attollite portas Principis vestri. Virtutes ministræ p̃cedentes Christum in adscensione ad alias virtutes clamant, vt viam Domino venienti aperiant, eique occurrant. Reserate (inquiunt) cœlestes aditus: Venienti Domino æternalis ingressus pateat; aperiantur æthereæ ianuæ, & æternarum ædium valuæ, & introibit Rex gloriæ in cœlum. Vt ad dextram Patris interpellet pro nobis. Ipsæ enim virtutes Angelicæ nouo mysterio carne induti stupefactæ, quærunt cũ admiratione, quis est ille Rex gloriæ? Quibus respondent aliæ: Dominus virtutum &c. Licet enim multi scirent, ipsum esse hominem, non tamen sciebant, humanam naturam supra se exaltandam.

August. de fide & Symb. Vbi, & quomodò sit in cœlo corpus Dominicũ, curiosissimum & superuacuũ est quærere. Tantummodo in cœlo esse credendum est.

August. in Serm. Resurrect. Quorum sepulchra in passione Domini sunt patefacta, horum corpora, Christo resurgente, de puluere sunt suscitata: Decebat enim, vt ille prius resurgeret, deinde illi: sicut dicit Apostolus Paulus: Christus resurrexit

à mor-

à mortuis primitiæ dormientium. Et ſicut cum Domino reſurrexerunt, ita cum eo adſcendente, etiam ipſi adſcendiſſe creduntur.

Ioan. Chryſoſt. in homil. hodierna: Natura, cuius cauſa paradiſus in Cherubin cuſtodiebatur, hodie ſuper Cherubin cum ſummo honore ſuſcepta eſt. Ea natura, cui dictum eſt, Terra es, & in terram reuerteris: Hodie in cœlum iuit, & ſine termino ſuper cœlos regnat.

Bernh. ſuper Cantic. Adſcenſionis quatuor dicimus eſſe gradus: prima, ad cor: ſecunda, in corde: tertia, de corde: quarta, ſupra cor. In prima tenetur Dominus; in ſecunda auditur conſiliarius; in tertia deſideratur ſpōſus; in quarta videt̃ Deus.

Chromantius in cap. 3. Matth. fol. 437. Sicut tunc populo ad terram promiſſionis eunti per Iordanem via fuit, Domino pręcedente: ita nunc per eaſdem aquas fluuii Iordanis, primum iter viæ cœleſtis apertum eſt, per quod ad beatam illam terram promiſſionis, id eſt, promiſſionem Regni cœleſtis obducimur. Illis IESVS Filius Naue in Iordane Dux fuit: nobis verus IESVS CHRISTVS Dominus per Baptiſmum Dux extitit ſalutis æternæ, vnigenitus DEI Filius.

Marci vltimo: Et Dominus quidem IESVS, poſtquam locutus eſt diſcipulis, aſſumtus eſt in cœlū, & ſedet à dextris DEI.

Adſcendit ad cœlos, Pſal. 16. v. 19. Marc. 16. v. 19. Luc. 24. v. 51. Ioh. 3. v. 13. Ioh. 6. v. 62. Act. 1. v. 9. Epheſ. 4. v. 8. 1. Pet. 3. v. 22. Hebr. 5. v. 5.

Sedet ad dextram Patris, Pſal. 110. v. 1. & 8. v. 7. Luc. 22. v. 69. Actor. 2. v. 34. Item 7. v. 56. Roman. 8. v. 34. Eph. 1. v. 20. & 4. v 10. Phil. 2. v. 9. Col. 3. v. 1. 1. Pet. 3. v. 22. Hebr. 1. v. 13. & 12. v. 2. & 2. v. 8. 1. Cor 15. v. 25.

Veniet juſtificare viuos ac mortuos, Malach. 3. v. 3. Matth. 6. v. 27. & 24. v. 30. & 25. v. 31. Luc. 17. v. 24. 30. & 21. v. 25. Ioh. 5. v. 22. Acto. 1. v. 1. & 10. v. 42. & 17. v 31. Rom. 2. v. 16. 2. Theſſ. 4. v. 16. 2. Tim 4. v. 1. 1. Pet. 4. v. 5. Heb. 9. v. 28. Apoc. 1. v. 7. &c.

Hæc de ſecunda perſona Deitatis ſufficiant, breuiſſimè nos accingemus ad illuſtrandam tertiam perſonam Diuinitatis, quæ Deus Spiritus ſanctus.

Hilarius 10. de Trinit. Fit caro Verbum, id eſt, homo Deus: Et qui homo eſt, in cœlis eſt: & qui Deus eſt, de cœlis eſt. Aſcendit deſcendens, ſed deſcendit non deſcendens. Eſt qui erat, & quod eſt, non erat.

Ignatius epiſt. 2. ad Trall. & Epiſt. 7. Chriſtus tribus diebus à mortuis eſt reſtitutus, reſtituente eũ ſuo Patre cœleſti, ad quem cum 40. dies eſſet cum Apoſtolis cõuerſatus, aſſumptus eſt in ſedẽ paternæ dexteræ: vbi tãdiu permanet, donec aduerſarii ſubiiciantur pedibus ſuis.

Auguſtinus de Spiritu & litera, cap. 6. ait: Spiritus ſanctus & digitus DEI, per quem ſanctificamur, vt ex fide viuentes, per dilectionem benè operemur. Idem de Trinit. lib. 5. capi. 11. Spiritus ſanctus eſt ineffabilis Patris & Filij communio. Idem de Trinit. lib. 6. Spiritus ſanctus commune eſt aliquid Patris & Filij, quicquid illud eſt. At ipſa communio conſubſtantialis & coæterna, quæ ſi amicitia conuenienter dici poteſt, dicatur: ſed amplius dicitur charitas & hæc quoque ſubſtantia; quia DEVS ſubſtantia eſt, & DEVS eſt charitas.

Damaſcenus lib. 1. cap. 7. Spiritus ſanctus non eſt exſpiratio DEI, ſubſtantia deſtituta, ſed virtus ipſa ſubſtantialis, ſecundùm ſeipſam à propria perſona conſiderata, ex Patre procedens, & in Filio requieſcens, ipſum manifeſtans, nec ſeparabilis à Patre & Filio.

Alij definiunt, Spiritus ſanctus eſt tertia perſona Diuinitatis, à Patre & Filio procedens.

Phauorinus: Πνεῦμα ἅγιον ἐστὶ δύναμις ἁγιαστικὴ, ἀχημάτιστος, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ ὁμοούσιος ἐκπορευτικῶς, οὐχ υἱκῶς, ἐκ τοῦ Πατρὸς ποιοῦσα.

Bernhardus in ſerm. 15. Pentecoſt. ait: Spiritus ſanctus multiplex dicitur, quia multipliciter filijs inſpiretur, conceditur enim ad vſum, ad miraculum, ad ſalutem, ad auxilium, ad ſolatium, ad feruorem. Ad vſum vitæ bonis & malis communia bona abundantiſſimè tribuens. Ad miraculum in ſignis & prodigiis. Ad ſalutem, quum toto corde reuertitur ad Dominum Deum. Ad auxilium, quum in omni colluctatione adiuuat infirmitatem noſtram. Ad ſolatium, quum teſtimonium perhibet Spiritui noſtro, quod Filii DEI ſumus. Ad feruorem, quum in cordibus perfectorum vehementius ſpirans validum ignem charitatis accendit, vt non ſolùm in ſpe filiorum DEI, ſed etiam tribulationibus glorientur, contumeliæ gloriam reportantes.

Iuſtinus Martyr: Apol. 2. Quod autem Chriſtum à mortuis excitatum, Deus Pater omniū eſſet in cœlum abducturus, donec dæmones ipſius hoſtes percuſſerit: audite verba iſta Prophetæ Dauidis: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.

Auguſt. in Epiſt. Sanctum ſemper opus in me ſpira, vt cogitem: compelle, vt faciā: ſuade, vt te diligam: confirma me vt te teneam: cuſtodi me, ne te perdam.

Gregor. in Moral. Porrò Idem: *ad faciendum bonum quid in nobis bonus Spiritus operatur: profectò monet, mouet & docet: monet memoriam, mouet voluntatem, & docet rationem: nec minimam paleam intra cordis, quod poßidet, habitaculum patitur reſidere: ſed ſtatim igne ſubtilißimæ circumſpectionis & compunctionis exurit ſpiritus dulcis & ſuauis.*

Idem: Spiritus IESVS, Spiritus bonus; Spiritus ſanctus, Spiritus rectus, Spiritus dulcis, Spiritus fortis infirma roborans, aſpera planans, corda purificans, quicquid in hoc ſeculo nequam videtur, difficile & anguſtum, leue facit, & hic illatum opprobrium gaudium judicat, deſpectionem exaltationem eſſe perſuadet.

Hieronym. ſuper Marcum: Spiritus ſapientiæ negligentiam impigrè repellit, Spiritus intellectus diligentiam rationabiliter quærit, Spiritus conſilii diuinam prouidentiam prudenter inuenit; Spiritus virtutis inſtigationes fortiter recondit; Spiritus ſcientiæ obliuionem lubricam diu eſſe integrè non ſinit; Spiritus pietatis humanam fragilitatem clementer indulget; Spiritus timoris DEI improuidam ignorantiam ardenter decoquit, & benè replet.

Bernhar. in Serm. 2. Pentecoſt. Spiritus paracletus dat pignus ſalutis, robur vitæ, ſcientiæ lumen; Pignus ſalutis, vt ipſe reddat teſtimonium ſpiritui tuo, quod filius DEI ſis. Robur vitæ, vt quod per naturam tibi eſt impoſſibile, per gratiam eius non ſolùm poſſibile, ſed etiam facile fiat: Lumen ſcientiæ, vt cùm omnia benè feceris, te ſeruum inutilem putes: & quicquid boni in te inueneris, illi tribuas, à quo omne bonum eſt. In tribus iſtis Spiritus ſanctus docebit te omnia, quæ pertinent ad ſalutem.

Gregorius ſuper Ezechielem: Conſidero Patres Noui & Veteris Teſtamenti, Dauid, Danielem, Amos, Petrum, Paulum & Matthæum, & apertis oculis fide intueor: Implet namque Spiritus ſanctus puerum citharædum, & Pſalmiſtam facit: Implet abſtinentem puerum, & judicem ſenum facit: Implet paſtorem armentarium, & Prophetam facit: Implet piſcatorem, & principem Apoſtolorum facit: Implet perſecutorem, & Doctorem gentium facit: Implet publicanum, & Euangeliſtam facit: quàm ergo inſani ſumus, qui hunc Spiritum non quærimus.

Leo Papa in Serm. de Pentecoſt. O quam velox eſt ſermo ſapientiæ! Et vbi Deus magiſter eſt, citò diſcitur quod docetur.

Beda in Hom. Spiritus S. in colũba & igne apparuit, quia omne cor, quod eius gratia tangitur, & mãſuetudinis lenitate tranquillũ & zelo iuſtitiæ fit accenſum. Hinc Gregor. dicit in Moral. Idcirco Spiritus S. in igne & columba nobis monſtratus eſt, quia videlicet omnes, quos implet, & columbæ ſimplicitate manſuetos, & igne zeli ardentes exhibet. Nequaquam ergo Spiritus ſanctus plenus eſt: aut qui tranquillitate mãſuetudinis feruorem æmulationis deſerit, aut rurſus in æmulationis ardore virtute manſuetudinis amittit.

Beda Hom. 9. in Luc. Nulla in discendo mora est, vbi Spiritus S. Doctor est.

Non est adhibita interpretatio ad audiendum, non consuetudo ad vsum, non tempus ad studium, sed spirante, vbi voluit, Spiritu veritatis propriæ singularum gentium voces factæ sunt in Ecclesiæ ore communes. Ab hoc igitur die vox Euangelicæ prædicationis intonuit, ab hoc die imbres charismatum, flumina benedictionum, omne desertum & vniuersam aridam rigauerunt.

Gregor. Habitare in corpore animam, probat vitales sensus corporis: Habitare in anima Spiritum, probat vita spiritualis. Quod auditu & visu dignoscitur, istud ex charitate & humilitate, cæterisq; virtutibus.

Beda super Ezech. Septem graduum erat ascensus ciuitatis. Sunt enim multi, qui iam per septem gradus, id est, per sancti Spiritus septiformem gratiam, aditum vitæ cœlestis inueniunt per timorem DEI humiles, per pietatis studium misericordes, per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per consilium cauti, per intellectum prouidi, per sapientiam maturi.

D. Augustin. lib. de Gratia: Spiritus sanctus est Patris & Filij amor & connexio: ad ipsum pertinet societas, qua efficimur vnum corpus vnici Filii Dei. Sicut enim vnum corpus hominis multis constat membris, & vegetat omnia membra vna anima, faciens in oculo vt videat, in aure vt audiat, & sic in cæteris. Ita Spiritus sanctus membra corporis Christi, quod est Ecclesia, continet & vegetat. Et sicut humani corporis membrum præcisum formam quidem, qua membrum sit cognoscitur, retinet, sed nequaquam Spiritus sanctus sequitur, quo præter vnitatem corporis viuat; sed quicunque à prædictæ pacis vnitate diuisus est, sacramentũ quidem tanquam formam retinet, sed Spiritu præter vnitatem non viuit. Frustra ergo foris de forma gloriantur, nisi intus Spiritu vegetentur.

Chrysost. de sancto adorãdo Spiritu: Da mihi nauim vacuam, gubernatorem, nautas funes, anchoras, omnia disposita, & nusquã esse Spiritum venti: Nonne tardat omnis quan-

Thriuer. in Apoph. 65. ait: Non sunt omnes hæredes, qui in eadem sunt familia: tantum qui ab iisdem profecti sunt parentibus. Neque statim Christiani, aut Christi filii, qui sub vmbra latent Ecclesiæ, sed qui genuinum Christi acceperunt Spiritum.

Basilius apud Maximum: Quemadmodum in speculo impurgato rerum imagines intueri non possunt: sic homo Spiritus sancti illustrationem recipere non potest, nisi peccatum & carnis affectionem abiiciat.

Nazian-

Nazianzenus in orat. de statu episcopali: Qui neque Spiritus curiosè scruteris ꝓcessum; sufficit mihi quod Filius, quod ex Patre; & quod hic sit Pater, ille verò Filius: Et nihil in his curiosè scrutor: Ne in vocibus, quæ penitus omnem elocutionẽ superat humanam, mihi accidat, quod visui, quum in radios dirigitur solares. Quantum enim quis plus & diligentius videre voluerit, tantò magis sensu læditur: Et dum intimum cernere quærit, etiam illo quod plus est priuatur, quum res quæ videri debet, longè etiam visum exuperet, si illam totam videre volueris, & non ita quemadmodum cernere est tutum.

Didymus Alexander lib. 1. de Spiritu sancto: Quomodo disciplinæ & virtutis assumptor, signaculum & figuram (vt ita dicam) in suum sensum recipit, eius scientiæ, quam assumpsit: sic & is qui Spiritus sancti particeps efficitur, per communionem eius fit spiritualis pariter & sanctus.

Tertullianus de velandis virginibus: Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum est primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuscula enititur. Deniq; rami & frondes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur. Inde germinis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoque rudis aliquandiu & informis, paulatim ætatem suam dirigens, eruditur in mansuetudinem saporis. Sic & justitia (nam idem Deus justitiæ & creaturæ) primò fuit in rudimentis naturæ Deum metuens. Dehinc per legem & Prophetas promouit in infantiam. Dehinc per Euangelium efferbuit in juuentutem. Nunc per Paracletum componitur in maturitatem. Hic erit solus à Christo magister & dicendus & verendus: Non enim ab se loquetur, sed quæ mandantur à Christo. Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperunt, veritatẽ consuetudini anteponunt.

Pamphylus Martyr lib. de Spiritu sancto: Quomodo qui aliqua disciplina plenus est, qui perfectè eam habet, eruditè, & subtiliter potest de ea proferre sermonem: sic qui Spiritum sanctum consummatè acceperunt, ita vt impleantur eo, cum fiducia Verbum Dei loquuntur; quia præsens Spiritus sanctus dignam Deo vocem ministrat.

quantuscunq; est apparatus, si desit operatio Spiritus? Ita fieri solet, licet sit sermonis ampla supellex, & mens profunda, & eloquentia, & intelligentia: & non adsit Spiritus S. qui vim suppeditet, otiosa sunt omnia.

Basilius de Sp. S. Quemadmodum ars in eo qui nactus est illam: ita gratia Spiritus in eo qui recepit, semper quidẽ præsens, at non perpetuò operans. Nam & ars potentia quidem est in artifice, actu verò tum, quum secundùm illam operatur. Itidem Spiritus semper quidem

D.Au-

dèm adeſt dignis, ſed operatur in illis iuxta vtilitatem, aut in prophetiis, aut in ſanationib⁹ aut aliis miraculorum operationibus.

B.Th. 1.par. q.4. art. 3. & 1. ſent. diſt. 10. q.4. Spiritus dicitur ſeptupliciter; Aer, vel vẽtus, corpora beatorũ, anima beatorum, virtus imaginatiua, mens, Deus.

Gregorius in moralib. Quia Dominus diſcipulos & zelo ſuccenſos, & verbo eruditos intus reddit, foras linguas igneas oſtendit: in ſignificatione admonita ſunt elemẽta, vt ignẽ & ſonitum ſentirent

D. Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 19. Sicut corpus carnis nihil aliud eſt quàm caro: ſic donum Spiritus ſancti nihil eſt, quàm Spiritus S. &c.

Chryſoſt. hom. 24. in Epiſt. ad Hebr. Sicut nauis quæ proſpero flatu fertur in Pelago, non poteſt impediri, neque demergi, vſque quo proſpero vento ac perſeuerante perfruitur, ſed etiam poſt nauigationem gloria eis magna contingit, ſiue nautis, ſiue exulatis: Illis quidem requiem tribuens, quod labore remigationis non fuerint fatigati: Illis autem, quod eos maris moleſtia liberauit, & nauigationem illam hilarem fecit, & velut ſpectaculum illis iucundum ipſam proſperitatem curſus attribuit: Sic etiam anima à diuina adiuta Spiritu, omnibus rebus ſuperior exiſtit, & omnibus fluctuationibus vitæ huius eminebit, & vitam in cœlum ducentem vehementius, quàm illa nauis incedit, vtpote quæ nõ vento impellitur, ſed ab ipſo Paracleto fertur, munda vela poſſidens, & plena proſperis flatibus omnem remiſſionem & diſſolutionem à ſua mente diſcutiens. Sicut enim in velis iactatis ventus incidens nihil operatur: ſic etiam Spiritus S. in anima remiſſa & ſegni non patitur permanere.

Baſilius de Spiritu S. Spiritus ſancti ſic omnes participes ſunt, vt ipſe maneat integer, radii Solis in morem: Cuius beneficium ſic adeſt ei qui fruitur, quaſi ſoli adſit, quum & terram illuſtret, & mare, & aëri miſceatur: Itidem & Spiritus ſanctus vnicuique capacium quum adſit, quaſi ſoli, omnibus ſufficientem & integram gratiam infundit, quo fruuntur, quæcunq; de illo participant, non quãtum ipſa ſua natura poſſunt capere, ſed quantum poteſt ille.

Nazianz. ad Euagrium de Deitate: Quemadmodum lucis radij habitum inter ſe juxta naturam habent indiuiſibilem, & nec à luce ſegregantur, aut inuicem abſcinduntur, ſed ad nos vſque gratiam luminis mittunt: Eodem etiam modo Saluator noſter, & Spiritus ſanctus geminus Patris radius, ad nos vſque veritatis lumen ſubminiſtrat, Patrique communicat.

Lucilius Veronius in memorabil. Quemadmodũ nauis in medio maris, ſecundo vento multùm agitatur, velociter iter ſuum

ſuum conficit, atque in tutum portum ſe recipit: Ita homo in his Mundi miſeriis atq; impetuoſo calamitatum omnium mari periclitans, motu & afflatu Spiritus S. agitatur, vt rectâ viâ ingrediatur, atque in tutum demum veræ beatitudinis portum ſeſe recipiat.

Paſchaſius de Spiritu ſancto: Quod Spiritus S. in ſingulos ſediſſe memoratur, id cauſæ eſt, vt intelligatur, per plures non fuiſſe diuiſus, manſiſſe in ſingulis totus, ſed ſicut fieri ignibus mos eſt: hanc enim (vt nouimus) habet naturam ignis accenſus, vt quanti ad eum, quanti ad crimen purpurei ſplendoris adſpexerint, tantis vſum ſuæ lucis impertiat, tantis miniſteriũ ſui muneris tribuat; & nihilominus in ſui integritate permaneat: Ita ſancti Spiritus virtus quantumlibet effluat, quantumlibet in plurimos gratia diuinæ largitatis exuperet, ſicut probatur recipere menſuram, ita nullam ſentit expenſam.

Sapient. 12. O quàm ſuauis eſt Domine Spiritus tuus.

Matth. 12. Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctũ, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

Luc. 12. Spiritus S. docebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere.

Ioh. 3. Spiritus vbi vult ſpirat; & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, & quo vadat: ſic & omnis qui natus eſt ex Spiritu.

1. Cor. 2. Quis hominum nouit ea, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo? Sic & ea quæ ſunt DEI, nemo nouit, niſi Spiritus DEI. Ibidem etiam Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda DEI. Ibid. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult.

2. Cor. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.

Rom. 5. Charitas DEI diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum S. qui datus eſt nobis.

Rom. 8. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Ibid. Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum DEI, in quo clamamus, Abba, Pater.

ſentirent corpora, igne verò inuiſibili, & voce ſine ſonitu docerentur corda. Foris ergo fuit ignis, qui apparuit, ſed intus, qui ſcientiam dedit.

Idem Homil. 26. In terra datur Spiritus, vt diligatur proximus, è cœlo datur Spiritus, vt diligatur Deus. Sicut ergo vna eſt charitas, & duo præcepta, ita vnus Spiritus, & duo dona.

Spiritus S. donorum diuinorum diſtributor, 1. Cor. 12. v. 11. Digitus Dei, Luc. 11. v. 20. Piorũ Doctor, Matth. 10. v. 20 Ioh. 14. v. 26. Acto. 6. v.

10. 1.Cor.2. v.12. 1.Ioh.2. v.27. Piorum dux, Rom.8.v.9. Semen, 1.Ioh. 3.v.9. Sigillum, 2. Cor.1.v.21. Testis Christi, Ioh 15.v.26. 1.Ioh.5.v.7. Virtus ex alto, Luc.24. v.49. Vnctio, 1.Ioh. 2.v.20.27. Veritas, 1.Ioh. 5.v.6. Spiritus gratiæ, Hebr.10. v.20. Gratiæ & precum, Zach. 12.v.10. Spiritus sanctificationis, Rom.1.v.4. Spiritus sapientiæ, intelligentiæ, consilij, fortitudinis, scientiæ, & timoris, Esaiæ 11.v.2.

Eph.1. Signati estis Spiritu S. promissionis, qui est pignus hæreditatis nostræ, &c.

Chrysost. in 7.Matth. hom.20. Sicut non est possibile, vt ex sola pluuia fructificetur terra, nisi flauerit super eam ventus: sic non est possibile, vt sola doctrina corrigat hominem, nisi cooptatus fuerit Spiritus sanctus in corde ipsius.

In sequentibus de his latius; examinabimus porrò, quantum & ipse suo numine nobis concesserit. De hac persona Theologorum nostrorum definitio Spiritus S. talis est.

Spiritus S. est tertia persona Diuinitatis; non factus, nec creatus, nec genitus, sed à Patre & Filio ab æterno procedens: In quo Pater per Filium creauit vniuersa, visibilia & inuisibilia, Angelos & homines, creataque sustentat, conseruat ac gubernat: Missus à Patre per Filium visibili specie super Apostolos: & qui inuisibiliter quoque mittitur hodie à Patre per Filium in corda credentium, vt ea per Verbum & Sacramenta illuminet, conuertat, regeneret, sanctificet, renouet, &c. Hic & notandum, quod Augustinus ait & obseruauit de Trinitate: Tertiam personam Diuinitatis nō ita habere propriam appellationem, sicuti prima & secunda persona. Pater enim ita habet propriā appellationem, vt Filius non dicatur Pater: & rursus Pater etiam non dicatur Filius. Nomen verò Spiritus S. non ita est proprium. Est enim Pater Spiritus: Est etiam Filius Spiritus. Quia Deus est Spiritus, Ioh. 4. v. 24. Item Pater sanctus est, & Filius est sanctus: sicut Seraphin clamauit Esa. 6. v. 3. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus DEVS Zebaoth.

Piæ cogitationes Patrum sunt: Tertiam personam Diuinitatis ideò vocari Spiritum sanctum, appellatione tali, quæ communis est primæ & secundæ personæ: Quia Spiritus S est commune aliquid Patris & Filii: scilicet substantialis amor, & lætitia inter Patrem & Filium.

Vocabulum SPIRITVS, primò in genere significat naturam seu vim agitantem, vt Ezech. 1. v. 10. Spiritus vitæ erat in rotis. Et cap. 37. v. 7. Cùm Spiritus ingreditur ossa arida, fit cōmotio; & accedunt vnumquodque ad juncturam suam. Nam Hebræis dicitur רוח & רוח agitando, dilatando, ventilando. Et La-

Et Latinis etiam generaliter ita vsurpatur. Vt, *Sedibus æthereis Spiritus ille venit.* Item illud Virgilij, *Spiritus intus alit.* 2. Significat ventos, Ps.147.v.18. Flabit Spiritus eius, & fluent aquæ. Psal.11. v.6. Spiritus procellarum. 3. Significat vitam seu animam hominis: vt, Emisit spiritum, Matt.27.v.50. Suscipe spiritum meũ. Act.9.v.59. & Luc.8.v.55. Reuersus est spiritus puellæ. Et Iac.2. v.26. Sicut corpus sine spiritu mortuum est. Item Psal. 146.v.4. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Eccles.3.v.21. Quis scit spiritum filiorum hominis, an ascendat ipse sursum, & spiritum bruti, an descendat ipse deorsum. 4. Significat Angelos, Heb.1.v.14. Angeli sunt administratorii spiritus, Psal.104. v.4. Qui facit Angelos suos spiritus. Hebr.12.v.9. Pater spirituum. Luc.24.v.37.&39. Putabant se videre spiritum: Spiritus carnem & ossa non habet. Luc.11.v.26. Spiritus malus nequam. 5. Significat motus seu impetus hominum creatos, seu bonos seu malos. Psal.76.v.13. Qui aufert spiritum Principum. Prou. 17.v.22. Spiritus tristis exsiccat ossa. Esa.19.v.14. Miscuit Dominus spiritum vertiginis. Ose.4.v.12. Spiritus fornicationis. Exod.31.v.3. Impleui eum Spiritu Dei, in omni arte ad excogitandum, quicquid fabrifieri potest ex auro, argento, &c. 6. Est nomen commune Patri, & aliis personis Diuinitatis. Ioh.4.v.24. Deus est Spiritus. 7. Est nomen peculiare & proprium tertiæ personæ Diuinitatis. 8. Sæpe etiam pro donis Spiritus, non pro persona ponitur: vt cùm Helisæus dicit 4. Reg.2.v.9. Fiat tuus Spiritus duplex in me. Item cùm Deus dicit ad Mosem, Num.11.v.17. Auferam de Spiritu tuo, & dabo Senioribus populi. Origenes περὶ ἀρχῶν, lib.1.c.3. Quidam ex prædecessoribus nostris in Nouo Testamento obseruant: quòd sicubi Spiritus nominatur sine adjectione, quæ assignet, qualis sit Spiritus, de Spiritu Sancto debere intelligi. Hanc regulam Hieronymus in 2. cap. Micheæ exemplis probat, Gal.5. v.12. Fructus Spiritus, Gal.6.v.8. Qui seminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam, Rom.8.v.13. Si Spiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis. Matth.4.v.1. Ductus est à Spiritu in desertum. Augustinus de cognitione veræ vitæ cap.4. ita distinguit: Sex modis in Scripturis Spiritus substantialiter dicitur: Primò *Deus*

 appel-

appellatur Spiritus Ioh.4.v.24. 2. *Angeli*, Psal.104.v.4. Qui facit Angelos Spiritus. 3. *Animæ*, Psal.146.v.4. Exibit spiritus eius. 4. *Vita brutorum*, Eccles.3.v.21. Quis scit si spiritus iumentorum, &c. 5. *Venti*, Psal.11.v.6. Spiritus procellarum. 6. *Aer* dicitur spiritus, Ps.119.v.31. Os meum aperui & attraxi spiritum.

Nomina præcipua, quæ Spiritui sancto in S. Scriptura tribuuntur, hæc sunt:

Primò dicitur רוּחַ πνεῦμα, Spiritus. Et ratio appellationis videtur ab ipso Christo explicata esse, Ioh.3.v.8. Secundò, παράκλητος, Ioan.14.v.16. Rom.8.v.34. Phauorinus: Παράκλητον πνεῦμα λέγεται, τὰς παρακλήσεις τῶν ὅλων δεχόμενον. Et: Παράκλησις ἐστὶν ἀνάκλησις ψυχῆς ἀπὸ τοῦ διὰ λόγου πνευματικοῦ. Tertiò 2.Cor.1.v.22. Dedit arrhabonem Spiritus in cordibus nostris. 2.Cor.5.v.5. Deus est qui dedit nobis arrham Spiritus. Et Eph. 1.v.14. Spiritus S. est arrhabo hæreditatis nostræ. Quartò, χρῖσμα, vnctio, 1.Ioh.2.v.27. Vnctio quam accepistis ab illo, scilicet Filio, docebit vos omnia. Psal.45.v.8. Vnxit te DEVS tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. Luc.4.v.18. Ex Esa.61. v.1. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxit me. Act.10.v.38. Quem vnxit Deus &c.

Spiritus S. aquæ nomine signatus. Ioh.3.v.5. Heb.10.v.22. Ignis, Matth. 3.v.11. Spiritus Sanctus arrhabo, 2.Cor.1.v.22. & 5.v.5. Galat.4.v.6. Ephes.1.v.13. 14.

Quintò Ioh.7.v.38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu &c. Esa.44.v.3. Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam, effundam Spiritum meum super semen tuum. Tribuit autem Spiritui S. nomen aquæ; primò, quia purgat nostras sordes: 2. Quia omni vitæ succo & humore destituimur: Spiritus sanctus autem limpidissima aqua è fontibus Israëlis hausta, ita nos irrigat, vt non sitiant, qui biberint, in æternum, Ioh.4.v.14. Sextò Matth.3. v.11. Baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Act.2.v.3. Dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque super singulos. Septimò Ioh. 20.v.22. Insufflauit in discipulos, & ait: Accipite Spiritum sanctum. Act.2.v.2. Factus est repentè sonus de cœlo, tanquam aduueniente flatu vehementi. Octauò, digitus DEI, Matth.12. v.28. Luc.11.v.20.

Epitheta Spiritus S. talia sunt: 1. Spiritus אלהים, Genes.1.v.2. Hiob.33.v.4. & Matth.3.v.16. Vidit Spiritum DEI descen-

descendentem. Roman. 8. v. 9. Spiritus Dei habitat in vobis. 1. Cor. 2. v. 11. Ea quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi Spiritus Dei. Eph. 4. v. 30. Non contristetis Spiritum sanctum Dei. 2. Cor. 3. v. 3. Spiritu Dei viuentis. 1. Cor. 6. v. 11. In Spiritu Dei nostri. 2. Spiritus Domini יְהוָה, Esa. 61. v. 1. & 63. v. 14. Luc. 4. v. 18. Spiritus Domini super me. Act. 8. v. 39. Spiritus Domini, ἥρπασε rapuit Philippum. 3. Spiritus Patris, Matth. 10. v. 20. Spiritus Patris est, qui loquitur in vobis. Rom. 8. v. 11. Spiritus eius, qui excitauit Iesvm à mortuis. 4. Spiritus Christi filij, Gal. 4. v. 6. Misit Spiritum Filij. Rom. 8. v. 9. Si quis Spiritum Christi non habet, non est eius. Phil. 1. v. 19. Per subministrationem Spiritus Christi. 1. Pet. 1. v. 11. Scrutantes quale tempus significaret in eis Spiritus Christi. 5. Psal. 33. v. 6. Spiritus oris eius. Esa. 11. v. 4. Spiritu labiorum suorum interficiet impium. 2. Thess. 2. v. 8. Interficiet Antichristum Spiritu oris sui. 6. Spiritus bonus. Nehem. 9. v. 20. Spiritum tuum bonum dedisti eis, qui doceret eos. Psal. 143. v. 10. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. 7. Psal. 51. v. 12. Spiritum נָכוֹן rectum, stabilem, (per peccatum enim deflectimus à regula) vel veracem, id est, alienum ab hypocrisi. Vel vt Eph. 5. v. 6. Ne quis vos seducat inanibus verbis. Vel firmum, qui facit perseuerare in bono, & cauere lapsus. Postea enim addit 2. v. 13. Ne auferas á me. Item v. 14. נְדִיבָה spontaneum, vltroneum. Cogit enim Filios Dei, vt proni & faciles sint ad obedientiam, facit ex nolentibus volentes, juxta illud: Obediuistis ex animo, Rom. 6. v. 7. & 2. Cor. 8. v. 4. Fuerunt voluntarii. 8. Sap. 7. v. 22. & 23. Spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex (μονογενὲς, πολυμερὲς,) subtilis, modestus, disertus, mobilis, coinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, benignus, stabilis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens. 9. Spiritus sanctus, quod epitheton & frequentissimũ est, & vbique obuium. 10. Æternus, Hebr. 9. v. 14. Per Spiritum æternum obtulit. Æternus est, quia non cœpit, vt reliqui spiritus: quales sunt Angeli, animæ hominum &c. 11. Spiritus sanctificationis, ἁγιωσύνης. Rom. 1. v. 4. 12. Spiritus veritatis, Ioh. 14. v. 17. 15. v. 25. 16. v. 13. Spiritus veritatis docebit vos

omnem veritatem. Et 1. Ioh.4.v.6. Ex hoc cognoſcimus Spiritum veritatis,& ſpiritum ſeductionis, πλάνης. 13. Spiritus vitæ. Rom.8.v.2. Lex Spiritus vitæ. Ioh.6.v.63. Spiritus eſt τὸ ζωοποιοῦ. 14. Spiritus manſuetudinis, 1.Cor.4.v.21. Gal.6.v.1. 15. Spiritus fidei, 2.Cor.4.v.13. Habentes eundem Spiritum fidei. 16. Apoc.19.v.10. Teſtimonium IESV eſt, Spiritus Prophetiæ. 17. Eph.1.v.17. Pater gloriæ dat vobis Spiritum ſapientiæ & reuelationis. 18. Eſa.11.v.2.& 3. Spiritus ſapientiæ & intellectus. Spiritus conſilii & fortitudinis: Spiritus ſcientiæ & timoris Domini. 19. Zachar.12.v.10. Spiritus precum. 20. Rom.8.v.15.Spiritus adoptionis, υἱοθεσίας. 21 Eph.1.v.13. Spiritus promiſſionis ſanctus. 22. 1.Cor.12.v.4.& 11. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus. Hæc omnia operatur vnus & idem Spiritus. Item v.13. In vno Spiritu baptizati eſtis in vnum corpus. Eph.4.v.4. Vnum corpus, vnus Spiritus. 23. Hebr.10.v.29. Spiritum gratiæ cōtumeliâ affeciſtis. Et Zach. 12.v.10. Spiritus gratiæ. 24. 2.Tim.1.v.7. Spiritus veritatis, dilectionis, & ſobrietatis.

Sequuntur teſtimonia S. Scripturæ approbantia; Primò Spiritum ſanctum eſſe perſonam. 2. Eſſe tertiam perſonam Diuinitatis. 3. Eſſe ὁμοούσιον Patri & Filio. 4. Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere. I. Teſtimonium eſt illuſtris reuelatio Diuinitatis, facta in Baptiſmo Chriſti: quæ diſcernit tres perſonas Diuinitatis clariſſimè Matth.3.v.16.& 17. Vbi Pater voce ex nubibus prolata, Filius baptizatus in Iordane, Spiritus ſanctus autem in ſpecie columbæ ſe reuelauit. II. Inſtitutio noſtri Baptiſmi: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Matth.vlt.v.19. III. In die Pentecoſtes Spiritus Sanctus apparet peculiari ſpecie corporali. Act.2.v.3. IV. Ioan.14.v.16. Rogabo Patrem,& alium Paracletum dabit vobis. Ioh.15 v 26. Cùm venerit Paracletus,quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis,qui à Patre procedit. Et cap.16. v.13 & 14. Quæ audiet loquetur, de meo accipiet,& annunciabit vobis. V. Paulus clarè diſcernit Spiritus Sancti perſonam à donis creatis, ceu actorem de effectibus. 1.Cor.3.v.6. & Roman.8.v.5.& ſeqq. VI. 2.Cor.3.v.17. Spiritus S. vocatur Dominus.

minus. VII. Spiritus Christi fuit etiam in Prophetis, 1.Pet.1. v.10.& 11 Zachar.7.v.12. VIII. Esa.63.v.14. Spiritus Domini fuit ductor & gubernator populi in deserto. Gen.1.v.2. Spiritus Domini ferebatur super aquas. IX. Tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus: & hi tres vnum sunt, 1.Ioh.5.v.7. X. Ioël.1.v.28. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, dicit Dominus. XI. Per Spiritum sanctum efficimur diuinæ naturæ consortes. 2.Pet.1.v.4. XII. In hoc cognoscimus, quòd ipse manet in nobis, ex Spiritu quē dedit nobis. 1.Ioh.3.v.24.& 4.v.13. Quia de Spiritu suo dedit nobis. Item Ioh.14.v.23. XIII. Vnus est Dominus, 1.Cor.8. v.6. sed Spiritus est Dominus, 2.Cor.7.v.17. Ergo consubstantialis Patri יְהֹוָה, & Filio Domino nostro. XIV. Psal.139.v.7. Quo ibo à Spiritu tuo? Et Sap.1.v.7. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Sed vbique esse & omnia implere, proprium est Diuinitatis. Huc pertinet & illud: Omnia scrutari proprium est DEI. Spiritus scrutatur omnia, etiam profunda DEI, 1.Corin.2.v.10. XV. Matth.12.v.28. Christus dicit, se in Spiritu Dei eijcere dæmonia, sicut alibi inquit, Ioh.14.v.10. Pater in me manens, ipse facit opera. Hinc Spiritus est consubstantialis Filio, sicut Filius Patri. XVI Pulcherrima probatio est ὁμουσίας, Ioh.5.v.19. cùm Filius inquit: Non possum ego me ipso facere quicquam, sic audio, judico. Ita etiam de Spiritu S. dicitur Iohan.16.v.13. XVII. 2.Cor.13.v.3. An quæritis experimentum eius, qui in me loquitur Christus? Et Matt.10.v.20. Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris. XVIII. Deut.32.v.12. Dominus solus duxit eos, & non erat cum illis Deus alienus. Sed Esa.63.v.14. dicitur: Spiritus ductor eius fuit. XIX. Idem Spiritus, idem Dominus, idem Deus, 1. Cor.12.v. 4.5 & 6. Ergo Spiritus est Dominus & Deus. Operationes enim in illo loco, & DEO & Spiritui tribuuntur. Ergo Spiritus S. est verè DEVS. Quia vnus est Deus, qui operatur omnia in omnibus, 1.Cor.12.v.6. ibid.v.11. Spiritus diuisit singulis prout vult. Sicut Ioh.5.v.21. Filius quos vult viuificat. XX. Corpora vestra sunt templa Spiritus sancti, 1.Cor.6.v.19. Et 1.Cor. 3.v.16.& 17. Vos estis templum Dei; & Spiritus Dei habitat in vobis.

Spiritus sanctus tertia persona Diuinitatis.

Spiritum S. esse ὁμοούσιον, sic probatur.

vobis. Si quis templum Dei violauerit, &c. Et 2. Cor. 6. v. 16. Vos estis templum Dei viui. Ergo Spiritus sanctus est Deus. XXI. Simile est illud Actor. 5. v. 3. & 4. Quid ausus es mentiri Spiritui sancto? Non mentitus es hominibus, sed Deo. XXII. Opus creationis est proprium Trinitatis seu Diuinitatis. Tribuitur autem etiam Spiritui sancto, Psal. 33. v. 6. Verbo cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ps. 104. v. 30. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. Luc. 1. v. 35. Spiritus Domini superueniet in te, &c. Matth. 1. v. 20. Quod in ipso natum est, ex Spiritu sancto est. Ergo Spiritus sanctus est verè Deus. XXIII. Spiritus sanctus vocatur Spiritus Patris. Matth. 10. v. 20. & Spiritus Filij, Gal. 4. v. 6. XXIV. Psal. 85. v. 9. Audiam quid loquatur in me Dominus Devs: sed Spiritus Christi fuit in Prophetis, 1. Pet. 1. v. 11. Ergo Spiritus est Iehoua Deus. Ita Hebr. 10. v. 15. & 16. Spiritus S. testificatus est hoc testamentum meum, quod dispono ad vos. Sed Testamentum est τ Ieho-væ, & יהוה disposuit. Ergo Spiritus est Iehoua. XXV. Exodi 4. v. 11. & 12. יהוה dicit ad Mosen: Quis dedit os homini, nisi Ego: Ero itaque in ore tuo. Et 2. Pet. 1. v. 21. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et Matt. 10. v. 20. Spiritus Patris est, qui loquitur. Ergo Spiritus sanctus est יהוה. XXVI. Luc. 1. v. 70. dicitur Deus loquutus per os sanctorum suorum Prophetarum, qui a seculo fuerunt. Sed 2. Reg. 23. v. 2. dicit Dauid: Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. XXVII. Nazianzenus vtitur hoc argumento: Spiritus S. vocatur Digitus Dei, Luc. 11. v. 20. Ergo significatur consubstantialitas, sicut cùm Filius dicitur Dextra Dei. Item operatur omnia in omnibus, & Prophetis & Apostolis, diuersis in locis existentibus. Ergo essentiâ suâ omnia replet, quod proprium est solius Diuinitatis.

Hæc sunt præcipua S. Scripturæ testimonia: verùm his & illa adhuc accedant, Genes. 1. 2 & 3. Deuter. 32. Esa. 44. 26. 43. 54. & 59. Zach. 7. & 12. Hier. 23. Mich. 5. Ioel. 2. 1. Reg. 14. 2. Paralip. 32. Tob. 5. Psal. 14. 33. 51. 104. 139. 143. Matth. 3. 10. & vlt. Mar. 4. & 7. Luc. 1. & 8. Act. 1. 2. 7. & 19. Ioh. 1. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 14. 15. 16. & 20. Roman. 8. & 11. 1. Corin. 2. 8. 10. & 12. 2. Cor. 3. Gal. 3.

4. & 5

14. & 15. Col. 2. 1. Iohan. 4. & 5. 1. Theſſ. 3. & 5. Eph. 3. & 4. Tit. 3. Philip. 1. Hebr. 10.

Sunt autem operationes Spiritus ſancti, vel in actione Vniuerſali, vel Speciali: Vniuerſali in tertio membro; ratione vel creationis, ſuſtentationis, & totius vniuerſi gubernationis: Speciali, vt in quarto membro, vel in beneficiis erga Eccleſiam conſeruando, & miniſterium Verbi ac Sacramentorum. Vel ſingulis membris benefaciendo: vt animæ mentem illuſtrando, voluntatem flectendo, in corde nouos motus accendendo: corpori vt ſanctificando & viuificando. Sequuntur deſcriptiones beneficiorum Spiritus ſancti: Primò autem epitheta hæc Spiritui S. attributa ex S. Scripturæ teſtimoniis annotabimus, deinde effectus & operationes Spiritus S. in Eccleſia: Teſtimonia Veteris Teſtamenti ſunt Pſal. 51. v. 14. Spiritu principali confirma me. Gen. 6. v. 3. Non judicabit, diſceptabit, litigabit, contendet Spiritus meus cum homine in æternum. Num. 11. v. 17. & 25. Auferam de Spiritu tuo, & tradam Senioribus, vt ſuſtentent tecum onus populi: cumque requieuiſſet in eis Spiritus, prophetarunt, &c. Iud. 6. v. 34. Spiritus Domini induit Gedeonem. Ibid. 11. v. 29. Factus eſt Spiritus Domini ſuper Iephte. Cap. 13. v. 25. Spiritus Domini cœpit eum agitare. Cap. 14. v. 6. Spiritus Domini irruit in Samſon. Samuel. 10. v. 6. Inſiliet in te Spiritus Domini, inuadet te. 1. Sam. 16. v. 6. & 3. Agitare cœpit Spiritus Domini ſuper Dauidem. 1. Sam. 16. v. 14. Spiritus Domini receſſit à Saule. 3. Reg. 22. v. 24. Tranſiliuit à me Spiritus Domini, dimiſit me. Iob. 26. v. 13. Spiritus eius ornauit cœlos. Pſal. 104. v. 30. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Pſal. 143. v. 10. Spiritus tuus bonus deducet me. Eſa. 11. v. 2. Spiritus Domini requieſcet ſuper eum. Eſa. 30. v. 1 Væ vobis deſertores, vt ordiremini telam, ſed non Spiritum meum. Eſa. 48. v. 16. Dominus miſit me, & Spiritus ejus. Ezech. 2. v. 2. Ingreſſus eſt in me Spiritus. Ibid. cap. 3. v. 14. Spiritus leuauit & aſſumpſit me. 3. Reg. 18. v. 12. Spiritus Domini aſportabit te in locum, quem ego ignoro. Zach. 12. v. 10. Effundam Spiritum gratiæ & precum. Eſa. 42. v. 1. Dedi Spiritum meum ſuper eum. Mich. 2. v. 7. Nunquid abbreuiatus eſt Spiritus Domini?

Ioël.2.v.28. Effundam Spiritum meum, & prophetabunt, ſe-
nnia ſomniabunt, viſiones videbunt.

Teſtimonia Noui Teſtamenti hæc ſunt: Matth. 1.v.18. Habens in vtero ex Spiritu S. Et v.20. Quod natum eſt in ea, ex Spiritu S.eſt. Matth.3.v.11. Ioh.1.v.33. Marc.1.v.8. Luc.3.v.16. Actor.1.v.5. Baptizabit vos in Spiritu S. Luc.1.v.35. Spiritus S. ſuperueniet in te. Actor.1.v.6. Superuenientis Spiritus ſancti. Act.2.v.4. Impleti ſunt omnes Spiritu S. Act.4.v.8. Tunc repletus Spiritu S. Petrus, dixit. Act.5.v.32. Spiritus S. eſt teſtis, quem dedit Deus obedientibus ipſi. Act.8.v.15. Vt acciperent Spiritum S. Ioh.20.v.22. Accipite Spiritum S. Gal 3.v.2. Ex operibus Legis Spiritum accepiſtis, non ex auditu fidei. Acto.10.v.44. Cecidit Spiritus S. ſuper omnes audientes Verbum. Ibid.v.45. Etiam in gentes gratia Spiritus S. effuſa eſt. Acto.15.v.28. ἔδοξε, viſum eſt Spiritui ſancto. Act.13.v.2. Dixit Spiritus ſanctus. Act.23.v.9. ἐλάλησε. Act.28.v.25. ſicut Matt.10.v.20. Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris. Actor.15.v.8. Dans ipſis Spiritum ſanctum: ſicut 1. Theſſ.4.v.8. Act.16.v.6. κωλυθέντες, prohibiti à Spiritu ſancto. Et mox v.7. Non permiſit eos Spiritus. Act.20.v.22. Ecce alligatus ego Spiritu, vado in Ieruſalem. Et v.18. ibid. Spiritus S. poſuit vos Epiſcopos. Rom.15.v.13. In virtute Spiritus ſancti. 1.Theſſal.1.v.6. Cum gaudio Spiritus ſancti. Rom.15.v.16. Oblatio gentium fiat accepta, ſanctificata in Spiritu ſancto. 1.Cor.6.v.19. Corpus veſtrum templum eſt τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματος. 1.Cor.12.v.3. Nemo poteſt dicere IESVM Dominum, niſi in Spiritu ſancto. 2.Cor.13.v.13. ἡ κοινωνία Spiritus ſancti ſit cum omnibus vobis. Phil.2.v.1. Si quæ communio Spiritus. Epheſ.1.v.13. Obſignati eſtis Spiritu promiſſionis. Eph.4.v.30. Ne contriſtetis Spiritum ſanctum DEI. Tim.1.v.14. Per Spiritum ſanctum, qui habitat in nobis. 1.Cor.1.v.16. & Rom.8.v.9. Spiritus DEI habitat in vobis. Eph.5.v.18.&19. Impleamini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, hymnis &c. Tit.3.v.5.&6. ἀνακαινώσεως, renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos opulenter, vt juſtificati hæredes ſimus vitæ æternæ. Eph.4.v.24. ἀνακαινοῦσθαι, Spiritu mentis veſtræ. Heb.2.v.4. μερισμοὶ Spiritus ſancti. Heb.

cti. Hebr.10.v.15. Testatur nobis Spiritus sanctus. Act.20.v.23. Spiritus in singulis ciuitatibus testificatur. 2.Pet. 2. v.21. A Spiritu sancto φερόμενοι. Locuti sunt sancti DEI homines. Luc. 2. v.25.& 26. Spiritus sanctus erat in eo: & responsum acceperat à Spiritu sancto. Luc.10. v.21. Eo tempore exsultauit IESVS in Spiritu. Rom.5.v.5. Caritas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Rom.15.v.30. Obsecro per charitatem Spiritus. Hebr.6. v.4. Quæ participes facti sunt Spiritus sancti. Act.13.v.2. Dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus, ad quod vocaui ipsos. Matth.12.v.28. Si in Spiritu DEI eijcio dæmonia. Rom. 8.v.14. Qui Spiritu Dei aguntur, ij sunt Filij Dei. Gal. 5. v.16. & 25. Spiritu ambulate. Si Spiritu viuimus, Spiritu & στοιχῶμεν. Item v.18. Si Spiritu agimini, non estis sub Lege. Act. 8. v.39. Spiritus Domini rapuit Philippum. 1. Cor. 7. v.40. δοκῶ & ego Spiritum Dei habere. 1. Cor.12. v.3. Nemo in Spiritu DEI loquens dicit anathema IESV. Phil.3.v.3. Spiritu DEI λατρεύοντες. 1.Pet.4.v.14. Spiritus super nos ἀναπαύεται. 1. Ioh.4.v.2. In hoc cognoscite Spiritum DEI. Gal. 4. v.6. Emisit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra. Phil.1.v.19. Subministratio ἐπιχορηγίας Spiritus Iesu Christi. Matth.4. v.1. Iesus à Spiritu ἀνήχθη ductus est in desertum. Mar. 1. v.12. Statim Spiritus ἐκβάλλει ipsum in desertum. Luc.4. v.1 ἤγετο à Spiritu in desertum. Ioan. 3. v.6. Quod natum est ex Spiritu Spiritus est. Item v.5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum DEI. Ioh.4.v.23. Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Rom. 8. v. 26. Nescimus quomodo orandum sit, Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Eph. 6.v.18. Orantes enim tempore in Spiritu. Ioh.6 v.63.& 2.Cor. 3.v.6. Spiritus est qui viuificat. Rom. 8. v. 2. Lex Spiritus vitæ. Ibid. v. 6. φρόνημα Spiritus vita & pax. Item v.10. Spiritus est vita propter justitiam. Rom.2. v.29. Circumcisio cordis in Spiritu, non litera. Rom.7.v.6. Vt seruiamus in nouitate Spiritus. Rom.8. v.26. Spiritus subuenit infirmitatibus nostris. Rom.12. v.11. Spiritu feruentes. 1. Cor.2. v. 4. In ostensione Spiritus & veritatis. Item v. 10. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda

DEI. 1.Cor.12.v.4.& seqq. Ioh.3.v.34. Filio non ad mensuram dat Deus Spiritum. 1.Cor.6.v.11. Abluti estis, sanctificati estis, justificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. 1.Cor.12.v.13. In vno Spiritu omnes in vnum corpus baptizati sumus. Gal.5.v.12. Spiritus concupiscit aduersus carnem: Caro & Spiritus sibi inuicem aduersantur. Item v.5. Nos Spiritu ex fide spem justitiæ expectamus. Eph.2.v.18. Per Spiritum habemus accessum vtrique, Iudæi & gentes, per vnum Spiritum ad Patrem. Eph.3.v.16. Virtute corroborati per Spiritum sanctum, in interiori homine. Item v.5. Reuelatum nunc est sanctis Apostolis eius & Prophetis in Spiritu. Eph.6. v.17. Gladius Spiritus. Col.1.v.8. Charitatem vestrã in Spiritu. 2.Thess.2.v.13. Deus elegit nos primitias ad salutem ἐν ἁγιασμῷ Spiritus. 1.Pet.1.v.2. idem vocabulum legitur. Act.7.v.51. Vos semper Spiritui S. resistitis. Rom.8.v.16. Spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. 2.Cor.3. v.17. Vbi Spiritus Dei, ibi libertas. Apoc.11.v.11. Spiritus vitæ ex Deo ingressus est in illos. Ioh.14.v.16.& 26. Pater Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum. Ille docebit vos omnia. Ioh.15.v.26. Spiritus veritatis testimonium perhibebit de me. Iohan.16.v.8. Spiritus S. arguet Mundum. Item v.13. ὁδηγήσει vos in omnem veritatem. Nota quomodo Ioannes reddiderit vocabulum Hebraicum בהה. Psal.143.v.10. Item v.13.& 14. Quæcunque audierit loquetur, & quæ futura sunt annuntiabit vobis. Ille me glorificabit. Act.4.v.31. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebãtur sermonem cum fiducia. Rom.8.v.11. Viuificabit mortalia corpora propter Spiritum inhabitantem. Item v.15. Per Spiritum clamamus, Abba Pater. 1.Cor.2.v.9.& 10. Quæ oculus non vidit, auris non audiuit, nobis verò Deus reuelabit per Spiritum sanctum. Item v.12. Accepimus Spiritum qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo nobis donata sint, quæ & loquimur.

Hæc sunt testimonia in vnum collecta de Spiritus sancti beneficiis, &c. Beneficia autem necessaria veniunt primò peccantibus, Luc.13.v.8.& 23.v.34. Secundò, pœnitentibus. Tertiò, ambulantibus in nouitate vitæ, Psal.119.v.35. Quartò, cre-

scenti-

ſcentibus in agnitione DEI, & in charitate. Quintò, perſeuerantibus in vera pœnitentia & fide. Phil.1.v.6. Sextò, pugnantibus contra Diabolum, Mundum & carnem. Rom.7.v.5. 1.Iohan.3.v.20.& 21. Septimò, tribulatis & patientibus, Rom.8.v.26. Octauò, florentibus, Deut.32.v.15. Exod.32.v.6. Nonò, orantibus, Zach.12.v.10. Rom.8.v.26. Decimò, verſantibus in miniſterio, Eſa.59. v.21. Ioh.14. v.26.

Fructus quos operatur Spiritus ſanctus, ordinantur vel ad Deum, proximum, & ipſos credentes: vt caueant ſibi à peccatis, caſtigent corpus, gubernent cogitationes & effectus, & teſtimonium habeant bonæ conſcientiæ.

Spiritus S. operatur *Primò* ad vitam ſuſtentandam, in actione vniuerſali. *Secundò*, ad edenda miracula, ad confirmationem doctrinæ. *Tertiò*, ad ſalutem per Chriſtum partum.

Hæc de DEO Patre, DEO Filio, & ſancta benedicta Trinitate dixiſſe ſufficiat. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, AMEN.

In Summa, ſubjectum vniuerſæ Scripturæ, eſt cognitio vel DEI, vel hominis: *DEI*, qualis ſit aut *Per ſe*: ſcilicet vnus in eſſentia, & trinus in perſonis: aut ad *Hominem*, quem vel accuſat & terret per Legem, vel cõſolatur & erigit per Euangelium: ſaluat per Chriſtum: renouat per Spiritum ſanctum: ſanctificat per Verbum & Sacramenta: caſtigat, tentat, & exercet per crucem: glorificat per reſurrectionem carnis ad vitam æternam. Cognitio *HOMINIS*; qualis ſit vel per ſe, vel ad DEUM, vel ad ſeipſum, vel ad proximum. *Per ſe*, ante lapſum, & poſt lapſum, vel ante aut poſt regenerationem & renouationem Spiritus ſancti. *Ad Deum*; pœnitentiam agens, agnitis peccatis, & irâ DEI cognitâ ex Lege. Erigens ſe voce Euangelij, credens in Chriſtum Saluatorem; non repugnans Spiritui ſancto, impellenti; audiens Verbum, & vtens Sacramentis; patienter & conſtanter ſufferens crucem; ſperans & exſpectans glorificationem in reſurrectione carnis ad vitam æternam. *Ad ſeipſum*; vt ratione animæ vel corporis. *Ad proximum*; vt amicum, vel ratione religionis, politiæ & œconomiæ, cognationis & agna-

tionis; vel vt inimicum, &c. Vel sic: Sacræ literæ sic etiam loquuntur vel de DEO, vel de DEI operibus: De DEO, vt vno, videlicet in Trinitate; vel Trino in Vnitate. DEI operibus, vt Intra & Extra. Intra; quæ sunt diuisa: vt Patris; ab æterno gignere. Filij; ab æterno genitum esse. Spiritus sancti; ab vtroque ab æterno procedere. Extra; quæ sunt indiuisa; seruata tamen cujusque personæ Diuinitatis sua proprietate: vt creatione naturæ brutæ, vt cœli, Mundi, ac elementorum: *λογικῆς*, vt Angelorum, vt hominum, Adæ, Euæ, & procreatorum ex ipsis: sustentatione naturæ lapsæ; vt Angelorum malorum; hominum, Adæ & Euæ, & procreatorum ex ipsis.

Beneficiis erga Ecclesiam: ea versantur aut circa res, aut circa personas: Circa res, vt vel Verbum, quod est Legis, Euangelij, & Sacramentorum: Vel signa, quæ sunt vel Veteris, vel Noui Testamenti ceremoniæ & miracula. Circa personas, vt Ecclesiæ vniuersalis ac particularis: Politiæ, vt magistratuum: Oeconomiæ, vt priuatorum.

Hic Primam Partem hujus Præfationis absolutam volumus; nunc ad Secundam Partem accedemus, quę agit de Creatione Mundi. Vt itaq; cum Numine gratiæ æuiternæ illustremus, voluntatem nostram ad DEI voluntatem corrigamus, (cum Augustino) non verò voluntatem DEI detorqueamus ad nostram: Sic & nostrum intentum benè constabit institutum. En mihi CHRISTE dextram, En mihi CHRISTE fidem. Pars mea Dominus. *Hieronym.*

Præfationis Partis Primæ Finis.

PARS

PARS SECVNDA HVIVS PRÆFATIONIS,

De Creatione Mundi.

AVGVSTINVS lib. 11. de Ciuit. DEI, cap. 21. ait: Tria quædam maximè scienda, de creatura, nobis oportet intimari: Quis eam fecerit; per quod fecerit; cur fecerit. Si ergo quærimus, quis fecerit, DEVS est. Si, per quod; dixit, Fiat, & facta sunt. Si, quare fecerit; quia bonus est. Nec enim author est excellentior DEO, nec ars efficacior DEI Verbo, nec causa melior, quàm vt bonum crearetur à DEO bono. Hanc etiam causam condendi Mundum Plato iustissimam dicit, vt à DEO bono opera bona fierent. Ibidem ait: Ex perpetuitate creaturarum intelligitur creator æternus; ex magnitudine omnipotens; ex ordine & dispositione sapiens; ex gubernatione bonus.

Augustin. de Trinit. lib. 15. cap. 5. Deus creaturas non nouit, quia sunt: sed ideo creaturæ sunt, quia nouit eas. Idem ad Oros. quæst. 26. Plus videtur in Deo creatura, quã in seipsa videatur. Plus in arte, qua facta est, quam in seipsa, quæ facta sunt. Idem lib. 3. de lib. arb. cap. 2. In creaturis si quid erratum, cogitamus, inde est, quod non congruis sedibus ea quærimus.

Bernhardus in quodam Serm. Considera septem in beneficio creationis, quod creauit te commodo tuo, cui ait, Bonorum meorum non eges, Dauid. Sine merito tuo; quia nihil ante promeruit, qui penitus nihil fuit. Cogita qualem fecit, secundùm corpus egregiam creaturã, secundùm animam, magis egregiam, vtpote imagine creatoris insignem, rationis participem, beatitudinis sempiternæ capacem. Considera & dominationis potestatem. Terror enim hominis super cuncta animantia imminere decernitur. Considera ergo largitatis demonstrationem, quanta tibi largitus est ad sustentationẽ, quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ad correctionem, quanta ad delectationem, quidni gratias agas?

Lactantius Firin. lib. 2. cap. 9. Nemo quærat, ex quibus ista materiis tam magna, tam mirifica opera DEVS fecerit; omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt Poëtæ, qui dicunt,

Anſelmus de miſericordia Dei: Admoneo te, vt ſine intermißionibus recorderis, quàm dulcis, & quàm bonus ſit erga te creator tuus: quanta bonitas eius fuit, quod te, cùm non eſſes, creauit: & quod te non pecus aut creaturã inſenſibilem, ſed eam creaturam fecit, quæ eum poſſes intelligere, & amare, & cum eo ſuam æternitatem, æternaq; & fœlicia poßidere.

Creaturæ à Deo potenter creantur.

Geneſ. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Pſal. 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt quoniam ipſe dixit, & facta ſunt. Pſal. 73. Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu feciſti omnes terminos terræ. Pſal. 101. Initio tu Domine terram fundaſti. Pſal. 103. Quam magnificata ſunt opera tua Domine: Omnia in ſapientia feciſti. Hebr. 1. Per quem fecit & ſecula. Hebr. 11. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula Verbo Dei.

cunt, chaos in principio fuiſſe, id eſt, confuſionem rerum atq; elementorum; poſtea verò diremiſſe omnem illã congeriem, ſingulisque rebus ex confuſo aceruo ſeparatis, in ordinemque deſcriptis, inſtruxiſſe Mundum pariter, & ornaſſe. Credibilius eſt, materiam potius à Deo factam, qui Devs omnia poteſt, quàm Mundum à Deo non eſſe factum, quia ſine mente, ratione, conſilio, nihil fieri poteſt.

August. lib. ſupport. part. 3. cap. 1. Iuſtum eſt, vt creatura laudet Deum creatorem: ipſe enim ad laudandum ſe creauit, qui noſtris non indiget laudibus. Eſt autem virtus incomprehenſibilis, nullius indigens, ipſa ſibi ſufficiens: Magnus enim Dominus noſter, & laudabilis valde. Hunc itaque mens diligat, lingua canat, ſcribat manus, atque in his ſanctis ſtudiis fidelis animus ſe exerceat.

Bernhardus de diligendo Deo: Si totum me debeo pro me facto, quid addam jam pro me refecto hoc modo? Nec enim tàm facile refectus quàm factus. In primo opere, me mihi dedit, in ſecundo ſe, & mihi ſe dedit, meque mihi reddidit, datus ergo & redditus me pro me debeo, & bis debeo. Sed, quid Domino pro ſe retribuam? Nam & ſi me millies rependere poſſim, quid ſum ad Dominum meum?

Thomas 2. Sentent. diſt. 1. quæſt. 1. artic. 2. ait: Creatio eſt emanatio entis vniuerſalis ex nihilo.

Alij ſic definiunt: Creatio eſt fabricatio aliarum rerum, extra eſſentiam Dei.

Hemingius dicit: Creatio eſt primaria rerum productio, ſeu formatio, quâ Devs æternus Pater Domini noſtri Iesv Christi, vnà cum Filio æterno, & Spiritu ſancto produxit ex nihilo, & formauit cœlum & terram, & contenta in illis, viſibilia & inuiſibilia, vt ipſe agnoſcatur & colatur.

Creatio cœli & terræ exſtat Geneſ. 1.

Crea-

Creatio noua, Esa.43.v.19. 2.Cor.5.v.17. Gal.6.v.15.Eph. 2.v.10. Iac.1.v.18. 1.Pet.1.v.23. Apocal.21.v.5.

Creatura, κτίσις: Interdum significat creationem & conditionẽ Mundi, Mar.10.v.6. Interdum res creatas, Mar.13.v.19. Rom.8. v.21. Interdum omnes conditos homines, seu, quod idem est, totum genus humanum, Mar.16.v.15. aut omnes gentes, vt habetur Matth.28.v.19. Luc.24.v.47. Creaturæ omnes à Deo conditæ, Gen.1 Deo subditæ, Genes.14. v.22. Iob 38. v. 8. Prou. 20. v. 12. Creaturæ mutæ, testes à Deo citantur, Gen. 31. v.48.51. Deut.4.v.26.& 30.v.19. Ios.24.v.27. Esa.1.v.2. Mich.6. v.2. ad audiendum DEI Verbum excitantur, Ierem.22. v. 29. ad exultationem & gratam beneficiorum DEI agnitionem inuitantur, Psal.96.v.11.& 98.v.8. Esa.44.v.23. & 49.v.13. Apocal.12.v.12.

Sapienter gubernantur creata Dei. Psal.118. Ordinatione tua perseuerat dies. Sap.11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Quomodo autem posset aliqd permanere, nisi tu voluisses, aut quod ad te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem

Creata Dei vtiliter ordinantur, Gen.1. Viditque DEVS cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

Genes.8. Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent.

Eccl.39. Opera Domini vniuersa bona valde. Ibid. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. Eod. Cap. Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona: sic & impiis & peccatoribus in mala conuertentur. Omnia opera Domini bona. Ibidem: Non est dicere, hoc est illo nequius: Omnia enim in tempore suo comprobabuntur.

1.Tim. 4. Omnis creatura DEI bona est.

Est autem creatio actio vnius & solius DEI, veluti patet ex his testimoniis. Malach. 2. v. 10. Nunquid non DEVS vnus creauit nos? Iob.31.v.15. Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vnius. 1.Cor.8.v.6. Nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia. Hebræor. 3. v. 4. ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας Θεός. Esa. 45. v. 6. & 7. Ego Dominus, & non est alius, formans lucem, creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc. Iob.9.v.8. Qui extendit cœlos solus. Hier.10. v.11.

oo De sin-

autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

Sap. 12. Cùm sis iustus iustè omnia disponis.

De singulis Diuinitatis personis, manifesta testimonia in Scriptura exstant. De Patre, 1. Cor. 8. v. 6. Vnus Deus Pater, ex quo omnia. Hebr. 1. v. 2. Deus loquutus est nobis in Filio, per quem & secula condidit. De Filio testimonia sunt, Ioh. 1. v. 3. Omnia per ipsum facta sunt. Col. 1. v. 16. In ipso creata sunt omnia. Item: Omnia per ipsum, & in ipsum creata sunt: Hebr. 1. v. 2. Per quem & secula condidit. Gen. 1. Dixit Deus, & facta sunt. Psal. 32. v. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt. De Spiritu Sancto, Gen. 1. v. 2. dicitur: Et Spiritus Domini ferebatur super aquas. Psal. 33. v. 6. Spiritu oris Domini omnis cœlorum virtus firmata est. Psal. 104. v. 30. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

Vtitur autem S. Scriptura in Articuli Creationis descriptione his differentiis in genere. Primò est ברא, κτίζειν, creare. II. עשה ποιεῖν, facere, vt Gen. 1. v. 31. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Item v. 26. Faciamus hominem. Item cap. 2. v. 2. & 3. Quieuit Devs ab omni opere suo, quod creauit Deus ad faciendum, seu vt faceret. Gen. 1. Iud. 13. v. 15. Exod. 10. v. 25. 3. Reg. 18. v. 23. 2. Reg. 19. v 24. Psal. 136. v. 5. Item 32. v. 6. III. יצר formare, πλάσσειν. Gen. 2. v. 7. Formauit Deus hominem. Et Esa. 43. v. 7. IV. כן & כון parare, præparare, disponere, Prou. 8. v. 27. Quando parabat, disponebat, seu formabat cœlos, aderam. Psal. 89. v. 38. Luna est parata seu stabilita in seculum. Psal. 74. v. 16. Tu parasti Lunam & Solem. Psal. 8. v. 4. Lunam & stellas, quæ tu parasti seu fundasti. Psal. 101. v. 26. Initio tu Domine terram fundasti. Iob. 31. v. 15. Præparauit me in vulua vnus. Et Psal. 119. v. 73. Manus tuæ fecerunt, parauerunt & disposuerunt me. V. Psal. 33. v. 9 Ipse dixit, ויהי & fuit: ipse mandauit, & exstitit. Gen. 1. v. 3. Sit lux, & fuit lux. Ioh. 1. v. 3. Omnia per ipsum exstiterunt. Psal. 33. v 9. Sap. 1. v. 14. Deus creauit omnia εἰς τὸ εἶ. Psal. 148. v. 6. Statuit ea in æternũ. 2. Epist. Pet. cap. 3. v. 5. Terra συνεστῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ. Et Col. 1. v. 17. Omnia per ipsum consistunt. 2. Pet. 3. v. 7. VI. שפר pulchrum fecit. Iob. 26. v. 13. Spiritus eius pulchrè fecit, ornauit cœlos, præclaros, insignes fecit. Inde κόσμος. VII. יסד *Iasad*, fundauit, fundamentum posuit. Psal. 89. v. 12. Orbem

terræ

terræ, & plenitudinem eius tu fundasti. Psal. 104. v. 8. Ascendunt montes, descendunt valles, in locum quem fundasti eis. 2. Reg. 22. v. 16. Reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione Domini. Item: Fundamenta cœli commota sunt. Psal. 102. v. 26. Initio terram fundasti. Psal. 104. v. 5. Fundauit terram super basim suam. Matth. 13. v. 35. & 25. v. 34. Eph. 1. v. 4. Hebr. 4. v. 3. 1. Pet. 1. v. 20. Hebr. 6. v. 1. VII. נטה extendere, expandere, Esa. 42. v. 5. Expandens terram, & quæ germinant in ea. Ps. 136. v. 6. Qui extendit terram super aquas. Psal. 104. v. 2. Extendens cœlum sicut pellem. IX. Hebr. 3. v. 4. τὰ πάντα κατασκευάσας Θεὸς: Deus est, qui omnia condidit. Heb. 11. v. 7. 1. Pet. 3. v. 20. X. Hebr. 11. v. 3. Fide intelligimus κατηρτίσθαι constructa fuisse secula Verbo. Galenus definit, καταρτισμὸν esse reductionem ossium, ex non naturali in naturalem locum. Et ita elegantissimè vsurpatur Eph. 4. v. 12. Hebr. 10. v. 5. de carne corporis Christi, quæ coagmentata est, sine vitio & peccato &c. Sunt & præterea ex Sacris hæc testimonia de creatione, vt Rom. 11. v. 36. & 4. v. 17. & 5. v. 12. Coloss. 1. v. 16. & 17. Psal. 146. v. 6. & 148. v. 5. Ioh. 1. v. 3. Prouer. 8. v. 24. Eccles. 18. v. 1. Esa. 41. v. 24. 1. Ioh. 2. v. 12. Gen. 1. v. 31. Sap. 1. v. 13. 14. & 2. v. 23. & 24. &c.

Placet & inter alias etiam nonnullas Philosophicas hic de Mundo adducere descriptiones: Xenophon 1. ἀπομνημονευμάτων dixit; Mundum esse τέχνημα σοφοῦ τινὸς δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου, nulla facta mentione discriminis personarum. Stoici duo æterna principia fingebant, νοῦν καὶ ὕλην: Mentem, id est, Deum, & materiam. Aristot. 8. Phys. Acroam. contendit, Mundum esse æternum, & ab æterno fuisse tales mutationes generationum & compositionum in rerum natura, quas nunc videmus. Idem Plato dixit, fabricatum esse Mundum in perpetuum. Democritus contrà finxit, quotidie nouos Mundos oriri & interire. Alii etsi per somnium opinantur Mundum cœpisse: Infinitam tamen annorum immensitatem numerant, vt Cic. de Diuinit. ait: Chaldæos multa centena annorum millia suarum mathematicarum obseruationum numerare. Et Diod. Siculus lib. 1. dicit, ab Osiride ad Alexandrum numerari viginti tria millia annorum. Et ita principium rerum deducunt in infini-

Cyprianus de 12. Abusionibus: Mundi amor, & Dei pariter in vno corde habitare non possunt; quemadmodum oculi pariter; cœlum & terram nequaquam cōspiciunt.

August. in Dioscoridem: Mundus iste periculosior est blãdus, quàm molestus: magis cauendus, quum se illicit diligi, quàm cùm admonet, cogitq́; contemni.

Idem super Epistol. Iohan. Mũdus transit & concupiscentia eius. Quid vis? Vtrum amare temporalia, & transire cum tempore, an Christũ amare, & in æternum viuere.

Ambros. lib. de Virg. Discite in hoc Mundo, supra Mũdum esse, & si corpus geritis, volitet in vobis ales interior.

tâm æternitatem. Vnus Epicurus veridicus in hac re fuit, qui ait, & ortum aliquando, & aliquando esse periturum, nec tamen vllam rationem reddere potuit. Has coniecturas sacra Scriptura non admittit, quia traditione cœlesti & per fidem intelligimus, constructũ fuisse Mundum Verbo Dei. Hebr. 11. v. 3. & Psal. 147. v. 20. Deut. 18. v. 34. Gentes istæ, quarum possidebis terram, à Pythonibus, Auguribus diuinis sciscitantur: Tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es. 1. Thess. 4. v. 5. Non sicut gentes, quæ ignorant Deum. Matth. 5. v. 46. & 47. Christus instituit collationem, quatenus progrediatur ratio, in doctrina Legis, & vbi deficiat: si diligitis amicos, & fratribus vestris tantùm redditis gratitudinem, quid amplius facitis? Nonne & gentes hoc faciunt: Et Matth. 6. v. 31. loquens de hoc articulo creationis, ex professo talem instituit collationem: Nolite solliciti esse, quid manducabimus? quid bibemus? quo operiemur? Hæc enim gentes inquirunt. Id est: Philosophia in Articulo creationis non intelligit perpetuam conseruationem rerum creatarum esse opus Dei, non minus quàm est ipsa creatio. Et Act. 17. v. 28. Paulus idololatriam Atheniensium refutat, non ex Scriptura tantùm; verùm etiam ex iudicio sanioris rationis, cuius testimonium citat ex Arato. Imò 1. Cor. 15. v. 33. citat versum poëticum: Corrumpunt bonos mores colloquia praua: cùm in eandem sententiam ex Prouerbiis Salomonis potuisset dictum simile habere; sicut annotauit hoc Iustinus. Hæretici, qui in Ecclesia hunc Articulum lacerârunt, præcipui fuerunt; Valentinus, Basilides, Saturninus, Cerdon, Marcion, Manichæi & similes: Horum sophisticæ corruptelæ & certamina exstant apud Irenæum, Tertullianum, ac Epiphanium: de his longum foret hic recenseri, sed in medio relinquimus, & ad Authores sacros de his disceptantes remittimus, & ad aliarum authoritatum testimonia honesta & prophana nos, Deo dante, accingimus.

Thales Milesius aliquando interrogatus, quid esset pulcherrimum? Respondit: Mundus. Est enim opus Dei, quo nihil pulchrius: Vnde etiam nomen accepit apud Latinos ac Græcos. Antonius itaque Eremi in Ægypto incola, cùm interrogaret

rogaret eum aliquando Philosophus quidam: Quomodo res sublimes contemplaretur, qui omni librorum chartaceorum esset destitutus supellectili? prudenter respondit: Vniuersum hunc Mundum librorum & instructæ bibliothecæ vice esse, hanc omni tempore & vbiuis locorum præstò existere, in eadem se res diuinas & cœlestes lectitare. Clemens Alexandrinus dicebat: Mundi creationem esse Dei scripturam, cujus tria sint folia, cœlum, terra & mare. Tertulliani dictum fuit: Præmisit Deus naturam magistram, submissurus & prophetiam, quo facilius credas Prophetiæ, discipulus naturæ. D. Bernhardus inter amicos dicebat: Quicquid in Scripturis didicerit, maximè in syluis & in agris meditando & orando se accepisse: nullos se aliquando magistros habuisse, nisi quercus & fagos. Quidā ex Patribus sic affatur: Christianus es! Oportet te contemnere illud, quod videtur esse, & non est; & inuenire illud, quod nō videtur esse & est. Quidnam illud est? Quod videtur esse & non est, est omne id quod in hoc Mundo est, ꝙ hominem ad non esse perducit: Quod verò non videtur esse, & est, est vita justorū, quæ cum Christo in Deo est abscondita, Col. 3. Aureum quoq; est illud Augustini *Duciloq. lib. 11. cap. 11.* O Amatores Mundi, non est requies, vbi eam quæritis: bonam vitam quæritis in regione mortis; non est hic. Quomodo ibi beata vita, vbi nec vita? Quod si amatis istam miseram fluidamque vitam, vbi cum toto labore viuitis, quantò magis amare debetis illam beatam vitam, vbi nullum dolorem sustinebitis? Sed eheu quàm vereor, ne Mundus in nobis, nos in Mundo tam profundè mersi: ah, inquam, quàm vereor, ne nos hæc vorago absorbeat, ni maturè soliciteque nobis caueamus: Mundus clamat, decipiam: Caro, inficiam; Diabolus, interficiam; Christus dicit, reficiam: Hunc sequamur. D. Gregorius Mundum cōparat nuci cassæ, quæ si cultro veritatis aperiatur, nihil intus inueniri, quàm vanitatem & inanitatem. 1. Ioh 5. v. 19. exstat: ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Sed quid aliud, quæso dic mihi, clamat totus Mundus, & omnes ejus partes? quid aliud cœli temperatio? Æqualis in ipsa varietate cursus astrorum? Tem-

August. tract. de contemptu Mundi: Si Christus pro te de cœlesti sede descendit, tu propter ipsum fuge terrena. Si dulcis est Mundus, dulcior est Christus. Si amarus est Mundus, omnia pro te sustinuit Christus.

Bernhar. in sermon. super Cant. Plenus est Mundus spinis, quæ in terra sunt, in tua carne sūt, versari in his, & minimè lædi, diuinæ potentiæ est, & non virtutis nostræ.

Bernhar. de contemnen. Mundo.

Petr. Bless. Fallax est hic Mundus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, pœna infinibilis.

porum constans & mira descriptio? Terrarum varia fœcunditas? viriditas syluarum? fontium saluberrima eruptio? Maris opulenta & copiosa interfusio? ventorum diuersa & vtilis aspiratio? cæteraque omnia, ratione summa constantia, in quibus mira dispositio? Quid, inquam, hæc aliud indicant, quàm Mundum non ex sese, sed à DEO ortum habere?

1. Cor. 7. Qui vtuntur hoc Mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius Mundi.

1. Ioh. 2. Mundus transit, & concupiscentia eius.

1. Ioh. 3. Propter hoc Mundus non nouit vos, quia non nouit eum.

2. Pet. 1. Quia vocauit nos propria gloria & virtute, per quē maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ fugientes eius, quæ in Mun-

Mundus ambigua significatione accipitur: Pro toto genere humano, 1. Iohan. 5. v. 19. Pro eo omni, quod spirituali Christi regno aduersatur, Ioh. 14 v. 17. & 15. v. 19. & 16. v. 20. & 17. v. 9 Galat. 6. v. 14. A Lege Dei nos abducit, 1. Ioh. 4. v. 5. Pro vitæ terrenæ conditione, 1. Cor. 7. v. 33. Pro fidelibus, qui Mundum incolunt, 2. Cor. 5. v. 19. 1. Ioh. 2. v. 2. Pro hominibus, 2. Pet. 1. v. 4. Pro quibusuis indefinitè, Ioh. 18. v. 20. Sic potest accipi & Ioh. 3. v. 17. hoc est, pro quibusuis creaturis, siue ij sint Iudæi, siue gentiles. Pro hominibus, quales sunt in sese, in malo veluti sepulti, 1. Iohan. 5. v. 15. Pro gentibus per vniuersum Mundum dispersis, Rom. 11. v. 12. Pro vniuersa Ecclesia, 2. Cor. 5. v. 9. Pro omnibus omnium ætatum, ordinum, locorum, electis, 1. Ioh. 2. v. 2. Pro omni hominum, cæterarumque rerum splendore, Gal. 6. v. 14. Pro iis omnibus, quæ nobis hic viuentibus vtenda conceduntur, 1. Cor. 7. v. 31. Pro ijs, quæ ad vitam in conjugio transigendam necessariò requiruntur, 1. Cor. 7. v. 33. Pro rebus ipsis creatis, quibus tota hæc machina visibilis constat, Ioh. 1. v. 12. Pet. 3. v. 6. Pro vitiosa ea, & misera conditione, quæ ex peccato hominis contracta, 1. Ioh. 2. v. 16. & 5. v. 19. Pro vna quadam parte, eaque nobilissima & præstantissima, nimirum pro hominibus tantùm, iisque primò vel omnibus, Ioh. 3. v. 16. Rom. 5. v. 12. Secundò, vel solis renatis, 1. Ioh. 2. v. 2. vel reprobis & infidelibus, Ioh. 14. v. 17. 21. 1. Ioh. 1. v. 21.

Mundus ex nulla præexistente materia conditus est Heb. 11. v. 3. Mundus ex aquis emersit, 2. Pet. 3. v. 5. Matth. 13. v. 38. Diuinitatis Dei speculum est, Rom. 1. v. 20. A Spiritu S. arguendus, Ioh. 16. v. 8. Spiritus sancti minimè capax, Ioh. 14. v. 15. Piis contemnendus, Ioh. 15. v. 18. & 16. v. 3. Rom. 12. v. 2. Gal. 6. v. 14. Col. 3. v. 1. 2. Iac. 10. & 4. 1. Ioh. 2. v. 15. Mundus piorum præsentia indignus, Heb. 11. v. 38. Nequam & malignus, Gal. 1. v. 4.

v.4. 1.Iohan.5.v.19. Mundus priscus diluuio à Deo punitus, 2. Pet.2.v.5. Mundus Deo reconciliatus, 2.Cor.5.v.19. A Christo superatus, Ioh.16.v.33. Dei cognitione vacuus, Ioh.17.v.25. Christum non agnoscit, Ioh.1.v.10.&8.v.19. Christum odit, & quare, Ioh.7.v.7. Mundus iniquitatis, pro congerie & cumulo quodam omnium scelerum, Iac.3.v.6. Mundi amor, quàm noxius, 2.Tim.4.v.10. Iac.4.v.4. 1.Ioh 3.v.16. id est, eos, quos ex Mundo elegit. Mundi finis, messi confertur, Matth.3.v.12. & 13.v.39. Mundi status corruptioni obnoxius, 2.Pet.3.v.7. Mundi vanitas quanta, Rom.8.v.28. 1.Cor.7.v.31. Mundi ætas vltima, 1.Cor.10.v.11. Mundo crucifigi dicitur, qui Mundum despicit: Et Mundus crucifixus dicitur ei, qui Mundum vicissim nihili facit, Gal.6.v.14. Mundo renuntiandum est, vt Deo seruiamus, Rom.12.v.2. 2.Pet.2.v.1. Ioh.2.v.15. Pro Mundo orat Christus, Ioh.17.v.9.

Augustinus in lib. confess. O Amatores Mundi! cujus rei gratia militaris? major non esse poterit spes vestra in Mundo, quàm vt amici Mundi sitis. Ibi quid nisi fragile plenum periculis, & per quot pericula peruenit ad majus periculum? Pereant hæc omnia, & dimittamus hæc vana, & inania: Conferamus nos ad solam inquisitionem eorum, quæ finem non habeant, vita hæc miseria est: mors incerta subitò obrepit: & post hæc negligentiæ pœna supplicio luenda est.

Ambrosius super Psal. Quàm rarus in terris, qui possit dicere, Portio mea, & quàm alienus à vitiis, & quàm segregatus à labe peccati, qui nihil habeat commune cum sæculo, nihil sibi Mundi huius vendicet, non sit corporalium possessor cupiditatum, quem non inflammet libido, non stimulet auaritia, non lasciuia effœminet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua negotiorum secularium cura solicitet.

Gregorius in Homil. Ecce Mundus qui diligitur, fugit. Sancti isti quorum ad tumbam consistimus, florentem Mundum

Mundo est concupiscentiæ corruptionem. 1.Ioh.2. Omne quod est in Mundo, concupiscentia carnis est. 1.Ioh.5. Omne quod natum est ex Deo, vincit Mundum. Quis est autẽ, qui vincit Mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est Filius Dei? Gregor. in Registro: Si consideramus, fratres charissimi, quæ & quanta sint, q̃ nobis promittuntur in cœlis, vilescent animo omnia, quæ habentur in terris. Terrena namq; substantia supernæ felicitati comparata pondus est, non subsidium: temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda, quàm vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quàm quædam prolixitas mortis.

dum mentis despectu calcauerunt, erat vita longa, salus continua, opulentia in rebus, fœcunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace, & tamen cùm in seipso floreret, iam in eorum cordibus Mundus aruerat. Ecce iam in seipso Mundus aruit: & adhuc in nostris cordibus floret, vbique mors, vbique luctus, vbique desolatio, vndique percutimur, vndique amaritudine replemur, & tamen cœca mente carnalis cõcupiscentiæ eius amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhæremus, & quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus.

Idem libr. 5. Moral. Quia nec Paulus Mundi gloriã quærebat, nec à Mundi gloria ipse quærebatur: & si Mundo & sibi Mundũ crucifixum esse gloriabatur.

Bernardus lib. Meditationum: Dic mihi, vbi sunt amatores Mundi, qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? Nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes. Attende diligenter, quid sunt & fuerunt, sicut tu, comederunt & biberunt, riserunt, duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderũt. Hic caro eorum vermibus, illic anima eorum ignibus deputatur, donec rursus infelici collegio colligati sempiternis ignibus inuoluantur. Qui socij fuerunt in vitiis, socij erũt in pœnis: vna namq; pœna illos implicat, quos vnus amor in crimine ligat.

Lib. 6. Moral. Ille huius Mundi veraciter mala sentit, qui eius bonis inhiat, nec alia bona appetit.

Cassiodorus super Psal. 44. Mari justè comparatur hic Mundus, quia falsitatibus armatus est, fluctibus Diabolicis quatitur, vitiorum tempestatibus commouetur.

Chrysost. super Matthæum: Habemus pro mari Mundum, pro naui Ecclesiam, pro velo pœnitentiam, pro gubernaculo crucem, pro nauta Christum, pro vento Spiritum S.

Bernhard. in sermone: Cui Christus incipit dulcescere, necesse est amarescere Mundum.

Mundi amicitia à Deo auertit, Ioh. 14. Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum, in æternum. Spiritum veritatis, quem Mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.

Iohan. 15. Si Mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de Mundo fuissetis, Mundus quod suum erat, diligeret. Quia verò de Mundo non estis, sed ego elegi vos de Mundo, propterea odit vos Mundus.

August. Vincula huius Mundi asperitatem habent veram, iucunditatem

2. Tim. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.

Iac. 4. Adulteri nescitis, quia amicitia hujus Mundi, inimica

inimica est DEI? Quicunque ergo voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.

1. Iohan. 2. Nolite diligere Mundum, neque ea quæ in Mundo sunt, qui diligit Mundum, non est charitas Patris in eo.

Hermes Trismegistus in Asclepio ait: Sicut Deus omnibus speciebus vel generibus, quæ in Mundo sunt, distributor dispensatorque est bonorum, id est, sensus animæ ac vitæ: sic & Mundus præstitor est & retributor omnium, quæ mortalibus videntur bona, id est, alternationis partium, temporalium fructuum, natiuitatis, augmentorum, & maturitatis, & horum similium.

...ditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidā quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem.

Thriuenius in Apoph. 50. Vt nemo, qui patria capitur, & peregrinæ regionis studiis tenetur: sic nemo ad cœlum adspirat, qui huius Mundi delectatur aut cupediis, aut illecebris. Idem in Apoph. Vt nemo munus meretur, quod contemnit: sic nemo Christo dignus est, qui à tergo respicit, & animum ad posteriorem Mundum retorquet. Quippe & commutationem eius grauatim ferre apparet.

Chrysostomus Hom. 77. in Matth. Cur perforato aquam dolio ingeris? Nihil enim aliud est pro præsentibus istis laborare, quàm flammam decerpere, quàm pugnis aëra cedere. Certè frustra curris. Nonne vniuscuiusque artis finis quidam est? Ita profectò. Ostende igitur mihi finem huius secularis studij: sed non potest. Vanitas enim omnia.

Bernhardus Serm. 1. de Aduentu Domini: Sicut mersi in aquis periclitantur, videas eos tenentes tenere, nec vlla ratione deserere, quod primum occurrit manibus, quicquid sit illud, licet tale sit, quod omnino prodesse non possit, vt sunt radices herbarum, cæteraque similia. Nam & si qui fortè ad eos veniant, vt subueniant, nonnunquam solent apprehensos inuoluere secum, adeò vt jam nec sibi, nec aliis auxilium ferre præualeant: sic pereunt in hoc mari magno & spatioso, sic pereunt miseri, dum peritura sectantes, omittunt solida: quibus apprehensis, emergere & saluare possent animas suas. Ita, inquam, pereunt, qui omissis veris & salutaribus studiis caduca & transitoria quærunt, à quibus nequeunt diuelli.

Bernh. in sermon. Mundus est, vbi malitiæ plurimū, vbi sapientiæ modicum, vbi omnia sunt viscosa, omnia lubrica, omnia operta tenebris, & obsessa laqueis, vbi periclitantur animæ, & affliguntur corpora, vbi omnia vanitas & afflictio

Spiritus: Et in Ioële dicitur, Confusum est gaudium à filiis hominum. August. In hoc Mundo non timere, nõ dolere, non laborare, nõ periclitari impossibile: sed plurimum interest, qua causa, qua expectatione, quo animo quisq; patiatur. Idem: Ecce, ruinosus Mundus est, & sic amatur, quid si dulcis esset? ô Munde immunde, tenebras patiens, quid faceres, si maneres? quid faceres dulcis, si amarus alimẽta metiris. Aristot. lib. 4. Physic. Omnia quæ sunt sub cœlo, tabesiũt, sene-

Erasmus Roterodamus in Simil. Vt mare grauida minus laborat & in gestatione & in partu: Ita si rem honestissimam animo conceperimus, minore negotio consequemur, quàm stulta quædam oblectamenta. Et qui Mundi præmia sequuntur, minore dolore margaritum illud Euangelicum sibi parare poterunt.

Chrysost. in 21. Matth. Hom. 30. Sicut difficile est, arborem iuxta viam positam fructus suos vsque ad maturitatem seruare: sic difficile est, virum fidelem iuxta istum Mundum viuentem, id est, in actibus eius, justitiam immaculatam vsque in finem seruare.

Dugo Phil. in Tiliano, vel de scientia benè moriendi, fol. 28. Pix est Mundus, quamlibet leui attactu tangentes inquinat. Viscus est Mundus, qui suos miratores in modum aucupis, peccati & mortis æternæ inuoluit. Laqueus est Mundus, qui voluptatibus & opibus, velut escis obiectis, allicit atque capit incautos, & secum trahit in nassam interitus. Vnde mihi vix possibile videtur, vt qui Mundi legibus viuit, purus ab inquinamentis Mundi, & immaculatus hinc emigret.

Iustinus Martyr in refut. responsionis gentilis ad tertiam quæst. Christianorum, fol. 261. Quemadmodum videmus coagulationem repentè lacti accidere: ita repentè accedit Mundo esse.

D. August. in Ioh. cap. 16. tract. 95. Sicut area paleis & frumentis; & sicut arbor foliis & pomis, ita infidelibus plenus est Mundus.

Theodoretus Serm. 3. Sicut arcam scamnumque fabrefactum videntes, non solùm opus laudamus, sed opificem: sic etiam videntes nauim fabrecompactam, sic monile fabrefactum, aurificem laudamus: sic in Mundi fabricam oculos tendentes Deum laudemus: Qui non mirati sunt hæc, imò qui nec iam mirantur, inexcusabiles sunt.

Procopius in Genes. cap. 1. Quemadmodum rerum naturalium corpora, vbi primum in essentiam progressa fuerunt, simul colorem & magnitudinem continent; quorum alterum prius intellectu, alterum secundum est: sic & Mundus ordine condi-

conditus, non tempore, ſed decenti & debita harmonia, vndique abſolutus eſt. Haud enim pars Mundi vna formata eſt, deinde altera defuit. Hinc & luminaria propter ſuam præſtantiam commemorantur die quarto apparuiſſe: ſiquidem ternas, quæ potentia eſt decas, pretioſus & inſignis habetur numerus: Vnitas, binarius, ternarius & quaternarius inter ſe additi, decada conſtituunt.

Plato in Timæo ait: Charitas DEI cauſa fuit factionis Mundi, & originis omnium rerum.

Luc. Apul. de dogm. Platonis: Quid enim Mundo præſtantius? Lauda quam putas ſpeciem, portio à te laudabitur Mundi.

Cic. lib. de Leg. Vniuerſus hic Mundus vna ciuitas communis Deorum atque hominum exiſtimanda eſt, &c.

Hæc ſufficiant de Mundo; videamus nunc ordinem & modum creationis, qui ſex diebus abſolutus conſtat. Loquatur igitur nobiſcum ipſiſſima veritas, principium creaturarum ac lucis, fonsque perennis omnis gloriæ.

Productio autem creaturarum quaſi diſtinctione quadam deſcripta eſt Geneſ. 1. De primo autem die Moſes ſic dicit: In principio creauit DEVS cœlum & terram: Vbi notandum, & nullum etiam ſanè dubium eſſe debet, Deum potuiſſe vno momento ſimul & producere & ornare cœlum & terram cum omnibus creaturis: Sed voluit immenſa bonitate diſtinguere opus creationis in ſex dies, vt per partes tanquam in tabella ſpectandum & conſiderandum nobis proponeret opificium ſuum. Nam Rom. 1. v. 20. Paulus ait: Inuiſibilia DEI ex creatione Mundi τοῖς ποιήμασι νοούμενα, id eſt, dum intelliguntur & conſiderantur ex modo & ordine, quo facta ſunt. Dignum hic eſt conſideratione, quænam immediatè ſint ex nihilo creata. Tria autem enumerat Moyſes in principio creata: Cœlum, terram, abyſſum; id eſt, materiam eorum, quæ in cœlo, in terra, & in mari ſunt. Ita Pſal. 147. v. 6. Qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt.

Philoſophorum hic paucis videbimus mentem, de deſcriptione materiæ primæ ſeu vniuerſalis machinæ ſubjecto.

ſeneſcunt & ſordeſcunt ſub tempore.

Seneca ad Luc. Ideo nulli loco animum adijcere debemus, cum hac perſuaſione viuendum: Non ſum vni angulo natus, patria mea totus eſt Mundus.

Pſal. dicit 118. *Ordinatione tua perſeuerant dies. Et Sapien. 12. Cùm ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis. Pſal. 18. v. 11. Fecit tenebras locum ſuum ſecre-*

secretum, tabernaculumq; suum aquis obscuris fecit, nubibusq; dēsis obuelauit. Psal. 97. v. 2. Tenebræ & nubes sunt circa ipsum. Psal. 18. v. 11. Splendore eius præsentiæ nubes & aquæ tenebrosæ fugerunt.

Materiā seu subjectum, in cuius gremio & sinu sapientissimus ac maximus ille noster Macrocosmi, seu majoris Mundi, creator, suam structuram ædificiumque disposuit, Philosophia vocauit ὕλην: quæ a Physicis materia absolutè prima nuncupatur. Huic inuestigationi duo antiquiores Philosophi studiosissimam præ cæteris nauarunt operam: Prior fuit Thales, (cui adstipularunt Hercalitus & Hesiodus) hic aquam esse primam materiam rerum omnium affirmauit, ex eo, quia rerum omnium semen & alimentum est humor: huic sententiæ & Ethnici & sacri Scriptores videntur concurrere: Hanc ob causam & Ethnici Neptunum, Oceanum, & Thetin consecrarunt: Reliqui profani verò illi Scriptores, inter quos Diuinum illum Philosophiæ Antysten Moysen nominamus, materiam istam abyssum & aquam nuncupauerunt.

Alter Philosophus Anaxagoras fuit, hic materiam rerum primam rudem esse, & indigestam molem, Chaos dictam, fuit opinatus, cui Ouidius adstipulari videtur in Metamorphosi: Sic alii aliter scripserunt: Anaximander principia infinita statuit materialem originem: Anaximenes aërem infinitum: Diogenes aërem diuinæ rationis compotem: Plato speciem inuisibilem & informem: Zeno Stoicus ignis substantiam per aquam in aërem conuersam: Epicurei Atomos; Empedocles quatuor elementa: Plato in Timæo dicit, materiam esse rem sine sensu perceptibilem, & ratiocinatione spuria vix credibilem: Huic ex parte Augustinus consentire videtur: cùm, inquit ille, aliquid informe concipio, prius nihil intelligo, quàm intelligebam; quemadmodum nihil videndo, videntur tenebræ; nihil audiendo, auditur silentium. Huius cognoscendæ difficultatem & Aristoteles affirmat, quando hanc materiam per se nec cognosci, nec describi posse asserit, nisi per analogiā, inde cum aliis Græcis ὕλην eam assimilauit, ceu syluæ cuidam immensæ, cuius lignum aptum est ad quamlibet domum, machinam, vel aliam rem instruendam: Mercurius Trismegistrus in Pincandro inquit: Vmbra infinita in abysso, &c. Plato: Matri, nutrici, & sedi rerum genitarum, eò quod omnia continet atque fouet. Augustinus tenebris & silentio, vt dictum

ctum est: Pythagoras dualitati; nonnulli speculo, in quo anima Mundi cernitur. Alij ceræ & luto: nonnulli vnguento comparare voluerunt, quod quemlibet odorem recipere & retinere promptum est. Ex his quidam concludunt & ponunt talem definitionem: Materia prima est ens primordiale infinitū, informe, in potentia tam ad aliquid, quàm ad nihil; nullius quantitatis seu dimensionis, cùm nec paruum, nec magnum dici possit, nullius qualitatis, cùm nec sit subtile, nec spissum, nec perceptibile; nullius proprietatis, nec inclinationis, non mouens, nec quiescens, sine vllo colore aut qualitate elementari; Omnium tamen actionum passiuum primum, rerumque capax: Vnde Mundi mater vocatur, in cujus gremio orbes ætherei rutilis ignibus decorati, & quatuor elementa tanquam in vtero materno comprehenduntur. Nos huius materiæ informis effigiem imaginariam imitando, secundùm diuinum vatem Moysen depingemus, qui illam comparat terræ vacuæ & inani, modò aquis & abysso.

Augustinus super Genesin: Spiritus Domini mouebatur super aquis, vigorem igneum agens.

Porrò Spiritus Domini ferebatur super aquas, Gen.1.v.2. cujus effigies proximè succedit numero 2. Sic & opus creationis tribuitur etiam Spiritui sancto, Psal.33.v.6. Verbo cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Psal.104. v.30. Emitte Spiritum tuum & creabuntur. Psal.147.v.18. Flabit Spiritus eius, & fluent aquæ. Ioh.4.v.24. Deus est Spiritus. Iob.26.v.13. Spiritus eius ornauit cœlos. Sap.1.v.7. Spiritus Domini replebit orbem terrarum. 1.Cor.2.10. Spiritus scrutatur omnia, etiam profunda DEI. Plura vide de hac persona Diuinitatis in præcedenti parte.

Psal.18.v.12. & 15. Splendore præsentiæ diuinæ euanuerunt nubes, fontesq; aquarum visibiles sunt facti, & fundamenta Mundi rotundi reuelata sunt.

Philosophus ait; Spiritus Domini, qui est amor igneus, ferebatur super aquas, igneum illis vigorem impertiens, voluntate diuina sic jubente: Vnde prima Mundi creatura omniū subtilissima, simplicissima, nobilissima, & actuosissima, Mundo primùm affulsit. Hunc Spiritum & Ethnicos agnouisse affirmant: Nam Chaldæorum oracula dixerunt eum amorem igneum à Patre & Verbo procedentem, vt testatur Iamblichus, & Hermes Trismegistus Deum ignis & numen Spiritus: Gentiles, vt apud Plutarchum legitur, eum descripserunt esse Spiri-

Psal.33. Dixit, Fiat, & firmati

mati sunt cæli, ac Spiritu ab ore eius omnis virtus eorũ procedit.

Philosophus recens ait: Videtur quod Spiritus ille S. qui Apostolis in forma columnæ radiosæ ac fulgidæ apparuit, in forma spirituali circumambiuerit aquas, illuminans motu suo obscuritatem illarum, ac radios suos in illas infundendo, eosq; ipsis post recessum suum, vt aquæ iis informarentur, relinquendo, eum præsentiâ suâ ineffabili modo omnia clarificasse, & illustrare spiritualiter, non secus, quàm Sol

tum intellectualem & igneum, non habentem formam, & se vniuersis coæquantem: Zoroaster & Heraclitus de hoc loquentes, omnia vnico ab igne genita esse voluerunt: Hinc Orpheus cœlum medium Spiritus huius ignei lumine illuminatũ dixit ætherem, q. æthaërem, h. e. ardentem Spiritũ, & pyripnon, id est, igneum spiraculum appellauit. Platonici eum vocarunt Animam Mundi; cui nobilitate proximam, lucem tantummodo agnouerunt, dicendo, quod nihil sit in ipso firmamenti circulo præter animam, quod maiorem DEI similitudinem præ se ferat, quàm ipsum lumen; imò quamlibet rem tantum sibi Deitatis vendicare, volunt nonnulli Philosophi recentiores, in quantum capax est luminis.

Democritus & Orpheus ac multi Pythagoreorum, quoniam huius diuinæ naturæ virtutem omnibus creaturis inferioribus secundùm plus minusve inesse perceperunt, omnia Diis plena esse opinati sunt, quibus diuinos statuerunt honores, dedicando eis preces & sacrificia, ac cultu illa diuino venerando. Præterea hos Deos omnes ad vnum reducebát Iouem; per quod planissimè significauerunt, omnes caloris, claritatis, vitæ, formarumque essentialium riuulos ab vnico fonte lucido supernaturali promanare, & ab eius aqua perenni & spirituali incrementum & multiplicationem suam adipisci, &c.

Porrò dixit DEVS, (Fiat Lux) & quia Paulus 2. Cor. 4. v. 6. inquit, Deus jussit ex tenebris lucem splendescere; id est, cùm essent tenebræ, Deo dicente, vel jubente, subitò exstitit lux: Ideò videtur lux quoque immediatè ex nihilo creata esse.

Trismegist. lib. 1. Pimandr. ait: Mens diuinæ potentiæ in principio mutauit formam, & vniuersa subitò reuelauit, & vidi, omnia in lucem conuersa, suàve nimium & jucundum: Idem: Vmbra quædam horrenda obliqua reuolutione subterlabebatur. Idem ait: Monas ante Mundum genuit monadem, & in seipsum reflexit ardorem suum, hoc est, sibi ipsi tantùm reluxit. Serm. 3. Pimandr. Erat vmbra infinita in abysso: aqua autem & Spiritus tenuis in chaos inerant: Floruit autem splendor sanctus, qui sub arena & humida natura elemẽta deduxit, grauiaq; tenebris submersa sub arena humida resederunt. Philosophus ait per-

ait perpulchrè: Quid dici potest euidentius, quàm quod immediatè post Verbum Domini, Fiat, Spiritus ab ore eius ante Mundi originem egrediens, motu suo orbiculari illam Hylæ partem iam Mundi nomine insignitã circumdederit, & splendoris sui immensi reflexione ineffabilem istam partis abyssi deformitatem in conuexa Mundi integri superficie, ante præsentis huius Mundi existentiam, deleuerit, ac aquas tam grassiores, quàm tenuiores originaliter visibiles reddiderit, essentialiterque eas informauerit.

Augustinus & Dionysius dicunt; lucis substantiam esse ignem purum, incombustibilem, immensurabilem & non diuidendum, crescentem, & multiplicantem sese in infinitum, vbiq; se extendentem, & vno momento omnibus presentem, omnia cõprehendentem, nec tamẽ comprehendendum, in seipso semper lucẽtem, aliis verò per se inuisibilem & incognitũ. Hic à luce creata paucis ad lucem increatam deuiabimus, quo facilius mentes nostras luci æternæ subijciamus, sine diuini Patris enim lumine nihil vnquam erit in homine. 1. Probabimus & constat ex SS. Biblijs, Deum esse lucem in se incomprehensibilem, idq; his testimoniis sacris: Iob.36. In manibus abscondit lucem, & præcepit ei, vt rursus adueniat. Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Psal.103. Amictus lumine sicut vestimento. Ioh.8. Ego sum lux Mundi. 1.Tim.6. Lucem inhabitat inaccessibilem, quam nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium in sempiternum. 1.Ioh.1. Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.

Lux est Christus, Esa.9.v.2. & 42.v.6. & 49.v.6. & 60.v.1. 19. Ioh.1.v.5. & 8.v.12. & 9.v.5. & 12.v.35. 1.Ioh.1.v.5. & 2.v.8.

Lux sunt & Christiani, Prou.4.v.18. Matth.5.v.15. Rom.2. v.19. Eph.5.v.8. Phil.2.v.15.

Lux sunt gentes post Christum cognitum, Eph.5.v.8.

2. Probatur ex Sacris, lucem gratiæ illuminare intellectum, & inflammare affectum. Psal.4. Multi dicũt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui. Psal. 88. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Psal.111. Exor-

Sol facit præsentiâ suâ corporaliter.

Psal.97.v.4. Fulgur eius illuminabat Mundum, & terra videns eum, pauida erat & effugiebat.

Philosophus ait: Nec mirũ, cùm Deus ipse, vt in sacris Scripturis traditur, lucem Mundi, & Patrem luminum semet ipsum vocet: cui⁹ dono sancto seu Spiritu igneo, qui Apostolis sub forma ignis apparebat, lux mundana, id est, igneus aquarũ vigor, primo creationis die honorata est, & ex cuius substantia essentiali cœlum, in quo

tum est

tum est in tenebris lumen rectis. Esa.9. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Esa.49. Dedi te in lucem gentiũ: vt sis salus mea. Esa. 50. Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini, & nitatur super Deum suum. Esa. 60. Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Mich.7. Surgam, cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Matt.4. Terra Zabulon, & terra Naphthalim, via maris trans Iordanẽ Galilææ gentium: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Iohan.1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. Ephes. 5. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Psal. 42. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam Psal. 96. Lux orta est justo, & rectis corde lætitia. Esa. 2. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei nostri. Esa.60. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Ioan.9. Quam diu sum in Mundo, sum Lux Mundi. Iohan.12. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis sitis. Eph.5. Eritis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis in omni bonitate & justitia.

3. Probatum & sacris proditum est literis, lucem gratiæ malis esse odibilem. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius. Iob.38. Auferetur ab impiis lux sua. Iohan.3. Hoc est autem judicium, quia lux venit in Mundum, & dilexerunt magis tenebras, quàm lucem: Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt nõ arguantur opera eius.

4. Demonstratur ex Bibliis sacris, Lucem naturalem esse jucundam: veluti Tobiæ 5. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Prouer. 15. Lux oculorum lætificat animam. Eccles. 11. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem. Esa.45. Ego Dominus, & non alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Item Prou. 15. Lux oculorum exhilarat cor.

in quo Spiritus mouebatur, ac vtique cœli inferiores, eorumq; creaturæ & pulchritudines suas diuinitus & metaphysicè acceperunt.

1. Thess. 5. Vos autẽ Fratres, non estote in tenebris, vt vos dies tanquam fur comprehẽdat. Omnes n. vos filii lucis estis, & filii diei: Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur nõ dormiamus sicut cæteri, sed sobrii simus & vigilemus.

1. Ioh. 1. Si dixerim⁹, quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur, & veritatem non faci-

Matth.

Matth.5. Vos estis lux Mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificēt Patrem qui in cœlis est. Ioh.3. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Ioh.5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Denique lux pro doctrina Euangelii. Act.26.v.23. Lumen est Euangelium, Act.16.v.18.23. Lumen pro præstanti & eximio bono. Iac.1.v.17. Pro Filio Dei. Ioh.1.v.8. Pro lucis ipsius creatore. Ioh.1.v.5. Pro cognitione gloriæ Dei. 2.Corin.4.v.6. Pro cœlesti gloria, & spirituali Angelorum intelligentia. 2 Cor.6.v.14. Pro vitæ sanctimonia. Matth.5.v.16. Lucis opera omnis bonitas. Ephes.5.v.9.&c. Ad reliqua. Quid vtilitatis igitur ex increatæ lucis jam consideratione captabimus? Respondet hic Philosophus verbis elegantissimis: Lucente gratia diuina viuit Mundus, Mundiq; creaturæ; illâ verò in semetipsam tantùm reflexâ, & aquis nigerrimis ac nubibus densis obuelante creatore tabernaculum & sedem suam, de subito Mundum ac creaturas eius perire necesse esset: *Benedictus itaque sis super omnia Deus, qui & spiritualiter & corporaliter nos illuminas, nec auertas à creaturis tuis splendorem faciei tuæ ob merita vnigeniti Filÿ tui, AMEN.*

Post creationem lucis & tenebrarum DEVS distinxit inuicem; & lucem diem, tenebras verò noctem appellitauit. Genes.1 v.4.& 5. Vers. verò 14. ibi diei fit distinctio. Hic tantummodo separatio lucis à tenebris, vnde dies & nox. Ps.73. Tuus est dies, tua est nox, tu fecisti omnes terminos terræ. Psal. 118. Ordinatione tua perseuerat dies. Gen.8. Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent. Quando itaque dies in sacris multipliciter citatur, ambigueque sumitur, paucis eum ex sacrosanctis declarabimus.

Rom.13.v.12. Dies accipitur pro vitę claritate, 1.Cor.3.v.13. pro veritatis lumine. Matth.3.v.1. Luc.1.v.5. Act.2 v.36. 2.Pet.3. v.18. in genere pro tempore. Hebr.5.v.7. Dies carnis. Luc.17. v.22. Ioh.8.v.56. Dies Domini pro aduentu in carnem. Luc.17. v.24.

facim⁹. Si autē in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus ad inuicem.

1.Ioh.2. Iterum mandatum nouum scribo vobis, quia verū est, & in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen iā lucet. Qui dicit, se in luce esse, & fratrē suum odit, in tenebris est vsque adhuc. Qui diligit fratrem suū, in lumine manet, & scādalum in eo non est.

Dion. Areop. de Diuin. nomin. Lumen ex ipso bonum est, & bonitatis imago. Ideò ipsum bonum luminis cognomen-

momento laudatur, tanquã imagine quadam exemplar expressum.

Plato: Lumen non est corpus, cùm repentè totum impleat orbẽ, sine vlla offensione, aeris & aquæ corpus penetret, & sordibus immixtum non inficiatur, quæ corporum naturæ non conueniunt.

v.24. Rom.2.v.16. 1.Cor.5.v.5. 2.Corin.1.v.14. Philip.1.v.6.14. 2.Thessal.2.v.2. 2.Pet.3.v.10. significat ipsius aduentum cum gloria & majestate. 1.Thess.5.v.2. 2.Pet.3.v.10. Matth.24.v.44. Apocal.3.v.3.& 16.v.15. Dies Domini incertus. Sophon.1.v.14.15. Dies Domini qualis impiis sit futurus. Deinde Dies Dominicus, 1.Cor.16.v.2. Apoc.1.v.10. pro eo die, qui à Paulo dicitur Vna Sabbathorum, 1. Cor.16.v.2. Dies iræ, Soph.1.v.15. Roman.2.v.5. Dies judicii soli Patri cognitus. Matth.24.v.36. Matth.13.v.32. Luc.27.v.24.30. Act.1.v.7. 1.Thess.5.v.1. 2.Pet.3.v.10. Apoc.3.v.3.& 16.v.15. Dies judicii indies exspectandus. Matth.24.v.44.& 25.v.13. Mar.13.v.33. Rom.2.v.16. 1.Thess.5.v.2. Iac.5.v.8. 2.Pet.2.v.9. Dies judicii à Deo præscriptus. Acto.17.v.31. Dies mali. Gen.47.v.9. Eph.5.v.16. Dies boni. Psal.34.v.13. 2.Pet.3.v.10. Dies natalis olim solemnis habitus. Matth.14.v.6. Mar.6.v.21. Dies nouissimus pro die judicii. Ioh.6.v.39.&c. & 12.v.48. Dies Pentecostes, Actor.2.v.1.& 20.v.16. 1.Cor.16.v.8. Dies salutis pro tempore Euangelii. 2.Cor.6.v.2. Dies septimus à Deo sanctificatus. Genes.2.v.3. Exod.20.v.11. Dies visitationis. 1.Pet.2.v.12. Dies vltionis. Luc.21.v.22. Dies vrbis Ierusalem. Luc.19.v.42. Dies pro annis. Num.14.v.34. Ezech.4.v.6. Dies pro judicio. 1.Cor.4.v.3. Dies distincti. Genes.1.v.14. de hoc ante dictum. Dies nouissimi, pro extrema Mundi senecta, 2. Pet.2.v.3. Dierum discrimen per Christum sublatum, Rom.14.v.6. Gal.4.v.10. Col.2.v.16.17. Dierum longitudo quibus permissa. Exod.20.v.52. Deut.5.v.16.& 6.v.2.3.& 11.v.9.21.&c.

Isid. Orig. lib.5.cap.30. Dies dicti à Diis, quorum nomina Romani quibusdam syderibus sacrificarunt. 1. Diem à Sole appellauerũt, qui princeps est omnium syderum; sicut & idem dies caput est cunctorum. 2. Diem à Luna, quæ Soli & splendore & magnitudine proxima est; & ex eo mutuat lumen. 3. Diem nuncupârũt à stella Martis, quæ vesper vocatur. 4. Diem à stella Mercurii, quam quidam candidum circulum dicunt. 5. Diem à stella Iouis, Phaëtontem ajunt. 6. A Veneris stella, quam Luciferum asserunt; quia inter omnia sydera plus lucis habet. 7. A stella Saturni, quæ sexto cœlo locata, triginta annis fertur explere cursum suum, &c.

Hic

Hic notandum est de die Sabbathi: Dies dicitur Dominicus, vt supra 1. Cor. 16. & Apocal. 1. Et pro eo die, qui à Paulo dicitur vna Sabbathorum, 1. Cor. 16. v. 2. vt Actor. 20. v. 7. Assumptus auté est hic dies pro prioris seculi Sabbatho. 1. Quia cùm Dominica resurrectio sit alterius spiritualis Mundi velut altera creatio (vt loquuntur Prophetæ, Esa 65. v. 17. & 66. v. 22. Apocal. 21. v. 1. &c.) Spiritu sancto proculdubio dictante, placuit Apostolis, pro prioris seculi Sabbatho, siue die septimo assumere noui huius Mundi primum diem, in quo non illa corporalis & corruptibilis primo veteris Mundi die creata, sed cœlestis illa & æterna lux nobis illuxit. Ille autem veteris Sabbathi dies à creatione Mundi ad Domini resurrectionem vsque stetit, qui postea in diem Dominicum mutatus ab Apostolis est. Ac quod, euanescente paulatim Iudaici Sabbathi ceremonia, eo die soliti sint Christiani solemnes conuentus agere, non ineptè colligitur ex Act. 20. v. 7. 1. Cor. 16. v. 2. 2. Vt dies ille, quem Dominicum à resurrectione Dominica vocamus, reuocaret in memoriam Dominicæ resurrectionis mysterium & beneficium. 3 Vt credentes sentirent, se ex Legis jugo liberatos & exemptos esse. 4. Vt esset discrimen inter nos fideles, & Iudæos, Legi etiamnum, sed abs re, addictos, &c. In summa, Luce inchoata est vniuersa Mundi (ab omnipotente creatore luce æuiterno) creatio, similac in luce desiit eius finis, & vbi desinit summus sanctissimusque fabricator, ibi incipit Microcosmus, sanctissimi Numinis imago.

Sic & nox Dei Verbo creata, Gen. 1. v. 5. Creat tenebras ac noctem, Psal. 104. v. 20. &c. In hoc Psalmo videmus, in quem finem nox sit destinata. Rom. 13. v. 11. &c. Nox accipitur pro Dei ignoratione. Hoc capite præscribitur, quomodo à somno sit surgendum & ambulandum in die sanctè, honestè, ac piè, veluti & præscribit Lucas cap. 21. v. 34. item Galat. 5. v. 16. 1. Pet. 2. v. 11. Somno non est indulgendum, Prou. 20. v. 13.

Prouer. 3. Custodi legem atque consilium, & sequitur, si dormieris, non timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus.

Gregorius perpulchrè dicit Moral. 8. super illud Iobi 7. Terrebis me per somnia Caue: serue Dei, quantũ potes, ne totus quandoq; dormias, ne sit somnus tuus, nõ quies lassi, sed sepultura corporis suffocati: nõ reparatio, sed spiritus extinctio.

Ecclesʃ. 5. Dulcis est somnus ope-

operanti.

Iob.11. Securus dormiens, requiesces, & non erit, qui te exterreat.

Bernhardus ad Fratres de Monte ait: Quantum ad debitum continui processus, nihil temporis tam perit de vita nostra, quàm quod somno deputatur. Idem Gregorius supra dictus sic ait: Iturus in somnum aliquid tecum defer in memoria & cogitatione; in quo placidè obdormias, quod etiam somniare iuuet. Sic tibi nox vt dies illuminatur, & nox illuminatio tua in delitiis tuis, placidè obdormies, in pace quiesces, facilè euigilabis. Surgens facilis eris ad redeundum in id, vnde non totus discessisti.

Plato lib.7. de Legibus ait: Somnum multum neque corporibus, neque animis, neque rebus gerendis conducere affirmabat. Neque enim dum dormit, alicuius pretii est, non magis, quàm si non viueret. Quare quicunque viuere & sapere cupit maximè, quàm longissimo tempore vigilet, sola sanitatis commoditate seruata.

Ælianus lib.2. Gorgias extremæ jam ætatis, quum sentiret somnum lethalem obrepere, amico, qui assidebat, percontanti: Quo pacto haberet? Somnus, inquit, jam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim somni fratrem appellat mortem.

Plutarchus in vita Alexandri: Alexander, cùm Deus ab adulatoribus vocaretur, se mortalem esse dicebat, cùm id deprehenderet ex somno, qui mortis imago est. Idem in Moral. Comicus venustè dixit ex iis, qui lectos inaurant ac deargentant: cùm Dii nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno volunt constare? At cum Dii somnum nobis dederint curarum & laborum delinimentum, superstitiosus sibi illum reddit carnificinam. Caueamus itaque solidam dormire noctem, aut dormire Endymionis somnum, cogitemus illa, Luc.24.v.41. Marc.14.v.38. Luc.22.v.40. quæ Christus ait discipulis in illa nocte qua traditus est, vigilate & orate, ne intretis in tentationem &c. Hic primum diem absolutũ volumus, accingimus nos consequenter ad diem secundum. SECVNDO die fecit Deus cœlum, hoc modo: Dicendo jussit fieri extensionem in medio aquarum. רקיע enim significat expansionem seu extensionem: sicut diducuntur cortinæ & tentoria, vel

sicut

ſicut laminæ extenduntur. Ita Deus ex aquis materia fluida, quæ, vt Physici definiunt, difficulter terminatur ſuo termino, fecit rem extenſiſſimam, miraculo maximo. Et quam facilis eſt extenſio cortinæ ex pellibus compoſitæ, tam facile Deus extendit corpus cœleſte ex aquis. Eſt ergo cœlum factum non immediatè ex nihilo: ſed ex materia illa, quam in principio Deus ex nihilo creauerat. Et tamen ex materia factum eſt, tali modo; qui non poteſt eſſe niſi omnipotentis creatoris: ſcilicet ex re fluida, (vt ſunt guttulæ imbrium) fecit tamen extenſionem, qualis eſt firmamentum cœli. Pſal. 104. v. 2. & 3. plenius deſcribit opus ſecundi diei. Dicit enim, Deum, poſtquam extendiſſet cœlum ſicut cortinam, feciſſe in ſuperiori parte cœnicula, vel teſtudinem contignatam ex aquis infra, infra nubes, & poſtea ventos.

Loci Biblici de cœlo tales ſunt. Cœlum à Deo creatum, Gen. 1. v. 1. Pſal. 33. v. 6. & 102. v. 26. & 136. v. 5. Act. 4. v. 24. Sedes Dei eſt. Eſa 66. v. 1. Matth. 5. v. 34. & 23. v. 22. Act. 7. v. 49. Inſtar pellis extenſum. Pſal. 104. v. 2. Cœlum pro maxima altitudine. Gen. 14. v. 4. Deut. 1. v. 27. Pro Deo. Matth. 2. v. 25. Pro cœlitibus, Iob. 15. v. 15. Pro aëre, Matth. 6. v. 26. Cœlum aëreum & ferreum peccatoribus, Leuit 26. v. 19. Deut. 28. v. 23. Cœlum nouum, Deut. 17. v. 3. 5. Apoc. 21. v. 1. Cœli militiam adorantes lapidandi. Deuter. 17. v. 5. Cœli coram Deo immundi, Iob. 15. v. 15. Cœli aperti Chriſto baptizato, Matth. 3. v. 16. Mar. 1. v. 10. Luc. 3. v. 21. Ioh. 1. v. 52. Stephano morituro, Act. 7. v. 56. Cœli gloriam Dei prædicant, Pſal. 18. v. 4. & 19. v. 1. & 89. v. 6. Mutationi obnoxii ſunt, Pſal. 102. v. 27. Matth. 24. v. 35. Mar. 13. v. 31. Luc. 21. v. 33. Rom. 8. v. 20. Hebr. 1. v. 11. 1. Pet. 1. v. 25. 2. Pet. 3. v. 7. 12. 13. Apoc. 6. v. 14. & 21. v. 1. Cœlum & terra donec tranſeant, Matth. 5. v. 18. Cœlum terramque Deus teſtatur, Deut. 30. v. 19. & 31. v. 28 Cœlorum poteſtates, Matth. 24. v. 29. Cœleſtia quærenda, Col. 3. v. 1. Hinc Diuus Chryſoſt. ait Hom. 1. in Eſaiam: Vt vniones, tametſi in mari naſcantur, tamen plus habent cognationis cum cœlo, cuius faciem reddunt: Ita pius ac generoſus animus magis à cœlo pendet, vnde ducit originem, quam à terra in qua viuit. Idem Hom. 9. in Matth. Qui theſaurum

Iuſtinus Martyr ait: Quemadmodum firmamēti creationem diuinæ literæ per ſimilitudinem conferunt aliquando cum pellis extenſione, dicentes: Qui extendit cœlum ſicut pellē; aliquando cum firmato fumo: cœlum, inquit, ſeu fumus firmamentum eſt, aliquando cum rotunditate cameræ: Qui extendit, inquit, cœlum ceu cameram: ſicut & eius diſſolutionem per comparationem conferunt aliquando cum volumine inuoluendo, aliquādo cum elemēto, quod igni diſſoluatur,

quemadmodum ait Apostolus Petrus: aliquãdo cum veste veterascente.

Perpulchrè ait lib. 3. recognit. Clemens Alexandr. Sicut testa ouorum, quamuis pulcrè facta, & diligenter formata videatur, necesse est tamen eam frangi & resolui, vt inde pullus procedat, & illud, pro quo totius ouii forma expressa videtur, appareat: Ita ergo & huius Mundi necesse est transire statum, vt status ille sublimior regni cœlestis effulgeat.

Nazianz. lib. 2. de Theolog. Quemadmodum inter AEgy-

suum terræ defodiunt, ne illum defodiendo transferant in cœlum, tale quiddam faciunt, quale, si agricola accipiens frumentum terræ fertili seminando, vberem quidem agrum relinquat, in lacum verò frumentum omne demergit, vt eo nec ipse potiatur, & frumentum sui corruptione depereat. Quam sapienter Chromantius de octo beatitudinibus ait, fol. 412. Dominus ac Saluator noster frequenter admonet nos terrestria de cœlestibus, cum dicit: Simile est regnum cœlorum reti misso in mare: Vel certè: Simile est regnum cœlorum homini negotianti quærenti bonã margaritam. Si ergo mercatus hanc ipse continet rationem, vt vnusquisque pro vtilitate sua aut vendat, quæ sibi superflua sunt, aut emat quæ desunt, non inconditè & ego proponam mercem, quam mihi commisit Dominus, prædicationem vtique cœlestem: Siquidem me minimum quoq;, etsi indignum; tamen de seruis, quibus Dominus talenta distribuit ad negotiandum, lucrumque faciendum, elegit. Possem sanè hic varia variorum Philosophorum ac Physicorum exempla de cœli creatione adducere; verùm quoniam errabundæ & fantasiæ quædam aspectantur, illos qui hos legere cupiunt, ad Metaphysicam relegamus, in qua rerum omnium speculatio vtilis ac non vtilis copiosa existit: (in qua distinctim est regio cœli & aëris ædificata) Concludimus autem secundi diei simplicissimam considerationem cum Olympiodori dicto venustissimo cap. 2. in Ecclesiasticis: Caput eminentia quædam est, & suprema totius corporis pars; pedes verò infimi sunt, terramque contingentes. Quando itaque præsidens intellectus purgatus fuerit, superna speculatur, non quæ sunt super terrã: at tunc in capite oculos verè habet. Quando verò mens ad terrena cõuertitur, non in pedibus habere oculos videtur, cū calimum terræ occupata. Aliter: Caput Ecclesiæ Christus est, ad quem si sapiens, dum ambulat, oculos intendit, sicut & Christus præambulauit, oculos habet in capite. Stultus autem ambulat in tenebris, semper declinans in terram, tenebricosoque caligat intellectu.

TERTIVS iam constat dies: huius diei exstat illustris hypotyposis Psalmo 104. versic. 6. & 7. Terra fuit operta abysso

abysso, tanquam vestimento: ita vt supra montes starent aquæ, id est, aquæ abyssi altius eleuatæ fuerunt supra corpus terræ, quàm nunc sunt summitates montium. Sed ab increpatione Domini fugerunt. Est enim increpatio Dei, correctio eorum, quæ non ritè disposita sunt. Et quomodo apparuerit arida, Psalmus ob oculos ponit v.8.& 9. Ascenderunt mõtes, descenderunt campi, in locum quem fundasti eis, aquis posuisti terminum, quem non transgredientur, neque reuertentur operire terram, v.5. Fundasti terram super basim suam, non mouebitur in seculum seculi,&c. Magnum quantum miraculum est, quod aqua velut in globũ accumulata, sicut in sphæricis demonstratur, concedit locum habitationi hominum, Psal.33.v.7. Colligit aquas velut in vtrem, Hier.5.v.22. An me non timebitis, qui posui arenam terminum maris? Iob 38.v.11.& 12. Ego circumdedi mare terminis meis, posui vestem & ostia, & dixi, vsque huc venies,& non procedes amplius: Et hic cõfringes tumentes fluctus tuos,&c. Psal.104.v.10. Tu emittis scaturigines in fluuios, qui inter montes labuntur,&c. Aq[illegible]recesserunt, dicente Deo,& apparuit arida. Psal.104[illegible]montes de superioribus suis,&c. In Scriptura [illegible] quæ m[illegible]riam fit mentio: vt, Aqua nominatur pers[illegible]io, Psal.144.v.7. Prou.17.v.14. Matth.7.v.25. Luc.6.v.48. Apoc.12.v.17. Aquæ assimilantur cognitio Dei & dona Spiritus sancti. Esa.11.v.9. & 12.v.3.& 35.v.6.& 43.v.20.& 44.v.3. Ezech.47.v.1.&c. Zach. 14 v. 8.1. Ioh.4.v.10.& 7.v.38. Pro donis Spiritus sancti instar aquæ effundentis, Esa.44.v.3.& 55.v.1. Ioël 2.v.28. Ioh.7.v.38. 39. Actor.2.v.17. Aquæ vitæ, pro immensa illa charitate Dei erga nos in Filio, effusa in corda nostra per Spiritum sanctum in vitam æternam, Iohan.4.v.10. cuius fit mentio Rom.5.v.5. Hebr.9.v.14. Tribuitur etiam Spiritus sancti gratiæ, Hebr.10. v.23. Fontes sine aqua, Ier.2.v.12. Fons aduersus peccata, Ier. 13.v.1. Ioël.3.v.18. Christus veniens cum aqua & sanguine, 1. Iohan.5.v.6. Aquæ nihil nocumenti aut obstaculi afferunt electis Dei. Exod.14.v.22. Psal.66.v.6. Esa.43.v.2. Ionæ 2.v.5. Aqua è petra educitur, Exod.17.v.6. Num.20.v.11.12. Psal.105.v.41. Aquæ diluuii, Gen.7.v.17. obtinuerunt terram diebus centum quinqua-

gyptios & Hebræos olim nubes; sic & nũc inter Deum & nos corporalis hæc caligo interstat. Hac gratia, vt dum purgatiores maiorique cum sudore desiderii nostri scopum contendimus, industriæ nostræ lucidæque vitæ præmiũ quoque magnificentius contingat.

quinquaginta, post decrescere incipiunt. Gen. 7. v. 24. Aquæ amaræ dulces redduntur. Exod. 15. v. 25. Aquæ contradictionis, Exod. 17. v. 7. Num. 20 v. 11. 13. Aquæ Iordanis siccantur. Iosu. 3. v. 15. Pallio Eliæ diuiduntur. 2. Reg. 2. v. 8. Aquæ mortiferæ Elisæi ministerio sanantur. 2. Reg. 2. v. 21. Aquæ è Templo manantes. Ezech. 47. v. 1. Aquæ obediunt Deo. Psal. 104. v. 10. Aquæ Verbo Dei in vnum congregatæ. Gen. 1. v. 10. Psal. 33. v. 7. &c. Hæc de aqua. Hinc videmus non frustra lucem, cœlum aut aquam creatam esse à Deo. Eodem die dixit Deus: Germinet terra herbam, &c. Sunt autem terræ nascentia non immediatè ex nihilo creata: sed cùm nullum esset virgultum agri, nulla herba regionis, Deo dicente, ex terra subitò producta sunt. Educit panem è terra. Ps. 104. v. 5. Dat cuique grano suum corpus. 1. Cor 15. v. 38. Item hoc die terra protulit simul flores, fructus & semina: quæ nunc in natura ordinata, temporum interuallis distinguuntur; vers. 14. ait: Gramen Deus producit iumentis, & panem è terra pro hominibus. Item v. 15. Vinum pro exhilaratione cordis, panem pro confortatione cordis fecit. v. 16. Cedros Libani plantauit, rigat & vestit. Rectè itaque dicitur secundùm illud 1. Cor. 3. v. 6. Paulus plantat, Apollo rigat, Deus dat incrementum.

Dies hinc sequitur QVARTVS, quo die fecit DEVS luminaria magna, stellas, &c. Quo pertinet, quomodo cœlos fecerit in intellectu. Psal. 136. v. 5. Item, quod quarto die partes anni acceperunt diuersas facultates; Ver, Æstas, Autumnus, Hyems. Ita enim posuit Deus luminaria & stellas in cœlo, vt certo motu Solis hyems adducatur, & ascendente Sole, terra aperiatur. Item accedente Sole, ad certas fixas stellas, pluuiæ, siccitates, æstus efficiantur. Hinc signa Zodiaci duodecim, de quibus apud Physicos latius, vide & quartā partem huius Præfationis. Vtilitates, quas animantia ex vicissitudine dierum ac noctium percipiunt, explicat Psal. 104. v. 22. 23. Sequitur quintus dies.

QVINTO die creauit DEVS aquatilia & volatilia: quando dixit: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & aquatile, &c. Stupendum sane miraculum, cùm inter aquatilia & volatilia tam immensa sit differentia; In aëre extinguuntur pisces, in

ſces, in aquis ſuffocantur aues, quod ex vna materia, Deo dicente, producta ſint, Pſal.104.v.25.& 26. Hoc mare magnum & ſpatioſum vtrinque. Illic reptilia, quorum non eſt numerus, animalia puſilla cum magnis, illic aues pertranſeunt. Leuiathan iſte, quem formaſti ad ludendũ in eo, &c. Oſtendit Deus magnificentiam ſuam, in quam ſcilicet magnitudinem & immenſum robur euehere potuiſſet naturam aquatilium. Leuiathan ſignificat augmentum eorum, ſcilicet piſcium, cui præ immenſo robore, merus luſus eſt euertere naues, & vorare reliquos piſces &c. Nominantur autem diſertè cœte grandia, ne ob immenſam molem & fortitudinem, putentur excepta eſſe à creaturarum ordine.

Sexto die fecit Deus beſtias, jumenta, reptilia, quando dixit: Producat terra animam viuentem. Baſilius ſic annotauit: Ideo terra iubetur producere, vt oſtendatur, animam vitalem brutis eſſe ἐντελέχειαν terrarum, quæ vna cum corpore diſſoluitur. Nam ex ſanguine actiones, ex ſanguine caro, ex carne terra, &c.

Eodem die formauit Deus hominem, non immediatè ex nihilo: ſed de terra ſumſit illum, Gen.3.v.19.& 23. Baſilius hic annotauit, quod de corpore hominis vtitur Moſes verbo formandi: poſtea verò dicit, *Factus eſt in animam viuentem*: inde conſiderentur membra præcipua deſcriptionis. 1. Non dicit, *Fiat*: ſed tanquam cõſultans & deliberans ait, *Faciamus*: voluit enim inenarrabili cõſilio poſtremum opus creationis eſſe hominem. 2. Præparauit materiam, vnde formaturus erat corpus humanum. Gen.2.v.6. Vapor aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ, & inde ſumſit materiam. 3. Non dixit, Producat terra: ſed illum terræ puluerem antea irrigatione ſubactum formauit, יצר id eſt, plaſmauit, finxit, ſicut figulus, in figuram corporis humani. Huc reſpexit Hiob c.10.v.8. Manus tuæ Domine plaſmauerunt me, & fecerunt me vndique in circuitu. 4. In creatione brutorũ dixit: Producat terra animam viuentem; ſed de hominis anima dicitur: Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Sicut ergo animæ brutorum vna cum corporibus diſſoluuntur, euaneſcunt & intereunt, quia terra

produxit animã viuentem: Ita ex descriptione creationis animæ humanæ dicit Salomon Eccles.12.v.7. Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat; & Spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Ideò vocat spiraculum חיים id est, vitarum, quod non tantùm ad vitam durationis huius corporis restringatur, sed etiam ad vitam spiritualem in altero seculo. Vnde Christus dicit Matth.10.v.28. Nolite timere eos, qui corpus possunt occidere, animam verò non possunt occidere. Hiob.12.v.10. Anima propriè tribuitur reliquis animantibus; hominibus verò spiritus. 5. Inspirando creauit animam hominis, id est, præter spiritum vitalem, qui homini communis est cum pecudibus, Deus creauit animam rationalem: & dicitur inspirasse, quia transfundit in illam animam, lucem, sapientiam, iustitiam diuinam &c. vt esset homo imago & similitudo DEI. Nam & Christus instauraturus imaginem DEI in homine, vsus est inspiratione, cùm insufflando Apostolis dabat Spiritum sanctũ, Iohan.21.v.22. Et voluit sine dubio nos deducere ad cognitionem primæ inspirationis: sed hæc piè & reuerenter sunt cogitanda. Placet adhuc pauca dicere de Mundo, eaque ex mente vulgarium sic proferre conabimur. Quando seriem annorum à condito orbe supputant vulgares Astronomi & Philosophi, eam vsque ad natum Saluatorem ajunt esse 3929. Vnde facile colligi potest, quamdiu Mundus durauit. Distantia Orientis ab Occidente, dicitur esse iter vnius diei: Sol enim quotidie istud spatium emetitur, & exsultat tanquam gigas decursurus viam suam, vt est in Psal.19. Distantiam cœli à terra sic excalculant nonnulli: A centro terræ vsque ad Lunam sunt milliaria Germanica 16340; & vsque ad Sphæram stellarum fixarum 17269660. Sed profundior est quæstio, quàm cujus magnitudini à me, vel etiam quouis alio satisfieri possit exactè. Syracides autem negat altitudinem cœli ab vllo (cap.1.v.8.) mensurari posse. Sic & alter sapiens: Prouerb.25.v.3. Cœlum, inquit, altitudine, & terra profunditate, & cor Regum nõ est peruestigabile. Poëta sic canit de Mundo:

Orbis vt orbita voluitur incita turbine miro,
Vt rota voluitur, indeq́; pingitur vt rota Mundus,

Quippe

Quippe volubilis, & variabilis, ac ruibundus,
Irritus est ratus, instabilis status est, status eius:
It, redit, vt mare, denique nunc malè, cras sibi peius.
Mundus & omnia, quomodo somnia vana recedunt,
Signaq; plurima tempora proxima iudicis edunt.

Eratosthenes in omnium literarum subtilitate solertissimus, vniuersi orbis ambitum ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum esse prodidit. Quæ mensura Romanâ computatione effecit trecenties quindecies centum millia passuum. Improbum ausum: verùm ita subtili argumentatione comprehensum, vt pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adiicit stadiorum paulò minus xxv. millia. Nos æqua lance si rem expendamus, comperiemus centum ab hinc annis dimidiam orbis partem nobis fuisse ignotam. Hærebamus quasi in terræ vestibulo: Extremum Mundi nobis erat, quod nunc medium: Extremus Occidens, qui nunc Meridianus circulus orbem diuidens, &c. Morn. de verit. religionis cap. 8. ait: Digna res, in qua exquirenda studium operamque ponamus. Nam meminisse nos oportet, terræ magnitudinem & regionum situs nescire, nihil aliud esse, quàm suam ipsius domum ignorare. His annectemus mentem & sententiam Philosophorum antiquiorum, nec nõ Caballistarum, de diuisione machinę Mundi, item de Solis ac Lunæ præstantia, influentia, ac natura. Antonio eremita quodam, cùm in solitariis locis degens indies magis magisque deuotus ac doctus existeret, interrogato, vnde tantam doctrinæ ac eruditionis vbertatem teneret ac hauriret, cùm tamen librorũ copia priuatus, respondit: Totus hic Mundus, quàm latè patet, mihi de DEO, eiusque diuinis operibus apertus est liber, in quo senescens studeo, & studens doctrinis nouis atq; nouis reficior atque erudior. Hoc nobis in Mundo, non in Eremo viuentibus æquè dictum & ratum sit, quod tota hæc orbis machina, quæ à munditie Mundus Latinis & ab ornatu κόσμος Græcis dicitur, nil nisi codex multarum paginarum, in quibus, quo quis magis studeat, eò doctior euadat. Incipiamus itaque redire ad diuisionem.

Plin. lib. 2. cap. 108.

Vni-

Vniuersa machina creationis secundùm Caballistas Hebræorum in tres orbes seu Mundos est diuisa: Elementarem, Intellectualem, & Archetypum. Hi tres Mundi à Moyse euidentissimè ac perspicuè sunt præfigurati in admirabilis illius sui tabernaculi secundùm Archetypum in monte demonstrati: Exodi cap. 26. In Mundo elementari seu infimo & sensibili est regio elementaris & cœlestis: Hæc inclusa & cincta cœlo exteriori seu firmamento, continetq; in se quatuor supra dicta elementa, Ignem, aërem, aquam, terram, corruptionibus & generationibus obnoxia: In cœlesti regione Planetæ septem, de quibus supra diximus, existunt, & reliquæ stellæ seu corpora cœlestia suam gubernationem habent, & officia exequuntur. Numerus à quibusdam Mathematicis, cognitarum stellarum est mille 32. quarum 360. Septentrionis imaginibus assignantur: Trecentæ verò & 46. duodecim Zodiaci signa explent: Reliquæ numero 326. Austrinas imagines effecerunt. Imagines in cœlo numerantur 48. Inter quas principaliora signa Zodiaci sunt XII. I. *Aries*, cuius stellæ tredecim, extra formam animalis fictæ, sunt quinque natura participantes. II. *Taurus*, hoc signum duabus & triginta stellis constat, vndecim verò naturâ participantes extra numerantur. III. *Gemini*, quod duodeviginti stellis constat, suæ naturæ similes extra se alias septem trahens. IV. *Cancer*, huius stellæ sunt vndecim, extra verò naturæ consimilis quatuor numerantur. V. *Leo*, huius syderis stellæ apparentes sunt viginti quinque, ante ipsum clarissima stellarũ *Canicula*, & in pectore eius *Tuberon*. Extra verò eius imaginem natura participantes sunt stellæ octo. VI. *Virgo*, huius stellæ sunt 23. inter quas illa, quam *Spicam* vocitant, versatur. Extra verò imaginem sex locantur participes. VII. *Libra*, hanc stellæ octo ornant, cùm exterius in naturam, conformes nouem sitæ sint. VIII. *Scorpio*, huius stellæ numero 21. Extra autem tres duntaxat numerantur. IX. *Sagittarius*, huius stellæ sunt numero triginta vna, & extra tres tantùm relucent. X. *Capricornus*, huius stellæ duodetriginta sunt. XI. *Aquarius*, habet stellas quadraginta vnam, necnon tres alias participantes extra eius imaginem. XII. *Pisces*, huius signi

stellæ

ſtellæ ſunt triginta quatuor in commiſſura poſitis; extra verò quatuor enumerantur &c. Omnes verò in vniuerſum ſtellas Antiquitas in his verſiculis perplexè comprehenſus eſt:

Ad Boreæ partes ter ſeptem ſydera fulgent,
Arcti, Draco, Bootes, Gemma, Corona, genuq́;,
Prolapſus, Lyra, Auis, Cepheus & Caßiopeia,
Auriga & Perſeus, Deltoten & Antromedæ aſtrum,
Peiaſus & Delphin, Telum, hinc Aquila, Anguitenemq́;
Signifer inde ſubeſt, bis ſex qui ſydera complet,
Suntq́; Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq́;, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces,
Poſt ter quinque tibi ſigna hæc vertantur ad Auſtrum,
Cetus & Eridanus, Lepus & Nymboſus Orion,
Syrius & Procyon, Argoratis, Hydraq́;, Crater,
Coruus, Centaurus, Lupus, Ara, Coronaq́;, Piſces.

Paracelſus lib. Meteor. cap. 6. Stellarum numerus enumerari non poteſt: totum enim firmamentum illis refertum eſt, per vniuerſas totius globi regiones diſtributis.

In Mundo intellectuali ſeu Angelico, quæ ſecunda regio, habitatio ſeu locus Angelorum eſt, à doctis Rabinis Mundus intelligentiæ vocatus.

Tertia creationis machina continet Mundum archetypum. Hinc videmus Deum in diſpoſitione & ordinatione rerum per gradus ſemper nobiliorem in ſummo gradu collocare: Primoque deſcendere potentiam & voluntatem diuinam, & antequam inferioribus ſe communicet, ad Intelligentias aut Angelos, ab illis poſtea ad Sphæras firmamenti, Planetarum aut ſtellarum; Vltimò accedere in Mundum elementarem, vel in regionem quatuor elementorum, vbi poſtrema executio mandatorum & voluntatis diuinæ, (vt Hebræi loquuntur) impletur ac perficitur.

Sic Deus vnicuique ex tribus illis regionibus ſimilitudinem ſeu exemplar diuinæ ſuæ omnipotentiæ indidit, non vt ſibi ceu creatori omnipotenti æqualis ſit, aut vt per ſe ſua ſponte omnia perficere potis efficaxque eſſet: ſed vt illæ ſint tantummodo effigies, & ſimulachrorum ſignificantium ſaltem & de-

monstrantium instar diuinam eius essentiam, per quæ omnipotentem suam potentiam, & potentem omnipotentiam nobis sentiendam, & oculis cernendam exhibet, teste Paulo, 1. Roman. DEVM Ethnicis vel hominibus inuisibilem suam essentiam, hoc est, æternam vim & Deitatem fecisse manifestissimam, per opera sua, videlicet in Mundi creatione.

Plato de Republ. Dial. 6. Ideæ omnes tanquam species quædam intellectuales sunt atque diuinæ, nec malorum causæ sunt.

Sunt autem in Archetypo ideæ & diuinæ dignitates Dei: Hinc Beatus Thomas, ex sententia Augustini manifestè declarat, omnium rerum ideas esse in diuina mente, & eas esse diuinam essentiam, per quas DEVS omnia videt ac cognoscit, & Aurelius Augustinus, Platonis & laudator ac imitator, in libro trium & octoginta quæstionum, sic de Idæis loquitur: Ideæ sunt principales quædam formæ, vel rationes rerum stabiles, atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, ac per se eodem modo in se habentes quæ diuina intelligentia continentur, & cùm ipsæ nec oriantur, nec intereant, secundùm eas tamen formari dicitur, quod oriri & interire poterit; & hæ Ideæ non repugnant simplicitati diuinæ, vt testimonio intelligimus. A Platone Ideæ dicuntur rerum formæ instar sigillorum perpetuæ, & originales rerum species; Fernel. lib 2. cap. 2. de abditis rerum causis sic ait: Formarum origo proximè cœlo, deinde intelligentiis atque Deo, qui vitæ fons est perennis, fertur accepta; hanc Platonici in Ideas contulerunt; sic verò ex Deo & per Deum nobis insunt omnia, is rerum conditiones omnium principium, medium, ac finem tenet. Imò & Deorum plena sunt omnia, diuina virtus atque potestas per omnia commeat, per quam sunt & permanent omnia; hic rerum ortus instituens per omnes naturas propriis seminibus generatim & per species diuisus, rebus singulis spiraculum vitæ indidit. Et propriæ quædam sunt elementorum ac qualitatum vires, Diuinitatis verò longè majores, hæc omnis generis dignitate & perfecta præstantissima, lib. 1. cap. 10. ait: Non admodum dissimilem Mundi administrationem Plato meditatus Ideas solum videtur adjecisse, non eas quidem, inter nubes errabundas, sed in mente illa diuina immortales & immutabiles. Ideæ ponuntur pro causis, extra intellectum

Id. Carp. in Alc. dial. 2. Ideæ sunt vniuersalium & perfectarum substantiarũ, & eorum quæ conferunt ad naturalẽ harum substantiarum dispositionem, vt hominis, & eius quod hominem perficere potest, vt sapientiæ & virtutis.

nostrum,

nostrum; Scalig. exercitat. 6. sect. 4. Sed quid? cùm in Prima Parte Præfationis sat superque de DEO, Vno, Trino, &c. dictum sit; vnde sufficientia Archetypi clara ac perspicua constat, eò nos conuertemus, nimiamque Philosophiam, & in primis Metaphysicam relegabimus. Et ne fiamus subtilissimi, ad simplicitatem illam Sacræ Scripturæ redibimus, & loquemur de Intelligentiis, occupabimurque in declarando Mundo intellectuali, (vt Caballistæ vocant) deducemusque eum ex opere creationis Diuino.

Præfationis Partis Secundæ Finis.

PARS

PARS TERTIA HVIVS PRÆFATIONIS.

De Creatione Intelligentiarum, seu Angelorum.

Isiod. de summo bono: Boni Angeli ad ministerium humanæ salutis deputati sunt, vt cuncta administrent Mundi, & regant omnia iussu Dei. Idẽ: singulæ gentes præpositos Angelos habere creduntur, omnes homines Angelos habe-reprobantur.

Gregorius in Homil. Vnusquisq; in quãtum sufficit, si à prauitate proximum reuocat, si ad benè

DAMASCENVS lib. 2. cap. 3. ait: Angelus est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, DEO ministrans, gratiâ, & non naturâ, immortalitatem suscipiens: cuius substantiæ speciem & terminum solus, qui creator est, nouit.

Gregorius in Homil. ait: Angelorum vocabulum nomen est officii, non naturæ: nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus semper sunt spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt. Tunc solùm sunt Angeli, quum per eos aliqua nuntiantur. Vnde Psalmus: Qui facit Angelos suos spiritus. Hic ergo, qui minima nuntiant, Angeli: Qui verò summa nuntiant, Archangeli vocantur. Græca enim lingua Angeli nuntij, Archangeli verò summi nuntij vocantur. Qui idcirco priuatis nominibus censentur, vt Michaël, Gabriel, Raphaël, vt signetur etiam per vocabula, quid in operatione valeant.

Idem lib. 2. Moral. ait: In hoc est natura Angelica à naturæ nostræ conditione distincta, quod nos & loco circumscribimur, & cœcitatis ignorantiâ coarctamur. Angelorum verò spiritus loco quidem circumscribuntur, sed tamen eorum scientiæ longè super nos incomparabiliter dilatantur. Interius & exterius sciendo distincti sunt, quoniam ipsum fontem scientiæ contemplantur. Quid enim de his, quæ scienda sunt, nesciunt, qui scientes omnia sciunt.

Isiod. lib. de summo bono: Angeli sunt naturâ mutabiles conditi, sed facti contemplatione immutabiles, animo impassibiles, mente rationales, stirpe ęterni, & beatitudine perpetui.

August.

August. super illud Psal. 34. super Euangel. Draco iste, quem fecisti &c. Præpositi sunt Angeli cœlorum, super potestates aëreas; Vnde procedit Verbum, quod fit hic. Intuetur enim legem fixam, legem æternam, jubentem sicut Scriptura, sine syllabis, sine strepitu, fixam semper stantem intuentur Angeli corde mundo, & ex illa faciunt, quicquid hic fit: lætique (alibi ait) noscunt Angeli sancti, docti de Deo, cuius veritatis æterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis exspectat.

Gregor. in Hom. 6. Superna illa ciuitas ex Angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus adscendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse: sicut scriptum est: Statuit terminos gentium, iuxta numerum Angelorum Dei. Idem Homil. 6. Vnusquisque in quantum sufficit, si à prauitate proximum reuocat, si exhortari ad benè operandum curat, si æternum regnum vel supplicium erranti denuntiat, cùm verba sanctæ annuntiationis impendit, profectò Angelus extitit.

Bernhardus serm. 12. in Psal. 91. Væ nobis, si quando prouocati sancti Angeli peccatis & negligentiis, indignos nos judicauerint præsentiâ & visitatione sua, & quorum præsentiâ protegere nos, & propulsare poterat inimicum. Quod si necessariam habemus familiaritatem dignationis Angelicæ, cauenda est nobis eorum offensa, & in his maximè exercendum, quibus eos nouimus oblectari. Hæc autem perplacent eis, quæ in nobis inuenire delectant, vt est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, creber in cœlum gemitus, & super hæc omnia veritatem & pacem à nobis exigunt. Idem ait: Simus deuoti, simus grati tantis custodibus, redamemus eos, quantum possumus, quantum debemus effectuosè, ideò Angelos eius tanquam futuros aliquando cohæredes: eos verò interim actores & tutores à Patre positos & præpositos nobis, adhuc enim paruuli sub tutoribus & actoribus sumus.

Origenes in Numer. Hom. 66. Adest vnicuique nostrûm etiam minimo, qui sunt in Ecclesia Dei, Angelus bonus, Angelus Domini, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro ... ff ... actio-

nè operandum curat: si æternum regnum vel supplicium errãti denuntiat, quum verba sanctæ annuntiationis impendit, profecto Angelus extitit. Idẽ in Pastor. Angeli ad ministerium pro nostra salute semper mittuntur. Post: Angelo Apostatæ similis efficitur homo, qui hominibus esse similis dedignatur. Isiod. Natura Angelorum mutabilis est, quia inest illis mutabilitas in natura, sed fecit eos incorruptos charitas sempiterna.

actionibus nostris corrigendis,& miserationibus exposcendis, quotidie videat faciem Patris, qui in cœlis est.

Descriptio creationis Angelorum non extat in Mose, hac de causa multa curiosè disputantur, qn̄ sint creati? Nazianzeno hæc tribuitur sententia, quod ante creationē cœli & terræ Angelica natura ex nihilo fabricata sit. Alii, cùm Moses dicit: *In principio creauit Deus cœlum & terram*: nomine *Cœli*, intelligunt etiam Angelos. Quidam opinantur secundo die creatos,& statim aliquos lapsos, quia non additur: *Vidit Deus, quod esset bonum &c.* Sed quia Scriptura non expressit præcisum tēpus, & diem creationis Angelorum, cum Ambrosio aiamus; *Libenter nesciamus, quæ scire nec debemus nec possumus.* Sacra Scriptura testatur, Angelos nō circumscribi locis; quia legio dæmonū in homine Luc.8.v.30. Nec sint vbiq;, Dan.10.v.3. Sunt spiritus, Heb.1.v.14. Nam c. 12.v.9. de Deo dicitur, Patri spirituū. Inuisibiles creaturæ, Col. 1.v.16.& 20. siue in cœlo, vt Angeli, siue in terra, vt animæ hominum. Sunt diuersæ substantiæ à Deo, Heb.1.v.5.& 10. 1.Pet. 3.v.22. Et licet Angeli appareant aliquando visibili specie, vel venti, vel flammæ, Ps.103.v.4. sunt tamen in sua natura spiritus, Hebr.1.v.14.& 3. id est, qui non habent carnem & ossa, Luc.24. v.39. Et Paulus Ephes.6.v.12. dicit, eos non habere carnem & sanguinem. Ex Sacris patet 1. Angelos non à seipsis exstitisse, nec à substantia Dei genitos, sed creatos esse. 2. Non fuisse ab æterno: seu ante principium illud, quo omnia quæ sunt in cœlo, & in terra, visibilia & inuisibilia, esse cœperunt, Angelos non exstitisse. Nam in principio fuisse, illius tantùm est, per quem omnia facta sunt, quique est æternus, Ioh.1.v.1.2.& 3. Angelos tertiò ante genus humanum creatos esse, inde colligitur ex 38. cap. Iob. v.7. Dicit enim Deus de genere humano: *Vbi eras cùm iubilarent omnes filij Dei?* Enumerat autem fundationem terræ, & astra,& subjungit de Angelis. Vitus Theodor. sic argumentatur: sicut homo tum primùm conditus est, postquam habitaculum eius terra esset creata & adornata: ita verisimile est, Angelos simul magna multitudine creatos fuisse, postquā cœlum habitaculum eorum esset absolutum. 4. Omnes Angelos creatos fuisse in veritate, Ioh.8.v.44. In sanctitate, quia vocantur san-

tur sancti Angeli. In justitia, instar imaginis Dei reparandæ in homine, Eph. 4. v. 24. 5. Iudas in sua Epist. v. 6. testatur, quosdam Angelos τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, id est, originalem suam conditionem non seruasse. Ioh 8. v. 44. nominat Christus illam originalem conditionem, veritatem. Et Paulus ad Eph. 4. v. 24. dicit: Imaginem & similitudinem DEI esse justitiam & sanctitatem veritatis. In illa veritate originali diabolus non stetit, sed peccauerunt quidā Angeli, id est, auerterunt se à Deo & norma veritatis diuinæ, in qua creati erant. Epistola Iudæ dicit v. 6. ipsos reliquisse ἴδιον οἰκητήριον, i. e. qui erant exercitus DEI Zebaoth, collocati erant in certa quasi statione; sed trāsfugæ facti illam deseruerūt. Iob. 4. v. 18. scriptum est, ne Angelicā quidem naturā sibi relictā per se potuisse consistere: Ecce qui seruiunt ei nō sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. Et ita illo peccato ceciderunt ex veritate in mendacium, ex sanctitate in immunditiem, inde *Immundi spiritus* vocantur, Luc. 11. v. 24. ex justitia in homicidiū, Ioh. 8. v. 44. Luc. 10. v. 18. Vidi cadentem è cœlo. Apoc. 12. v. 9. Ceciderunt ex cœlo in tenebras. 2. Pet. 2. v. 4. ne habeant consortium sanctorū in lumine, Col. 1. v. 12. ne sint Angeli lucis. 2. Cor. 1. v. 14. ne videant faciē Patris. Matt. 18. v. 10. Ceciderūt ex libertate in catenas, 2. Pet. 2. v. 4. Sum̄a, diabol⁹ peccat ab initio, inqt Ioh. 1. Epist. 3. v. 8. Ordines malorum Angelorum Scriptura S. tradit, cùm affirmat, vnum diabolum nequiorem esse alio. Luc. 11. v. 27. & vnum Angelum potentiorem alio. Dan. 10. v. 13. Quando aūt lapsi sint, nō est vt curiosè inquiramus, sed sufficiat nobis hoc ꝙ Christus Ioh. 8. v. 44. dicit, & repetitur ab Euangelista, 1. Epist. 3 v. 8. Diabol⁹ ἀπ' ἀρχῆς, peccat, & in veritate nō stetit. Docet ēt Scriptura, non oēs Angelos esse lapsos; quia Dan. 7. v. 9. dicitur: *Millia milliū ministrabāt ei, & decies millies centena millia Angelorū assistebant illi.* Officium & natura bonorum Angelorum hæc est: I. stant in veritate. Ioh. 8. v. 44. II. vident faciē Patris, Matt. 18. v. 10. fruuntur æterna beatitudine: ideò vocantur *Angeli cœlorum.* III. gaudent prospicere in ea, quæ euangelizantur 1. Pet. 1. v. 12. Eph 3. v. 10. hoc est, agnoscunt Deum & voluntatē eius, hinc linguæ Angelorum, 1. Cor. 13. v. 1. Quartò, adorant, laudant, & glorificant Deum, Hebr. 1. v. 6.

Esa. 14. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris.

Luc. 10. Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.

2. Pet. 2. Deus Angelis peccātibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos in judicium reseruari.

Epist. Iudæ: Angelos verò, qui nō seruauerunt suum principatum, sed dereliquerūt suum domicilium, in judiciū magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit.

Esa. 6. v. 3. Quintò, astant, ministrant Deo, Dan. 7. v. 10. Sextò, emittuntur in ministerium fidelium, Hebræor. 1. v. vltim. Vnde & in Græca ac Hebraica lingua nomina sua habent. Ita vocantur Angeli sancti, Angeli boni, Luc. 9. Genes. 31. 32. & 48. v. 16. Psalm. 34. v. 8. Matth. 25. v. 31. Marc. 8. v. vlt. Luc. 9. v. 26. Angeli cœlorum, Matth. 24. v. 36. Galat. 1. v. 8. Angeli lucis, 2. Cor. 11. v. 14. Angeli Dei, Matth. 22. v. 30. Gen. 32. Angeli Domini, Matt. 1. v. 20. Gen. 16. Filii Dei, Iob. 1. v. 6. Vigiles, Dan. 9. Angeli virtutis Christi, 2. Thess. 1. v. 7. Et in illa bonitate ita sunt confirmati, vt labi non possint, nec in peccatum, nec in mortẽ: sicut & nos postquam cõfirmatum fuerit chasma illud, Luc. 16. v. 26. Erimus ἰσάγγελοι, Luc. 20. v. 36. Et ideò quoque Paulus 1. ad Tim. 5. v. 21. electos vocat Angelos. Quia verò non possumus comprehendere, quid sit Spiritus, Scriptura tribuit Angelis appellationes à speciebus quibus apparent.

Angelorum bonorum ordo dicitur *Hierarchia cœlestis*. est namque triplex hierarchia, nempe *Supercœlestis*, Deitatis solius: *Cœlestis*, Angelorum: *Terrestris*, militantis Ecclesiæ. Hierarchiæ cœlestis ordines nouẽ sunt, secundùm Thalmudistas. In 1. sunt חיות הקודש, *Chaioth hakodesc*: in quo cõstituunt Angelos, per quos Deus vitam largiatur. In 2. אופנים *Ophanim*: in quo constituunt Angelos, per quos Deus chaos distinxit. In 3. אראלים *Aralim*, vbi sint, per quos juncto nomine Dei היהוה, *haihoua*. Deus fluxibilẽ materiã largitur. In 4. השמאלים *hasschemalim*: per quos Deus corpora fabricatur. In 5. שרפים *Seraphim*: per quos Deus elemẽta depromit. In 6. מלכים *Melachim*. per quos Deus metalla ꝑducit. In 7. אלהים *Elohim*, per quos Deus producit vegetabilia. In 8. בני אלהים *bene Elohim*: per quos Deus producit animalia. In 9. כרובים *Cherubim*, per quos Deus producit homines. Secũdùm Christianos ex D. Dion. Areop. Hierarchia cœlestis tres classes, & IX. ordines habebit huiusmodi: *Classis prima.* In 1. ordine & supremo, viciniores Deo Angeli, dicuntur שרפים *Seraphim*: i.e. incendentes & ardẽtes in illustratione diuinæ contemplationis, *Esa. cap. 6.* Hi apparent specie ignis & luminis, ac pingũtur cum radiis, vt extat apud Esa. d. c. 6. v. 2. Matt. 28. v. 2. 3. Erat forma eius sicut fulgur. Luc. 2. v. 9. Gloria Do-

Angeli Sancti ac boni, Psal. 97. v. 7. & 103. v. 20.
Inuitant ad dandam Deo gloriam. Esa. 6. v. 3. Luc. 2. v. 14.
Gloriam Deo tribuunt.
Iræ Dei ministri, Gen. 18. v. 16. Exod. 22 v. 29. 2. Sam. 24. v. 16. 17. Act. 12. v. 23.
Angeli messoribus similes. Mat. 19. v. 39.
Angeli viri dicti, Gen. 18. v. 2. & 19. v. 5. Luc. 24. v. 4. Acto. 1 v. 10.
Angeli cũ Deo collati mundi non sunt, Iob. 14. v. 18.
Angeli diem iudicii ignorant, Matth. 24. v. 36.
Gregor. in Hom. 6. super Euang. Nouẽ Ange-

ria Dñi circumfulsit eos. Ps. 104. v. 4. Qui fecit Angelos ignem. Vide D. Mart. Luth. in 3. cap. Gen. fol. 58. Apoc. 14. v. 9. volant Angeli. In 2. ordine כרובים *Cherubim*: i.e. *Multitudo scientiæ.* Hi vocantur apparentes forma aliquâ, siue humanâ, siue aliâ. Significat enim vocabulum imaginem fabricatam, quasi alatam habentem formam, vel hominis, vel bouis, leonis, aquilæ, 2. Par. 3. v. 10. 11. 12. & 13. Ezech. 1. v. 10. & c. 10. v. 14. In Lege habent humanā formam, Exo. 25. v. 18. 19. 20. Ita in resurrectione viderunt juuenem, Mar. vlt. v. 5. Matt. 28. v. 5. Ioh. 20. v. 11. In 3. ordine sunt Throni, apud quos relucet judicii diuini & voluntatis Dei rectitudo: meminit D. Apostolus Paul. ad Col. 1. v. 16. *Classis secunda.* In 4. ordine sunt dominationes: Ex iis legitima formula dominandi, & imperiorum, Dio. Areopag *lib. de cœlesti hierar. c. 8.* In 5. ordine sunt principatus: Ex quibus ducendi & regendi notio. In 6. ordine sunt potestates: Ex quibus modi coactionis justi & legitimi. *Tertia classis.* In 7. ordine sunt virtutes: hinc nomina principatus, dominationis, & virtutum inde sumuntur; quia sunt exercitus Dei, potentes virtute, Ps. 103. v. 20. ad exequenda mandata Dei. In 8. ordine sunt Archangeli. In 9. Angeli. Hinc ordines primæ & secundæ classis, in cōtemplatione & dispositione eorum, q̄ exequi alios oportet, consistere videtur. Tertia aūt classis in actione & exsecutione. Nec oēs possunt videre apparentes species Angelorum. Dan. 10. v. 8. 4. Reg. 6. v. 18. Quæ aūt sit vera differentia Angelorum, ille solus nouit, qui ita creauit, & nos tūc videbimus, qñ erimus ἰσάγγελοι.

Angelorum esse ordines, testante sacro eloquio, scimus, scil. Angelos, Archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, Cherubim atque Seraphim.

De lapsu malorum Angelorū pauca dicenda veniunt, eaq; his de causis. Primo n. magna & horribilis deprauatio naturæ ipsorum secuta est, vt qui nō possint aliud, quàm semper horribiliter peccare. Non enim est veritas in ipso, Ioh. 8. v. 44. Secundó qui antea erant liberi, nunc perpetuis vinculis constricti tenentur: sicut malefici carceris atrocitate dimidium pœnæ sustinent, donec ad vltimum supplicium trahantur. Tertiò anteà habebāt partem sortis sanctorum in lumine, Col. 1. v. 12. Nunc non ita mixti sunt vt pij & impij; sed ne videant faciem Patris, Matth. 18. v. 10. In perpetuas tenebras demersi sunt. D. Petrus vtitur vocabulo ταρταρώσας. Quod annotauit Suidas, tartarum

Eccl. 39. Sunt spiritus, qui ad vindictā creati sunt, & in furore suo cōfirmauerunt tormenta sua, & in tempore consummationis effundent virtutem, & furo-

furorem eius, qui fecit illos, confundent.

esse vel ἀόπερον ἐν ἀδου τόπον, vel περὶ τὰ νέατα τόπον. Et hoc congruit ad illud Eph.2.v.2. Principem potestatis aëris: Et Luc.8. v.31. rogant Christum, vt imperet illis, vt in abyssum irent. Ita dicuntur tempestates ciere. Iob.1.v.16.& in terram & mare projecti. Apoc.12,v.9.& 12.& valētes fortitudine. Eph.6.v.12. Vnde dicūtur habere regnum, Luc.11.v.18. Sed breui tempore. Apoc. 12.v.12. Vocantur autem ab effectibus in S. Scriptura nunc *Mali spiritus*, Acto.19.v.12.& 13. Nunc *immundi spiritus*, Luc.11.v.24. Nunc *spiritus erroris*, 1.Tim.4.v.1. *Spiritus infirmitatis*, Luc.13.v.11. *Satan, calumniator*, Luc.10. Matth.16. Apoc.20. *Serpens antiquus, tortuosus*, Gen.3. Apoc.12. Iob.25. *Draco*, Apoc.12.v.9. *Angeli mali*, Psal.77. *Diabolus*, Matth.25. *Beemoth*, Iob.40. *Principatus*, Eph. cap.vlt. *Potestates tenebrarum, volucres cœli*, Matt.13. Mar.4. *Leo deuorans, rugiens*, 1.Pet.cap.vlt. *Leuiathan*, Iob.40. ἀπολλύων, Apoc. 15. *Exterminator*, ibid. *Vectis*, Esa.25. *Tentator*, Matth.4. *Inimicus homo*, Matt.13. Vocantur etiā ex apparentia שעירים, Leu.17.v.7. Quod horribili specie appareant, & similes capris pilosis, sicut pinguntur Esa.13.v.21. & 34.v.14. Vnde nostri pictores formas sumsêre, *Vide Munsterum, Leu.17.* Consideranda etiam hic sunt discrimina inter lapsum Angelorum & hominum. Nam Angelica natura 1. totaliter non est corrupta. Plures n. steterunt, qui ideò vocantur *Vriel*, Dan.7.v.10. Nec est vnus tm̄ diabolus, sed 2.Pet.2.v.4. nominantur *Angeli*, in plurali, & Marc.5.v.9. Luc.8. v.30. dicitur de legione dæmonum. Humana natura verò tota corrupta est. 2. Angeli lapsi sunt sine spe reparationis, 2.Pet.2. v.4. Catenis tenebrarum ad tartarum detrusos tradidit, vt seruentur ad judicium. Epistola Iudæ dicit, v.6. Æternis catenis. Magnum autē & inenarrabile beneficium est, quod Filius DEI Angelos non assumsit, Hebr.2.v.16. ad retinendā naturam Angelicam, quæ lapsa erat, sed propter nos homines, & ꝓpter nostram salutē descendit de cœlis. De naturis & distinctione eorū, pauca etiam proferenda sunt. Distinguuntur aūt dæmones vel ratione *Nominis suppositi*, vel ratione *Locorum, in quibus degunt*, vel *operantur*. Nomina varia sunt, partim apud Magos vanissima & conficta, partim ex aliqua alia causa illis imposita, vt *Beelzebub, Baal, Dagon, &c.* A locis, dicti cœlestes vel *aërei, aquatiles, terrestres,*

subter-

ſubterranei, ignei, vagi. Cœleſtes vocat *aereas Poteſtates* D. Iohannes Apoc. cap. 13. & D. Paulus poteſtates aëris huius, ad Eph. 2. Dñus aũt Ieſus Chriſtus, volucres cœli, quę bonum ſemen, in vtilitatem hominum ſparſum, deuorent: Matt. 13. Mar. 4. Luc. 8. Iſtos dicunt negotiari in aëre, & ex congregatione rerum alibi exiſtentiũ, confingere in eo phaſmata varia, ſpectra, idola, acies, pugnas: concitare ἐκνεφίας, τυφῶνας, πρηστῆρας, tonitrua, fulmina, pluuias quaſdã, grandines, & ventos: corrumpere aëris puritatem, & morbos immittere. Subdiuidere aũt cœleſtes licet dæmonas, in æthereos, & aëreos propriè. Ætherei erunt illi, qui & Planetarij, qui vel circa Planetas, vel ex Planetis quaſdã operationes perficiunt: totq; erunt ſpecies, quot Planetæ: Saturnini, Iouiani Martiales, Solares, qui ferè in forma apparent leonis: Venerei, qualis Comus *apud Philoſtrat. lib. 1. de Iconib.* & Lunares. Aërei reliqui ſublunares ſunt, regionib⁹ diſtincti, vt alii *Orientales*, alii *Occidentales*, alii *Meridionales*, alii *Septentrionales* ſint; alii *Diurni*, alii *Lucifugi*, quales *Telchines larua.* Aquatiles dæmones, qui rebus & hominibus in aquis & per aquas inſidiantur, moliunturq; ſubmerſiones. Terreſtres, qui ſuper terram inſidiantur, certis regionibus aliquando gaudentes, vt qui rogabant Dñm, ne extra regionẽ illos mitteret, Matt. 5. Sic aliqui mõtani, ſyluis gaudentes, vel ibi exorciſmis morari coacti, qui quibuſdã dicti ſunt *Syluani, fauni, ſatyri*, quãuis & alioquin animalia videantur: Hebræis *Piloſi, (de quibus s̃. etiã dictũ)* שעירים *Seegirim.*[a] Sunt & terreſtrium numero dicti *Onoſcelides*, qui apparent formà cruriũ aſini.[b] Itẽ aliud dęmonium ſagarũ & veneficarum, hirci forma: Sunt & terreſtres *Empuſi*, vno pede incedẽtes, & δείκηλοι terrorẽ incutientes: Penates, lares, lemures: genij mali, qualis is quem Brutus ante mortẽ conſpexit, & Sylla, & dæmonium illud Socratis: tales Teranti, diſſidia mouentes: Terniſtratores, qui inſidiantur verbo, cogitatione, opere, hominib⁹, animalibus, rebus. Item ſpiritus fornicationis,[c] & aliorum vitiorum ſuaſores: de quib. Origen. & D. Hiero.[d] Tales ei incubi, ſuccubi, quos vocabãt *Duſios* Galli: de quib. & D. Auguſt.[e] Subterranei dæmones pernicioſiſſimi, qui ſæpe apparent puteos & metalla effodientibus: Nominat duos Georg. Agric. lib. de ſubterran. animalibus,

[a] *Eſa. 13. & 34. Leuit. 17.*

[b] *Apud Sozomenem lib. 8. cap. 6.*

[c] *Apud Oſeam cap. 6. Leuit. 20. Deut. 18.*

[d] *Orig. homil. 15. in Ioſue, & D. Hierony. in cap. 6. ad Eph.*

[e] *Auguſti. lib. 15. de Ciuitate, cap. 23.*

bus, alterum Annebergium, alterum Snebergium, ij ruinas adstruunt, terram concutiunt. Ignei, qui in igne, vel circa degunt, vel per ignem operantur. Vagi dæmones, miseri magis dicuntur ab Empedocle, errãtes, quos impellat æther ad Pontum atrũ, & inde Pontus in continentẽ proiiciat, tellus rursum agat in Solem rapidum, qui postea implicet illos telluris vertiginem, vt ait Plutarch. *lib. non esse fœnerandum.* Sequitur ordo dæmonum, qui sibi cultum vsurpauerunt.

I. Adonis, Hebræis *Thamus*, i.e. *consumptus, siue incendiũ*: Idolum Syrorum, *Ezech.* 8. II. Adramalech, i.e. *Pallium Regis*, vel *magnitudo*, aut *potentia Regis* speciem habens pauonis aut muli: Idolum Sapharnaitarum, 4. *Reg.* 17. *v.* 31. III. Anamelech, i.e. *afflictio vel responsio Regis*: equus aut phasianus: et Sapharnaitarum idolũ, 4. *Reg.* 17. IV. Asima, i.e. *delictum*, hircus syluestris, idolum virorũ Emath, 2. *Reg.* 17. *v.* 30. V. Asdod, idolum Philistinorum, quod aliàs *Dagon* dicitur, 1. *Macch.* 10. *v.* 83. VI. Arza, idolum quod coluit Rex Ela domi suæ, 1. *Reg.* 16. *v.* 9. VII. Astharte, à *Caule & grege* dicta Dea; idolũ Sydoniorũ, 3. *Reg.* 11. *v.* 6. hanc Salomon colebat &c. VIII Astaroth, effigiem habens ouis, idolum Sydoniorum & Palæstinorũ.* IX. Baal, i.e. *Dominus, vel subijciens aut possidens*, idolum Sidoniorum, commune, *Iud.* 6. *v.* 25. 1. *Reg.* 16. *v.* 31. 32 & 18. *v.* 21. *&c.* X. Baal Berith, idolum Sichimitarũ, *Iud.* 9. *v.* 4. XI. Baal peor, Belphegor, vel Baalphegor, i.e. *Dominus hians & aperiens, dominus ruditatis*; idolũ Moabitarũ, in quo præuaricati sunt Israëlitæ, *Num.* 25. *v.* 3. 5. *Oseæ* 9. *v.* 1. *Deut.* 4 Hieronymus ait, Priapum fuisse. XII. Beelzebub, i.e. *Dominus Musca*, idolum Accaronitarum, vel Ecronitarũ, 4. *Reg.* 1. *v.* 2. *Matt.* 10. *v.* 12. *Mar.* 3. *Luc.* 11. XIII. Baalzephon, idolum Ægyptiorũ; cui hanc vim attribuerant, quod seruos fugitiuos obseruaret & retineret, *Exod.* 14. *v.* 29. 33. XIV. Bachus seu Liber, idolum, 1. *Macch* 6. *v.* 7. XV. Bel, i.e. *Vetustas*; idolum Babyloniæ, quod comminutum est à Daniel. *Dan.* 14. *v.* 2. *Hier.* 50. *Isa.* 46. XVI. Chamos, vel Chemesch, quasi *palpans, vel recedens, vel auferens*: idolum Ammonitarũ, Amorrhæorum, aliàs *Baal Peor* dictum, *Num* 21. *v.* 29. 3. *Reg.* 13. 1. *Paral.* 20. *Hier.* 48. *v.* 7. *Iudic.* 11. *v.* 24. 1. *Reg.* 11. 2. *Reg.* 23. XVII. Canopus, idolum Ægyptiorum. † XVIII. Chium, idolum Israëlitarum, quod alij sydus, alij

Martem fuisse Græcis arbitratur Lactãt. lib. 2. de orig. error. cap. 15.

* *Ioseph. lib. 6. antiq. cap. 14. 1. Reg. 4. v. 7. & 4. Reg. 23. 1. Sam. 31. v. 10. 1. Reg. 11. v. 5.*

† *Vide Historiam Ecclesiasticam, lib. 11. cap. 26.*

alii Saturnum interpretantur Amos 55.v.26. XIX. Dagon, id est, frumentum, vel Dolor, infernè piscis formam, supernè verò mulieris formosæ referens: Idolum Philistinorum Iudic.16. vers.23. 1.Reg.5. 1.Mach.10. Sam.5. XX. Dianæ Templi & cultus mentio fit. 2.Mach.1.v.13.15.& vocatur ibidem Nanæa. XXI. Draco, Idolum Babyloniorum, Dan.13. v.23.25. XXII. Ephod, Gedeonis, fuit Idololatria á Gedeone instituta, contra verbum Dei, in patria sua Ophra, bonâ quidem intentione, sed quæ toti populo Israel offendiculum præbuit, Iudic.8.v.27. XXIII. Esch, Idolum in πυρείῳ, id est, templo ignis, quod à Persis colebatur. Vide tripartitam historiam Ecclesiasticã, lib.10.cap.30. XXIV. Gad idolũ militare, quod alii Martem, alii Iouem, alii Fortunam, alii Exercitum cœli aut Numeros interpretabantur, Esa.65.v.11. XXV. Herculi sacrificatum est á Tyriis, 2.Mach.4.v.19. XXVI. Iupiter Olympius, 2.Mach.6.v.2. vide Gad. XXVII. Iupiter xenius, Deus gentilium, 2.Machab.6.v.2. XXVIII. Malchom, Amos 5.v.26. qui & Moloch seu Molech, Leu.18.v.2.& 20.v.2.3.2.Reg.23.v.10. & Milchom siue Melchon, Rex vel Conciliator eorum, Idolum filiorũ Ammon, 4.Reg.23.v.13.1.Reg 11.v.33. 1.Paral.20. Hier.49. XXIX. Meni, Idolum fuit Mercatorum, quod alii Mercurium, alii Fatũ, alii Planetas, aut numerum stellarum interpretantur, vt militia cœli, Esa.65.v.11. Deut.17.4.Reg.17.v.21.2.Par.33. Hier.19. Sophon.1. XXX. Micha, Idolũ in domo Micha, in mõte Ephraim, in quo etiam multi ex Israel pepegerunt, Iud.17.v.5. XXXI. Miplezeth, (quod alii in genere Idolum, alii terriculamentum, alii Priapum, alii horrendam statuam interpretantur,) erat Idolum Maacha matris Asa, 1.Reg.15.v.13. XXXII. Nabaam, idem quod Nibchaz, vel Nibhas, prophetans vel visionem loquens, Idolum Heuæorum, 2.Reg.17.v.3. XXXIII. Nanææ, templi & cultus fit mentio, 2.Mach.1.v.13.15. quæ putatur esse Diana. XXXIV. Mabo, Idolum Babylonicum, Ier.46.v.1.21. XXXV. Nechustan, (id est, Æmulum in diminutiua forma, à Nechusta ęrea à materia) Idolum serpentis ærei, comminutum ab Ezechia, 2.Reg.18. v.4. XXXVI. Nergal, id est, explorans, vel Lucerna, gallina syluestris, Idolum Cuthæorum, 2.Reg.17.v.30 XXXVII. Orismada, idem quod infra Vrchasdim, id est, ignis sacer. Vide Plutarchum de vita

Ier.7.v.31. Lyra super cap.Leu 23. Moloch etiã Topheth dictus est à Toph, quod significat Tympanũ: nam sacerdotes tympanis & crẽbalis inter sacrificãdũ clangebant, ne parentes vagitus liberorũ suorũ exaudirent. Israelitæ per ignẽ consecrãt filios Idolis, 2.Regum 17.v. 17.&c.

Alexandri. XXXVIII. Rimmon, id est, altitudo, Idolum Syriacum, 2.Reg.5.v.18. XXXIX. Remphan, Remphas, Exaltatio nihili: Idolum sideris cuiusdam, cuius meminit Stephanus Actor.7.v.43. XL. Suchot-Benoth, id est, Tabernacula filiarum, Idolum Babyloniorum, 2.Reg.17.v.30. XLI. Sichuth, Idolum Israelitarum, Amos 5.v.26. XLII. Thartak, Concathenatus, Idolum Heuæorum, 2 Reg.17.v.31. XLIII. Thammutz, Idolum populi Israelitici, quod alii Adonidem, alii Bacchum interpretantur, Ezech.8. v.14. XLIV. Theraphin, Idola, quæ solebant sciscitantibus responsa dare, Gen.31. v.34. Ezech.21.v.21. Oseæ 3. v.4. XLV. Vitulus aureus in deserto, Idolum Israelitarum, Exod.32.v.4. XLVI. Vitulus aureus in Dan, Idolum Israelitarum à Ieroboamo institutum, 1.Reg.12.vers.28.29. XLVII. Vitulus aureus in Bethel, Idolum Israelitarum à Ieroboamo institutum, 1.Reg.12.v.29. XLVIII. Vrchasdim, Ignis dæmonum, seu ignis sacer, quem Chaldæi colebant, passim apud Historicos. XLIX. Phegor, hiatus, nuditas, Numer.25. Deuter.3. Iohan.22. L. Regina cœli, Hier.44. quo loco, legunt Hebræi, opus cœli, vnde alii Horoscopia, alii Lunam intelligunt. LI. Vualdat, Idolum etiam Babyloniorum. Abdias libr. 8. histor. Apost. LII. Deunus, Cacodæmon adoratus in Tamerani insula. Ludouicus Romanus Patritius libr.5.Nauigation.cap.2. LIII. Serapis, Idolum Ægyptiorum, Apis & Osiris dictum, quod Porphyrius putat Principem & Imperatorem malorum dæmonum, & tesseram, Theodoretus lib.3. Græcar.affectio. Princeps dæmoniorum apud Græcos nuncupatur Pluto. Obseruarunt & aliqui illa nomina, Iupiter, Mercurius, & aliorum idolorum, fuisse non hominum, sed dæmonum, vt Origenes contra Celsum. Eusebius libr.4.Præpar. Euangel. Distinguuntur etiam Dæmones à muneribus, quæ exsequuntur. Quamobrem aliqui sunt vltores scelerum, Ecclesiast.39. & ita vsurpatur illud, tradi Satanæ & Angelis eius: talis potest esse qui dicitur Asmodeus, destructor, vel ignem mensurans, Tob.3. aliter dictus Samaël. Talis & Abbadon, id est, perdens. Alii præstigiatores & Magici, alii seminatores malorum, Apocalyp.7. Alii criminatores, exploratores, Apocalyp. 9. Alii tentatores, quales πάρεδροι, assessores Diaboli, ad vitæ tædium

& de-

& desperationem impellentes, alii insidiatores, &c. Insinuant autem se, & hominibus apparent dæmones, multis de causis: vt si inueniant eos vacuos bonis actionibus & precibus: Item si quis innocenter se ipsis deuoueat: Item si quis curiosa vel etiam inania sectetur: aut ardeat habendi desiderio: si quis sit impurus, non secus ac beati mundi DEVM videbunt. Vel si nimio odio proximi, quis vltionem perniciosissimè expetat. Item si aliquis nimia tristitia, naufragiis aut ærumnis deiiciatur, &c. Multa de his forent dicenda, sed necessaria tantummodo tangemus, & sacræ Scripturæ testimonia tangemus, de insidiis Dæmonum in homines, simul ac de pugna malorum & bonorum Angelorum: Est enim præcipuum & maximè scitu necessarium de pugna Apocalyps. 12. vers. 7. Forsitan quid mea, inquies, refert, quod ipsi inter se pugnant? Sed Michael respondet Apocalyps. 12. vers. 12. Væ vobis qui in terra habitatis, Angeli enim stantes coram DEO, Daniel. 7. vers. 10. & Matthæi 18. vers. 10. iam satis securi sunt à Diabolo, (quia eiectus è cœlo,) sed væ vobis, quos circuit. Nam circa nos & propter nos est illa pugna: ideo discamus insidias malorum Angelorum, vt sciamus, in quo periculo versemur, & in timore DEI viuamus. Cogitandum etiam de custodia bonorum Angelorum, & gratias agamus DEO, quod indesinenter ex hoc sanctorum Angelorum præsidio consolationem haurire possumus. Mali autem dicuntur & sunt, non tantum quia totalis natura deprauata in illis constat: sed quia malitiam suam erga genus humanum mendaciis & homicidio exerunt. Veluti in Paradiso serpens Heuam præcipitauit. Annon scriptum est, positas esse inimicitias inter semen serpentis, & omne semen mulieris, id est, omnem hominem, natum de muliere, sicut inquit Iob capite 14. versic. 1. & Apocalyps. 12. versicul. 17. Et Paulus Ephes. 6. versicul. 12. Quoniam non est

Quando sumus tanquam ager in via, venit Diabolus, Luc. 8. v. 12. Item Tob. 6. vers. 17. Qui Deum excludunt à mente, super hos potestatem habet Dæmonium. Diabolus circuit rugiens. 1. Pet. 5. v. 8 Iob. 41. Nō est potestas super terrā, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret. Omne sublime videt: & ipse est

tt 3

Rex super omnes filios superbiæ.

Genes. 3. Euam natura & sexu infirmiorem callide & solam, & simpli aggressus est quæstione.

2. Corint. 11. Ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis.

2. Corint. 2. Non enim ignoramus cogitationes eius.

Matth. 12. Reddit hominem cœcum & mutum.

non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mundi dominos, rectores harum tenebrarum, cõtra spirituales nequitias in cœlestibus. Quando verò illa pericula non satis intelligimus, sic sonabit. Si aperiantur nobis oculi, sicut 4. Reg. 6. v. 17. famulo Elisæi, tunc magis solliciti in timore Dei viueremus. Interim ad nos exsuscitandos, quomodo passim in omnibus locis, omnibus etiam modis nos circumeat diabolus, enumerabimus ordine pauca, qua via & modo nos seducere quærat, non tantum à dextris Psal. 109. v. 6. sed à dextris & sinistris. 2. Corin. 6. v. 7. quomodo nobis possit nocere, 1. Petr. epist. 5. v. 8. circuit vndiq;. & Christus Ioan. 8. v. 44. totam ipsius malitiam distribuit in mendacium & homicidium.

Cum autem tres à Deo constituantur Hierarchiæ: videlicet Ecclesia, Politia, Oeconomia, exinde eius versutiam sic perspiciemus. 1. Sciendum, in Ecclesia summum esse thesaurum, imò præcipuum caput & fundamẽtum veræ Christianæ doctrinæ, legitimus & verus vsus sacramentorum. At hæc, inquies, quid curabit Diabolus? Verum est, humana curiositas & malitia vt plurimum promouet hæreses: Verum Matth. 13. v. 27. & 28. serui interrogant: Vnde ager habeat zizania? Non ager, inquit Dominus, protulit, non seminarunt homines, sed dormientibus hominibus inimicus Satan fecit, 1. Tim. 4. v. 1. & 3. Hinc inde errores oriuntur, prohibentes coniugium, abstinentiam à cibis, &c. sed Paulus respondet: sunt doctrinæ dęmoniorum, 2. Thess. 2. v. 8. & 9. Vnde & fit, quod Antichristus tam multos seducit? vnde signa & prodigia eius? Respondet iterum, secundum operationem Satanæ erit aduentus eius, 3. Reg. 22. v. 22. Ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum. Vnde ortæ sunt Idololatriæ circa corpora sanctorũ? lege epistolam Iudæ, v. 9. & inuenies causam primam assignari diabolo. Paulus quoque 1. Thess. 2. v. 18. queritur se impeditum à Satana, quo minus ad ipsos venerit. Zach. 3. v. 1. Pontifex stabat coram Angelis Dei, & Satan à dextris eius.

2. In Politia tenendum est: Hanc Deus instituit, quò vitam tranquillam & pacificam agamus, 1. Tim. 2. v. 2. An non videmus, quanta in aulis turbet? quam culpam conferimus in Principum & aulicorum malitiam, iuxta illud: Exeat ex aula qui vult esse

pius. Sed extat apud Dan.10.v.3.cum bonus Angelus queritur, sibi Angelum Persarum restitisse, indicat veram causam, vnde sint mala aulica. Enumerationem autem damnorum, quæ dat Diabolus ille aulicus, lege Dan.6. Darius Danielem, virum iustum, & timentem Deum, constituerat præfectum: ibi reliqui aulici inuident, quærunt prætextus, à Rege impetrant impium edictum, & ita adducunt Danielem in periculum fortunę & vitæ. Annon Dauid numerando populum accersiuit toti populo famem, bellum, pestem, 2.Reg.14. Quomodo Dauid in tam funestum consilium incidit, vt ne voluerit consiliarios rectius consulentes? Resp.1.Paral.21.v.1. Satan incitauit eum.

3. In Oeconomia: Luce clara sanè constat, quantum calamitatum in ea introducat, sicut ille inquit: Vxorem duxi, quot miserias vidi? Liber Tob.cap.6.v.8. & 8.v.3.indicat peculiarem Dæmonem esse, qui Oeconomiam turbet: Quique cum Sara & Tobias dormiunt, excubat vt ipsis noceat. Verum cum non solum in genere has tres dictas Hierarchias circumeat, sed quosuis, cogitatione descendemus ad singula indiuidua.

Duo existunt genera hominum: Impii & credentes. De impiis Paulus dicit Ephes.2.v.2. Diabolus habet suam operationem in filiis obedientiæ. Et tales dicit Paulus omnes homines esse, antequam conuertantur. 2.Timoth.2.v.vltimo dicit, Hostes Euangelii, qui resistunt veritati, captiuos teneri laqueis Satanæ, ad omnem ipsius voluntatem. Notatu vero dignum dicit ἀνανήψωσι, id est, sicut ebrii non cogitantes ducuntur à Satana. Quid vero de credentibus, inquis? Illi certè sunt filii Dei, templa Spiritus sancti, &c. Apoc.12.in fine, & Petrus inquit Epist.1.cap.5.v.8.Impiorum non est aduersarius, quia illos tenet ad omnem suam voluntatem, sed noster, inquit, aduersarius est, tanquam leo, hoc est, habet magnam iram, Apocal.12.v.12. Videbimus paulisper status hominum. 1. Insidiatur paruulis, quia Matth.18.v.10. Angeli eorum vident faciem Patris. 2. Adultis, vt oporteat mandare Deum Angelis, Psal.91.v.11. Matth.4.v.6. Luc.4.v.10. vt nos in viis & vocationibus nostris custodiant. 3. Dormientibus: quando enim dormit Tobias cum sua Sara, Asmodeus insidians vitæ Tobiæ, relegatur ab Angelo bono in desertũ superioris Ægypti,

Tob.8.v.3. 4. Corpori nostro insidias struit: vt Lucæ 13.v.11. Spiritus infirmitatis Satan alligat mulierem. Luc.11. vers.14. Dæmonium mutum: Hinc tot obsessi horribiliter cruciantur. Item Matthæi 12.v.24. item 9.v.32. Marc.3.v.22. item 9.v.22. 5. Insidiatur etiam externis bonis nostris, Iob.cap.1. &c. Psal.78.v.49. 6. Et admonemur etiam de insidiis spiritualibus & cœlestibus, Ephes.6.v.12. Item 3.v.1. 7. Multos obcœcat in veritate Euangelii, 2.Corinth.4.v.4. Cum audis verbum perfunctoriè & negligenter, venit Diabolus & rapit verbum, Lucæ 8.v.12. Et licet magna cum attentione audiamus, tamen, inquit Paulus Ephes.4.v.27. etiam post agnitam veritatem multos seducit à simplicitate CHRISTI, 2.Corinth.11.v.3. Metuo ne quomodo sicut serpens Heuam decepit sua calliditate, ita & vos seducat. 1.Timoth.5.v.15. Quidam retrouersi sunt post Satanam. 8. Est accusator die ac nocte, Apocalyps.12.v.10. 9. Insidiatur nobis lætis, & tristibus, 2.Corin.12.v.7. & 2.Corinth.2.v.11. cum sumus in exercitiis pietatis, in ieiunio, oratione, &c. dicit Paulus 1.Corint.7.v.5. Cauete ne vos tentet Satan. 10. Iudæ proditio à Satana factum est, Ioan.13.vers.2. & 27. Diabolus immisit, intrauit in cor Iudæ. De Anania, Actor.15.v.3. Diabolus impleuit cor eius, &c. Item Paulus describit 1.Timoth.6.v.9. Diabolum posuisse occultos laqueos, in quos incidant sæpe homines incauti ex improuiso, & qui demergant eos in exitum & interitum. Hinc inde videmus nos versari in magno discrimine corporis ac animæ. Sed Paulus inquit, Cauete, nolite locum date Diabolo, Eph.4. Resistite fortes in fide, 1.Petr.5.vers.9. Iacobi 4. Subditi estote DEO, resistite autem Diabolo, & fugiet à vobis. Iohan.1. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Roman.16. DEVS autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. Induite armaturam DEI, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli, Eph.6. &c. Econtra verò de consolationibus, præsidiis ac tutelis sanctorum Angelorum, talia ex sacris petuntur testimonia.

Ioh.14. Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

D. noster Iesus Christus tentatus est Mat.4.v.1. Mar.1.v.12 Luc.4. Et cōsummata omni tētatione, Diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.

Genes.3.v.15. Semen mulieris conteret caput serpentis. Coloss.1.v.13. Et nos erepti sumus è regno tenebrarum. Rom.8.v.23. Exspectamus redemptionem corporis nostri. Item fortior ligauit illum Luc.11.v.22. 2.Petr.2.v.4. Dominus scit liberare pios ex

ten-

tentationibus, 2. Petr. 2. v. 9. Emittit spiritus. Hebræ. 1. vers. vltim. Pugnat pro nobis, mandat Angelis, Psal. 91. v. 11. Apoc. 12. CHRISTVS est Dominus Zebaoth. Ibidē v. 11. Vicerunt Draconem in sanguine Agni, & in verbo testimonii sui. Psal 34. v. 8. Angeli castra metantes, non leuem ponunt custodiam. Exod. 14. v. 19. Angelus qui præcesserat, ponit se à tergo, vbi hostes imminebant. Dan. 10. v. 13. Si vnus non sufficit resistere, venit Michael in adiutorium. Sunt Angeli Dei, Psal. 103. v. 20. Quia assistunt ei, Dan. 7. v. 10. Vident faciem cœlestis Patris, sunt etiam nostri Angeli, Matth. 18. v. 10. Angeli eorum, Esa. 63. v. 9. Angelus faciei eius saluauit eos. Lex per Angelos data, Galat. 3. v. 19. Euangelium de conceptione CHRISTI annunciauit Gabriel, Luc. 1. v. 31. Natiuitatem annuntiauerunt Angeli, Luc. 2. v. 9. &c. Angelus interfuit passioni, Luc. 22. v. 43. Resurrectio nunciata ab Angelis, Mar. 15. 16. Luc 24. v. 4. &c. Ascensioni interfuerunt Angeli, Actor. 1. v. 10. &c. 1. Pet. 1. v. 12. Angeli desiderant in ea prospicere, quæ Prophetæ prædicarunt, Eph. 3. v. 10. In Ecclesia innotescit Angelis sapientia Dei, 1. Corinth. 11. v. 10. Angeli intersunt conuentibus Ecclesiasticis. Et in epistola Iudæ v. 9. Michael pugnat, cum Diabolus Idolum vellet instituere. Estq; pulcherrimum dictum Dan. 12. v. 1. Michael pro filiis populi sui. Quomodo adsint gubernatoribus vide Daniel. 6. & 10. vbi Daniel dicit v. 22. Deus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum. Ibidem cum tanta esset multitudo malorum consiliariorum circa Darium, quomodo aliquid iustitiæ mansit in regno Persico? quomodo non planè collapsa religio? Respondet apud Dan. 10. v. 13. bonus Angelus: Ego solus remāsi circa Regem Persarum. Esa. 37. v. 36. 2. Reg. 6. v. 17. cum iniustè peteretur Ezechias, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, 2. Reg. 19. v. 35. Item Angelus fuit dux populi in deserto, Exod. 14. v. 19. & 23. v. 29. item 32. v. 34. &c. Sic paruulis ministrant Angeli, Matth. 18. v. 10. Adultis ambulantibus in viis suis, Psalm. 91. v. 11. Dormiēte Tobia, Raphael excubabat & pugnat, Tob. 4. v. 3. Moriente Lazaro Angeli portant animā in sinū Abrahæ, Luc. 16. v. 22.

Nec in Angelis tātum adhæream, sicut Ioh. Apocal. 19. v. 10. & vltimo v. 8. sed sicut Michael dicit Apocal. 12. v. 11.

Gregorius dicit in Homil. Timet Angelus adorari ab humana natura, quam videt in Deo sublimatam.

Angeli in Ecclesia iuuant ministerium & puritatem verbi.

In Politia boni Angeli adsunt gubernatoribus.

Ange-

In Oeconomia etiam sunt Angeli, cuius liber Tobiæ authoritas est.

De corporalibus beneficiis multa extant exẽpla ab Angelis præstita.

Angeli educunt Loth è Sodomis, Genes.19. Petrum ex carcere, Act.21.v.7. Ipsi Agar Angelus ostendit aquam, Genes.21.v.17. Eliam pascit Angelus, 3.Teg.19.v.5. Iudith 13.v.20. Pia illa matrona ita distribuit Angelorum custodiam: Angelus custodiuit me euntem, commorantem, reuertentem, id est, introitum & exitum, Genel.32.v.1.& 2. Cum Iacob timeret iram fratris Esau, videt castra Angelorum, & inde fit, vt quamuis Esau antea iurauerat, se occisurum Iacob, tamen mirabiliter illud mitigetur.

Extenditur etiam ministerium Angelorum ad spiritualia.

Offerunt orationes nostras Deo, Tob.12.v.12. Orant pro nobis, Zach.1.v.12. Hiob.33.v.23 Actor.10.v.3.& 4. stertentes excitant, vt pergant in via mandatorum Dei, 3.Reg.19.v.5. Iud.2.v.1.2.& 3. Angelus arguit populum ob scelera. Numer.22.vers.22.&c. Angelus in via opponit se Bileam maledicturo populo Dei. 1.Corinth.11.v.10. vult Puulus mulieres esse velatas propter Angelos.

Castrametatio Angelorum.

Mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu, 4. Reg.6 v.17. Vna manu custodiunt pios, Psal.91.v.12. Altera persequuntur, coarctant Satanam & impios, Psal.34.v.8. Angelus simul descendit in fornacem, Daniel.3.v.49. simul in speluncam, Dan.6.v.22. Dan.6. Deus meus, quem colo, misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iustitia mea inuenta est. Sic Machabæo apparuit præcedens eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans, 2.Machab.11. Liberauit Apostolos à carcere, Act.5. Sic Petrum, Actor.12 Angelus cum nube se inter castra Ægyptiorum & Israel posuit, Exod 4. Tollensque se Angelus Domini. Sic Iosue Angelum in agro euaginatum tenentem gladium vidit, Iosuæ 5 cumque esset Iosua in agro. Angelus anciliæ Saræ in deserto fontem ostendit, Genes.21. Sic Eliæ aquam & panem, 3.Reg.19. Danielis vide prandium, Daniel.14. Plures sunt nobiscum quam cum illis, 2.Reg 6. vers.16. Diaboli non præualent, Apocal.12.v.8. Quia boni fortiores, Psal. 103.v.20. ideo habent nomen apud Hebræos à multitudine & & fortitudine, de quo supra dictum.

Duobus modis nos petit Satan: vel insidiis, vt Angelus lucis, 2.Corinth.11.v.14. vel manifesta vi.

Contra insidias Angeli lucis, vel eius manifestam vim, dicit Paulus 2.Corinth.2.v.11. Ne circumueniamur à Satana: Non enim ignoramus cogitationes eius, 1.Timoth.6. v.9. vitemus la-

queos

queos Satanæ. 2. Tim. 2. v. 26. ἀνανήψωσιν resipiscant, ad sobrietatem redeant, ad mentis sanitatem reuertantur. 1. Pet. 5. v. 9. Fortes in fide resistite. Orate ne intretis in tentationem, Lucæ 22. v. 46. Accipite armaturam Dei, Eph. 6. v. 13. Incendatur epar, Tob. 6. v. 8. Non quod suffitus corporalis pellat Dæmonem, sed crucifigamus Adamum cum omnibus concupiscentiis. Porro testimonia & alia hæc sunt contra inuasionem malorum. Angeli intersunt sacris conuentibus, 1. Corinth. 11. vers. 10. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego (Raphael) obtuli orationem tuam Domino, Tob. 12. v. 12. Apocalyps. 8. v. 3. Quando per fidem hæres es vitæ æternæ, tum emittitur Angelus ad ministerium tui. Hebr. 1. v. vlt. item Hebræ 3. Cũ in timore Domini viuis, castra metatur Angelus Domini circa te, Psalm. 34. v. 8. Quando ambulas in tua vocatione, tum portant te Angeli in manibus, Psal. 91. v. 11. Hic & notandum etiam illud Bernhardi: Reuerentiam exhibe Angelo tuo in omni loco, non ausus illo præsente facere, quod me præsente non auderes. Item Eccles. 5. v. 5. Ne dicas coram Angelo, non est prouidentia, ne irascatur DEVS. Nam Angeli assistunt coram DEO, illosque DEVS interrogat, Hiob. 1. v. 6. &c. Christus Matth. 18. v. 10. dicit, non esse scandalisandos paruulos, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris, & conqueruntur, sicut ille Angelus. Dan. 10. v. 13. &c. 1. Corinth. 11. v. 10. vult Paulus reuerentiam exhiberi Angelis, quia mulierem iubet honestè velari in templo, propter præsentiam Angelorum. In summa, dolent Angeli de peccatis nostris, Iud. 2. v. 1. 2. & 3. Resistunt Bileam pergenti in malo proposito, Num. 22. v. 22. Gaudium est coram Angelis, non tantum super iustis perseuerantibus, sed super vno peccatore, pœnitentiam agente, Luc. 15. v. 10. A securitate etiam abstinendum, quia Deus aliquos Satanæ tradit, id est, priuat defensione & custodia bono-

Epar est sedes concupiscentiæ.

Hiob. 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius & dicet: Libera eum, vt non descendat in corruptionem: Inueni, in quo ei propitier.

Apoc. 8. Alius Angelus venit, & stetit ante altare, & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Iob. 1. Ecce, vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt, tãtum in eum ne extendas manum tuam. Iob. 2. Ecce, in manu tua est, veruntamen animam illius serua. Matth. 8. Vnde nec porcos quidem, nisi permissi, intrare potuerunt. Luc. 22. Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.

rum Angelorũ, vel quia Satanas catena vinctus tenetur, Apoc. 20. v. 3. Item ſicut Angeli caſtra metantes, vallum ponunt circa timentes DEVM. Ita Eſaiæ 5. DEVS iratus dicit: Auferam ſepem eius, deſtruam maceriem eius. Viuamus itaque in timore DEI, & oremus: ſicut Lutherus vult in precatione matutina ac veſpertina, Tuus ſanctus Angelus ſit nobiſcum, ne Diabolus vllum ius in nos reperiat. Hæc orationis forma deſumpta eſt ex 2. Macchab. 11. verſ. 6. & 15. v. 23. & 24. vbi rogabant Dominum, vt bonum Angelum mitteret ad ſalutem Iſrael, &c. Mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachii tui, vt metuant qui contra nos ſunt. Tob. 5. v. 21. Sit DEVS in itinere veſtro, & Angelus eius comitetur vobiſcum. Gen. 24. verſ. 7. Dominus cœli mittet angelum ſuum coram te. Num. 20. verſ. 16. Noſti quomodo clamauerimus ad Dominum, & audierit nos, miſeritque Angelum, qui eduxit nos ex Ægypto. Caueamus etiam in eo, quia præuaricantes flagellant. 2. Regum 4. Vnde populum peſtilentia percuſſit, ob peccatum Dauid, ſeptuaginta millia virorum. Immiſitque Dominus peſtilentiam. 4. Regum 19. Factum eſt igitur, nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit de caſtris Aſſyriorum centum & octoginta quinque millia. 2. Macchabeor. 3. Heliodorum templum ſpoliare volentem grauiter cæciderunt. Actor. 12. Sic Herodem DEO gloriam non dantem. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus, eo quod non dediſſet honorem DEO, & conſumptus à vermibus expirauit.

Chriſtus expellit Dæmonia, Matt. 8. & 9. & 12. item 17. Marc. 1. & 3. 5. 6. & 9. Luc. 4. & 8. 9. 11. &c. expelluntur per Apoſtolos, Matth. 10. Luc. 10. & 11.

Origen. Agũt Angeli diem feſtũ, lætantes ſuper his, qui refugientes conſortia Dæmonũ, per exercitia virtutũ, Angelicis feſtinãt ſociari conſortiis.

Audiamus etiam paucis adhuc de Angelis Diuos Patres, vbi primo arridet illud Bernhardi ſermone quinquageſimo, ſuper illud: Angelis ſuis mandauit de te, &c. O quantum debet tibi hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam, pro præſentia reuerentiam, pro beneuolentia deuotionem, pro cuſtodia fiduciam? Cautè ergo ambula, vbi ſunt Angeli, vt cuſtodiant te omnibus in viis tuis. Paulò poſt ait: In quouis diuerſorio, in quouis angulo reuerentiam exhibe tuo Angelo, ne audeas illo præſente, quod, me vidente, non auderes. Adſunt igitur tibi non modo præſentes tecum, ſed etiam pro te adſunt, vt protegant: adſunt vt proſint.

Gre-

Gregor. dicit: Qui parua capiunt, sed tamen hæc eadem parua pie annuntiare fratribus non desistunt, isti in Angelorum numerum currunt. Qui secretorum cœlestium summa capere præualent, & nuntiare, etiam isti in Archangelorum numerum deputantur. Qui amando ardent, & loquendo alios accendunt, isti Seraphim dicuntur.

Bernhardus Sermone duodecimo in Psalm. XCI. Quoties ergo grauissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca DEVM custodem tuum, directorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & dic, Domine salua nos, perimus. In tribulatione verò non dormitat, neque dormit, etsi quando ad tempus dissimulat. Paulò post: Benignus es Domine, qui non es contentus nostra fragilitate, sed ipsis hominum custodibus Angelicam custodiam supponis. Tu ergo si vis habere ministerium Angelorum, fuge consolationes seculi, & tentationibus resiste Diaboli. Credimus, Angelos sanctos adstare orantibus, offerre DEO vota & preces hominum, si sine deceptione leuari puras manus prospexerint.

Videnda & sunt exempla sacra ac loci Biblici, de apparitionibus Angelorum apud homines: Agar ancillæ, Genes.16.vers.7. Abrahæ apparent tres Angeli, Genes.18.v.2. & 22.v.11. Loth, Genes.19.v.1. Iacobo, Gen.28.v.12. & 31.v.11. & 32.v.1 Oseæ 12.v.4. Balaamo, Num.22.v.22. Israelitis, Iudic.2.v.1. Gedeoni, Iudic.6. v.12. Matri Samsonis, Iudic. 13.v.3. Patri, eodem cap.v.9.&c. Dauidi, 2 Sam.27.v.17. Eliæ, 1 Reg.19.v.5. 2.Reg.1.v.3. Seruo Elisæi, 2.Reg.6.v.17. Esdræ, 4.Esdr.2.v.42.&c. & 41. Esaiæ, Esa.6. v.6. Tobiæ, Tob.3.v.26.& 12.& 15. Sadrach & sociis, Dan 3.v.92. Danieli, Dan.6. vers.22. & 19 v.21.& 10.v.8. Zachariæ prophetæ, Zachar.1.v.8.9. Macchabæo & suis, 2.Macchab.11.v.7.8. Iosepho viro Mariæ, Matth.28.v.2.5. Marc.16.v.5. Zachariæ, Luc.1.v.11. Marię virgini Luc.1.v.28. Pastoribus, Luc.2.v.9. Christo Domino, Luc.22.v.43. Mariæ Magdalenæ, Ioan.20. v.12. Apostolis, Act.1. v.10. & 5.v.19. Philippo, Act.8.v.26. Cornelio centurioni, Act.10. v.3. Petro, Act.12.v.6.7. Paulo, Act.27.v.23. Ioanni, Apoc.1.v.1. & 19.

Angelus cũ Iacobo pugnat, Gen. 32.v.24. Oseæ 12.v. 3 & 4.

Angeli administrant Iesu Christo Domino nostro post tentationẽ, Mat. 4.vers.11. Mar.1.v.13

Angeli infantium vident faciem Patris, qui in cœlis est, Matth.18.v.10.

& 19.v.17. & 20.v.1. & 22.v.6. Cherubim ante Paradisum, Gen.3. v.23. Angelus Domini ante & post exercitum Israel, Exod.14.v.19. Angelorum nomina hæc in sacris inueniuntur: Gabriel, Dan. 8. v.16. & 9.v.21. Luc.1.v.11.26. Michael, Daniel.10.v.13. Epist. Iudæ v.9. Apocal.12.v.7. Raphael, Tob.5.v.5. & 6.v.1. & 12.v.2. Vriel, 4.Esdr.4.v.1. & 5.v.20. Angeli pro angelica natura, Hebr.2.v.16. Angelis linguæ tribuuntur à Paulo, 1. Corin.13.v.1. Panis tribuitur Angelis, Psal.78.v.25. & 105.v.40. &c. Agamus itaque DEO summas gratias pro diuina custodia sua Angelorum, per & cum Hymno D. Philippi Melanchthonis:

Dicimus grates tibi summe rerum
Conditor, Gnato tua quod ministros
Flammeos finxit manus, Angelorum
Agmina plura.

Qui tua lucis radiis vibrantes,
Te vident lætis oculis, tuasque
Hauriunt voces, sapientiæque
Fonte fruuntur.

Hos nec ignauum sinis esse vulgus,
Nec per ingentes volitare frustra
Ætheris tractus, temere nec inter
Ludere ventos.

Sed iubes Christo comites adesse,
Et pios cœtus hominum tueri:
Qui tuas leges venerantur, atque
Discere curant.

Impiis ardens odiis & ira
Nam tuis castris Draco semper infert
Bella, qui primus scelus atque mortem
Intulit orbi.

Hic domos, vrbes, tua templa, gentes,
Et tua legis monumenta tota,
Et bonos mores abolere tentat
Funditus omnes.

Interim sed nos tegit Angelorum,
Quæ ducem Christum sequitur, caterua,

Atque

Atque grassantis reprimit cruenta
Arma Draconis.
Angeli Lothon Sodomæ tuentur,
Inter infestos Elisæus hostes
Angelis cinctus nihil extimescit
Bellica signa.
Tutus est inter medios leones
Angelis septus Daniel propheta:
Sic tegit semper Deus his ministris
Omnia nostra.
Hoc tuum munus celebramus vna,
Et tibi noster chorus Angelique
Gratias dicunt simul accinentes,
Conditor alme.
Et tuo templo vigiles vt addas
Angelos semper populoque gnati
Qui tui verbum colit, obsecramus
Pectore toto.

Consolamina multa demonstrat verbum Domini, Exodi 13. Ecce, ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui tibi. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet te, cum peccaueris, & est nomen meum cum illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Iudic. 13. Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me gradientē in victoria sua. Ps. 90. Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum, &c.

PARS QVARTA HVIVS PRÆFATIONIS.

De Primo Mobili, seu Sole, & reliquis Planetis in genere.

IN cœlestem regionem seu mundum sensualem hunc DEVS collocauit primum mobile, seu vt aliis secundam motionem post Angelos, ceu primam creaturam corporalem, & fontem omnis vitæ ac motionis: In hanc inquam regionem cœlestem posuit primò Solem quasi regem & gubernatorem stellarum, fontem omnis luminis: Hinc diuinus Vates ait cap. 1. v. 14. Fecit DEVS luminaria in in expanso cœli, & inter ea duo magna, ad distinctionem faciendum inter diem & noctem, & ad afferendum lucem super terram: vt sint signa cum tempestatibus, tum diebus & annis. Sic Solem qui diei præest primò & ante omnia præponemus, in ipso enim mundi anima & natura media habitat, vt quæ globum Solis totum implens, radios suos vndique quasi spiritum effundit per omnia, vitam, sensum & motum ipsi vniuerso distribuens, & cũcta permeans entia: Qua ratione animæ omnes ad vnam animam mundi, & Planetæ omnes ad Solem vnicum, ceu regem omnium referuntur. Sol boni filius, magnæ planeta potentiæ, dux lucis, & caloris vitalis fons, Lunaque ipsius æmula humorum domina cum reliquis luminibus minoribus erraticis & fixis, masculina vel fœminina, æstiua vel hyemali influentia præditis, suo per zodiacum cursu, suo ortu & occasu, congressu & discessu necessaria sunt digestionum instrumenta: quæ inferiora hæc agitant, mouent, & latentes formas exsuscitant, benigno roris, mannæ, Thereniabin, & pluuiarum nectare, blandissimoque Zephyrorum genitalium, & teporis verni afflatu, ac grata temporum vicissitudine fœcundant, & ab extra opitulando & obstetricando formas ad actus secundos perducunt. Hinc φιλία καὶ νεῖκος, miran-

miranda & imperscrutabilis rerum sympathia, & antipathia, consensus & dissidium, discors concordia, φιλέχθρα oboritur, quo fit, vt animalium humores superioribus lationibus obnoxii ad illorum motionem permutentur, certisque astris surgentibus certæ plantæ enascantur, iisdemque occidentibus decidant. Hinc verissimum Hermetis nostri Trismosyni in tabula smaragdina conceptum: *Superiora sunt sicut inferiora, & inferiora sicut superiora.* Nihil enim (vt Cabalistæ volunt) in veritate DEVS creauit superius, quin eidem simulacrum aliquod creauerit inferius: nihil creauit in spiritu inuisibiliter, quin in corpore aliquo idipsum adumbrauerit visibiliter, vt per corp⁹ vmbræ patentis perueniamus ad cognitionem spiritus latentis, & per effigiem apparentis inferius ad notitiam reapse existentis superius. Et Scaliger alternatam cohæsionem mundi adstruit, cum inquit: Formæ inferiores à superioribus fouentur, & superiores inferiorum benignitate non destituuntur: pendent hæc nostratia à superioribus, non propter vniuocam effectuum communionem, sed propter æquiuocam connexionem. Sunt enim superiora quasi formæ conseruatrices inferiorum, quia hæc causa ipsa causarum tuetur ea, quæ fecit, per ea, quę fecit. Hoc sensu non adeò repudianda videtur veterum sapientum Theoria, (in præcedentibus breuissimè accincta,) qui formas rerum & virtutes principio ab Ideis in mente diuina eminentibus prodeuntes, deinde intelligentiis administris stellis communicari, & ab his maximè à *Sole cœli corde*, & lumine masculo, hinc à Luna veluti matre susceptas & collectas, per spiritus ætherei vehiculum in elementa tanquam δοχεῖα, & ab his in vniuersum mundi corpus, ventremque & centrum terræ per ventum prolificum, & aquarum lapsus ceu genitale semen immitti, & minerali naturæ primum agglutinari, hinc in vegetabilem & animalem transire: rursus autem mediatoribus illis sublatis à corporibus resolutas & emeritas, per gradus ad pristinos fontes regredi atq; reuerti, confirmant. Hi omnes inuisibilem Solem, ignem cuncta generantem, incombustibile sulphur, lineam viridem benedictam vbique generantem, mumiam & balsamum fœlicioris naturæ, salem liquoris à putredine corpora præseruantem, τὸ θεῖον, τὸ ἔμβιον τῆς φύσεως, fabrum occultum, cœlum inferius

ferius intrinsecum, astraque propria non minus in reliquorum elementorum sinubus, & abyssis potestatibus occulta, quam inuisibili firmamento corporea forma Creatoris benignitate repręsentata magno consensu agnouerunt & tradiderunt. Hermes ille ter maximus Philosophorum pater, quem inter Philosophos θεολογίζειν non iniuria dixeris, vt pleraque sacris literis non multum absimilia protulit, spiritum fœcunditatis solarem mirificis encomiis extollit, dum ait: Spiritus agitur, & gubernatur omnis in orbe Spiritus: Spiritus implet omnia: mundus nutrit corpora, Spiritus animat: Spiritu ministrantur omnia & vegetantur in mũdo. Hoc Spiritu omnia indigent, omnia enim portat pro cuiusque dignitate, omnia viuificat & alit. A fonte sancto producitur vita, & Spiritu fœcundissimus. Naturæ genius Aristoteles cap. 3. de generatione animal. libr. 2. ait: Omnis animæ potestas alterius cuiusdam corporis particeps esse apparet, eiusq; diuinioris, quam quæ Elementa appellantur. Et quemadmodum nobilitate, obscuritateve animæ inter se discrepant, ita & natura eius corporis differt. Continet enim in se semen cuiusque fœcunditatis suæ causam, nempe ipsum calorem, qui igneus minimè est, neque id generis facultatem aliquam æmulatur: sed Spiritus qui in semine spumanteque corpore coercetur: Et natura, quæ in eo inest Spiritu, proportione respondet elemento stellarum. Quamobrem ignis nullum generat animal, neq; constitui quicquam densis, vel siccis, vel humidis videtur. At verò *Solis calor*, & animalium, non modo qui in semine continetur, verum etiam si quid excrementi sit, quanquam diuersum à natura, tamen id quoque principium habet vitale. Itaque dura, mollia, lenta, rigida, aspera, læuia caloris & frigoris vi effici possunt. At propria cuiusq; ratio & essentia nequaquam ex elementis emergit: Hactenus ambiguè ad nostra.

In Sole omnes naturæ vires quasi in receptaculo & fonte perenni reconditæ sunt: Humanæ sanè sapientiæ fermentum, superque omnia lucet: & sicut in Microcosmo cor est scaturigo vitalis spiritus & sanguinis, omnibus reliquis membris motum ac vigorem impertiens: Ita Sol cor cœli vicissim tanquam omnium virtutum elementarium Dominus per vniuersam naturam suos

spargit

spargit & infundit radios: & vt Sol inter cœlestia, sic aurum inter metalla tenet primas, estq; receptaculum & subiectum omnium virium elementarium cœlestium ac supercœlestium, delabuntur autem à supercœlesti & cœlesti influentia deorsum in mundum hunc elementarem, concentrandoque confluunt in hoc vnicum metallum, sicque colligatæ in eo asseruatæ concluduntur. Ab Heraclito Sol vocabatur Fons luminis cœlestis, ab Orpheo Lux vitæ, Oculus mundi, Oculus cœli viuificus, qui rebus omnibus calorem, lucem, vitamq; inspirat: A Paracelso Sol dicebatur Spiraculum vitæ elementorum: A Platone & Zoroastro cœlestis & inuincibilis Ignis, cuius natura est omnes ignes in occulto latentes viuificare, eosque occultos & quiescentes incendere, nimirum sphæras Planetarum, qui nobis non apparent, per se enim mortui, si vero incensi, viuunt, edunt, ac operantur suas proprietates. Theophrast. libel. de peste cap. 1. dicit: Vti homo generat naturalem sui imaginem, ita Sol mediantibus astris huic indit naturæ lumen. Iamblichus dicebat, quicquid habemus domi à Sole, vel ab ipso solo, vel ab ipso per alia, quamuis enim aliquid ab aliis habeamus, illud tamen à Sole mutuatum est: In Sole tanquam corde cœli, vt in potenti scaturigine & fonte, reperiuntur cœlestes occultæ operationes corporum cœlestium. Hinc cœlestis regina & vxor Solis Luna, omnium cœlestium influxuum virtutumque vltimum est receptaculum, Solis cæterorumque Planetarum ac stellarum radios & influxus quasi fœtum suscipiens, inferiori mundo sibi vicino quasi parturiens edit: æstimaturque à Deo sapientissimo sphæram Lunæ in infimo loco corporum cœlestium, & supremo elementarium motuum creatam & collocatam, vt ab illa desuper possint accipi vires & influentiæ cœlestes astrorum, & ipsa supple Luna easdem à se refundere in omnia elementaria, vel in ipsa elementa vsque in terræ globum distribuere, & cuiusq; rei peculiare ac proprium innatum astrum cum superioribus conspirans hoc pacto excitare. Sic absque Luna intermedia vim superiorum attrahere omnino nequimus: Nihilq; sine Lunæ beneficio vnquam perfeceris, quia Luna virtute Solis domina generationis augmenti, & detrimenti: Luna quasi luce lucens aliena, quia ipsa non lucet de se, sed omnem splendorem

ſuum à Sole mutuatur: Sic Luna licet ab omnibus ſtellis vires ſuſcipiat, potiſſimum tamen in Sole, quoties illi coniungitur, viuifica virtute repletur, ac pro illius intuitu complexionem mutuatur: Hic ad Aſtronomiam recurrere placet.

Sol vnius anni ſpatio duodecim ſigna zodiaci percurrit, diebus ferè triginta ſignum vnum: Luna ſpatio menſtruo ſigna pertranſit, inque ſexaginta horis æquinoctialibus peragit. Solis tantam eſſe magnitudinem, ait Ptolomæus, vt centenus ſexagenus & ſextus terræ ambitus vix eum æquet. Sol tanti ſplendoris, tantæque magnitudinis, oculus mundi, fomeſque rerum non iniuria, dux princepſque aliorum ſyderum; ab eo initium anni, vbi in Arietis domicilium ingreſſus, quod fit in Martio. Luna cæteris nobis vicinior ſyderibus, maximos & manifeſtiſſimos effectus monſtrat in terris: quapropter & hic vtiliſſimum erit, de eius ſtatu atque ſede pauca proferre. Variat enim pro qualitate ſignorum humanos actus, quia & ſigna diuerſas obtinent habitudines: Nam Aries Leo, Sagittarius ignea: Taurus, Virgo, Capricornus terrea: Gemini, Libra, Aquarius, aëria: Cancer, Scorpius, Piſces, aquatica ſigna ſunt: Examinabimus & explicabimus Lunam per ſigna ad microcoſmum, ex mente vulgarium Aſtronomorum.

Cum Luna in ARIETE, ſigno orientali, calido ſiccoq; maſculino ac igneo, fuerit collocata, orientē verſus iter arripere, in operibus igneis operari, vt ſi quis calcarias aut lateritias fornaces incenderit, in brachio ſanguinē minuere, balneum intrare, quod cito finem habeat incipere, bonum laudabileq; eſt: Sed ècontrario cucurbitas apponere, domum aut oppidū fundare, prælia incipere, & illa omnia initiari quæ diu durare volumus, tunc prohibemur: eſt enim Aries ſignum mobile & inſtabile, nam medicinæ eo tēpore acceptę, parum aut nihil operantur, quoniam nauſea cum vomitu ſubſequetur: Aries enim inter rumināntia numeratur: ruminare autem eſt cibum ad os reuocare. Et hoc quod dixi, nō modo in hoc ſigno, ſed in cæteris ruminantibus accidere ſolet. Sunt autem ruminantia, Aries, Taurus, Capricornus, & vltima pars Sagittarii, in quibus cum Luna fuerit, motus in ſtomacho cum tumultu ex medicamentis nauſeam vomitumq; præſtare perhibentur.

Luna cum TAVRVM, ſignum fixum, frigidum, ſiccum, meridio-

dionale, melancholicũ, terreum, occupauerit, agricolationẽ exercere, vt serere, arare, &c. citò enim crescent, diuq; durabũt, boues emere, & omne opus duraturũ incipere, laudabile vtileq; erit: sed collo, linguę, gutturi medicamen apponere, ad pugnã exire, bellũ, quod citissimè finiri optamus, incipere, Principes adire vetantur.

Cum GEMINORVM signũ Luna possidet, quod bicorporeum, occidentale, aërium, sanguineum, masculinumque est, amicitiam inire, matrimonia tractare, sed non concludere (hoc enim signum fixum expostulat) ad bellum proficisci feliciter possumus. Econtra vero venam secare, manibus, brachio, lacerto, aut cubito vel radio medicamen emplastraq; apponere, periculosum est, aut ne multum sanguinis exeat, aut membra, & ossa, quæ tetigimus, debilitentur, ita vt vel moriatur homo, aut mancus fiat, nisi alii felices aspectus adfulserint. In hoc signo Luna caliditatem, auramque leuem præstat, tuncque bonum est portum pleno velo exire, nisi sit illud itineris principium: Nam iter incipere Luna in Geminis existente, est absurdum, nam iter incipientes, aut ægrotabunt, & forsitan morientur in itinere, & si conualuerint, periculosum est, ne morbi recidiui fiant; Nam recidiuus morbus dicitur, sumpta translatione ab arboribus, quæ cum cæsæ sunt, repullulant, nec vnquam ad hominem, vt imperiti Medici abutuntur, pertinet.

Si verò signum CANCRI tropicum, septentrionale, frigidum, humidum, aqueum, quod eius domicilium est, Luna tenuerit, ad plagas septentrionales mercandi gratia proficisci, ad prælium ire, opera quæ ad aquam spectant moliri, vt molendinũ, aquæ ductum, riuulos ducere, optimum est, plantare malum, quæq; diu durare volumus, machinari penitus, prohibemus.

Cancrum sequitur LEO, signum fixum, orientale, calidum, siccum, biliosum, vt Aries masculini sexus, in quo si Cinthia, id est, Luna versabitur, Reges adito, opus igneum exercitato, domum aut oppida fundare caueto iter longum ne incipias, aurum comparare, matrimonia firmare penitus fugito, nouas vestes ne incidas aut induas, quoniam huius constellationis nequitia, aut ægrotabis, aut morieris, aut occideris, aut furto vestimẽta amittes, aut nunquam aptè corpori membrisque adhærebunt, & si Medici-

nam sumseris, nauseam patiens eam cum sanguine euomet. Medicamenta autem cordi aut hepati, stomacho aut præcordiis, aut in terraneis applicare pessimum profectò est: sed in hoc signo Luna tempus calidum humidumque efficit.

Luna cum in signo VIRGINIS fuerit, quod frigidum, siccum, terrenum, melancholicum, fœmineumque esse constat, serere, plantare, opera terrea fingere optimum putamus: Viduam aut corruptam ducere permittit: ad Septentrionem iter capere, vmbilicum, ventrem, intestina, lumbos aut renes medicare, non est omnino laudabile nouas vestes induere aut incidere, sanguinemque minuere probatur: Aërem frigidum siccumque ventos nubeculasque humiles aut sine pluuia aut humectatione minima hoc in signo Luna demonstrat.

LIBRA post Virginem cum Lunam susceperit, quid portendat, in promptu est, est enim signum æquinoctiale, occidentale, calidum, humidum, aërium, sanguineum, masculinum hominem cœlumq; dimidians, vertebras enim in sua potestate continet, & olim Italiæ signum. In hoc signo ad Orientem mercandi gratia proficisci, sanguinem minuere, omniaque incipere, quæ citò debent terminari, nouas vestes incidere, pannos albos, margaritas, gemmas, & res omnes candidas emere, & mundum muliebrem, vt periscelides, annulos, redimiculas in aures, vasaque crystallina comparare, medicas potiones assumere laudabile est. Sed cauendum est, ne tunc opus, quod duraturum optamus, incipiamus, instrumenta emptionis aut societates facere, Principes adire, vertebras, lumbos, & inferiora ventris vt pectinem medicari vetamur. Libræ signum in tres decanos à mathematicis diuiditur: 1. Est Lunæ iustitiæ, iuris, æquitatis ac veritatis: 2. Saturno addicitur, qui est quietis vitæ tranquillæ, tutæ & securæ: 3. Iouis est, qui est ganeæ, emasculationis, hilaritatis nimiæ, effrenatæ voluptatis, malorumque morum, &c. De his pluries vide in libello Miscellaneorum philosophicorum.

Luna si SCORPIONEM tenuerit, quod est signum frigidum, humidum, aqueum, phlegmaticum, fœmineum, opera enim tunc incipere non est probabile, Luna namque exaltatur in Tauro, in Scorpione verò deiicitur: hoc in omnibus memoriæ

traden-

tradendum est, Planetas in signis exaltatos, in oppositis semper esse depressos: Venerem Pisces exaltant, Virgo humiliat, Solis exaltatio Aries, & Libra est eius depressio, & sic deinceps, & vt exaltatio lætos, ita humiliatio tristes efficit. Sed Luna præter cæteros etiam in vndecimo à suo domicilio signo, hoc est, Geminis, etiam detrimentum patitur. Et vt ad rem reuertar, iter terrestre arripere, proceras arbores, aut montes, aut turres, aut scalas gallinarias ascendere, nauem intrare, medicamen genitalibus apponere penitus vetamur: Nam aut naufragium, aut ruinam, aut matricis, aut vuluæ, aut mentulæ læsionem sentiemus. Sed Luna in hoc signo auram frigidam, humidamque efficiens, medicinam aut in potione, vel in sorbitione sumere, debita exigere, Reges adire, nuntios mittere, sanguinem minuere, nec non ædificare, plantare prohibet.

A Scorpione in SAGITTARIVM deuénitur, quod signum est igneum, calidum, siccum, cholericum, orientale, masculinum biforme; ex homine enim & equo centaurus est; concordiam pacemq; tractare, amicos conciliare, sanguinem detrahere, matrimonia incipere, sed non perficere, sterile enim signum est, balneum intrare, ad Orientem mercandi causa tendere, opus omne, quod igne perficitur, laborare permittit Astrologus; sed plantare aut arare, aut quæ terrena sunt, machinari prohibet. In hoc signo Luna claram tempestatem non sine caliditate aut siccitate præstat, prælium verò inire, pecuniam cambire, nouis vestibus ornari, Principes adire, caput radere, vngues capillosq; præcidere, ægros medicare, iter per aquam assumere laudatur: Fœmora verò & coxas nequaquam medices, nec terrestre iter arripias, nec debitum exigas, quoniam malè succedet.

CAPRICORNVM si Luna possederit, signum meridionale, tropicum, siccitate pariter & frigiditate non sine melancholia conspicuum, terreum quoque & fœmineum, hortos parare, serere, vineas pastinare, terrena operari, iter ad meridiem arripere, illaque operari, quæ cito habituri sunt finem, graues merces vt plumbum, ferrum emere, materiam ad ædificium parare proficuum est: econtrario malum est ad septentrionem viam dirigere, opera ignea machinari, venam incidere, potionem medicam su-

mere, genua aut ferro, aut emplastro tangere, &c. Sed tempus frigidum, ſiccumque non ſine vento, nubes humiles, & ſæpè ſine pluuia facit, agriculturam feliciter iuuans.

Si AQVARIVM, quem Ganymedem vocamus, ſignum fixum, aërium, humidum, ſanguineum, maſculinum, occidentale Luna ornauerit, ædificiorum fundamenta iacere, venas incidere, cucurbitas apponere, durare quæ volumus conſtruere, nuntios epiſtolaſque mittere, nigros pannos & carnes boum magnorum animalium comparare, arbores plantare, matheſeos documenta permittunt: crura autem medicare, iter longum & maxime per terram incipere, quæ celeritatem cupiunt inchoare, prohibent.

Cum Luna PISCES ſignum duplex, frigidum, humidum, aquaticum, fœmineumque habuerit, nouam nuptam ducere, amicitias inire, & quæ ad aquam ſpectant, machinari, nauigare ad ſeptentrionem, potionem medicam ſumere, epiſtolas aut nuntios mittere, veſtimenta & parare, & de nouo induere, pannos albi coloris emere, templa Deorum, & quæ ad cultum diuinum & religionem ſpectant, fundare iubemur. Sed ècontrario naues vetamur in aquam deducere, hoſtibus obuiam ire, cum militibus tractare, podagram fouere, pedes ferro aut medicamine tangere, &c. Hæc de Lunæ operationibus in duodecim ſignis zodiaci ex mente vulgarium Aſtronomorum. Multa ſanè hic forent diſputanda cum Theologis, qui omnes hoc non concedent forſan; ſed dico, fiat diſtinctio inter opus naturæ creatum corporale, & æternum increatum ſpirituale, vbi creatum nocet, ibi æternum docet. Vide Eccleſ. 5. v. 5. Ne dicas coram Angelo, non eſt prouidentia, ne iraſcatur Deus, &c. Ad hæc ſic concludit Paracelſus: Medicum Aſtronomum eſſe oportet, vt ex arte rerum virtutes iudicare poſſit, tom. 7. lib... Hinc & non minus rectè quam verè dicit Philoſophus; Sine cognitione luminis naturæ, ſeu maioris mūdi, nullus Medicus poteſt habere exactam vegetabilium, mineralium, animalium, metallorum, morborum, & microcoſmi cognitionem: Macrocoſmi enim ſeu cœli, & Microcoſmi ſeu hominis vnum idemque eſt aſtrum, & veluti omnium rerum formatio, (vti ferrum in imaginatione fabri ferrarii) ex aſtris dependet, ita ra-

ita ratio, simul ac medicina regit astra, vna externa, alterna interna. Qualem nobis demonstrant Planetæ influentiam, quando fœtus in vtero earum vim ac proprietatẽ sentit, cuius mensem primum Saturnus, 2. Iupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5. Venus, 6. Mercurius, 7. Luna sibi vindicant, ideo si septimo mense, qui est Lunæ, nascitur, vitalis est infans; Luna enim bonus Planeta: octauo rursus ad Saturni nequitiam reuolutus fœtus morti est obnoxius, sed nono sub *Iouis* benignitate iterum cõstitutus viuet deinde, iam ex omni parte munitus, quocunq; tempore in lucem venerit, erit incolumis: Est igitur plurimis de causis *Astrologia Medico* necessaria, quam si quis ignorauerit, non inter *Medicos*, sed potius inter vnguentarios circũforaneos connumerabitur. *Summa igitur diligentia, qui Medicus esse cupit, eam de se opinionem in scientia euitet, vt non humanum, sed Diuinum potius esse arbitrentur, & hoc pacto prudentia illa admirabilis nimiumq; stupenda ab Hippocrate relata (oraculis simillima) ægrotos sola auctoritate sanabit.* Hinc nomine, non re ipsa dicentur *Meidci*, qui *Astrologiam* non tenent. Sunt enim exempli gratia quædam coniunctiones, & aspectus *Planetarum* humanam naturam debilitantes, aut roborantes, vnde Medicus fallitur, nisi pro habitudine influxuque cœlesti medicamenti habitudinibus commoda tribuat. *Luna* enim coniuncta *Ioui* naturam corroborat, inde si medicamenta hac hora tradantur, à solida efficacia declinant, quod non fit in harum planetarum separatione, quoniam natura humana viribus non adaucta, sed in statu suo permanens, catapotiis, opiatis, antidotisve coniecturam *Medici* minimè fallet. Sic è contrario, *Luna* lumine aucta Marti, vel diminuta *Saturno* coniuncta, humanam habitudinem debilitans *Medicum* imperitum in errorem trahet, vt in medicamentorum quantitate peccet, inde Medicus ægrotum præcipitabit, & vna cum excrementis animam exhalare coget. Sunt præterea medicamenta cœlestium obseruatione cõfecta, maioris efficaciæ, vti & Auicenna in quibusdam obseruare mandauit: Nam sexta quarti, ait, sumatur carbonis Cancrorum fluuiatilium captorum, dum Sol est in signo Leonis, assorum in furno, quod licet exiguum sit, attamen hoc exiguo in magno volumine, vbi se purum Medicum profitetur, nonnihil insinuauit, ad astra esse confugiendum. Hippocrates in Prognosticis ait: est

quod-

quoddam cœleste, in quo Medicum considerare oportet, cuius prudentia admirabilis, nimiumque stupenda: Quod dictum Galenus commentator ad aërem referri ait & rectè: Aëris enim mutationem, alterationem, corruptionem non nisi Astrologus præuidet. Nemo consummatam *Medicinam* tenebit, nisi teneat *Astrologiam*, quod *Conciliator* ratione demonstrat, quam qui intelligere cupit, ad eius documenta recurrat in libro differentiarum. Sed cum Sol (qui rector & gubernator est omnium) cui anū damus, & vnde initium supra sumpsimus, medium inter Planetas locum obtineat, contra Platonem & Aristotelem, qui supra *Lunam* statim locauit, *Luna* enim profectò nihil *luminis*, nisi à Sole menstruis motibus acceperit, habet: Et *Venus*, & *Mercurius*, nunquam ab eo duobus signis abesse possunt, quasi imperio quodam catenati fidelissimi *Solis* comites esse noscuntur, ita vt aliquando præcedāt, quandoque sequantur. Tres autem superiores, *Saturnus*, *Iupiter*, *Mars*, nutum Solis verentur, non enim ex opposito esse possunt. Hoc quidem certissimum est, *Saturnus, Iupiter, Mars*, oppositi sunt *Soli*, retrogradi, omnes enim Planetæ retrogrediuntur excepto *Sole*, sic & progrediuntur & subsistunt etiam. In *Sole lucis ac caloris fons* est, regitque ignem, *Luna aquam* concitat. hinc est, quod pro *Lunæ situ*, ætate, coniunctione, aut plenilunio mare fluit ac refluit, aërem Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, & Mercurius mouent: Saturnus vero frigidum, Mars æstuosum, Iupiter caloris sicut Venus frigoris temperamentum efficiunt, & Mercurius à sua natura non declinans, ventos etiam facit, & facilem præparat ad omnem mixtionem omnemque varietatem. Terra à cœlo stellato, hoc est, octaua sphæra mouetur, brutum & immobile elementum, tota cœlesti machina indigens vt moueatur. Sunt autem Planetæ numero septem, ad quam imitationem & metalla hunc numerum implent, verum non solum propter similitudinem, quam propter actionem, vtque dicam colorem. Aurum habitudinis temperatæ dependet à Sole, vnde colore & pretio non habitudine Solem sequitur: est enim Sol Planetarum princeps & rector, vti clara luce meridiana constat: Argentum vero Lunæ tribuitur colore, & in medicamentis post aurum, sicut Luna post Solem, minus est luminare. Ioui assignamus stannum, non

propter

propter colorum solummodo sed & naturæ similitudinem: color enim stagni Iouialis stellæ colorem imitatur, & id facilè flectitur, impressionesq; recipit, & est Iouis natura, quæ mites facilesq; homines reddit. Æs siue cuprum Veneri & colore & naturâ persimile, non sine difficultate flectitur, & ipsa Venus flexibiles, in genitura natos efficit, & color æris Planetæ colorem reddit, cui etiam tinnitus adest. Saturno plumbum frigiditate concordat, & sui grauitate eiusdem Planetæ tarditatem imitatur. Ferrum siue chalybs, vtrumque ferrum est, sui siccitate siccum Martem sequitur. Hinc ferrum, in rebus bellicis aliis Metallis præualet, vt est natura Martis. Argentum viuum, quia mobile est, vt Mercurius Planeta, nulli adhęrere noscitur: nam si alicui inhæreret, illius sectæ foret, & in coitu cum aliis aliquid ex se indicaret, sed non ita est: nam in eorum naturam, quibus adhæret, vertitur, ita vt verti & adhærere sint inter se longè diuersa: est enim cum bonis bonus, & cum malis malus: hinc inde ajunt Philosophi, hoc metallum facilima arte abire transmutando in aurum, cuius exemplum alibi inuenies in sequentibus, vbi per eius Amalgama cum auro abit simul in verum aurum perfectum &c.

Quando autem septem Planetæ cum septem metallis, actionibus & coloribus vniuntur, sic etiam septem principaliora membra microcosmi pro ratione Planetarum adnumerantur; Luna respiciet cerebrum, Mercurius pulmonem, Venus renes, Sol cor, Mars fel, Iupiter Hepar, Saturnus splenem &c. Hinc & Philosophi à septem Angelis dependere potentias Planetarum affirmant, vti videre est in consiliis super lapidem Philosophorum. Cum morbis verò Planetæ sic correspondent. SATVRNVS, cuius motor erit ORIPHIEL, frigidus siccusq; est, ex corpore nostro habet splenem, item ossa ac melancholiam: è morbis verò possidet immanitatem, rabiem, timorem, omnia luxata, regium morbum ex liene ortum, elephantiasin, podagram, & omnem ægritudinem diuturnam, vt sunt tabes, phthisis, destillatio, catharrus, hydrops, cancer, & alia genera frigore contingentia. IVPITER, cuius dominator ZACHARIEL, habet jecur, & buccam ac stomachum; huic sub-

 jacent

Jacent angina, dolor lateris, peripneumonia, attonitio, dolor capitis, lethargus, cardiaca, omnesque morbi ex nimietate sanguinis prouenientes.

Mars, cujus regens Samvel, febres tertianas, hemitritæas, continuas, pestilentiam, abscessus biliosos, apostemata cholerica, abortus, & incommoda ex bile, vitiliginem, hemicraniam, sacrumque ignem moderatur & regit, & sibi ipsi vendicat.

Sol, quem reget Michael, calidus & siccus, vtroque tamen juuat & viuificat, quod in qualitatibus Martis non reperitur; malus enim Planeta est. Sol cor, medullas, ventriculos cerebri, & inter morbos colum, vnde nutrimentum sumimus, infestat, sibi vindicauit.

Sapientes antiqui Solem comparauerunt Deo, quoniam á Deo omnis splendor spiritualis & indiuisibilis deriuatur, omniaque eodem intrinsecus illuminantur, non aliter quàm claritas & fulgor visibilis & externus omnis ab ipso Sole procedit; namque vt in materialibus Sol; sic in spiritualibus Deus est Imperator, igneum sceptrum tenens. Secundùm Sidrac. sapientem, tria percipiuntur in Solis essentia, videlicet ipse Sol, ejus lux seu claritas, & calor viuificus: Solem ipsi Deo Patri, claritatem Filio, & calorem Spiritui sancto referunt. Splendor immediatè oritur & deriuatur à Solari corpore vnico, caloris effectus & beneuola virtus ab vtroque descendit.

Venvs, cuius rector erit Anael, frigoris, humorisque temperati domina, adipem, suppurationes humidas ac frigidas, & humiditatis copiam, fistulas, vomicasq; & genitalium incommoda moderatur.

Mercvrivs, qui regitur ab Raphaele, linguam & eorum ægritudines, qui secum immurmurant & loquuntur, nec non cogitabundos, & de morbis tussim, grauedinem, quam *Corizam* vocant, raucedinem, quæ *Bronchos* nuncupatur, subusque superabundantiam, comitialem morbum assumsit.

Lvna quam reget Gabriel, paralysin, vultusque obliquitatem, agitationem membrorum & spasticos sub dominio tenet: vnde Lunæ danniones tribuimus, hos namque vultus obli-

obliquitas nominat: sic de morbis, qui Planetarum vim propriam sentiunt.

Planetis & hinc etiam horæ sunt attributæ, à quibus dies nominantur, hoc ab Ægyptiis ad Græcos dudum fluxit, & Apostolus in sacris Epistolis de hac re etiam innuit: Nam septem dies septimanæ nomen à septem Planetis acceperunt, non tamen seruato ordine; & dies Solis, quem *Dominicum* ob resurrectionem Domini nostri Iesu Christi vocamus; Lunæ, Martis, Mercurii, Iouis, Veneris, Saturni. Primâ enim horâ Dominici diei Sol dominatur, deinde Venus, & sic per ordinem, quousque Luna primam horam sequentis diei occupans, nomen imposuit, & sic in cæteris ordo seruatur, &c.

Sic humores in corpore nostro & numerum, & qualitatem elementorum imitantur, sunt enim numero quatuor, bilis atra bilis, pituita, sanguis. Bilis quam choleram, calida siccaque ignis elementi similitudinem gerit: Subjacet Marti & Soli præcipuè, vterque enim calidæ siccæque naturæ esse cognoscitur.

Atra bilis, quam Melancholiam vocamus, obedit Saturno, cuius naturam imitatur: nam vtrumque frigiditate siccitateque pollentem videmus: Est autem de natura terræ atra bilis, quam frigiditate & siccitare scatentem, de natura sui sterilem putamus: sed cœli auxilio fertilitatem sortitur. Pituita, quæ phlegma est, aquæ elemento assimilata, Lunæ & Veneris humido frigidoque pollentium dominium sequitur; Et pituitam huiusmodi esse rationes asserunt. Sanguinem Iupiter aëri persimilem, caliditate siccitateque sibi ipsi consentaneum optima ratione vindicauit. Aër enim & sanguis & Iupiter humorem calidum occupant.

Paracelsus tom. 11. fol. 76. in lib. de Asotho, ait: Homo terrenam elementarem essentiã in carne habet, in musculis, in sanguine extra venas. Aqueam autẽ elementi partem habet in sanguine venarum. In sanguine etiam magnam habet partem essentiæ aeris. Maxima autem pars aeris est in stomacho, & in intestinis. Quantum ad quartam elementarem essentiam, ignem attinet, habitat illa in omnibus oßibus, & in eorum medullis, fines & vltimam regionem habens in corde & capite: vnde Elementum scaturit in oculos ad visum, in Cagastrium Aquastrum, ad vitam eius, in essentiam sælnitream, ad eius vitam, sanitatem, morbos, denique omnia accidentia, bona ac mala.

Paracelsi verba hæc sunt de Planetis:

SCIRE vos velim, Planetæ Soli subijci coronam, sceptrū, solium, omnemque regiam potestatem & majestatem, omnem dimationem, omnes diuitias, thesauros, ornatus & apparatus hujus Mundi.

LVNÆ Planetæ subjecta sunt omnis agricultura, nauigatio, peregrinatio & peregrinatores, & quæ alia huc spectant.

Planetæ MARTI subijciuntur, munitiones (vt vocant) omnes, bracteæ, loricæ, tormenta, hastilia, denique omnia arma, & quæ ad bellum pertinent.

Planetæ MERCVRIO subijciuntur omnes literati, omnia instrumenta mechanica, & quæ ad artes requiruntur.

Planetæ IOVI subijciuntur omnia judicia & iura, ordo vniuersus Leuiticus, omnes Ecclesiarum ministri, templorum ornatus, clenodia, & si quæ alia huius classis sunt.

Planetæ VENERI subijciuntur quæcunque ad Musicam referuntur Musica instrumenta, & exercitia Venerea, amores, scortationes &c.

Planetæ SATVRNO subijciuntur, quicunque in & infra terram operantur, vt metallarij, cunicularij, vespillones, fontium effossores, velut & omnia his familiaria instrumenta &c.

Hic itaque ordo Planetarum, metallorum, elementorum ac humorum, de stellis dictum est.

Ptolomæus lib. 4. Iudiciorum, accommodat ætates ad Planetas. Luna gubernat infantiam quatuor annis propter humiditatem. Sequentibus decem annis; Mercurius ingenii Magister, & morum informator: Octo sequentes annos sibi vendicat Venus, ingenerans blandimenta cupiditatū ac libidinum. Post Venerem decem & nouem annis dominatur Sol, sapientiæ, grauitatisque author. Post Solem Mars, annis quatuordecim, curam laborum ac contentionum inserit. Martem excipit Iupiter, consiliorum & prudentiæ parens, atque moderator, annis duodecim: & sic complentur anni sexaginta octo. Quod reliquum est ætatis Saturnus conficit, inertiâ, morositate ac mœstitia &c.

Hæc sufficienter sint dicta de Planetis, stellis atq; signis, de his plura in libello meo de miscellaneis philosophicis, ad vnicum tamen Solem fiat reuersio.

Quando verè, vt supra dictum, Sol inter Planetas magni parentis lumen, primas; ita & aurum inter metalla tenet, estq; subiectum omnium virium elementarium cœlestium atque supercœlestium, ab influentia autem cœlesti ac supercœlesti, deorsum in hunc Mundum & orbem concentrando delabuntur ac in hoc vnicum metallum confluunt, inque eo arctissimo nexu asseruatæ, atque vinculo indissolubili colligatæ tenentur atque concluduntur: Et veluti Sol communicat & prælucet omnibus stellis ac Planetis, & ab ipso tanquam Rege, lumen omne recipiunt, operam vicariam, assurgendo vel motus variatione sese accommodando præstant, dum in Apogæo tardi, in Perigæo celeres, nunc retrogradi, nunc apparent directi: Sic ab Auro cæteræ res valorem & sui pretium consequuntur, quæ vicissim illi cedunt in honore, durabilitate & virtute. In honore; quia in Regum coronis & sceptris gestatur, in poculis & patinis vsurpatur, in catenis & vestibus visitur. In duratione, quoniam ceteræ res in chaos Elementorum citò redeunt; Aurum verò nunquam, nisi tardissimè: In virtute, quia & Medici Hippocratici ipsi summas vires ascribunt, propter quas suis Medicinis folia, limaturam, puluerem immiscent, & ægris propinant, vti paulò post infinitis exemplis constabit.

In Auro spiritus est secretissimus ac cœlestis, omnibus creaturis totius Mundi vitam, substantiam, essentiam largiens; vnde proximè Dei gerit imaginem; Idem ille spiritus in cœlo liber-

Hinc apparet, quomodo anima Mundi per supercœlestem inuisibilem & insensibilem ignem commoueat lumen & ignem Solis, qui postea mouet vires astrorum, & tandem per Lunam demittit in terræ globum, vsque in intima abyssi profunda distribuendo, quemadmodum semen virile in globum vel vas matricis emittitur atque eiaculatur.

Sicuti superiores cœlestes Planetæ suum splendorem & lumen accipiunt à Sole cœlesti: Eodem planè ac simili modo accipiunt terrestres Planetæ vel corpora metallica suum splendorem, lumen, vim ac radios ab Auro, vtpote à Philosophico & terrestri Sole. Quando Sol in cœlo Peripheriam suam voluit permeatq; vias seu plateas cœlestes, per quas ad Planetarum aliarumve stellarum domos ac hospitia diuertit, siquidem eius ductu Planetæ omnes agitantur, præsentiâ nondum coniuncti torquentur, & coniunctione corporali lætantur: sic con-

sic confortando illarũ vim ac operationem, quam in aere habent, excitat, vnicuique infundit lumen, vitam, motum vsque ad infima & profundissima loca terræ, vti per Martem calorem, per Saturnum frigus &c. vti ex superioribus constat.

liberrimè diffusus, motu ac virtute sua in terra maximè; vt in centro ejus arctissimè contractus condensatur, & quasi in substantiam illorum incorporatur, quæ in terræ centro proueniunt. Inde metallis totus clauditur & figitur. Hic spiritus vnus idemque conuenit cum omnibus animantibus, vegetabilibus ac mineralibus, teste Paracelso in libello de Peste cap.2. Quicquid à Deo est creatum siue mobile vel immobile, comprehendit in sese occultum spiritum, vitaque hominis nihil aliud est, quàm subtilissimus tenerrimus vapor & spiritus, proueniens ac euaporans à sanguine cordis, permeatq; omnia membra, & quatenus ille spiritus inuenit dispositum membrum siue instrumentum, eatenus in homine operatur, idque potestate astrorum seu influentiæ cœli: Exempli gratia, Spiritus continens in cerebro, mediante & cooperante illo dat & introducit intellectum, rationem, sensum, memoriam, prout ab astro communicatur: (memoriain digitis, pedibus, Scalig. in Exercitationibus.) Sic spiritus oculorum dat visum; narium spiritus causa est odoris; Aurium spiritus parit auditum; Linguæ spiritus dat gustum siue saporem; Amorem ac cupiditatem introducit spiritus hepatis; eius gratiâ sumo causa locutionis, lien risum; fel verò iram concitat: neruique sunt motionis instrumenta, &c. *Sic membra illa principaliora in Microcosmo reguntur à spiritu; Spiritus ab astris; astra à Sole, Sol vero à supremæ vniuersitatis rectore, solo videlicet Deo, dierum antiquissimo, errare nescio, ac luminum Patre. Hic arcanorum conditor, hinc inde proprietates creaturarum, hic rerum omnium perfectus artifex, hic creator sublimis, gloriosus ille Iehoua Deus.* Ab hoc dependent & profluunt radiorũ solarium efficaciæ, vt calor flores omnisque generis germina producat: sic supernè homo quæ habet à Deo tenet, qui solus etiam scientiæ liber ac fons est: Hic Medicinæ parens Sirac. cap.34. Sic Pater luminum splendorem ignis sui emittens & communicans primò Soli & cæteris cœlestibus corporibus inde tanquam per media instrumenta in hunc nostrum ignem influit: Hocque modo omnium Planetarum vires & virtutes

Spiritus Dei incubabat superficiei aquarum. Gen. 1. sect.2.

Matrix Mundi est aqua supra quam spiritus Domini ferebatur. 2. Pet.3. Terra ex aqua emersit.

Quatuor naturæ principia: Inter cœlestia

in Sole

in Sole reperiuntur: Inde Philosophus dicit: Perscrutamini Scripturam & naturam, in qua Dei miracula sunt occulta: Hoc modo sonabit sapientiæ studium promouere, DEI, naturæ & artium secreta indagare.

lestia Sol obtinet primas: Inter vegetabilia vinum: inter animalia cor: inter mineralia aurum.

Magnus Mundus cum Mundo paruo per omnia vnus, instar prolis cum parente suo, à prudenti antiquitate sapientes quidem microcosmos, à multis hodiernis sine intellectu ita vocatus, quod magnus visibilis Mundus sit factus homo: Et quemadmodum magnus Mundus bipartitus visibilis & inuisibilis, ita etiam homo paruus Mundus duplex est; Visibilis secundùm corpus, inuisibilis secundùm spiritum. Sunt autem in homine duo spiritus, vnus è firmamento sydereus spiritus, alius venit è spiraculo vitæ, & ore Altissimi est anima intellectualis à Deo inspirata. Ita homo habet tres partes, corpus mortale cum sydereo spiritu, & animam æuiternam, quæ est domicilium imaginis DEI, vel Spiritus sancti in homine; si homo propria voluntate viuit secundùm carnem, sensualiter est brutum. Si viuit rationaliter, tunc est homo, & dominatur animantibus in suo corpore. Si verò imaginis DEI proprietate obseruata viuit secundùm Dealem spiritum ex arbore vitæ, seu secundùm talentum & thesaurum in fictili sibi concreditum ac depositum, dominatur astris & omnibus rebus. Omnes homines vnus homo, è carne, sanguine & spiritu: Quare hominis cognitio peti debet ex vtroque lumine, quia Filius non cognoscitur ex seipso solo, sed è Patre. Homo autem habet Patrem duplicem; æternum, cuius imaginem gerit, & mortalem, qui est totus Mundus cum omnibus creaturis, id est, limus terræ seu arcanum, & esse omnium creaturarum pretiosissimum; omnibus Philosophis, Medicis, Astronomis & Theologis ad considerandum & examinandum propositum. In homine enim ipso minore Mundo, non est membrum, quod non respondeat alicui Elemento, alicui Planetæ, alicui intelligentiæ, & alicui mensuræ ac numerationi in Archetypo.

Luc.19. Matth.15. Matth.7.

Animum intellectualem & immortalem ad DEI imaginem ac diuinæ Trinitatis simul ac Vnitatis similitudinem creatam,

Gen.2.v.7. Esa.42.v.5.

Zach.12.v.1. Sapi.2.v.23. 1.Ioh.2.v.27. Ioh.4.v.14. 2.Cor.3.v.3. &c.

tam, seu Spiritum DEI, inhalatione habet homo, vt sic etiam vnus sit cum parente cœlesti per omnia. Est enim in nobis per suum Spiritum, ex quo discimus Theologiam sacram, omniaque cœlestia & terrena arcana sine errore: Imò in ipso sumus, viuimus & mouemur. Ac vt Deus est vnus in essentia, trinus in personis; sic homo vnus in persona, trinus in essentia distincta, scilicet terreno corpore, spiritu æthereo Schamaim, ac viua viuificante anima à Deo inspirata, & DEI domicilio triunus compositus est: Hoc testatur juxta sacram Scripturam mirabilis concordantia creatoris cum creatura, in qua summus creator voluit manifestari vnitrinus seu trinunus: Insuper vnanimis consensus omnium verè philosophantium è lumine naturæ: si qui sint, qui fortè negent has tres partes, oportet tamen vt fateantur hominem è limo terræ per verbum *Fiat*, creatum, etiam æternum Spiritum seu spiraculum vitæ ex ore Dei inspiratum, limum videlicet cœlorum accepisse. At limus terræ duplex, visibilis & inuisibilis: Corpus seu domicilium habet à terra & aqua; vitam seu incolam ab aëre & firmamento ignis, hoc est, spiritum sydereum, qui verè homo est, non caro & sanguis: Et sicuti spiritus sydereus est vita corporis, ita Spiritus Domini est vita intellectualis animæ: & vt sydereus spiritus in corpore habitat, ac dies & noctes operatur, quia hic inuisibilis homo est ipse firmamentum, & omnia in se habet, ita Spiritus Domini, DEI Verbum, homo æternus in anima habitat: Domus est habitatio animæ, anima & habitatio & domicilium DEI. Paulus summus Philosophus & Theologus etiam tres hominis partes ponit, Spiritum, animam & corpus.

Luc.1.v.47. 1.Thessal.5. v.23. Genes.2.v.7.

Cùm homo (complementum omnium operum DEI perfectissimum, totius vniuersi completissima imago, & expressissimum DEI simulachrum, in quo creando quieuit, vt nil honoratius creandum præ manibus habens, in ipso veluti supremo artificio, conclusa & consummata est omnis creatoris sapientia atque potestas, quia omnia in se continet, quæ in DEO sunt) sexto die ex omnibus compositus, creaturarum sit

vltima,

vltima & imago non solùm Dei æterni, sed etiam Mundi magni, quia cum illo omnia in se complectitur ac continet: Sequitur, quod tres Mundi seu cœli in homine reperiantur, & quod à tribus Mundis geratur, vel potius omnis sit Mundus, & totius vniuersi exploratissimum exemplar: Ideò à quibusdam QVARTVS MVNDVS vocatur, in quo omnia illa inueniuntur, quæ sunt in reliquis tribus, qui etiam propterea omnis creaturæ appellatione censetur.

Habet enim spiritum seu mentem à DEO: Quid enim est spiritus hominis ab ALTISSIMO inspiratus aliud, quàm ipse DEVS in nobis habitans? Corpus inuisibile, seu verus internus homo, ratione & spiritu astrali constans, cum Angelis congruit; est enim socius illorum: Et si verus est Magus, Angelis non est inæqualis in omni operatione magica, & est dominus ac possessor omnium rerum. *2. Reg. cap. 2. v. 24.*

Homo cum triplici Mundo 1. Archetypo seu Deali, 2. Intelligibili seu Angelico. 3. Sensibili elementali seu corporali communicat, symbolum cum omnibus, item operationem & conuersationem habet.

Communicat enim cum DEO Archetypo animo seu mente, quia ad imaginem eius, propter spiraculum vitæ factus est. Anima intellectualis Diuinæ animæ quædam particula est, quà ipsâ DEVS mentis suæ semina quædam, & effigiationem in nobis expressit, non absimili ratione, quàm vt Echo ex reuerberatione aëris vocem suam de longo remittit, quo ipso vegetabilem exprimit animam. Mens verò eleuata in DEVM Altissimum, & cum ipso vnita conuersatur cum DEO, & eadem opera efficit, nec reperitur aliquid in homine, non vlla dispositio, in quo non fulgeat aliquid Diuinitatis, nec quicquam est in DEO, quod ipsum non repræsentetur in homine.

Cum Angelis symbolum habet ratione corporis inuisibilis & animæ rationalis, cuius beneficio operatur & conuersatur cum ipsis, & eandem cum eis habet sapientiam: Est

 enim

enim Gabalis socius Angelorum: sicuti etiam cum firmamento & stellis, à quibus illud corpus astrale seu spiritum sydereum accepit, qui verus homo est astralis, quia caro & sanguis non est homo, sed spiritus in illis contentus, qui spiritus astralis est subiectum rationis humanæ, sensus & sapientiam continentis, & cum corpore fit animal. Hic spiritus & astra in homine vnum sunt; at corpus est huius spiritus subjectum.

Et sic astra regunt hominem in spiritu, & spiritus hominis regit corpus in carne & sanguine. Hic spiritus mortalis est: Anima intellectualis verò à DEO inspirata, sola est immortalis.

Cum Elementis correspondet etiam, vnde corpus physicum, terrestre ac mortale: Item cum elementatis animantibus, vegetabilibus & mineralibus omnibus: Horum enim omnium naturam ac proprietates in se possidet. Pergamus ad reliqua.

Antiquissimi Caballistæ & sapientes Magi naturalis scientiæ periti, plenariam totius naturæ cognitionem in DEI lumine adepti, (vide consil. super lapidem Philosophorum) exordia rerum omnium totius Mundi puncto lineæ rectæ & peripheriæ assimilarunt.

Metallis characteres & nomina cœlestium Planetarum impertiti sunt, (consilia) propter singularem concordantiam, & correspondentiam, & quia se inuicem mutuò interpretantur.

Inprimis singularem conformitatem, concordantiam, & similitudinem mutuò inter se habent SOL cœlestis, & terrestre AVRVM, quare veteres Sophi & Caballistæ etiam vtrumque tàm cœlestem quàm terrestrem Solem vno charactere hieroglyphico, videlicet integro circulo, & visibili centro describere & præfigurare voluerunt: Siquidem Solis character tum cœlum tum terram refert; nam circulus cœlestes motiones & influentias, centrum terrenam & fixam naturam promittit.

Inde

Inde Crollius conijcit: Quicunque veri puncti & centri rationem cognoscit, nihil in rerum natura vnquam ipsum latere potest, cuius non habeat perfectam notitiam: In eo siquidem rerum abditarum fundamentum & radix cùm consistat, non immeritò etiam omnium artium & scientiarum fundamenta naturalia hinc primùm elicienda & depromenda: Itaque vlterius ad examen AVRI seu SOLIS TERRESTRIS accedamus.

Præfationis Partis Quartæ Finis.

PRÆFATIONIS
PARS QVINTA.
De Auro.

SICVTI cor & cerebrum in Microcosmo duo principaliora membra inter septem existunt, (quemadmodum illis innotuit, quibus harmonica Analogia superiorum & inferiorum, vtpote qui ex Astrologorum suffragiis, duobus maximis cœli luminibus duo maxima hominis viscera, cor & cerebrum, dicata esse confiteri queant.) Ita præcipuum ac generalissimum est Medico, vt qui curat inprimis cor, tanquam Regem reliquorum membrorum defendat, postea morbum aggrediatur. Vt enim cœlo ac Mundo præest Sol, gaudium totius creaturæ, in ipsum vniuersum Mundum, & quæ in eo sunt, imperium habens; ita & in animantibus, vniuerso corpori ipsum cor prædominatur. In ipso enim fons & scaturigo vitalis spiritus & sanguinis omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens. Sic in Auro, mediante Deo, maximum confortatiuum cordis latenter quiescit; imò in Auro omnium magisteriorum est reseruaculum, vita & regeneratio: Aurum colorem rubeum Solis ostendit, nec non puritatem & lucem; vt argentum Lunæ albedinem & nitorem: Aurum verissimnm est Heliotropium, omnisq; rerum natura, quod ad Orientem & Meridionalem saltem Solem generatur, calore gaudet, aque Solis æstu satis maturatum, igne non corrumpitur, alienumque calorem quemcunque non pertimescit: Aurum naturale Solis est filius, inque suis visceribus tanquam filius de patris natura calorem innatum solarem abscondit, ore vultuque patrem soboles refert, eius mores ac virtutes in substantia & essentia imitatur. In Auro elementorum perfecta est adæquatio, estq; sub-

jectum

Cor focus caloris, centrum microcosmicum, Rex & Princeps reliquorũ membrorum; quo saluo, cætera salua, læso læsa sunt, primum viuens, & vltimum in animali moriens, fons caloris ac spirituum, tutor, rector & inspector est aliorum: at primogenituræ ius habet, spectat ad conseruationem totius familiæ, camareq; æstuosum affectuũ turbinibus est, quare pacandum veniet Auro in medicamentum concinnato sine peregrini additione. Aurum ex summè corroborantibus primum est. Æquatio qualitatum, quasi corticem externum

super

jectum vniuerſale trium regnorum, nimirum, Animalium, vegetabilium & mineralium, vitæque eſt inſtar rerum omnium, tantamq; affinitatem & harmoniam cum corpore humano ſeu microcoſmo formà ſuà internâ tenet, quantā quantam cōcordantiā cum Sole cœleſti mutuam poſſidet: Aurum oīa ſuperare potis eſt, tam virtute & pretio, quàm vi & præmio: Quis enim adeò circumſpectus habet robora vel chalybem, vt multis in Auro armatis reſiſtere valeat? Quem adeò virtus ſuſtulit, vt non ab Auro dejectus ſit? Quis Auri vires medicinales in tam firmis & duris compagibus ac clauſtris latere ſciuiſſet, niſi labore & ſumptu præuio indagaſſet? Quis caſtra munita (teſte Philippo Macedone) expugnauit, annón Aurum? Hoc pretioſiſſimum Mundi donarium nullam aut exiguam ſui vtilitatem ac virtutes oſtendit, (ſolidum enim & compactum) niſi arte aut manibus humanis moueatur; in hoc natura ſubterranea ſummum apicem ſuæ perfectionis oſtendit. In tota claſſe vegetabilium aut animalium non datur aliquod remedium, ſiue ſimplex, ſiue compoſitum, quod ſimul calidum & humidum in ſummis & innoxiis ſit gradibus, abſque peregrini permixtione, quod tale perduret in igne, in aqua, nec vnquam deſtruatur, quodque ſit tenuiſſimarum partium & cordi familiariſſimum, quale eſt vnicum & ſolum Aurum debitè præparatum. Veluti terra quanta quanta eſt centrum vniuerſi, primique mobilis, & Sol cœleſtis, tanquam lampas diurna circa hanc in circulū ducitur, nihilominus ipſe exiſtens cæterorum Planetarum norma centralis, ſic aurum in ſua natura circulare centrum inuenitur rerum in Mundo proſtantium.

Fatentur multi celeberrimi Medici, Aurum confortationi & tremori cordis inſeruire, viſum recreare, curare lepram, comitialibus exhiberi, vino extinctum ſplenis doloribus mederi, lipothymia laborantibus cum ſaccharo & oſſe de corde cerui in aqua bugloſſæ prodeſſe; melancholicis ſecum loquentibus conferre, putredinē corporis prohibere, &c. quæ in ſeqq. latius.

ſuperinduxit Auro, ſeu potius clypeum Achillis, ſub quo tanquam teſtudo ſub teſta duriſsima, ſua inferiora viſcera abſcondit, & ab iniuriis prætereuntium ſeu iniquè tractantium tuetur.

Quemadmodum Sol cœleſtis ſe habet erga reliquos Planetas, tanquā Rex enim ſedet in meditullio aliorum Planetarum, (conſil. 12. ſup. lapid. Philoſ.) luce, magnitudine, pulcritudine omnes excellens, oēs illuminans, virtutemq́, illis ad inferiora quæq́; diſponenda diſtribuens: Ita etiam Sol philoſophicus ſeu naturale Aurum erga reliqua metalla: Metallorum enim puriſsimum eſt Aurum, in quo ſplendor Solis, ignisq́; cœleſtis radius eſt, & in cuius corpore perfectiſsimo quatuor Elementa conueniunt.

Rubinus habet in se effectum omnium lapidum pretiosorum; sic etiam habet Aurum (nobilior lapis omnium pretiosorum) in se virtutem omnium lapidum ductibilium, metallorum scilicet, quia continet in se omne metallum, & ea tingit ac viuificat, de quibus longius in Præfatione de Lapide vniuersali, vide & consilium desuper 11.12.& 13.

Auicennas dict.5.cap.7. In Auro, inquit, sunt naturæ absconditæ, quæ prosunt toxico, aut illi, qui percussus est ferro; & pueris nascentibus, si quando natus fuerit, teneat, non timebit dæmonem. Et si prægnans mulier biberit, non abortabit. Et dict.6.cap.13. Non putes, quod lapides, quamuis cariores vendantur Auro, quòd magis valeant, quàm Aurum. Ideò enim pretium habent, quia pauci inueniuntur: Et de omnibus rebus huius seculi magis valet Aurum, & ita fuit & erit per omnia secula. Idem dict. 1.cap. 2. Et sicut Sol magis valet, dans fortitudinem suam vsque ad Saturnum, & deorsum vsque ad Lunam, & ita Aurum est pretiosius omnibus aliis: & ideò, quia omnes res cœlestes sunt mixtæ cum terrestribus. Sic quando in lib.2. de Medicinis cordialibus tract. 7. scribit, Aurum judicatur inter judicium argenti & hyacinthi; & est quidem infra hyacinthum, & supra argentum, cujus quidem complexio temperata est, aliquantulum vicina colori, & eius operatio est à proprietate. Hic Auicennas præfert hyacinthum Auro, non quod gemmæ Auro meliores, sed rariores & pauciores inueniantur.

Magi illi seu sapientes viri, qui Regi Regum recens in Bethlehem nato, Christo Saluatori nostro, genethliaca obtulerunt dona, inter cætera aurum elegerunt, vtpote Regi ob æternitatis imaginem debitum. Vt enim palma & laurus dabantur antiquitus æterno temporalibus, & mox morituris Regibus in symbolum certæ alicuius victoriæ: Sic huic æterno Monarchæ, qui carnem humanam in tempore assumpsit, at in æternum non depositurus est, meritò datur aurum, vnum, perpetuum, non ob humanam necessitatem, tamen ob diuinã omnipotentiam & affluentiam. Ne quid de auri vsu in veteri Testamento adijciamus, hoc constat, etsi sit & habeatur æternum

aurum,

aurum, ignibusque inseparabile, tamen à Moyse, ex jussu diuino, aureum vitulum (in Eremo idololatriæ obiectum, ab Aarone erectum, Exod. cap. 23.) combustum, eiusque puluerem aquæ inspersum, populo Israëlitico propinatum fuisse, quod non absque miraculoso artificio, siue diuino siue chymico, factum suspicamur. Aurum sanè vnicum verè in rebus humanis incorruptibile existit, longissimæque est durationis, vnde proximè ad æternitatem videtur accedere: Est pulchrum visu, tenuissimum dilatatu, ponderosissimum tactu, rarissimum inuentu, saluberrimum vsu judicatum, cùm æternitatis haud obscuras in se ostendat proprietates, præ aliis sapientibus arrisit, vt esset corruptibilium norma, terrestrium thesaurus, & Elementorum compendium: Quod etsi à furibus & prædonibus auferri possit, tamen ab igne, & aqua, carie, putredine, tineis & vermibus præseruatur vt tutissimum vitæ humanæ balsamum & viaticum, quod in paruo corpore multarum rerum censum contineat, tanquam alter Tydeus, de quo dicitur, quód paruus mole corporis, magnus virtute mentis extiterit.

Ipsum Aurum hominis partes, tanquam Microcosmi ideam optimè exprimit, tam animam, quàm corpus: In ejus compositione hoc maximum, quòd resurrectionis humanorum corporum, animæque in ea remittendæ imago apparet manifestissimè: de quibus in Præfatione super lapidem Philosophorum. Apud sanctum Iohannem Euangelistam in Apocalypsi cap. 21. v. 18. Æterna ciuitas comparatur Auro: Vrbem sanctam, dicit, eam fuisse Aurum purum, & similem vitro puro.

Multi Auri vsum externè, non verò internè norunt.

In Auro est omnium magisteriorum reseruaculum. Auri enim

Aurum non solùm omnium defectuum & superfluorum in corpore humano remedium, verùm etiam materia, in qua optimum medicamentum, tanquam nucleus in testa sua conclusum delitescit, (vti ex sequent. capp. patebit.) Hoc vni eique præcipuo corporis nostri visceri cordi conuenit, vel ex proprietate occulta, vt quidam ex Medicis loquuntur, vel aperta temperie, quæ in eo summa & æquata reperitur. Aurum solum, vt sapiens quamlibet terram elegit pro patria, cùm vbique benè se habeat, omnia sua secum portet, nec aliena appetat, ipsum

Quin-

Quinta essentia resistit solis & reliquorum Planetarum operationibus in homine.

ipsum ab aliis semper appetitum. In hoc vno Auro æternitatis imago relucet, cùm idem tanquam pulcherrimus ille Narcissus sese in fonte aquæ splendidæ contempletur, seipsum depereat amore, & à seipso pereat perennis vt viuat: A quo enim liquescit, & omnia alia labascunt, nempe igne, nutritur solùm vt Salamandra, cùm in igne creuerit vt Pyrausta. Crollius dicit vera illa Philosophica, & nobilissima Lympha haud sese multis offert, (Aqua sapientiæ) & nonnisi Philosophis ancillari libuit.

Aqua sapientiæ Philosophorum vna est, quæ omnia metalla ac lapides ab impuro Puncti quaternarii coagulationis vinculo philosophicè & naturaliter liberat: Nec est sub cœlo modus alius dissoluendi physicè corpus Solis quam per vniuersale menstruum Mercuriale Philosophorum totius naturæ secretissimum, quo dum per ignorantiam & difficultatem acquirendi caremus, consueuerunt in defectu perdicum, famem etiam carnes bubulæ sedare, siquidem coquus in absentia ligni quercini ad coquendos cibos vtitur fagino seu betulino. Ad nostra.

Auro Metallorum Regi & capiti secundùm Hermetem, corpori videlicet perfectissimo & purissimo, à nullo Elementorum domabili, & à Deo ac natura perfectè secundùm materiam & formam elaborato, non solùm omnes cœlestes vires Planetarum (consil. 16.) aliorumque corporum metallicorum ac mineralium, sed & vegetabilium ac animalium infusæ sunt; inde fit, quòd nec ignis violentia hanc temperatam Elementorum desponsationem & conjunctionem separare, nec terræ fœculentia vitiare, nec aquæ limositas cõtaminare, nec contactus aëris obumbrare aut corrũpere queat. Inde à Sophis tam propter cœlestes quàm terrestres latentes vires, *Omnis homo Microcosmus* & *Adam* nũcupatur, sicuti illud Finis & perfectio operis naturæ: Imò septenarius pfectionis numerus ferè cõpletus est, vltra quem natura (sine adjumento artis) in sua potentia & operatione altius procedere potis non est, sed quiescit, vti ex secunda Parte hujus Præfationis constat, in septimo die IEHOVAM sabbatizasse ac conquieuisse, Gen. 2. Veteres non sine causa dixerunt, in Sole & Sale contineri omnia, videl. non illo

excre-

excremētitio, ſed de centrali balſamo naturæ vniuerſali, quod ab omni æuo veræ Halchymiæ nomen dedit. Aurum ſanè eſt omnium rerum centrum, ſiquidem pro illo obtinendo multi operantur, ſtudent, loquuntur, ac ſilent, inque medio omnium merito ponitur, circa id enim Reges, Principes, nobiles, ignobiles, ciues, ruſtici, opifices, literati & illiterati, & denique quotquot in mundo · gunt, ſumma occupatione laborant: Reſpice bella, nauigationes, mercaturas, tot inuenta ſubtilia, quibus orbis ferè totus præoccupatur, annon pro auro fiant.

Vti ſplendor Solis communicatur Lunæ cum cæteris facibus cœli, ſic & terreſtri auro, quod cum aqua & igne nec non aëre & terra proportionaliter temperatum exiſtit, hinc ſplendidum fulgorem noctu diuq; oculos humanos perſtringētem de ſe proiicit. Quod præter ipſam experientiam teſtatur Hermes capit. 7. tract. 7. Ideo, inquit, Philoſophi ipſum prætulerunt & magnificârunt, dicentes: Aurum hic haberi in corporibus, ſicut Sol in ſtellis ſub lumine eſt ſplendidior. Et Geber in ſumma lib. 2. cap. 5. Quod verò aurum claram & mundā ipſius ſubſtantiam habuit, per ſplendorem eius fulgorem & radiantem manifeſtatur, non ſolum in die, verum etiam nocte.

In auro omnia ſunt vnum, atque illud vnum tripliciter conſideratur, vel vt ſubſtantia terrea, quæ in fundo manet, & tanquā oſſa in homine, alia ſuſtinet; vel vt ſubſtantia aquea & aërea, quæ ſua natura in altum ſubuolat, ſed à terrea detinetur, nec poſſit, eſtque veluti caro & humores in homine; vel vt ſubſtantia ignea, quæ rubea eſt propriè & cæteris duabus profundiſſimè vnita, eas permeans ac maturans, eſtque veluti ſpiritus vitalis & animalis, calidumque natiuum in humano corpore. Mutum quidem aurum eſt, quoad ſonum ad vocem, nihilominus tacito quodam effectu ſuæ eſſentiæ clamat, & de Deo teſtimonium perhibet: Si enim tricolori viola, quæ herba Trinitatis vulgo dicitur, ob colorem trinum, *Æterna Trinitas*, & *Maieſtas Diuina* exprimi putatur, in ſubiecto adeo vili & quolibet vento vel æſtu perituro, quidni eadem potius in auro, quod tribus conſtat legitimis principiis, Sale, Sulphure, & Mercurio, veluti homo ex corpore, ſpiritu & anima, de quibus in præcedentibus dictum.

Aurum ſolum non formidat hoſtes, muros, Martem & alia, quia intrepidum, licet ferè omnium inſidias patiatur, inuictum permanet, licet vim ſentiat. Ignis quidem illud liquefacit, at non deſtruit; Aqua corrodit, at non conſumit, Oceanus abſorbet, ſed in fundo ſuo abſcondit & poſt remouit. Hoc vnum ridet omnes omnium conatus hoſtiles, eſtque veluti cygnus inuulnerabilis, à nullo ne Hercule ſubiugandus. Hæc eſt Aquila gemina Delphis (vbi Apollo ex auro ſolido aram, ex Crœſi illius ditiſſimi dono nullie laterum habuit) vtrinque verſus ortum & occaſum ad terrenum orbem circumlineandum emiſſa, quæ eodem loci reuertitur.

Quidam inter literatos aurum taliter definit, quod ſit omnium metallorum præſtantiſſimum, ductile, colore lucido, illique perſimili, quo cuncta à Sole illuſtrantur: Quod propria quadam attractriæ vi pollet, qua reſpicientium animos allicit & diſponit, vt ab illis illicò deſideretur. Vnde quidam exiſtimant, auro quamplurimas ineſſe dotes & virtutes, quidni ergo appetendum? Quando Ariſtoteles rogatus, cur pulchra adeò eſſent appetibilia? hanc quæſtionem cœci eſſe reſpondit, quia ſcilicet oculi proditores ſunt pulchri, idque imaginationi, hæc cordi, obferunt. Alexander hinc Magnus eiuſdem diſcipulus, Perſicas puellas vocabat dolores oculorum: ego facilimè crederem forſitan & alibi hoc dictu euenire poſſe. Sed ſumus inter bonorum appetentes, non ſitibundos Euclioncs, aut Ictericos, ob auri extremè laborantes, de quibus profertur: Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. Aurum quidem bonum non ſolum propter neceſſitatem & vſum externum, ſed propter internas eſſentificas ἐνεργείας ab aſtris, Sole, ac Principe Domino dominorum dominantium IEHOVA inditas, manifeſtiſſimè, vti ex præteritis facilè colligere eſt, tenens.

Iniurioſi erga Deum, ne dicam blaſphemi, exiſtimandi ſunt, qui putant, aurum ſaltem propter externas qualitates omnibus aliis rebus præpoſitum eſſe ab eo, tanquam luderet cum humano genere, cui ſplendida in colore, virtute autem inania & friuola, æſtimanda ſuppeditaſſet ac præſcripſiſſet.

An verò cenſent, fortuito gentes omnes in auri pretium con-

conspirasse, absque DEI singulari nutu & prouidentia? Quod si sic, vt Epicuræi longè à scopo aberrant. Socrates aliquando iuuenem de facie pulchrum, sed elinguem & malis moribus videns, Ecce, in quit, plumbeum gladium in aurea vagina: Alii Philosophi, inter quos Alphonsus sapientissimus, Reges ornatu & fastu graues, doctrina leuissimos & vacuos, asinos coronatos, arietes aureo vellere, simias purpuratas vocarunt, innuentes animum, qui potior pars est hominis, corporis nitori respondere debere, & Regem commendari à bene regendo. Verum abusus non tollit rei essentiam, substantiam, dignitatem, ac vsum, iuxta dicterium sapientum Philosophorum. Aurum enim, vt & alia, non esse datum homini in damnum, veluti Pandoram, à DEO statuimus, tanquam multorum malorum causam, sed potius quasi scrinium immensarum virtutum ac bonorum, quod ab ipsa natura clausum adeo & munitum est, ne ad dotes in eo reconditas indigni, & cerdones penetrarent, at solummodo docti, industrii & prudentes, quibus solis hæc scripta volumus, aliis, quibus vt suibus amaracinum, internecinium, oletum grauissimum videtur, vt se suo oblectent genio, permittimus.

De Semiramidis sepulchro legimus, quod hanc inscriptionem habuerit: Tu quicunque Regum thesauros diuitiarum inexhaustos appetis, intra me, quod sufficiat, inuenies: Hoc cum nullus Regum præcedentium religionis causa aperire auderet, Cyrus auri desiderio animum sibi addidit, vt scrutaretur, quid intus lateret: verum ibi nihil inuenit, præter ossa putrida, & hæc verba: Nisi pessimus esses omnium viuentium, non mortuis Regem negares, eorum claustra inquirendo, vt auro potireris, quod hic non reperis, nisi dedecus tui generis. Non ita sese rem habere cum auro existimandum, tanquam Creator summus illud tam arctè concluserit, vt auertat curiosos ab eius inspectione solummodo absque causa; imo potius ideo abscondit, vt aperiatur & perlustretur. Quæ enim natura pulchra & optima, nunquam vilescere, aut ante pedes prosternere voluit, sed semper sudorem ante virtutē posuerunt Dii immortales, vt Hesiodus inquit: Quæ rara, cara, & τὰ καλὰ δύσκολα. Hinc non frustra sapientiores aurum ita seratum aut conclusum autumant, sed insigniores virtutes,

præter colorem visibilem in essentiæ suæ latibulis abditas habere, quas indignos scire aut acquirere non deceat: propius accedamus.

Aurum natura est æquale atque subtile, inquit Auicennas lib.2.tract.2. Limatura eius ingreditur in medicinas melancholię, ac melius cauterium ac velocius sanabile est, quod fit cum cauterio auri. Retentio eius in ore remouet eius fœtorem,& ingreditur limatura eius medicinas Alopecię & Tyriæ liniendas,& iis immiscentur quæ bibuntur,confortat oculum in Alkohol positum. Confert doloribus cordis, tremori ipsius, & malitiæ animi, & ei qui solus loquitur. Fernel.lib.5.Meth.medendi cap.21.dicit, Aurum temperatissimum foliolis & quasi bracteolis ad naturę robur & affectus melancholicos, ad exolutum stomachum, ad cardiacos & præter rationem mœstos est efficax. Argentum frigidum, humidumque, temperatè auri vires quadantenus æmulatur, sed iam metallicæ malignitatis quodammodo particeps. Auicennas de argento sic loquitur: Argentum aliquantulum est frigidum & siccum,& eius quidem effectus similis est effectui hyacinthi, hoc excepto, quod multò est debilius illo: Quam vero proprietatem Auicennas tribuat hyacintho,videre est lib.2.tract.7.

Ægineta de re Medica lib.5.cap.8.de Scorpii plaga, Argentũ scribit plagæ aut ictui eius appositum prodesse præter opinionẽ. Aëtius vero miratur, quî deglutitum aurum medicari & opitulari possit, quod quidem contra experientiam, fateor enim non sine ratione viros Principes etiam aurum per se deglutire in forma globulorum, qui postea per excessum recepti, non ea forma qua antea, sed albiores visi sunt, inde sanè patet,ignem nostrum Solarem internum natiuum, etiam à crudis essentiam sibi homogeneam assimilare & appropriare. Verum Aëtio facilè ignoscimus, qui forsitan manum ad studia & labores Chymicos non admouit. Huic succedunt recentiores Mysochymici, inter nouissimos verò doctiss.dominus Erastus,&c. verum hos omnes ignorantia rerum Mysticarũ percussi, ac tales subtilitatis Philosophos remittimus: Qualis fuit aliquando magna authoritate Philosophus, qui ad vitæ exitum vocatus, vehementer animo suo angebatur, de migratione dubitans, qua conditione animus post mortem futurus esset.

ſet. Cumque alium portum nullum inueniret, Philoſophos duos accerſiuit, eoſque de animæ conditione poſt diſceſſum de corpore diſputare iuſſit, inquirens: En migrandum nunc eſt mihi, & deſerenda hæc mortalis vita. Quare vos mihi dicite, quid de me futurum ſit, victuruſne ſit animus, extincto hoc corpore, necne? Hoc enim niſi exploratum mihi fuerit, quo nam animo ex hac vita diſcedere potero? Hic cœperunt Philoſophi non minus acriter quam acerrimè de animæ natura contendere, & alter quidem mortalem, alter verò immortalem eam eſſe aſſeruit. Cum autem ſeſe expedire nullo modo poſſent, mœſtus tandem ægrotus inquit, Age, experiar nunc, vter veſtrum rectius ſenſerit. Sic & ſtultiſſimè accidit illis, qui de rerum magnalium myſteriis incerta ſtatuere conantur, quorum tamen nullam aut rationem aut experientiam tenent, hincinde ſemper in ambiguo hærent, vt autem meo conſilio, vel alieno certò ſciant, age experiantur.

Sic duo illa Metalla in vſus Medicos aſſumpta, & in Antidotos relata, ex officina Arabica prodierunt, qui primi eorum Medicamentis aptandorum inuentores fuerunt. Videre hoc licet ex ipſo Nicolao Myrepſo, variarum Antidotorum hincinde conſarcinatore & rapſodo, qui præcipuas & præſtantiſſimas, vtpote corroborationi virium idoneas, & grauiſſimis quibuſuis morbis curandis efficaciſſimas in ſuum commẽtarium tranſcripſit: à quibus aurum & argentum in foliola aut ramenta, citra vllam aliam præparationem redacta excipiuntur: Videamus itaque nonnullorum confectiones, quæ aurum capiunt.

Antidotos aurum ingreditur: *Lætificans Galeni, Antidotus Galeni de margaritis, Aurea Alexandrina Nicolai, Diathamaron Nicolai, Antidotus de lapide Lazuli Meſuei, Confectio Alkermes, Confectio de Hyacintho, Confectio Cordialis Alexandri Benedicti, Electuarium de gemmis calidum, Electuarium de gemmis frigidum, Species cordiales temperatæ, Antidotus Argyrophora, è Saphyro, ad cardiacos, melancholicos, omneſque cordis affectus.*

Hinc videmus, apud antiquos etiam metallorum vſum aliquem fuiſſe, ipſaq; in multis, iiſq; præclariſſimis, antidotis & compoſitionibus vſurpata: Quarum aliæ adhuc nunc vigent & in vſu ſunt quotidiano. Exempli gratia quaſdam huc apponemus.

Antidotus Galeni lætificans, sic est.

℞. Florum ocymi caryophyllati, aut seminum, croci, zedoariæ, ligni aloes, caryophyll. cort. citri mali, galangę, macis, N. moschatæ, styracis calam. ana drach. duas & semis, anisi, rasuræ eboris, thymi, epithymi ana drachm. vnam, camph. moschi, ambræ, margaritarum, ossium de corde C. ana drach. semis, *Auri foliati meri*, id est, purissimi, seu fini, *Argenti foliati meri* ana scrupulum vnum, sach. albissimi q. s. Fiat confectio solida: Si vero in formam opiatæ redigere volueris, his adde succi cydoniorum, pomorum redolentium dulcium, borraginis, vini veteris optimi ana partes æquales in tanta mensura, quanta despumando & decoquendo sacharo satis fuerit.

Aurea Alexandrina. ℞. Asari, carpobalsami, sem. Hyosciami albi drach. duas & semis, caryophillorum, opii Thebaici, myrrhæ, baccarum Myrti, cyperi rotundi ana drach. duas, opobalsami, seu olei caryophyllorum, cinnamomi, euphorbii, folii, zedoariæ, zingiberis, costi veri, corallii albi, cassiæ ligneæ, tragacanthæ, thuris masculi, styracis calamitæ, spicæ Celticæ, Indicæ, cardamomi minoris, sem. seseleos, napi, saxi fragiæ, anethi, anisi ana drachmam vnam, ligni aloes, rhabarb. aliptæ, moschatæ, castorei, galangæ, opoponacis, anacardi, masticis, sulphuris viui, rad. pæoniæ, eringii, rosarum, thymi, acori veri, pulegii, aristolochiæ longæ, gentianæ, cort. rad. mandragoræ, chamædrios, radic. phu, baccarum lauri, ammeos, dauci Cretici, macropiperis, leucopiperis, xylobalsami, carui, amomi, petrosilini, sem. ligustici, rutæ, sinonis ana drach. semis, *auri sinceri*, *argenti meri*, margaritarum albarum, blattæ Bizantinæ, ossium de corde C. ana scrupulum vnum, gran. 13. limaturæ eboris, calami Aromatici, pyrethri an. gr. 8. mellis despumati tripl[illegible] *Fiat opiata aurea Alexandrina.*

Diathameron. ℞. Antophyllorum seu grādium caryophyllorum, zingiberis ana drach. quinque, scrupulum vnum, gran. 16. cinnamomi, carnium dactylorum, caryophyll. ana drachm. quatuor, scrupulum vnum, gran. 16. galangæ, spicæ Indicæ, zedoariæ, costi albi & aromatici, pyrethri, coral. rub. rhabarb. spicæ Celticæ, tragacanthi, anacard. ossium dactylorum, carpobalsami seu cubebarum, anisi, baccarum iuniperi, trium piperum ana drachm.

vnam,

vnam, scrupulos duos, gran. 8. margaritarum integrarum ana scrupulos duos, blattæ Bizantinæ scrupulos duos, *limaturæ auri puri, limaturæ argenti meri aut foliorum*, ossium de corde C. ana scrupulos duos semis, rasuræ eboris, moschi ana scrupulum vnum, gran. 7. ambræ scrupulum vnum, mellis q. s. *Fiat Electuarium, Dosis, drachmæ tres manè ac vesperi cum vino.*

Confectio Alkermes. ℞. Succi pomorum fragrantium, aquæ rosar. odoratiss. ana lib. vnam semis, *infunde per diem integrum*, serici crudi lib. vnam, *in expreßione forti adde* succi granorum Kermes lib. vnam, sachari lib. duas, *coque ad consistentiam mellis, aut paulo minus. Mixturæ ab igne sepositæ, & adhuc calenti addito* ambræ crudæ minutim incisæ drachm. duas, *quibus optimè liquatis iniicito* puluerem cinnamomi, ligni aloes an. drachm. sex, lapidis Lazuli, vsti & loti, margaritarum pellucidarum ana drachm. duas, fol. auri drachm. vnam, moschi scrupulum vnum. *Fiat Electuarium molle, vase vitreo ritè obturato seruandum.*

Confectio de Hyacintho. Recipe Hyacinth. corall. rubri, terræ Lemniæ, boli armeni ana vnciam semis, gran. Kermes, rad. tormentil. dictamni, sem. citri mundi, croci, myrrhæ, ros. rub. santal. omnium, ossis de corde C. cornu C. vsti, rasuræ eboris, sem. acetosæ, portulacæ, ana drachm. vnam, saphyrorum, smaragdorum, lap. Topazii, margarit. serici crudi, bracteol. *auri & argenti* ana scrupulos duos, caphoræ, moschi, ambræ griseæ ana grana quinque, *cum syrupo limonum fiat Confectio.*

Electuarium de gemmis calidum.

℞. Trochiscorum diarrhodon, ligni aloes ana drachmas quinque, margarit. albarum, zedoariæ, doronici seu galangæ, cort. citri, macis, sem. ocimi, garyophyl. ambræ veræ ana drachm. duas, corall. rub. succini albi, rasuræ eboris, ana scrupulos quinque, saphyri, hyacinthi, sardæ, granatorum, smaragdi aut turchidis, cinnamomi, galangæ, zedoariæ rotundæ, ana drachm. semis, been vtriusque caryophyllorum, zingiberis, piperis longi, spicæ Indicæ, folii, croci, cardamomi maioris ana drach. vnam, *fol. auri, fol. Lunæ* ana scrupulos duos, moschi drachm. semis, confice cum melle emblicorum & colato melle rosaceo, ana q. s. Datur ab aureo semisse ad aureum vnum cum aqua buglossæ.

Electuarium de gemmis frigidum.

℞. Margaritarum præpar. drachmas tres, spodii Arabum, rasuræ eboris, corallii vtriusque, ana drachm. duas, flor. rof. rub. drachm. vnam semis, hyacinthi, smaragdi, saphyri, granati, sardi, santali albi, rub. citrini, flor. borrag. bugloss. sem. acetosæ, basiliconis, been vtriusque, ana drach. vnam, ossis de corde C. drach. semis, *fol. auri, argenti* ana numero xv. F.

Confectio cordialis Alexandri Benedicti.

℞. Margaritarum, granatorum orientalium, eboris vsti, cinnamomi, tormentillæ, boli armeni, ana drachm. tres, terræ Lemniæ scrupulos octo, santalorum omnium, rasuræ eboris, vnicornu, ana drach. duas, hyacinthi, saphyri, corall. vtriusque, charabe seu succini albi, valerianæ veræ, dictamni, zedoariæ, ligni aloes, ana drachm. vnam, serici crudi tosti scrupulos duos, ossis de corde C. drachm. semis, been vtriusque ana scrupulos duos, *fol. Auri* numero quinque, ambræ, moschi ana grana decem, sachari albi q. s. *Fiat Electuarium.*

Species cordiales temperatæ. ℞. Ligni aloes, spodii ex ebore ana drachm. vnam, cinnam. caryophyllorum, ossis de corde C. doronici seu galangæ aut zedoariæ, been vtriusque ana drachm. vnam semis, margaritarum, præpar. drach. sex, serici crudi tosti, corall. rub. alborum ana drach duas, hyacinthi, smaragdi, saphyri ana drach. semis, croci scrupulum vnum, ambræ, moschi, *fol. auri, fol. argenti* ana numero decem cum sacharo q. s. *Fiant species cordiales.*

Puluis Bezoarticus contra pestem.

℞. Radicis tormentillæ, angelicæ, enulæ campanæ, gentianæ, pœoniæ ana drach. duas, ligni aloes, santali citrini, cornu C. eboris, ossis de corde cerui, gran. iuniperi, cardamomi, sem. acetosæ, cardui bened. caryophyllor. macis cinnamomi, ana drachm. vnam & semis, cort. citri, arantiorum, dictamni, scordii, schœnanthi, calami aromat. rosarum, croci ana drach. vnam, boli armenæ aqua rosar. correctæ, terræ lemniæ ana drachm. duas, caphuræ, gran. 8. ambræ griseæ, fol. auri an. scrupulum integ. *Fiat omnium puluis in vase idoneo reponendus.*

Hæc de antiquorum confectionibus huc retulisse sufficiant; placet nunc ex recentiorum authoribus & scriptis, (à vertice vsq; ad cal-

ad calcem) recepta varia, quæ aurum argentumque capiunt, in testimonium attrahere ac inferre.

Electuarium mitigans colorem in Phrenesi, D. VVolffii.

℞. Conser. rosNympheæ, bugloss. ana drach. sex, diamarg. frig. drachm. semis, corall. rub. drach. vnam, fragmenti gemmarum, ana scrupulos duos, sem. portul. intybi, oxalydis, ana drach. semis, bractearum auri, numero sex, sachari q.s. *Fiat.*

Puluis Cratonis ad vertiginem.

℞. Cinnabrii mineralis vnciam semis, magist. corall. rub. margarit. ana scrupulos duos, croci scrupulum vnum, *fol. auri* numer. xv. M. ritè & terantur subtilissimè supra marmor, dosis gr. x. ad xvi. *cum aqua liliorum conuallium, prouocat sudorem.*

Medicamentum in cerebri, & splenis affectibus, item profluuio hepatis, Paracelsus tom. 1. lib. 1. de præpar. tract. 5.

℞. *Argenti laminati* vnciam vnam, sulphuris purgati vnc. iiij. resinæ pini vncias duas, *reduc in bolum, accende, & reduc ad præparationem fontis, dosis scrupulus vnus, vsque ad scrupulum vnum semis.*

Puluis præstans in Melancholia, D. Iodoci Hartmanni.

℞. Flor. borrag. bugloss. violarum, rorismarini, ana scrupulum vnum, matris perlarum drachm. vnam, secundinæ præpar. drachm. duas, cort. citri, arantior. ana drach. vnam, rad. buglossæ drachm. 6. margarit. 5. lapid. pretiosorum, ossis de corde cerui, ana scrupulum vnum, *foliorum auri* numero xij. *Omnia probe contrita. Fiat puluis.*

Aqua ad Melancholiam Sauonarolæ.

℞. Doronici, zedoariæ, cort. crit. mali, macis, N. moschatæ, ana drach. duas, coralli rub. succini, limaturæ eboris ana scrupulos duos, been albi & rubei, caryophyll. zingib. piperis longi, spicæ, folii, croci, cardamomi, ana drach. vnam, trochis. diarrhod. agallochi ana drach. semis, cinnam. galangæ, zumbet, ana drach. vnam semis, *fol. auri, argenti*, ana aur. 1. margarit. drach. tres, fragment. saphyri, hyacinthi, smaragdi, ana drachm. semis, moschi, drachm. semis, ambræ drach. duas, myrobalum, emblicorum vncias quinque, rosarum vnciam vnam; *Omnia hæc optimo vino macerata spatio horarum viij. destillationi mandanda.*

Puluis ad Melancholiam hypochondriacam.

℞. Matris perlarum puluer. cort. arant. citri ana drachmam integram, margarit. S. lap. pretios. ossis de corde C. vel vnicornu, ana scrupulum integrum, *fol. auri* numer. vj. *Dosis huius pulueris est drachma semis.*

Electuarium ad memoriam D. F. E.

℞. Serici subtiliter incisi, ac vsti seu parum calcinati drach. semis, margaritarum drach. vnam semis, oss. de corde cerui drach. vnam, sem. carthami drach. duas, pinearum mundatarum & præpar. in aqua ros. vncias tres, hyssopi mont. liquirit. ana drachm. vnam, nucis mosch. garyophyll. folii, piperis lõgi, cubebarum, galangæ, ana drachm. duas, rhabarb. elect. mirobalan. chebulorum, citrinorum, Indorum, nigrorum, epithym. lap. lazuli loti cum aqua ros. macis, croci, ana drach. semis, cinnamomi vncias duas, sachari albissimi libras tres. Fiat S. A Electuarium, in fine adde moschi scrupulum semis, ambræ scrupulum vnum, *fol auri* nu. viij.

AQVA SOLIS.

℞. Rad. tormentill. verbenæ, chelidon, valerianæ, serpentariæ, ostrutii, diptam. genti. morsus diaboli, cyperi lan. polypod. aristol. rot. beleti ceruini, angelicæ, vincetoxici, zedoariæ, enulæ, Ireos, boli orientalis, ana vnciam semis: Rad. pœoniæ, pimpinell. rhapont. visci quercini, cardamomi, cubebarum, galangæ, calami arom. ana drach. ij. cort. arant. cort. citri, santali citrini, nucum Ital. amygdal. aloes libr. terræ sigillatæ ana drach. duas. Rad. liquiritiæ drach. v. pomorum aurant. limonum, an. num. iij. bacc. lauri, Castorei, cort. tamarisci, ana drach. vnam semis, cinnamom. electi, florum sulphuris, ana drachm. vj. nucis mosch. vonucæ, zinziberis, macis, ana drach. j. Rad. philopendulæ, stechad. Arab. rasuræ eboris, xilobalsami, sem. basiliconis, ana drach. vnam, croci orientalis drach. semis, ligni aloes, scrupulos duos, gran. v. sem. fœniculi, anisi, coriandri, ana drach. vnam, grana xv. piperis longi, granorum paradisi, ana scrupulos duos, herb. maior. saluiæ, absynth. scabiosæ, Origani, Veronicæ, rutæ, rorismarin. melissæ, acetosæ, ana m. semis, abrotani, betonicæ, balsamitæ, basiliconis, portulacæ, arthemisiæ, centaurii minoris, hyssopi, cerefolii, euphragiæ, menthæ Saracen. taraxicon. fumariæ, fol. lauri, agrimoniæ,

chamædrios, chamepitheos, ana p. j. florum borag. bugloſſ. roſ. tunicæ, ſaluiæ, hyperic. ana p. ſ. Fiat infuſio S. A. in vino deſtillato & bis rectificato per 4. dies, deinde deſtilla in B. M. in fine addantur ſpec. elect. de gemmis, diambræ, diamuſci, diarrhodon abbat. liberant. diamargar. lætit. Galeni, diatrion ſantal. cordial. contra peſtem ana drahm. ſemis, ambræ gran. v. muſci gran. ij. fol. auri num. xx. rhabarb. electi, ſquinanthi ana drachm. ſemis. ſachari Candi albi vnciam vnam, theriacæ Andromachi, drach. x. trochiſ. de camphora, drachm. vnam, gran. xv. F. S. Artem Opiata ſeu Electuarium.

Puluis apoplecticus D. Fabri, etiam contra tremorem cordis, ordinatus etiam aliquando Archiduci Ferdinando.

℞. Raſuræ vngulæ alcis, cranii de ſphæra microcoſmi, ana drach. duas, ſpec. diamoſch. dul. ſcrupulos quatuor, corall. vtriuſque, margarit. præpar. S. lapid. pretioſ. ana drachm. ſemis, rad. diptam. albi, ſem. & rad. pœoniæ, rhabarb. electi ana drachm. vnam, viſci quercini, cubebarum, cardamomi, ana drachm. vnam & ſemis, flor. ſaluiæ, anthos, calendulæ, ana ſcrupulos quatuor, nucis moſch. galangæ, piperis longi, coriandri præp. zingib. ana ſcrupulos quinque, ſem. citri excort. drach. duas, zedoariæ, doronici, been vtriuſque, ana ſcrupulum vnum, flor. borrag. bugloſſ. menthæ, Meliſſæ, Nympheæ, violarum, ana drachm. ſemis, *fol. auri, argenti*, ana drachm. ſemis, oſſis de corde C. num. iiij. vnicornu, gran. xv. terræ ſigillatæ, drach. ſemis, roſ. rub. ſcrupulum vnum, ſpec. diamarg. frig. de gemmis, ana gran. xv. moſchi, ambræ griſeæ, ana gran. x. m. & *fiat puluis, cuius doſis eſt ſcrupuli duo cum vino Rhenano vel Maluatico.*

Rotulæ apoplecticæ deauratæ, D. VVolffii.

℞. Spec. diarrhod. abb. drachm. ſemis, elect. albi drachm. vnam & ſemis, ſinapis albi drachm. ſemis, olei aniſi vel fœniculi, drachm. ſemis, perlar. præpar. drach. ſemis, vngulæ alcis, ſcrupulum ſemis, *fol. auri* num. viij. ſachari albiſſimi libram ſemis cum aqua ceraſorum nigrorum, vt eſt artis, fiant Rotulæ.

Vel ſic: ℞. Amygdal. dulc. pinearum, piſtacea. an. drachm. duas, cinnamomi, zingib. ana drach. vnam & ſemis, macis, cardamomi, ana ſcrupulos duos, cubebarum ſcrupulum vnum, moſchi

grana iij. *fol. auri* num. vj. sachari albissimi vnicias xiiij. *cum aqua liliorum conuall.* F. *Rotulæ auro obducenda.*

Aqua vitæ apoplectica Andernaci.

℞. Cardamomi, piperis albi, piper. longi, ana vnciam semis, galãgæ, macis, garyophyl. gran. paradisi, ana vnciam semis, scrup. j. ligni aloes, vncias duas, zingib. drachm. tres, cinnam. cubeba. ana vnciam semis, maiora. rorisma. menthæ, pulegii, rutæ, saluiæ, Nardi Gallicæ, asparagi, flor. anthos, rosf. rubr. an. m. semis, sem. cumini syluest. vnc. semis, anisi, fœniculi, ana vnciam vnam, coriandri, sinapi, ana vncias duas, sem. pœoniæ, vnciam vnam, sem. cumini Rom. vncias duas, rad. enulæ campanæ, Iridis, ana vnciam vnam, angel. vnciam semis, pimpinellæ vnciam semis, pæoniæ, doronici, an. vnciam semis, dictamni albi drachm. tres, sach. candi albi lib. duas, *singula incidantur, modiceque conterantur, inque B. roris (superfundendo spiritus vini Alkolisati) per quatuordecim dies digerantur, tandem per alembicum quinquies cohobando destillentur: Huic destillato addes iam* croci orientalis, drachm. vnam, moschi, ambræ, ana vnciam vnam, *fol. auri vnciam semis, optimè iam clauso vase ad suos vsus reseruetur aqua vitæ præstans. Dosis guttæ 3. vel 4. cum aqua Tiliæ, Melissæ, &c.*

Aqua vitæ pretiosa alia, eiusdem Authoris.

℞. Vini Alkolisati lib. x. succi mellis, olei vitrioli, liquoris tartari, ana vncias vj. melissæ, chelidoniæ, saluiæ, rorismarini, maioranæ, ana m. j. zingiberis, caryophyll. piperis albi, nigri, longi, cubeb. cinnam. macis, myrrhæ rub. masticis, ana vncias duas, cinerum fabarum vncias v. *Aromata leuiter conteruntur, herbæ inciduntur, omniaque miscentur, & ampullæ vitreæ induuntur, ipsaque obserata diebus xij. in B. macerantur: post lentissimo calore ex eodem destillantur, separanturque. Deinde* ℞. pul. zingib. vnciam vnam & semis, zedoariæ vncias duas semis, pulu. caryophyllorum vncias duas, cubebarum vnciam vnam semis, amomi, drach. duas, gran. paradisi, N. moscha. vnciam vnam semis, cinnam. electi, macis, ana vncias duas, florum sulphuris. *florum auri,* ana drachm. duas, zibetti, ambræ, ana drachmas duas semis, moschi grana quinque. *Hæc in puluerem rediguntur, & pomo sub cineribus cocto imponuntur: postea hoc aquæ vitæ supra destillatæ iniicitur, maceraturq; in calido loco per dies tres aut quatuor: tum iterum separatur, & ex aqua vase optimè recondita seruatur: dantur guttæ 5. corpus penetrat, roborat, & renouat.*

Electua-

Electuarium contra Apoplexiam.

℞. Mithridat.drach.x. chebui.condit. drach. vj. acori conditi, drachm. vnam semis, conf.rosarum, anthos, betonicæ, pæoniæ, an. drach. duas, sem. & rad. pæoniæ ana drach. semis, visci quercini, coriandri præp. ligni aloes, ana gran. xv. ambræ, gr. ij. fol. auri num. iiij. cum syrupo de stœchade & aqua ros. Fiat Electuarium.

Puluis Epilepticus D. Fabri.

℞. Pulu. rad. pœoniæ, *masculi crescente Luna effossæ*, visci quercini, ana drachm. duas, vngulæ alcis, sem. pæoniæ, ana drachm. vnam, corall. rub. præp. rasuræ eboris, cornu C. præparati, cinnamomi, succini albi, ana drachm. semis, croci oriental. scrupulum semis, cranii humani præparati scrupulum vnum & semis, *fol. auri & argenti*, ana num. iiij. *Fiat puluis cum sach. albiß. vncia vna subtilißimus.*

Idem ille etiam talem præscribit puluerem.

℞. Cornu C. vsti præpar. vnciam semis, vngulæ alcis, drach. duas, cranii humani, drachm. vnam semis, eboris vsti, scrupul. iiij. & semis, visci quercini, drachm. tres, sem. pæoniæ, vnciam semis, rad. pœoniæ, Ireos, drachm. tres & semis, margarit. præpar. drach. vnam, corallorum vtriusq; præparatorum, ana drach. duas, 5. lap. pretios. an. scrupulum vnum, *fol. auri*, numer. quinque, croci scrupul. vnum, & semis, sachari ad pondus omnium, m. *Fiat & puluis.*

Aqua picarum D. D. Iohannis Cratonis.

℞. Picarum iuuenum numero x. scindantur in frustula, & infundantur in aqua Paralysis & pæoniæ, ana qu. s. fiatque putrefactio per aliquot dies, postea adde florum cordialium, pæoniæ, fol. rutæ, hyssopi, anthos, saluiæ, epithymi, florum tiliæ, liliorum conuall. ana m. j. rad. pæoniæ, Ireos, visci quercini, an. vnciam semis, rad. tormentillæ, diptami, ana drachm. duas, sem. pæoniæ, erucæ, ana drach. duas, Castorei, piperis longi, flor. lauendulæ ana drach. tres, cinnamomi, rasuræ eboris, C. cerui vsti, ana drach. ij. carabe abbi. cranei microcosmi, lap. pretiosorum omnium, margarit. præp. coral. rub. albo. præp. ligni aloes, ana drach. vnam, stercoris pauonis vnciam vnam, spec. elect. de gemmis, diam. dul. aromatici ros. an. drach. duas, zinziber. zedoar. ana drach. vnã, fol. auri nu. xx. contundantur omnia grosso modo, & addatur aquę flor. tilię, lauend. meliss. an. q. s. fiat S. A. destillatio per B. Mariæ.

Trochisci Epileptici D. Erasti.

℞ Cinnam. drachm. vnam, rad. pœoniæ, sem. pœoniæ, ana scrupulos duos, zingib. cubeba. caryophyll. macis, ana scrupulum vnum, spec. cordialium aromat. spec. caryophyll. ana scrupulum semis, diambræ, diamoschi ana gran. v. N. moscha. conditę, drach. vnam, sem. citri excort. scrupulos duos, sachari albiss. vncias octo, *in aqua hinc annotata dissoluti: postmodum l. a. ex his fiant Trochisci, quæ auro deaurentur, & cum oleo anisi vel macis aspergantur. Fundantur autem instar eorum, qui manus Christi vocantur. Aqua talis est:* ℞. Flor. lilii conuallium lib. vnam semis, pœoniæ, lauendulæ, betonicæ, ana lib. vnam, tiliæ, verbasci odorati, ana vncias duas semis, rad. aristol. longæ vnciam vnam semis, visci quercini drachm. quatuordecim, visci corall. drach. tres, cubeb. vnciam vnam, piperis nigri, Castorei pōtici, ana vnciam semis, *incidenda incidantur, misceantur, infundantur cum vino Maluatico per tres hebdomadas, digerant in Sole, vel loco calido optimè, tandem destillentur per B. M.*

Electuarium contra Epilepsiam.

℞. Cons. violarum, rosarum, Nympheæ, borrag. buglos. ana vnciam vnam, spec. elect. de gemmis, drach. vnam semis, cort. citri cond. vnciam vnam semis, spec. lætif. scrupul. ij. cranei hum. drach. vnam semis, pœoniæ, drach. semis, rad. pœon. visci quercin. tormentill. ana scrupul. j. smarag. scrupulum semis, fol. auri num. vj. cum syrupo ros. & acetos. citri ana q. s. Fiat L. A. Electuarium.

Trochisci Epileptici Langii.

℞. Sem. pœoniæ excort. vnciam semis, margarit. præparat. drach. semis, macis, scrupulum vnum, *fol. auri* num. vj. sachari albiss. *in aqua Epileptica dissoluti vncias quinque, fiant Trochisci. Aqua talis est:* ℞. Cinnamom. drachm. sex, N. moschatæ, vnciam semis, piperis longi drachm. duas, flor. lauendulæ, vnciam vnam, rorismar. stœchad. ana vnciam semis, cubeb. drach. duas, visci quercini, rad. pœoniæ, dictamni nostratis, vnciam sem. *omnia crassiusculè contrita infundantur in aqua flor. lilii conuall. cum vino Cretico destillata, sufficienter maceratis per alembicum pellantur, & aquam Epilepticam præsentem excipe.*

Puluis epilepticus alius.

℞. Perlarum præpar. ossis de cornu C. ana drachm. vnam, corall. rub. drach. semis, succini præparati drach. duas, visci quercini

cini, drach. vnam & semis, rad. & gran. pœoniæ, serpentariæ, ana vnciam semis, rad. & sem. diptamni, ana scrupulum vnum, croci oriental. scrupulum vnum, *fol. auri*, num. vj. sachari albissimi, vnciam vnam. *Fiat puluis.*

Puluis Epilepticus D. D. VValtheri.

℞. Boli armeni veri præp. vncias tres, terræ sigillatæ vncias duas, corall. rub. præpar. vnciam semis, alborum drachm. vj. lap. smaragd. saphyri, hyacinth. rubin. præpar. ana vnciam semis, spodii præpar. drach. quinque, margar. præp. vnciam semis, vel drach. quinq;, pulu. sant albi, drach. vnam semis, rubei, cinnam. sem. acetosæ, ana drach. duas, charyophyllor. scrupulum vnum, cort. citri, drach. vnam semis, rasuræ eboris, drachm. iij. croci, drach. vnam, vnicornu, vnciam semis, fol. auri, numero 50. F. puluis S. A.

Puluis Epilepticus alius.

℞. Cranei hominis calcinati de anteriore parte, drachm. iij. sem. pœoniæ excort. carabe albiss. præpar. ana drachm. ij. rad. tormentillæ, pœoniæ, visci querni. ana drach. iij. C. cerui calcinati vnciam semis, marga. præp. corall. rub. præp. ana drach. j. spec. diamuschi drach. j. fol. auri, num. vj. sachar. vncias ij. M. Fiat puluis.

Puluis alius.

℞. Vngulæ asini recent. drachm. vj. alcis, vniam semis, spec. diam. dulc. vnciam semis, corall. vtriusque, margar. præpar. smaragd. præpar. ana drachm. ij. sem. rutæ, nigel. nigr. pœoniæ, blattæ Bizant. diptamni albi, nuc. mosch. ana drach. j. rad. pœonię, limaturæ C. cerui, corall. maioran. ana drachm. vnam semis, sem. portulacæ, caulis, ana drachm. vnam, rad. tormentillæ, drach. vnam semis, rhabarb. elect. drachmam vnam, moschi, ambræ, gran. x. fol. auri numero x. Fiat puluis.

Puluis miraculosus contra Epilesiam.

℞. Oppopon. Castorei, sang. draconis, antimonii præpar. cranei microcosmi calcinati, eiusdem sexus intellige, vngulæ asininæ, C. C. calcinati, hypericonis lap. ætites masculi & rub. coloris, drachm. iiij. saluiæ syluestr. tormentill. ana drachmam vnam, sem. & rad. pœoniæ, sem. ruthæ, betonicæ rub. an. drachm. semis, margar. præpar. smaragd. præpa. rana scrupulum vnum, succini albissimi drach. j. stercoris ciconiæ, anseris syluest. ana drach. ij. visci

querci-

quercini, corall.rub.præpar. calcid. albi præp. ana drachm. ſemis, ſpinæ dorſi ſerpentis calcinati, drachm. duas, fol. auri numero iiij. Fiat puluis, doſis drachm. ſemis. Non ineptus videtur hic puluis, verum author ignotus eſt.

Inter celeberrimos Medicos etiam nonnullus hoc præſtantißimum exhibet medicamentum aduerſus Epilepſiam.

♃. Perlarum præp. partem vnam, *auri in puluerem redacti partes duas, quod dedit cum aqua, in qua aurum ignitum aliquoties & extinctum fuit, Annon hic medicus ſapere videtur aliquam ſingularem præſtantiam auri*, ridebunt forſitan deſuper quidam naſutuli Chymici, *verum flocci pendimus, ipſoſque ad deſtillationem merdæ mittimus.*

Aqua pro Phthiſicis & Hecticis.

♃. Carnis gallinæ iuuenis inciſi, & cum oſſibus contuſi q.ſ. Medullæ panis tantundẽ, ſcabioſæ viridis, m. vnum, *fol. auri* drach. vnam, aquæ ſtillatitiæ Myrti ad pondus omnium, *omnibus contuſis & mixtis balneo calentis aquæ, adde quintæ Eſſentiæ mellis vnciam vnam, ſeruetur in vaſe vitreo optimè obturato.*

Morſellæ in Phthiſi.

♃. Pulpæ capo. vncias quatuor, pinearum præpar. vnciam ſemis, 4. ſem. frig. maior. ana drachmas duas, ſem. papauer. albi, drachmam vnam, ſpec. diapenid. diaireos ſolom. traga. frig. ana drach. ſemis, diatrion ſantal. diarrhod. alb. elect. è gemmis frig. ana ſcrupulum vnum, cinnamom. drachmam vnam, ſachari albiſſimi, vncias octo, cum aqua hyſſopi, farfaræ, capill. Veneris, ana q. ſ. *Fiat confectio in morſellis, quæ auro puriſſimo deaurentur.*

Electuarium cordiale roborans cor ac vires D. Mulleri.

♃. Sach. roſar. violacei, borrag. bugloſſ. ana vnciam ſemis, terræ ſigill. boli armeni, ana ſcrupulum ſemis, ſpec. triaſant. ſcrupulos duos, *fol. auri*, num. vj. ſyr. acetoſ. citri, q.ſ. *Fiat Electuarium.*

Syrupus cordialis.

♃. Miuæ cotoneorum, libr. ſemis, Q. Eſſent. cinnamomi, vnciam ſemis, *Tincturæ auri* drachmas duas, *miſceantur optimè.*

Vel ſic: ♃. Syr. de cort. citri, vncias quatuor, olei cinnamomi, drachmas duas, *Tincturæ auri vitæ*, drachmas duas. Miſce.

Electuarium cordiale confortans, Petri Aponenſis.

♃. Corall. rub. macis, oſſis de corde cerui, ambræ, margarit. cryſtalli,

crystalli, *auri cocti, argenti meri*, ossis eboris, saphyri, rubini, hyacinthi, ana drachm. quinque, balsami, drachm. duas, moschi, drach. semis, anthos, spodii, santalorum, caryophyl. galangæ, calami aromat. cubebarum, spicæ Indicæ, cort. Phisticorum, sem. basiliconis, cardamomi, piperis longi, baccarum lauri, pirethri, ana drachm. iij. styracis calamitæ, Magnetis, myrrhæ, opii Thebaici, ana drach. vnam, sem. pœoniæ *in nouilunio collectæ*, flor. lilifagi, maioranæ, balsamitæ, ameos, aristolochiæ, anthos, ana drachm. tres, croci oriental. drachm. semis, ligni aloes, sem. papaueris albi, ana drachmas duas, sachari q. s. *Fiat Electuarium, cuius dosis drachmæ duæ ad tres, cum vino calido.*

Electuarium confortans, Arnoldi Villanouani.

℞. Roris maialis, *collecti de herbis mundiss. destiliati libras duas*, sachari vncias octo, *coquantur lento igne ad consumptionem roris, postea adde aquæ stillatitiæ florum, vel cort. citri, aquæ melissæ ana vnciam vnam, incorpora ad solem fortissimè, benè agitando cum spatula: & sic permitte stare in vase panno subtili cooperto, per dies tres, donec inspissetur: postea recipe* Aquæ destillatæ sanguinis humani, vncias duas, sanguinis draconis, vnciam semis, *distempera & misce totum cum iam supradicto sacharo, & fortiter incorporetur ad Solem; Deinde recipe* croci orientalis scrupules quatuor, balsami electissimi, scrupulum vnum, moschi, scrupulum semis, rosar. siccarum, vnciam semis, ligni aloes, vnciam vnam, *auri foliati*, scrupulum vnum, coralli rubri, scrupulum semis, margaritarum oriental. drach. semis. *Incorpora fortiter, & sic permitte vas coopertum, donec exiccetur & seruetur.*

Cordiale Electuarium Marsilii Ficini.

℞. Conseruæ rosarũ, vncias quatuor, buglossæ vncias duas, cort. mali citri conditi, vnciam vnam, chebulorum condit. vncias duas, cinnamom. electi, drachm. vnam, santali rub. coralli rub. serici coccinei crudi concisi, croci, margaritarum, ana drach. semis, *fol. auri, argenti*, ana scrupul. vnum, moschi, ambræ, ana gran. duo. Funde omnia simul succo citri, vel limonis sacharo cocti; *Fouet spiritus, nutrit, roborat, ingenium acuit atque illustrat.*

Puluis cordialis Syluij.

℞. Coralli vtriusque, sigilli Lemnii, ana vnciam semis, rasuræ eboris, cornu cerui, ana drach. duas, margar. drach. vnam, co-

riandri præp. ſpodii, roſarum, ana ſcrupulos duos ſemis, oxalidis, fragm. lap. pretioſ. oſſis de corde cerui, ana drachm. ſemis, ſachari, vncias tres, *fol. auri, argenti*, an. num. xxv. *per ſe trita, probè conſerua.*

Morſelli confortantes.

℞. Cinnamomi electi, drachm. ſemis, myrobald. chebul. emblicarum, ana drachm. duas, croci, roſarum, ana drachmam vnam, ſantali rubr. drach. duas, coralli rubr. drachm. vnam, ſachari albiſſimi in aqua roſar. & ſucco citri diſſoluti q. ſ. Moſchi, ambræ, ana ſcrupulum vnum, *Formentur morſelli auro obducti.*

Conditum cardiacum Fernelij.

℞. Conſeruæ Nympheæ, bugloſſ. roſarum, cort. citri conditi, ana vnciam ſemis. pul. diambræ, de gemmis, diamargar. frig. an. ſcrupul. ſemis, oſſis de corde cerui, ſem. citri, cardui ben. rad. tunicæ, tormentillæ, ana ſcrup. vnum, vnicornu gran. viij. *fol. auri minutim conciſi*, num. vj. ſach. albiſſ. q. ſ. *Fiat conditum cardiacum.*

Potio Muſcata maior, Nicolai.

℞. Spicæ, folii, piperis longi, zingib. zedoariæ, confitę rub. confitæ muſchatæ, caryophyll. ligni aloes, roſar. violar. anacardi, acori, coralli, coſti, leuiſtici, nucis moſch. raſuræ eboris, margarit. antofili, rhabarb. amomi, oſſis de corde cerui, croci, piperis albi, oſſium dactylorum, beliculi Marini, ſpodii, ſantal. alb. & rub. macis, liquiritiæ, cinnam. aliptæ, aniſi, tragacanthi, blactæ Bizantiæ, cardamomi, ocymi, limaturæ *auri & argenti*, ana ſcrupulos duos, moſchi, ambræ, camphoræ, ana ſcrupulum vnum, ſachari candi, drach. duas, ſyr. roſ. q. ſ. *Doſis cochlear vnum cum vino.*

Potio Moſchata alia, Arnoldi Villanouani.

℞. Moſchi, camphoræ, ambræ, ana ſcrupulum vnum, ſpicæ Nardi, folii, piperis longi, zingiber. zedoariæ, ſtyracis rubr. aliptæ, moſch. caryophyll. ligni aloes, roſ. rub. viol. anacardi, rad. acori, coralli rub. coſti, ſem. leuiſtici, nucis moſch. raſuræ eboris cum aqua roſ. lotæ, margaritarum, peucedani, rhabarb. amomi, oſſis de corde C. croci, piperis albi, oſſium dactyl. lap. Berillorum, ſpodii, ſantali albi, & rub. macis, glyzirrhi. cinnamom. aniſi, tragacanthi, blattæ Bizantinæ, cardamomi, ſem. baſiliconis, *Limaturæ auri, argenti*, ana ſcrupulos duos, ſachari Candi drachm. duas, ſyr. roſ. q. ſ. *Doſis eius eſt, drachmæ duæ vſque ad vnciam ſemis.*

Elegans

Elegans remedium in spirituum euanida vi, Heurnii.

℞. Succorum denlatorum acetosæ, endiuiæ, rad. quinque folii ana vnciam vnam, limaturæ auri scrupulos duos, caphuræ drachmam vnam, serici crudi, drachm. duas, sem. citri vnciam semis, conseru. fol. endiuiæ, acetosæ, an. vnciam vnam cum syrupo de acredine citriorum. *Fiat Electuarium, dosis drachma semis ad vnciam semis.*

Electuarium ad virtutem debilem restaurandam, Fiorauanti.

℞. Cotoneorum incisorum, mellis albi, ana partem vnam, aquæ rol. partem dimidiam, *coquantur simul vsque ad consumptionem aquæ per setaceum pellantur omnia, & pro qualibet libra adde melis vncias sex, denuo coquantur, in fine adde* zingiberis albi scrupulum vnum, cinnamomi drachm. vnam, caryophyllorum, N. mosch. ligni aloes, calami aromatici, piperis nigri, ana scrupulos duos, croci drachm. vnam, moschi gran. v *Quintæ essentiæ Solis* vnciam vnam, olei tartari, olei sulphuris, olei vitrioli, ana scrupulum vnum, mastiicis vnciam semis. *Misce, & fiat Electuarium, seruetur in vitreo vase optimè clauso, ventriculum etiam fortificat.*

Electuarium confortans mineram omnium virtutum, Marsilii Ficini.

℞. Amygdal. dulc. vncias quatuor, pinear. mundat. semin. cucumeris, ana vncias duas, sachari candidi vncias quatuor, sachari albissimi libram vnam & semis, *funde cuncta hæc aqua ros. atque limonis, & citrii, in quam extinctum fuerit ignitum aurum, & argentum, simul coque suauiter, demum adde* cinnamomi, been rubri, coralli rubri, ana drachmam vnam, margarit. albarum, croci, serici crudi triti, ana drachm. semis, *fol. auri, fol. argenti*, ana gran. xij. hyacinthi, smaragdi, saphyri, carbunculi, ana scrupulum vnum, moschi, ambræ, ana drachmas duas. *Fiat Electuarium.*

Electuarium confortans.

℞. Conseru. borrag. bugloss. violarum, ana vncias sex, zedoar. macis, croci, melissæ, sem. basilicon. ana drachmam vnam, ossis de corde cerui, hyacinthi, smaragdi, saphyri, ana scrupulum vnum, perlarum drach. vnam, fol. auri num. vj. cum syrup. de pomis redolentibus, de cort. citri, aquæ ros. vnciam vnam semis, sachari vncias quatuor, coquantur in Electuarium, in fine addendo

rhabarbar. drachmam vnam cum vino Maluatico maceratam per XXIV. horas, ambræ, moſchi, ana gran. quatuor. Fiat.

Electuarium confortans aliud.

℞. Hyacinth. granat. ſmaragd. ſaphyr. ana drachm. vnam, perlarum, oſſis de corde cerui, ligni paradiſ. ana drachm. vnam, ſantali albi, rubri, corall. vtriuſque eboris, tormentill. boli armeni oriental. terræ ſigillatæ, camphoræ auri foliati, ana ſcrupulum vnum, ſachari albiſſimi vncias ſex. Coquantur pulueriſata in ſyrupum vel Electuarium cum aqua roſarum.

Electuarium aliud cordiale.

℞. Rubin. hyacinth. granat. ſmaragd. boli Armeni, perlar. oſſis de corde C. vnicornu, auri limati ſeu foliati, ana ſcrupulum vnum, ſerici rubei conciſi, roſarum, ambræ, cort. citri, eboris, ſach. q. p. Fiat cum aquis vel ſyrupis cordialibus Electuarium.

Puluis cordialis Florentini.

℞. Oſſis de corde cerui drachmam vnam, *fol. auri* numero octo, ſantali albi, rubri, citrini, ana drachmas duas, been albi, rubri, ſerici grano tinctorio infecti, ana drachmam vnam, croci, cinnamomi, charyophyllor. ligni aloes, ana vnciam ſemis, ambræ, moſchi ſcrupulum integrum. *Fiat puluis.*

Aqua caponis in omnibus cordis affectibus, D. VVolffii.

℞. Caponem mediocris ætatis, *hunc coque & redige in pulpam, vt artis eſt, pulpæ adde* cinnamom. lib. vnam, ſpec. diambræ, diacinnam. arom. roſati, ana drach. duas, corall. rubr. præpar. margarit. præpar. ana drachm. vnam & ſemis, macis vnciam ſemis: *Redige ſpecies in puluerem groſſum, & miſceantur cum pulpa, affunde vini veteris libras ſex, aquæ cinnamomi libras quatuor, fol. auri numero decem, deſtillentur vt artis eſt.*

Quidam ebulliunt caponem in aqua, in qua aurum aliquoties extinctum ſit, cui poſtea addunt flores borrag. bugloſſ. violarum, roſarum, cort. citri, cinnamom. charyophyll. meliſſæ croci, ana drachm. vnam. *His ita commiſtis per alembicum denuò rectificando deſtillant.*

Aqua caponis D. Iodoci Hartmanni.

Pulpa vnius capi, detracta pinguedine & pelle, minutim incidatur, & cum aqua bugloſſæ abluatur, deinde addita conſeruæ violarum, borrag. bugloſſ. vna vnciam vnam & ſemis, conſer. roſ.

vnciam

vnciam vnam, *fol. auri* numero sex. *Misceantur omnia diligenter, deinde in duplici vase reponantur, & secundum artem destillentur. Huius liquoris Dosis est cochlear vnum per se vel cum appropriatis.*

Alius modus destillandi aquam caponis, isque præstantior, D. H. VV.

℞. *Caponem ac perdicem euisceratum ac minutim dissectum, cum aqua rosarum & vino lotum:* flor. borrag. m. vnum ac semis, violarum, rosarum, bugloss. ana manipulum vnum, sem. melonum drachm. tres & semis, cucurbitæ drach. tres, cinnamom. drachm. duas ac semis, charyophyll. drachmam vnam, cubebarum drachm. semis, zingiberis drachmas duas, *grosso modo incisa ac conquassata decoquantur in lib. ij. ac semis aquæ communis, propè finem vero decoctionis, cum semicoctus fuerit capo, addantur flores, deinde brodium coletur, vna cum capone in mortario contuso ponatur in alembicum, addendo* manus Christi perlat. vncias duas & semis, succi acetositatis citri vncias tres, *fol. auri* numero x. *destillentur lento igne in B. Mariæ, suspendendo in superiore parte alembici, cinnam. drachm. semis, charyophyll. scrupulum vnum, in petia serici albi, & hic modus probatur optimus.*

Electuarium liberantis confortans.

℞. Rad. tormentill. sem. acetosæ, citri, endiuiæ, ana drach. tres, Smaragd. hyacint. granat. ana scrupulum semis, ambræ, moschi, ana gran. iij. camphoræ gran. vij. santal. omnium ana drachm. vnam, boli armeni, terræ sigillatæ, ana drachm. tres, perlarum præparat. corall. vtriusque præparat. succini albiss. ac flaui, vnicornu, scrupulum semis, eboris, been albi ac rubri, doronici, cardamomi, nucis mosc. aloes, cinnamom. croci, zedoariæ, ana scrupulum vnum, auri ac argenti, ana scrupulum semis, aromat. rosat. drach. duas, *cum suis appropriatis fiat Electuarium confortans.*

Iulepus in palpitatione cordis Cratonis.

℞. Aquæ borraginis è floribus destillatæ vncias v. syrupi de succo borraginis vnciam vnam, julebi rosacei, aquæ cinnamomi, ana vnciam semis, margarit. dissolut. drach. duas, *auri dissoluti drachm. vnam. M. F. Potio. D. Sennertus libr. 5. part. 3. sect. 3. cap. 7. de emulsionibus tradit ex consil. Cratonis* 104.

Morselli in palpitatione cordis, D. I. H.

℞. Perlarum præpar. drachmas tres, saphyri præparat. smaragdi,

rãgdi, granat. præparat. ana drachm. vnam, hyacinth. drachm. tres, corall. vtriusque præpar. drachm. vnam & semis, fol. rosf. rubr. ana drachmam vnam, perlarum præparat. scrupulos duos, rubin. præparat. drachmam semis, macis drachmam semis, cinnamom. elect. drachmas duas, sachari vncias sex, *fol. auri*, *argenti*, ana num. quatuor *cum aqua rosacea*, *fiant Morselli vel Rotulæ. Dosis vncia semis*, *superbibendo aquæ perlatæ vnciam vnam.*

Puluis in palpitatione cordis.

℞. Pulueris radic. buglossæ, perlarum præparat. ana partes æquales, *fol. auri quantum v. Fiat puluis*, *qui dabitur cum hac sequenti aqua.* ℞. cinnamom. 4. partem *putrefac per octiduum* cum aqua bugloss. ac borrag. *postmodum destilla.*

Paracelsi medicamen ad paralysin, *tremorem cordis*, *ac synthena.*

℞. *Auri purgati à mineralibus suis* drachmas duas, aquæ salis gemmæ vncias vj. *Reduc in vnum cum alcool vini*, *deinde* recipe croci drachmas duas, alcool correcti drachm. vj. *F. Mistura, dosis à granis tribus vel quatuor, vsq; ad sex.*

Vel sic: ℞. *Auri præparati* scrupulum vnum, aquæ lauendulæ cum alcool vini correcti, atque spiculæ, ana vncia vna. *Dosis scrupulus vnus. Tomo* 1. *libr.* 1. *de præparat. tract.* 5.

Electuarium in syncope D. F.

℞. Conseru. ros. vncias tres, florum tunicæ vnciam vnam, melissæ vnciam semis, spec. diamarg. frigid. scrupulos quatuor, galangæ scrupulum vnum, cinnamomi acerrimi scrupulos quatuor, caryophyllor. scrupulos duos, doronici scrupulum vnum, succini albiss. drachm. semis, nucis moschatæ condit. drachm. duas, nucis conditæ vnciam semis, cort. citri, pinear. præpar. ana drachmas duas, sem. melonum drachmam vnam, manus Christi cum perlis drachm. semis, margarit. præparat. gran. quinque, *fol. auri* numero quatuor, syrupi acetositatis citri q. s. *Fiat Electuarium.*

Iulapium in syncope eiusdem.

℞. Aquæ borrag. vncias quatuor, julepi rosacei vnciam semis, syrup. de succo ros. syrup. de cortic. citri ana vnciam vnam, margarit. præparat. drachmam vnam, *fol. auri* numero tres. Misce cum syrupo nucis moschatæ.

Electuarium

Electuarium in syncope.

℞. Conser. rosar. vncias iij. flor. tunicæ vnciam vnam, melissæ vnciam semis, spec. diamarg. frig. scrup. iiij. galangæ scrup. j. cinnam. accerrimi scrup. iiij. caryophyl. scrup. ij. doronic. scrup. j. succini albiss. drachm. semis, nucis mosch. condit. drachmas duas, nucis conditæ vnciam semis, cort. citri, pinearum præpar. ana drachm. duas, sem. melonum drach. vnam, manus Christi cum perlis, drachm. semis, marg. præp. gr. v. *fol auri* num. vj. syr. acetos. citri q. s. *Fiat Electuarium.*

Pulius cordialis, Syluij.

℞. Coralli vtriusq;, sigilli Lemnii, ana vnciam semis, rasuræ eboris, cornu cerui, ana drach. ij. margar. drachm. vnam, coriandri præpar. spodii, rosar. ana scrupulos duos semis, oxalydis, fragmen. lapid. pretios. ossis de corde cerui, ana drach. semis, sachari vncias tres, *fol. auri, argenti,* numero xxv. *per se trita, probè serua.*

Conditum ad omnes vires roborandas, Andernaci.

℞. Conseru. anthos, rosarum, cirsii, buglossæ, adianti, cichorii, an. drach. ij. cort. citri conditi, N. Indicæ conditæ, an. drach. j. semis, spec. plirisarcoticon, diamosc. diarrhod. alb. triasan. ana drach. semis. *fol. auri* nu. vj. sachari albiss. q. s. *Fiat conditum auro coopertum.*

Conditum cor calidum alterans & roborans, Heurnij.

℞. Conseru. anthos, rosar. borrag. bugloss. capillorum Veneris, ana drach. duas, cort. citri conditi drach. vnã semis, pul. elect. pleresar. diarrhod. alb. trium santalorum, ana drach. semis, *fol. auri* num. vj. sachari quod sufficit, *vt fiat conditum, auro cooperiatur.*

Conditum ad humorem calidum Andernaci.

℞. Conseru. bugloss. rosarum, Nympheæ, ana drachm. duas semis, spec. diamarg. frig. pulu. coral. rub. ana drach. duas, pul. frag. lapid. pretiosorum, ana scrupulum vnum, sem. oxalydis, portulacæ, cichor. ana drachm. vnam, *fol auri* numero iiij. sachari albi q. s. *Mixta redigantur in cõditum, quod auellanæ magnitudinis instar exhibetur.*

Pilulæ ophthalmicæ D. Fabri.

℞. Mass. pil. cochiarum, scrupul. duos, lucis maior. sine quibus esse nolo, ana scrupulum vnum, diagridii gran. v. cum aquæ fœniculi suff. quantitate, *fiant pilulæ, quæ auro obducantur.*

Pilulæ aureæ siue Magicæ, Marsilij Ficini.

℞. *Fol. auri* gran. xij. thuris, myrrhæ, croci, ligni aloes, cinnam.

cinnamom.cort.mali citri, melissæ, serici crudi, menthæ, been albi, rub. ana vnciam semis, rosar.rub.santal.rub.corall.rubr. myrobald.emblicarum, chebularum, Indarum, ana drachmam vnam, aloes lotæ ad pondus omnium, *cum vino optimo. Fiant pilulæ.*

Ad dolores matricis, ethicam & peripneumoniam, Paracelf. tomo 1. libr. 1. tract. 5. de præp. fol. 191.

℞. *Auri extincti* ab aqua chelidoniæ drachmas xiij. myrobal. Indorum, chebul. ana drachm. vnam, *Reduc ad digestionem per hebdomadam cum separatione aquæ aquositatis superfluæ. Dosis à scrupulo vno vsque ad drachmam vnam.*

Vel sic: ℞. Olei nucis moschatæ vnciam semis, olei charyophyllor. drachmam vnam, huius *auri* præparati scrupulum. *Dosis à scrupulo semis ad integrum.*

In suffocatione matricis Cunradinus.

℞. *Auri potabilis guttas ij.* olei perlar. cum oleo nucis moschat. dissol. guttas v. olei succini guttas duas, *cum aqua lil. conuall.*

Tragœa stomachalis.

℞. Cinnamom. drachmas duas, coriandri præpar. drachm. semis, sem. anisi, rosar. rubr. ana scrupulum vnum, manus Christi perlat. vnciam vnam, santal. rubr. scrupulos duos & semis, *fol. auri* numero quatuor, sachari vncias quinque. *Fiat Tragœa.*

Morselli confortantes Langij.

℞. Pinear. præp. drach. tres, amygdal. dul. drach. duas & semis, cinnam. electi scrupulos quinque, charyophyl. drachm. semis, macis scrupulum vnum, phisticorum viridium drach. vnam semis, zingiberis albi incisi scrupulos duos, margar. præp. scrupulum semis, *fol. auri* num. quatuor, sachari albissimi in aqua rosar. dissoluti vncias septem. *Fiant Morselli quadrati secundum artem.*

Electuarium confortans stomachum, Arnoldi Villanouani.

℞. Rosar. rubr. nucis moschat. glyzirrhizæ, sem. cucumeris, ana drachmam vnam semis, flor. violarum, caryophyllorum, spodii, amyli, sem. melissæ, ana drachm. vnam, spicæ nardi, santali albi ac rubr. tragacanthi, sem. citrulli, ana drachmas duas semis, gran. quatuor, margaritarum, ambræ, *limaturæ auri & argenti*, ana drach. vnam. sachari lib. tres. *Fiat Electuarium. Dosis est drach. duæ, vsque ad vnciam semis, manè cum vino remollitionis galangæ & zingiberis.*

Ad oxy-

Ad Oxyreuma Cunradinus.

℞ Olei vitrioli gutt. iij. AVRI potabilis gutt. j. Olei succini gutt. ij. Propinetur in haustu vini optimi.

Confectio pinicata confortans, Langij.

℞ Pinearum præpar. ℥ j. ß. Phisticorum viridium ʒ vij. ß. Fol. AVRI num. xv. Margar. præp. ℈ j. ß. Sacch. in aqua rosarum dissolut ℔ ß. Fiant morsuli S. A.

Morselli præcipua membra fouentes & nonnihil purgantes, Marsilij Ficini.

℞ Cinnamomi electi ʒ. ß. Mirobal. chebularum, emblicarum ana ℥ ij. Croci, rosarum, ana ʒ j. Santali rub. ʒ ij. Corall. rub. ʒ j. Saccha. albissimi in aqua rosac. & succo citri dissoluti q. s. Moschi, Ambræ, ana ℈ j. Formentur morselli AVRO obducti.

Morselli in obstructione hepatis, Hilleri.

℞ Elect. de gemmis frigid. ʒ ß. Corall. rub. præpar. spodii de Canna, ana ℥ j. Mumiæ ℈ j. Nucis mosch. garyophyll. ana ℈ j. Sacchari crudi cristall. ℥ iij. Conseru. ros. antiquiss. ℥ j. ß. Extract. laudani ℈ ß. Croci Martis ℈ ß. Florum Antimonii alborum ℈ j. Sacchari albissimi q. s. in aqua ros. dissoluti. Fiant morselli forma superiore deaurati.

Conditum ad calorem hepatis, Andernaci.

℞ Conseru. cichorii, violarum, nympheæ, buglossæ, ana ʒ ij. ß. Conseru. rosarum ℥ j. ß. Specier. diamargar. frigid. Triasantal. ana ʒ ß. Fol. AVRI num. viij. Sacchari albissimi q. s. Misceantur, fiatque conditum, eius dosis est cochleare integrum.

Morselli alij in obstructione hepatis.

℞ Boli Armeni præpar. ℥ ß. Terræ sigillatæ ʒ j. Cornu cerui vsti ℈ j. Margaritarum ℈ j. ß. Corticum citri, betonicæ, scordii, ana ℈ ij. Camphoræ ℈ ß. Rasuræ eboris, ℈ ij. Radicum diptamni, tormentillæ, ana ℈ ij. Fol. AVRI num. vj. cum Saccharo in aqua rosarum sufficienti quantitate dissoluti, fiant morsuli.

Tabula ad Lepram.

℞ Trochisc. de vipera ʒ ij. Margarit. præparat. ʒ ß. Specier.

præpar. ℥ ß. Specier. aromat. rof. ʒ j. *Fol. Auri* num. cc. Sacch. in aq. rosac. dissol. ℥ iij. *Fiant rotulæ Auro obductæ.*

Pilluli ad Hydropem. ℞ Spicæ Nardi Indic. hepat. lupini, ana ʒ j. eupatorii ℈ j. cum syrupo de absynth. & guttis trib. olei vitrioli. *Fiant pillulæ* xxx. *Auro cooperta. Dosis* ʒ *integra cum vino absynthiaco.*

Cunradinus in Medulla sua destillatoria hoc in icteritia præscribit medicamentum, fol. 177. *Si quis laborauerit ictero flauo, huic porrigatur succini flaui puluerisati aliquantulum, cum so'is vel limatura* AVRI *in vino, vel aqua agrimoniæ, vel pomo tosto, & sanabitur.* Fol. 187. dicit: ℞ *Olei succini aliquot guttas, dentur cum Auro in pomo tosto vel aqua chelidonij maioris.*

Puluis aureus in dysenteria & omnibus fluxionibus ventris sistendis.

℞ Terræ sigilli ℥ ß. Croci Martis arte chymica præparati, nucis mosch. cinnamomi ana ʒ ij. AVRI tenuissimè limati ǵ. xij. M. F. puluis, cuius dosis est ʒ integra, ad ʒ ß tàm adultis quàm junioribus datur cum vino chalybeato aut pomo tosto, in fluxionib. alui sistendis tutissimus ac secretissimus est puluis.

In Profluuio vide Paracelſ. tom. 1. tract. 5. lib. 1. fol. 192.

Medicamentum Cunradini in Medulla destillatoria tale est in dysenteria, lienteria, atq; diarrhœa.

℞ Turpeti Solis vel Martis q. s. cum oleo thuris, coriandri, ana gutt. ij. olei succini gutt. ij. M. & vt artis erit, propinentur cum aq. chalybeata.

Pilulæ antipodagricæ D. Lagneri.

℞ Massæ pill. aggreg. Arab. Alæphan. Cæsaris ana ʒ j. Alhandal. hermodact. de Asarico ana ʒ ij. hellebori nigri ℈ v. diagridii ʒ. xij. Puluerisanda puluerisentur. M. cum aq. Saluiæ q. s. Fiant pilulæ AVRO obducendæ.

Doctissimus Sennertus approbat in suis Institutionibus, AVRO operiri pilulas, lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 2. de pilulis.

Pilulæ in dolore ischiatico D. Pistorij.

℞ Balsami ex aloë & rhabar. inspiss. ʒ ß. ol. carui gutt. iij. nucis mosch. gutt. ij. Formentur pilulæ & deaurentur. Author etiam addit, pilulas hasce habere vim exsiccandi, non verò violenter purgandi.

Puluis

Puluis contra venena. ℞ Vnicornu, vngulæ alcis, flor. bugloss. ana ℥ j. margarit. præpar. coriandri præpar. cornu cerui vsti, ana ℈ ij. visci quercini, ossis de corde cerui, AVRI Vngarici limati ana ℈ j. M. Dosis ℥ ß.

Electuarium præseruatiuum contra Pestem & alios morbos, Prisciani de Corduba.

℞ Cinnam. electi ʒ ß. zedoariæ ʒ j. boli armeni præpar. ℥ iij. camphoræ gr vij. sem. citri excort. sem. acetosæ, cort. mali citri ana ʒ j ß. rad. dictamni, tormentillæ, pimpinellæ, ana ʒ ß. rasuræ eboris, ossis de corde cerui, ana ʒ j. fol. AVRI, argenti ana ℈ ß. fragm. saphyri, rubini, smaragdi, granati ana ℈ j. conseruæ rosarum, acetosæ, buglossæ, ana ʒ ij. sacch. albiss. in aqua buglossæ & endiuiæ dissol. ℔ j. Fiat electuar. Dosis ʒ ij. ad ℥ ß.

Aliud Electuarium contra Pestem, Nicolai de Grassis Medici Romani.

℞ Tormentillæ, rubiæ tinct. cardui bened. ana ℥ iij. Carlinæ ʒ ij. terræ sigill. boli armeni ana ℥ j. camphoræ ʒ ij. moschi, ambræ ana ℈ ß. Theriacæ veteris, Mithridati ana ℥ iij. ß. Spec. Diamarg. Nicol. ʒ ij. ß. aquæ vitæ circulatæ ℔ j. Puluerisata infundantur per XXIV. horas, postea destillentur per alembicum, in destilata aqua dissolue sacchari Taberzet ℔ j. ß. croci ʒ ij. Bulliant omnia vsque ad spissitudinem syrupi, cui addantur: Zedoariæ ʒ ij. Boli armeni ℥ ß. terræ sigill. ʒ iij. Carlinæ ℥ j. vnicornu, lapidis serpentini, ana ℥ j. fragm. hyacinthi, smaragdi, saphyri, granati, ana drach. j. margarit. berillor. ana drach. ij. coralli albi, rubri ana drach. j. santali albi, citrini, rubri ana ʒ. j. cort. mali citri, ossis de corde cerui ana ℈ ij. been albi ac rubri, ana drach. j. fol. AVRI num. XXX. fol. ARGENTI num. XXXVI. syr. de acetosit. citri, de limon. de ribes, ana ℥ ij. syrup. acetos. simpl. ℥ j. ß. conseru. borrag. bugloss. ana ℥ ij. ß. M. Fiat Electuarium secundùm artem.

Aqua Vitæ contra Pestem, ex Gesnero.

℞ Caryophyll. drach. ß. cinnam. zedoariæ, rad. Valerianæ, pimpinell. tormentill. flor. rosarum ana drach. j. santali citr. & rubr. spodii, cort. citri, Doronici, terræ sigill. dictamni, seseleos, melissæ, majoranæ, rad. enulæ, sem. seseleos, carabe, rhabarb.

barb. nucis mosch. macis, scabios. ana drach. ß. flor. bugloss. borrag. anthos, cornu cerui vsti, rutæ, coriand. præpar. ana ℥ j. spec. diagemmæ, liberantis, diacameron, lætitiæ, Almansoris, diarrh. Abbatis, diamargar. hyacynthi, smaragdi, margarit. ana ʒ j. Mithrid. Theriacæ Venet. boli armeni, ana ℈ ß. fol. AVRI, ARGENTI ana num. 7. spiritus vini ℔ viij. Contundantur ac misceantur, stentque in infusione tribus diebus, dein destillentur per Alembicum ex Balneo Mariæ, & habebis aquam pretiosam cõtra pestem, datur etiam cum Electuariis appropriatis.

Aqua contra Pestem alia Guaineri.

℞ Tormentillæ rec. ℔ j. rad. herbæ tunicæ, dictamni ana ℔ ß. enulæ campanæ ℥ iiij. oxalydis cum seminib. ℔ j. fol. & flor. borrag. bugloss. rosarum rub. syluest. ana ℔ j. Theriac. opt. ℔ ß. pimpinellæ, scabios. ana ℔. ß. succi limonum ℔ j. spiritus vini rectificati ℔ ij. sigilli Lemnij, boli armeni, ana ℥ ij. santali albi, rubr. spodij, been albi ac rubri, margarit. ana ℥ j. ß. ossis de corde cerui ℥ j. rasuræ eboris ℥ ß. croci ʒ iij. camphoræ ʒ ij. fol. AVRI ℥ ß. Infundantur cum spiritu vini, digerantur ac destillentur.

Puluis contra periculosos pestiferos morbos puerorum, Ranzouij.

℞ Ossis de vnicornu, coralli rubr. succini albi, margarit. rament. AVRI, vngul. alcinæ ana æqu. port. Hæc omnia in mortario contrita, misceantur simul, in morbis calidis cum aqua rosacea, in frigidis verò cum aqua lauend. Detur. Exhibetur autem ad mensuram cochlearij.

Puluis nobilißimus Bezarticus.

℞ Boli arm. præp. ℥ j. ß. coriand. præpar. macis, spodij, carabe, ana ʒ j. ß. Rasuræ eboris, cort. & sem. citri, ana ʒ. ij. Gentianæ, ℥ j. Santali albi & rub. ana ℥ j. Rhab. electi ℈ ij ß. Endiu. acetosæ, basiliconis ana ℈. iiij. Flor. rosar. borrag. bugl. melissæ, menthæ ana p. j. Granat. præp. ℈ iiij. Saphyri, smaragdi, ana g̃. iij. Croci ℈ ij. ß. Margarit. ʒ ß. Cinnamo. ℥ j. Ossis de corde cerui ʒ ß. Fol. AVRI n. vj. Moschi ℈ ß. M. F. puluis.

Puluis Diuinus.

℞ Boli arm. præp. & abluti in vino maluat. ℥ j. Cinnam. electi ℥ j. Tormentillæ ℥ ß. Diptami, herb. tunicæ, coriand. præpar.

par. Rhab. el. ana ℨ iij. Croci, terræ sigil. cort. citri, been vtriusq. corall. vtriusq;, santali citr. rasur. eboris, margarit. præp. an. ℥ ij. Centinodij per IV. dies ac noctes in aceto infusi ℨ j. Carabe, macis ana ℈ ij. serici crudi, smaragdi, saphiri, granati, hyacynthi, rubini ana ℨ j. ß. Sem. acetosæ, endiu. portul. spodii, lign. aloës, oss. de corde cerui ana ℈ ij. Auri & argenti meri ana ℈ j. Spicæ g. iiij. Moschi, ambræ ana g. iiij. Sacch. albiss. ℥ vj. M. F. puluis.

Puluis Alexipharmacus.

℞ Cinnam. el. ℨ j. Boli arm. præp. ℈ ij. g. v. Rad. tormentillæ, bistortæ g. xv. Petasites, diptami albi, gentianæ, enulæ, vincetoxici, pœoniæ, aristol. rot. ana g. xiij. Herb. scordij p. ij. Rutæ, saluiæ, carduibened. acetosæ, chamedr. meliss. scabios. ana p. j. Flor. ros. rub. p. j. Sem. coriand. præp. santon. an. g. xiij. Sem. acetosæ, citri, portul. endiu. ana g. IX. Gran. junip. bacc. lauri, ana ℨ ß. Rhab. el. g. IX. Croci Orient. terræ sigill. corall. vtr. præpar. cort. citri, rasuræ eboris, cornu cerui vsti ana g. xv. Margar. præp. succini præp. ana g. xiij. Fol. Auri & argenti ana n. x. Moschi, ambræ ana g. j. Sacch. alb. ℨ vj. F. s. a. puluis subtiliss.

Aqua aurea Solaris.

℞ Rad. Valerian. tormentil. serpenta. ostrutij, diptami, gentianæ, morsus diaboli, ana ℥ ij. Carduiben. ℥ ij. ß. Garyoph. angelicæ, zedoariæ, vincetoxici, enulæ campanæ ana ℥ j. Iunip. ℥ ij. ß. Liquir. ℨ x. Pomor. arant. n. iij. Bacc. lauri ℨ iij. Cinnam. ℥ j. ß. Nucis vomicæ ℨ ij. Flor. sulphuris ℥ j. n. Croci integr. ℨ j. Cort. citri ℥ j. Sant. citr. ℨ ij. Ligni aloës ℨ j. ß. Anisi, fœniculi, coriandri præp. ana ℨ ij. ß. Zinziberis, macis, nucis mosch. garyoph. ana ℨ ij. Piperis longi, gran. paradysi ana ℈ iiij. Majoranæ, saluiæ, absynth. fol. Auri ana M. j. Fl. violarum, borrag. bugl. ana M. ß. Incidenda incidantur, contundenda contundantur & infundantur in aq. Vitæ bis destillatæ, deinde destilla lento igne, cui adde Theria. Mithrid. elect. ana ℥ ij. ß. Troch. de camphora ℨ ij. ß. Iterum lento igne destillentur vt scis; postea adde Spec. El. de gemmis, diam. diamos. dulcis, diarrhod. Abb. diamargar. ana ℨ j. Moschi g. iiij. Ambræ ℈ ß. Fol. Auri n. x. Rhab. el. ℥ ij. ß. Spicæ, squinanthi an. ℈ ß. Sacch. Candi ℥ ij. Stent in digestione, & si placet destillatioñe & tertia vice poteris reiterare.

Electuarium aureum contra Pestem.

℞ Theriacæ opt. conseru. rosa. ana ʒ vj. Mithridat. ʒ iij. Flor. sulphuris cum aqua acetos. præp. ʒ vj. Camphoræ ℈ ij. Zedoariæ, dictamni albi, gentianæ, aristoloch. tormentillæ, Valerianæ, morsus diaboli, pimpinellæ, leuistici, fol. Veronicæ, cardui bened. ana ℈ j. Rutæ gr. xv. Myrrhæ ʒ ß. Boli arm. præp. cum aceto rosac. terræ sigill. Silesiacæ, ana ʒ j. Croci gr. xv. Cinamo. ʒ j. Spec. El. de gemmis vtriusque, spec. diamoschi dulcis, diamarg. frig. diatrionsantal. ana ℈ ß. Sem. citri ℈ ij. Cornu cerui vst. ℈ j. Margar. præp. ℈ iiij. Fol. AVRI n. x. cum succo acetosæ Hispanicæ, seu aqua cinnamomi, & syr. acetos. citri, q. s. Fiat electuarium solidum, vt Theriaca.

Morsuli Pelicani in Peste.

℞ Pul. tormentillæ pimpinellæ, ana ʒ j. serpentariæ, cinamo. ana ʒ ß. Boli armeni, terræ sigill. corall. rub. santali rub. ana ℈ j. Spec. de gemm. frig. diatrionsantal. diamarg. frig. ana ℈ ß. Elect. liberantis, sem. acetos. ana ʒ ß. Ossis de corde cerui, margarit. præp. ana ℈ ß. gr. iiij. Spodii, macis, hyacinth. rubini, saphiri ana gr. iiij. Sacch. puriss. ana ℥ vj. Dissoluantur in aqua acetosæ, & rosarum, æqua portione, q. s. Fiant morsuli AVRO inuoluti.

Conditum in synocho putri.

℞ Conf. rosarum, nympheæ, acetosæ, ana ʒ vj. Bugl. ℥ ß. Trochis. camphoræ ʒ j. Pul. diamarg. frig. trium santal. corallor. rub. ana ʒ j. Fragm. de gemmis ℈ j. Fol. AVRI n. vj.

In febribus acutis Paracelsus tom. 1. lib. 1. de præparationibus: ℞ Auri præpar. ℈ iiij. Succi centauriæ & saluiæ ana ℥ ij. Dosis à ℈ ß. ad ℈ integrum.

Vel: ℞ Folior. Auri ex aqua mellis liquefactorum ʒ j. Alcool vini ℥ ij. Reduc in separationem à melle, dosis à ℈ ß. vsque ad ℈ j.

Puluis pueris Lue Venerea infestis ab vno mense vsque ad sextum administrandus, Banisteri.

℞ Flor. sulph. ℥ j. Pulu. argenti ℈ viij. Margar. præp. ʒ ß. Corall. præp. ℈ ij. Succini albi, cornu cerui, rasur. eboris, ana ℈ j. ossis de corde cerui, lap. Bezoar, fol. AVRI ana ℈ ß. Sacch. ʒ vj.

Fiat

Fiat puluis subtiliss. Dosis gr. vj. ad x. omni manè per dies xx. aut xxx. exceptis diebus purgationi destinatis. Præparatio verò *Pulueris Argenti* talis est: ℞ Mercu. subl. ℔ j. Mercu. crudi præpar. ℔ ß. terātur simul super lapide marmor. per duos ferè dies integros, quo optimè incorporari, & in puluerem subtilissimū redigi possint: In vase fictili idoneo ponatur, aquam vel pluuialem destillatam, vel quamuis aliam affundito, vt supernatet ad duos digitos, spatula lignea agitato, ac post residentiam despumato, aquamque effundito, sicque sexies aut septies aquam mutato in vno die, per quatuor dies cōtinuos, tandem aquam optimè effundito, & spiritum vini affundito. Et sic stet per horas xxiv. sæpius simul agitando, ac post spiritus vini effusionem stet in Sole quousque optimè siccetur. Tunc iterum teratur, & adde Solem & Lunam cum præscriptis cordialibus præparatis, tibique serua tanquam rem pretiosam. Dosis eius est grana tria ad sex. Miscetur etiam cum purgantibus secundùm artem.

Puluis Aureus Banisteri.

℞ Flor. sulphuris ℔ j. Mercu. præp. ℔ ß. Terantur simul in mortario marmoreo per spatium x. vel xii. horarū, vel quousque nulla Mercurii pars percipi possit. Ponatur in fictili idoneo, & benè vitreato, affunde aquam pluuialem, vt supernatet quatuor digitos, benè agitetur spatula lignea, & sic stet spatio duarum vel trium horarum, tum despumetur pluma, claramq; aquam effundito, aliamque affundito, atque ita aquam quater in die per duos dies continuos mutato, tunc quàm benè poteris aquam effundito, spiritumque vini affundito: & sic stet per duos dies, sæpius simul agitando, tandem spiritum omnino effundito, & in Sole per sex dies puluerem siccato, optimè secundùm artem dulcoretur, & iterum siccetur, tum ℞ Tartari à vino albo præpar. ℥ iij. Flor. viol. ℥ j. ß. Diagridij opt. præpar. cum spir. vitr. ℥ ij. Magisterii perlarum ʒ ij. Santali citrini ʒ j. ß. Cornu vnicornu, lap. Bezoar ana ʒ j. Gummi tragacanthi ℥ ß. Ambræ gryseæ ℈ j. Limaturæ AVRI vel SOLIS ℈ ij. ß. Fiat puluis subtiliss. Tandem simul omnia commisce, & terantur optimè per spatium duarum horarum, & in vitro optimè clauso reseruetur puluis. Dosis g̃ x. ad xx. Misce cum purgantibus medicamentis pro pilulis.

Puluis

Puluis Aromaticus Banisteri.

℞ Flor. ſulph. ℥ iij. ß. Mercu. optimè præp. ℥ iiij. Cinnamomi ℥ iiij. Primò optimè ſimul terendo incorporentur Mercurius cum ſulphure. Tunc adde Cinnamomi optimè pulueriſati, tandem ſimul omnia terantur. Spatio ſex vel octo horarum, & ℞ Glyzyrrh. ʒ iij. Ligni aloës ʒ ij. Ambræ griſeæ ℈ ij. Moſchi ℈ ß. Limaturæ AVRI ℈ j. Fiat puluis ſubtiliſſ. Omnia optimè commiſce, & affunde tantum aquę roſaceæ, q. ſ. ad madefaciendum, ita vt ſit inſtar paſtæ, ac poſtea in vaſe idoneo ſiccetur optimè in Sole, ac iterum ſubtiliſſimè teratur, ac in vitro benè cooperto reſeruetur. Doſis gr viij. ad ʒ dimid. Miſce cum pilulis, electuariis vel conſeruis mo bo appropriato.

Puluis Banisterij ad Luem Veneream.

℞ Pulu. Argentei ʒ x. Sacch. ʒ x. Flor. ſulph. ℥ ij. Turbith albi & grumoſi ℥ ß. Agarici trochiſc. diagridii præp. ana ʒ ij. ß. Rhab. ʒ j. Pulu. cordial. ʒ ij. Limaturæ AVRI ℈ j. Fiat puluis ſubtiliſſ. Doſis g̃. viij. ad xvj. in pulpa pomi vſti manè pro pueris, à menſe vno ad annos decem.

Puluis Banisteri alius ad Luem Veneream.

℞ Mercu. ℥ vj. Argenti ſeu Lunæ rectificatæ & præparatæ in puluerem, ℥ j. Miſce ſimul in formam Amalgamatis. Recipe etiam Mercu. ſubl. pulueriſ. ℔ j. Miſce cum Amalgamate quouſque reddatur in puluerem ſubtiliſſimum, & ponatur in vaſe idoneo, ac affunde aquæ deſtillatæ q. ſ. benè conquaſſentur ſimul, & ſic ſtent per horas XXIV. tunc effunde aquã, & tantundem iterum affunde, quod facies ſexies. Tunc ſiccetur puluis, qui ſubtiliſſimus reddatur ſuper marmoreo lapide, & iterum ponatur in vaſe, & affundatur tantundem iterum aquæ deſtillatæ, & ſic procede omnino vt antea & toties. Tandem iterum ſiccetur puluis & teratur ſuper marmore, & affundatur ſpiritus vini, quem combures: Et hoc fiat ſepties aut octies, & tandem reſeruetur puluis ſubtiliſſ. & benè ſiccatus. Doſis g̃. v. vel viij. Miſce cum pilulis, electuariis, vel conſeruis appropriatis alicui morbo contagioſo.

Tinctura Meliſſæ Banisteri.

℞ Aquæ vitæ ex vino bis deſtillatæ, adde M. iiij. Meliſſæ

ſenæ

ſenæ in vmbra ſiccatæ, Cornu vnicornu, lapid. Bezoar. ana ℈ iiij. Oſſis de corde cerui ʒ ß. Cornu cerui, raſuræ eboris ana ʒ iij. Solutionis perlarum, ſantal. citrini & albi, Corall. rubr. præpar. terræ Lemniæ, terræ Samiæ, ſuccini albi, tormentillæ, vngulæ alcis, ana ℈ ij. Zedoariæ ℈ j. Ambræ gryſeæ gr. x. Moſchi gr. viij. Limaturæ AVRI gr. viij. Sacch. cryſtall. ℔ j. ß. Miſceantur ac ſtent in infuſione per XII. dies, agitando ſæpius, tunc adde aq. roſac. ℔ j. & ſtent adhuc dies VIII. poſtea colentur & ſeruentur.

Tinctura Baniſteri Cordialis ad crapulam, lypothymiam, ac cordis palpitationem.

℞ Aqu. vitæ, Roſæ Solis ana ℔ VI. Hepaticæ, capillor. Veneris, ſcolopendr. thymi, ana M. j. Dactyli contuſi ℥ XII. Nucis moſch. Macis ana ℥ ß. Piperis longi ʒ ij. Cardamomi, oſſis de corde cerui, ligni aloës, ambræ griſeæ, ana gr. XVI. Limaturæ AVRI ℈. ß. Sacch. criſtall. craſſiuſculè contuſi, ℔ j. Infundantur in Sole per dies octo, tunc cola per manicam, & ſerua vſui.

Tinctura Baccarum Iuniperi ad Colicam, calculum, aërem peſtilentialem, valet etiam ad mundificandum ſanguinem. Baniſterus.

℞ Baccarum Iunip. ℔ j. contundantur ſubtiliter, imponatur in vitro capaci cum ℔ octo ſpiritus vini, ſtent per dies XII. poſt XII. dies pone in Balneo per horas XXIV. tum cola & adde Lap Bezoar. ʒ j. Cornu vnicorn. ℈ ij. Oſſis de corde cerui ℈ iiij. Raſuræ eboris ℥ j. Solutionis Perlarum ʒ VI. Corall. rub. præp. ʒ iij. Succini albi ʒ VI Macis, nucis moſch. ana ʒ j. Ambræ griſeæ ℈ j. Moſchi ℈ ß. Fol. AVRI, num. XII. Pulueriſentur ſubtiliſſimè, miſceanturque cum tinctura prædicta, & ſtent per dies X. quotidie agitando bis aut ter, tunc adde Sacchari cryſtall. ℔ j. ℥ IV. Aquæ roſ. ℔ j. ℥ ß. Miſce omnia, vt ſtent in Sole vel digeſtione per octo dies, agitando quotidie ſemel, poſtea ſerua ad vſum.

Conditum Ioſephi Quercetani ad cordis roborationem.

℞ Conſeru. cort. citr. vt ſ conditi ℥ j. Conſeru. flor. buglоſſæ, viol. ana ℥ dimid. Confect. Alkermes ʒ j. ß. Confect. liberantis, cordialis, Elect. de gemm. ana ʒ dimid. Spec. aromat. roſa. dianthos, ana ℈ j. Corall. præp. Margar. præp. ana ʒ j. Oſſis de cor-

de corde cerui, vnicornu ℈ j. Lapid. Bezoart. ℈ dimid. Ambræ gr. x. AVRI fol. aliquot. Contundantur omnia, misceantur, & fiat conditum.

Laudanum cordiale ad somnum conciliandum & sistendum fluxus omnis generis, ad tußim & rheuma eiusdem.

Banisterus.

℞ Croci ℥ j. Granor. Alkermes ʒ vi. Cinnam. nucis moschatæ, garyoph. macis ana ℥ ß. Galangæ, rad. angelicæ, zingiberis ana ʒ iij. Flor. rotismar. ʒ j. ß. Flor. borag. bugloss. violar. ana ʒ j. Fiat omnium extractio cum spiritu vini rectificato: deinde ℞ Opii in spiritu vini dissoluti & extracti secundùm artem ℔ vnam, adde tincturæ superiori, vt fiat commixtio, cui postmodum adde Corall. rub. & alb. præpa. ana ʒ vnam. Succini albi præp. ʒ iij. Magist. Perl. smaragdi præp. ana ʒ j. ß. Granatorum, rubinorum, ana ℈ iv. Cornu vnicornu ℈ ij. Lap. Bezoar. ʒ j. ℈ j. Ligni aloës ʒ ij Terræ Lemniæ ʒ ij. Boli armen. ʒ j. ß. Ambræ griseæ gr. xiv. Moschi gr xii. Fol. AVRI ℈ ij. Et sic fiat extractio bonæ consistentiæ, in fine adde Olei Cinnamomi ℈ j. Olei nucis Mosch. gutt. xiii. Olei anisi gutt. x. Ol. & sem. papaueris albi & hyosciami ana ℈ ß. Misceantur optimè, conseruetur que tanquam res pretiosa. Dosis gr. iij. ad iiij. ex conserua rosarum rubearum.

Laudanum opiatum Banisteri.

℞ Opii purgati, succi hyosciami, ana ʒ iij. Dissoluantur in spiritu vini, vt fiat extractio, cui apde Croci ʒ ij. ß. Magisterii Corallorum sesquidrachmam, succini albi ʒ ij. Essentiæ Perlar. ℈ ij. ß. Essentiæ mumialis ℈ ij. Ambræ ℈ dimid. Musci ℈ j. Fol. AVRI ℈ ij. Olei nucis mosch. gutt. xxiv. Olei anisi gutt. xii. Fiat miscendo laudanum opiatum.

Laudanum opiatum Banisteri tale etiam est.

℞ Opii ℥ v. Succi rad. hyosciami ℥ ij. Dissoluantur in aqua Rosæ Solis, ad ignem lentum. Rosa Solis absumatur euaporando, iterum tantundem affunde & dissolue, & Rosa Solis exhalet euaporando, & tertiò adiiciatur Rosa Solis, & euaporet, donec crassescat, sub finem exhalationis adde Extracti Croci ʒ ij. ß. Moschi ℈ j. Ambræ gryseæ ℈ ß. Corall. præp. solut. perlarum

larum ℈ dimid. Mumiæ ℈ ij. Fol. AVRI pulu. ℈ j. Succini albi ℈ iij. ß. Olei nucis mosch. gutt. XXIV. Olei anisi gutt. XII. Misceantur vt fiat laudanum.

Laudanum Paracelsi in fluxu ventris desperato.

Capit folior. AVRI ʒ ß. Margarit. integrar. ʒ ij. Asphalti, florum Antimonii, Myrrhæ Romanæ, Aloëpat. singulorum ad pondus omnium, quæ contemperantur in massam, cuius dosis à granis IV. ad X.

Laudanum Theophrasti D. I.

℞ Specier. Diambræ ʒ iij. Caryoph. ʒ ij. Opii Thebaici benè exsiccati & præparati ʒ iij. Extract. rad. Iusquiami ʒ iij. Essentiæ Margarit. ʒ IX. Essentiæ corall. rub. ʒ VI. Mumiæ subtiliss. puluerís. ʒ ij. Essentiæ de Mumia ʒ ij. Ambræ siue charabes q. s. Veræ tincturæ AVRI ad libitum, Ambræ griseæ, Moschi Orientalis ana ℈ j. Croci Orientalis puluer. ʒ ij. Vini sublimati opt. q. s. pro incorporatione, & vt artis est omnia diligenter & sincerè more solito fiant. Ex Speciebus verò Diambræ, Caryophyll. opio & charabe, oportet prius modico vini destill. tincturas, vt artis est, extrahere, sed opium sit benè exsiccatum, minutimque incisum.

Laudanum Banisteri apud Libauium.

℞ Opii ʒ VI. Succi radic. hyosc. ʒ ij. Dissoluantur in spiritu vini, vt fiat extractio, cui adde Croci ʒ ij. cum dimid. Corall. præpar. sesquidrachm. Succini albi ʒ ij. Solutionis perlar. ℈ ij. cum dimid. Mumiæ ℈ ij. Ambræ ℈ ß. Musci, fol. AVRI ana ℈ j. Olei nucis mosch. gutt. XXIV. Olei anisi gr. XII. F. opiatum.

Laudanum opiatum nomine Genuini à Iohanne Hartm. Beyero Libauio transmissum.

℞ Spec. Diambræ sescunciam, Succi totius alterci floris albi inspissati ʒ iij. Mumiæ veræ gr. XXIV. cum spiritus vini quãtitate sufficiente extractum. Hinc adde extracti opii cum nouo spiritu parati sescunciam, Essentiæ corall. rub. succini albi singulas semidrachmas, Essentiarum margarit. AVRI, quindena grana, Croci, castorei, vnicornu vel huius loco Bezoar veri, gr. VIII. Ambræ gryseæ, Moschi, aquâ cinnamomi solutorum, repurgatorumq; grana septena: Accuratissimè commista omnia

digerantur in Balneo alembico cœco, in massam iustæ consistentiæ, quæ subigatur adjectis olei succini aliquot guttis.

Laudanum Philoniatum secundùm Libauium.

℞ Spec. Dianthos, Diambræ, Diaxyloaloës, ana semunciam, Spiritus rorismarini, cui admista sit Aqua theriacalis stillatitia & antepileptica ex cinnamomo q.s. ad extractionem per infusionem & depletionem in modum tincturæ. Liquori depleto commisce Ladani Cyprii electi, vitrioli aquâ sæpius abluti & depurati semunciam. Dilutum serua. Cape postea Philonii Romani ℥. Mithridatij, opii, singulas semuncias. Misce cum aqua stillatitia cornu ceruini rectificata, quantum satis ad extractionem per commaceratione̅ & filtrationem, quomodo succi parantur. Liquorum extractum confunde cum priore, & probe misce. Pone in vitro ad digerendum per mensem suum, donec syrupi fiat consistentia. Tunc immisce solutionis perlarum semunciam, spiritus vitrioli rectificati, tincturæ croci singula semiscrupula; AVRI vitæ ℈ j. Olei piperis, garyoph. stillat. ana ʒ ß. Olei nucis mosch. stillat. cum pinguedine pura pulli caprini in Balsamum redacti, ℥ ß. Digere ad consistentiam opiatæ, & in vitro serua, ad Solem vel fornacem aliquandiu fermentans, vt vis opij magis refrenetur. Si placet in vsu suo potes addere calcem AVRI vel Argenti solubilem; item Ambram, Moschum &c. Eius vsus est apud eundem Libauium *Lib. 2. Alchemiæ, Tract. 3. de Specieb. compos. cap. 1.*

Laudanum Paracelsi ad saltantes Maniacos.

℞ Quintæ essent. opii ʒ j. Essent. Mandrag. gr. VII. Essentiæ lolii ℈ j. Essent. papaueris albi ʒ ij. Essent. hyosciami ʒ iij. AVRI POTABILIS ℥ dimid. Aquæ cordial. ʒ VI. Misceantur, eius dosis est guttæ IV.

Laudanum Opiatum Aureum.

℞ Opii Thebaici ℥ ij. Huic spiritum vini affunde, & in Balneo Mariæ pone ad digerendum, tincturamque extrahe, idque tantisper facias, dum præter fæces nihil in fundo subsideat, & totam tincturam in vase mundo vitreo serua, postea Recipe, Succi hyosciami ex Sole exsiccati ℥ j. cuius tincturam extrahe per spiritum vini, eamque præcedenti miscebis, jam

Recipe

Recipe, Diambræ ℥ ij. Infunde spiritum vini ad eminentiam trium digitorum, vase benè obturato, stent in Balneo Mariæ vel alio tepido calore, & tincturam elice sicut fecisti cum prioribus, seorsim autem hanc reseruabis, donec dixero. ℞ Croci Orientalis ℈ iij. Tincturam extrahe & misce cum sequenti tinctura: ℞ Mumiæ ʒ ß. Eius tincturam eodem modo per spiritum vini extrahe, & misce cum essentia croci, atque duabus tincturis superioribus, quotidie mouendo & perturbando in loco tepido tincturis bene clausis, sine sic fermentari diebus quindecim, tempore peracto, pone in Mariæ Balneo, & spiritū vini omnem destilla, vt crassamentum in fundo remaneat, tunc tincturæ Diambræ superius reseruatę aliquantulū affunde, stentq; in digestione, tamdiu donec inspissetur, ter quaterve in die agitetur, idque tantisper dum odor liquoris istius penitus euanescat, quod intra sex hebdomadas contingit, tandem Recipe: Essentiæ corall. succini pellucidi ana ʒ j. Vnicornu g̃ vii. Magisterii perlarum ℈ j. Ossis de corde cerui ℈ ß. Auri potabilis vel eius tincturæ ʒ ß. Omnia bene contusa & commixta in mortario lapideo vel vitreo cum spiritu Diambræ infundantur, cum præcedenti crassamento, & agitentur singulis diebus, & benè commisceantur, postea destilla totum spiritum vini, iterumq; residuum spiritus Diambræ infunde, & cùm verè siccum fuerit, adde olei succini, masticis, cinnam. ana circiter ℈ j. Potes vnam partem pro mulieribus sine moscho accipere, nam eas lædit, & aliam partem pro viris, adde Extracti de moscho cum spiritu vini ℈ ß. Stent in loco calido temperato, & exiccetur & reseruetur ad vsum. Detur in forma pilularum, vel cum conuenienti liquore dissolutum, in debita dosi granorum trium vel sex, pro maioribus.

Laudanum Paracelsi laudatissimum ex Crollio.

℞ Opii Thebaici ℥ iij. Succi hyosciami debito tempore collecti, & in Sole prius inspissati ℥ j. ß. Spec. Diambræ & Diamoschi fideliter dispensatorum ana ℥ ij. ß. Mumiæ transmarinæ selectæ ʒ ß. Salis perlarum, corallorum, ana ʒ iij. Liquoris succini albi per Alcohol vini extracti, ossis de corde cerui ana ʒ j. Lap. Bezoar. vnicornu animalis vel mineralis ana ʒ j. Moschi,

 Am-

immiſcetur, poteſtatemque redigendi vitam habet in eſſentia bona, ſic vt natura nulla reſiſtere valeat. Non ſecus ac Arſenicum naturam in malum vincit, Elixir hoc in bonum ex aduerſo illam ſuperat, corpora defendens.

Elixir Paracelſi aliud, eodem Tomo fol. 87.

℞ Sal optimè præp. albiſſ. & mundiſſ. hoc in Pelicanum ponatur cum Aquæ ſoluentis tanta quantitate, quę ſexies pondus illius ſuperet. In fimo digerantur equino ſimul vno menſe: Poſtea ſeparetur aqua ſoluens per deſtillationem, & rurſus affundatur ac ſeparetur vt prius, idq; toties donec Sal in oleum conuertatur: Cui quidem Auri quintæ iungatur Eſſentiæ pars octaua, ſimulque digerantur in Pelicano & in equino ventre, per IV. menſes, & poſtmodum circulentur per menſem, addaturque pars altera vini circulati: ſic maneant in aſcenſione per menſem adhuc.

Elixir Paracelſi tom. 6. in Archidoxis lib. 8. cap. 88. & 89.

℞ Throni quantum voles, quod in Pelicano poſitum ſit ad digeſtionem in Sole duobus menſibus; melius tamen per æſtatem, poſtmodum addatur Q. Eſſentiæ Auri pars quarta, & ita ſimul circulentur duobus menſibus. Hoc ſerua.

Elixir Quintarum Eſſentiarum Eiuſdem.

℞ Quintæ eſſentiæ chelidoniæ, meliſſæ ana ℥ ij. Q. Eſſen. Auri, Q. Eſſ. Mercurii, ana ℥ ß. Q. Eſſen. Croci, Mirobal. omn. ana ℥ j. Omnia permixta ſimul in digeſtione Solis clauſa cœco maneant Alembico menſe bino. Poſtmodum adde Q. Eſſ. vini, eius magiſterii ana ℥ j. ß. Et iterum digerantur per menſem vt ſupra. Tandem in theſaurum ſeruato, nec dum ad præſeruationem tantùm, ſed etiam ad reſtaurationem.

Elixir Auri cum Mercurio fol. 148.

Reduc Mercurium in eleuatione tantiſper, dum in fixum cryſtallum abeat. Deinde in reſolutionem ac coagulationem digere, & cum AVRO coniunge, ita vt fermentum eius hoc ipſum fiat; proinde age juxta præſcriptum Hermetis, age vſque in finem lapidis, cuius doſis eſt ℈ j. Huius vis ac virtus corpus reſeruat integrum. *Tom. 6. lib. 3. cap. 8.*

Arca-

Arcanum Conseruationis libro de Vita longa, fol. 178.

℞ Flor. sectarum ℥ j. Fol. Dauri ℥ v. Essent. AVRI, perlarum, ana ℥ ß. Q. Ess. croci, chelidoniæ, melissæ ana ʒ v. Mixta simul omnia secundùm Artistarum morem, & in compositum vnum, organis vitreis ad vsum seruabis. Hæc medicina sufficiens est ad curam expulsionis morborum accidentalium.

Arcanum Essentiæ Q. cum sulphure & Antimonio.

℞ Flor. sulphuris ℔ ß. Flor. Alborum (spiritu vitrioli vel nitri correctorum) Antimonii ℥ j. ß. Succi AVRI ℥ j. Aquæ vitæ circulatæ ℥ x. Digerantur ad mensem, & in massam duram cõgelantur. Huius qualibet vice ʒ j. administrabis. *Paracels. de Contract. tract. 2.*

Laudanum siue Nepenthes, D. Beguini.

℞ Tincturam ex hyosciami vnciis duab. cum spiritu vini, per spiritum vitrioli vel sulphuris acido facto, extractam vt artis est. Ex Opii vncia vna vt supra extractam. Croci Orientalis vnciis duab. extractam. Misce, & pone in loco tepido per dies quindecim, quotidie agitando. Quibus finitis, spiritum vini per Balneum euoca: Deinde Massæ in fundo remanenti adde: Extracti castorei ʒ ij. Tincturam ex ℥ ij. Diambræ, per spiritum vini juniperatum, in Balneo vaporoso extractam, vna cum dissoluente. Stent in digestione per mensem, sæpius agitando, dum omnis odor grauis euanescat. Tandem adde: Tincturæ corallorum, succini pellucidi præparati ana ʒ j. Ossis è corde cerui ℈ ß. Tincturæ AVRI ʒ ß. Omnibus in mortario marmoreo mixtis, & prius contusis contundendis, adde, Olei succini, macis, cinnamomi ana ℈ j. Extracti Moschi (quod tamen in mulieribus omittendum est) ℈ ß. Hæc omnia pone in loco temperato, vt exsiccentur, ad pilulas inde facilè formandas. Dosis à g̃ j. ad iiij.

Antidotus D. Priscican. contra multos morbos.

℞ Cinnam. electi ʒ ß. Zedoariæ ʒ j. Boli armeni præp. ʒ iij. Camphoræ g̃. vij. Sem citri, acetosæ, cort. citri ana ʒ j. ß. Rad. diptamni, tormentillæ, pimpinel. ana ʒ ß. Rasuræ eboris, ossis de corde cerui ana ʒ j. Auri foliati Argenti ana ℈ ß. Fragm. saphyri, rubini, smaragdi, granati, ana ℈ j. Pulueriſentur cum diligen-

ligentia, & miſceantur: Excipiantur inde Sacchari in aq. bugl. & endiu. diſſoluti, & ad juſtam ſpiſſitudinem cocti ℥ x. Conſeruæ Roſar. Acetoſæ, Bugloſſ. ana ℥ j. Omnibus ritè commiſtis, fiat Antidotus. Vſus. Pars magnitudine duarũ fabarum cultello accepta comedatur. Incenſo verò peſte vncia detur ſemis, omni die cum aqua acetoſæ. Contra pleuriſin vncia ſemis cum accommodato juſculo, vel ſucco aut aqua conuenienti diluta detur.

Omnium veluti compendium & ſummam eſſe Aurum, perſuaſum eſt maiori gentium parti.

Ex his vides, quanto in pretio ſit apud omnes AVRVM, cuius ineffabiles à DEO donatæ virtutes, proh Deum immortalem, quantis quantisque in natura prælucet rebus dignitate, ſplendore, proprietate, curatione ac præſeruatione, eius eſſentia & aſtrorum furoribus mediatiſſimè à Deo reſiſtit. Itali Medici Sedones & Auro ignito vt nobis apertum, efficiunt ac perficiunt. Non fruſtra ſanè digitum vocamus Annularem; qui fit infantulum oculos à morbillis annulo aureo liberari, ſolummodo eius attactu? Dentes infantum proferuntur Auro? Annon ab intus deaurata pocula, corroſionem metalli coërcent? Qui fit quod ſub juſto ſydere radices effoſſæ cum Auro tantæ ſunt valoris ac præualentiæ? Verùm ſi Aurum calcinatum pulueri tormentario immiſcetur, quid agit? H c bellum loqui cóueniet expertum: Quid rationis adfert hoc? Si præcipitatus Mercurii vulgi, qui tamen veneno ſiſſimus, cum foliis Auri permixtus ſit ſaluberrimus in corpore? Proba veri præcipitati etiam exiſtit & fit cum Auro. Albertus Magnus refert, Aurum aliquando etiam in caluariis & dentibus Microcoſmi fuiſſe repertum: Practici Medici etiam aliquando ex capite (Furioſi aut alio externo errore læſi) exempto cerebro cum panno ſerico Aurum impoſuerunt, poſtmodum bene reſtituendo feliciſſimè curarunt: Nonnulli & in corde ad cutem, Aurum pro ſummo confortatiuo gerunt.

Annulus aureus annexo filo, à caſta perſona in vitro ſuſpenſus ſonabit certam horam diei.

Aurum inquit Paracelſus lib. 12. de tranſmutatione rerum naturalium pag. 308. & lib. de renouat. & reſtauratione p. 107. Corpus hominis ad ſummam ſanitatem ducit, omnes morbos curat

curat & tollit, omnes colores reſtituit, inſtaurat ac renouat. Ex *Lib. de vita longa, tom. 6. pag. 126.* Aurum præſeruat à lepra. *Tom. 7.* Aurum ex vniuerſis elixiriis ſummum ac potentiſſimum eſt, corpus ſeruat, & liberum reddit ab omni ægritudine, neque id corrumpi ſinit; corrigit enim ac emendat, quicquid non eſt ſincerum. Ex Auri eſſentia fit corallinum & præſentiſſimum remedium contra podagram. *Tom. 6. lib. 2. de vita longa.* Item *Tomo 6. lib. 4. Archidox. fol. 22. & 23.* Quinta eſſentia Antimonii curat lepram; item & Qu. Eſſentia Iuniperi, Q. Eſſen. Ambræ: Solis autem Q. Eſſen. has omnes exequitur operationes omnes ſola, cùm radicitus omnia lepræ ſigna tollit, ac renouat corpus, vt mel & cera mundatur, & à ſuo fauo repurgantur. *Fol. 23.* Auri quinta eſſentia leproſum totum inuertit ac lauat, vt inteſtinum aliquod in macello abluitur, & cute pariter cum ſcabra expoliat, nouamq́ue reddit, ſoluit organa vocis, totam complexionem leproſam aufert, & efficit talem, ac ſi recens ex ſua matre prodiret. Idem *tomo 6. de renouat. & reſtaur. fol. 100.* Elementum Solis, eius Q. Eſſ. nec non oleum ejuſdem & Aurum potabile lepram vnà cum omnibus morbis auferunt, renouant ac reſtaurant. Idem *fol. 101.* Ens primum, id eſt, Auri prima compoſitio, quæ adhuc liquor exiſtit, in corpore quicquid arripit, renouat ac reſtaurat, nec ſolum hominem, verùm etiam omnes pecudes, fructus, herbas & arbores. Eſtq́; ſpiritus ſubtiliſſimus, longè verò ſubtilius, ac ipſo corpore ſcil. Auro. Ens ab eo deſcribitur *tom. 6. fol. 105.* in hunc modum: ℞ Mineralis Auri minutiſſ. triti ℔ j. Salis circulati ℔ iiij. Mixta ſimul digerantur in equino fimo per menſem: Inde fiet aqua, cuius ab impuro ſeparetur purum: hoc in lapidē coagulato, quem vino cenifiato calcinabis, & ſeparabis iterum, & ſuper marmore ſolues. Aquā hanc putrefieri ſinito per menſem, inde fiet liquor, in quo ſigna fiunt omnia, vt in Ente primo Auri &c. Idem *lib. 2. cap. 4. de vita longa* ait: ℞ Oleum vitrioli correctum & aurificatum, vel per phlegma forma circulari temperatum vel per oleum rubeum ſine viride, quod ſub Cocothar deliteſcit: vtrumque liberat à Caduco. *Cap. 3 huius libri dicit:* Lepram rubeam curari per Mercurium Solis; Lepram albam per Mercurium Lunæ. Idem *fol.*

285.cap.2.huius dicit: Guttam curari per vitriolum Solis & horizontem; Vitrioli dosin apponit iij.℥. Dosis horizontis ℥iiij.

Aquila præcipitata & spiritus vitæ ex Auro extractus curant hydropisin. *Tom.1.cap.8.lib.2.de vita longa.*

In dissolutis summum atque adeò excellentissimum medicamen in Auro est, & laudano perlato. *Paulò post*: Ex Auro non planato fit, nec permisto re alia incongrua, fitq; per Athanar & Rubellam cum administratione r..beæ essentiæ. Dosis ex iij. guttis componitur, vel secundùm dispositionem subjecti. Ex hoc Auro omnes dysenteriæ species Icteritiæ & diarrhœæ, atque alii fluxus ventris, vel mineralium, juxta ritum medicum optimè curantur. *Tom.6 cap.8.fol.139.*

Contractionem & resolutionem tollunt Aurum, cinnamomum, xylobalsamum, myrobal. cum essen. vini in Elixirium redactis. *Tom.6.cap.9.fol.148.*

Venenis vnita resistunt essentia Mumiæ, essent. chelidoniæ, liquor horizontis, Balsamus de lignis ac Terræ sigillatæ. *Eodem tomo cap.10.lib.3.*

Auri etiam est augmentatio; item & generatio in cucurbita: siquidem & Lunæ. *Paracels.tom.6.lib.2.de generat.rerum naturalium, fol.207.*

Sulphur crudum Auro detrahit pulchram & amabilem suam flauedinem & aureum colorem, & nigrum reddit, & planè deforme, vt deformius esse non possit; sic & Lunæ albedinem. Idem *lib.3.fol.*209. Cum aranea in fluxu Auro superinjecta eodem modo facit, vt aurifices malleare non possint, verùm vitriolo corrigi potest, & redintegrari. Aurum non potest melius & pulchrius conseruari, nisi in vrina puerorum, in qua dissolutum sit sal Armoniacum, aut in sola aqua salis Armoniaci. Idem Paracels *tom.6.fol.*210. Sic argentum conseruatur in aqua vel aceto, in quo tartarus & sal commune sint resoluta, hique modi sunt aurifabrorum. Paracelsus *in lib. de cælo Philosophor.fol.*285.ait: Septimum ex sex spiritualibus metallum corporaliter est Sol, qui in seipso nihil aliud est, quàm purus ignis. Quod autem extrinsecus pulchrius, flauius, apparentius, perceptibilius, ponderosius, frigidius, ac magis homogeneum

neum corpus visu, perceptioneque possideat, huius causa est, quod aliorum sex metallorum congelationes in se contineat, quibus in vnũ corpus extrinsecum est cõpactissimum factum. Sic Solis ex seipso purus est ignis, non tamen viuus, sed durus, & sulphuris tantum colorem demonstrat, vt flauum & rubeum permixtum in eo proportionaliter: Metalla quinque frigida sunt, quæ suas tribuunt Soli virtutes; Secundùm frigiditatem, corpus ipsum: Secundùm ignem, calorem: Secundùm siccitatem, duritiem: Secundùm humiditatem, pondus, & ex splendore, clangorem.

Quòd autem Aurum ignis terrestris Elemento non comburitur, nec etiam corrumpitur, efficit hoc Solis constantia. Nam vnus ignis alterum adurere non potest, nec etiam absumere, sed potius si ad ignem accedit, ignis augetur validiorque fit in suis operationibus. Cœlestis ignis, qui à Sole in terram apud nos influit, non est talis ignis, qualis est in cœlo, nec similis nostro super terram exsistenti, sed ignis ille cœlestis apud nos est frigidus & congelatus, qui corpus est Solis. Quamobrem Sol per nostrum ignem superari nullo modo potest: Hoc illi solùm accidit, vt liquefiat sicuti nix, vt glacies ab ipso cœlesti Sole. Ignis igitur ignem comburendi potestatem non habet, quia Sol est ignis, qui solutus in cœlo, coagulatus apud nos exsistit. Hinc Aurum, dicit, ex essentia esse triplex, 1. Cœleste. 2. Elementare. 3. Metallicum. Quodque rursus tripartitur in Solutum, Fluidum, & Corporeum.

Eius verò liquefactionem per ignem prouenire dicit, & causari hoc ex Mercurio; item quod Pisces & Aquarius liquationibus in eo spiritualiter occultentur. Huius manifestissimũ est exemplum, quod Mercurius cum Auro facilius per amplexum commiscetur corporaliter. Sed Sol post liquationem recedente calore frigoreq; superueniente extrinsecus coagulari, durum & solidum fieri, reliquorum metallorum est occasio, quorum naturam in se complectitur, Iupiter, Saturnus, Mars, Venus, Luna. In istis quinq; metallis, frigidæ mansiones cum suis regiminibus præcipuè reperiuntur. Inde fit, vt Sol extra calorem ignis liquefieri minimè possit, propter jam dictum frigus.

gus. Non poteſt etiam Mercurius ſuo naturali calore, vel liquatione ſubuenire, nec ipſum defendere contra quinque metallorum frigiditatem, eò quod Mercurii calor nō eſt ſufficiens ad Solem in liquatione retinendum. Quapropter oportet Aurum magis quinq; metallis obedire, quàm vnico metallo Mercurij. Ipſe etiam Mercurius officii nihil aliud habet ex ſeipſo, præterquam ſemper fluere. Hinc fit vt in aliorum metallorum coagulationibus nihil agere valeat, cùm eius natura non ſit durum aut ſolidum facere, ſed liquidum. Fluidum efficere caloris eſt, vitæque natura: ſed frigiditas duritiei, conſolidationis & immobilitatis naturam habet, quæ morti comparatur. Exempli gratia, ſex metalla frigida iam dicta Solis, ſi liquefieri debent, ignis calore fiat id neceſſarium eſt. Nix aut glacies, quæ frigidæ ſunt, hoc ipſum non efficient, ſed potius indurabunt: ſtatim atque metallum igne liquefactum ab eo fuerit amotum, frigiditas hoc arripiens, durum, congelatum & immobile per ſe reddit. Sed quod Mercurius fluidus atque viuus ſemper maneat, dic quæſo calore an frigore id efficiatur? Qui reſponderit à frigida humidaque natura id fieri, tum à frigiditate vitam habere opinionis aſſertor huius naturæ nullam cognitionem habens, cum vulgo ſeductus eſt. Vulgus enim de quibuſuis nil niſi falſum iudicat, hoc etiam firmiter tenet. Quapropter eſt, quod ab eo recedat, quicunque veritatem cognoſcere cupit. Mercurius quidem ex frigida minimè, ſed ex calida & ignea natura viuit. Quoduis etiam viuens, ignis eſt, quia calor eſt vitæ, frigus verò mortis occaſio. Hactenus de natura Solis & proprietatibus, paucis adhuc perſtringendis ſufficient.

Idem *tract. 2. de contract.* ait: Hæc eſt ratio, cur generalem curam ad omnes contracturas ponimus, vt in Auro potabili: cuius etiam non miratur, quicunque verus Philoſophus exiſtit, quod Aurum & eius proprietates, eiuſque ſupremum operationis gradum nouit, in confortatione totius naturæ humanæ: Per quam ſolam omnes morbi ſunt, & potiſſimum illi, qui ſupremum gradum occupant, vt contracturæ curandi.

Definitio Geberi. GEBERVS Aurum ſic definit: *Aurum eſt corpus metallicum, citrinum, ponderoſum, mutum, fulgidum, æqualiter in terræ ventre digeſtum,*

ſtum, aqua minerali diutiſſimè lotum, ſub malleo extenſile, fuſile, tolerans examen cineritii & cæmenti.

LIBAVIVS *cap. 4. part. 2. lib. 1. de natura metall. in con. Alch.* ſic definit: Aurum eſt Metallum perfectum, è Mercurio maturiſſimo puriſſimoque, vi ſulphuris pſtantiſſimi, & vna ex ipſo commiſtione optima, tenaciſſimaque facta, conſtitutum, & citrina tinctura exornatum. Itaque nihil aliud eſt, quàm Mercurius optimè excoctus, & coagulatus conſtantiſſimè. Vnde ei nata eſt fixitas & duratio in igni igneisq; maxima; pondus denſitas & tenacitas partium pertinaciſſima. Nec vllum eſt quod malleo ita dilatari poſſit. In ſuo manifeſto citrinũ eſt, in occulto ſummam continet rubedinem. Vnde & non tantùm tinctum ipſum eſt, ſed & tincturam rubedinis confert abundantem, & ſeminarium principium ſulphuris perfecti vna cum Mercurio abſolutionis ſummæ. In fronte calidum ſiccum moderatè, at in receſſu igneam virtutẽ occultans. Itaq; & ſemen habet maſculinum. Eximii eſt ſplendoris, ſolarem imitans naturam. Quapropter & Chymicorum Sol eſt, & ob igneam virtutem in abſcondito Leo Ruber. In terris item humano cordi & leoninæ naturæ conſentit, & reſpondet aſtro vini. In mineralibus maximè gaudet Mercurio abſolutiſſimo, cum quo etiã intimè remiſcetur plus omnibus metallis. Tincturam eius æmulantur Auripigmentum, Sulphur fixum, Præcipitatus fixus &c.

Definitio Andreæ Libauii.

Aurum in ſuperficie flauũ, in centro rubeum.

In Mercurio enim citrinitas & rubedo aurea ineſt, ſicut oſtendit Turbith minerale, & aurum vita.

Pondus ei ſummum conſtat eſſe inter Metalla, quod Plinius falsò arrogat plumbo. De his plura in conſiliis ſuper Lapidem Philoſophorum.

PARACELS. *de Miner. tract.* 1. Aurum pars, ſecum gerens tres alias partes, ſcil. Sal, Sulphur, & Mercurium. Et ideò quia habet perfectum Yliadum. De hoc vide in Præfatione Tract. 3. de Lapide Philoſoph. &c.

His finem apponemus noſtræ Præfationi, & ad examinationem AVRI nos accingemus chymicam ac ſpagyricam.

Soli DEO ſit laus, gloria, & gratiarum actio ſempiterna, AMEN.

Quintæ Partis Præfationis Finis.


LVMEN·GRATIÆ ✿ BONVM·INFINITVM·VEL·
TRI-
VNI-
TAS
SANCT.*PATER·FILIVS·ET·SPIRITVS·
יהוה
MVNDVS ARCHETYPVS
SERAPHIM
CHERVBIM
THRONI.
Hiarchiæ Classis prima
VIRTVTES
ARCHANGELI
ANGELI
Hiarchiæ Classis Tertia
DOMINATIONES
PRINCIPATVS
POTESTATIS
Hiarchiæ Classis Secunda
MVNDVS INTTELLIGENTIARVM.

MVNDVS ELEMENTARIS 2



Tractatus II.

BASILICÆ CHYMICÆ
LIBER I.

CAPUT I.

De metallorum generatione, & auri calcinatione.

CVm impossibilis sit corporum solutio, compositione ignorata teste Gebero cap.10. summæ perfectionis: Ita antequam metalli calcinationem aggrediamur: de ipsorum natura & generatione obiter aliquid dicendum erit. De generatione metallorum: Hoc sciatis inquit Paracel. tom.6. lib.1. de gener. rerum natur. Quod omnia septem metalla nascantur ex triplici Materia, nempe ex Mercurio, Sulphure & Sale, attamen distinctis & peculiaribus coloribus. Ob id Hermes non male dixit, ex tribus substantijs omnia 7. metalla nasci & componi, similiter & tincturas & lapidem philosophorum. Illas tres substantias nominat, spiritum, animam & corpus: sed non indicauit quomodo hoc intelligendum sit, aut quid per hoc velit, quanquam fortassis etiam 3. Principia potuit sciuisse, sed non facit eorum mentionem. Quare non dico eum hic errasse, sed tantum reticuisse. Vt autem istæ 3. substantiæ distinctæ recte intelligantur, nempe spiritus, anima, corpus, sciendum est, quod nihil aliud significent, nisi tria

principia, hoc est mercurium, sulphur, salem ex quibus omnia 7. metalla generantur. Nam mercurius est spiritus, sulphur est anima, sal est corpus, metallum verò inter spiritum & corpus, de quo & Hermes dicit, est anima, quæ quidem est sulphur, quod ista duo contraria corpus & spiritum vnit, & in vnam essentiam mutat &c. Hoc autem non ita intelligendum est, quod ex quolibet mercurio, quolibet sulphure, & quolibet sale 7. illa metalla generentur, aut similiter tinctura aut lapis philosophorum per alchymistæ artem aut industriam in igne. sed in montibus per archeum terræ oportet generari omnia 7. metalla: Nam alchymista facilius metalla transmutabit quam generabit vel faciet. Nihilominus mercurius viuus mater est omnium 7. metallorum, & merito mater metallorum dici debet. Est enim metallum apertum, & sicut in se continet omnes colores, quos in igni ex se reddit, ita etiam occulte omnia in se continet metalla, quæ extra ignem ex se non præbet &c. Sed regeneratio & renouatio metallorum fit ita: sicut homo in matris suæ vterum redire potest, hoc est in terram, ex qua primus homo fuit, & ita denuo nasci in vltimo die: Ita etiam omnia metalla in mercurium viuum redire possunt, & mercurius fieri, & per ignem regenerari & clarificari, si per 40. septimanas in perpetuo calore, vt infans in vtero materno permaneant. Ita iam nascuntur, non communia metalla, sed tingentia metalla. Nam si luna vt dictum est, regeneretur, tinget postea omnia metalla in lunam, ita aurum reliqua metalla in aurum, & similiter de omnibus alijs metallis intelligendum est. Quod autem Hermes dixit, quod sola anima sit illud medium, quod coniungat spiritum corpori, non inepte sensit. Cum enim sulphur sit illa anima, & sicut ignis, omnes res maturet & excoquat poterit etiam spiritum ligare cum corpore & vna incorporare & vnire, ita vt inde valde nobile corpus gignatur. Quanquam non vulgare combustibile sulphur pro anima metallorum habendum est, sed anima est aliud quid quam corpus combustibile & corruptibile. Quare à nullo igni comburi potest, cum sit tota ignis: Et reuera nihil aliud est quam quinta essentia sulphuris, quæ ex reuerberato sulphure per spiritum vini extrahitur & coloris rubei & pellucida exsistit sicut rubinus: quod quidem magnum & præstans arcanum est ad transmutandum metalla alba, & ad coagulandum mercurium viuum in fixum & probatum aurum: Hoc tibi pro thesauro ditescendi com-

Mercurius metallum apertum.

Regeneratio metallorum.

Lunæ regeneratio est transmutatoria.

Sulphur vulgi non est sulphur philosophi.

Thesaurus incomparabilis.

commendatum habeas, & merito hoc vnico arcano in transmutatione metallorum contentus esse debes.

Sic & recte mihi videtur sensisse Hermes pater ille philosophorum, dum dicit in tabula Smaragdina in sepulchro eius inuenta: Id quod est superius, est sicut id quod est inferius: & vice versa; ac si diceret quod nascitur supra nascitur ex eodem fonte sicut illud quod est in visceribus terræ. Quod verò natura paulatim & successiue in terræ superficie, plantas & cætera vegetabilia producit: Ita natura etiam metalla in locis subterraneis tardius & longiori temporis spatio, ex vapore humido vnctuoso, argenti viui & sulphuris vitriolati, suo calore, (ratione geneseos, & ratione decoctionis) Mercurium decoquentis proprietates in se continente generat. Vnde Mercurius mater metallorum dicitur Paracel. tom. 6. lib. 1. Vti ex præcedentibus audiuistis. Sic Mercurius est spiritus, sulphur est anima, Sal est corpus. Item sulphur, 5. essentia Mineralium, Mercurius vero 5. essentia metallorum tom. 6. lib. 3. de vita longa cap. 2. Idem par. dicit Mercurius totius mineralis esse continet tom. 8. de mineral. tract. I. in Mercurio metalla omnia iacent: & omnia tantum sunt Mercurius. Sic & de Sale & sulphure intelligendum. Idem tom. 8. de elem. aquæ philos. lib. 4. cap. 5. Sic constat ex sulphure & Mercurio metalla constare omnia, non verò vulgarium intellige: Hinc sulphur, metallorum pater à philosophis nuncupatur. Quo vitam sanitatemq; prorogarent, morbisq; resisterent hanc omnem in sulphure inuenerunt facultatẽ potentissimam Par. tom. 7. cap. 7. de sulphure. In sulphure inest Balsamus & 5. esse incombustibile omnium rerum, imò & conseruatiuum totius sanitatis, Para. tom. 6. fol. 181. De Sale sic dicunt, quod in Sole & Sale natura sita sint omnia, teste Gebero. Sal est Balsamus rerum, Balsamus naturalis, item Balsamus corporum, mater roris, sine eo duo reliqua prima intercidunt. Item totalis corporis conseruatio. Eo homo carcere non potest &c. Par. tom. 7. fol. 63. 103. 104. 105. Elementa, quæ omnium corporum naturalium materia remota sunt repræsentantur. Mercurius n. (intellige philosophorum alias repugnaret tom. 6. Paracel. fol. 289.) instar fœminæ, frigidus & humidus, aquæ & aeris rationem habet. Sulphur autem tanquam mas, calidum & siccum, ignis & terræ vicem obit. Tali modo & Sal pro ratione diuersitatis ad naturam elementorum accedit: & nullum inuenitur metallum apud quod non etiam inueniatur genus

Fulgur est natura auri.

Mercurius mater metallorum.

Mercurius est spiritus.

Sulphur est anima.

Sal est corpus.

Ex Mercurio omnia.

Sulphur philosophorum pater est metallorum.

Sulphur Balsamus rerũ & totius sanitatis.

Sal totalis conseruatio microcosmi

Mercurius frigidus & humidus.

Nullum metallum inuenitur absq; Sale.

genus Salis aut Vitrioli, & hæc ratio quia alias hoc absente non posset in metallum figi Etsi autem sunt, qui Mercurium Sal & Sulphur metallorum materiam esse inficias eant: tamen satius est philosophis metallicis siue metallurgis credere, qui in omnibus fodinis, & venis reperiri vno ore attestantur. Ad quorum opinionem, & metallorum excoctores, vstores & probatores accedunt: Vt taceam quod medici plerosque fossorum morbos à Sulphureis & Mercurialibus spiritibus crudis intra corpus admissis oriri dicant: Et metalla, in externis affectibus eadem præstare, quæ Hydrargyrum. Imo omnia metalla facili negotio in argentum viuum & in omnia metalla reduci possunt. Vide consilium in tract. 3. de lapide philosophorum 23. Vbi agitur de Astris metallorum. Hæc de essentiali metallorum generatione dicta sint, accingemus nos ad calcinationem Solis.

Astrũ Mercurij omnia metalla in Mercurium transmutat.

De calcinatione Solis 1. Solutionis species.

Calcinatio nobis vt ex Iatrochymia nostra constat, est violenta per ignem corporis in calcem reductio. Beguino est misti in calcem solutio. A Gebero definitur, quod sit rei puluerisatio per ignem, cum priuatione humiditatis, accidentalis non essentialis, quæ partes consolidabat & continuebat. Calx proprie significat corpus vi ignis in subtilem reductum puluerẽ, vel quamlibet materiam quæ ꝑ negotio in puluerẽ redigi potest: Quando vero puluis vel calx planere dditur impalpabilis & ad sensum (vti Beguinus) instar farinæ tenerrimæ subtilissimus, tum philosophi Alkohol nuncuparunt, idq; sic ꝓprie in translatitia ve. ò, significatione ad spiritum vini sæpissime rectificatum commode & non inepte transtulerunt, eum spiritum vini alkoholisatũ, itẽ alkalisatum, seu Alkohol vini indigitantes. Dicimus autẽ calcinationem aliam auctualem aliam potentialem: Auctualem quando vi ignis res materialis in calcem redigitur. Potentialis quando materia igni essentiale (more philosophorum) in Calcem veram non in cinerem reducitur. Hac præstantissima est calcinandi forma, & inprimis ad quintas essentias metallorum vtilis, sine qua fere extrahi non possunt, nec non ad Tincturas essentiales vegetabilium & animalium vti & mineralium; Philosophi Chymici varios diuersosque (essentia tamen cohærentes & homogeneos) in venere præparandi modos quibus calcinationem absoluunt, qui tamen omnes ad hos referri posse autumamus, & sunt 1. Amalgamatio. 2. Præcipitatio. 3. Stratificatio. 4. Fumigatio: quod itaque prospere cadat, ad examinandum aurum per Amalgamationem animum nostrum accingemus.

Calx in genere.

Calx subtilissima philosophis est Alkohol.

Spiritus vini rectificatus de phlegmatusq; Alkohol philosophis est.

Calcinatio alia actualis, alia potentionalis.

4. Modi calcinationis apud philosophos.

Amal-

Amalgamatio, operatio nobilissima, non solum in alchymia ad præcipuas & præstantissimas operationum perfectiones requiritur, sed eius etiam tantus est vsus, vt sine cuius adminiculo, aurifabri deaurare nullo modo possunt: Seruilem etiam habet vsum in colligendo aurum ex sabulo: Estque metallorum calcinatio propria, qua in calcem seu Alkohol subtilissimum per mercurium rediguntur. Amalgama est metallum cum mercurio incorporatum & præparatum, vt instar butyri extendi possit: Forma procedendi talis est: Aurum cœmentatum vel per antimonium fusum, in tenuissimas lamellas & bracteolas ducitur, seu in minutas particulas forticibus concinditur, interim Mercurius optime per acetum ac solem purificatus atque præparatus probe mundato siue ignito (ab intus creta optime illinito) catino aut tigillo, cumque incipit exhalare, additur aurum concisum vel foliatum, & extra ignem agitatur baccillo ligneo donec optime incorporentur, tunc subitò extinguitur amalgama proijciendo in vas aqua pura plenum, in quo abluitur vsque dum omnem nigredinem quam contraxit vel à Mercurio non satis purificato aut ligno vsto deposuerit. Si iam calx nuda quæritur, amalgama per corium recipimus (optimum est per loculum ex pelle caprino confectum) & abundantem Mercurium separamus, globum vero siue massam in corio relictam, admouemus igni in tigillo, continuo baculo ligneo agitando, donec totus Mercurius exhalauerit, (hac verò ratione auri pars magna perit) tunc abluitur: Verum magna cura ignis est habenda ne fragorem vti solet edat acutissimum: Vt verò melior sit operis præcautio solent nonnulli amalgamati adijcere duplum sui ponderis salis communis decrepidati, diligentissimeque terunt in mortario marmoreo, postmodum ab igne Mercurium euolare permittunt, sic sine periculo fit calx solis absque naufragio vllo, hoc tamen etiam insuper animaduertendum, ne aurum tuum rursus fluere facias, & nota quando de sale adhuc aliquid, apud calcem solis est residuum, illud aqua limpida dulci calida per ablutionem siue edulcorationem venit separandum. Sin vero mauis calcem adhuc subtiliorem, non opus est edulcoratione, sed totum ita pone in crucibulo adaptato, cooperto ac lutato, paruo tamen (vt si quid de Mercurio restaret) foramine aperto igne retro per dies 12. aut quantumvis reuerbera; iam euolato Mercurio & edulcata calce reperies aurum calcinatum redditum.

De calcinatione solis per amalgamationē.

Amalgamatio metallorum calcinatio propria.

Amalgama.

In hunc modum & aurifabri faciunt amalgama cum quo pocula argentea deaurare sciunt.

Calx hæc siue præcipitatus Solis probe muniendus à fragore.

Aurum à fluxu præcauendum in calcinatione.

Reuerberata calce solari nobilior existit.

Quod summa adhibita cautione exsiccandum, sin vero calcem mauis esse Alkohol, aurum denuò amalgama, & per corium traijce vt supra tandem sic abundantia mercurij separata, globum illum cum duplo ponderis sui florum sulphuris commisce, optime terendo, inque scutellam terream vitreatam ponendo, tandem Alkohol vini absque omni phlegmate desuper fundendo, huncinde suis adminiculis deflagrando atque accendendo. Post cuius deflagrationem videlicet sulphuris, spiritus vini, & mercurij, spongiosum attenuatumque etiam sic reperies, & si hæc operatio siue processus terra vice adhuc (videlicet Amalgamando & cum sulphure calcinando) repeteretur, aurum summe Alkalisatum existere affirmatur. Nonnulli Amalgama solis calcinant cum sulphure sale Tartari, cinnabari & alijs, verum hæc iam dicta optima & probabilis existere atque constare videtur: vnum est quod restare videmus, scilicet Dosin auri & mercurij: Aurifabri vulgariter recipiunt mercurij 3. part. ad 1. part. auri, Beguinus refert octo partes plus minusue & sex mercurij ad vnam part. auri; Doctiss. Sennertus præscribit sextuplam partem etiam mercurij, cum duplo sulphuris viui ad vnam partem auri &c. In hoc nemini præscribimus, sed cuilibet suo arbitrio ac libitu relinquimus ac proponimus, tamen concedimus melius esse excedere dosin in sulphure sale mercurio &c. quam in auro, ne fiat imminens periculum, vti enim salis nitri vis & natura instar fulguris agit sursum sic hoc si legem artis non tractetur deorsum. Huc vsque breuiter de primo corruptionis instrumento, in quo solum corporis compagis solutio spectatur: reliquum est, vt aliam calcinationis formam explicemus.

Rectificatio calcis.

Dosis mercurij & auri, secundũ artifices varios etiã varia constat in Amalgamando.

Veluti natura fulguris instar in sale nitro sursum, sic aurum terrestre agit deorsum.

CA-

CAPVT II.

De præcipitatione Solis.

EST autem præcipitatio altera ſpecies calcinationis quæ fit per aquas philoſophicas, vulgò aquas fortes, dicta autem eſt præcipitatio quia aqua philoſophica, ſeu per aquam perficitur. 1. Diſſoluit metallum, venitque præcipitandum in aquam quod ſurſum in ſe rapit in tam perfectam liquoris vel aquæ ſpeciem, vt vbique appareat aqua Homogenea, ac ſi puriſſima eſſet aqua abſque vlla commiſtione. 2. Vel pondere grauata metalli, vel in opere diſſipatis ſpiritibus ad fundum vaſis cadere metallum permittit, vnde præcipitatum dicitur & opus præcipitatio. 3. Si poſt diſſolutionem corporis aqua calcem non dimittit, ſolent artifices addere quæ ſeparationem faciunt, atque pro diuerſitate materiæ diuerſæ fiunt ſeparationes. 4. Et notandum eſt in iuſta calcinatione, vt vnicuique corpori ſuam paret aquam artifex, ne fruſtra operetur; non enim eadem aqua ſoluit aurum quæ argentum: nam pro diuerſitate aquarum philoſophi aquam ſoluentem Solis nuncuparunt aquam regis, & ideo quod aurum reliquorum metallorum rex & dominus (vti ex præfatione conſtat) exiſtat. 5. Et habenda eſt ratio finis cuius gratia præcipitatus vel calx Solis quæratur. Alia enim aqua opus eſt cum calx paratur in vſum humani corporis, alia cum pro medicina tranſmutatoria. Modus itaque operationis apud philoſophos varius eſt: Nonnulli aurum quartatione purgant, ſi tribus argenti partibus confuſum ſoluitur aqua regia (non adeò forti) quicquid in eo eſt alienum, Solo auro reſiſtente à ſolutione aqua Salis vel oleo Tartari Aurum repercutiunt, ſicque aqua fontana deſtillata edulcorant: Hancque via Solis factus eſt præcipitatus attamen artifici ſi libuerit reductilis. Modus probabilior & præſtantior talis eſt: Recipe libram ſemis aquæ fortis communis, ſolue in illa vnciam vnam Salis armoniaci, vel quantum ſoluere poteſt, in paruo calore: Ita habebis aquam regis, in qua tantum ſolues Auri fini quantum libuerit, effundatur ſolutio in vitrum capax, & guttatim ſaltem (propter ebullitionis ſtrepidum ac periculum) inſtilla de bono oleo Tartari in cella per ſe reſoluti: in

Secunda calcinatio-nis ſpecies. De præcipitatione.

4. Notantur in præcipitatione.

Aqua fortis ſoluit tantum Lunam &c.

Aqua regis ſoluit tantum aurum.

Auri ſolutionem etiam quartationem vocant vulgares Chymici.

Modus genuinus aquæ regis vulgaris.

huius

huius vero defectu tartari sal in aqua communi solutum accipiatur: requiritur autem olei tartari bona quantitas, tunc aurum ex repercussione cadit ad fundum: vbi tota calx auri soluta, turidum petisse videtur (quod animaduertes è calore aquæ Regis, qui debet esse albus, nam si adhuc flauus sit, signum est totum aurum nondum repercussum, plus igitur olei Tartari guttatim effundatur, vsque solutio & omnia sint nigra reddita) tunc post subsidentiam aliquot horarum in calido liquorem superiorem effunde, & calcem postea in Balneo Mariæ prudenter exsicca, & si placet reuerbera aut Calcina, amplius enim non repercutit: Calcem collectam ad suos vsus in vitreo vasculo reconde, & si placet edulcorare poteris: Hæc calx in oleo salis instar Butyri liquescit, sed non radicaliter, quia in corpus iterum reduci potest. Dosis huius Alkohol est granorum trium ad quatuor, mouet sudorem, datur cum appropriatis. Beguinus Solis calcem vocat Ceraunocryson Diaphoreticum, quasi Aurum fulminans, hoc est, quod instar fulminis dissiliendo fragorem acutissimum edat: de quo etiam habet meus propinquus ille Crollius in sua Basylica Chymica fol. 211. Verum vt superiori modo dictum tali neque Beguinus vel Crollius Aurum præcipitare docent (vide Beguinum in suo Tyrocinio cap. 16.) Cum enim sic non amplius fulminabit: nota etiam si calx solaris vel cum sulphure, vel sale communi decrepidato, aut cinnabari, aut sale Tartari immisceatur, inter Calcinandum aut reuerberandum etiam non fulminabit, aut repercutiet quod hactenus multi Chymici cum summo ipsorum naufragio, dum aurum per auras euolatum depræhensi & animaduersi & experti sunt. Ex solari calce seu Ceraunocrysi Diaphoretico hoc & traditur posse medicamentum confici præstantius inque hunc modum. Recipe Calcis Solis grana quinque vel sex; eaque impone in vasculum argenteum, & superfunde spiritum vini optime rectificatum, quem incende: & desuper partem cucurbitæ superiorem cum Alembico rostrato & receptaculo suspende. Quam primum spiritus vini ardere desierit, ceraunocryson dissiliet & fulminabit, pars vero terrea ad parietes vitri sublimabitur. Hoc quater vel quinquies repete (vltra quinque vel sex grana vno modo non sumenda) cum recenti ceraunocryso vel calce & spiritu vini: tandem vitrum laua, vt calx petat fundum: quæ exsiccanda est. Dosis granum vnum ad duo, Diaphoresin tantum præstat.

Proba iustiss. repercussionis auri.

Calx Solis non repercussiuus.

Calx Solubilis verum reductilis.

Dosis.

Diaphoreticum.

Ceraunocryson Diaphoreticum.

Verũ est inter calcinandũ non fieri naufragium Solis, sed his rursus separatis per edulcorationem attamen repercussiuus est.

Inter

Inter omnes auri præparationes ac calcinationes hæc mihi arridet præstantior, exque artificiosa præparatione sincera probabilior: quia in hunc modum ad omnis generis auri potabilis præparationes, habilius atque perfectius existit atque constat, aurum nempe microcosmi cælum. Recipe aurum per cementum (vulgare seu regale) purgatum hoc in minutas particulas forficibus scinde, inque crucidulum mundum, inter carbones ardentes ponito, vt aurum aliquantulum incandescat: Postmodum ex alio tigillo, Mercurium probe mundatum ac calefactum, auro desuper affunde, bacilloque extra ignem pro diligenti incorporatione misceto: Postmodum in aquam frigidam effunde: Massamque optime lotam per corium vt artis est, traijce, sic Mercurius superfluus inde separatur, vt massa dura instar globi remaneat, quam cum duplo sui ponderis, Salis præparati teres, idque in mortario vitreo vel marmoreo peragendum est, ita tamen vt nihil de Amalgamate appareat vel pereat. Hoc totum pone in crucibulum coopertum & lutatum paruo saltem foramine peruium: & igne rotæ reuerbera, per 12. horas, aut diem, vulgi naturalem, tali cautione, ne aurum igne violento in fluxum reducas: Hoc peracto, aurum tuum probe calcinatum tenebis, & Mercurium, si requires in auras abijsse credes, quod verò de Sale nonnihil superest, id per aquam dulcem inde edulcando separabis, & summa adhibita prudenti cautione, calcem Solis ad calidam fornacem exsiccabis. Hanc calcem siue aurum calcinatum, denuo Amalgamationi & desponsationi cum Mercurio trades, ac per corium vel marsupium vt supra traijcies, post vero massam duram cum florum sulphuris duplo sui ponderis immiscebis, optimeque conteres, & in scutellam terream vitreatam pones, superfundendo spiritum vini optime dephlegmatum, tandem accendes. Hac in accensione & vstione, sulphur & Mercurius ac spiritus vini deflagrant atque pereunt, vt aurum tandem reperias, valde attenuatum ac spongiosum: Si verò hæc Amalgamatio (in iam dictum modum) cum sulphure & spiritu comburendo, bis vel ter ad huc repetitur (veluti & supra de Amalgamatione dictum est.) Aurum tuum adhuc pretiosius æstimabis præparatum: Vt verò calcem tuam ad summum gradum perfectionis ducas, accipe Mercurium sublimatum purissimum, eundem ab hac calce Solis bis vel ter tantummodo sublimando eleua (si enim aliquoties institueretur hæc sublimatio tandem spirituum fieret vnio in his duobus metallis) sic aurum

Modus calcinationis probabilior ad omne aurum potabile.

Sal decrepidatum.

Non philosophicum cuius horæ sunt 24.

Alkohol vini.

Mercurius sublimatus eleuetur à Sole.

tuum ſpongioſum redditum, inque calcem tenuiſſimam, in omni liquore Homogeneo ſolubilem tenebis, hicque modus ſecretiſſimus eſt, ſequuntur aliæ ſolis præcipitationes eæque vel per ſe, vel cum alijs permixtis: ſunt etiam nonnullæ aliæ ſolis præcipitationes, verum non per aquas Fortes de quibus in ſequentibus tract. plures, & hac de cauſa huc non ponuntur, quia ad vniuerſalis Medicinæ & ſummi magiſterij ſapientum ſunt præparatoria & calces in perpetuum non reducibiles: Eſt quidem mihi & nota calcinatio Doctoris Antonij Angli, etenim & ipſa ſolutio, verum de his inter alia noſtra documenta faciemus ſermonem. Præcipitatus ſolis Diaphoreticus ſic etiam à philoſophis præparatur.

Aqua fortis ex vitriolo & ſale nitro. *Aqua regis fit additione ſalis armoniaci.*

Fiat primo Aqua fortis per vitriolum & ſalem petræ ana quantum par eſt, in illa ſoluito eodē modo vt ſupra dictū vnciam vnam vel duas, ſalis armoniaci, libera poſtea per effuſionem diligentiſſime à fœcibus, plerumque enim euenire ſolet, ſalem armoniacum eſſe fœculentum, ſic habes aquam regis ſi rectificare velis pro tuo libitu tibi erit conceſſum, aſt non videtur in hac operatione eſſe opus: ſolue in hac aqua, vnciam integram auri puri ac fini, eodemque modo repercute cum oleo Tartari vt ſupra dixi, vſque dum tota ſolutio nigra reddita ſit, poſtea effuſo menſtruo, calcem in aqua fontana coquito, quomodo auro vehementem impetum, ne amplius fragorem edat aut impetum faciat, abſtuliſti: Ab hac auri calce, ſpiritum vini rectificatum terna vice per cohobationem abſtrahito, tandem cum ſequenti menſtruo per menſem circulato, eius deſcriptio talis eſt: Recipe vncias ſex ſalis nitri puriſſimi, his ſuperfunde integram libram ſpiritus vini Alkoholiſati, ſiue per viginti quatuor horas in loco ita quieſcere, probe tamen vaſculo ſeu vitro munito, poſtmodum caute effundito, ſpiritumque hunc calci ſolari ſuperfundito, & in pelicano vel phiola Hermetice clauſa vt dictum circulato: poſt circulationem, ſpiritum aliquoties inde cohobando ad ſiccum puluerem abſtrahito, quem aqua roſacea flagrantiſſima ſeu ſpiritu roſaceo odorifero edulcorabis. Hic puluis miræ eſt efficaciæ in multis morbis,

Præcipitatio. *Menſtruum Solis.* *Doſis.*

eiuſque Doſis eſt granum vnum ad tria habita ſimul ac ratione perſonæ & morbi: hic puluis Diaphoreſin præſtat.

PRÆCIPITATVS SEV PVLVIS AVRI DIAPHORETICVS cum regulo Antimonij & Mercurio viuo.

FIat regulus ex Antimonio per ſal nitrum & Tartarum vt artis eſt, huius recipe drachmam vnam, ſolues in aqua forti ſimplici & ſic reſolutam reſeruabis: Accipito iam & auri fini drachmas duas, has ſolue in aqua regis, cuius deſcriptio ſimplex paulo ante fuit declarata, hanc ſolutionem & ſic ſeorſim tene: Poſtremo & accipe quatuor vncias Mercurij viui, ſecundum artem repurgatiſſimi, has itidem diſſolue in Aqua forti vt decet: tres haſce ſolutiones iam artificioſiſſime coniunge, menſtruumque ab illis per arenam ad ſiccitatem abſtrahito, poſtea materiam cum aqua ſimplici deſtillata quam artificioſiſſime ſuper marmore terito, & oleum ſalis, à ſale gemmæ deſtillato deſuper fundito, illudque ſeptima vice cohobando & recenti oleo renouando inde abſtrahendo deſtilla, hoc peracto materiam rurſus cum aqua deſtillata pluuiali edulcorato tandem ſpiritum vini tertia vice inde cohobato, vltimo cum aqua roſarum etiam euaporato ſeu exhalare ſinito & habebis puluerem aurei flauiq; coloris præſtantiſſimum. Cuius Doſis eſt grana duo ad tria, cum conſerua Borraginis aut roſarum: ſudores pellit, omniaque venena è corpore aufert.

Regulus antimonij.

Aqua regis.

Doſis.

PRÆCIPITATVS SOLIS DIAPHORETICVS ALIVS.

REcipe Leonis à Dracone repurgatiſſimi partem vnam ſeu drachmam integram, aquilæ mineralis partes duodecim ſeu vnciam vnam ſemis, miſceantur vt artis eſt, poſtea vaſi vitreo ſeu cucurbitæ imponatur, & deſuper liquorem colchotaris rubei ſine phlegmate, bis tantum, quantum materia ſimul ponderant, fundatur. Sic in arena lento igne tribus diebus nutriatur, cauendum tamen ne liquor aſcendat, peracto tempore deſtilla, vt fœces remaneant ſiccæ. Tunc ignem auge, vt cineres & vitrum candeſcant, tali in gradu ignis, horiſque tribus ſic maneat, poſtea paulatim refrigeſcere ſinas, & aperi vitrum materiamq; accipe, ac perfectiſſime contere, poſtea aqua limpida ablue, donec nihil acredinis amplius ſubſit, tertia vice hoc perficitur, cumque bene expurgata fuerit, exiccari permitte, & totum

Aurum per Antimoniū fuſum.

Oleū vitrioli Rubeum.

hunc puluerem pone in lanceam vitream, ſuperinfunde ſpiritum vini, vt tribus digitis emineat, ſpiritui vero ignem inferas. Idque ter repetendo, habebis ſic magnum arcanum ad ſuum morbum pellendum, quod intra ſex dies omnia ſanabit: Doſis grana quinque in conſerua Roſarum, vel cum vino ſumptum tam mane quam veſperi cum itur cubitum, ægrotum duabus horis ſudare ſinas. Ad omnes contracturas ſummum eſt remedium, vtatur vero cum regimine, prout morbus expoſtulat: Hydropici eo curantur, aliæque corporis humiditates, grana ſex exhibendo in aqua Carduibenedicti, inde ſudet ægrotus: In pleuriſi exhibentur grana quatuor, in eadem aqua. In peſte cum aceto roſaceo datur. Epilepticis confert in aqua ceraſorum vel pœoniæ, etiam ſi quis à natura eo morbo correptus eſſet, ſi ſingulis diebus accipiat paruam pilulam in aqua pœoniæ, addendo guttulas ſex ſpiritus vitrioli, in ſumma eius virtus ineffabilis eſt: non multum etiam huic Diaphoretico deeſt, quin in Panacæam reduci poſſit.

PRÆCIPITATVS AVRI DIAPHORETICVS CVM Mercurio & Antimonio.

Regulus Antimonij primo ſic fiet: recipe Antimonij vncias duas, Tartari pure albiſſimeque calcinati vnciam vnam ſemis, mixta ſimul fluant in tigillo Regem pulueriſatum ſolue in Aqua Regia ad cineres calidos: aqua rurſus detracta puluerem ſuper lapide tere, & Regia recenti aqua in patina vitrea irrigetur & exſiccetur, idque ſexies vel ſepties repetendo: Deinde calcinatum hoc in aqua Regis ſolue per calorem & ad vſum reſerua. Poſtea recipe auri optimi per Antimonium purgati, & laminati drachmas duas, ſolue ad calidos cineres, eamque ſolutionem etiam ſerua. Recipe etiam Mercurij crudi cum ſale & aceto boti libram vnam, ſublimetur ſepties ſecundum regulas Chymicas per ſalem ac vitriolum, & per aquam calidam rurſus reuificetur: Huic in cucurbita forti libras duas aquæ fortis vel regis ſuperfunde, & ad cineres calidos ſolutionem perfice: ſolutiones haſce tres coniunge in magna cucurbita & bene permiſce adaptoque alembico, cum recipiente ad arenam valido igne deſtilla vt moris eſt. Deſtillatam aquam refrigeratamque rurſus affunde & ſublima: quod tandiu faciendum, donec omnis aqua

fuerit

fuerit absumpta, & in fundo vasis massa rubea apparebit, quam fracto vase exime, puluerisatam reuerbera inter carbones in loco fusorio. Semper cum bacillo ferreo mouendo, vt omnis aquæ fortis spiritus euanescat, & nulla colorum, vt omnis aquæ fortis spiritus euanescat, & nulla colorum varietas appareat: puluerem rubicundum in vitrum pone & super affunde aquam pluuialem destillatam ad digitos sex, sæpius agitando, postquam horis viginti quatuor in calore temperato steterit, aqua communi rursus detracta, optimam vini essentiam affunde digitis quatuor altitudine per horas viginti quatuor, sæpius agitando, & per Balneum ad ariditatem abstrahe, puluere exempto in phiolam venetam colligito, affundendo aquæ rosaceæ musco aromatisatæ: post triduum exemptam massulam in aere siccato, & auro obrizo chariorem charius reseruato, in morbis omnibus deploratis nihil experieris pretiosius, datur cum pullulis & alijs formis, præsertim in morbo gallico: pro maiori efficacia & operatione aqua ouorum inde destillari potest, & præcipitatus Diaphoreticus in virtute reddetur præstantior inque praxi probabilior.

PRÆCIPITATVS SEV PVLVIS BEZOARTICVS Solis, cum oleo Antimonij.

DIssolue in aqua philosophica (facta ex Salarmoniaco & nitro vel etiam in aqua regis) Solis purissimi drachmas duas, cui adde guttatim liquoris gummosi ex sublimato & antimonio septies rectificati vnciam vnam, fiet maxima ebullitio. Pone matratium super cineres calidos ad tres vel quatuor horas, tandem per Alembicum ex arena menstruum soluens terna destillatione euoca, vltimo cum aqua cordiali ablue: tandem exsicca. Habebis Bezoarticum admirandarum virtutum: Huius dosis grana sex, sudores egregie mouent. Vide Tyrocin. Chymicum Benigni cap. 16. fol. 153. Alij etiam hoc Bezoarticum Solis sic faciunt. Recipe libram vnam Mercurij sublimati per vitriolum & salem, adde tres libras Antimonij vngarici, terantur inuicem & misceantur, ac retortæ vitreæ luto munitæ omnia indantur, adiuncto receptaculo clauso, destillatio fiat in arena cum ignis regimine, ne guttæ in collo instar Butyri congelentur, eo apparente mox carbo ignitus cum forcipe admouendus erit tam prope vt vitro non noceat, & tamen resoluat, idque toties iteran-

dum, quoties necesse fuerit; Liquorem egressum semel rectifica: postea calore liquefactum effunde in vitrum capax, quod collum longum habeat, & affunde aquam Regis: alij solo spiritu nitri vtuntur: guttatim saltem fiat, propter strepitum efferuescentiæ periculum, vbi videris totam materiam solutam esse plane, affunde exempli gratia si libra semis olei fuit, etiam lotonem vnum auri in aqua Regis seorsim prius soluti, ita mixtio manebit clara, non turbida & rubicundissimi coloris, alioquin nisi ita processeris, turbida fiet solutio, & aurum non vere se incorporabit, ac post abstractionem apparebunt adhuc auri scintillæ micantes. Totam hanc claram & rubicundissimam solutionem pone in alembico bene lutato, addito capitello & receptaculo, juncturis bene munitis, seruatis postea gradibus ignis incipe phlegma abstrahere, (spatio viginti quatuor horarum absoluetur) vltimo fortificando ignem ita, vt fundus cucurbitæ candescat: parum se sublimat, quod absoluto opere, vase refrigerato & fracto non abijciendum sed rursus imponendum, quinquies enim rectificandum, semper aquam reaffundendo simul ac recentis parum aquæ regis addendo: tandem Diaphoreticum tibi reliquum erit in fundo, parietibus vasis adhærens, colore subflauo, terræ instar siccissimæ & hiantis nullius fere saporis: adhæret linguæ sine corrosione instar cornu adusti & calcinati. A libra vna olei, legitima procedente methodo, habebis post siccationem duodecim vncias pulueris: Diaphoreticus hic puluis longa edulcoratione non est indigēs, sed si velis in crucibulo per dimidiam horam veniet igniendus. Vires eius ac vsus est maximus in omnibus fere morbis, operatur per sudorem & vrinam, naturam confortando, efficacissime. Dosis. 5. 7. 8. grana cum suis conuenientibus. Vide Basilicam Chymicam Crollij fol. 155. 156. & 157.

PVLVIS AVRI PVRGANS.

Calx solis purgans. RECIPE foliorum auri vel limaturæ eius, vtrum lubet misce cum melle purissimo ac virgineo, calcina inuicem super testam huic operationi idoneam, vsque dum omnia in cineres sint redacta, postmodum calcem edulcora & separa à melle per edulcorationem cum aqua destillata dulci, exsicca si placet parumper & rursus cum recenti

recenti melle commiſce iterum calcinato vt in cineres abeant, hanc operationem & tertia vice repetito, vltimo autem probe edulcorato exſiccatoque, & habebis puluerem auri purgantem non minoris efficaciæ, in curatione Lepræ, Podagræ, Hydropiſis &c. Præſtantiſſimum remedium ac purgans: Doſis eius grana quinque, cum ſcrupulo dimidio Theriaces ſumpta, ſudorem etiam aliquantulum ante purgationem mouet.

PRÆCIPITATVS SOLIS CVM *Mercurio præſtans.*

RECipe auri fini per Antimonium purgati, tenuiſſimeque laminati, vt inde Amalgama fieri poſſit, hoc impone cucurbitulæ, & pone in arena ad præcipitandum, quandoque iam Mercurius aſcendere potis eſt, tum ad manus tibi ſit baculus, cuius cuſpis lana pura ſit circumvolutus, hoc baculo Mercurium quantum potes ſupprime, quando vero eius ſublimationem amplius impedire non potes, tum in totum cautiſſime exalta, & omnia refrigerari ſinito, iam ſuper marmore ſublimatum cum ſole ſubtiliſſime terito rurſuſque vt antea ſublimationi mandato, idque & tertia vice reiterato & habebis præcipitatum genuine præparatum: eius vſus eſt in peſte, & Lue venerea cum Theriaca: In morbis melancholicis exhibetur cum conſerua Bugloſſæ: In quartana & morbis cephalicis datur cum Theriaces ſcrupulo vno, mithrida: drachma ſemis: In colica appropriatur cum Diaph. & Philon. Romana drachma vna, Elect. lenitiui vncia ſemis, Theriaces ſcrupulo vno: In vulneribus deperditis ac deploratis corruptiſque, miſcetur cum vnguento roſato; & aduerſus omnia Apoſtemata interna tutiſſime etiam dari poteſt.

PRÆCIPITATVS SOLIS CVM *Mercurio.*

RECipe Mercurij, per vitriolum ac ſalem ter ſublimati, huius partem vnam miſce cum calcis viuæ, part. duabus & Tartari calcinati parte vna, mixtis inde retortæ adaptato tamen recipiente aqua frigida plenum, probe etiam iuncturis lutatis

tandem

tandem destilla ignis adhibitis gradibus & ignis hoc modo reuiuicabit Mercurium, vt in aquam sese præcipitet quem hoc modo pro purificato ac optimo seruabis. Huius accipe septem partes, auri per Antimonium fusi vnam partem, cum his instituatur Amalgamatio, cui superfundes oleum Vitrioli flauum, fortiter inde ex arena abstrahendo, post abstractionem recens iam oleum de nouo superinfunde, eodemque modo ignis gratia rursus liberando, idque & tertio, verum ad huius præcipitati siccitatem, sic volo, hunc cum aqua rosmarini edulcabis: Tandem accipe salis Tartari vnciam semis, hanc in aquam destillata feruida coquendo soluito, calidamque adhuc solutionem supra præcipitatum fundito, ad ignem per horam inuicem ebullire permittito, ebullitione facta post subsidentiam aquam diligentissime effundendo inde separato, eodemque modo quo antea cum aqua rosacea edulcorato suaque acredine quam à sale contraxit liberato, postmodum exsiccato, exsiccatione peracta, puluerem præparatum æneo vasi indito, Alkohol vini desuper fundendo, incondendo, spatuloque continue mouendo, tertioque reiterando fiet solis puluis præparatus: hunc pro correctione sic adhuc tractabis. Hunc dato phiolæ adaptatæ, eique superfunde olei Antimonij per Sachatum candi præparati, pure dephlegmati, ponantur per octiduum inuicem fixandum in arena, continue phiolam de latere ad aliud latus vertendo, tandem ignem vt vitrum candeat dato fortiorem, hac ratione postea præcipitatus est rite ac correcte præparatus. *Dosis.* Dosis huius præcipitati est granorum trium ad sex, pro ratione ætatis ac constitutionis: tollit multos morbos desperatos; datur in peste, Hydrope, Podagra, Icteritia, Febribus, Lue venerea, Catharris & magnis ac Chronicis affectibus &c.

Paracelsus in hunc etiam modum conficit Laudanum de quo paulo post. Huc placet apponere modum præstantissimum ac secretum appropriandi hunc præcipitatum cum alijs medicamentis, isque sic verissimus est.

Recipe de hoc præcipitato solari drachmam vnam si habueris præcipitatum de Luna, adde & drach. semis, scrupulos duos, salis corallorum rubeorum.

Extracti aloes cum Rhabarbara, extracti liliorum conualliorum ana drachmam vnam, Moschi drachmam semis, essentiæ Croci scrupulum

pulum vnum & ſemis, Myrrhæ ſcrupulos duos, olibani ſcrupulum ſemis, cum oleo Therebinthinæ fiant pilulæ triginta.

Pro cura dantur in triginta diebus, triginta pilulæ ſingulis noctibus poſt ſomnum primum, vna operatione per ſputum plus quam per ſeceſſum operantur: in præſeruatione morborum ſingulis octo vel decem diebus datur vna.

Hæ pilulæ merito vocantur & ſunt Aureæ, curant enim peſtem, podagram, Hydropem, Apoplexiam, Epilepſiam, fluxus capitis, & multos alios inueteratos ac deſperatos in priſtinum ſtatum reducunt morbos.

PRÆCIPITATVS SOLIS Miraculoſus.

RECIPE auri puri vnciam ſemis, ſolue in aqua Regis, ſolutionem & eandem inſtitue cum Mercurio, cuius vncias duas trade ſoluendas Aquæ forti, poſtmodum ambas corroſiones coniunge, & pone in arena calida, menſtruum vero igne forte abſtrahe, & Mercurius euadet rubicundus, cucurbita refrigeretur, & aquam ſeu menſtruum deſuper abſtractum bina adhuc cohobatione reaffunde, igne forti vrgendo, quo rubicundior euadet Mercurius, facta iam refrigeratione puluerem exime, & à ſua corroſione cum cordialibus aquis artificioſe ſeparata, poſtmodum exſicca & adde drachmas tres ſalis ex ſanguine virginis præparati, pone ad fixandum per quatuor dies ac noctes & præcipitatus rite præparatus tenetur, ex quo & alia perficienda ſecundum artem ſunt medicamenta, ad ſequentia.

PRÆCIPITATVS SOLIS FIXVS.

RECIPE Mercurij ſublimati communi modo facti, quantumvis hunc ſubtiliſſime tere & pone ad ſoluendum in cella ſuper lamina ferrea, ſique difficilime fluant, adde & martis limaturas, tandem ſublimatus per ſolutionem abibit in claram aquam, quam per papyrum vel chartam filtrabis, quo pura à fœcibus ſecedat: Aquæ huius recipe libram integram, impone hanc in vas recipiens magnum & applicato ſequenti deſtillatione: Recipe ſalis nitri & vitrioli ana, miſce ac inde Cucurbitæ, adaptoque Alembico & applico vt dixi

recipiente cum aqua mercuriali incipe destillare, primo abeat phlegma, postmodum pelle spiritus, eosque omnes in vas recipiens, destillatio fiat instar aquæ fortis, vsque dum etiam nullos contineat amplius spiritus, interim aqua euadit rubeo flauissima, exime hanc aquam, & infunde cucurbitæ, perque cineres lento igne adhuc semel per Alembicum plegma & spiritus destilla, & emanebit præcipitatus à Mercurio fixus in fundo, magnarum sane virtutum atque operationum, tam interne quam externe vsurpandus: aquam per Alembicum abstractam in Balneo adhuc semel rectifica, & remanebit oleum coloris instar auri vngarici, soluens omnia metalla atq; corallia, huic scilicet oleo folia auri quantum deuorare cupit permittito, in momento enim instar Butyri supra ignem, soluentur, sat superq; hoc & peracto, oleum à sole per abstractionem liberato, & terno tandem cohoba ad siccitatem abstracto, habebit auri præcipitatum fixum ac præstantem, hunc cum Alkohole vini per destillationem eiusdem ab eo rectifica, & præcipitatus tenetur iustus ac probatissimus.

PRÆCIPITATVS SOLIS CVM Mercurio & Luna.

RECipe vnam partem auri & tres partes Lunæ finæ, Fuudantur simul & laminentur subtiliter, postmodum in limaturam redigantur, huic adde duodecim partes Mercurij, cum aceto purgati, vt fiat lege artis Amalgama, hoc phiolæ inde, inferne non rotundæ, sigilla Hermetice, & pone in arena sepeliendo vsque ad os vitri, operculo reclude & da ignem mediocriter fortem, sic crescet Amalgama instar ramorum de arboribus, instar herbescentis graminis hocque tam diu fit, quousque Mercurius ascendere potis est, quando iam in totum sublimatus, pededentim decidit, & fit puluis rubeus, à quo si placet spiritum vini bina cohobatione abstrahere poteris: Dosis eius est à granis tribus ad quatuor, in liquoribus conuenientibus, mouet sudorem absque nocumento, vltimo ad summum tres vel quatuor mouet sedes; si vero spiritus Saturni supra istum rubicundum puluerem fundatur, tum per circulationem abit in oleum & fit potabilis medicina, cuius guttula vna in liquore destillato sumpta, mirifice curat Hydropem, & contracturas ac paralyses, in Lue venerea secretum maximum.

PRÆ-

PRÆCIPITATVS SOLARIS ALIVS.

ACcipiãtur reguli antimonialis lotones octo, calcis ſolaris vnciæ vnius ſemis, Mercurij ſublimati lotones tres, terantur miſceanturq; inuicem, atq; ita remaneãt ac reſideant in cella per quatuor dies, ac noctes, poſtea adaptentur cucurbitæ magnæ, guttatimque ac pedetentim ſuperfundatur oleum ſalis ſeu ſpiritus nitri, in tanta quantitate, quantum materia ponderat, ſoluantur omnia, in vnam ſolutionem, poſtmodum iam ſolutum, menſtruum quinquies inde fac abſtrahas, ſexto verò in totum inde deſtillato, attamen non violento igne: tandem in præcipitatum abibit, quando verò in ſuperiore parte alembici aliquid adhuc ſublimabitur, hunc ſublimatum ſuis fecibus reddes, ſublimationemq; reiterabis, vltimo de hoc pręcipitato bina vice Alkohol vini abſtrahere facies, igneque tractabis ſeuerius vt candeſcat, & verum ac genuinum habebis arcanum ſolare, vel ſi ſic cupis, poteris pro libitu & ſpiritum vini bis vel ter in vaſe idoneo & adaptato inde combuſtione conſumere, poſt hanc calcinationem præcipitatus ſolaris eſt præparatus: cuius Doſis gran. vnum in periculoſis multiſque magnis morbis. Hic notandum de coniunctione, quando menſtruum *Doſis.* ſuperfunditur tum edit ſtridorem maximum, vitrumque efferueſcit, & rubei ex Antimonio aſcendunt ſpiritus, hoc vt præcaueas, recipe vitrum vel cucurbitam in qua habes menſtruum, ſucceſſiueque paulatim de materia parumper inijce videlicet de puluere, & ſic nullum erit periculum, orificium tamen vaſis digito claudendum, laboreque continuandum, vſque omnia vt dictum ſucceſſerint, hac via omne periculum euades.

PVLVIS SOLIS CVM AQVA MERCVRIALI FIXVS.

REcipe ſulphuris vitrioli arte parati q. v. hoc ſublimando per alumen calcinatum eleua, hunc ſublimatum tene & prima operatio facta eſt: pro ſecundo, recipe calcis ſolis per aquam regis factæ & edulcoratæ vnciam vnam ſemis, huic immiſce vncias quatuor de præparato ſulphure, calcina invicem ad ſulphuris totalem euaneſcentiam, calx vero ſolis ſit reſidua, hanc operationem rurſus repete, cum relicto ſole, & vncijs duabus ſulphuris vt prius comburendo ad reli-

quum ſolis, vltimo hæc operatio feliciter repetatur & ſuccedat cum auro & vncia vna ſulphuris, tandem & ſecundum opus videlicet calcis ſolis eſt perfectum: Tertia iam operatio eſt talis: Recipe Mercurij viui lib. ii. ſuphuris vncias ſex, Tartari albiſſ. calcinati vncias quatuor hæc ad ignem artificioſe inuicem in tigillo ſeu lebete fluere cogantur, poſtmodum exemptis cum duplo ponderis totius materiæ, Aluminis Calcinati miſce, & Mercurium cum ſpeciebus ſublima, in vaſe terreo, adaptato alembico vitreo, vt ars requirit: ſublimatum poſtea denuo in tanta quantitate cum Alumine calcinato eleua, addito videlicet ſulphure & ſale Tartari, hæcque operatio & ſexta vice reiteranda eſt, & ſublimatus ad artem mercurius præſto eſt: Hunc in cella vel fimo equino redige in aquam, ex B.M. deſtilla, Cohoba & rectifica, ſalemque ex fecibus aqua ſua propria vniri facito: & tertium opus huius proceſſus adeſt ex templo. Quartò iam Coniunctio inſtituatur cum aqua Mercuriali, & auro tuo per Calcinationem præparato, & in omnibus ſecundum legem deſtillationis, ſublimationis, & fixationis procedatur, tandem habebis puluerem ſolis cum Mercurio fixum: qui magnarum in corpore Humano eſt virtutum.

PRÆCIPITATVS SOLIS CVM MERCVRIO SVBLIMATO & Cinnabari factitio.

RECipe auri cementati ac calcinati vnciam vnam ſemis, cinnabaris rectificati ac puriſſimi drach. tres, Mercurij ſublimati vncias quatuor, humectentur cum oleo vitrioli, & putrefiant in cella per duas ſeptimanas, quodque ſolutum fuerit, ſpeciebus redde, inde poſtea alembico, ſuper fundendo Alkohol vini, degerant; tandem ſeparato vi ignis purum ab impuro, aliquoties cohobando, deſtillatum & ſublimatum fecibus ſemper reddendo, tandem inuenies fixum præcipitatum ſolis, ſi ad ſiccitatem coegeris, ſin minus & harum eſſentiam habere poteris, verum longiori digeſtioni indigent, Quidam aurum totaliter ſublimant reiteratis operationibus cum cinnabari, poſtmodum cum Mercurio ſublitato commiſcent, digerunt, ſoluunt & in eſſentiam vel fixum puluerem redigunt.

PRÆCIPITATVS SOLIS ALIVS cum Luna.

REcipe Calcis ſolis præparatæ per Aquam Regis, optimæ etiam Calcinatæ, item & cum ſale Tartari reuerberatæ vnciam ſemis, Lunæ præparatæ tantundem, coniungantur hæ duæ calces & ſuperinfundantur cum oleo, quod ex Antimonio & vitriolo ſit deſtillatum, Hocque oleum inde aliquoties deſtillando cohoba & tandem præparatus eſt præcipitatus maximarum virtutum & operationum in Microcoſmo.

PVLVIS AVRI ALIVS CVM MERCVRIO.

REcipe Mercurij ſublimati q.v. redige ſecundum artem in aquam Mercurialem ſimplicem, non eo modo vt ſingula principia in ea conſiderentur, non eum eiuſdem erit fortitudinis, veluti in ſequentibus demonſtratum, hanc Aquam Sacharo communi albiſſ. ſuperfundito inuicemq; in vnum menſtruum per digeſtionem & deſtillationem redigito, in hoc diſſoluatur & deſtilletur Amalgama ſolis cum Mercurio, non in ſublimatum cogendo, ſed in puluerem rubicundiſſimum ignis artificio, tandem rectificando cum ſpiritu vitrioli, vltimo cum ſpiritu vini & ſic etiam puluerem tenes ſolis artificioſe præparatum.

PVLVIS SOLIS ALIVS ALIAS AVRVM vitæ nuncupatus.

AVrum per Antimonium optime repurgatum, in bracteolas tenuiſſimmas reducitur, & cum argento viuo amalgamatur, ita vt Mercurius ſextupla proportione aurum excedat: hoc Amalgama ex arte ſoluetur: iam ſeorſim accipiuntur flores albi Reguli Antimonij æquali pondere cum auro, quorum præparatio ſuo loco ſubiungetur: itidem in duplo Aquæ Regis ſoluuntur, ſolutiones confunduntur, ab ijs deſtillatione extrahitur aqua regis ad ignitionem vitri, maſſa in fundo relicta eximitur, teritur ac pulueriſatur. Iterum in vitro affunditur aqua regis & deſtillatione denuo extrahitur: Iſque labor quinquies vel ſexies reiteratur: ſingulis tamen deſtillationibus

aliquid ſublimatur, vel ad alembicum, vel ad latera vaſis, id abijciatur. Tandem maſſa denuo exempta teritur, trita patenti vaſi fictili vitreato imponitur ſuper prunas ardentes, vt ſpiritus aquæ regis euaporent, & puluis puniceum colorem extraxerit. Hic puluis aqua ſtillatitia deſtillatur, affuſa aqua ſupra puluerem, cum quo ſtet fere per diem in calore lento, qua effuſa recens alia affunditur: Is labor quater vel quinquies repetitur. Tandem pulueri exſiccato affunditur ſpiritus vini optime rectificatus cum eo digeritur, ſpatio trium vel quatuor dierum, quo tempore peracto hic ſpiritus vini à puluere effunditur affuſo nouo, qui denuò cum puluere ſpatio trium vel quatuor dierum calore lento digeritur: tandem deſtillatione abſtrahitur, is labor ſexies repetatur ſuper affuſo nouo ſpiritu vini poſtremo pulueri exiccato affunditur aqua roſacea, cum qua etiam lento calore digeritur ſpatio trium dierum, quæ tandem etiam deſtillatione abſtrahitur, affuſa noua aqua. Iſte labor ter repetitur, & ita Turbith minerale ſeu Aurum vitæ præparatum eſt.

Virtus eius eſt præcipue in Lue Venerea ac viſcidis ac craſſis humoribus expurgandis. Huius exhibentur grana octo, cum conſerua aut aqua Theriacali, debitis purgationibus ad curationem Luis Venereæ. Cum drachmis duabus extracti cucumeris agreſtis, drachma vna extracti hermodactylorum & ſcrupulo ſemis dicti auri vitæ. Fiat mixtura, cuius ſcrupulus ſemis miſcetur cum drachmis duabus aquæ theriacalis, & fiat potio, quæ exhibetur Podagricis quater aut quinquies pro vetuſtate morbi, & ægrotantis viribus vere & autumno. Nam ſine vlla perturbatione ſeroſa excrementa mirum in modum expurgat. Ad Hydropem curandam talis conficitur compoſitio ſeroſa excrementa purgans & viſcera nutritionis corroborans. Recipe auri vitæ ſcrupulum vnum, extracti Athandali & Elaterij ana ſcrupulum vnum ſemis, extracti hellebori nigri optime præparati, Rhabarbari ſcrupulum vnum, eſſentiæ corallorum rubeorum, ſantali citrini ana ſcrupulos duos, ſpiritus Vitrioli ſcrupulum vnum, olei maſtiches, cinnamomi ana ſcrupulum ſemis, excipiantur puluere cubebarum & mucilagine gummi tragacanthi, formentur pilulæ. Doſis ſcrupulus ſemis ad integrum. Exhibeantur bis in ſeptimana, ſi vires ferant. Si cum diaphoreticis miſceatur ſudores ſolum mouet, & multis etiam hac ratione affectibus medetur. Cum

butyro

butyro ſolum permiſtum cancroſa & phagedænica, præſertim Luis Venereæ vlcera curat, quemadmodum & fiſtulas ac omnes calloſitates. Ex iſto pharmaco & auro vitæ prædicto fit emplaſtrum, quod ſi cum tenui cera in collum veſicæ imponatur, vt decet, ipſius vlcera & carunculas omninò ſine dolore aufert.

AVRVM VITÆ.

AVrum in tenues reduc bracteolas, poſtmodum cum Sale præparato calcina, donec reddatur impalpabile, Salem ſoluendo ſepara, rurſus demum cum Sale calcinetur & ſacharo, & huic miſtioni affunde ſpiritus vini proprio Sale Alkoliſati, vt ex artis præceptis traditur, ad eminentiam quatuor digitorum, poſtmodum incendes vt vinum exardeſcat, hoc ſi aliquoties reiteraueris, tandem nouum affundes ſpiritum vini & per quatuor dies circulabis, iam ſeparato menſtruo nouum reaffundes, toties deſtillando & circulando, donec ſubſtantia auri per Alembicum euehi poſſit, omne vltimò menſtruum inde ſegrega, & remanebit in fundo puluis ſeu Aurum vitę, cuius doſis grana quatuor ad quinque.

Calcinatio Solis cum Sale & Sacharo.

Doſis.

AVRI VITÆ PRÆPARATIO ALIA.

REcipe Auri per Antimonium fuſi, finiſſimi, inque aqua regia ſoluti vnciam vnam, Vitri Antimonij rectificati & per ſe facti, etiam in aqua regis ſoluti vnciam vnam, ſolutis ambobus, cum menſtruis coniunge, cohobandoq; ter inde deſtillatis, tandem omnib. ab aquæ regis ſpiritibus reliquum Alkohol ſiue præcipitatum libera, aurumq; cum Vitro Antimonij calcinatum & coniunctum aqua limpida tepida edulcora, abſq; omni ſalſedine artificioſe ſepara: Iam recipe Mercurij viui crudi ac purgati vnciam vnam, hanc aquę forti vulgari manda ſoluendam, poſt ſolutionem, terna vice menſtruum inde per cohobationem abſtrahe, & præcipitatū in fundo habebis rubeū, hunc commiſce, adde auro cum Antimonio vitri commixto atq; calcinato, & fac inuicē terantur q̄ optime cum ſacharo candi, vt omnia reddantur dulcia, poſt hæc ſcias aurum tuum vitæ eſſe præparatum: Quod Dei auxilio omnem curat peſtem, & omne corpus à veneno liberat expellendo maximarumque & præſtantiſſimarum eſt operationum ac virtutum.

Ex

Ex hoc Auro vitæ seu puluere auri sequentes præparantur pilulæ efficaciores: Recipe Alæpatici, auri vitæ ana drach. vnam, Croci orientalis drachmam semis, misce cum aqua Rosarum, fiant inde pilulæ triginta, cuius dosis est pilula vna pro vice, antequam se patiens vel laborans tradit somno, Crastina luce iterum vna, & sic vsque ad consumptionem & vsum triginta pilularum: curat etiam interne omnem luem veneream atque Apostemata, alios etiam inueteratos aut venenosos affectus, ab intra restituendo instaurat, sanat peste infectos, & præseruat ab ea sanos.

PVLVIS AVRI VITÆ ALIVS.

Recipe Mercurij quantum placet, nouem aut decem lotones, auri laminati ac limati, quantumuis Amalgamationem cum illis institue, & cum aceto destillato siue crudo (res eodem recidit) omnem ingredienem ac eis lauando & conterendo cum baccillo ligneo separa & ablue, hoc sic peracto, indatur Amalgama cucurbitæ, super fundendo Aquæ fortis sequentis, quantum ad sufficientiam pertinet, & videbis mercurium solutum, Aurum vero in puluerem Calcinatum, iam vitrum seu Cucurbitam ideoneo instrumento ferreo excandefacto vt artis est abscinde vt nimia longitudine priuetur, quo Alembicum applicare & imponere possis, Apposito luto nostro artificiolo luta, & aquam fortem inde destilla, adhibitis ignis gradibus, primo igne lentissimo, postmodum fortiori, vltimo fortissimo, vt Arema infima in parte vasis excandescat, & inde percipere poteris, omnes à præcipitato euanuisse & violasse spiritus aquæ Philosophicæ, hoc præcepto ignem remitte vt vasa refrigescant, sic infundo vitri puluerem nacturus eris rubicundum, vitrum frange, præcipitatum hunc sub aëre terendo in marmore lapide contrecta, & si quid spirituum adhuc cum præcipitato, tu omni adhibita cautione prospice, quando puluis optime contritus tandem in hunc modum ad Calcinationem institue. Recipe testam instar sunt Aurifabrorum hanc pone subtegula in forno probatorio, quam fac vt excandescat, postea successiue importato de puluere paulatim cum ferreo Cochleari, (tres ad vicem lotones non supra) misce terendo cum spatula ferrea & videbis multos apparere colores atque primo loco nigrescit, interim tu non desines abstinere à terendo, nisi prius rubescat,

bescat, vti prius imposuisti, postmodum forcipe ferreo exime & fac refrigescere, & applica siue importa testæ aliæ nouæ inque omnibus procede vt antea, sic omnes inde corrosiui spiritus euanescere cogentur, & hac via etiam præcipitatus redditur dulcissimus. Huius Dosis in iunioribus est quantum ponderat dimidius obulus, in adultis pondus obuli integri, est sufficiens, cum conserua rosarum vel alijs, est vtilissimum ac tutissimum medicamen pro mouendo sudore curat, pestem, venenaque ac phitra mirifice expellit. *Dosis.*

AVRVM VITÆ ALIVD.

RECIPE Auri fini terna vice per Antimonium fusi vncias duas, Mercurij viui quantum pro Amalgamando sufficit, quod Amalgama contere optime in Porphyrio cum aceto, postea exprime per corium, globus remanens diuidatur in frusta, & in alio tigillo, igne lento funde Sulphur commune, dupli quantum globus post expressionem residuus pendet: Adde deinde frusta amalgamitis misce cum bacillo & impasta, vt sit in confectione Zinnabaris, massam frigidam redige in puluerem tenuem, quem sub tegula igne moderato, semper mouendo cum filo ferreo euapora, donec omnis Mercurius & Sulphur abeat, sola Calx Solis remaneat. Hanc operationem adhuc bis repete, donec nempe calx Solis fiat instar Calthեæ. Hanc calcem solue per aquam mineralem, (quæ facta sit ex nitro & Sale armoniaco) in cineribus, soluto, menstruum abstrahe, & denuo per nouam aquam soluito, digerendo aliquandiu donec feces sese separent, quas remoue, solutionemque inde cucurbitæ, addendo alembicum cœcum, eodem modo per diem ac noctem digere, vt si plures feces fiant conspicuæ etiam remoueto, postmodum aquam inde destillato, vsque ad consistentiam, vt instar olei in Cucurbita remaneat. Aquam hinc destillatam denuo superinfunde, & repete destillationem aliquot Cohobationibus, donec vires aquæ imminuantur, hoc tamen probe notato, vt iuncturæ singulis destillationibus probe munitæ sint. Tandem oleo in fundo remanenti, adde recentem aquam, digere per diem ac noctem, destilla in Arena ad consistentiam vt antea, aquam destillatam transfunde, destilla, idque repete aliquoties destillando & transfundendo, donec omne aurum per Alembicum transierit, sed probe nota gradus ignis fieri debere intensiores, quo paulatim singulis

destillationibus aliquid de Auro transeat. Omni iam Auro per Alembicum transeunte, aquam illam in locum frigidam pone, donec in cristallos abeat, aquam deple, depletam denuo destilla, repone ad cristallisandum, repete aliquoties, & cristallos diligenter excerptos solue in mediocri aquæ pluuialis quantitate: Deinde immitte triplam quantitatem, Mercurij bene purgati, agita bene, colores nulli apparent & amalgama cadit ad fundum, & aqua fit pura ac perspicum, hoc amalgama lento igne & subtili subtegula euapora, semper agitando cum baculo ferreo, & remanet puluis purpurei gratissimique coloris, qui Aurum vitæ propter suam mirabilem præstantiam merito ita indigitatur.

Puluis Vitrioli Solis.

AVRVM VITÆ GEMINVM.

Recipe aquæ fortis ex Vitriolo, Sale nitro, Alumine ana factæ vncias tres, Salis armoniaci vnciam vnam, misce & destilla per Alembicum ex cineribus, vt fiat aqua regis, in huius aquæ vncijs duabus dissolue Auri finissimi vnciam semis, solutionem reserua in calido. Deinde in aquæ fortis communis libra vna dissolue Mercurij crudi bene solerterque purgati vncias sex, dissolutionem Solis & Mercurij simul misce & ilico omnia apparebunt nigerrima. Denique ex arena per Alembicum aquas fortes destilla, lento sed gradatim aucto igne, donec quæ in fundo sunt rubescere, & spiritus euaporasse videantur, tandem vrge ignem, vt subtus aliquandiu cucurbita candeat. Exime & puluerem sub tegula in catillo subinde cum ferro mouendo calcina, donec omnes spiritus aquarum fortium probe separati fuerint. Tandem aqua dulci omnem salsedinem aufer, & posteaquam extremo spiritus vini correctus ab eodem puluere sæpius per cohobia destillatus fuerit, puluerem Auri vitæ serua.

AVRVM VITÆ GEMINVM ALIVD.

Fiat aqua fortis hoc modo: Recipe Vitrioli libras tres, Salis nitri libras duas, Aluminis libram vnam, farinæ laterum libras quatuor misce & lege artis destilla vt fiat aqua fortis: In huius aquæ fortis vncijs duodecim, dissolue Mercurij bene purgati vncias quatuor relinquendo solutionem in loco calido, in eiusdem Aquæ fortis libra vna, solue Salis Ammoniaci & Salis communis decrepidati ana vncias duas, & destillando inuicem fortiori in fine igne fiat aqua regis: In

hac dissolue Solis purissimi & antimonij purgati drachmas duas, & seorsim in eadem dissolue reguli Antimonij sine Marte drachmam vnam. Solutiones omnes confundendo misce, digere per biduum in cineribus, postea destilla aquas, cohobando ter vel quater, postrema vice subtus auctiore igne ad siccitatem. Nota si regulus antimonij cum Marte sumeretur, tunc præcipitatus redderetur fixus non purgatorius, Paracelsus quidem talem confecit, quem Mercurium præcipitatum dulcem nuncupauit. Deinde præparetur alia aqua hoc modo: Recipe spiritus Vitrioli correcti libram vnam, super quem in receptaculum capacissimum trina vice ex retorta igne violento destilla Salis communis libram vnam, cum libris tribus farinæ laterum probe permistam, vt hac ratione spiritus Vitrioli cum spiritu Salis vniantur, huius aquæ compositæ affunde præcipitato pulueri ad eminentiam duorum digitorum, digere per biduum in retorta, tandem institue destillationem ex cineribus igne prius mitiori, post vehementiori: superfunde aquæ eiusdem portionem recentem prioris mensuræ & vicissim digerendo biduum destilla, idque tertio repete, vt igne vehementissimo omnia candeant, & inuenies puluerem violaceo purpureum, quem elue aqua dulci, donec omnis acredo fuerit ablata. Denique super exsiccantem puluerem spiritu vini correcto aliquoties succenso eundem denuo in catillo ignire facito, ac postremo omnium, alium spiritum vini affusum ab eodem puluere conceptam flammam aufer & paratum erit Aurum vitæ non minimarum virtutum. Vsus eius summus est in Asthmate, catharro suffocatiuo, peste & morbo gallico. *Vsus.* Hactenus de præcipitatis & pulueribus ex Auro sequuntur aliæ calcinationis species quæ sunt stratificatio, & fumigatio.

CAPVT III.

De stratificatione.

Calcinationis species tertia.

STratificatio vera calcinatio dici non debebat, siquidem sola & per se operationem nunquam absoluit, sed sæpe in vsum assumitur vt operationem coadiuuet & acceleret: Corrodendo enim metalla penetrat & calcinationem accelerat. Inde Beguino dicitur corrosio per pulueres corrosiuos. Verum quando apud quosdam pro calcinatione capitur, & nos pro aliquali constituemus: Sed à cæmentatione, vti ex sequentibus patebit, nihil differt, & Libauius refert ad graduationem modus & processus eius talis existit. Recipe Auri puri tenuissime laminati, vel eius loco folia, prout libuerit quantum vis, huic auro adde triplam quantitatem cinnabaris, faciendo stratum super stratum, & pone inuicem sub tegula ad euaporandum cinnabarim ab auro, & euadet in puluerem flauum, hoc & secundo atque tertio modo sic reiterabis, tandem Solem tuum inuenies flauissimo subtilissimum instar spongiæ pulcherrimæ, ad sublimationem vel solutionem sat superque idoneus ac habilis: De his pluribus acturi in capite de cœmentatione & gradatione, pergemus ad modum Fumigationis.

CAPVT IV.

De fumigatione.

Species calcinationis Quarta.

NOn immerito præcipitationẽ sequitur stratificatio, stratificationem fumigatio, cum tres illæ perficiantur corrosiuis, verum diuersimode. In præcipitatione nõ est totalis dissolutio in aqua soluente & corporis immersio: In stratificatione est corrosio metalli in præcipitatum præstantissimum: In hac verò tantum extremarum partium corporis corrosio per fumigationem, id est aquæ corrodentis vaporem, vel mineralium exhalationem ascendentem, seque in corpus suprapositum insinuantem, ipsumque paulatim corrumpentem & corrodentem donec in calcem reducatur.

Sic

Sic fumigatio est calcinatio in sicco vapore (quæ proprie exhalatio vocatur, & est tantum mineralium) perficitur, alia in humido quæ est aquarum vel spirituum si vapore sicco perficitur, tum talis est processus. Plumbum in Catino angustioris colli eliquatur, aurique lamina imponitur orificio, sic furnus feruentis in fundo metalli eam verberat, seseque penitus insinuat: & ita astrum fit friabile, teritur postea fructum cum Sale Tartari, & in marmore læuigatur in Alkohol seu puluerem impalpabilem ac tenuissimum, Sal abstrahitur in solutione in aqua calida & ita edulcoratur, ac simul calcinantur aliquot vicibus vltimò superfunditur Alkohol vini rectificati & facilime hac ratione habebis ex hoc auro extractam Tincturam vt ex sequentibus patebit. De hoc sic habet nostra Iatrochymia i. e. Fusum plumbum vel Mercurius calens ollæ angustæ orificio imponitur, & supposito igne lento ac apposita lamina Solis vel Lunæ, quibus proprie inseruit ista calcinatio (quamuis nonnunquam & alijs metallis) & ascendens halitus se corpori insinuat, & fragile reddit; Postea succedit læuigatio cum Sale super marmore, & Salis tandem ablutio aqua pura à calce. Sin vero fumigatio perficiatur vapore humido sic erit: Recipe auri purgati marcam vnam vel duas has laminas & suspende super vrina puerorum, mixta cum acinis vuarum, in ampla cucurbita vitrea superius bene sigillata quam in feruentem cumulum acinorum vuarum, vt ex torculari sumuntur, infodias, vbi stet 14. dies vel 3. Septimanas, postea aperi & inuenies subtilissimum vitriolum Solis adhærentem laminis, quem pede leporino demes & vlterius si placuerit, procedere potes, & hæc etiam fumigationis species, de his plura vide de Sulphure & vitriolo Solis. Alia adhuc præstantior est fumigatio, qua aurum in flores redigitur, hanc vide in capite de extractione florum Solis, &c. Hæc de fumigatione, sequitur cœmentatio, quæ stratificationi affinis est.

CAPVT V.

De Cœmentatione.

Cœmenta metalla purgant, vel tincturam inducunt.

COementatio operatio metallorum propria, qua vitia & impuritates metallorum auferuntur. Paracelsus lib. 9. tom 6. affirmat quod in cœmentis sit tota & celer operatio transmutationis ad Solem, quæ metalla omnia superet, non saltem secundum quartationem, verum etiam secundum colorationem & tincturam. Idem dicit, duo hæc, videlicet fixatio & coloratio inuicem se deserere non debent, sed in vna cineratione & coloratione & quartatione simul persistere & manere, prout veri Auri proprietates sese habent. Augustinus Pantheus Venetus Voarchadumiam nominauit, definiuitque artem duarum cœmentationum Libau. in com. Alchym. part. 1. lib. 6. de exaltationibus. Erkerus in suo probatorio sic definit cœmentum: Cœmentatio est præ cæteris excellens artificium quo Argentum, æs, orichalcum, aliaq; metalla per puluerem quendam madefactum, ab Auro separare vi corrodendi consumendiq; possumus Auro ipso ab additamentis segregato integroque & illæso manente, idem Libauius.

Materiæ quibus perficitur cœmentatio, sunt metalla quædam imperfecta seu fugacia, ærugo, calchantum, varij Sales, farina laterum, flores æris, & multa alia, quæ ab autoribus in singulis operationibus (vt ex sequentibus patebit) describuntur. Habent autem ex speciebus illis cœmentatorijs quædam proprietatem (ignis gratia, eius enim inopia Alchymia non integra) figendi item tingendi, purgandi vel graduandi, iique vel natiua vel sibi congenita & impressa. Sunt etiam inter cœmentandum obseruanda modus, & maioris momenti apparatus, imò & specierum pondus, quidque desideretur hoc vel illo metallo, cuius gratia cœmentatio sit instituta. Si itaque in cœmentationum modis, ijsque varijs conscribendis nostrum syncerum ac fidelem multumque demonstrare laborem consultum optime visum est, perplacebit 1. paucis perstringere formulas cœmentatorias, easque optimas ac præstantissimas, quarum operatione non solum ipsum aurum à suis Heterogeneis repurgabitur, verum etiam in colore summe exaltabitur, deinde quid præualeat & maxime accedat Lunam

vere

vere ac particulariter transmutare ac tingere demonstrabitur: Quod verò vt prospere cadat, cum Deo sit nostra fidelis operis inchoatio, primique cœmenti talis est processus.

Recipe pulueris laterum rubicundissimorum, extracti, vel florum æris viridis ana vnciam vnam, Vitrioli calcinati, Salis communis ana vncias quatuor, Salis armoniaci vncias duas puluerisata misceantur, cumq; vrina vt artis est humectentur, secundumque legem operationis, Sol & Luna in æqualibus partibus aliquoties hoc puluere (renouato videlicet) cemententur. Notæ huius cœmenti sunt. 1. Hoc cœmentum Soli Auro tanquam regi & Lunæ instar reginæ parcit, omnia verò cum eis heterogenea admixta metalla expurgat, Argentum in colore exaltat, adauget & figet, idque in causa sunt farina laterum & extractum æris. Lateres habere fixationis vim probatur ex Paracelso tom. 6. lib. 9. De extracto æris sic intellige: Recipe viridi æris q. v. Extrahe puluerisatum cum aceto destillato, donec menstruum plane viridescat; Quod per cineres euocatum ad siccitatem relinquit puluerem in fundo, qui vocatur à Paracelso, Libauio & alijs in lata significatione flores, ipsusque Paracelsus hos cum spiritu Vitrioli è cupro extrahendos mandat, qua ratione fixiores reddentur, ingentem enim & maximam non solum fixandi sed etiam tingendi proprietatem in se continet & possidet Vitriolum, teste Paracelso: dum ait, negari tamen non potest quod in Vitriolo tinctura lateat, quæ plus præstat, quam multi credunt. Beatus qui rem intelligit.

Flores æris sic fiunt.

Geberus huic cemento adstipulari videtur, mandat enim & pro cemento ponit Vitriolum, Salem ammoniacum, flores æris, testas fictiles veteres tritas &c. hos commixtos pulueres vrina virili irrigari, postmodum Auro cementando admouere iubet. Alio loco dicit Geberus: Cementum est genus examinis metallorum, quod constat ex rebus inflammabilibus ideò inuentum vt omnia combustibilia adurentur, vno Solo (Sulphure) incombustibili remanente. Libauius dicit in constantia Argentum Auro est proximum, itaque si per fixationes præparatum fuerit, per cœmentum potest gradari & exaltari. Talis est sententia Erkeri quando dicit: scire debes, quod cementum tuum debeat esse comparatum pro paupertate, vel abundantia Auri in mistura cœmentanda.

Aes viride pulcrum alteq; gradatum Saphyricum dat Vitriolum ait Paracelsus. Vide cap. de solutione Solis.

2. Vo-

2. Volunt quidam Florenos Rhenenſes artificioſiſſime gradari poſſe hoc cemento in aurum Vngaricum probatiſſimum; Quod cementa aurifabrorum perficere nequeunt, tantam enim vim non ſapiunt, verum ratio hæc eſt; Huic cemento ineſt Sulphur incombuſtibile ac fixum à Venere prouenien & Lunam tingens, ſimul ac cum auri ſubſtantia remanens, indeque prouenien quod vnum eſt ſulphur ipſius Auri, Veneris & etiam Martis, quæ ratio facit vt inde argentum exaltetur & purificetur. Hoc Geberus teſtatur cap. 18. Fornacum, dum ait à cupro extrahi Sulphur mundiſſimum tingens ac fixum. Salia in hoc cemento etiam fixant & corrigunt leproſam Lunam &c.

Vnum ſulphur eſt Veneris ac Martis.

2. Cementatio.

Secunda Auri cementatio talis exiſtit: Aurum liqueſcat cum duplo ſui ponderis optimi cupri (quod ex Vngaria apportatur præſtantiſſimum eſt, vel id quod ex Marte fit: quale generatur in agro Lipſenſi Vngariæ ex fontibus Vitriolatis, ſaltem ferri fruſtis iniectis & paulo poſt in rubiginem corroſis, ex qua denuò beneficio ignis Venus fit excellens) Hæc in lamellas tenuiſſimas inſtar papyri reducito, eaſque cementa per horas 40. vel 50. igne forti attamen gradato, faciendo ſtratum ſuper ſtratum, cum farinæ laterum vncijs octo, Salis decrepidati vncijs 4. Vitrioli, vncijs duabus, Salis Nitri, Æruginis ana vncia ſemis, modico etiam Sale armoniaco & aceto forti permiſtis. In hoc examine totum cuprum euaneſcit, ſulphure tamen ipſius incombuſtibili & Tinctura in Auri ſubſtantia remanente. Hæc cementatio cum recenti Venere ſi per aliquot vices, vt ſexies vel ſepties repetita fuerit, Aurum faciet coloris intenſe rubicundi, tandem fiet etiam aliquantulum grauius: placet hic annectere modum tranſmutationis ferri in cuprum ſecundum Paracelſum: Recipe ſcobis ſeu limaturæ ferri lib. 1. Argenti viui lib. ſ. Vtraque pone in ſartaginem ſeu cacabum ferreum, & affunde menſura vna aceti & Vitrioli lib. 1. Salis armoniaci vnciam vnam ſemis: bulliant vna, & continenter cum ligno agitentur probe. Si acetum expirauit plus ſubinde affunde, & Vitriolum nouum adde. Per decoctionem hanc ferrum mutatur in cuprum; ſi cuprum factum eſt in argentum viuum abit omne coctura 10. vel 12. horis continuata tum demum argentum viuo ferro ſepara, quantum eius ſupereſt probe laua, vt mundetur. Argentum viuum excipe ſacco facto ex aluta aut goſſypio, & exprime, ita relinqui videbis Amalgama. Id Amalgama

exſpi-

exſpirare ſinito & inde nies cuprum purum ac bonum. Huius cupri accipe vnciam ſemis, Argenti tantundem, fluunt ſeu liquentur: & aſcendet Argentum ad 6. gradum è veſtigio. Huius adhuc nobilior modus exiſtit in additionibus noſtris in Baſilium: ſequitur cœmentum tertium.

Tertium Cœmentum eſt: Recipe ſulphuris vivi rubicundiſſimi, q. v. hoc ſublimando eleua cum Sale Saturni, (ex minio cum aceto extracti) & Sale Vitrioli, an. pa. 2. toties item opus ſublimationis repetendo, quoad vſque ſulphur volatile aſcendens in fundo fixum permanſerit, huic adde poſtmodum reguli Antimonij ſublimati, cumque ferro fuſi, par: ſemis, miſceantur inuicem vt fiat vnio. Hoc puluere cementa limaturum lunæ in tanta quantitate quantum par erit, iſtam poſtmodum cum Sole funde, addito Sale Auri, & rurſus in lamellas redigito, quas cum hoc cementabis vel ter adhuc cementabis ſi ad quintam vſque vicem perrexeris, videbis tuam Lunam multa ex parte conuerſam in Solem, magnumque ſimul & auri augmentum. Sal Vitrioli, fit ex ſolutione ipſius per aquam feruidam, inde aqua Salſa vel oleo Tartari inſperſo ſulphur petit fundum, à quo aqua ſeparata coagulatur, inde habes Salem Vitrioli, quem ſi ſæpius reſoluendo coagulaueris, tandem niuei criſtallinique coloris euadet.

Cœmentũ tertium.

Sal Auri eſt Borax.

Salis Vitrioli confectio.

Cœmentum quartum: Recipe florum croci Martis Sale armoniaco exaltatis, florum reguli Antimonij (cum Venere fuſi) eodem modo cum Salearmoniaco ſublimatis, Vitrioli calcinati, florum Æris ſana lib. ſ. Salis communis q. ſ. His commixtis, (ab omni aere puluerem cuſtodi) & vt artis, Limaturam Argenti & Auri, horis 22. ſtratificando cementa, poſtmodum vt fluant ſine, inque lamellis redactis adhuc bis hoc puluere cementa, & habebis Lunam atque Aurum puriſſime cementatum.

Cœmentũ quartum.

Cœmentum quintum conſiſtit in Antimonio, Venere & Mercurio, eſtque tale: Recipe Antimonij, Mercurij ſublimati ana libram vnam, viridi æris libram ſ. pone clauſo vaſe per 2. hebdomadas in Cellam poſtmodum inde deſtilla oleum, per reiteratas cohobationes vt nihil remaneat, hoc præacto oleum in duo ſeparato videlicet ſpiritum & puluerem, cuius artifex optimam ſcit rationem. Huic oleo id eſt Tinctura rubedinis mirabilis: teſte Paracelſo tomo 6. de gradationibus. Puluerem deinde proprio ſuo menſtruo Tinctura florum æris

Cœmentũ quintum.

imprægnato digere per mensem, tandem cohobando aliquoties, recenti spiritu tincto fixato, vsque dum nullius amplius aut exigui sit saporis spiritus, sic & hoc facto, adde huic puluerí de limatura Solis ac Lunæ ana part. æquales, stratifica, cementa, funde & quicquid ad artis opus referre par est peragito, sic verum habebis augmentum, cementum & Lunam Auream: certoque scias si rite præparaueris, in hoc artificio non augmentum solum sed & veram panacæam esse occultam. Nota quidam hoc oleum percipitant cum spiritu nitri, aliquoties inde cohobant, puluerem que inde præparant Bezoarticum ac Diaphoreticum.

Cœmentū sextum. Cementum sextum 1. Recipe limaturam Martis, hanc cum oleo sulphuris solnito aquaque communi repercutito, crocum hunc exsicca atque calcina, & cum oleo tartari optimo extrahe extractum instar sanguinis vicissim præcipita, & vt ars requirit de oleo libera, sic crocus Martis vere existit præparatus. 2. Confice Venerem ex Marte cum Sale & Vitriolo vulgari modo. 3. Redige Mercurium per se in præcipitatum rubicundum per phiolam in Arena, vti artifici probe constat. 4. Recipe huius præcipitati vnciam vnam, croci Martis vnciam semis, Veneris ex Marte vnciam vnam, abstrahe inde per Balneum Mariæ aliquoties spiritum nitri, vsq; omnia in flauum sint redacta oleum, quod tandem præcipitabis, & in puluerē coagulabis: Cum hoc puluere cementa partē Lunæ & partē Solis, & habes Lunā ex magna parte conuersam in Aurum vti vult author huius processus.

Cœmentū septimum. Cementum septimum; Recipe Mercurij vigesies cum Sale armoniaco sublimati lib. 1. Sulphuris aurati diaphoretici recentis vnciā vnam, florum sulphuris cum Sale Saturni fixatis, florum Veneris cum Antimonio factis, item florum Martis ana vnciam vnam ac semis, resoluantur in cella vt artis est in aquam, postmodum destilla cohobando vsque dum fixum ex eis puluerem perfeceris, cum quo ad Solem & Lunam recta procede via cœmentationis.

Cœmentū octauum. Cœmentum octauum: Hoc octauo loco addere placet, Recipe cinnabrium factitium ex sulphure & Mercurio, hunc stratifica cum limatura Veneris ex Marte in tigillo probe munito (ana partibus æqualibus) per horas octo, postea illud cinnabrium cum noua limatura recipe, & tertio repete, sic etiam habes præstantissimum puluerem pro cemento. Eius partes 2. pertinent ad Solis & Lunæ ana partē vnam. Si istud cinnabrium impregnaretur oleo hepatis sulphurini,

longe sane efficacius operaretur, aut essentia fixa sulphuris &c. Cœmentum Aurifabrorum vulgare, tale est: Recipe Æruginis, Salis nitri ana vnciam vnam, Salis decrepidati vncias octo, Vitrioli albi vncias quatuor, farinæ laterum vncias sedecim: Hoc cœmento vtuntur Aurifabri cum deaurare volunt, purgatur per ipsum aurum, simul ac in colore exaltatur, Salia purgant, farina laterum & ærugo quæ constat ex Venere colorem adaugent: Paracelsus huius talem ponit modum: Recipe florum æris Salis armoniaci ana vnciam vnam semis. Salis petræ vnciam vnam, Vitrioli vncias quinq;, Aluminis vnciam vnam, dissoluantur & exsiccentur & imbibantur cum aceto & vrina. Fiat puluis. Sunt & cœmenta alia quæ regalia vocantur, tantumque soli auro tanquam regi probatissimo parcunt, eius tale damus exemplum. *Cœmentū nonū quod est vulgare & solummodo Solis purgatio.*

Recipe farinæ laterum partes quatuor, Salis ammoniaci, Salis gemmæ, Salis communis decrepidati seu præparati partes singulas, commisceantur, & cum vrina pueri humectentur. (Hic notandum venit quod Beguin⁹ ait. Quidam auri bracteas, antequam componantur candefaciunt, sinuntq; refrigescere: vt si quid inquinamenti ab extra in cute hæserit, id consumatur, vt liberiorē accessum & impressionē (cœmentorū) relinquat medicaminū acumini) omnibus rite præparatis: Ollæ cementatoriæ inspergitur puluis æqualiter crassitie digitali. Huic imponuntur bracteæ vrina irrigatę, eo ordine & modo, vt æquali situ neq; se, neq; etiam latera vasorum, mutuo cōtingant, ne corpus corpori cohærens id accendat. Dispositæ sic tractee, obruuntur medicamine, dimidij digiti crassitie sequantur & imponantur rursus bracteæ, atq; ita vicissim vsq; ad ollæ marginem, q̃ tantum implere debet medicamen, quantū est in fundo nempe ad crassitiē digiti transuersi. Vltimo imponitur operculū sine respiraculo, lutatur, igniq; p 24. horas mandatur: Ita vt olla siue pixis semp rubescat: Finito opere, bracteę siue lamellę Solis pede leporino ab adhęrentib⁹ purgantur pulucrib⁹, vrina lauantur & exsiccantur: Hactenus Beguinus. Hoc cœmentū Solē per se ad gradū perfectionis fixū adducit: Recipe Antimonij intellige fixati, florū æris ana lib. semis, Mercurij per aquam fortē coagulati q. v. omnia simul commisceant̃ & imbibant̃ oleo antimonij rubeo, tamdiu donec omnia rubescant: Postmodū eo Aurū subtilissime laminatū aut granulatū per 24. horas absq; ignis seu caloris moderati diminutione, in fusorio vase perq̃ optime clauso, vt artis, cœmenta: hoc peracto cū Borace vel chrysocolla Aurum liquefaciendo reducito inque formam effundito. *Cœmentū 10. regale.* *Cœmentū vndecimū.*

Cementum duodecimū. In hoc cemento Luna leprosa omnimodam suam nigredinem & humiditatem abluit atque amittit, estque vnum ex cementis regalibus. Recipe Antimonij præparati, florum æris, Salis communis, laterum ana libram semis, trita minutissime, cum spiritu vini vel vino simplici commisceantur atq; imbibantur & exsiccentur, idq; vigesies & quater. Hoc puluere Luna cementetur laminata. Primo igne lento seu gradu ignis primo per 4 horas, deinde auctiore vsq; ad ignis gradum supremum eumq; igne fluxionis horis duodecim. Tum regulum excipe, eumque laminatum & crudum ex priori processu cum eisdem speciebus, renouatis ac nouis videlicet, denuum cementa, ignis gradibus probe obseruatis, hoc ipsum quater vel quinquies si repetieris, non nocumenti aut detrimenti fore, sed lucri putato: Postmodum fulminando per cineritium & scoriam, in Lunam iterum reducito: vasa v. cementatoria probe lutentur, nec non firmiter obturentur, & notandum: cementa regalia non semper indigere vasorum opercula perforata, in vulgarium cementorum præparatione requiri: Secundo & animaduertendum Lunam cum Saturno reduci, conuenire ne in cornu abeat.

Puluis cementi 13. Puluis cœmenti sic etiam est: Recipe Vitrioli Veneris ex Marte vncias sex cretæ albissimæ, calcis viui ana vncias quatuor, croci Martis cum oleo Sulphuris præparati vncias sex, Salis decrepidati vncias octo M. fiat puluis.

Puluis cementatorius 14. Pulueris cementatorij talis etiam existit vtilissimus modus recipe Salis, Saturni an. lib. Semis, Salis nitri, Salis communis, Salis Tartari ana lib. dimidiam M. F. puluis ad cementandum Solem vel Lunam.

Puluis cementatorius 15. ad Mercurij præcipitatum. Vel sic recipe Mercurij per aquam fortem coagulati quantū vis, hunc edulcatum sic prius cementa. Accipe florū æris, croci Martis ana drach. sex, Vitrioli calcinati, Aluminis calcinati an. drach. duas, Boli armeni, hæmatitis, Salis armoniaci ana drach. duas, Borracis vncias duas semis M. & aliquoties cum vrina humectentur, postmodum stratificando, iuncturis clausis ac lutatis, in vase fusco horis sex cementando perficiatur, tandē tradatur Saturno Mercurius fulminandus, vel si mauis cum Luna vel Sole fundatur, & videbis num sit lucri vel res nihili.

Puluis cementatorius 16. ad cinnabaris fixationem. Nonnulli etiam Cinnabarim taliter fixare audent inter quos præcellit Paracelsus. Recipe Cinnabaris, Borracis ana vnciam semis liquefiant vt tandem sublimetur; ad sublimati vnciam vnam adijce has species: Recipe Salis decrepidati, croci Martis, florum æris, boli, hæmatitis ana drach. duas F. stratificatio in vase fusorio primo 6. horis lentius, deinde sex fortius, tandem igne violentissimo.

tissimo. Quo facto rursum vt supra sublima prædicto processu, & quartò vel quintò cemento inuenies fixam cinnabarim, qui Saturno committendus, vel Lunæ aut Soli, si placet adiungendus. Sunt & cementa ad mineralia seu mineras metallorum imperfectorum, quorum talis est modus: Recipe florum ex croco Martis ana lib. j. Vitrioli, Aluminis ana lib. Semis, Salis communis præparati lib. vnam, mineræ lib. duas. Liquefiant omnia, humiditateque priuentur, & cementen tur horis 12. postmodum in Saturno liquentur & fulminentur. Hic sententiam nostram de cementis absolutam esse volumus, paucisque de Gradationibus auro competentibus loqui proposuimus, qui plura de cementis desiderat, videat de his authores. *17. Cementum mineralium.*

CAPVT VI.

De Gradationibus.

GRadatio est exaltatio ad gradum qualitatis sublimiorem substantia manente eadem. Libau. comm. Alch. part. 1. Lib. 6. cap. 5. Veluti & Paracelsus in præfat. tom. 6. lib. 10. de transmutationibus metallarum ait; ita & nos de Gradationibus loqui volumus ac talibus vt solutum, extinctum, stratificatum vel digestum cum eis metallum, ad gradum Solis promoueri queat ac transmutari. Duodecim itaq; hoc loco ponemus gradationes. Quibus inseruimus etiam pulueres gradatorias quæ faciunt & dant Solis Augmenta, quare consultius visum fuit ponere inter gradatoria quam cementatoria cum tamen pene sint eiusdem generis, cum quibusdam cementis, propter vim verò augmentationis longe præstantiores: Sequitur gradatio prima. Recipe Aluminis, Vitrioli, Salis nitri ana lib. vnam semis, cinabrij, virid. æris, Sulphuris, Arsenici ana lib. semis. Hæc destillentur in aquam, & secundario adhuc semel cum Arsenico, cinabrio & ære virid. rectificetur; tertio inde soluetur Vitrioli Veneris ex Marte vncias duas; quarto & cum nitro & alumine destilletur in aquam gradationis, in qua si mauis solues chalybis q. poteris inque calore digestionis, aqua tua fortissima reddetur, intraque mensem semel adhuc rectificabis; in hunc liquorem limatura Lunę proiecta rem nebit in digestione donec liquor incorporetur. Tum demum simul ambo, nempe liquor & metallum per Saturnum fulminentur, & inuenies Lunam Soli similem redditam: *Et farina. Gradatio prima.*

 Nota-

Notabis verò Lunã tuã prius requiri purgationẽ ac cementationẽ, nè ipsius, lepra & imunditites hoc tuũ transmutationis negotiũ impediat.

Gradatio secunda. Secunda gradatio talis est: Recipe florũ æris, sulphuris viui, flor. Antimonij, Martis, ana vncias quatuor, Vitrioli, Salis armoniaci, aluminis ana vncias quatuor semis, aquæ fortis (ex quatuor partib. Salis nitri & duab. Salis comunis destillata) lib. 3. vel 4. digerãtur & macerentur, vt aqua harũ specierũ essentia impregnetur, tandẽ p̃parata existet ꝓ graduanda Luna: si placet poteris & Mercurij sublimati addere lib. semis.

Gradatio tertia. Tertia Gradatio recipe cinnabaris, lib. semis, croci Martis florũ æris, lapid. Hæmat. ana vert. vnum, Arsenici vertonem semis, Vitrioli, Salis nitri, Aluminis an. lib. semis: His mixtis superfundatur oleum ex hepate cõposito sulphurino, destillatũ, digerantur, tandẽ cũ sulphure viuo semel adhuc rectificetur. In hoc oleo gradantur laminæ argenti per mensem: Fit & extractio sulphuris artificiosa in qua similiter calx Lunæ redditur solificus de quo in libello de examinatione mineraliũ.

Gradatio quarta. Quarta Gradatio recipe cinnabaris, viridis æris, croci Martis, Antimonij, arsenici an. lib. semis, Salis petræ lib. 2. sulphuris lib. ſ. Vitrioli lib. tres, aluminis tantundẽ, ex his diligenti cautione, terna vice cohobando aquam destilla, quam rectificabis ab hac mixtura, recipe antimonij, cinnabaris (cum Venere ex Marte vt supra dictum cementati) sulphuris, æris viridis ana part. semis. Rectificatione sic facta, in hac aqua florum æris & croci Martis digerendo solues & habebis eodem modo aquam graduantem ad Lunam pretiosissimam.

Quinta Gradatio. Quinta Gradirio: Recipe Mercurij viui, sulphuris viui quantum par est, his commixtis in fluxu adde fol. auri vnciã vnam, sublimentur aliquoties, vsque omnia in cinnabarim eleuata sint, hanc accipe & humecta oleo Vitrioli, atq; pone in ignẽ fixationis, aliquoties humectando & exsiccando, sic tandem habebis puluerem gradationis fixum, cui adde florum æris, Salis communis præparati, Salis ammoniaci quantũ vniuscuiusq; requiritur sufficientia, quod probe animaduertendum, poteris verò facile colligere ex præcedentibus; Hoc puluere stratifica Lunam & Solem, præparatis videlicet suis modis, postmodũ in fluxu cõiunge & rursus in lamellas redigito, stratificationem reiterato, id & tertio si repetitũ fuerit, habebis modũ gradationis exoptatũ ac iustũ.

Sexta Gradatio. Sexta Gradatio: Recipe Mercurij sublimati vnciam vnam, Salis ammoniaci vncias tres, vini sublimati seu Alkolisati, quantum ꝓ humectatione & incorporatione sufficiens est, putrefiant ac macerentur in cella, si solutionem aquosam facerent, inconsultum non esset: Hoc

ita peracto accipe æris virid. vnciam vnam, vitri antimonij tantundem, cinnabaris cum croco Martis ex Venere præparati vnciam vnam semis, coniungantur hæc, & aqua vel superiori insolatione misceantur, sic stare in leni calore pmittito, postmodum quod inde euaporare cupiens est, de phlegmate hoc euolare sinito, vel si nimiũ humidi liquoris insit sensim de fecib. nõ interturbatis separato, inq; alio vase euaporato, hoc anteq̃ omnino exsiccatũ cum spiritu Vitrioli Veneris rectificetur atq; purificetur, tãdẽ ad puluerẽ redactũ gradatoriũ sum̃e custodietur.

Septima Gradatio: Recipe Veneris laminas ex Marte confectas lib. 1. has cementa cum sulphure, vt tandẽ terendo puluerisari possint, quem puluerem ad sequentem necessitatem reseruato: Fiat iam aqua ex Vitriolo & Tartaro per cucurbitam destillando, atq; fecib⁹ per præparationem separando. Iam recipe superius præparatum puluerem ac superfunde aquam præparatam, vt bene emineant, sic stent per 24. horas, & aqua sulphur subtilissimum extrahet, postmodum leniter aquã euaporato ad siccitatem, hunc puluerem cum nitri vncijs duabus & Borracis vncia semis, reduc in corpus, & Venerem habes Solem graduantem: Accipe huius Veneris drach. duas Auri perfecti vel Luna permixti drach. quatuor, fundantur & fluant simul, postmodum in laminas reducendo cum Boli armeni & Vitrioli vngarici an. part. 2. Tartari calcinati p. 1. cementen tur & gradus aderit metalli perfectus. *Septima Gradatio.*

Octaua Gradatio. Prima operatio talis est: Recipe olei Vitrioli vulgaris, huic impone recentem Martis limaturam, ad soluendam, soluere si oleum amplius nequit, aquam tum communem solutioni infundes, (nonnulli recipiunt limaturam Veneris ex Marte & soluunt cum oleo sulphuris per campam facti) ac per chartam emporeticam filtrabis, & aquam nimiam euaporare aut inde destillare facies vsque ad crassitiem olei, (quod aut visu vel sapore acri secum gerens aqua, cognosces) hoc oleum in cella ponito, vt Crystallos inde concipias, quos recipies, reliquum v. liquoris igni rursus mandabis, nimiam humiditatem inde euaporando vsque ad consistentiam olei, atque vt antea iterum pones in cella, in crystallos conficiendos: horum habeas vncias octo necessarium est, postea desine & primũm opus perfectum. Secunda operatio sic constat: recipe reguli antimonij cum Marte ac Venere parati lib. semis, Mercurij sublimati vncias 12. Æris vsti vncias 4. macerentur prius in cella, postmodum destillentur summa adhibita cautione ignis, tamdiu vero continuetur destillatio *Octaua Gradatio. 1. Operatio. 2. Operatio.*

vsque

vsque dum omnia (excepto tamen cinnabari in collo retortulæ sublimato, qui reseruandus) in oleum conuersa fuerint, quod nisi felicius successerit, adde plus Mercurij sublimati & mox succedet, hoc facto

3. Operatio. secunda peracta operatio. Tertia operatio est: Recipe tuorum crystallorum vncias octo, cinnabaris tui reseruati vncias sex, terantur subtilissime inuicem, dentur cucurbitæ, applicato alembico atque recipienti, superfunde olei tui facti vncias septem vel octo, pro imbibendis crystallis ac cinnab. digere omnia igne moderato, si vero quid liquoris inde destillare velit, excipe, redueque materiæ, hoc toties digerendo peragendum quousque (ignis cautione moderata adhibita per cineres) redeant in pulverem, sin vero longo temporis spatio id præstare nolint, spiritu nitri fixato, vt artis summa est præstantia ac perfecta, & habes puluerem gradantem Lunam Augmentum Solis perfectum, cum quo procede vti tradit cementum quintum.

Gradatio nona. Nona Gradatio, Recipe florum Vitrioli calcinatorum lib. 4. vel 5. sulphuris Antimonij ex tribus lib. Antimonij præparati, (vti artificiose fit cum lixiuio approepriato) misceantur inuicem ad destiliandum inde phlegma, quod reaffundendum toties, quousque cum corpore vnitum existat, fiat autem non violento sed igne digestorio; Huic massæ seu pulueri adde Salis nitri per calcem viuam bis coagulati vncias duodecim, Salis Saturni vncias quatuor, sulphuris viui vncias duas indantur retortæ ad destillandum inde oleum & spiritus, quod tamdiu donec guttas aut spiritus exire videris, hæc vnita in oleum serua. Accipito iam Vitrioli cærulei lib. 3. croci Martis cum vrina præparati vncias duodecim. Terram itidem residuam ab Antimonio ex quo sulphur eius supra extractum fuit, hęc digerantur eundem in modum cum proprio phlegmate vti cum oleo factum est, postmodum adde Salis Nitri lib. 4. Salis communis lib. 2. & destilla inde aquam fortem, quod diuides in tres partes, si sufficere pro opere sequenti putabitur, in vna parte solue Mercurij viui vncias duodecim. In altera solue Salem armoniacum, vt fiat aqua regis, in quo rursus solue Solis vncias 2. Cum tertia parte Tincturam elicies ex regulo Antimonij cum Marte totaliter in feces (vt artifex noscere debet) redacti: His sic solutis confundenda sunt, & destillanda primo igne lentissimo, tandē ad oleum, vltimo ad pcipitatū, quē subtilissime teres & cum superiori oleo coagulabis, inq; puluerē lapidis instar fixabis, hunc puluerē cū Sale nitro fixato, adde Lunæ aut Soli in fluxu & habebis gradum & augmentum

per-

perfectum. Augmentatio Auri secundum Paracelsum lib.2.de gen. rer. nat. Ita effici potest, vt aurum crescat & augeatur in pondere, & corpore, si tantummodo in terra orientem spectante sepeliatur & semper recenti vrina Hominis & stercore columbino fœcundetur. Possibile etiam est, ait, aurum per industriam & solertiam periti Alchymistæ eo impelli, vt in cucurbita more arboris crescat, cum multis enim mirabilibus ramusculis & frondibus, quod quidem iucundum aspectu & valde admirabile est. Proceditur autem sic: aurum calcinetur per Aquam Regis, vt fiat Calx cretacea, quam impone in Cucurbitam, & infunde bonam ac recentem aquam Regis & aquam gradationis, ita vt 4. digitos transuersos superemineat, & iterum abstrahe in tertio gradu ignis, donec nihil amplius ascendat. Aquam destillatam iterum superfunde, & iterum destillando abstrahe vt antea. Hoc tamdiu fac, donec videas aurum surgere in vitro, & Crescere in forma arboris habentis multos ramos & frondes: atque ita fit ex Auro mirabilis & iucundus frutex, quem Alchymistæ Herbam auream & arborem philosophorum appellant. Ita etiam proceditur cum Luna, quod vulgare constat sed adeo fortis non requiritur Aqua.

Augmentatio Solis secũdum Paracelsum.

Aurum crescens instar arboris.

Luna arborescens.

Decima Gradatio. Est autem Lunæ & auri gradatio talis: Recipe venerem ex Saturno paratam: Hanc redige in Limaturam, eamque cum sulphure stratificando Calcinato, postmodum essentiam per spiritum vini (à sale gemmæ abstractum) elicito, adque siccitatem rursus abstrahito, huic in æquali pondere adde præcipitatum Mercurij (cum oleo vitrioli, & sulphuris præparati) importentur Lunæ in fluxu, & maximam habebis gradationem. Venus ex Saturno fit, prius laminando, secundo cum vitriolo calcinato vel croco veneris stratificando, tertio reducendo, & quarto cum tutia atque calaminari rectificando sic habes cuprum, & electrum rubrum, auro simile.

Gradatio decima.

Venus ex Sãturno.

Vndecima Gradatio. Verba Paracelsi de Mercurio. tom.6.lib. 5. Recipe rubeum præcipitatum pulcherrimum, à Mercurio sublimato per aquam fortem: Hunc dulcifica quantum potest: Vltimo quoque rectificatum vinum ardens ab eo destilla septies vel nouies, vel toties, donec in igne condescat & non aufugiat: Tunc habes Mercurium præcipitatum Diaphoreticum. Porro hic notandum est magnum secretum de Mercurio præcipitato, si post coloratio-

Gradatio vndecima.

Præcipitatus dulcis. nem suam cum aqua Salis tartari dulcificetur, destillando eam inde, semper recentem, toties quidem, donec aqua non amplius acris a præcipitato ascendat, sed plane dulcis sit. Tum habebis præcipitatum dulce vt sacharum vel mel, qui in omnibus vulneribus, vlceribus, & morbo Gallico summum arcanum est, vt melius aliud sibi medicus optare non debeat: Propterea exhilarat alchimistas perditos. Est enim augmentum Solis, & ingreditur aurum, & cum ipso auro constans & bonum sit. Quanquam autem multum laboris & sudoris requiratur ad hunc præcipitatum, satis tamen ea recompensat, & sumptus tuos tibi reddit: & præterea satis lucri inde habes, plus quidem quam optimo artificio aliquo assequi posses: Meritò autem de hoc lætari debes, & Deo & mihi ob id gratias agere. (Alibi dicit cum aqua Salis Tabari figi Mercurium) de quo in sequentibus.

Gradatio duodecima. *Aqua fortis silentio sepulta.* Duodecima Gradatio. Verba Paracelsi de sulphure tom.6. lib.5. Recipe Sulphur vulgare flauum in puluerem redactum, abstrahe ab eo destillando aquam fortem valde acrem tertia vice: Postea Sulphur quod infundo, est nigri coloris, dulcifica dulci aqua, toties ab eo destillando, donec aqua prorsus dulcis ab eo abscedat, & non amplius sulphuris fœtorem habeat. Hoc iam Sulphur reuerbera in reuerberatorio clauso sicut antimonium, tum fiet primo album: Postea flauum; tertio rubrum vt Cinnabaris. Quando ipsum iam tale habes, gaudere debes: Est enim initium diuitiarum tuarum: Hoc reuerberatum Sulphur tingit altissime quamlibet Lunam in præstantiss. aurum & corpus humanum in summam suam sanitatem, plus quam scribere licet, tantæ virtutis est hoc reuerberatum & fixatum Sulphur.

Hæc de Gradationibus & Augmentis, sequitur cap.7. de alijs varijsque purgationibus Auri.

CAPVT. VII.

De varijs adhuc Auri purgationibus & præparationibus.

His purgationes Auri alij insequuntur, & inprimis succedit illa quæ fit per Antimonium exempli gratia: Stibium seu Antimonium triplum liquatur in catino: Huic Auri additur pars simplex, coquendoque fluere sinuntur: Postmodum in conum fusorium cera illitum effunduntur, inque regulum pulsantur. Hic decutitur & ponderatur, & si quid restat de stibio, id inde extrahitur eo consumpto, videlicet supra ignem in fluxu folle sufflando atque auferendo: Hæcque operatio terna vice sic instituenda veniet, & hac ratione Aurum optime à suis Heterogeneis purgatum est. *Auri fusio per Antimonium.*

Alij sic volunt, Recipe Antimonij vncias duas, Sulphuris viui drach. quatuor, squammarum de cupro tantum, Auri vnciam vnam, fundantur vt fluant in regulum, huic de nouo addes Antimonij vnciam vnam, & pro secundo fluant in regulum, hæc reiteratio & tertiò fiat, postmodum vt supra regem purga, & sic Aurum etiam probe erit purgatum.

Nonnulli Aurum & Argentum per Saturnum fulminare sciunt, quæ etiam operatio etsi laboriosa, multis tamen arridet, propterea quod stibij venenositas incautis multum nocere potest: Regulariter autem tres partes Saturni requiruntur ad vnam partem Auri vel Argenti fulminandam, vel etiam plus minusue prout metallum multum Heterogenei, & præsertim de Marte apud se continet: & hoc Aurum siue Argentum postea vocatur Finum. In hanc sententiam scribit Pancirollus part. 2. nouor. tit. 7. in cupella Aurum & Argentum poliendum, & ab omni macula expurgandum mittitur, vt nihil præter purum ac putum Aurum ibi maneat. Plura de his apud Libauium in comment. Alchem. part. 1. lib. 6. capit. 14. de exaltationibus: & alibi in nostra Iatrochymia fol. 39. Est præterea etiam Auri simplex purgatio per granulationem, quæ fit quando funditur & *Auri & Argenti Fulminatio.* *Aurum & Argentum Finum.* *Auri simplex purgatio.*

tio per granulationē. liquatur, inter fusionem agitatur ligno, acuratissimo modo superiniecta simul ac cera, postmodum tigillum manubrio prehensum effunditur super scopas seu virgas in aquam, idque si placet & tertio potest repeti, prius tamen fundendo, & hac ratione aurum & argentum probe etiam pro cemento purgantur, eaque taliter granulata graduari possunt: Verum hic modus aurifabris ac monetarijs valde est notus atque cognitus.

Auri reuerberatio. Auri purgatio, quæ existit cum reuerberatione, per se non fit, vel enim accidit cum sale communi præparato, vel sulphure, sale Tartari, aut Cinnabari &c. Hæ enim auri soluti vel Amalgamati violentiam cohibent, quam hactenus multi suo naufragio experti tenent: Nonnulli summe commendant spiritum Saturni vel Iouis pro reuerberando sole, quod inde calx spongisissima sit futura, verum hoc tenus experientiam est, & certius ac verius ex sequentibus patebit. Nonnulli prætendunt Aurum reddere volatile per sulphur, illud venenosum, germanis Bergschwefell in fodinis metallicis reperitur, verum hæc ex inscitia hoc sal intactum relinquo. Nonnulli ad purgandum aurum, ei in fluxione dant ingressionem cum metallis, & vel Mercurio sublimato, sale nitro aut Borrace, vel id genus alijs, postmodum superinijciunt talem puluerem: Recipe salis armoniaci, salis gemmæ, salis alkali singulas vncias, salis nitri, salis Tartari q.s. coquantur in aceto, postea in vnam coagulentur massam. Hic notandum est, quod inter salia nullum existat auro amabilius, quam Salarmoniacum aut Salnitrum, si per calcem viuam fixata existant, & hoc modo facilem cementis parabis viam ad penetrandum Lunam cum sole. Sunt etiam alij qui metalla cementant & graduant imposita Calci viuæ, hacque ratione figi spiritus in materia mista putant.

Fixatio Lunæ. Quidam antequam lunam soli desponsare velint in hunc modum præparatur. Cape cineres deuellatos & parem calcem viuam. Fac capitellum, seu laxiuium forte, in quo solue vitriolum analogum. Cola per filtrum, & coagula lento igni. Tunc habeas pixidem è ferro, quam calce viua imple, vel sale gemmæ. In medio eius fouea vel scrobicula esto, in quam pone sal fixionis cum laminis Lunæ: vel in pixide ex argento pone salem fixonis, & super hunc calcem viuam cum sale gemmæ. Claude pixidem & da ignem per Horam vt fluat, reduc in Catino cum lithargyro, cum repetitione operis, & Luna sicior:

cior ac fixior existit vt antea. Geber dicit: Argentum non multum differt à natura auri, pauco modo administrationis cum illo quiescit. Requiruntur in his operibus etiam vasa instrumenta, quo aptitudo inter cementandum & graduandum habilis fiat, verum de his hoc loco silemus, & ad varios variorum authorum descriptiones transmittimus, si placet, vide nostram Iatrochymiam, Agricolam, Libauium part.1.lib.6.de exaltationibus comment. Alchym.&c.

CAPVT VIII.

De Extractione Tincturæ, essentiæ Vitrioli, sulphuris ac Florum ex sole.

ANtequam ad ipsam rei ipsius essentiam accedimus, pauca monenda sunt: Extractio in genere est species dissolutionis, qua corporis mixti partes subtiliores à crassioribus segregantur. Est Humida vel sicca, Humidæ dicitur destillatio, sicca vero sublimatio. Destillatio Beguino cap.4. est partium Humidarum in Halitus à calore extenuatarum atque eleuatarum extractio Iatrochymia nostra sic docet: Destillatio est operatio, qua quod in corpore est Humoris totum illud vaporis specie ab eo separatur. Operationis verò vsus est, vt omnibus alijs operationibus inseruiat, vel menstrua præparando & ea iterum ab essentijs separando, nec non essentiarum extrahendarum gratia inprimis inuenta esse videtur. Essentiæ vero vt exaltentur, & subtiliores promptioresque reddantur, debent destillari. Sed cum omnes materiæ non admittant eandem separandi rationem, Artifices ne de hac aliquid lateret, destillandi modos nonnullos fecerunt, vocarunt illos per Ascensum, Descensum, per latus, per Campanam &c. Quatenus vero Humidarum fit extractio, ita in genere dicitur destillatio: stricte verò extractio est essentiæ ex corpore per menstruum separatio, vnde oritur. Tinctura, & postea separato menstruo vel euaporatione, vel destillatione corporis essentia in fundo relinquitur, quæ vocatur philosophice extractum. Vide de hoc Iatrochymiam nostram fol.31. sequitur extractionis modus primus.

Extractio humida vel sicca.

Humida extractio dicitur destillatio.

Sicca Extractio dicitur sublimatio.

Destillatio p ascensum, per Latus, per Campanam.

TINCTVRÆ SEV ESSENTIÆ SOLIS
Extractio 1.

RECipe Auri partem vnam, Antimonij partes tres, immitte in tigillum fusorium, & accenso forti igne fundantur, cumque bene effusa fuerint, infundas in crucibulum acuminatum, quod malleo percutiatur dum Aurum refrixerit, & ita Aurum fundum crucibuli petierit, quod à reliquo stibio decutiatur: Iterum tigillo fusorio indatur, & dum steterit fusum, inijciatur parum de Sale nitri, vt spiritus stibij tantò facilius Solem deserant: cumque hi omnes euaporauerint, iniiciatur parum chrysocollæ, cum quo fundatur Aurum, quod deinde effundatur in canaliculam, cera virginea oblitam, exemptum igniatur, ignitum restinguatur, & abluatur spiritu Tartari: Deinde hoc Aurum denuò fundatur cum duabus partibus Antimonij, processu superiore repetito, cum adiecta ignitione & ablutione spirituum Tartari: tertiò denique fundatur cum æquali pondere reguli Antimonij, stentque in leuiori fusione, dum regulus totus euaporauerit, iniecto aliquoties Salis nitri, euaporatoque regulo, inijciatur parum chrysocollæ, effundatur denuò in canaliculam cera virginea oblitam, vt prius, adiecta tum ignitione tum ablutione. Hac enim ratione Aurum euadit admodum nobile, & ab omni externa substantia ad summum depuratum. Hoc Aurum deducetur in tenuissimas bracteolas, quæ oleo Salis soluantur: Solutio destilletur, donec totum oleum abstractum fuerit: pastæ in fundo relicto denuò nouum oleum affundatur, idque toties repetatur, donec calx aurea satis attenuata fuerit: acredo relicta abluatur aqua communi destillata, calx siccetur, reuerberetur cum Sale Armoniaco præparato more chymio sublimato. Inter reuerberandum hæc cautio adhibenda, ne reuerberatorium vi spirituum Salis Armoniaci rumpatur, quocirca à reuerberatione abstinendum cum in foramine, quod in pyxide cœmentatoria est, alioquin vndique lutata, spiritus puniceus exurgit. Peracta reuerberatione refrigeretur sua sponte, exemptus puluis exacte læuigandus, vt fiat quasi tactu impalpabilis, eluendus deinde in concha pura, quam purissime vt Sal decedat totus. Calx relicta exciccanda super cineribus calentibus, cui exiccatæ affunditur spiritus vini Therebinthiaci, ad eminentiam duo-

rum

rum vel trium digitorum. Digeratur denuo & coletur ſpiritus vt ſuſcipiat Tincturam quam effunde repoſito alio ſpiritu, quo peracto, Tincturæ ſolent elici, ſolutiones in vnum collectas, deſtilla per retortam cum cohobijs, donec Tinctura exeat, menſtruum ſepara in Balneo leni: Eſſentiam circuli cum quinta eſſentia vini ad nobilitatem ſummam. *Doſis.*

Huius Tincturæ drachma vna miſta cum vncia vna aquæ Theriacalis optimæ, ad ſcrupulum vnum, mane ieiuno ſtomacho ſumitur continuandumque decem dierum ſpatio. Hoc medicamentum Diaphoreticum eſt per ſudores ſuperfluos noxios expurgans vniuerſi corporis humores. Vide Iatrochymiam noſtram fol. 79.

EXTRACTIO SOLIS 2.

RECIPE vini recentiſſimi Vngarici à ſuis primis fecibus nondum ſeparati attamen puri ac ſinceri, (quo vetuſtius tamen eo melius) ab hoc per deſtillationem ſpiritum tali modo & cautela ſepara: Primo fac inter deſtillandum parum phlegmatis ſimul cum ſpiritu tranſeat, id quod ex venulis multis in Alembico apparentibus cognoſces, his deſinentibus igne graduato deſtillare perge & quando pro ſecundo venulæ ſudare incipiunt, tum laborem inſtare permitte; feceſque remanentes ad ſequentem operationem reſeruato, ſpiritum vero rurſus rectificato pauca tamen quantitate remanente, quod phlegma putabis, hoc ſexies aut ſepties ita repetes, ſemper in fine aliquid phlegmatis de relinquendo vſque dum omnis ſpiritus à phlegmate ſit ſeparatus: Si iam probare velis num ſpiritus tuus correctus factus ſit volatilis, madefacito in illo linteolum purum, hoc incende, ſique omnino combuſtione conſumptum fuerit, recte tetigiſſe putabis, vel ſi guttam olei oliuarum in ipſum inſtillaueris, confeſtim ad fundum vitri cadente, & in eo ſubſiſtenter quamuis concutiantur permanente, hanc etiam probam genuinam ac veram iudicabis. Deinde reſeruatum omne phlegma accipito, & lente deſtilla, vt per hanc deſtillationem cum eo adhuc exiſtentes ſpiritus abeant, & ſic ad ſequentem vſum viciſſim reſerua. Iam recipe ſuperiores feces relictas, & inde etiã phlegma ad remanentiam terræ, ſeu nigræ maſſæ in fundo vitri inſtar

picis.

picis adhærentem, maleque redolentem, destilla, & hanc adhuc humidam & tepidam infunde retortæ, per eam destillando: phlegma inde egrediens reijce, si vero cognosces, suisque signis deprahendes egressurum oleum, recipiens mutato, & hoc destillato, refrigeratis omnibus, oleum reseruetur: caput mortuum iam eximatur inque frustula fabarum instar percutiatur, sit & ad manus demum pixis cœmentatoria aut calcinatoria ex terra Waldenburgica confecta, in hanc insere dictum tuum caput mortuum, clausa sit operculo, optimoque luto obducta, adque ignem mediocrem lutum exsiccatum constet, tandem trade igni calcinationis, primumque regimen eius sit per 3. horas mediocre, postea existat fortius, vltimo demum carbonibus coopertum excandefiat hæcque operatio 12. in horis absoluta sit. Exempla, post refrigerentur vasa & materia ex parte erit viridis, hanc crucibulo nouo mandabis, & vt prius lutato, rursus procedes vt iam est dictum, post hanc & calcinationem, terram tuam albicantem redditam inuenies, quam conteres, & superinfundendo de superiori phlegmate ad extrahendum ex illa salem constitues, quod fiet per tot reiterationes, vsque dum terra arenæ instar remaneat, quam damnabis: Phlegma iam vicissim à sale quam artificiosissime est liberandum, & cum aliquot cohobitionibus in totum ad siccitatem abstrahendum, vt humiditate superflua & totali priuata, cum spiritu concipere possit, siue vniri. Iam spiritum vini desuper funde, videlicet ad salem, circumagitando in Phiola, adque eminentiam trium digitorum supereminea t, sic putrefactioni per binos menses trades, & spiritum vini rubricundissimum instar olei extantem tenebis: Hæc operatio est menstrui acuati sale proprio, dephlegmati atque Alkolisati. Instat iam vltima operatio seu extractio quæ sic est: Recipe auri foliati quantum placet, huic in phiola adaptata superfunde spiritum vini, iamiam præparatum, stent in digestione B. Roris per 3. septimanas, & Rubedo spiritus vini transmutabitur aut declinabit in flauedinem vel colorem flauum, qui color est vera anima solis, quam extrahit in seque recipit spiritus vini. Hanc extractionem in aliam cucurbitam adaptato Alembico effunde, ac destillationi trade, qua ratione ac modo, spiritum vini cum anima solis per Alembicum transire videbis, (si recte processeris) fietque vna medicina potabilis: Sal in fundo restat, cum quo pro libitu procedere poteris, vt tua

phi-

Philoſophica fert voluntas, non enim eſt terra damnata, ſed medicina in ſuis operationibus præſtantiſſima: Anima hæc deſtillata à nonnullis comparatur ſpiritu ſolis, & non ineptè, vnus enim ignis ſpiritualis in vino, & vnus in Auro eſt, ſi naturam rectè intellexeris. In hoc extracto eſt arcanum ſummum ac ſecretum curandi, niſi quod modus deſtillandi ſpiritum vini moleſtior occurrit, nonnullus Author recens Chymicus ſic abbreuiat hunc proceſſum.

Sume auri ad libitum, quod ante omnia per Antimonium, inde per cementum Regale repurga, (id quod omnes practici norunt) inde amalgama cum mercurio. Hunc euapora: Remanens alterum, fuſum & in laminas tenuiſſimas redactum, calcina cum ſale communi præparato per dies tres; vno quoque nouum ſal in tigillo, ſeu vaſe in quo eiuſmodi calcinatio apponendo. Huic, hanc in formam præparato, & calcinato, affunde triplum ſpiritus vini alkaliſati, id eſt, cum ſale proprio vniti, & homogeneati, atque in vas vitreum oblongi colli ſigillo Hermetis occluſum, ſub calido fimo equino per dies ad minimum 14. adhibe, quo ſummè attenuari poſſit, iſthinc ad deſtillandum appone, deſtillaque toties, donec per frequentem, quam ſpagirici cohobationem, id eſt menſtrui ad corpus reductionem vocant, aucto ſub finem igne materia omnis in recipiens euolet: ſicque aurum, cum vini ſpiritu volatile habeas. Id ſi præſtiteris ſpirituale hoc, verumque potabile, magnumque tandem arcanum es habiturus. Si à menſtruo ſeparatum expetas hoc præſta lentiſſimo igne per balneum maris. Non deſunt qui & aurum in hac operatione per aquas fortes calcinari debere cenſeant, qui modus mihi haud equidem improbatur; modo ſalſedo iſthinc omnis poſtea eximatur. Id quod minimè aptius fieri poſſe, quam per frequentem ſpiritus vini ſimplicis affuſionem video, fiet enim vt in breui, ea omnis, acrimoniaque ſecedat.

EXTRACTIO TINCTVRÆ *Solis* 3.

Recipiatur vini acetum, hoc per Alembicum igne moderato, deſtilletur ita, vt primum deſtillatum remoueatur, ſecundum accipiatur, tertium exiſtat nobiliſſimum: fiat autem deſtillatio non adeò violans & continua, ne materia humiditate omni priuata acetum

adustionem sapiat: remanentiam postea in suo singulari vase ad albedinem calcinato, & hoc facto superfunde capiti mortuo præparato acetum tertia vice destillatum, putrefiant per mensem, putrefactis iam acetum est præparatum & menstruum tuum ad hoc opus perfectum. Accipito iam Auri foliati phiolæ dediti, superfunde de Aceto sale acuati, sine stent in digestione per duos menses, & animæ solis per acetum, fit extractio: Hanc extractionem lentè à fecibus separa, inque cucurbitam funde, applicato alembico, acetum lenissime inde ab anima abstrahendo destilla, & aurum cum sale fit remanens, huic remanentiæ superfunde phlegma insipidum illud, primo loco ab aceto separatum ac destillatum: post aliqualem subsidentiam, phlegma rursus per lingulam bibulam abstrahe, hancque operationem, si aliquoties repetieris, tandem acredo aceti totalis abit in phlegma, redduntúrq; duo illa vnita dulcia, separato & abstracto iam omni aquosæ humiditatis substantia, Alkohol vini desuper funde ad digerendum, extrahendum ac soluendum, igni digestiuo committe; tandem destilla per Alembicum: In hac destillatione spiritus vini & sal aceti Aurum trahunt per alembicum, aliquid tamen de sale remanet, & ita hæc tincturæ solis extractio, etiam luce meridiana constat clara & genuina communicata.

EXTRACTIO TINCTVRÆ SOLIS 4. siue Aurum vitriolatum.

RECipe vitrioli vngarici optimi, hoc ab omni phlegmate secundum artem separa atque calcina, sufficiens eius calcinatio animaduertitur ex perceptione spirituum, naribus aut ore: Huius calcinati accipe libras sex, & superfunde in magna & ampla cucurbita, infernè benè loricata, tres vel quatuor libras aquæ fortis communis (ex lib. 2. vitrioli & vna lib. salis nitri destillati,) adde & aquæ fontanæ puræ tantum, vt superet quantitatem aquæ fortis: his peractis, confestim ponantur in fornacem (nam aqua fortis magna vi operari inchoatur) vt orificia vasorum sigillentur luto suo vulgari, applicato magno recipiente, da ignem primo lentissimum ne vasa rumpantur & coaceruatio spirituum opus peruertat, inter spatium vnius horæ ignem paulisper adauge, & videbis in magna quantitate spiritus rubicundos

prosilire, hi intra horæ quadrantem omnes præterire, mutato postea recipiente excipies liquorem vitrioli viridem copiosum, quem seorsim bene reseruatum tene.

Liquorem hunc Vitrioli viridem destillatum, infunde cucurbitæ vitreæ cum Alembico, & pone in B. M. ad abstrahendum ab reliquis aquæ fortis cum eo adhuc spiritibus, in tantum quantum poteris, postea infunde aquam fontanam claram, vt omninò mixta soluantur: Hanc resolutionem vicissim destilla per Alembicum, (vasis loricatis & lutatis) igne nudo, vt cum aqua reliqui corrosiui spiritus separentur, cuius signa sunt, si in fine videris apparere spiritum Crystallinum Vitrioli destillantem, in forma & more guttarum, vti spiritus vini solet, vel etiam ex sapore probabis, ideoque si hunc apparere senseris, recipiens mutabis aliudque applicabis, quo sine phlegmate illum penitus liberatum teneas.

Liquor hic acerbum habet saporem instar aceti, verum corrosiuus non est, tutissime enim intra corpus assumi potest. Dosis pro vice est cockleare semis. Hunc spiritum Vitrioli superfunde Auro purissimo calcinato, & pone in digestionem, vt essentiam spiritualem hic liquor ex Auro eliciat, quam sine separatione menstrui secretissime vsurpabis, in multis magnis & desperatissimis morbis. *Dosis.*

Nonnulli differentiam obseruarunt in vitris & cucurbitis, (in quibus debeat destillari hic spiritus) nempe vt Alembicus superne sit rostratus ac perforatus, vna etiam cum cucurbith annexus, qua ratione per superius nostrum aut foramen materia seu vitriolum calcinatum ac puluerisatum, in aquam fortem aqua simplici permixtum, per tritorium possit inijci, vt ita per successiuam iniectionem nullum sit metuendum periculum, quod in priori solutione incautis animaduertendum.

Huc non inepte congruunt verba Iosephi Quercetani in tetrade cap. 30. de Paracelso. Is vt subtilius Vitriolum attenuaret Cyprium, ex Vngaria alportatum, vel Romanum (quo potius, quam alio, semper vtebatur) in opus pręstantissimũ, primũ phlegma destillatione educebat, ipsumq; toties capiti mortuo reddebat, dũ eo colchotar pene prorsus imbueretur: quibus peractis, optimum vini spiritũ accipie-

bat, quem cum colchoare, phlegmate suo ac spiritu imbuto, commiscebat: Commixtis & ad digestionem ac concoctionem vnum aut alterum diem, vasique vitreo lutato, vt dicunt, & firmissimè loricato, repositis, destillabat omnia intecipiens, nudo & simplici igne gradatim adaucto, dum spiritus omnes & humidi & sicci destillatione expirarent, & in liquorem resoluerentur. Deinde hunc liquorem in Balneo Mariæ putrefaciebat ac dirigebat, vt à spiritibus fæx seu sedimentum quoddam segregaretur. Postea Theriacalis aquæ camphoratæ quarta parte adiuncta, denuo omnia bis aut ter extilabat: Vnde antepilepticum remedium admirandæ potestatis & effectus creabatur, si durante paroxysmo, ad ægrum excitandum, exhiberetur, & in morbi præcautionem continuè, ac per idoneum temporis intervallum scrupuli semis dosicum liquore aliquo congruo administraretur.

Aliquando eidem vitrioli spiritus auri folia adiiciebat, (quæ in eo solui solent, si optimè paratus sit) ex quibus spiritum suum vitriolatum correctum & aurificatum concinnabat, qui vtique eidem morbo congruentissimus est, vt ipse testatur, tom. 4. pag. 162.

EXTRACTIO SOLIS 5.

RECIPE Leonis inter petras resultantis, vti Basilius vocat, quantum vis, destilla ex eo sine additione alicuius rei aquam instar aquæ fortis, phlegma postea per B. M. à spiritu prudentissimè destilla, & caue ne spiritus transeant, hi enim (ait author huius processus) corpora corrumpunt: in hoc phlegmate solue aquilæ, quantum soluere vult in leni calore, & aquosum phlegma redditur flauum, quando inclarescet, prudenter aut in cucurbitam effunde aut per lanam decola, & menstruum ad solutionem est paratum: accipe iam laminas solis vel vnciam semis Auri tenuissimè laminati, pone ad ignem digestionis, & aquam seu menstruum crubeam ex Auro trahet tincturam, instar florum calendulæ: Tinctum hoc menstruum effunde, aliudque recens superfunde, idque toties reitera superfusione quousque colorem totaliter ex auro extraxerit, ac terra alba tandem in fundo cucurbitæ superstes & reliquum sit, in qua, vt author dicit, adhuc altera est radix pro Philosopho (Salem vel Mercurium putat) præparandus restat, mēstruum cum tinctura imprægnatum, in balneo M. lenissimè ab extracto separa, & in fundo manebit puluis flauus instar croci, hic est

Leo-

Leonis purpureus ille ſanguis, qui ſummum in medicina eſt arcanum: qui iam venit edulcorandus atque eſſentificandus in optima philoſophica forma. Nonnulli hoc puluere mercurium vulgi tingere conantur, ſed vt mihi videtur corporis tamen quantitatem, ex quo extractum, tingendo non ſuperabit.

EXTRACTIO SOLIS 6.

Recipe Auri fini ac puriſſimi quantum vis, fluat permitte cum Borrace, fluxiani importa vitri Antimonii per ſe facti drachmanam, (non Antimonium crudum) bene igne diſſolubilis refrigeſcant, & Aurum in puluerem contere, ac reuerbera per 4. horas, ignis gradum leni, poſtmodum 4. horas intenſiori igne, vſque in puluerem abierit rubicundum, huic in cucurbita ſuperaffunde aquæ ſequentis & digerere fac in calidis cineribus, & menſtruum rubeum colorem induet, quod ſepara & aliud ſuperfunde, idque tam diu repete, donec nihil amplius Tincturæ in Sole ſuperſit, id quod videbis ſi menſtruum amplius nihil colorabitur: Omne iam collectum menſtruum cum extracto in M.B. deſtilla ad ſiccum puluerem Auri in fundo remanentem, quem fideliſs. edulcabis, & ſulphur ſolis aut animam auri habes extractam, eandemque hanc edulcora, vti ars philoſophica ac chymica requirit & poſtulat: multis modis ſi lubet, iam eſſenſifiare placebit. Aqua ſeu menſtruum tale eſt, Recipe vitrioli libram vnam, ex his deſtilla aquam cum ſpiritibus, poſt deſtillationem iniice cinnabaris vncias duas, ſalis Tartari puriſſimi vnciam vnam ponantur in B.M. deinde phlegma & aquoſitatem, lentè inde deſtilla, ſpiritus in fundo remanentes, rectifica velociſſimè, cui in recipiente præpones tantundem ſpiritus vini, quaſi tibi videbitur etiamſi eſſe ſpiritus vitrioli: tertio adhuc ſemel per retortam in arena applicato recipiente nouo rectifica, in fine ignem dato fortiſſimum, & aquam præparaſti ad ſolutionem ſolis.

EXTRACTIO TINCTVRÆ *Solis 7.*

TInctura Auri est ipsius color à corpore ita separatus, vt album omnino remaneat, fit autem ipsius præparatione per Antimonium, vt moris est, mortificatione reiterata per spiritum acerrimum & sanguinem hydræ, vt in fumo reuerberij reddatur corpus leue ac spongiosum & irreductile, quod rursus reuerberatur donec in purpureum prodeat colorem. Ex quo cum glaciati corneoli Alkohole ipsi quatuor digitos supernatante in matratio hermeticem clauso, & per mensem in Balneo digesto separatur color, qui spiritui commiscetur: illumque separato vt artis est, remanet in fundo optatus liquor, qui postea tamdiu circulari debet donec fixetur. Huius tincturæ drachma vna cum vncia vna, aquæ Theriacalis optimæ, ad scrupuli vnius quantitatem mane ieiuno stomacho sumitur continuandumque est decem horarum spatio. Hoc medicamentum diaphoreticum est, per sudorem superfluos & noxios expurgans vniuersi corporis humores. Auri album corpus (quod est vera Luna fixa extracta vt prius tinctura) cum salibus resuscitatiuis & mellacida muria, vt artis est, præparata digestionibus & exaltationibus ab experto spagyro reducitur in Mercurium intra paucos dies. Illo in vase conuenienti imposito, præcipitatur per se in furno Athanoris, febrili calore, proditque in puluerem rubeum, cuius exhibeantur grana octo cum vino aut aqua Theriacali ad hydropem curandam, & luem Veneream, idque Solis sudoribus. Si hunc Auri Mercurium proprij sulphuris debitæ proportioni super inijcias, semines & philosophice decoquas, facies medicinam omnium præstantissimam ad Lepram ipsam curandam. Sanguinem enim corruptum purificat, & ab excrementis omnibus corpus per vniuersum Solis sudoribus expurgat, ipsumque iuuenile quodammodo reddit. Iosephus Quercetanus.

EX-

EXTRACTIO SOLIS 8.

Recipe punicis optimi, absque omni impuritate in lapide marmoreo contriti subtilissimeq, pulverisati atq; pure præparati, cum hac calce pumicis, stratifica laminas Solis in crucibulo vel tigillo bene lutato, pone in reuerberatorio per tres dies ac noctes, post hoc tempus exime & si lamellæ coloris fuerint remissioris quam antea, Aurum tuum rursus funde, vt antea lamina, &cum recentiss. puluere stratifica, vsque dum nullam amplius flauedinem perceperis: puluerem iam stratificatorium omnem inde vitro & desuper funde acetũ destillatum, pone ad digerendũ in leni calore vt acetũ flauescat, flauescente effunde, & aliud recens superfunde, extractioni manda vt antea tandem extractionem ad siccitatem abstrahe, & sulphur Solis seu anima in fundo restat, quæ est edulcoranda ac pro lubitu essentificanda atq; philosophice admouendi.

EXTRACTIO SOLIS 9.

Exprime acriter succũ è limonib. acerbissimis quos habere possis, & vnicuiq; huius, sed clari & depurati sciato 4 c. ad minimum auri repurgatissimi folia aliquantisper trita appone. Digerant hæc ad lentũ ignẽ diebus quatuor, in vase vitreo; dum per filtrũ denuo clarificatus hic succus fuerit. Isthinc mixturam hanc in sacculum lineum inferiori parte acutũ admoue; quo succ⁹ hic colatus ab auro remanente separetur. Huic in eũ modũ soluto superaffunde spirit⁹ vini pluries rectificati sui ad min⁹ sextupliũ; ac denuo ad ignẽ digestionis, verum p plures dies immitte. Memineris q; ignis lentissimi, vase ad medietatẽ vsq; cinerib⁹ admoto. Hic pretiosus liquor sumatur semel in mense ꝙ & memoriæ regioni, naso ac temporib⁹ externa vnctione fęliciter adhibere potes.

EXTRACTIO SOLIS 10.

Recipe Salis nitri purissimi, Aluminis, Salis communis ana vnciã vnam vel quantum vis, terendo misce diligenter, in loco calido: huic mixturæ, adde fol. Auri numero quatuor, contere omnia vt aurum amplius non percipiatur, hoc pro secundò tertiò & quartò repete, vsque dum duæ drachmæ auri integraliter in Salia retuleris; Inde fit cucurbitulæ loricatæ, superfundendo acetum vini ad eminentiam 4. digitorum, coquantur ad siccitatem in arena, & massa in fundo remanebit flaua, quam in marmore optime conteres, atque spiritum vini infundes, qui flauum paucis induet colorem.

effundes,& recenti renouabis tandiu,vſque dum omnis color Auri in ſpiritum vini tranſierit: Collectum hoc extractum in cucurbitam funde, cui adde olei carui (in vncia vna ac ſemis ſpiritus vini recentiſſimi ſoluti:) ad vniendum,poſtea ſolutionem & coniunctionem aqua miſce calida, & lacteſcere incipient: quieſcant ſic per diem philoſophicum in B.M. & oleum cum Auro ad fundum cadent vitri, ex parte etiam quædam ſupernatabunt, tandem tamen clareſcent: Poſthæc omnem ſpiritum vini ac phlegma per deſtillationem in B. abſtrahes & recentem ac nouum ſuperfundes Alkohol; hic ſpiritus iam ſanguineum induit colorem,totamque animam Auri rapuit,quando verò de Auro aliquid adhuc corporale reſtabit,cum eo,vt antea proceſſum & dictum,opus reiterare poteris: vltimò, ſpiritum vini in totum ab Auro deſtilla, & liquor ſeu eſſentia (aliqui volunt oleum) ſolis remanet ſanguinei inſtar coloris, hanc ſi rectificaueris,bis vel ter adhuc ſuperfundendo de nouo Alkol, rurſumque inde per deſtillationem liberando. perfectum atque arcaniſſimum liquorem hauries ex ſole. Hic proceſſus à nonnullis ſic variatur: Recipiunt ſalis communis, aluminis ana vnciam vnam ac ſemis, ſalis nitri lotonem dimidium, hæc commiſcent, conterunt & ad fornacem exſiccant, poſtmodum addunt mixturæ drachmam integram Auri calcinati, in marmoreo lapide in puluerem redigunt,& quò longius miſcent, eò vtilius fore opus recenſent. Poſtea in cucurbitula non adeò magna, cum ſpiritu vini humectant, rurſus exſiccant, tandem calcem ſolis,inde per idem Alkohol eliciunt: & quando iam putant omnem Auri eſſe conſtare extractum, probam cum caltro optime ſuper lapide mundato aſſumunt, quem ſuperinfuſum ſpiritum tenent, & ſi aliquid deaurati apparere vident in cultro,plus eſſentiæ reliquum eſſe putant, ſin minus nihil reſtare in fecibus autumant, &c. Hoc iam extractum Aurum, variè à variis eſſenſificari,ſi placebit potis erit,non enim adeò difficilis eſt modus,atque labor.

EXTRACTIO SOLIS II.

SVme rorem quantum ſatis,& ad radios ſolares vnà cum Auri foliis in vaſe vitreo, colloca extracto poſt triduum, ſeu declinato potius rore,ſuperaffunde huic in ipſo eodē vaſe ſpiritum, in quem vncias 7. ſacchari candidi antea diſſolueris. His adde & ſucci limonium, vncias qua-

quatuor, hæc dum per triduum ad ignem digestionis lentum adhibueris, distilla gradatim, & secundum artem balneo maris, quo aqua, & spiritus, inde per cineres, quibus oleum seu liquor præcellens emanabit. Serua stricte occlusum.

12. EXTRACTIO SOLIS.

RE**cipe Auri purissimi vnciam vnam, reguli Antimonij ex Marte vncias quatuor, calcinentur inuicem, deinde terantur & toties abluantur, donec materia fiat ponderis duarum vnciarum: Materiam hanc exsiccatam solue in aqua philosophica, echobando ter aut quater eadem aqua, donec acquirat formam calendulæ, deinde materiam non reaffusa aqua cohoba, vsque dum sit oleaginosa in cornuta, sicut gagates vel succinum. Hanc materiam exiccatam fere, subtilissime tere ac pondera, cui adde quadruplum de aquila extensa ter cum Sale communi prius sublimata, sublimetur & exaltetur cum ea aurum, vt deinceps cum materia tota mixta in sublime euolent, tandem ab aquila extensa id est Sale armoniaco per aquam destillatam repurgabitur & edulcorabitur. Capiatur hoc electrum seu auri puluis albus, qui lento igne exiccetur, è quo Tincturam elicies cum sequenti aceto radicato. Recipe Salis fusi, liquefacti & subtilissime triti, l.b. 2. mellis puri lib. 1. impone in vas feruens, bulliant simul bene commiscendo & voluendo, donec nigrum & crassum fiat, postea ab igne exime, ac in humido loco congela, vt materia fiat dura, quam tere subtilissime, & impone in retortam vitream, affundendo aceti optime destillati, & sine omni phlegmate lib. 1. omnia bene mista destillentur per ignẽ arenæ, dando vltimò magnum ignem, vt vas fere igniatur, & exibit acetum radicatum odoratum magnæ virtutis, habet in se extrahendi vim Auream Tincturam, item ex omnibus rebus animam. Quando Tincturam è Sole cum iam prædicto aceto extractam habueris, rursus verò menstruum inde destillaueris, edulcandoque repurgaueris, vltimò cum vini spiritu vicissim digerendo correxeris, habebis optimum Auri magisterium. De quo Paracelsus sic loquitur tom. 6. lib. 6. Archidox. de Extr. magist. ex metallis. *Acetum Radicatum.*

13. EXTRACTIO AVRI PARACELSI.

Recipe circulatum optime, nec non ad ſummam eſſentiam repurgatum, cui tenuiſſimas laminas metallinas impones, aut limaturas cuiuſcunque metalli libuerit optime ſubtiliſſimeque malleati, nec non mundati. Hæc duo ſimul pondere ſufficienti congeſta ſeptimanis 4. circulentur, & per temperatum hoc laminæ reducentur in oleum & formam pinguedinis ſupernatantis, iuxta conditionem ſui metalli coloratæ, quam per Attractorium argenteum ſeparabis à circulato: Hoc ipſum eſt Aurum, vel Argentum potabile. Simile cum cæteris metallis etiam extrahetur, quod abſque detrimento ſumi poteſt in potu, vel vna cum cibo. Idem ille Tomo 6. de croco metallorum dicit: Crocus Solis per aquam debet extrahi, qua natura ipſius metallica ſeu malleatio frangitur, reſidentia abluta cum aqua calida, corpus verò per ſpiritum vini eliciatur, quo rurſus ſeparato, crocus in fundo remanebit, qui per eleuationem gradu ignis per quinque vices, ſublimando, mutatur in liquorem ſeu veriſſimã quintam eſſentiam Solis. Cum hoc miraculoſa operaberis. Requiritur autem non putatitius ſed induſtrius & peritus artifex.

14. EXTRACTIO SOLIS EIVSDEM PARACELSIS.

Accipe quantum voles auri per cementum regale, vel Antimoniũ repurgati, cui per aquam Salis metallicam proprietatem, aut malleationem auferas. Poſtmodum ablue reſidentiam aqua dulci. Tincturam eius extrahas per ſpiritum vini. Poſtremò ſpiritum eleuabis ab ea, manebit in fundo quinta eſſentia. Aquæ Salis conſtructio ſecundum Paracelſum talis: Sal tritum accipe mundiſſimum, & albiſſimum per ſe, quod ſine decoctione, bullitione, vel alia quauis arte, qua Sal fieri conſueuit, à natura productum ſit, hoc ipſum liquefacias aliquot vicibus, & ſubtiliſſime tritum, ac vna cum ſucco radicum raphani mixtũ, atque ſolutũ deſtillabis, & cum ſanguinea dum viridis exſtitit, iterum ponderibus æqualibus admixtum deſtillato quinquies. In iſto liquore laminatum Solem vt ſupra diximus, in puluere ſolues. Abluatur hic puluis aqua limpidiſſima, deſtillataque toties, donec omnis ab eo ſalſedo recedat: libenter enim ſal ſeparatur ab eo, quod non miſceatur corporibus in profundo, quapropter ablato corroſiuo maneat Aurum per ſe ſolum oportet.

AVRI TINCTVRÆ EXTRACTIO 15.

AVrum ter calcinetur cum Mercurio & Sulphure: Huius calcis recipe partem vnam, Salis armoniaci (ter cum Sale communi, vltimò per se sublimati) partes duas, misce sublimentur tertiò, semper sublimatum præcipitato pendendo, calcem sic subtiliatam cum spiritu Salis extrahe per reiteratas cohobationes, donec corpus album relinquatur, separato menstruo seu spiritu Salis à Calce, denuò ei per spiritum vini ardentem Tincturam per reiteratas cohobationes elice vt moris est, nec opus est spiritum vini separare à Tinctura, ratio est, quia Auri simul potest esse vehiculum, summe enim penetrat, confortat & ab omni putredine liberat ac præseruat, tincturæ huius Dosis potest esse scrupulus semis ad integrum etiam vltra, & præsertim ratione personæ.

Hic notandum quod Paracelsus dicit in Archidoxis lib. 4. Nec etiam ignorandum est, inter quintam essentiam, Aurum potabile, arcana, magisteria, nec non id genus alia differentiam esse, talem videlicet, quod essentia 5. non possit iterum in suum corpus reduci: Aut Aurum potabile bene in suum corpus metallicum rursus transmutatur: quare longe nobiliores in essentia quinta virtutes existunt, quam in alijs. Lib. 3. dicit ex Auro manent in B. terra & aqua, sed aër est in omnibus alijs tribus, & elementum ignis manet in fundo, quia substantia; nec non tangibilitas Auri ex igne coagulata est: Ergo substantia conueniet in substantiali &c. *Quæ elementa Auri subsidunt.*

EXTRACTIO 16. DE EXTRACTIONE SVLPHVRIS ac Vitrioli ex Sole.

DE Sulphure ex Vitrioli Auri Paracel. sic ait tom. 6. lib. 5. Aurum vt redigatur in sua arcana, tincturam, 5. essentiam, resinam, crocum, Vitriolum & Sulphur, & cætera præstantia arcana quorum quidem præparationes multiplices sunt: quia maxima ex parte talia arcana in alijs libris satis tradidim⁹, vt extractionem tincturæ Solis, Q. ess. Solis. Mercurij Solis, olei Solis, Solis potabilis, resinę Solis, croci Solis & in Archidoxis & alibi, hic non opus esse censemus recensere. Quæ autem illic arcana omissa sunt, hic indicabimus, vt Vitriolum Solis, Sulphur Solis, quæ quidem non sunt minima, & quemlibet medicum

ſummopere exhilerare debent. Vt autem Vitriolum ex Sole extrahatur, ita procedendum eſt: Recipe Auri purgati duas vel tres Marcas quas lamina & ſuſpende ſuper vrina puerorum, mixta cum acinis vuarum, in ampla cucurbita vitrea ſuperius bene ſigillata, quam in feruentem cumulum acinorum vuarum, vt ex torculari ſumuntur, infodias, vbi ſtet 14. dies, vel 3. ſeptimanas: poſtea aperi & reperies ſubtiliſſimum colorem, qui eſt Vitriolum Solis, adhærentem laminis Solis, quem pede leporino demes, vt de alijs metallis: Quando igitur ſatis habes, huius Vitrioli Solis coque ipſum bene in aqua pluuiali deſtillata, ſemper agitando ſpatula aliqua, tunc Sulphur Auri tollitur in ſuperficiem aquæ vt ſeuum, quod cochleari demito. Ita etiam cum alio Vitriolo agendum eſt. Poſtquam autem iam ablatum eſt ſulphur, aquam illam pluuialem euapora vſque ad ſiccitatem & remanebit Vitriolum Solis in fundo, quod facile per ſe in marmore in humido reſoluere potes. In his duobus arcanis nempe in Vitriolo Auri & Sulphure Auri latet virtus diaphoretica. Virtutes autem eorum hic non deſcribimus, nam in libro de morbis metallicis, & in alijs libris ea ſatis indicauimus. Tomo eodem fol. 323. ſic ait: S lphur metallorum eſt oleitas ex ipſis extracta, plurimis prædita virtutibus pro hominis ſalute. Sulphur aliud ex metallis, antequam ignem ſunt paſſa, elicitur, vt ex Marcaſitis aureis, aut argenteis &c. Secundum nobilitatem mineræ, etiam nobile & præſtans: Similiter & ex marcaſitæ aut cobalti minera, pro cuiuſque natura & proprietate. Modus extractionis communior eſt, vt ſumas acetum optime deſtillatum, quod per horas 24. ſupra caput mortuum ex Vitriolo, Sale nitri & Alumine deſtillatis ſteterit, & per alembicum deſtillatum ſit. Hoc inquam corpori metallico pulueriſato affunde in vitro, vt ſuperemineat digitis 7. & in fimum equi ad digerendum pone diebus 9. Acetum coloratum in cineribus deſtilla vſque ad oleum ſulphureum, quod rectificabis in B. aut ad Solem. Habebis ipſum corporis metallici ſulphur veriſſ. quod pro tua diſcretione recte vſurpabis. Extractio etiam fieri poteſt per lixiuium acre & depuratiſſ. ſed alia ſulphura pro intrinſeco corporis vſu minus ſunt commoda propter Alkali cinerem, ex quo conficimus clauellatum erodens & propter calcem, ex quibus talia fiunt lixiuia. Sulphur ſic extractum poteſt ablui aqua dulci, & præcipitari. Digeſtio poſtea duplum requirit temporis. Debet & rectificari lixiuium per ipſius ſublimationem ab omni reſidentia terreſtri, ne cum ipſo incor-

incorporentur talia ſulphura, & fiant corroſiua ad pernitiem ægrorum. Quod ne fiat dicta debet fieri ſeparatio: Tantum de crudis. Sed iam fuſis & deprauatis elicias ipſorum ſulphur: certa, nobilior, meliorque via non dabitur, quam per aquam Salis ſeu oleum ipſius, præparatum eodem modo, quem in Alchymia luculenter deſcripſi. Talis quippe aqua fundaliter & radicitus extrahit omnibus corporibus metallicis liquorem ipſorum naturalem, ſeu ſulphur & crocum præſtantiſſimum, tam pro operibus medicis, quam pro Chymicis reſoluit & frangit vnum quodlibet metallum, ex natura ipſius metallica id deducens in aliam, pro varia intentione & induſtria laborantis.

VITRIOLI EXTRACTIO EX SOLE 17.

VItriolum Solis eſt glacies vitrea reſoluta Auro extracta: Eius via hæc eſt. Recipe ſilicum albiſſimorum ac puriſſimorum, (omni genere, carentium marca ſitæ) hos per ſe deſtilla in igne aperto, per 24. horas, & ſpiritus cum plegmate tranſibunt, materiam remanentem exime, inque furno figulino calcina, poſt calcinationem, Salem exinde per diſſolutionem, filtrationem ac depurationem cum aqua ſimplice calida vel feruida extrahe, & quod vna vice non calcinatum vt in Salem poſſit abire, id calcinando repete, vſque dum Salis quantitatem ſufficientem contineas: Hunc Salem adde ſilicibus recentibus, ac de nouo deſtilla, phlegma verò ſupra captum in recipiente præpones: In hac ſecunda repetitione deſtillationis, ſpiritus Salis de ſilicibus aliquam copiam in aquam recipies; remanentiam ab hac deſtillatione viciſſim vt antea calcinato in furno figulino vſque ad ſufficientiam Salis: Tertiò iam Salem tuum cum recentioribus albiſſimis ac puriſſimis ſilicibus coniunge ac deſtilla, præponendo ſpiritus cum aqua: Poſt hanc peractam deſtillationem, aquam à ſpiritibus per B. M. ſepara atque rectifica, diligentiſſime. Hoc menſtruum ſilicem in manu ſoluere dicitur: Aurum verò genuine vt nobis conſtat in Vitriolum cœruleum lege artis reducit, quod magnarum & admirandarum eſt virtutum.

EXTRACTIO VITRIOLI ET SVLPHVRIS SOLIS 18.

RECipe auri fini quantum vis, lamina ſubtili modo, & ſuſpende ſuper vrina puerorum, cum acinis vuarum permiſta, vel aceto vini cum Sale deſtillato pmiſtis, in magna cucurbita, ſuperne orificio perlutato vel ſigillato: Pone ita in cumulum acinorum vuæ calentem, vel fimum equinum aut ſimilem calorem, ſtet dies quatuordecim vel tres ſeptimanas: tum vaſculum aperi, & videbis ſubtilem colorem, ſeu puluerem adhęrentem laminis Solis: hoc auri eſt vitriolum, quod pede leporino deterſum collige, ac repete hoc opus, quo vſque placet, poteſt enim totum Corradi: Si ſufficientem Vitrioli habueris quantitatem, tum abraſum crocum in aqua pluuiali deſtillata, (iam ante collecta & hoc opus ad reſeruata,) ſemper agitando cum ſpatula coque, & ſulphur aſcendit ex Sole, & innatat aquæ inſtar axungiæ, hoc cochleari puriſſ. excipe & ſeorſim collige. Sulphure iam abſtracto, reliquum aquæ omninò coagula & euapora, & Vitriolum Solis in fundo reſtabit. Huius Vitrioli grana 4. ad ſcrupulum ſemis dantur ex appriato liquore, præcipue ad omnes cerebri affectiones, & oppilationes deſtruendas ſumme efficax. Hoc Vitriolum auri facili modo etiam in humido perſoluitur, ſupra marmore in cella poſito. Ineſt hoc Vitriolo & ſulphure magna vis diaphoretica, pro curando microcoſmo. Teſte Paracelſo in libro de morbis metallicis plura apud Paracelſ. tom.1. de morte rer.nat. lib.5. fol.22.

EXTRACTIO SVLPHVRIS SOLIS 19.

RECipe Auri tenuiſſime laminati, cum Mercurio vt artis eſt Amalgamati, pone in tigillo ſupra ignem, vſq; dum incaleſcere incipit, tum proiice ſuper aquam fontanam, ablue, purifica & exſicca, vti ars Chymiæ requirit, veluti etiam ſupra dictum eſt. Hoc purificatum Amalgama, rurſus in crucibulo cum ſulphure viuo (flores ſulphuris præſtantiores) & Sale communi ana, pone ad calcinandum, & maxima pars Mercurij & ſulphuris inde auolando conſumentur, tandem in aquam effunde, vt Sal à calce recedat, quæ ſubtiliſſima reſidet in fundo vaſis, quam aqua limpida calida edulcorato, puluerem verò ſeu calcem Solis exſiccatam artificioſe ſic cuſtodito. Recipe iam Salis communis, Salis Tartari ana vnciam ſemis, his ſuperfunde ſpiritus vini aliquoties rectificati libram integram, ſine digerant in igne cinerum per tres dies ac noctes: Poſtea digeſtum ſpiritum Alkaliſatum ad

ſicci-

ficcitatem abstrahe, superfunde, hoc Alkohol super recentem Salem Tartari ac Salem communem, in omnibusque procede vt antea: Hanc operationem ter repetes & spiritus sat sufficienter est præparatus atq; acuatus ad extrahendum Sulphur ex Sole. Custoditam, ac supra reseruatam tuam iam calcem Auri accipe, ac superfunde menstrui tui præparati ad eminentiam aliquot digitorum, vt animam seu sulphur ex Auro totaliter extrahat, id quod vna extractionis vice fieri non potest, secunda vel tertia reiteratione verò perficietur, probam videbis si terra in fundo cucurbitulæ nullum amplius colorem aureum referat, quem antea tenebat. Omnem iam Tincturam extractam in B. M. ad oleitatem (sulphure Solis imprægnantem,) fixam destilla, & aqua calida rectifica atque edulcora, sic in vsum medicinæ habilis atque idonea occurret. Ex residua terra nonnulli & Salem præparare iubent, vt si hic suo oleo iam dicto fixo adderetur, fore oleum in virtute tantò pretiosius atque æstimabilius.

EXTRACTIO SVLPHVRIS 20.

NOnnulli pro extrahendo sulphure solari, sic procedere iubent. Recipe Vitrioli vngarici, farinæ laterum, ana æquales partes Salis communis partem tertiam, vnitis misce & impasta vel redige in vnam massam cum vrina, Iuuenis aut pueri vel etiam virili: Cum hac pasta vel puluere cementa vel calcina laminas Solis, stratificando secundum artem, per horas duas aut tres, & Aurum adeò reddetur friabile, vt in marmore instar croci conteri possit, quod postmodum facillimo modo extrahi potest, vel enim vt quidam volunt cum aqua mellis, aut vt instituatur sublimatio cum calce Solis per Sal armoniacum, & in hac eleuatione omne sulphur (si recte procedatur) ascendit cum Sale, quod postmodum à Sale edulcandum &c. Sunt autem apud artistas Chymicos varij modi extractionis, veris autem philosophis non est nisi vnum menstruum soluens, ita tamẽ diuersum ratione regnorum, nam primum menstruum vegetabilium non soluet in primam materiam Aurum, neque summum animale soluet aurum in tria principia, quare? quia bos non generat asinum, nec leo hominem, & ratio est quod simile gaudet suo simili: quare hic errant qui per menstrua vegetabilium aut animalium volunt aurum radicitus soluere: de his supra. Sequuntur aliæ Chymistarum extractiones.

EXTRACTIO FLORVM SOLIS 21.

FLos Solis & subtilissima pstantissimaq; pars auri per sublimationē extracta: Eiusq; præparandi via varia est: Quidam solutum Aurum vt in dicto pcessu (& Iatrochymia nostra fol. 81.) Cum Sale armoniaco eleuant, & hic modus à multis commendatur, verum & alius existit qui inter omnes reliquis, tamen non neglectis, nobis præstantior videtur & pulchrior, eius modus sit, cum spiritu vini essentificato talem in modum. Fac conficiantur duæ conchæ siue patinæ ex vitro veneto, vt in medio sint complicabiles, quo superior sit apte clausa cum inferiori, intima medietate patinarum sit textura setacea, prout cribella æromatorum sunt, his genuine applicatis & clausis, iam porro notabis, & opus tuum conuertes ad menstruum præparandum: Recipe vini vngarici optimi vncias duas plenas, hoc diuide in aliquot cucurbitas, & pone in B. M. ad destillandum lentissimo & tepido calore, ne aqua bulliat: ab hoc destillato primitias collige, & obserua ne nimium phlegmatis simul transeat, & quamuis omnis ex vino spiritus non transeat, nihil refert, ad aliud enim opus cum illo procedere poteris. Omnes iamprimò collectas destillationes coniunge, & vt priori modo destillationem instituisti, taliter & iam perge, vt spiritus rectificetur. Hanc rectificationem cum spiritu vini toties continuabis, quo vsque perceperis nullam eius guttam ad terram concidere, sed aere consumi, & tunc est subtilissimus, & nisi ita esset correctus ad hoc nostrum dictum opus non esset conductilis atque idoneus. Alkohol istud rectificatum iam sic tracta: accipe libram integram purissimi calcinati Tartari, huic superfunde Alkolis ad eminentiam aliquot digitorum, pone ad calidam fornacem vel Solem per 24. horas, claustris tamen vasorum bene occlusis ac lutatis: Post hanc digestionem decola, nouum spiritum vini de superfundendo, rursus digerendo procede vt antea: & toties hanc operationem continuabis, quamdiu tibi sit sufficiens quantitas spiritus vini, tandem desine, salemque Tartari non reijce, inest enim adhuc nonnihil optimarum virium, quæ in alio opere optatissime adhuc succedent. Hunc colatum ac filtratum spiritum per Balneum cohobando rectifica vsque dum Salem Tartari secum trahat per Alembicum, vnde & alium etiam colorem induet: Sat iam rectificato, digestioni & putrefactioni trade, calido in loco, & clare-

clarefiet, ac mutabitur in merum ignem, vrentem instar carbonum, iam & menstruum habes præparatum, sequitur iam applicatio. Accipe iam patinas supremo loco denominatas, & infunde inferiori de spiritu tantum, quam par erit, & laminas Solis purissimas in medio texturæ pone, ita ne vna alteram contingat, neque cribrum tanget spiritum, postmodum claude inferiorem cum superiori arctissime, & luta cum farina, calce viua & claro ouorum &c. Stare sic permitte conchas in calidis cineribus vel hypocausto calido, & spiritus in vasis ascendet ac descendet solemque exuberabit vt ferat flores, sine sic quiescant per diem ac noctem, postmodum aperi & flores penna deterge, & confestim claude, digestio instituatur vt prius & toties reitera quousque florum tibi sit sufficientia pro libitu: In primo opere, parum quidem dabit flores, intra tres verò vel quatuor dies apparebunt plures, priores verò constant meliores. Desine quando vis, & aurum reliquum, cum recenti Sole in igne fusionis reducito: Flores in marmore contere, & vtere ut dico.

Vsus ac Dosis harum florum est grana 2. ad 3. in vino maluatico vel aqua cinnamomi, vel etiam spiritu vini, curant morbos, penetrant venas ac membra: Dosis florum ex Iatrochymia nostra est gran. sex ad septem, in doloribus colicis, similibusque obstructionibus, cum vehiculis conuenientibus & appropriatis, pro personarum & affectuum varietate. Accipe florum tuarum ex Sole confectarum drach. duas vel quantum vis, digere & essensifica cum hoc Alkole rectificato, & abibunt in oleum ac medicinam admirandam, cuius gutta tantum valet, vt etiam semimortuos in deliquio, Deo dante, resuscitet; vehicula appropriantur, cum quib⁹ flores mutantur ratione constitutionum: Expellit venena, ac leprā successiue vsurpando curat. Libaui⁹ de floribus Auri sic ait: lib. 2. Alchem. tract. 2. de magist. fol. 181. Conchæ complicabiles ex vitro veneto ꝓcurentur, in quarū inferiore spiritus vini alkalisatus aut Tartarisatus sit contentus. Imponatur pannus Laneus extensus per vitri planitiem μετέωρος. Huic accommodetur textura setacea, qualis est cribelli aromatarij, textura incumbāt, dispositæ Aureæ lamellæ absque mutuo contactu. Adaptetur concha superior, iuncturæque quam exacte pertinaci maltha conclaudantur, ne vllum sit spiritui subterfugium. Locetur globus in cineribus siccis modice calidis, vel balneo roris, spiritus eleuatus ad incumbentem fornicem reflexusq; inde bracteas verberans inuadet, & florem proliciet rubeum,

qui primum apparet tardius: Sed postea quaternis diebus emergunt plures. Vbi videris eleuatos initi superficiei, aperto subtiliter vitro à bracteis deterge eos studiosè cum penna, detersos repone, idque dum omnes extraxeris. Primi tamen sunt nobiliores, siccatos ad vsum reserua &c. Flos Auri, flos Amethysti corpus morbis confectum pristinæ sanitati restituunt Theoph. Paracel. tom. 6. lib. 3. cap. 1. de vita longa.

EXTRACTIO SOLIS 22.

Recipe Mercurij viui quantum sufficit hunc in tigillo admoue igne leni vt calefiat, similiter & ad manus sit Aurum subtiliss. laminatum ac concissum, eodem modo calefaciendo: ambo ita excalefactis, aurum confestim iniice Mercurio, terendo inuicem cum baculo ligneo, vt euadat Amalgama, hoc post incorporationem proijce in aquam frigidam, prout Amalgamatio requirit: Hanc massam in marmore cum tantundem sulphuris viui conteres, simulque in tigillo fusionis pones, & Mercurius atque sulphur inde auolent, calx vero Solis incandescat inque rubicundissimum ac subtiliss. puluerem instar croci conuertatur, sic aurum tuum ad hoc opus præparatum est. Accipe iam Antimonij masculi purissimi partes tres, Auri calcinati partem vnam commiscendo optime contere, vt fiat vnus puluis bene incorporatus: Sumatur iam crucibulum, cui operculum idoneum constet, hoc prius ad ignem venti excandesce, vt importare possis successiua operatione puluerem tuum cum cochleari, cuius post importationem semper tigillum conteges suo operculo, & massa omni importata, tandem si in vitrum nigrescentem videbis fluxum, eximes atque ad lapidem calidum effundes: Sin vero adhuc de corporali Auro aliquid adhuc perceperis cum illo rursus vt prius, videlicet Amalgamando ac calcinando processum repetes, idq; tamdiu continuabis, donec omne Aurum in vitrum sit redactum, id quod fiet sexta vel septima vice; scies etiam rectificare tuum vitrum, vt in sanguineo rubicundissimum colorem conuertatur vitrum, hoc contritum lege artis cum spiritu vino Alkolisato artificiosissime extrahes, abstrahes inque puluerem Aurei coloris pulcherrimi ad siccitatem destilles. Dosis huius calcis est granum vnum, cum vino dulci per dies autem continuos appropriabitur, secundum microcosmi constitutiones. Si essensificetur efficacior reddetur: nonnulli spiritu aceti vtuntur pro extractione huius

vitri solaris, quod adeò inconueniens etiam non occurret, sed tum in singulis affectibus appropriari non potest.

EXTRACTIO SOLIS 23.

Recipe auri per Antimonium fusi, quantum vis, amalgama & calcina vt in præcedenti extractione dictum est, hoc & cum cinnabari calcina, tandem reuerbera per tres menses igne lampadis, quo diutius eò fortius, post hoc tempus exime & puluerem effunde in alios crucibulos cum alio duplices, da ignem fusionis vt fluat, inter fluxionem, ferro calido purissimo intinge, & perspice an sit coloris rubicundi transparentis, sin minus, continua opus vsque sit iustissimum. Si iam placeret effundere posses in modulum aut formam aliquam, sic instar rubini orientalis existeret, si igne moderato, hoc aurum est fusum formam refert granatorum: Quando verò Aurum fuit finum ac purissimum cum additione sulphuris, carbunculos lucentes inde conficere potes: verum enim verò quia pro veris gemmis ventilari non possint, hoc nostrum vitrum ad medicinam traducemus inde conficiendum summum remedium, Balsamus enim præstans huic vitro inest, qui non corrosiuis sed homogeneis artificiosissimisque ac philosophicis menstruis est procurandus. Author tale sic refert: Recipe sachari candi opt. hoc contere aut imbibe nouies vel decies cum spiritu vini seu essentia vini, semper rursus exiccando, postmodum inuolue panno serico, suspende in Alembico & destilla per B. M. & oleum præstans tenebis, vitrum Auri in maximam reducens medelam, & essentiam pretiosissimam.

EXTRACTIO SOLIS 24.

Extractum hoc nihil aliud est, quam aurum cum triplo reguli, Antimonij, fusum, cum eoque in Mercurium duplum redactum: quod deinde per se in conuenienti vase impositum febrili calore prodit in puluerem rubeum; Ex quo spiritu vini tincturam extrahes, quæ est medicina omnium fere prestantissima ad deploratissimos morbos curandos. Sanguinem enim corruptum purificat, humores qui adhuc in fieri sunt, si ad deteriores succos inclinent, corrigit & ab excrementis omnibus corpus vniuersum purgat Solis sudoribus. Multas

 quidam

quidem adhuc enarrare possemus hic extractiones, verum ne vno momento omnia attingamus, reseruabimus nonnullas, quæ à plerisque philosophis capiuntur pro solutionibus, ideoque vt vulgaribus philosophis etiam satisfiat, eas in capite sequenti de solutionibus dilucidius perlustrare & pro tyronibus demonstrare placebit.

CAPVT IX.

De Solutione Solis.

DIssolutio in genere, est operatio, qua corpus prius solidum ac cohærens fluidum redditur, idque vel cum calore vel sine calore: si cum calore, tum vel nudo igne vel medio; Si nudo igne est metallorum & fusio dicitur, inseruiens granulationi &c. Vel metallorum purgationi: Vel est mediorum mineralium, vt sulphuris, Antimonij &c. tunc incorporationi inseruit & purgationi: Si fuerit cum calore moderato, tunc medium hoc plerumque est B. M. & est oleorum mineralium aut Salium mineralium. Si dissolutio fuerit sine calore, tunc vel erit cum menstruo, eoque tali vel tali prout hic varie apponentur, vel sine menstruo, & vocabitur deliquium. De his plura vide in nostra Iatrochymia fol. 12. Dissolutio, (stricte & philosophice sumpta, de qua præfatione tractatus nostri tertij Deo dante dicetur,) est ἐργασία siue operatio, qua corpus naturale mistum in tria sua principia, Mercurium, Sulphur & Sal, ex quibus à natura conflatum est, separatis Heterogeneis, resoluitur. Teste Tyrocin. Beg. cap. 2. fol. 28. Solutionis modus primus in hoc opere talis exist.

SOLVTIO SOLIS I.

FAc primo regulum Antimonij talem: Accipe Antimonij masculi ac purissimi partes duas, hoc igne fluxionis solue, & adde de Sole vnciam purissimam; fluidis sic ambo, proijce in hæc duo, cinnabaris puri partem vnam, fac inuicem vniantur atque incorporentur, post optimam incorporationem effunde in mortarium calidum, & refrigeratis omnibus contunde, demum in marmore subtilissime contere: Si vero aurum omninò puluerisari nequeat, facilimo modo in limaturam redigere poteris, & sic rursus coniunge cum tua puluerisata ac trita

trita calce antimoniali &c. Omnia pro secundo indantur cucurbitæ, superfunde olei Vitrioli per se destillati, & in calore leni per octiduum sic requiescant, vsque dum puluis ille omne oleum absumpserit, quo imbibitum constitit, & vna exinde redacta sit massa: Hæc imbibitio atque humectatio & tertia vice repeti potest, quo claustra & fores harum specierum in potentia & fortitudine magnalius referantur, vnumquodque enim horum in sua existentia clarius elucescet: Tertiò iam exime, vicissim in marmore tere, quo subtilius eò melius, & applica tandem vitro ad superfundendum acetum philosophicum, quod stet cum eis vsque partem animæ & sanguinis rapuerit: hoc quando fuerit imbutum colore instar rubini, tum menstruum effunde, recensque superfunde & operationem toties reitera, quoties acetum decolorabitur, & omnis ab eis est extracta Tinctura, cum qua sic operaberis. Quartò omne acetum tinctum atque collectum coniunge, & lege artis menstruũ inde per B.M. destillando separa, ad massam instar mellis in fundo vitri fluxilem: Hanc calidam adhuc effunde vt refrigescat, deinde accipe hanc materiam instar rubei lapidis existentem, contere & alio in vitro desuper funde Alkohol vini philosophici, inque omnibus procede vt antea cum aceto est peractum; ab hac operatione eodem modo spiritum vini inde destilla in leni calore B. Vt sola restet essentia & radicalis tinctura, quæ refrigerata vt prius effundetur in vase vel calido aut lapide calido: Sic tenebis medicinam instar rubini lucentem, incombustibilem, instar sachari dulcissimam, inque omni liquore solubilem, vinum instar sanguinis tingentem, medicinam particularem multos infinitos atque desperatos morbos auxilio diuino, profligantem & in integrum restaurantem.

SOLVTIO AVRI 2.

Recipe olei leonis viridis per se destillati atque rectificati, partes duas, adde ei de proprio suo Sale, iustissimo modo calcinati atque præparati, partem vnam, coniungendo dedita putrefactioni per quatuor dies ac noctes, adaptato cæco Alembico: Hoc tempore oleum sanguineum dulce Salem suum resoluit atque recipit, quod solutum reserua. Iam recipito Auri fini ac purissimi, prout Pictores vsurpare solent, in tanta quantitate, quanta volueris, calcina cum gummi arabico, (obscurus videbor) stratificando in vnum puluerem subtilem

inde redeuntem: Huius calcis solaris accipe partem vnam, acuati tui menstrui sanguinei partes duas, inde cucurbitæ ex vitro veneto confectæ, miscendo confunde, ac pone in Balneo Mariæ per decem vel duodecim dies, & resoluetur aurum ab illo liquore superfuso dulci, vt tandem abeant in summam & præstantissimam medicinam, tam ad microcosmi affectus curandos habilis, atque idonea, quam ad metalla leprosa corrigenda conducibilis. Nota in coniunctione harum medicinarum, quæ sanguineam tincturam tam interna essentia, quam externa forma referunt, tantum est situm, vt nisi legitimo modo processus fueris, totum peruertere poteris opus: Quando facta fuit coniunctio, tunc prius per tempus patient residentiam seu feces, in fundo vasis remanentes, ab his per Alembicum totalem medicinam abstrahes: Rubicundus enim hic leo cum sanguine suo & Sale destillatur, terra deinde reliqua pro nihilo reiicitur. Hoc Aurum potabile in vino assumptum bis per mensem corpus iuuenile reddit & præseruat ab omnibus malis ac peruersis, accidentibus: Oleum enim leonis tali modo confectum ac destillatum, per se summum in medicina est arcanum, si absque aliena additione sine heterogeneo factum fuerit, dulcis enim instar sachari: eius vnica gutta in manum fusa, ignique admota penetrat ipsam confestim, & vt breuibus me accingam, hoc oleum est gluten aquilæ, quo leo, tamdiu deuinctus atque captiuus tenetur, vsque dum omnem cum Saturno promittat possibilitatem, tingendi metalla in Aurum perfectissimum.

AVRI SOLVTIO 3.

INitio ante omnia fiat ex generoso vino spiritus seu Alkohol sine omni phlegmate hunc in modum: Genero um vinum quale est Hispanicum prius in clauso vitro sed capaci aliquando vel in fimo vel eius vicario in Balneo Mariæ digeritur: Postea ex eodem per phiolam spiritus destillatur, isque aliquoties per eandem phiolam rectificatur, donec nempe ad summam tenuitatem peruenerit. Huius libræ duæ misceantur cum libris sex recentis vini eiusdem generis, & denuo per phiolam eadem quantitas librarum nempe duarum non plus nec minus destillando prolicitur: atque ita deinceps posterior quantitas duarum librarum cum recenti vino septies vel octies superaddita ac toties destillata, libras duas Alkolis vini fortissimi & spirituosissimi

tandem

tandem deponit, reliquo vino ad residuos spiritus vinosos exinde alias destillandos reseruato: Iste spiritus diligentissime in vase vitreo hermetice clauso asseruandus est.

Secundo colligatur vrina à pueris duodecim annos aut circiter natis vinum bibentibus: eius sufficiens quantitas in cucurbitis probe munitis fimo equino per quadraginta dies putrefiat. Finito putrefactionis tempore destilletur vrina ex arena per Alembicum in receptaculum maius, donec omnis humiditas ablata fuerit. Destillatum porro à capite mortuo rectificatur per cohobia, vt exinde postea spiritus iuste eleuari possit. Ex Phiola igitur prolixioris colli cum suo Alembico & recipiente iuncturis vndique probe dextreque munitis ac per spongiam oleo oliuarum parce imbibitam, & leuiter expressam, in colli orificio statuminatam, per Balneum feruens destillatio instituatur: Eleuabitur spiritus vrinæ instar chrystalli, ac alembici spondilib' adhærebit, nulla concomitante humiditate aquea, sed solo spiritu volatili prodeunte. Hæc verò destillatio ad completam eleuationem totius spiritus continuanda est: Feces post spiritum in phiola residuæ abiiciantur: Quod vero superne sublimatione prodiit, cum aqua pluuiali destillata soluitur & colligitur, similique modo ex phiola vt prius per spongiam oleosam destillatur, idque sexies repetitur semper recentem aquam destillatam subministrando.

Hic denique ad summam puritatem deductus spiritus, inque phiolam hermetice clausam conditus, per quindenam lento Balnei roridi calore digeritur, donec totus in liquorem limpidum solutus sit: Huic postea additur æquale pondus spirit9 vini supra facti & correcti, ac ambo in frigidissimum locum positi, elapsa hora vna vel altera in albissimum salem coagulabuntur. Qui Sal denuo per lentum calorem Balnei vaporosi in phiola Hermetice sigillata spatio viginti vel triginta dierum in liquorem vertitur: Ac is extremo loco per Alembicum probe firmiterque adaptatum ex Balneo semel atque iterum rectificatus, tandem fit excellens menstruum, quod est sine omni corrosiuo ac fœtore, ad Auri solutionem ac liquorem inde conficiendum maximopere desideratum.

Calcinetur prius Aurum per Mercurium & flores sulphuris, ceu docet Tyrocinium Chymicum Beguini cap. 16. lib. 2. sub titulo calcinationis Solis, vt transeat in calcem tenuem, quæ deinceps tenuissima fiat per Mercurium sublimatum purum, sæpius nempe eundem

eundem ab illo ſublimando, donec Aurum ſpongioſum redditum in maſſam maiorem & raram excreuerit. Cum prædicto itaq, menſtruo hæc Auri calx ſubtiliſſima lento igne ſoluitur in ſolutionem inſtar ſanguinis rubentem: quæ deinceps per menſem in clauſo vaſe digeritur, abſtractoque ex lentiſſimo Balneo ſpiritu ſoluente (in eoſdem vſus impoſterum adhuc dum & perpetuo quaſi ſufficiente) Aurum manet in forma olei rubicundiſſimi, ſuauem odorem de ſe ſpargentis, & in quolibet liquore ſolubilis.

Idem verò oleum exaltatur ſeu purius actiuiuſque redditur, quando nimirum ſpiritu à corpore ſeparato, ſola tinctura, in qua potentiſſima vis duntaxat reſidet per Alembicum eleuetur.

Solutionem itaque Solis non per Balneum deſtillamus, ſed per arenas ex vaſe humili, igne aliquantulum fortiori: Sic enim poſt primam partem menſtrui cum reliqua eius parte ipſa Auri tinctura per Alembicum tranſit inſtar ſanguinis, relinquendo poſt ſe in fundo vaſis terram nigram aridam ſpongioſam & leuem. Ipſum autem menſtruum quod cum tinctura Solis prodiit per Balneum ſaltem tepidum ex phiola cum Alembico ſeparamus: Relictam tincturam in fundo vaſis cum ſpiritu vini tenerrimo ſoluimus, eundemque ternis vicibus vel etiam amplius denuò ſeparamus.

Hoc aurum potabile non eſt quidem illud Philoſophicum & verum ſeu vnicum: ab illo enim ſeparatur multis modis, ac longe aliud eſt, neque hoc idem iuſtiſſimam veri Auri potabilis δοκιμασίαν ſuſtinere poteſt. Reducitur nempe & cum corpore ſuo denuò in gratiam redit, quod plane alienum eſt à vero Auro potabili. Poteſt autem in vſu medico idem pene præſtare, quod alias de Auro potabili ſperandum eſſe cenſent Chymiatrici, quantumuis hoc noſtrum agat remiſſius, nec exaltatis ſeu aſtralibus morbis æque medeatur omnibus.

AVRI

AVRI SOLVTIO 4.

Recipe Auri per Antimonium purgati, vt moris est, funde cum regulo Antimonij, puluerisa, & in furno reuerberij stibium euaporare sine: Deinde calcem Solis cum quatuor partibus Mercurij viui è Zinnabrio viuificati amalgama, floribus insuper sulphuris ter sublimatis etiam corrigito, rursumque in furno reuerberij exhalent spiritus acres, idque tertiò vel quartò reiteretur, donec calx Solis spongiosa, purpurea & impalbabilis facta sit. Hanc purpuream Solis calcem pone in phiola oblongi colli superfundendo aceti radicati, Sale vsto tertiò acuati, tantum vt quatuor digitos emineat, repete si opus fuerit, solutioni affundendo nouum menstruum, tamdiu donec omnis auri calor extractus fuerit, corpusque album in fundo remaneat. Separabis deinde menstruum in Balneo Mariæ, vt tinctura Solis maneat in fundo, circulanda donec fixetur.

Vsus & Dosis prædictæ Tincturæ Solis est: Recipe Aquæ Theriacalis optimæ vnciam vnam, Tincturæ drachmam vnam, misceantur & confundantur, de quo scrupulus vnus mane ieiuno stomacho exhibendus, & si per decem dies continuos dabitur omnes curabit morbos, medicamentum est summe Diaphoreticum.

Recipe iam relicti corporis albi (Lunæ fixæ veræ) partem vnam Salis armoniaci ter cum Sale communi sublimati partes duas, Salis Tartari partem vnam, omnia in marmore terantur ac misceantur, deinde dato igne sublimationes in suo coördinato vase sublima, idque tertia, quarta & quinta vice repete, semper sublimatum suis fecibus reddendo, tandem omnia sublimabuntur, postea per se adhuc semel, videlicet sexta vice, sublima.

Huius sublimati accipe partem vnam, aceti radicati partes tres, in phiola oblongi colli itidem circula, donec in vase nubecula appareat, tunc per retortam pellantur omnia in recipiens aqua frigida plenum: & exibit Mercurius Solis, per se in puluerem rubicundissimum sublimandus.

Vsus ac Dosis sublimati solaris est à granis sex ad octo, dilue aqua Theriacali, vel vino optimo, est itidem Medicamentum Diaphoreticum.

COMPOSITIO TINCTVRÆ ET SVBLIMATI Solaris.

Recipe tincturæ Solis partem vnam, solue in oleo Salis (Heus) rectificato per spiritum vini: Recipe & sublimati Solis partem semis, etiam in oleo Salis rectificato dissoluito: Solutiones has coniunge, & pro fermento in coniunctis solutionibus, solue Solis crudi purissimi partes tres; deinde separato menstrua, eademque reaffunde, tertiò vel quartò ad calces solutas, tandem igne fortissimo separa totum menstruum, calces relictas soluendo & coagulando, vt in massam & puluerem rubicundissimum abeat, qui prodest tam ad humana corpora, quam metallici corporis lepram corrigendam: Vide me intelligas.

AVRI SOLVTIO 5.

Recipe Minij libras sex, vel quantum vis, ex his cum aceto destillato dulcedinem Salis, vt artis est, extrahe, acetum dulcem hunc filtra, & in vase æneo, stanno obducto ad ignem coque vsque decocti guttula, in claui digito coaguletur & indurescat.

Duræ instar huius materiæ coagulatæ libras tres accipito, & pone in retorta bene loricata ad destillandum, primo inde phlegma hoc destillato, applicato & mutato recipiens, orificiaque vasorum optimo luto obducito ne spiritus aut vlli vapores penetrent: tandem auge ignem moderato sensu, & continua ad totalis humiditatis destillationem, demum refrigeratis vasis opus institue in talem modum. Omne hoc destillatum infunde cucurbitæ nouissimæ, Alembico applicatæ, & rectifica ex vapore Balnei M. vt primò, spiritus, secundo; oleum, (verba authoris) tertio & vltimo phlegma: Seorsim iam separari possunt, & nota in destillatione sic inuicem cognosces, spiritus transit cum albis venulis guttatim oleum verò cum venulis curuis, aqua vero rectissimis velocissimis. Oleum hoc destillatum superfunde Auro, (per aquam regis soluto, edulcorato atque calcinato vt artis) in cucurbita, ad extrahendum totum Solis S. esse, quod fit intra decem dies, & solutum Aurum redditum est potabile, quod nulla opus adhuc habet præparatione, nisi forsitan iam vlterius placeat digerere vel circulare. Eius virtutes tales existunt venena è corpore totaliter expellit, (intellige suis homogeneis appropriatis) & quod

maxi-

maximum eſt, ſi vnicam adhuc vitæ ſcintillulam reſtantem in microcoſmo percipiet, eam redintegrabit atque reuocillabit, auxilio diuino datur in apoplexia, epilepſia, multis alijs morbis innumerabilibus. Aqua poſtrema affundetur perlis contritis, & in digeſtione harum, eſſentiam atque humidum radicale extrahet in quam ſolutionem de ſpiritu infundes, & mirabilem inter ſe videbis copulationem connexionem atque coagulationem, in momento factam, hunc puluerem exſicca, videlicet ſpiritum inde per deſtillationem in B. ſeparando & habebis maximum arcanum ac ſecretum ſecretiſſimũ, in omnibus cordis affectibus, palpitatione, confortatione, catharro ſuffocatiuo &c. cuius Doſis variatur reſpectu affectuum ac perſonarum. Spiritus verò à perlis abſtractus doſis eſt guttæ 10. ad 12. mane ac veſperi, per dies tres vel quatuor continuos.

AVRI SOLVTIO 6.

RECipe Vitrioli Vngarici cœrulei libras 25. has in duabus cucurbitis maioribus dephlegmato atque calcinato, vſque dum ſpiritus aſcendere depræhendes, & primum perfeciſti opus, quod eſt ſimplex. Calcinatum hoc Vitriolum imponatur in cucurbita terrea vel alio vaſe terreo vitreato, rurſus deſuper fundendo abſtractum inde phlegma, adaptato Alembico cæco, bene lutato digerantur, & Vitriolum rubicundo purpureum induet colorem: hæc digeſtio per 14. inſtituatur dies, hocque tempore peracto ignis ſenſim augeatur, & ex libris 25. Vix ſedecim aut 12. deſtillando capies libras & hoc pro 2. opere operato obſerua. Recipe huius Vitrioli ſic calcinati ac digeſti lib. vnam, ei ſuperfunde in vitro capaci acetum deſtillatum, ad extrahendam è Vitriolo Tincturam, hoc toties repete, nouo ſcilicet aceto ſuperfundendo, vſque dum omnis color ex hac libra Vitrioli ſit extractus, in eundemque modum cum reliquis libris 15. vel 13. Vitrioli calcinati procedendo perge & tertiam perfeciſti operationem. Omne iam acetum coloratum in B. M. deſtilla ad cuticulam ſupernatantem, hacque animaduerſa, criſtallos in cella parere permitte, veluti proceditur in reliquorum metallorum Vitrioli extractione: hi criſtalli fiunt coloris ſmaragdini ac rubicundi, hos à fecibus diligenter ſeparabis, atque in tanta quantitate præparabis, quantum volueris, vel in Vitriolo reſtare videbis: Notabis autem ſi ſemel in cella repoſueris criſtal-

losque pellucidos collegeris, tum rursus, acetum dephlegmato ad cuticulam ac reponito postea, vt iterum cristallisetur, id continua donec omnes ex Vitriolo conceperis, quos rectificare artificiosissime poteris si placuerit; Hanc operationem puta esse quartam. Accipe horum cristallorum, quantum vis, infunde cum spiritu vini, & destilla, inde ipsum quatuor vicibus per Balneum Mariæ, vt totum phlegma cum spiritu recedat, posthæc per retortam vitream loricatam pelle, applicato, (phlegmate neglecto,) recipiente, in forma vti alias destillatur oleum Vitrioli: sic tandem transibit tinctura rubicunda, pulcherrima ac dulcis instar sachari, multis ac varijs dotata virtutibus, & opus quintum habes expertum. Vltimum sic laborem institues: habeas ad manus Auri calcinati vnciam semis vel integram, huic de hac tinctura superfunde, digere, essensifica ac circula & habes Auri solutionem admirabilem. De Cristallis insuper hoc notabis, si quando iam cum aceto extracti sunt, à fecibus recte separantur, & accommodantur destillationi artificiosissimæ, per aliquot cohobia, demum in virtuosissimum abeunt spiritum, qui ex calce Lunæ cæruleam tincturam trahit, & si digeratur cum eo aliquantisper, per Alembicum ambo abeunt, qui liquor vnitus maximum est secretum in epilepsia, ac totius corporis affectibus.

AVRI SOLVTIO 7.

CVra tibi inprimis conficiatur Amalgama cum Sole vt est artis, hoc enim & Aurifabrorum est opus, ab hoc superfluum Mercurij per corium expellendum separa, remanentiæ adde triplam quantitatem Salis decrepidati, commisce optime, ne Aurum amplius perspici possit, postmodum in crucibulo ad ignem Mercurium rursus inde euaporare permitte, excandescendo & calcinando: Mercurio omni exhalato, calcem tuam Solis in vase idoneo, cum aqua feruente edulcorato & à Sale abluito: hanc operationem, quater sic repetes bona tamen cautela adhibita, ne Auri aliquam quantitatem, inter abluendum amittas: Calcem, iam post quartam calcinationem, exsiccatam optime ac subtilissime, contritam denuò cum tartaro albo calcinato conteres, imponesque crucibulo ad ignem, alio tamen tigillo clausum ac luratum, cementa igne leni ne Tartarum fluere permittas, exime per duas horas, contere vicissim in Alkohol, & funde desuper.

desuper spiritus vini tartarisati, digere in leni calore per dimidium diem, postea tinctum spiritum vini decola, aliumque superfunde: hoc toties reitera, quoties opus fuerit: Nimiam proporcionem, spiritus vini per destillationem separa, vsque ad essentiæ consistentiam, hanc essensifica, circula, digere & habebis solutum Aurum, & simplicissimam præparationem Solis, quam forsitan multi absque admiratione deridebunt. Summum est arcanum in affectibus cordis atque capitis, præseruat ab apoplexia, epilepsia, palpitatione cordis, catharris, febribus putridis, vertigine, deliquio, phthisi &c. purgat sanguinem, soluit obstructiones, confortat Lienem, Hepar, memoriam & alia putrida interna apostemata. Spiritus vini tartarisatus à multis varie destillatur; author huius processus, sic vult: Recipe Tartari calcinati lib. 1. tere in puluerem cum vini adusti optimi mensura integra, pone in digestione seu arcana calida, vt vinum nobiliores spiritus ex Tartaro, ad se rapiat, tunc per Alembicum cohobando aliquoties rectifica, & menstruum est præparatum: Nonnulli recipiunt Tartari crudi puri albiss. huic superfundunt vini adusti q. placet phlegma vicissim à Tartaro destillando reijciunt, & tamdiu mandant hanc operationem reiterare quoadusque in Tartaro tanta sit plenitudo spirituum, quo nullos amplius recipere possit, tandem destillant suis rectificationibus & opus inde menstruatum præparari promittunt quod fere omnia metalla soluat.

AVRI SOLVTIO 8.

CAlcinate philosophice Solem, ad supremum puritatis gradum prius per Antimonium abductum & aquæ stygiæ glaciatæ immergite, quæ ex draconis omniuori fontibus hauritur. Ibi Sol passurus est eclipsin, & splendorem suum depositurus, ac in nigrum, liuidum & mortuum calorem sese mutaturus: cuius tamen mortificatio hæc vitæ ipsius initium est. Huic igitur si moribundo aquam nubium depluito, qua toties tam diuque illi faciem abluito, donec sensim inclarescat, & ex fusco calore paulatim deposito splendidior fiat. Nec quicquam periculi verendum ex crebra illius ablutione, vt neque ex illius mortificatione. Quo enim magis extinguitur, eo splendidiorem vitam, maioremque gloriam sibi comparat, ex sulphureo & ardente liquore fructuum maturorum iuniperi: Qui ex Sole

vitalem ſuum Balſamum & ſanguinem exquiſitiſſimum extrahit corpusque eius album, pallidum ac tanquam exanime, aut omni ſpoliatum vita, relinquit. Hunc Balſamum & ſanguinem Solis vitalem ſi crebris cohobationibus ex ſpiritu flagrante Saturni per Alembicum exercueris: exuperantem acquiret actiuitatem ac operandi vim, virtutesque eximias quibus Balſamum noſtrum naturalem corroboret, ac potentiorem reddat, ſeſe omnibus ſuis hoſtibus expediendi: Doſis eius quatuor aut quinque guttæ aut grana, ex aqua lilij conuallij aut florum tiliæ aduerſus Epilepſias & vertigines: Ex aqua Lauendulæ contra Apoplexias, & ex calendulæ aqua aduerſus paralyſes & contracturas. Vide Ioſephum Quercetanum in tetrade fol. 440.

AVRI SOLVTIO 9.

AVrum per Antimonium examinatorem ſuum traiectum amalgametur cum Mercurij Antimonij debita quantitate & proportione. Ex hac amalgamatione abluta, & nigrioribus fuliginibus repurgata exquiſitiſſimam Tincturam extrahe, cum ſpiritu Sulphureo iuniperi extracto, cohoba, circula & rectifica. Hanc Tincturam Diaphanam ac pellucidiſſimam inſtar rubini, varijs cohobationibus in ſpiritu vini circulato exercebis, quem poſtea ſi velis ſeparabis vt ſola reſtet Tinctura: Quam diligenter conſerua, tanquam pretioſiſſimum donum à Deo hominibus miſſum, aduerſus peſtem, lepram, omnis generis Morphæam, Lues & alios id genus grauiſſimos affectus præſentiſſimum remedium: Doſis grana, quatuor aut quinque ex aqua Theriacali. Vide Ioſephum Quercet. Tetr. fol. 410.

AVRI SOLVTIO 10.

IVnge iusto ac debito pondere, mensura, proportione ac ordine sex inferiores planetas terrestres, cum sublimiori sphæra stellata Saturnina, tanquam cum cœterorum prima radice, vt vna bene amalgamentur, & philosophice calcinentur. Ex hac calce depurata cum sulphuris montani spiritu, per cohobationes in calido, & macerationes ex arte in frigido factas, tincturam rubeam pellucidam, aut diaphanam instar granati elicies: à qua nubium aquarum auxilio primum menstruum separabis; tincturamque ipsam per varias cohobationes, circulationes & rectificationes necessarias, puro hydromelitis vinosi spiritu excipies, qui eius colorem eruet, quo tingetur rubini coloris instar, magno cum splendore & perspicuitate: Atque sic in se septem metallorum veram tincturam simul continebit, remedium admirandarum virtutum & proprietatum, & quod Deus nobis largitur in curationem omnium generaliter morborum vel desperatissimorum: Dosis est guttæ quinque vel sex. Vide Tetr. Ioseph. Querc. fol. 409.

AVRI SOLVTIO 11.

REcipe vrinæ hominis sani bibentis vinum circiter viginti mensuras, pone in aliquot Alembicis vitreis, abstrahe ab his viginti mensuris tantum phlegmatis in Balneo, vt saltem mensura vna maneat residua, phlegmata abstracta abijciantur, remanentiam in vnum collectam misceto, & abstrahe in arena, quantum stillare vult, vltimo augendo ignem fortiter, sublimabit se aliquantulum: Sublimatum illum misce cum spiritu destillato, residuum Sal quod in fundo mansit aufer, spiritus destillatus fœtebit, cuius fere mensura erit integra: Hunc spiritum rectifica in Balneo, seruata priori quarta parte, quæ fortis & melior est, ac posteriori ablata. Postea accipe aquam pluuialem vel fontanam recentem, affunde spiritui reseruato, & superet eundem pondere quadruplo, adapta vas recipiens, dum guttæ acidæ cadunt, partim instar glaciei egrediuntur, affunde adhuc semel pluuialem vel fontanam aquam vt antea, & iterum destilla, si nulla aciditas amplius egreditur tunc cessa: Spiritus vrinæ primò venit, aqua pluuiali cum fœtore remanente. Huius spiritus vrinæ accipe partem vnam,

optimi ſpiritus vini partem alteram, miſce, ſtent in leni calore per diem ac noctem, poſtea vna deſtillentur: tunc hi duo ſpiritus ſe inuicem congelarunt: Et ſic ſpiritus vrinæ ad hunc laborem paratus eſt: Nunc oleum Salis requiritur, cuius præparatio talis eſt.

Recipe Salis fuſi quantum vis, pone in retorta terrea loricata, adiunge capax vas recipiens, iuncturis bene clauſis, quando Sal in fluxu ſtat, tunc ſpiritus egrediuntur in vas recipiens: aut ſi cum argilla feceris, addi poteſt aqua in recipientem, vt ſpiritus egreſſi eò citius ſe cum illa miſceant: ſed dictus ſpiritus, ante vſum, prius ſupra Salem fuſum recentem aliquoties rectificandus eſt, vt ſit fortior, per ſe enim nimis debilis eſt, ad hanc operationem. Poſtea accipe de calce Solis Crolliano & affunde oleum Salis, ac vt eo melius ſoluatur abſtrahe oleum Salis, aliquoties hunc cohobationis laborem repetendo donec calx bene ſoluta ſit. Deinde huius ſoluti accipe partem vnam, & præparati ſpiritus vrinæ partem alteram, inſtilla guttatim ſaltem ſpiritum vrinæ, obſtruendo ſemper vitri capacis orificium, donec ſtrepitus ceſſet, in lento calore Balnei per quatuor ſeptimanas ſtet in putrefactione, poſtea per retortam in arena pellatur, ſeruatis gradibus ignis, primo lento, vltimo fortiori, vt retorta candeſcat, tunc Aurum maxima ex parte aſcendit, quem ſublimatum puluerem diligenter ſerua, oleum enim Salis per ſe egreſſum eſt, quod ſeponatur. Tandem accipe hunc ſublimatum Solis, affunde ſpiritum vini & colorabitur in calore lento, affunde alium priori per inclinationem ablato, continuando donec affuſus recens ſpiritus non amplius coloretur. Hic ſpiritus vini poteſt abſtrahi ad oleitatis remanentiam, vel ita tinctus cum Auri eſſentia ad vſum medicum ſeruari. Calx Solis in retorta remanens denuo ſoluatur oleo Salis, & digeratur cum ſpiritu vrinæ vt modo dictum, reiterando laborem, donec nil de Auro ſuperſit amplius. Si verò ſpiritus vini cum extracta Solis tinctura aliquot ſeptimanas ſtet in digeſtione, tunc in totum fit volatile Aurum & Alembicum aſcendit. Vide de hoc Baſilicam Crollij fol. 213. & 214.

AVRI SOLVTIO 12.

RECipe duas Vitrioli libras, idoneo vaſe pone ad ignem vt fluat, fluxo adde libram Mercurij, & probe permiſce ita ne Mercurius amplius perſpiciatur, adde etiam dimidiam libram Salis, & ad ignem vna commiſce: poſt frigefactum contunde, infunde in ſublimatorium, plegmate ſiue humore ſenſim exhalante ſeu deſtillante; deinde ſublimatorium Alembico cooperiens, ſubijce ignem, donec Mercurius omnis totaliter aſcenderit, tantus, quantus impoſitus; hoc ter, repetendo facias nouo Vitriolo & Sale, ac ſume tuum ſublimatum, & tantundem Salis decrepidati, ſublima adhuc ſemel, & præparaſti Mercurium: Iam ſume libram ſtanni bene purgati, adaptato lebete ad ignẽ liquefac; liquefacto adde librã Mercurij viui, lignoque bene permixtũ & frigefactum infunde in vas ligneum, ſumpto Sale & aceto vini purga præparatum Amalgama, donec ab omni nigredine purgetur, & acetum pure inde deriuetur: hoc Amalgama vna cum ſublimato Mercurio contere ſuper lapide, poſitum in cellam aſperge phlegmate Vitrioli antea in ſublimatione detracto, & ſoluet ſe in cella à lapide inſtar lactis diebus quatuordecim: poſt miſce feces in lapide reſiduas baculo, dum fluere deſinant. Solutionem reſerua in vitro bene cuſtoditam, in Balneo Mariæ 4. ſeptimanas, colloca putrefiendam, tunc infunde in retortam, & deſtilla leniſſimo calore, alias coagulatur: quod nondum deſtillando aſcendit, contere, & repoſitum in cellam, rurſum phlegmate Vitrioli humecta, & reſerua, poſtea trade ad deſtillandum, vt antea in retorta, vſque dum plane aſcenderit, & habebis oleum Mercuriale rectum, quo omnia corpora ſoluere potes: In hac aqua ſolue amalgamate præparatum aurum, poſtea ſolutionem è retorta extorquendo accipies oleum Solis & Mercurij. Hæc potes artificioſe per reiteratas deſtillationes, ſublimationes & cohobationes in medicamentum reducere ſaluberrimum, ſin minus, potes ſeparare ac oleum tuum Solis per ſe ſolum reſeruare, purgare, pellicanare & fixare vti vis: poteſt exhiberi in forma & Doſi reliquorum medicamentorum ex auro confectorum, vti in ſe continent priores antedicti & poſteriores ſequentes proceſſus.

AVRI SOLVTIO 13.

Recipe Vitrioli Vngarici quantum lubet, calcina ad flauedinem, & dum adhuc calet, ſuperfunde pueri vrinam, permiſce, pone octiduum in calorem lenem, & immiſce teſtas contenſas duplo plures, poſtea deſtilla per retortam, & deſtillat inde albus ſpiritus quem denique comitantur rubræ guttæ: caput mortuum pulueriza, ſuffunde aquam calidam, & Sale abducto, filtra, coagula & purga, poſtea ſuperfundens deſtillatum illius ſpiritum repone digerendum dies & noctes octo, poſt immiſce bolum triplo ponderoſiorem, deſtillando coge denſius per retortam, & tranſit Sal cum ſpiritu, ſublimaturque partim in collum retortę, illud ſume & diſſolue cum ſpiritu, & euadet aqua citrina, quæ bene præparatæ aureæ calci ſuperfuſa, illius eſſentiam extrahit. Hæc cohobando recenti ſpiritu deſtilletur & eſſenſificetur, poſt cum menſtruo vniatur, & fit inſigne Aurum potabile vel ſolutio Solis: vti etiam pretioſum Antepilepticum, de quo ſatis ſcribi nequit, Doſis illius ſunt, tres, quatuor, & vſque ad quinque, guttæ.

SOLVTIO SOLIS 14.

Fac regulum de octo ſemuncijs clauorum ferreorum & ſedecim ſemuncijs Antimonij, vt moris eſt, quando fluit, tum ingere tres ſemuncias Salis nitri & tigillum operculo claude, paulo poſt viciſſim importa vnciam recentis Antimonij, ita regulus ter fluat, tunc eſt idoneus: Hunc regulum cum Luna fac fluat, inſtar dentis effundatur, poſtea contendatur & conteratur, adde etiam partem Mercurij viui, & terendo probe permiſce, poſtea laua aqua calida vt euaneſcat omnis nigredo, vſque dum pulchritudinem induat. Tunc infunde in retortam, & applica recipiens aqua repletum, in illam Mercurium deſtilla, & remanebit ſtella tua ſignata ſola: præpara iam aquam ex menſura aceti & quadrante mellis, deſtilla hæc duo & funde poſtea ſuper tuum regulum, reſerua vna donec acetum dulcorem & colorem aſſumpſerit, deinde effunde, & aliud ſuperfunde menſtruum, pone iterum ad extrahendum; Et repete, donec omnis reguli eſſentia ſit extracta, poſt confunde totam extractionem, & abſtrahe menſtruum vſque ad cuticulam, repone ad cryſtalliniſandum, qui dulces ſunt inſtar ſaccari,

quibus

quibus suffundas spiritum vini, & soluentur fecibus in fundo residentibus. Hanc solutionem à suis fecibus effundens infundas super Aurum, purum ac compactum, & dissoluetur vt fiat insigne aurum potabile, magna miracula, præstans siquidem & sub illo latet magna Panacæa.

SOLVTIO SOLIS 15.

SVme Amalgama Solis, & calcina cum tantundem puri sulphuris, vt Mercurius vna cum sulphure iterum inde transeat, calcem hanc edulcora, & exsicca, vt moris est: postea solue illam in aqua regis, deriua iterum, vt præcipitatus siccus remaneat, illum reuerbera dies & noctes quinque igni aperto, super hanc reuerberatam & edulcoratam calcem funde hunc sequentem spiritum vini: sume calcionati & dephlegmati aluminis quantum vis vel octo semiuncias, immisce contusum, ac fusum purum Salem, ter præponderantem: pone vna in lebetem, bene obturatum, ne aër introeat, pone etiam in fornacem reuerberatoriam, subijce ignem quarti gradus, flammaque 12. horas transcendat, quo omnia bene excandescant: tunc frigefactum, exime, vasculum & aperi, materiam quam in fundo reperis, inijce quatuor mensuris aquæ fontanæ, & separabitur purum ab impuro, quod residet in fundo nec soluitur, reserua, & exsiccea: Reconde in vitrum & affunde Alkohol vini, vt duos digitos superemineat: sic spiritus plus non assumet quam indigeat: hunc effunde aut abstrahe, & ad opus nostrum sat superque est idoneus. Hic spiritus vini super calcem auream fusus, cum illa per tempus aliquod in digestione positus facilimo modo tincturam Auri rapit, planeque resoluit. Quod in solutionem transire non cupit, tamdiu reuerberatur, donec dissolui possit. Hoc Auro potabili potes externe & interne magna edere miracula in phthisi omnium membrorum, de quibus non est quod breuiter dicatur.

SOLVTIO SOLIS 16.

Recipe Aurum optime per Antimonium, vt eſt artis purgatum, inque lamellas vel folia extenuatum, indatur vitro oblongi colli: affundatur ei ſpiritus Salis acerrimus ad altitudinem quatuor ad ſummum digitorum clauſo vitro ad calorem fimi vel ſimilem ponatur, ſpatio trium vel quatuor hebdomadarum, peracta digeſtione abſtrahatur, non tamen totus, ſed relicta parte, quæ tamen liquiditatem oleoſam præſtare poſſit.

Ita ſolutum quidem Aurum eſt, ſed nondum attenuatum ſatis. Itaq; nouo ſpiritu Sali, affuſo, digeritur calore priori per ſeptem dies, poſtquam mutatur alio, & ſic deinceps repetita operatione quouſque Auri ſubſtantia videtur ita attenuata, vt cum menſtruo exacte ſit permiſta, eiuſq; gutta in vinum limpidū coniecta id veluti crocus tingat citra pręcipitationem ad fundum. Tunc ſolet tota quantitas menſtrui, quæ prius particulatim abſtracta eſt & reſeruata, reponi, vna digeri, & tandem lentiſſimo igne perfici tota non relicta parte vt prius.

Huius guttæ duæ vel tres (quarum tamen vis retundatur addito aliquo lenienti, vt ſyrupo violaceo, roſaceo vel ſimili) exhibentur ægro, cui nutritionis vel facultatis vitalis viſcera laborant, cum competente vehiculo, mirifice enim hæc viſcera corroborat. Vide Iatrochym. noſtram fol. 81.

SOLVTIO SOLIS 17.

Recipe arenam craſſam illiga in linteolum, fac paruos faſciculos, vt in vitrum imponere poſſis in magna copia, fac & impone vitro, ac mel calidum ſuperfunde & impone arenæ, deſtilla per alembicum in aquam, quæ tranſit eſt acida vt acetum, hanc pone in vitrum & impone Tartari calcinati ad albedinem partes ſex, acidam aquam melleā abſtrahe, & mutatur fitq; dulcis, ſume Tartarum, & quod remanet tere miſcendo cum Auro calcinato, & pone teſtam vitreatam, atq; reuerbera per viginti quatuor horas, poſtea rurſus tere, addeq; plus Tartari, rurſusque pone in noua teſta vitreata per viginti quatuor horas reuerberandū & ſubtiliandum, hacq; ratione Aurum ſubtiliſſime erit calcinatum. Hoc Aurum cum Tartaro pone in cucurbitam, affunde aquā illam dulcem prius deſtillatam poneq; in Balneo Mariæ, ſolutum vel ò Aurum in aqua dulci, filtra per pannum in vitrum, & affunde aliam

aquam,

aquam, toties reiterando donec Aurum omne sit solutum: Deinde aquam coloratam omnem effunde in cucurbitam,& impone Gummi quod vocatur tege me, reperitur in officinis, boni odoris,& destilla per Alembicum & appone recipientem, vt omnia transeant & habes verum aurum potabile, sine corrosione estque dulcis & odorata aqua.

SOLVTIO SOLIS 18.

RECIPE libram saccari, spirit⁹ vini quantum vis, permisce in patina argentea, vel deaurata, incende spiritũ vini, & saccarum fit instar olei cuius mensuram habere & facere debes, adde adhuc mensuram optimi spiritus vini, commisce diligenter, inde in vitrum & destilla instar aquæ fortis, frange vitrũ & exime Salem adde antedestillato menstruo, putrefac adhuc parumper, quando voles, postea rectifica adhuc semel, & reconde omne destillatum in altam cucurbitam, poneque in Balneũ Marię, vt phlegma abstrahatur, quod remanet, hoc soluit aurũ, cuius modus sic fit: Sume duas semuncias lamellarum auri, stratifica cum Gummi Laudani puri, & extollitur aurum in suo gradu, calcinaturq; ad hoc opus, cui superfunde tuum præparatũ spiritũ, & accipies tam excellens medicamentum, ꝙ nunquam sperasti: quando spiritus vini à saccaro candi est abstract⁹, reddit menstruũ Solis, verũ huic multis parasangis dissimile. Item Rosmarinus septies destillat⁹ soluit in vltima destillatione folia auri, aut eiusdem loco aurum cum Sale prius calcinatum & putrefactum: Et hoc etiã præstans est Aurum potabile. *Solutio Solis per spiritum Rorismarini.*

Folia Auri soluuntur etiam in succo berberis, vel limonum & destillantur inde ad consistentiam butyri, quod Aurum potabile & laxatiuum est: si menstruum separetur, cum aceto vini erit corrigendum & remanens oleum maioris erit efficaciæ.

Item conficitur etiam tale Aurum potabile ex Limonijs: Sume Limones recentes, contunde cum Maluatico perquam optimo, contusis superfunde, ad eminentiam 4. digitorum, maluaticum, digerantur tres vel quatuor dies vna, postea destilletur hinc spiritus: hunc diuide in duas partes, in vna solue calcinatum vel præparatum aurum, in altera spiritus parte solue margaritas: solutione & hac commode facta, commisce ambas solutiones æqua quantitate, circula & putrefac vna per mensem philosophicum, post separa purum ab impuro, & accipies tale medicamentum, quod potens cordis fortificatio & elixir existit.

Poteſt etiam talis ſolutio Solis inſtitui, de qua Theophraſtus dicit, vt per raphanum excauatum Sal ſoluatur, illa aqua Salis ſoluta per Balneum Mariæ rectificata aurum diſſoluit inque pretioſam medicinam efficit. Dicit etiam Paracelſus Salem communem in magna veſica debere colligi & aqua calida ſolui, quam ſolutionem poſtmodum immergi fruſtulis laterum, & ita ad deſtillandum tradi iubet, vnde eximium prouenit oleum, quod & ſimul aurum ſoluit, & potentem medicinam efficit.

Idem Paracelſus magnam adſcribit etiam efficaciam Auro potabili, quod præparatur ex purpureo aut citrino oleo Salis, quod veram calcem Solis ſoluit. Viciſſim inquit Paracelſus, qui tam beatus eſt, vt oleum Salis abſque omni additione alicuius Heterogenei poſſit deſtillare, quo aurum in illo ſoluatur, euadet oleum permanens, quod nunquam coagulatur: illud eſt oleum perpetuum incombuſtibile, nec tenetur inquirere in vllam aliam præſtantiorem medicinam excepto oleo Mercurij dulci, quod etiam aurum ſoluit & medicinam incombuſtibilem efficit: præſeruat hominem ab omnibus morbis immunem. Hic opus, hic labor, hic radix metallorum, hic auri ſemen, hic electrum immaturum, hic Mercurius mineralis hic ſpiritus philoſophorum, hic Sal aſtrale, hic ſonabit quærere Mercurium philoſophorum de quo ſapienti dicetur, Deo dante, in noſtris conſilijs ſuper lapidem Philoſophorum.

SOLIS SOLVTIO 19.

RECipe Aurum per Antimonium purificatum ac finum redditum, laminetur tenuiter & efficiatur Amalgama inde cum Mercurio, poſtea adde ſulphur, & calcina vt moris eſt, vt fiat Alkohol: hanc calcinationem cum Mercurio & ſulphure repete ter, & quartò tere Sale & aceto per dimidiam horam, tunc ablue aqua & exſicca iterum, conde in pixidem reuerberatoriam & pone ad ignem calcinationis, aſpergendo parum olei Tartari. Alius inquit ſpiritu Saturni, longe fore præſtantius. Conſiſtat quinque dies & noctes in æquabili calore, & intumeſcet aurum inſtar ſpongiæ, quod poſtea ſequenti menſtruo diſſolui, habile atque procliue eſt. Sume aliquot libras mellis, inde in oblongã phiolam vel cucurbitam, deſtilla primum, inde phlegma

in

in Balneo aut cineribus (præſtat mel ante putrefactum in fimo equino iuncturis bene munitis, quidam etiam pellicanant ante per menſem) ne autem mel denſius aſcendat, commiſce puram arenam aut lotos ſilices, quando verò hos extollere cupit, exterius folle lentiſſime vitrum afflabis, & propter frigefactionem ſpuma à melle diſſeparabitur, quando phlegma omne aſcenderit, pone vitrum in arenam cum cineribus, permixtam & ſubſtitue recipientem, cui infunde aurum quod prius intumuit, coge forti igne & tranſiet acerbum à melle acetum quod aurum plane ſoluit, illud putrefac, rectifica, circula & coagula vſque dum in formam olei remanere perfeceris quod ſummum perhibetur eſſe arcanum in omnibus doloribus matricis: Illius Doſis eſt ſex guttæ in aqua meliſſæ, bugloſſæ, addita videlicet tinctura corallorum rubeorum: Nota præterea quod nonnulli fauum tota ſubſtantia cum optimi vini ſpiritu in fimo vaſis clauſis macerant donec ſoluantur: aquam deſtillant, ei imponunt nouum fauum, & ſoluunt vt ante & deſtillant, adhibentque loco menſtrui ad ſoluendum Solem.

Quidam Aurum ſoluunt per acetum radicatum & corrigunt per ſuccum chelidoniæ cum ſpiritu vini per digeſtiones & deſtillationes.

Nonnulli vrinam è viginti libris ad dimidias, indeque iterum ad dimidias, donec ad duas cum media peruentum eſt deſtillant: In hac calcinatum reuerberatumque Aurum ſoluunt, expectantes innatantem cuticulam, quam ſpiritu vini ſoluunt: ſolutionem ad olei conſiſtentiam diuaporant, ſi procedit, vt dicunt, Tincturam confecerunt. Quidam recipiunt aceti ter deſtillati, mellis deſpumati ana, reponunt in fimo equino per quindecim dies, poſtea deſtillant per Alembicum, & infundunt tantum ſpiritus vini optimi, ita digerunt vt coeant in vnum menſtruum: Huic poſtmodum imponunt Aurum foliatum vel tritum; deſtillant inde bis ter vel quater per Alembicum, donec Sol in puriſſimum oleum in fundo vitri fuerit conuerſum. Nonnulli ſumunt acetì rectificati libram integram, Salis communis calcinati libram ſemis, ita commiſcent poſtmodum deſtillant, in hoc deſtillato extinguunt laminas auri quinquagies, tunc ſoluitur & poteſt pro auro potabili commode vſurpari.

Inter omnes iactitant etiam laborantes, ſe cogitare radios Solis congelare & concentrare, per quos aurum in eximiam medicinam ſoluere cogitant.

Quidam

Quidam ſoluunt aurum per oleum Salis nitri fixum : quidam vt Paracelſus per ſuccum Acaciæ.

Alius philoſophus calcinat aurum ſemel aut ter per Mercurium & ſulphur, poſtea ſoluit in balneo, ex ſanguine duorum Draconum præparato, poſt ſolutionem iterum abſtrahitur, & in cella in oleum odoriferum conuertitur.

Alius iubet oleum Salis à Sale nitro abſtrahere, & efficitur bonum menſtruum Solis.

Quidam per ſuccum Arantiorum: quidam per aquam medonis vel eius quintam eſſentiam Aurum ſoluere conantur &c.

SOLVTIO SOLIS 20.

Recipe menſtruum ſeu primum Ens omnium vegetabilium ſub Horizonte radicato iuſto tempore collectum, deſtilla ex Arena per Retortam, ita vt duæ partes tranſeant: ſummumque artificium in recipiente ſitum eſſe cognoſces, quo ſpiritus & phlegma in deſtillando ſeparari poſſint: tertiam partem in retorta pro fecibus nullius pretij abijce, nouum verò menſtruum ſubſtitue, fac tibi tantam quantitatem ſpiritus è menſtruo vniuerſali quoadusque tibi ſufficere putabis. Omnem collectum & deſtillatum ſpiritum bis aut ter per retortam rectifica, ita tamé vt in ſuperiori forma proceſſum eſt: nimium phlegma ac feces ſunt reijciendæ: ſi ſpiritum ex ſapore acerbum putabis, mandabis illum circulationi ſupra ignem lampadis per tres menſes, in duabus inuicem applicatis & lutatis cucurbitulis. Tempore hoc in Salem conuertetur inſtar ſacchari, fluentem in igne inſtar ceræ, in cella verò conuertetur in oleum. Recipe iam puri perfuſi auri ſemuncias duas, in lebete fluant, & in fluxu huius Salis adijce drachmam, tunc Aurum tuum in momento in purum Salem conuertetur: hoc Sal tranſmutat iterum alium Solem fuſum, & quaſi in momento: & hoc eſt tale miraculum, vt in ſuum corpus non facile reduci poſſit, ſed hoc philoſophis diſcutiendum relinquam. Quidam affirmant quidam negant res eodem recidit, experientia ſola teſtis eſſe poteſt. Verum Tincturam extrahere è Sole & corpori rurſus adijcere, illud viciſſim extrahere, viciſſim adijcere, & illud ſi aliquo modo fit, vertit ſimiliter aurum tandem in puram Tincturam, nec eſt incredibile ſed verum, & continetur etiam in his meis patefactis ſecretis, potes reperire non inui-

inuideo, fateor quidem & dico scriptis meis multa, sapienter autem oportet inquiri, quandoquidem omnia vna vice aperiri nequeunt, præterea suppetit philosopho suum ingenium, quo interdum nonnihil in res inquirere & incumbere potest, quanquam qui plura patefecerit reperies neminem: Recenti adhuc quoque teneo memoria, me quondam rorem Tonitrualem, qui ab oriente venit, & ad septentrionem captus est, vidisse, qui alio modo destillabatur & in Salem conuertebatur, quo Aurum etiam plurimum euehere putabat, de quo hic amplius dicendum non est, quia multis incredibile videtur, quamuis mirabiliores in natura reperiantur res, illæque veræ, quarum simile tradam pro vero exemplo, potes etiam credere, quando aurum funditur & in fluxu viuus araneus injicitur, effici aridum intractabile & impurum, ita vt ad medicinam & conuenientia clinodia ineptum sit, nisi quis sciat iterum rectificare, & miretur plurimus an possibile, proba, inuenies. Vicissim autem, quando aurum Theriaco calcinas, cui etiam addita est caro viperina, nihil obstat, & potest nihilominus ex illo tam magna essentia Solis per spiritum Vitrioli extrahi, cuiusmodi nullum secretum in vllo metallo esse possit. In summa tam multa latent in Sale & Sole vt si scires totam philosophiam intelligeres.

SOLIS SOLVTIO 21.

SVme Aurum & purga per Antimonium ab omnibus sordibus, & cementa diligentissime per Salem & latericiam farinam vt constat, tunc funde super hoc aurum aquam Salis Tabari & digere viginti quatuor horas medio igne, tunc prouenit oleum supernatans aquæ, collige diligenter & pota spiritu vitæ, eiusmodi non est maior cordis fortificatio, estque summorum Arcanorum vnum, illius Dosis est vt in alio Auro potabili. Si placet conficere Elixir, Recipe Salis Tabari aut Salis metallorum tres semuncias, adde semunciam veræ animæ solaris, pone vna ad fixandum per mensem, post hanc fixationem adde iterum tres semuncias Salis metallorum cum semuncia animæ Solis, reserua iterum per mensem, postea adde, elapso bimestri, dimidiam animæ semunciam, & sesquisemunciam Salis, fixa iterum per mensem, & hoc repete etiam quarta vice & præparasti tuum Elixirium. Ex hoc etiam Sale per se intra mensem summum præparatur arcanum, quod intra aliquot dies Luem Veneream curat perfectissime.

SOLVTIO SOLIS 22.

Recipe Auri cum Sulphure & Mercurio calcinati, huius calcem bene decoque cum ſpiritu Tartari, indatur eius quantum placet in crucibulum, addaturque ſaccharum candi, maſtix & ſpiritus vini pro arbitrio, incende ſpiritum vini, & fiet vt oleum aut puls, affunde ſpiritum vini cum Sale Tartari acuatum, inde vna in vitrum cum cæco Alembico, & pone in Balneum Mariæ quatuor dies & noctes ad ſoluendũ, euadet Aurum potabile: fixationem & circulationem habebis eò præſtantiorem. Hæc medicina poteſt omnib⁹ fere morbis adhiberi, ſaccarum & maſtix non obſtant, ideoque te non turbet, nam quod impurum eſt, abit & redigitur in feces, adeoquin tu ne obliuiſcaris purum ab impuro ſoluere dico: Salis Tartari eſſentia cum ſpiritu vini apud aurum reſidua ſuas etiam habet commoditates vna cum Alkohol, & poteſt æque tuto adhiberi, præcipue in omnibus putrefactionibus viſcerum, corporis, ſanguinis ſiue ſpirituum.

SOLVTIO SOLIS 23.

Recipe ſanguinem hominum ſaniorum & iuuenum venas incidentium, & quidem ſatis magnam quantitatem, adde Alkohol vini partem tertiam, & in cucurbitis probe munitis in ventre fimi equini digere putrefaciendo per quadraginta dies ſeu menſem philoſophicum: deinde deſtilla in cineribus per Alembicum & prodit aqua cum oleo elegans, ſepara phlegma ab oleo deſtillatione per Balneum quod poſtea per retortam è cineribus rectifica per ſe, nouies repetendo eandem deſtillationem, & admodum nobile oleum fiet, Aurei coloris, cuius Doſis eſt ſcrupulus ſemis; oleum hoc rectificatum ſuperfunde Auro calcinato & ſoluet illud ac reddet potabile, vt fiat theſaurus incomparabilis, datur Epilepticis, corroborat vniuerſi corporis partes languentes, multoſque morbos deploratos Dei gratia reſtituit. Similiter cornu cerui, intra duo feſta Natiuitatis Mariæ capti: limetur, coquatur, & cum fruſtulis laterum in piſarũ magnitudine permiſceatur, poſtea per retortam deſtillatum & aliquoties rectificatum fiat: reddit clarum oleum, quod calcinatum aurum valde egregie ſoluit & extrahit, quo omnes paralyſes & contracturæ ab internis poſſunt curari, pellit etiam omne venenum & lepram.

SOLVTIO SOLIS 24.

RECIPE bonam quantitatem optimæ eſſentiæ vini, funde ſuper tres partes calcinati Tartari, tunc extrahit vinum ex Tartaro optimam eſſentiam, funde ſepties ſuper calcinatum Tartarum, tunc fit ſpiritus vini tam acerbus, vt etiam per manum cadere poſſit, in illo putrefac calcem Solis per quatuor hebdomadas, & fit calx tam facilis ad ſublimandũ, vt nõ ſolum ex illa Mercurius poſſit præparari; ſed etiam alia medicamina & arcana, Auro potabili quam proxima. Alius non contemnendus philoſophus ſumit Salis vrinæ bonam quantitatem, affundit quintam eſſentiam vini, ſinit ſolui, poſtea deſtillat, illud repetendo tertia vice cum quinta eſſentia abſtracta, & nouo Sale, tunc fit eſſentia acerbior, trahuntque duæ Salis ſemunciæ ſemunciam auri ſuper Alembicum. Paracelſus tom.1.lib.3.cap.3.fol.144. ex vniuerſis elixiris ſummum ac potiſſimum eſt Aurum. Paulo poſt addit: de elixirio igitur Auri, quod ad praxin attinet ſic habeto: Reſolue aurum vna cum omni ſubſtantia auri, corroſiuo, & idipſum tantiſper, dum fiat idem cum corroſiuo. Neque interim abhorreat animus ab iſta tractandi ratione: Auro enim quatenus Aurum eſt, corroſiuum præſtat & citra corroſiuum mortuum eſt. Quare Q. eſſentiam Auri citra corroſiuum inutilem eſſe aſſerimus. Sequitur ergo, reſolutionem denuo per putrefactionem eſſe remouendam, & ſi corroſiuum etiam tenacius adhæreat: Nam ſi tanta vis Auri eſt, vt corpus ſeruet, ac liberum reddat ab omni ægritudine, neque id corrumpi ſinat, quantò magis ſeipſum, idque citra omnem infectionem: corrigit enim ac emendat, quicquid non eſt ſyncerum. Corroſiuum igitur in Auro nullo pacto corroſiuum appellari debet: Vis enim Arcani ſuperat omne venenum: Nam omne realgar moritur in elixirio Auri, & in Tincturam abit Medicinæ præſtantem. Atque in hunc modum gignitur Aurum potabile poſt putrefactionem. Idem tomo 1. lib.3. de vita longa cap.3. fol.165. De Auro potabili ſic ait: Inter omnia elixiria Aurum ſummum & maximum eſt. Ex hoc enim proceſſu reliqui omnes intelliguntur, qui à corpore non ſeparantur. Qui autem ſeparantur, magiſteria de vino continent. In hoc elixirio Auri proceſſus & practicæ ratio hæc eſt. Initio Aurum cum omni ſua ſubſtantia per fortiſſima corroſiua, reſoluendum eſt, vt corroſiuo illi ſimile fiat. Hunc proceſſum

nemo formidet. Corrosiuum enim plus est, quam Aurum per se. Vnde patet, Aurum sine corrosiuo operationem nullam habere. Qua de causa etiam quintam essentiam, Auri sine corrosiuo nullius pretij esse existimamus: sed & hinc colligitur resolutionem per putrefactionem iterum remouendam esse. Quicquid tamen fiat verum corrosiuum non adimitur, quod iure ita fit. Nam, si Aurum corpus à dissolutione præseruare potest: multò magis seipsum à Veneno præseruare potest. In Principio enim corrigit in seipso, quod bonum non est. Vnde Corrosiuum in Auro corrosiuum vocandum non est. Arcana namque vis venenum quodlibet superat. Realgar enim quoduis in Elixirio Auri moritur, & fit Tinctura, potior quauis medicina. Itaque post putrefactionem Aurum potabile paratum est: Cuius Dosin & ordinem triuiales spargyricorum practicæ definiunt. Hoc Elixir rem quamlibet mutat, & sibi assimilat, cum aqua concordat, illamque sui ipsius instar fixum reddit.

Tract. 2. cap. 2. de Contract. sic ait dicitur, Aurum potabile, quoties vna cum alijs spiritibus & liquoribus in substantiam, quæ bibi possit, redigitur. Oleum eius est, cum ex sola sui substantia præter additionem, oleum iam factum est Aureum. Quinta essentia dicitur Auri, quoties ab eo rubea Tinctura tracta, separataque fuerit à suo corpore, nam virtus actiuaque vis in Tinctura duntaxat existit. Dosis Auri potabilis est scrupulus vnus qualibet vice. Olei dosis Aurei pondus granorum hordei decem non excedat. Et Quintæ essentiæ Auri granorum est trium similium per vicem aquæ vitæ bonæ, vel alterius aquæ subtilissimæ commixtorum, maneque, sub meridiem, & vesperi sumtorum, pro medicinæ quidem exigentia: quæ sine corrosiuorum, aut corrumpentium additione fit, eius naturam immaturare minime valentium, vel cum ea permisceri: Auri potabilis eius descriptio talis est.

SOLVTIO 25. PARACELSI.

RECipe Auri Foliati, pulverati, nec non in succum soluti vnciam vnam & aceti destillati quantum satis est, addito, simulque destillando toties à se mutuo separato, quoad saporis eius, quod adiunctum est, nihil prorsus maneat. Postmodum sume subsequentis Aquæ Vitæ vncias quinque, quas in Pellicanum affusas, vna simul per mensem digerendo, perfectum habes Aurum potabile cuius practicam ex libro nostro de quinta essentia discas oportet: Quæque licet multis coloribus non depingatur, vt moris est, par tamen hoc seculo medicina reperiri non potest. Eius aquæ vitæ talis est descriptio: Recipe vini ardentis lib. 10. Rosarum, Melissæ, Rosmarini, Anthos, Cheiri, Fol. vtriusque Hellebori, Maioranæ ana m.1. Cinnamomi, Macis Nucis Musch. Garyophill. Grano. Paradysi, Piperum omnium, Cubebarum ana vncias duas, succi chelidoniæ, Tapsi, melissæ ana lib. semis, Cinerum Fabarum vncias quinque, Mixta simul omnia per duodecim dies in pellicano digerantur, separa tamen & vtere sicuti dictum est.

MAGISTERIVM SEV SOLVTIO *Solis* 26.

RECipe circulatum optime nec non ad summam essentiam repurgatum, cui tenuissimas lacuinas metallinas impones aut limaturas Solis mundatissimas. Hæc duo simul pondere sufficienti congesta septimanis 4. circulentur, & per Temperatum hoc laminæ reducentur in oleum, & formam pinguedinis supernatantis iuxta conditionem metalli. Quam per Attractorium Argenteum separabis à circulato. Hoc ipsum est Aurum potabile. Hoc potabile dicitur, quia in potu assumi valet, & eodem modo dicitur magisterium. Lib. 6. Archidox.

Paracelsus.

CAPVT X.

De Oleo conficiendo ex Auro.

OLEVM SOLIS 1.

Recipe calcem Auri, (per Antimonium ſepties purificati perque ſulphur & Mercurium in ſubtiliſſimum Alkohol redacti) drachmas quatuor, contere quam tenuiſſime ſuper marmore aut lapide, inde in vitrum quod tibi videbitur ad id aptum & idoneum, affunde 12. ſemuncias olei Alchibit, pone in cineribus per quatuordecim dies leni calore, quibus præteritis in arena locetur, ignem ſenſim ſubijce vt paulatim incipiat tranſire, oleo tranſito, abſtrahe ab eo viciſſim ſpiritus, quotquot ab eo abſtrahi poſſunt: illud oleum viciſſim ſuper aurum funde, additis quatuor recentis olei de Alchibit ſemuncijs: Iterum vt ante quatuordecim dies in lenem calorem ponatur, quaterque repetatur, tum recenti abſtractione olei Alchibit vltima vice duę tantum recentis olei ſemunciæ addantur, tunc aurum ſoluetur in rubrum oleum: illud per octiduum diutiuſue cohobando abſtrahi oportet, idque ſumma intenſa cautione ignis, dum remaneat denſum oleum rubrum: illud viciſſim vt dictum eſt cohobari oportet: & hoc oleo ita præparato, ſpiritus fortiter abſtrahe, dum ſpirit⁹ vehementer incipiunt tranſire, tunc deſiſte vt frigefiant, frigefacto aptum ſpiritum vini philoſophicum ad id præparatum ſuperfunde illiusque 12. ſemuncias affunde, reconditum circula in pelicano vel vitro circulatorio per tres ſeptimanas in leni calore, poſtea in alio vitro deſtilla per octiduū, ſpiritum vini denique plane abſtrahe, vt ſpiritus vt ante incipiant tranſire, & ita debes continuare fortem abſtractionem, donec ſpiritus totales inde deſtillati ſint, omnes hos ſpiritus prolectos iterum affunde, addito ſpiritu vini recenti, vt ſemper 12. ſemunciæ maneant totæ, quod debet quater repeti, vt de oleo Alchibit dictum eſt. His ita peractis, vt ſpiritus vini totus ſit additus, & aurum exiſtat ſolutum, pone ſtatim in arenam, ſubijceq; primò ignem lenem dum incipiat tranſire, non autem oportet ad ſiccum abſtrahi, ſed ſemper in forma liquoris, relinqui. Deinde additus iterum abſtrahatur vſque ad oleitatem,

rurſus

rurſus demum ſuperfunde, dum aurum tranſierit, ſi tibi no ſuffecerit, adde recentem ſpiritum, quo ſpiritus legitima ſit ſufficientia, dum adſcendat Alembicum, caue autem ſumme ne nobiliores ſpiritus in deſtillatione euolando pereant & ſic omnis opera ſit fruſtranea. Quando aurum tranſijt per Alembicum, tunc per purum goſſypium ante in ſpiritu vini immerſum tranſcoli conueniet, ab hoc viciſſim in pelicano per quatuordecim dies leni calore circuletur interim de igne optime proſpiciendũ, ſiquidem in ignis plurimũ ſitum eſt regimine: iterum cohobando deſtilla per octiduum leni igne: poſtremo abſtrahe ſpiritum vini quam leniſſime vſque ad vigeſimum gradum, ad rubrum oleum pulcrum & perſpicax, donec etiam in vitro nihil amplius aſcendat, tunc habile idoneumque pro particulari Tinctura vſurpanda, & eſt nobilis medicina in omnibus morbis, ſi optas nobilius, inque gradu fixius, ſpiritum, vini ſæpius inde deſtillando reitera.

SEQVITVR CONIVNCTIO HVIVS OLEI CVM Mercurio Philoſophico.

REcipe huius aurei olei ſemunciam, vel quantum ex ſemuncia eſt præparatum, fuſo in vitrum ſingulare, adde Mercurij (è Calmed facti) ſemuncias octo, pone quatuordecim dies in lenem calorem, applica Alembicum, incipe deſtillare, & quicquid intra duas vel etiam tres ſeptimanas cupit tranſire, deſtillare permitte, interea coagulabitur Mercurius in lapidem, abſtractum oleum iterum affunde opus continua ter inde cohobando ac ſuperfundendo, ſi vltima vice tranſire nolit, nihil refert: tunc affunde quatuor recentis ſpiritus vini ſemuncias, quaterque fortiſſime inde per cohobia abſtrahe: denique frigefiat, vitrumque ſuperius Hermetice ſigilletur, imponatur ad ignis regimen, ſic euadet in lapidem perſpicuum, miræ Diaphaneitatis, inſtar ceræ fluxilem: appropriatur metallis & hominibus, eſtque tale opus, auro longe præſtantius & nobilius.

OLEVM:

OLEVM SOLIS 2.

Recipe Salis fusi, quantum vis, reconde in pyxidem Waldenburgicam, huic affunde acetum acuatum atque rectificatum, instar Aquæ fortis destillatum; illud acetum destillatum super dictum Salem fusum infundas, in tanta quantitate vt fermentare incipiat, bene tunc luta pyxidem, ne vapor, aut spiritus transeat, tunc tres dies & noctes repone in calidam hypocausti fornacem: Recipe illius Salis libram integram, & luti, quod excanduit figulini lib. duas, bene permisce affundendo, in magnam retortam, probe loricatam quæ ignem perferre valet, inde destilla (quidam etiam per Alembicum cogunt) primum leni calore per tres horas, post fortiori dum instar prunæ incandescat, in illo calore consistat per sex horas, hora postea septima subijce fortiorem ignem, vt fere incandescat, tunc exsublimatur albus & flauus Sal instar auri: tunc frigefiat, postea sumatur Alembicus & infundatur oleum confundaturque, & commiscebitur Sal sublimatus cum oleo cuius sufficientem, tibi præpares copiam. Recipe huius olei vncias quatuor, funde super recentis & bene tosti Salis libram vnam, cum duabus luti figulini libris commisti, destilla vt ante, & oleum fiet præstantius. Hoc toties repete, donec oleum secunda vice omne sit destillatum, & est idoneum debetque rectificari, vt sequitur.

Recipe oleum in vitrum, pone in Balneum Mariæ, destilla leni igne ad octo gradus phlegma & acetum, quando nihil phlegmatis aut aquæ amplius transit, proueniunt in Alembico venulæ, vt in destillatione spiritus vini, apparere solent. Quando verò fit, vt guttæ in lingua instar Aquæ forti incipiant ardescere refrigefac, destillaque in arena, igne forti, in magnum peculiare recipiens, sic habes iustum oleum Salis, quod omnia corpora in primam materiam resoluit. Non autem resoluit instar alius Aquæ fortis, verum corpus illud quod soluit non permanet corporale sed redditur spirituale, tali modo omnia corpora metallica, quæ in medicinam adhiberi possunt, in oleum reducuntur. Porro ad conficiendum oleum auri ita procede. Recipe huius olei Salis vncias tres semis, adde aurũ calcinatum, soluatur dies & noctes leni calore, ita euadet aurum in oleum flauum instar croci: putrefiat per aliquot dies, post exime & per destillationem in arena primum leni igne abstrahe phlegma, & remanebit in fundo oleum, si volueris

fac

ſac tranſeat deſtillando, ſin minus, nec plurimum refert, nam per Alembicum Aurum aſcendit, inſtar inſignis croci.

OLEVM SOLIS 3.

PRimum præpara oleum Salis ſequenti modo; Recipe optimum Salem Marinum, ſiue Salem Colonienſem: Hunc reconde in retortam ex terra Waldenburgica confectam, ſingulis tribus vncijs Salis affunde cantharum ſequentis aceti; lutatis pone in arenam, coagulentur ſua ſponte & Salem præparatum ſic tenes. Acetum ita deſtilla: Recipe duos acidi aceti vini cantharos, adde Salis communis manipulos duos, conſiſtant noctes & dies ad digerendum, tunc deſtilla per Alembicum, & quando phlegmata tranſeunt remoue recipientem, ne quid de nigro reſiduo deſtillationem comitetur, adde deſtillato viciſſim vt ante duos manipulos Salis, & repete vt ante deſtillationem omnem, idque etiam tertia vice, & præparaſti acetum. Recipe iam libras tres Salis bene toſti, & Salis prius coagulati vncias tres, commiſceantur ambo & recondantur vna in retortam bene lutatam, applicato recipiente, cui infuſa ſit cantharus aquæ deſtillatæ, & ignis detur abunde in duos dies & noctes, tertio vero die incipiat ardenter incandeſcere, nõ autem fluere, & videbuntur albi in recipiente aſcendere vapores: ille eſt efficaciſſ. & maximarum virtutum ſpiritus; Iam contineatur in æquabili calore, dum omnes vapores tranſierint, quod fit intra octo dies & noctes, tunc perſpicietur in ſuperiori vitri parte ſublimatus, naturæ volatilis, quo facto omne frigefiat; frigefactos, remoue recipientem, & bene abluendo interiori aqua, commiſce vt ſublimatus adhærens cum aqua optime permiſceatur. Poſtea recipe illam aquam cum ſublimato infunde cucurbitæ, & deſtilla per Alembicum leniſſime ad duodecim gradus; quando iam ita aquam per dimidium diem deſtillaſti, vt dulcedo in acredinem tranſmutari perſpiciatur, tum aſſume illam aquam deſtillatam, recondeque in patinam vitream, & pone in cellam, vt abeat in cryſtallos albos inſtar Aluminis plumoſi: illos exime, exicca & retine puros & pulchros. Reliquam aquam à cryſtallis deſtillatam & ſeparatam, vti ante abſtrahe, vt plures inde cryſtallos, excipias & quando deſinit cryſtalliſari, adde remanentem acedinem priori, per deſtillationem viciſſim de phlegmando ab aqua tolle, vt cryſtalliſetur veluti ante: His ita procede donec nihil

cryſtallorum reliquum: Aquam ſæpius guſta ſimul & acetum quod tranſit, & ſi linguæ mordaciter inhæret ac dentes inde ſtupeſcunt, deſine: ſic habes oleum Salis in fundo, quod rectifica ab omni phlegmate & eſt præparatum.

Recipe hoc oleum præparatum, & ſolue in illo ſemunciam Auri, vt ſolutio fiat flaua; adde poſtea Auro ſoluto tres cryſtallorum ſemuncias, pone in calorem lenem ad exſiccandum demum contere ſubtiliter, repone in Phiola in Balneum M. & euadet iterum in rubrum oleum, illud circula & rectifica cum Alkohole vini, & habebis nobilem medicinam, qua multa miracula efficere potes. De hac Medicina vide Ioſephum Quercetanum in tetr. grauiſſ. affect. capitis. c. 29. vbi ſic ait: At opus eſt vt Salium noſtrorum tractationem perſequamur, ac miros etiam Salis murini effectus expiſcemur, quo quotidie omnia cibariorum genera condiuntur, nec illo, ad vitam humanam tam neceſſario, quicquam, carere poteſt. Si à Salis marini dulcibus cryſtallis exordiamur, qui ex materia tam acri ac ſalſa extrahuntur, non dubium eſt, quin ignaris hominibus, rem iſtam ſupra hominis induſtriam eſſe arguentibus, riſum moueam⁹, quod quidem ſi ad amuſſim legum & normarum Philoſophiæ illorum rem iſtam reuocemus, vtique ridiculum plane futurum eſt: non autem ſi ad incudem veritatis, genuinis ac legitimis Philoſophis probe cognitam, & quibus Solis hæc ſcribimus, referamus. Viſum eſt autem hoc tam ſuſpiciendum arcanum in gratiam illorum enucleare, ea lege tamen, vt Solis artis filijs, terminorum eius peritis, ac veræ Philoſophiæ, fonte prolutis, non ignaris & ſtupidis hominibus, imò etiam maledictis ac conuitijs tantam artem proſcindentibus ac indigne lacerantibus, in cognitionem veniat. Æquum eſt enim, detrectatores eiusmodi in ſua inſcitia ac cæcitate permanere, ſuesque ac porcos ab vnionibus iſtis proculcandis arcere, ne dum admittere.

Soluatur igitur Sal marinus, filtretur, & coaguletur ex arte, cum proprio & naturali menſtruo, idque toties, dum ſummam purificationem ac claritatem acquirat.

Huius ſic emundati & clarificati Salis adijce diſſoluentis Vitriolati & melliflui ex vegetabili, & animali parati, quod ſufficit ad maiorem fermentationem ac corroborationem, vt facta digeſtione conueniente, quam præijſſe oportet, vſum vehiculi præbeat,

ad

ad commodius ſpiritus aqueos, ſulphureos ac Vitriolatos, dulces, acidosque, qui firmiſſime Sali illi reconditi inhærent, extrahendos.

Quod in pixide Wallemburgica, vel quauis alia, quæ ignem ſuſtineat, quales ſunt retortæ Bellouacenſes, ex quibus Lutetiæ aquæ fortes exprimuntur, præſtandum eſt.

In hoc verſatur rei cardo, vt gradatim ignis admoueatur: in quam rem ſedulo artifici & in huiusmodi opere exercicato incumbendum eſt. Nec non & fornax reuerberatoria Athanoris requiritur, in qua opus ex norma & menſura dirigatur.

Oportet enim vas incandeſcat purpureo, non claro colore, ne videlicet Sal fluat: cuius fluxus ſpiritus retineat, ne copioſius & opportune, vt decet, extillent.

In eo autem adæquato igne cornutam aut retortam immorari neceſſe eſt ad octo dies, quo tempore ſemper recipienti inuigilandum erit, quod vſque adeò, & ſpiſſum & capax firmiſſimoque luto obuolutum eſſe oportet, ne quid vſquam expiret: quod & turbidum & ſpiritibus vaporoſis ac albis oppletum animaduertetur, in quibus virtus & primum ens metallorum reſolutum eſt in aquam acidiſſimam.

Poſt ſpiritus exhauſtos, tandem ad collum & ſummitatem recipientis, ſub finem deſtillationis ſublimabitur, aut attolletur terra, quæ foliata dicitur, inſtar niuis albiſſima, quæ ei collo adhærebit, qui Mercurius aut Sulphur Philoſophorum nuncupatur, quam vtramque appellationem meritò & iure ſuo obtinet.

His itaque peractis & refrigeratis omnibus vaſculis, vt probe omnia conquieſcant, loricis ſuis vaſa erunt exuenda, coniunctaque per agitationem vtraque eſſentia Salina ac ſpiritualis ſeu liquida, in Alembicum effundentur vitreum, ex qua tria principia ſumme ſpiritualia, ſimpliciſſima ac efficaciſſima ſeu maxime penetrantia, quæ in ea continentur, ſeparanda erunt, vt ſeorſim ſingula ſeponantur, vt mox dicetur, quæque deinceps in vnum corpus vniantur, quod vere homogeneum eſt, ac nihil heterogenij retinens, ſimpliciſſimum ac penetrantiſſimum efficaciſſimumque futurum eſt.

Alembicus autem & recipiens firmiſſime loricata in Balneo vaporoſo collocentur, ſuo quodque loco ac lentiſſimo calore inſipidum phlegma, aquę tantum inutilis saporem referens, ſeparetur. Quo ſeparato ad iuſtam ſatis quantitatem, idq; lentiſſimo igne, vt dictum, Alembicus frigori exponatur, vbi pellucidiſſimi lapilli cryſtallini, guſtuique dulces formabuntur: quibus ſemotis ac ſeorſim ſepoſitis, redditoque denuò Balneo dulci Alembico, vt rurſum ad lentum calorem inſipidum phlegma ſeiungatur, ſi rurſum Alembicus frigori exponatur, concreſcent iterum glaciales globuli, ijdemq; perdulces. Quæ quidem operatio toties repetenda eſt, dum nulli amplius lapilli emergant, & quicquid reſidij extillabit, non amplius phlegma inſipidum, ſed aciditatis vitriolatæ, quæ mordicationem ſummam linguæ inferat, inſtar acerrimi ſpiritus Vitrioli, guſtum inducat. Tunc verò ab operatione deſiſtendum, & in fundo Alembici quærendum verum Salis oleum vitriolatum acidumque, à quo omne inſipidum phlegma & inutile extractum fuerit. Chryſtallini verò lapilli, & ſi ſapore dulces deprehendantur, admirandæ tamen ſunt virtutis, vt qui Soli ſeorſim vel cum oleo ſuo ad idoneam quantitatem permixti, ſint verum Solis terreſtris menſtruum ac diſſoluens, eius proprietates ac virtutes vitales vegetantesque locupletans ac exacuens, quemadmodum cœleſtis Sol in Arietis ſigno domicilium figens, vbi Marti ſedes gratiſſima eſt, exultat, & præpotentes vires in rerum mundanarum renaſcentia exerit, ſpiritus rerum in penetralibus terræ veluti ſopitos calore ſuo virtuteque excitans, vt ad ſuperficiem terræ attollantur, & indiuidua ſua, ſenſim radicibus corporeis, corticibus & caudicibus, illius viribus aſſumptis, virore, floribꝰ, verno tempore tandem ornata procreent. Quos quidem Solis cœleſtis effectus balſamicus terræ liquor, qualem ex Salibus erui diximus, quodammodo imitari poteſt. Siquidem nihil natura progenuit, quod idem ars imitatione non effingat, & quæ poteſt Sol cœleſtis naturali proprietate præſtare, eadem & Sol artificialis, chymica induſtria paratus, & ex rebus terrenis aſſumptus, exerere quodammodo valeat. Quod enim eſt inferius, idem eſt ac quod ſuperius. Liquor igitur iſte balſamicus, ex Sale eductus, hoc ipſum poteſt, ſi ad debitam quantitatem aquæ aut paſſiui liquoris, qui vbique copioſus occurrit, commiſceatur. Iſta enim ſic diluuntur ac contemperantur inter ſe idoneè mixta, vt hac mixtione, roſa, violæ, alijue flores, vel emarcidi ac ſicci, quique omni odore vitaliq; virtute,

vel

vel longo ante tempore exuti fuerint, perfusi ac imbuti, pristinum virorem & vitales alias dotes recipiant, ac in colorem genuinum ac magis etiam floridum, quo vel dissoluens ipsum etiam tingetur, redintegrentur, et nec Maius, ex naturali & verno Sole, tot tamq; elegantium florum sit feracior, quam hyems ex artificiali nostro Sole, ad radices herbarum effuso, fœcunda eniteat.

Hoc igitur modo, qui supra dictus est, si dulcedo illa crystallina Salis, cum oleo aut aciditate vitriolica propria, debita proportione cõiungatur, solq; in eo philosophice solutus, & in quintam ibi essentiam redactus, omni sanguine rubicundiorem (quem calorem ex coctione aut digestione proprioque calore sibi comparat) adijciatur, Hinc vniuersalis medicina nascetur admirandæ virtutis, quæ vel lepram ipsam tum vniuersalem, tum particularem totius corporis, epilepsias, & id genus indomitos affectus, vnius aut alterius tantum grani Dosi, expugnare valeat.

Accepimus à docto quodam Medico, Francisco Reutzio, Pomerano, elegantiarum istarum Chymicarum per quam studioso, arcanorumque naturæ indagatore solertissimo, dicente, quod Iohannes Montanus Strigius, antiquus & magni nominis Medicus, ac singularis raræq; in vtraq; medicina eruditionis (quem in magno pretio habebat, cuiusque in catalogo primorum Hermeticorum alibi meminimus) cum Salis dulcibus istis crystallis, statim vbi varijs solutionibus & coagulationibus concreuissent, oleum ex illis rubicundissimum resolueret, quod in proprio vase, Solem in liquorem reduceret, vnde præstantissima medicina oriretur, coctione omnium colorum discrimina experta; cuius ad granum vnum aut alterum pro Dosi admiranda auxilia aduersus superiores morbos præberentur.

Multi vulgares Medici, qui externam tantum rerum anatomiam rimantur, nec interiora illorum viscera penitius introspiciunt, quique bona ex parte, de rebus ex linguæ & palati gustu iudicant, atque ex eo qualitates suas deriuant, sibi nequaquam persuadeant in Sale vsque adeò sapore acri & salso, hinc quidem tantam inesse dulcedinem, totque & tam suspiciendis effectis præditam: illinc verò liquorem educi vitriolicum, eumque acerrimum, qui tam varijs etiam, & potentibus effectis, rerum videlicet omnium solutionibus & coagulationibus elaborandis congruat, prout abunde in tractatulo nostro de

signaturis rerum internis docuimus: quod hic repetere superuacaneum est, nisi vt serio mentibus nostris inculcetur, in hoc vitali principio rerum, quarum mare locuples ac fœcunda est minera, immensum arcanorum & mirabilium virtutum pelagus delitescere: Hactenus Querceranus sequuantur aliæ præparationes.

OLEVM SOLIS 4.

PRimum præparatur eximium oleum Salis secundum artem postea essentia Mercurij sequenti modo extrahitur, nempe: Recipe Sal armoniacum, & calcem viuam, tenuiter terendo misceantur, inque olla calidæ aquæ plena vitroue soluantur, vt bis vel ter ebullire incipiant, postea filtra per pileum & papyrum: quando bene filtratum & clarum constat, coagula in vitro in calcem, qui in crucibulo per quadrantem horæ fluet; effunde in calidum mortarium, contunde tenuiter dum calet, pone in tabulam vitream, aut reconde in marsupium ad soluendum in cella & euadit in nobile oleum. Recipe huius insignis olei Salis armoniaci partem vnam, Mercurij à sua minera sexies sublimati partes duas, tere Mercurium tenuissime, & funde in oleum Salis armoniaci, impone vitro in calidam arenam aut cineres; & oleum Salis armoniaci omnem Mercurium soluet, & in purum clarumque oleum euadet. Recipe hoc oleum ita calidum, & adde tenuiter dissectas papyri partes vel scrupulos, tantum, vt oleum omne absorbeatur, & massa quædam fiat, quæ compacta existat. Recipe hanc massam, reconde in cucurbitam amplam lutatam, appone Alembicum, destilla in cineribus aut arena, primum lenissime; & transibit dulcis aqua; hæc quando transijt & guttæ incipiunt acidæ destillari repone alium recipientem, & destilla fortiter, vt omnino destillet, sic habebis valde acutam & subtilem essentiam Mercurialem, quam in Balneo Mariæ aliquoties rectificabis, quo à fecibus & papyro purgetur: Illam essentiam reserua in vitro bene obturato ac munito. Nota, tantisper destillationem continuabis donec Mercurius à capite mortuo ad altitudinem digiti albus sublimetur, nec vlla amplius gutta transeat.

Tertiò ad auri reuerberationem ita præparatur menstruum: Recipe Therebintinæ Venetæ vnam partem, aceti destillati etiam partem,

partem vnam, reconde vna in cucurbitam, destilla in Balneo: & primum transibit cum aceto spiritus Therebintinæ candidissimus, postea destilla in cinere, transitque oleum Therebintinæ flauissimum, denique destilla fortiter, transitque aqua pura flaua & rubra, ab illa separa oleum per tritorium, destilla & rectifica adhuc semel in Balneo aut cinere, & menstruum etiam est præparatum.

Porro sequitur reliquum præparationis opus: Recipe tres pluresue puri rubri auri lotones, hos solue in oleo Salis, aut aqua regis, soluto præcipita aqua Vitrioli, aut tolle menstruum per fortem destillationem; calcem dulcem & puram, edulcorando optime laua & sæpius extingue candefactam in ante descripta aqua aut præparato menstruo Therebintinato; quo sæpius hoc melius. Postea adde huic solari calci, duas partes florum sulphuris per se sublimati, contere tenuiter, & reuerbera secundum artem per decem vel duodecim horas, etiam diutius leni flamma, postea exime, & extingue vicissim aliquoties pristino menstruo, vicissim reuerbera additis floribus sulphuris vt ante, repete tantisper dum aurum subtilissimum, spongiosum & rubrum factum constet. Recipe huius præparati auri partem vnam, essentiæ Mercurialis præparatæ partes sex, pone in fimum equinum vel Balneum roris sex vel octo hebdomadas ad soluendum; & soluetur in colorem sanguineum remanentque flores albi: Recipe iam aurum, abstrahe in Balneo Mariæ menstruum, donec remaneat liquor nigro rubicundus, qui statim in aëre coagulatur, & in calore aut ad candelam soluitur. Huic affunde iam spiritum Therebintinæ, extrahe in Balneo, affunde alium, vt auferat secum omnes corrosiones, & remanebat oleum in fundo nigro rubrum, cui affunde spiritum vini, digere & iterum extrahe, quo spiritus Therebintinæ omnis euanescat: tunc coagulatur in aëre, instar seui; Quando ab eo omnis spiritus vini separatus est tum bene obserua, sin verò, cupis soluere, spiritu vini, aqua cinnamomi aut alio vino vel liquore idipsum semper efficere potes.

OLEVM SOLIS 5.

RЕcipe Salis communis quantum vis, vel Salis gemmæ fac pure super ignem fluat, postea soluatur, filtretur, coaguletur, iterum fluat, & hoc repete septies, octies vel nouies, quoties placet, tandem Sal aliquantum dulcescit: huius recipe octo lotones, spiritus vini viginti quatuor, commisce, in vase obtura, destilla instar Aquæ fortis, & transibit spiritus per destillationem, qui plane non est corrosiuus; cui adde Aurum antea per Antimonium purgatum & calcinatum, aut illius loco pura auri folia, & plane dissoluit aurum intra viginti quatuor horas, attamen simul in lenem calorem ponantur, vt solutio eò fiat celerior, de hoc oleo aureo paulatim menstruum vicissim abstrahere potes, quando placuerit, & aureum oleum solum reseruare, siquidem amplius coagulare sese nequit. Alius calcinat, soluit, filtrat & coagulat Salem quindecies, postea extrahit cum spiritu vini, & abstrahit vicissim quartam spiritus partem, reponit ad crystallinilandum in cellam, postea destillat hos crystallos in oleum, plane dulcissimum quod aurum ita soluere ait ac si nullis modis ab inde vicissim possit separari, In hoc auro potabili, tanta vis & energeia extat vt nullum aliud Aurum solutum in suffocatione catharrorum phthisi & putrefactionibus omnibus, attameu suis vehiculis & appropriatis, plus valeat quam hoc. Alius philosophus inquit, hunc processum cum Sale gemmæ perfectiorem constare, sed in qualibet calcinatione debere illud spiritu vini vel aceti paulum humectari, sic reddatur eò dulcius & pulcrius.

OLEVM SOLIS 6.

RЕcipe Aurum tenuiter laminatum, vel illius loco lamellas auri, quot cupis, his adde Cinnabaris triplam quantitatem effice cum illo stratum super stratum, pone sub tegula in loco fusorio & abit cinnabaris ab auro per fumum, euaditque aurum in puluerem flauum: tunc resume recentem cinnabarim in tantum quantum vis, commisce cum auro, fac vt ante stratum super stratum, vt abeat sub tegula in fumum; ista commistio cum recenti cinnabari & auro, sicut & euaporatio decies vel duodecies fiat: tunc aurum flauum colorem in rubicundum

cundum transmutabit redderurque subtile instar spongiæ & habile est atque sublimationem præparatum, vt sequitur. Recipe quatuor calcinati auri semuncias, olei Salis dimidiam libram, Sal armoniaci semuncias octo, in hoc oleo Salis solue tuum Aurum in cineribus, & destilla terna vice super Alembicum, & est oleum Salis præparatum, hoc putrefac per quatuor hebdomadas, postea rursus destilla super Alembicum, & dissoluitur aurum (in decima vel duodecima sublimatione) tunc affunde aquam iterum in remanens corpus & sublima vt ante. Sin autem omne sublimari notit, permisce inuicem, pone in Balneum Mariæ, destilla inde phlegma, & commisce phlegma cum octo olei Tartari semuncijs in cella dissoluti, funde paulatim super aurum, deinde destilla forti igne super Alembicum, cadetque aurum in aqua rubicunde ad fundum, transibitque omne per destillationis reiterationem: tunc effunde aquam ab auro, & assume vinum adustum forte, destilla per cucurbitam angusti superius foraminis vt tantum digitus possit immitti: hunc spiritum vini recipe, infunde super aurum in vitream concham fortem, vt humectetur & parum emineat, tunc accende papyro aut ligno, & comburetur spiritus vini: plus affunde, iterumque accende, vt comburatur, illud octies vel nouies repete, recentem semper affundendo spiritum vini, tunc deponit aurum omnẽ acerbitatem ab oleo Salis vel Tartari captum, habesque ita maxime egregiam medicinam quæ pro magno thesauro potest haberi, cui philosophus inquirendo incumbat, & perscrutando inuestiget: Hoc facile in Vitriolum reducitur aliaque similia arcana, de quibus intellige vti sequitur: Recipe huius sublimati auri, aut Vitrioli ex hoc sublimato facili labore præparati, quatuor semuncias in phiola angusti colli, superfunde duodecim vel sedecim semuncias spiritus vini, proprio Sale circulati & acuati, putrefac inuicem tres aut quatuor septimanas, tunc destilla per ignem apertum, & inuastabit aurum potabile menstruo, vti oleum supra aquam; illud separa per tritorium; Separato hoc aurum potabile recipe in cucurbitulam, destilla donec nullæ amplius nigræ remaneant feces in fundo residere solitæ, auri enim sunt sordes, tunc Aurum potabile est præparatum.

Vsus & Dosis huius auri potabilis est, veluti etiam Balsamo facile potest comparari, quandoquidem prodest omnibus membris principalioribus in corpore humano externe & interne, imprimis cordi, purgat sanguinem, & sanat omnes morbos; Illius Dosis sunt tres

vſque ad quatuor, guttæ, ſuperat etiam omnia alia arcana ſiue ſint vegetabilia, ſiue animalia, eſt calidum & ſiccum, roborat naturam ſanat lepram, pellit omnem putridam materiam & phlegmata, abigit melancholiam & phantaſiam, renouat halitum, prodeſt contra phthiſin & hydropiſin, contracturas, paralyſes, morbum regium, apoplexiam & epilepſiam, ſanat vlcera lienis, interna & externa etiam corporis vulnera, aduerſus palpidationem cordis, eſt magnus theſaurus, tollitque in momento, curat cancrum, lupum, fiſtulam intra quatuordecim dies: Succurrit etiam omnibus morbis calidis, præcipue ſi cum oleo Sulphuris aut Vitrioli miſcetur, ſin verò nullus adeſt calor, poteſt adhiberi cum ſpiritu vini. In aliquibus morbis poteſt vſurpari cum eſſentia Antimonij. In morbo gallico poteſt miſceri cum oleo Mercurij illiusue Tinctura. In aliquibus morbis prodeſt cum Balſamo ſulphuris. In peſte, dabitur cum aqua Theriacali, vel Camphorata: In multis alijs deploratis & deſperatis morbis, cum Eſſentia Chelidoniæ vel Meliſſæ appropriabitur &c. Ex hoc Auro Calcinato vt ſupra oſtenſum, talis eſſentia etiam præparari poteſt, huncque in modum.

Recipe Auri Calcinati quantum vis inde phiolæ, ſuperfundendo ſpiritum vini acuatum ſeu Alkoliſatum, & menſtruum illud Tincturam inde eliciet, hanc extractionem reiterabis toties, donec omnẽ inde à corpore ſenſeris eſſe liberatam eſſentiam, pulueremque videris reſtare cineritij coloris, quem more legitimo ac ſpagyrico Calcinationi trades, donec alium induat colorem, ſuper quo poſtea acetũ radicatum infundes, ad extrahendũ inde Salem, quod ſeſe in acetum reſoluendo inſinuet, hoc peracto menſtruum à Sale ad medietatem in Balneo Maris rurſus liberabis, donec in ſuperficie humori innatantem videris cuticulam, exime iam & colloca ad criſtalliſandum in cella frigidiſſima, & accipies tuum Sal Auri: hunc ſi placet edulcorabis, & pro lubitu adhibebis vel in morbis, aut alijs inde conficiendis Medicinis: Extractiones verò per S. vini putrefaciendo prius per menſem dimidium, ad eſſentiam deſtillabis, nimioque ſuo menſtruo ſeparato, habebis genuine præparatam medicinam cum qua etiam ſicuti placet fiet operatio.

OLEVM

OLEVM SOLIS 7.

REcipe Auri optimi Vngarici per Antimonium præparati drachmas duas laminetur ſubtiliter,& cum drachmis decem Mercurij ab omni nigredine cum Sale & aceto loti ſecundum artem Aurifabrorum fac amalgama, quod in aquam frigidam effuſum & optime lotum ad ignem pone ſuper teſtam, vt Mercurius lento igne totus exhalet. Solem ſic calcinatum aqua calida ſalſa bene ab omni nigredine lauato: Huic calcinato Soli adde tantundem præcipitati cum aqua albuminum ouorum repercuſſi & ab omnibus fecibus depurati, omnique corroſiuo liberati, adde his vini ſublimati & ſpiritualis vncias octo, terantur ſimul in porphyride cum modico vini frequenter affundendo de ſpiritu vini, donec impalpabiliter puluerisentur & in Alkohol redigantur. Materia iſta adhuc humens ponatur in cucurbitam vitream abſque Alembico, & in arena igne trium horarum lento teneatur, donec nulla aſcendat humiditas. Addito Alembico & perlutato ignis augeatur per horas quinque vel ſex per gradus, Mercurius cum Sole ſublimabitur vnitus in corpus idem, vbi ſublimatus refrixerit, ex vitro cum penna detrahe, & dicto ſpiritu vini, vt ſupra tere ac rurſus ſublima, operatio hęc fiat ſeptem vicib⁹, vltimo quod reliquum eſt, vini ſublimati affunde, & poſtquam ſic ſteterint horis viginti quatuor in Balneo lente ſpiritum vini inde deſtilla: Septima omnium deſtillatione Mercurius Solis in lacteum tranſibit oleum, quod in ampullam Venetam diligenter colligito, quod pro ratione morbi & corporis & patientis virium datur pondere granorum trium vſque ad quinque cum cochleari aquæ Theriacalis: detur à balneo vt ſudet, quamdiu poterit perferre, idque diebus quinque vel ſex expurgat ſanguinem, mirifice lue venerea infectum totius corporis, præcipue verò omnem immundiciem, ex qua vlcera illa putrida repullulant, vt ſunt ſyrenes, fiſtulæ, cancer, hœmorrhoides &c.

OLEVM SOLIS 8.

Recipe oleum Vitrioli per Alembicum destillatum, & oleum Solis, in quo solutum sit Aurum, confunde hæc duo, & destilla duodecies super Alembicum, ita tamen vt singulis vicibus in fundo maneat humiditas: Postea infunde spiritum vini, pone in cellam, sicque consistant, vt fluant inde crystalli flaui, quos recipies, & aquam inde vsque ad medietatem abstrahe: rursusque crystallisationi committe, vsque ad sufficientiam. Hos crystallos exsicca in leni calore, tere & coque in calida aqua, iterum coagula, ac postmodum solue in spiritu vini, digere & destilla per Alembicum in Balneo M. & habebis oleum, ad tingenda metalla ac homines. Vide de hoc quartam partem promptuarij Andreæ Langneri.

OLEVM SOLIS 9. SECVNDVM PARACELSVM. *tract. 2. de contract.*

Postquam succus ab Auro per acetum, vti fuerit separatus, bulliat quindecim diebus in digestione, quæ sequitur, deinceps Balneo separetur, & in fundo manebit oleum spissum, quod Aurum est permixtionis expers. Hoc vtere sicut supra. Corpus digestionis eius fit hoc modo: Recipe succi chelidoniæ aquæ vitæ ana lib. 1. Resoluti Solis vt supra vncias tres, misce simul & operare sicut audiuisti.

AVRI OLEVM 10. CVM TVRPETHO.

Recipe fol. Auri, quantum voles, hæc in lapide marmorio fac terantur, vt in pultem & puluerem cum aqua Salis abeant, inuicem sic per mensem in digestione locato, postea aquam pluuialem destillatam, desuper funde, edulcora vsque omnis Salis acredo inde ablata gustu depræhendatur, superfunde spiritum vini, ac rursus per 4. hebdomadas manda digestioni interim Aurum abibit in liquorem, Recipe iam in æquali pondere Turbith nostri Solaris iustissime præparati. Huic etiam superfunde spiritus vini, inque digestionem ad primum gradum ignis ad soluendum ponere finito, postmodum duas has solutiones coniunge, adapta retortæ lutatæ, destilla ex igne sabuli, toties reaffun-

reaffundendo ac cohobando, vſque dum omnis Auri ſubſtantia cum turpeto in oleum ſit conuerſa, & Aurum Diaphoreticum oleaginoſum præparatum exiſtit. Vſus ac Doſis eſt. 3. vſque ad 4. guttas in cochleari aquæ Theriacalis, pro peſte, podagra, Hydrope, multis morbis.

OLEVM AVRI 11.

RECIPE Mercurij ſublimati Hiſpanici ſubtiliſſime triti lib.1. Croci Solaris cum Cinnabaris præparati vncias duas, Aquæ regis vncias 13. ponantur ſimul in B.M. ad 14. dies ac noctes in putrefactione, poſtea aquam ad medietatem leniter abſtrahito, rurſus verò ſuperfundito, vt omnis aqua maneat cum Sole per ſex dies, poſtea recentem aquam addito, & cohobando deſtilla per Alembicum, quicquid vult, tertio rurſus coniunge & recenti aqua regis violento igne deſtilla, & remanebit puluis inutilis, hoc oleum quod iam habes ad fixandum per aliquot dies, cum ſpiritu vini, vt puri ab impuro fiat ſeparatio, poſtmodum phlegma ac ſpiritum rurſus inde trahito, & habebis oleum Solis fixum, quod fermentum poterit cum vera eſſentia ſulphuris Antimonij ſi placet, & fiet maxima panacæa.

OLEVM AVRI 12.

RECIPE Mercurij ſublmati lib.2. Hunc ſubtiliſſime tere, & in cucurbita probe loricata ſuperfunde ſpiritus vini Alkoliſati ad eminentiam, ſtent paucis in Balneo M. digerenda, poſtmodum leniſſime ad oleitatem ſiue meditatem abſtrahenda taliter abſtractis recentem ſpiritum vini ſuperaffunde, atque iterum ad medium deſtilla, hanc operationem quater ſi repetieris, tandem ſpiritus vini & ſublimatus abibunt per Alembicum, ſin minus iterum addendus recens S. V. ſuntque viciſſim digerenda vt prius, & tandem per Alembicum abibunt non etiam abſtinendum ſed tandiu continuandum eſt vſq; dum nihil amplius de fecibus relinquerit, pro ſumma verò purificatione bis aut ter rectificabis, ſic habebis aquam ſoluentē præſtantiſſimam, aurum ſpirituale reddens. Accipe Solis itaque vel præparati (Hic tamen autor noſter vult vt deſumatur talis, quem riuuli protrudunt,) vncias tres, putrefiant per 15. dies in B. M. & habebis ſuccum

Leonis ſanguineum, quem artificio ſummo à menſtruo ſeparabis, & edulcabis.

OLEVM AVRI 13. PARACELSI.

Accipe Sal nitrum, Vitriolum & Alumen æqualibus partibus, quę deſtillabis in aquam fortem. Hanc rurſus ad ſuas feces affundes, iteratoque in vitro deſtillabis. In hac aqua forti clarifica argentum, & poſtea in ipſa Sal Ammoniacum ſolue. His peractis accipe metallum in laminas redactum & in aquam reſoluas ibidem, id eſt in eadem aqua: tandem ſepara per Balneum Mariæ: rurſum affunde, hoc itera toties, donec in fundo repertum ſit oleum ſpadiceum.

OLEVM SOLIS 14.

Recipe auri 2. 3. vel quatuor lotones, quantum placet, illos primum ter per Antimonium fundere oportet, ſemper inde Antimonium rurſus difflando in crucibulo fuſorio, vt conſtat aurifabris & fuſoribus. In hanc rem Baſilius ordinis Benedicti ita inquit: Canus Lupus deuorabit Leonem, ſimulac ter ab eo degluuietur; Hoc facto inconſequenter rurſum lupus à Leone deuorabitur, ſi quando prius per ſanguinem lupi purgatus, inde eius oculi illuminantur, vt clarum de ſeſe ſpargant ſplendorem. Lupus eſt Antimonium, Leo autem purum Aurum: aurum tali modo purgatum, laminetur inſtar papyri, ac forcipe conciſſo, adaptatæ include cucurbitæ, affunde aquam Regis, ante cum ſublimato Sale armoniaco per deſtillationem & rectificationem bene vnitam, hæc ſolutio tranſeat ad altitudinem duorum digitorum, ſuper aurum, tunc obtura orificium cucurbitæ, ne ſpiritus diuaporent, pone vitrum in calidos cineres, ſolue in leni calore, donec aurum euaſerit in oleum aureum, hoc oleum pone in Balneum, deſtilla inde leniter phlegmata, poſtea in arena fortiter vrge, vſque dum corroſio vel acredo plane ſuper Alembicum adſcenderit, tunc reſidet aurum in fundo vitri, inſtar fuſci pulueris: hic puluis poſtea per 13. ſeptimanas recluſo in continuo igne dies & noctes reuerberetur, tali calore, ne aurum fluat. In hoc calore redditur aurum in ſuo proprio ſucco ita ſubtile, vt poſtea in altera ſolutione terram vel metallicum humorem deponat. Recipe poſtea huius ſubtilis auri tertiam partem,

ſuperfunde propriæ ſuæ aquæ, (quæ eſt cryſtallina, perſpicax, mineralis, pura & tenera, quam Paracelſus viridem Leonem, & Baſilius aquam ſoluentem nominat) nouem partes, omneque in phiola recluſum, per tres hebdomadas in igne vaporis circuletur, & euadit aurum in oleum, relinquens feces & terram inſtar limoſæ terræ vel luti. Huius olei virtus & efficacia alibi reperietur. Quod attinet terram hanc metallicam, operatur illa in Chirurgia ſiccando & ſanando, inprimis inueterata humida vitia. Hæc præparatio procedit Chymico & non communi modo.

OLEVM SOLIS 15.

RECipe Auri per Antimonium purgati lotonem vnum, ſolue in circulato oleo Salis in oleum aureum, auro plane ſoluto affunde oleum vini non commune ex Tartaro vini, ſed ex optimo vino, præſertim illo qui matricem ſuam ſeu feces adhuc ſecum continet deſtillatum; hoc facto, auri oleum mutatur in momento in oleum ſanguineum, inſtar pyropi perſpicaciſſ. tunc affunde ſex partes boni ſpiritus vini ad partem huius olei, pone illud in lenes cineres, appone Alembicum bene lutatum, & incipe primum leniter deſtillare, deniq; fortius & aſcendet aurum ſanguineum ſuper Alembicum, ſpargitque iucundum de ſe ſplendorem: De quo quinque vel ſex guttæ in vino ſumptæ pellunt lepram, morbum Gallicum aliosque venenatos morbos & contagioſos.

OLEVM SOLIS 16.

RECipe duos auri purgati lotones, Mercurij viui octo, ex iſtis conſice Amalgama, vti aurifabri ſolent perficere ſi volunt inaurare: illud Amalgamatum aurum reconde in corium, exprime inde ſuperfluum Mercurij viui, & remanet aurum in corio inſtar albæ maſſæ, illud reijce in crucibulum, immiſcendo ſulphur ſublimatum in tripla quantitate, poſtea pone cum crucibulo in reuerberatorium, tantiſper donec ſulphur cum Mercurio plane per auras abierint, & aurum inſtar fuſci pulueris in crucibulo remaneat: Recipe iam hoc aurum, ſubtile inſtar ſpongiæ, reconde in vitrum, ſuperfunde oleum Victrioli, cum Cygno albo vniti, poſtea deſtilla ſuper Alembicum in oleum, hoc oleum poſtea cum ſpiritu vini, (oleo ſuo fortificati) rectificetur, & accipies quoque pulcrum rubeum oleum.

OLEVM

OLEVM SOLIS 17.

Recipe fusci auri calcis, cum sulphure reuerberatæ, reconde illã in phiola fundi plani, pone in calidam arenam per octodecim septimanas dies & noctes, subijce continuum ignem, ita tamen, ne calx fundatur, & reddetur tandem aurum valde subtile instar spongiæ, recIude vitrum & superfunde sequentem igneum spiritum Arcan. Tartarisati, qui aurum ita disponit & rubram ipsius tincturam extrahit, vt mirandum sit. Hoc postea super Alembicum distilletur, & ascendet aureum oleum perspicax & iucundum. Sequitur quomodo Arcanum Tarta: præparetur.

Recipe Magisterium Victrioli, clarissimum, diaphanum & crystallinum, in illo solue vegetabilem Salem, tunc destilla inde leniter phlegmata, solue postea in destillata aqua pluuiali, vt amittat omnes feces & impuritates, postea coagula ad siccitatem, affundendo vegetabilem sanguinem vel ignem, destilla postea super Alembicum, & prouenit primum spiritus, postea ignea anima, & tale est illud Arcanum ad hoc opus.

OLEVM SOLIS 18.

Recipe fusce aureæ calcis, cum sulphure reuerberatę, tres vel quatuor semuncias, immisce illis sex semuncias crystallinæ coagulatę siccæ aquæ. Nam hæc aqua non soluit aurum communi more, sed aqua separat purum ab impuro, impurum interimit, redigitque in terram, puluerem & limum, purum autem auget in sua natura. Coniunctione hac confecta, reclude vitrum luto diligenter, pone postea illud in ignem gradationis, in calida arena per 8. septimanas dies & noctes continuo calore, sed ita ne calx fundatur sed incandescat vt vix possit agnosci, in tali continuo calore resoluet fixa crystallina aqua totale aurum redigetque in Alkohol præstantiss. subijce postea fortem per tres septimanas ignem, tunc exime, vitrum aperi & funde desuper hanc calcem naturæ acetum (philosophi ignem naturæ dicunt) & acetum extemplo Alkohol hoc reuificabit, animam extrahet, terram & feces præcipitabit & in fundo relinquet: purum per papyrum filtretur, phlegmata in Balneo leniter inde destillando, & remanet essentia

Auri

Auri in fundo vitri, & sic potest tractari argentum & reliqua metalla, hoc modo possunt metalla plane dissolui & secundum artem resolui inq; suam crystallinã & essentialem formam redigi. Qui vlterius naturam sequi cupit, ille potest huic essentiæ auri addere essentiam Antimonij, quæ dulcissima perhibetur & perspicax, iucundi odoris, boni saporis & efficaciæ. Illa essentia Antimonij statim tingetur, Tincturam auri ad se recipiendo, illud reclude postea vitro, pone in calidos cineres, & euadit in rubrum diaphanum vitrum vel salem, constantem & fixum in igne, possetque illud Arcanum auri dici plane diaphoreticum. Illius operatio & virtus efficacissima est in leprosis, & hominibus infectis morbo gallico, &c. *Panacæa Solis.*

OLEVM SOLIS 19.

SI loco essentiæ Antimonij essentia Victrioli essentiæ Auri addatur, vnaque per mensem circulentur, tunc superfundatur essentia vini Tartarisati, circulentur per octiduum, reddenturque coloris sanguinei, quem tunc destilla super Alembicum, & habebis verum Aurum potabile. Illius Dosis est, sex guttæ in vino vel alio liquore appropriato.

NB. Essentia Victrioli non est comune oleum Victrioli, sed Tinctura Victrioli est dulce & odoriferum oleum plane diaphanum, acidum oleum Victrioli longe aliam diuersam habet virtutem, illud statim hanc essentiam Auri coagularet, Aurumque inde Diaphoreticum conficeret, ideoque quisque caueat, ne falsum pro vero sumat, nam philosophi intricatis vtuntur terminis, præsertim solutiones concernentibus, hunc dicunt ignem naturæ vel simplicem, illum mineralem vel metallicum, istum vegetabilem, & talia nomina sunt quam plurima, quæ breuitatis ergo recenseri nequeunt. Quod attinet hos duos processus, iam dictos, de Auro potabili, non sunt illi directi ad communem morem, sed procedunt ex vero naturæ fundamento ad multifarios humani corporis morbos, cuius vis & virtus apparet supernaturalis, propter velocem operationem.

OLEVM SOLIS 20.

Recipe tres Auri per Antimonium purgati semuncias, has solue in oleo Salis cum Mercurio ex vrina commisto, iste Mercurius est acutus igneus spiritus, qui destillatur ex vrina; Auro bene soluto, in oleum aureum, affunde oleum vini & rubescet instar sanguinis, huius sanguinis parti vni, adde decem boni spiritus vini partes, postea destilla super Alembicum, pulcerrime & iucunde instar pyropi, & accipitur Aurum potabile, quod interne & externe in corpore exhiberi potest.

OLEVM SOLIS 21.

Recipe lotonem vnum auri, Mercurij viui quatuor, confice inde Amalgama more aurifabrorum, hoc Amalgama reclude postea in vitrum sine d. per 32. dies in leni calore, tanquam igne vaporario, postea per triduum in calido cinere, in hoc tempore corpus Auri cum Mercurio viuo plane vnitum constabit, tunc superfunde, oleũ Victrioli, vt materiam supereminceat ad altitudinem digiti, pone vitrum in calidam arenam, neq; dum phlegma diuaporet, sine sic stent in isto calore, donec euadat rubeus præcipitatus, huius præcipitati duo vel tria grana semunciæ, Theriacæ immista & sumpta, est insignis purgatio in cura morbi gallici, commiscentur etiam tria huius puluerís grana in vino cum citri succo commista, contra pestem & alios contagiosos morbos tutissimum medicamen: puluis hic cum succo cydoniorum commistus prodest ex ventris proflauio laborantibus vel dysenteria, nam pellit eam ex intestinis nec illo lædantur, hic præcipitatus potest tuto in febribus adhiberi, hydropisi, epilepsia & Aploplexia, sed præparetur cum iudicio, à Chymicofebrium experientissimo. Hunc puluerem taliter vt in 19. dictum redige in oleum.

OLEVM SOLIS 22.

Recipe fuscam auream calcẽ, subtilissime calcinatã, instar spongiæ vel lance, vt illius plurima facta est mentio, per 13. vel 18. septimanas in continuo igne calcinetur, postea recondatur in phiolam & sæpius oleo Mercuriali affundatur & humectetur, si habes duas aureæ calcis semuncias, tunc affunde vna vice vnciam olei Mercurialis, permisce probe, reclusum vitrum pone triduũ in calida arena, & quando calx iterum fixa & sicca est, reclude vitrum & adde denuò duas olei Mercurialis vncias, & recludatur vitrum vicissim, ponaturq; in arenã per sex dies, vsq; dum denuò fixa & sicca reddatur, hoc ter repetatur,

donec

donec quatuor lotones olei Mercurialis immerſi ſint in calcem auri, quando tertiò eſt fixum, ſubijciatur poſtremo fortis ignis, vt euadat conſtans rubeus puluis. Hoc labore abſoluto, accipitur verum Aurum Diaphoreticum. illius Doſis ſunt octo vſq; ad decem grana ſumenda, in vino, vel coctis aquis & ſuccis, pro ratione morbi: Hic puluis purgat ſanguinem, pellit omnes ſordes è corpore, videlicet ſcabiem, tubera, lepram & ſimiles, minuit venenum & expellit illud per poros, exiccat humores corporis, nec tolerat hydropiſin inualeſcere: Hunc puluerem Diaphoreticum per ignem naturæ homogeneum philoſophicum redige in oleum.

OLEVM SOLIS 23.

REcipeRecipe ſex lotones puri Auri per Antimonium purgati, redige in tenues laminas, quas artificioſiſſimo con[illegible]es Mercurio, qui dicitur philoſophis aqua regis, applica [illegible], & incipient laminę crocum & colorem de ſe re[illegible] purum vitrū: opus reitera aureas laminas denuò, conſperg[illegible], donec viciſſim Vitriolum vel color appareat, hoc cont[illegible]per donec aurum omninò euaſerit in colorē. Hoc vitriolū a[illegible]ur floribꝰ Martis, confunde & ſuperfunde aquā regis, quando ſa[illegible], tunc purga aqua naturæ, & deſtilla inde phlegmata, vſq; ad dim[illegible] vel plus, fac ſtare in frigido loco, & ebullit inſigne inde Victriolum inſtar ſaccari in vitro, & illud eſt Victricſum ex Auro: Quod in oleum redibit cum ſupradicto menſtruo.

OLEVM SOLIS 24.

ALij recipiunt laminas aureas, rediguntque ad tenuitatem, imponunt Alembicum ſupra cucurbitam, quo, ſpiritibꝰ è cucurbita in Alembicum aſcendentibus ab artificioſa aqua regis, iſti ignei ſpiritus Aurū permeent, & ita ſubtilē Crocū extrahant, qui adhæreſcet laminis, inſtar inſignis croci, illud remouent ſuperfundētes aquā Paradyſi, ſinunt extrahi per octiduū, illud eſt philoſophicū acetum, tunc effundunt illud, & filtrant per chartam bibulam, poſtea coagulant in Salem vel Victriolum. Sciatur autē, aurū nō de ſeſe reddere Vitriolū, niſi priꝰ ipſius corpꝰ plane ſecundū artē ſit depoſitū & quaſi diſſectum, tunc libenter remittit aurū ſuum Victriolū ſeu Salē (vide præcedens cap. 8.) qui ſecunda eſt materia, ex quo Victriolo poſtea facile oleū ſeu elixiriū (ad corpora humana ab omnibus morbis liberandum & tingendum) confici poteſt cum aqua ſupra dicta Paradyſi philoſophica.

CAPUT II.

De Panacæis seu Magisterijs compositis.

PANACÆA SOLARIS SEU MAGISTERIUM RESTAUrans & renouans corpus humanum: Iosephi Quercetani.

HÆc consistit in duobus capitibus veri Auri potabilis, & veri sulphuris Vitrioli: Prima operatio erit de Vitriolo.

Ad conficiendum Sulphur Vitrioli, necessariò accipere oportet Cyprium aut saltem vngaricum verum Vitriolum: Dissoluatur autem id in sufficiente quantitate aquæ communis destillatæ, tum imponatur vasi vitreo & in balneo feruido decoquatur, donec in superficie appareat quædam cuticula, tunc affunde aliquot guttulas olei Tartari, & pars Sulphuris Vitrioli petit fundum, & fit coagulatus puluis, quod liquidum est, separa per inclinationem in vas aliquod, sepone, & inde appone baculos ligneos mundos, & quicquid erit Vitrioli in frigido coagulabitur, & quod erit sulphureum petet fundum. Vitriolum ipsum quod baculis adhæret denuò soluatur in aqua sublimata, etiam coquatur donec faciat cuticulam, & aliquot guttæ olei Tartari affundantur, opus reiterando, donec totum Vitriolum in sulphur conuertatur, quod fiet, si bonum sit, & ea de causa cyprium eligendum, quod est omnium purissimum, è quo semen Solis non sit separatum. Hoc Sulphur cæruleum circulabitur cum optimo spiritu vini destillando, & toties nouum reaffundendo, donec acquirat perfectam dulcedinem. Et iam est summum remedium, quod quidam Philosophus calcinatum cum spiritu vini Alkolisato conuertit in medicinam seu liquorem, qui adhibetur ad omnes cachexias, Hydropem, Phthisin, Febres intermittentes, Colicam & ipsam Pestem. Vt ex hoc sulphure componatur prædictum Anodynum, Aurum in oleum siue veram essentiam reduci debet hoc modo: & erit secunda operatio.

Fac aquam Philosophicam cum nitro ac Sale armoniaco vt scis in satis magna quantitate, hac aqua dissolue Auri vnciam vnam, pro cuius dissolutione opus erit vnciarum duarum aquæ, sed per cohobationem reitera cum noua Aqua, addendo drachmas duas vel tres, singuli

gulis repetitis dissolutionibus, solutione facta menstruum separetur, donec materia sit in consistentia mellis, aut syrupi, reaffundendo nouam aquam & redestillando in vitro cum Alembico, donec Aurum per Alembicum transeat, id quod fit tertia vel quarta vice. Super hoc Aurum affunde aquam communem sublimatam, in satis magna quantitate, addendo pro vncia vna Solis, Mercurij Zinnabrij vncias quatuor & fiet Ecclipsis: Stent omnia in frigore per viginti quatuor horas, & Mercurius amalgamabitur cum Auro, aquam per inclinationem separa, addendo nouam aquam fontanam, donec omnis acrimonia prædictæ aquæ satis adimatur. Amalgama istud expressum serua reponendo Mercurium super istam prædictam aquam, vt si quid amplius insit Auri, denuo colligatur per Amalgama. Hoc Amalgama calcina sub testa in loco fusorio, donec redeat Sol purissimus. Ex hac calce elicitur tinctura cum spiritu Vitrioli optimo, estque insignis Medicina & Anodynum.

Auri potabilis guttulæ dantur quatuor, sed pro nostro remedio separandus est spiritus ille Vitrioli à Tinctura, & relinquet corpus aliquod album, quæ quidem Tinctura cohobanda est cum spiritu vini optimo, pluries semper cum nouo spiritu, donec tandem post tertiam cohobationem admisce totam tuam tincturam Solis cum tuo sulphure Vitriolato ana, circulando omnia simul denuò & cohobando per tres dies & nouo spiritu vini addendo, donec materia acquirat dulcedinem miram. Ex hac mistione spiritus vini separetur tandem & remanebit in fundo mellita consistentia rubicundissima & dulcissima.

Super vncias duas huius materiæ adde vnciam semis, essentiæ croci, Magisterij perlarum & corallorum ana drachmas duas, quæ facta sint cum aqua Mercuriali ex Antimonio & sublimato.

Ex hac Panacea erit nostrum Medicinæ generale Elixir, ad omnes morbos, quemadmodum etiam ad conseruationem vitæ. Solo odore est Anodynum. Dosis grana duo ad summum dissoluta in vino vel liquore appropinato, in morbis acutissimis & deploratissimis.

PANACÆA SOLARIS IOSEPHI QVERCETANI ALIA.

Regulus Martis ſtellatus cum Sale Solari, prius ter cum Sale Martiali exaltato, ſublimetur bis terue, habebis flores rubros, qui edulcentur optime, & ad lentum ignem exſiccati, à colchotare tertio denuo eleuentur. Hoc facto, iam habes tuos flores ſpiritu Martis & Vitrioli impraegnatos, blande purgantes, & ad febres omnes intermittentes extinguendas, variosque morbos curandos, conferentes ac ſumme vtiles, quos ſerua.

Inſuper Armoniacum Salem, cum æquali calcis viuæ quantitate, fortiſſimo igne tribus iteratis vicibus calcina, ſingulis vicibus aqua calida ipſum Salem ſeparans, idq; per diſſolutionem, filtrationem & coagulationem, reaffundendo ſemper recentem calcem ad vnamquamque operationem, dum armoniacus Sal figatur, & liquabilis reddatur inſtar metalli.

Hic fuſus Sal in humido ponatur, qui breui in pellucidiſſimum liquorem conuertetur, quem mundificabis, in tribusq; eius partibus paulatim ſolues partem vnam Mercurij metheorizati, ac ea ratione eſſenſificati, vt in cryſtallũ adducatur qui Venetianũ vitrum æmuletur. Hac diſſolutione charta griſea nõ conglutinata tota imbibatur: charta ſic pfuſa matratio vitreo includatur, cum ſuo alembico & recipiente: ex qua liquorẽ Mercurialẽ igne arenæ elicito quẽ rectificabis, vt dilucidiſſim⁹ odorisq; fragrãtiſſimi ac gratiſſimi moſchũ redolẽtis eniteat.

Is tum etiam iam per ſe ſudoribus ciendis, de quibus in conſilio noſtro de Lue Venerea egimus, aptiſſimus eſt. In eadem aqua aut liquore, vnam aut alteram vnciam prędictorum florum diſſolue per cohobationes varias: reaffundendo toties recentem aquam, aut nouum liquorem, donec totum ſit ſolutum: atq; hanc ſolutionem à ſuo menſtruo non ſegregatam ſeruabis.

In eodem menſtruo ſeorſim perlarum orientaliũ vnciam vnam diſſoluito, cum vncia ſemis pulcherrimi ac rubicundiſſimi coralli, quæ facile in eo liquore ſoluentur, vtramq; hanc ſolutionẽ demũ cum diſſolutione tuorum florum coniungito, ac cohabationib⁹ identidem per quatuor aut quinque dies repetitis, ſingulis vicibus deſtillando ac reaffundendo liquorem, idque quater, quarta deſtillatione ad ſiccitatem vſque facta: donec perlæ & corallia vna cum floribus prædictis optime iuncta inſerta & incorporata in ſubtiliſſimum ac ſpirituoſiſſimum puluerem omnia redigantur. Huic

Huic mixtioni adde tincturæ Solis arte ſpagyrica noſtro modo factæ drachmas duas, ijsque omnibus tandem ſuperfunde vini ſpiritum alkoliſatum, qui cohobationibus per biduum aut triduum iteratis, tandem ſeparetur, vt panacæa noſtra in fundo relinquatur, admirandis virtutibus ac proprietatibus prædita.

In vſu & adminiſtratione infantibus & paruulis exhibetur trium granorum quantitate, adoleſcentibus & ad ætatem virilem prouectis granorum ſeptem: robuſtioribus ad 8. 9. aut etiam 10. adminiſtrari poteſt ex vino albo, aut congruo alio liquore, in quo vno momento puluis ſoluitur.

Hæc medicina vt plurimum inſenſilem operationem exercet, interdum per ſudores tantum, interdum leniter aluum laxando, vrinas prouocando, omnia citra moleſtiam aut perturbationem præſtans. Sed ſæpius ſola humorum correctione, inſtauratione ac corroboratione balſami radicalis agit, quam vlla alia aperta vacuatione aut alteratione ſenſili. Atque vt paucis dicam, vniuerſaliſſima eſt medicina, omnibus ægritudinibus vel deploratiſſimis etiam, vt epilepſijs, apoplexijs, Paralyſibus, omni hydropiſis generi, cachexijs, hyſtericis affectibus, atq; id genus alijs.

Iuxta morbi grauitatem & magnitudinem per 12. & 15. dies exhiberi debet: quod vel etiam vitam producere in multos annos poteſt (volente Deo) ſanitatem tuendo, & corpus à varijs morbis conſeruando, ſi vel ſemel tantum in menſe de ea medicina ſumatur: Vide de hac Medicina Ioſephum Quercetanum in tetrade grauiſſ. totius capitis affectuum, cap. 31. fol. 398.

TERTIA PANACÆA SOLARIS.

HÆc conſiſtit in tribus diuerſis operationibus vt ſequitur: Nempe in præparatione Auri, altera in Mercurio, vltima in Vitriolo.

Primo recipe Aurum fuſum, tenuiſſime laminatum, fac cum Saturno laminato, ſtratum ſuper ſtratum, cementa in cineribus per viginti quatuor horas, & aurum pulueriſabitur, affunde optimum ſpiritum vini ad altitudinem ſex digitorum, pone in Balneum Mariæ bene lutatum per menſem, tunc ſpiritus flaueſcit, effunde illum ſubtiliter, alium redde, dum deſinat colorari. Reliquum corpus potes cum regulo Antimonij potes reducere, vtroque ſuo cemento gradare.

Recipe

Recipe iam hunc ſpiritum aureo colore tinctum, deſtilla in Balneo ad liquorem ſolarem, poſtea deſtilla in parua phiola inde menſtruum, quinquies cohobando iterumque ſemper retro fundendo, tandem ad ſiccitatem & habebis aureum puluerem. Cuius Doſis eſt granum vnum cum vehiculo appropriato; Eſt ſumma vniuerſalis medicina. Super hunc puluerem funde recentem ſpiritum Alkoliſatum, poneque vna ad cryſtalliſandum, vt euadat liquor ex ambobus per digeſtionem, & hæc eſt prima operatio.

Deinde recipe bene purgatum Mercurium, hunc in communi aqua aluminis trade ſoluendum, abſtrahe, & remanet purus præcipitatus rubeus, illum bene edulcora: Iam recipe album ouorum duriter coctorũ, deſtilla inde aquam, poſtea abſtrahe aquam à teſtis ouorum probe calcinatis, in dimidia quantitate, nulla tamen præceſſa digeſtione, hoc vbi aliquoties repetieris, hæc aqua teſtis ouorum dulcedinem deſtillando extrahet (Hæc aqua à Philoſophis vocatur Corroſiuum dulce) Hanc aquam funde ſuper Mercurium tuum præparatum, & deſtilla aliquoties, poſt digeſtionem rubeſcit Mercurius, cuius Doſis ſunt tres grana cum Theriaca ſumpta, magna efficit miracula in lue Venerea. Quando Theophraſtus Paracelſus vult, vt aqua Salis Tabari extrahatur, vti in ipſius libris eſt legere, poteſt præcipitatus eo eſſe nobilior & hoc reſpiceret magis ad tranſmutationes metallicas, quia Autor hunc proceſſum ſimul etiam ad metalla tingenda mandat præparare.

Tertiò recipe optimum Vitriolum (Vitriolum quod ex ære viridi præparatum à Paracelſo optimum iudicatur, quando libro de natura mineralium cap. 8. de Vitriolo ſic fatur: Quod de cupro prouenit, dat bonum Vitriolum, veluti æs viride dat maxime gradatum Vitriolum Saphiricum, (quamuis de hoc verba facere dedeceat) tantum autem ſcias, in Vitriolo magna latet Tinctura, quæ plus efficit ac multi putant qui minus intelligunt. Vlterius aduertite de oleo Vitrioli & oleo Mercurij quando coniunguntur & ſecundum ſuos proceſſus coagulantur, dant Saphirum, cuius virtus mirabilis eſt, non lapidem Saphiri, verum illi ſimilem mirabili Tinctura, præditus atque efficax, quo de non eſt vt quid dicatur &c. Hæc Paracelſus.

Cui etiam aſſentitur clariſſimus Philoſophus Geber Arabs 18. capite fornacum, vbi fatetur à cupro extrahi ſulphur mundiſſimum tingens & fixum. Inquit etiam Frater Baſilius Valentinus: Ex Veneris

amore

amore fac tibi lapidem : Hoc eſt fac tibi Vitriolum ex ære viridi; ex quo deſtilla ſpiritum vel oleum per retortam in quinque diebus & noctibus & prouenit rubeus ſudor inſtar ſanguinis, illum permitte commiſceri albo, & habes rubeum & album Sulphur Vitrioli: in illo ſolue Martem addeque parum aquæ fortanæ,& prouenit iterum Vitriolum,ex illo præpara viciſſim oleum,illud tinge,& quando ſuper calcem argenteam funditur, digeritur,reducitur,& quartatur,fit particulare &c. pergo ad reliqua,hæc verò ſufficiant pro commendatione Vitrioli, alibi plura: deſtilla nouies ex cucurbita vitrea ſpiritum,affunde ſemper rurſum vſq; & vſque, ne ſpiritus diffument, denique reconde omnia in retortam,lutatam in craſſitie duorum digitorum, deſtilla omnia fortiſſime, quando ſpiritus tranſijt ad quatuordecim horas igne fortiori vrge accenſis videlicet lignis, tunc eſt præparatus. Hoc ſpiritu Vitrioli extrahe rubeo Mercurio omnem efficaciam & Tincturam,quod fit in ſedecima reiteratione, & ſatisfeciſti. Feces remanentes nihil proſunt amplius, & hæc eſt tertia operatio.

Hic eſt neceſſarium notatu,vt,quando ſpiritus Vitrioli Tincturam è Mercurio extraxerit,primum animaduertas quantum ſpiritus Vitrioli addideris,vt poſtea tantum ſpiritus extrahas,donec ambo habeas in æquali pondere,nempe Tincturæ ex Mercurio, & ſpiritus Vitrioli. Quando hoc etiam ita factum eſt,inuicem ambo per menſem in pelicano digerito, circulato, aliquantum etiam coagulato, poſt menſem fiat coniunctio præparatorum hoc modo.

Recipe ante deſcripti liquoris Auri tres partes, Mercurij cum Vitriolo vniti vnam partem,coagula in medicinam & habebis talem theſaurum,cuius virtus ineffabilis.

Vſus ac Doſis huius medicinæ eſt ſcrupulus ſemis in Theriaca ſumptus,curat & renouat totum hominis corpus ab omnibus imbecillitatibus.

Eius drachma integra vt Philoſophi Chymici prætendunt mille drachmas Veneris in aurum purum transmutabit: licet probare illis, qui potentiam naturæ exhaurire ſatagunt,eſſe autem ſummam medicinam,poſitum eſt extra omnem controuerſiæ & dubitationis aleam, modò etiam vera via laboranti iuſte monſtretur, verum tinctioni & transmutationi non poteſt tam cita & magna fides adhiberi, niſi radicalis ſolutio philoſophico-phyſica accedat, de qua ſuperius dicetur de

Medicina vniuersali: Paracelsus & Phœdro sic sentiunt de hac medicina, vt sequitur.

MAGNI G. PHOEDRONIS RODOCHÆI DE Hermophroditi flore Saphirico.

I. THEORIA.

CHymica nos docuit experientia Hermophroditum omnem omnium mineralium vim habere, vnde summam seruandi totum corpus humanum facultatem obtineat necesse est. Cum idipsum nihil aliud existat, quam mineralium essentia, si Anatomia microcosmi conferatur maiori cum mundo, idcirco Hermaphroditus vniuersum corpus humanum, quod ex integritate actionum suarum, ex quarum offensione ægrum iudicamus, quacunque ratione effectum ad absolutam & exquisitam symmetriam producit, vt in naturali constitutione ad vitam longam nihil perfectius desiderari queat. Hermaphroditi anima hoc modo conficitur. Essentia Mercurialis è chalchanto Cyprio, eiusque æquales sume partes, & ad iustum dierum interuallum à Physicis definitum, congelari sinito, tunc exurgat Hermaphroditi flos Saphiricus ad mirandi maioris mundi mysterium, cuius pars si inter melle liquali Ophirici partes infundatur, id omne in sui naturam conuertit, eius rursus drachma in mille æris drachmas immissa id vniuersum in Aurum transmutat pretiosissimum. Sic Hermaphroditi granum, ac Theriacæ siue Mithridati scrupulus è vino generoso semel atque iterum introsumptum corpus quouis modo conflictatum, in pristinum vigorem ac statum restituit, at si foris ad extrema vitia medice adhibere placet cum stillatitio Hydropiperis liquore vsurpetur necesse est. Tunc inprimis Balsami præstantiam superat, cheirurgicorumque affectuum summam curationem expedit. Is Hermophroditus est Tinctura Monarchiæ Chymicæ præfectis cognita, lapis à nomine signatus, proprio nomine ignis æthereus, infinita verborum, ænigmatumque obscuritate inuolutus.

2. PRA-

2. PRAXIS

PVRGATIO MERCVRII.

AFfundes ſupra calcem viuam aquam calidam, agitetur, frigeſcat, & ſubſideat, philtro aquam ſepara, eamque calidam cineribus clauellatis inſtilla, qui ſi ſimiliter ſubſiderint, philtro ſeiungantur, in hoc lixiuio è viua calce & cinere clauellato, confecto, Mercurius ſextò vel ſeptimo bulliat, ſemper vt ſufficiens pars ebullitione decedat, & nouum lixiuium reſtituatur, ſimiliter in ſale & aceto ſtillatitio bulliat Mercurius quarta vice, donec Sal nigredine tingatur, acetumque in vaporem reſolutum ſit, de nouo affundendo, vltimo probe lauetur, tertiò aqua calida & ſiccetur & habilis reddetur ad ſublimandum, præcipitandum, aliaque munia obeundum.

MERCVRII CONGELATIO ET Rubificatio.

MErcurius primum congelatur, per communem aquam aluminis, congelatusque teritur in mundiſſimum puluerem; Deinde à Mercurio aquam albuminis ouorum quæ à media portione calcis ſuæ prolecta ſit tantiſper abſtrahatur, donec is corallinum acquirat colorem.

AQVA ALBVMINIS OVORVM.

ALbumina ouorum (indurata videlicet & in aqua cocta) deſtillentur, deinde cortices ouorum calcinentur, calcinatis, aqua albuminum ſuperfundatur, quæ ſi à propria ſua calce ſæpius digeratur, ac deſtilletur, Sal volatile dulce ſuum ad ſe rapit, atque ita euadit fortis, vt à veteribus corroſiuum dulce nominatum ſit, Mercurium mortificat, ac inſtar corallorum rubificat.

Extractionem eſſentiæ digeſtione & deſtillatione peragito vt ex hoc rubro Mercurio omnis eſſentia eliciatur, toties, donec vis omnis in ſpiritu abſtracta ſit, quod fortaſſis decima quinta vel decima ſexta reiteratione fiet, relictum corpus reijciatur. Hæc Phœdro.

ADDITIO EX PARACELSO NOSTRA.

CVm Phœdrone consentit Paracelsus, qui de cura vlcerum patentium libro octauo inquit: In argento viuo latet etiam dulcis balsamus, & præparatur ita, vt neq; calcinatum ibi fieri possit vel debeat, sed per aquam ouorum, à calce sua destillatam, & per illam Mercurius coagulatus in rubeum puluerem, qui non solum patentes ęgritudines sed etiam vulnera sanat, & cætera quæ sequuntur, vbi palmam mortificationi Mercurij per calcem ouorum tribuit: Hæc ille suo instituto accommodans.

CALCHANTI PVRGATIO.

IN Cypro Calchantum quo vehementius crudum pellit tineas, aut ferrum in æs transmutat, eò in medicinæ ac Chymiæ vsu præstantius est, id sic purgatur.

Recipe eius libros sedecim indantur vitriatæ ollæ superfusa aqua clara fontana, seu stillatitia pluuiali, bulliant ad duarum partium remanentiam, quam philtrando per pannum laneum in latam patinam, vel vitream concham percolles, per colata in cella, in humidam arenam posita, in lapillos pellucidos congelabunt clariora quam prius fuerant futura, aquam superfundas denuo, bulliant vt prius, & toties bulliendo & affundendo repetas, donec omne Vitriolum in huiusmodi per bellos lapides concreuerit & abierit: tunc veneni tota qualitas discussa est.

SPIRITVS CALCHANTI NOBILISSIMI *Præparatio.*

POrro arcanum Calchanti ex triplici materia constat, cuius vnius cuiusq; parandi ratio hæc est, calchantum igne vehementi nouies ea erecta Siboburgica, aut vitrosa cucurbita Waldenburgica agito, & demum potentissime per retortam qua in Athanor sistenda est quatuor dies, ad noctes pellito, tunc spiritus Calchanti nobilissimus & efficacissimus est. Deinde Colchotar à ruente phiola simili modo in Athanore ad tertium vsq; diem flagrantissimo & extremo igne è lignis

& car-

& carbonibus extracto destillatur, quoad in receptaculo è libra vna colchotaris drachmæ sex olei, coccineo colore præditæ appareant. Postremo è fecibus relictis Sal extrahatur, qui quater aut quinquies resoluatur, ac rursum congeletur, hucusque Phœdro.

ADDITIO NOSTRA AD PHOEDRONEM.

ETsi Phœdro Calchantum Cyprium iubet sumere maxime quod ferri plurimum in æs transmutat, tamen ex Venere paratum aut viridi æris Cyprio æquipollere intelligendum est, quale Paracelsus præscribit capite octauo de Vitriolo in libris de natura mineralium. Ac Paracelsus tingentem Saphyrum suum ex oleo Mercuriali & oleo Vitrioli parare iubet. Qua ratione totius Vitrioli arcana tam ex spiritu quam oleo rubeo, nec non Sale assumenda forent, adde quod extracto Sale per acetum destillatum, ex terra mortua insuper viror separatur pulcherrimus, sed non nisi ex Vitriolo parato ex cupro, aut quod omnium præstantissimum ex Marte, qui itidem viror cum oleo coniungendus foret (teste Basilio in suis rithmis) sed quia Phœdro non tam Saphyrum tingentem Paracelsi, quam Hermophraditi florem saphyricum, tanquam essentiam & animam Mercurij, per nobilissimum Calchanti spiritum extractam conficere docet, idcirco non nisi Mercurio mortificato corallino, per solum Calchanti spiritum extrahendo opus est. Quo de supra dictum est. Hactenus additio nostra.

COMPOSITIONIS PONDVS NOSTRVM.

PRiusquam nobilissimus & efficacissimus calchanti spiritus affundatur Mercurio rubificato, oportet Mercurium ponderare, deinde vtut dictum est toties extrahendo essentiam procedere, donec nihil amplius extrahat, quod decima sexta iteratione indicatum est, tunc relictum corpus mortuum, quod reijciendum est, denuò ponderandum est, vt certò sciri possit quantum essentiæ Mercurialis extractum sit. Exinde vas in quo omnes extractiones commiscentur, ponderetur prius, mox tantum de spiritu Vitrioli abstrahatur donec essentiæ Mercurialis & Calchanti spiritus partes remanent æquales, quæ si ad iustum & definitum temporis terminum à natura præscriptum leni

calore coagulari sinantur, tunc exsurgit Flos Saphyri, cuius pars vna inter mille liquati Auri (per Antymonium tertio purgati) immissa, id omne in sui naturam conuertit: cuius rursum drachma in mille æris drachmas infusa, id vniuersum in Aurum transmutat purissimum. Ita liquet vnicam Floris Saphyrici drachmam tingere, drachmarum æris tria millena millia, hoc est ter decies siue trigesies centies mille drachmas. Admirandum maioris mundi mysterium. Nec vero vllum est dubium licet Phœdro verbum non addat, præterea posse florem hunc Hermaphroditi Saphyricum per partes æquales essentiæ Mercurialis è Calchanto Cyprio rursus augeri, si huic debita proportione admisceantur tum ante tum post proiectionem super Auro facta, qua ratione non tantum in quantitate, sed etiam in qualitate, & viribus, & quidem longe citius necesse est immensum quantum multiplicetur.

QVARTA PANACÆA SOLARIS.

Fiat prius hoc oleum: Recipe Antimonij vngarici vncias sedecim, Martis vncias quatuor, ignito ferro inijciatur Antimonium vt simul bene fluant, postea regulus effundatur in infundibulum: ad huius reguli vncias viginti, & dum fluxerit, adde Saturni puri & puti vncias duas, Iouis vncia vna semis, Veneris vncia vna, Lunæ finæ vncia vna, Solis purissimi drachmas duas, quæ omnia repetitis ad singula metalla fusionibus, ingerantur in prædictum regulum. Hoc facto ad manus tibi sint Mercurij sublimati partes tres, quas in marmore triturabis, cum prædicti Reguli parte vna, donec omnia bene mixta fuerint, statimque nulla interposita mora, in cornuta per arenam pelles oleum crassum & mire stellatum, quod per se rectificabis in oleum clarissimum, in vsum sequentem adhibendum. Sit etiam sublimatio in collo cornutæ, quæ capiti mortuo reddenda est, vt cum duplo calcis viuæ, igne fortissimo, in recipiens aqua frigida plenum pellatur, ad eliciendum Mercurium viuum, septastrum, cuius quis sit vsus, penes Philosophum est, ad nostrum vero opus non conducens.

Recipe huius olei ex regulo Antimonij cum omnibus metallis facto, & à sublimato congelati semelq; rectificati quantum vis (Mercurius sublimatus fit cum Colchotare & Mercurio viuo vt moris, tunc additur nouum Colchotar, & nouus Mercurius viuus, & denuo sublimatur, atq; id aliquoties repetitur) colloca in cinerib. calidis in vitrum par-

paruulum. Cum funditur oleum, affunde spirit⁹ Salis communis cum spiritu vini rectificato, & ilico colloca totum in cineribus frigidis; refrigerato vase, si oleum tuum iterum coaguletur reponendum est ad cineres tepidos, tum rursus soluatur & denuo guttatim affundendus spiritus Salis, rursusq; in frigido vt prius collocandum vas, atq; id opus tamdiu repetendum, donec oleum à frigore non congeletur amplius, q̃ pro resolutione alterius sufficere videbitur. Compositum hoc Phiolæ inditur, quæ philosophice occlusa ponitur ad putrefactionem per quadraginta duos dies, quo tempore apparebunt omnes colores, & redditur materia tua dulcis. Oleum hoc iam edulcoretur & fundatur supra Aurum præparatũ, soluit illud vt fiat Panacæa Solaris ad omnes morbos. Dosis guttę tres vel quatuor in vino vel liquore appropriato.

PANACÆA SOLARIS QVINTA.

RECIPE vrinam puerorum vinum bibentium, illam pene ad putrefaciendum, postea inde destilla spiritum in Balneo M. Istamque destillationem semel adhuc repete, & ascendit spiritus candidissimus, illum probe serua ac retine, quia subtilissimus est; ab Alembico hunc penna separa, tradeq; permiscendum Salem sublimatum seu spiritum destillato, & adde Alkohol vini rectificati æqualem partem, effunde in phiolam Hermetice sigillandam, ac pone in cellam (nam in calido disrumpitur) & coagulantur aliquantum spiritus intra octiduum, cum quib⁹, vt sequetur, procedendum est. Recipe bonam marcasitam quæ Chrisocalchos potest nominari, continentem sulphur solificatũ, præpara vel separa primo, post sume Salis armoniaci, ter antea per communem salem sublimati tres partes, marcasitæ Chrisocalchos vnam partem, sublima forti igne, tunc secum attollit Sal armoniacũ sulphur in Alembicum flauo rubrum, recipe hoc sublimatum Sal armoniacũ & sulphur, resolue vna in aqua calida vitro, & infunde guttatim oleum Tartari, tunc cadit sulphur Chrisos in fundum, resoluunturq; Sal armoniacũ & oleũ Tartari in aquã, edulcora vt sulphur nullam retineat acerbitatem, sicca leni igne, affunde iam Mercurium animalem ac vegetabilem, vel chrystallisatum spiritum ad altitudinem digiti, noli ponere in calorem, sed in arenam in cella, vitro bene luto munito, si consistit, instar sanguinis rubescet, reserua quatuor septimanas bene munitum & vnientur inuicem animæ, tunc exime & destilla in balneo Mariæ spiritum, affunde iterum, hoc repete sexies, per hanc cohobationem Aurum omne: estque thesaurus humanæ valetudinis ineffabilis. Nota vlterius quid sequatur.

Recipe

Recipe iam purum aurum, resolue in aqua regis ex Sale nitro & Sal armoniaco ana, factæ, abstrahe illam aquam in Balneo Mariæ quater ad olei formam, affunde iterum, destilla ad siccam calcem, edulcora pure destillata aqua pluuiali, tunc sicca, imbibe calcem instar pultis cum medicina tua ante præparata, pone vna per quatuor septimanas in Balneum Mariæ vasis probe ac bene clausis, & videbis omnem materiam in sanguinem transmutatam, hanc pone in cinerem, & subijce: adhibito vero gradu ignis in quatuor septimanis, euadit lapis fuscus, fusilis in igni instar vitri, illum exime, contere tenuissime, imbibe de nouo tribus vnitis spiritibus, digere vicissim in Balneo Mariæ, postea coagula de gradu ad gradum, quo sæpius imbibis, eo medicina fit nobilior. Obserua in præparatione, omnes, qui in natura sunt, apparebunt colores, noli autem commoueri, nam meum iam est silere. Huius medicinæ granum vnum per se vel cum vehiculo sumptum, curat quod cupis, modò spes vitæ restet, in operatione prima non est admodum efficax, in altera vero efficacior, & sic deinceps: supra talis etiam processus ex tribus spiritibus est descriptus, verum huic, si recte procedatur, in præparatione, non æquiparandus: Sequitur

PANACÆA SOLARIS SEXTA.

Recipe Chrisocalchon Vngaricum optimum ac purissimum, hunc contunde seorsim, adde ei Sal armoniacum, & sublima quo illius sulphur extorqueas, postea frigefac, vt ante fuit dictum de oleo Tartari: hoc sulphur edulcoratum reserua, corpus de quo Sal armoniacum sublimasti, exsicca, contunde, & extrahe illi Salem aceto destillato, crystallisa, & ab illis crystallis destilla secunda vel tertia vice aquam pluuialem destillatam, & transibit acerbitas aceti, exsicca & reserua: contere iam Salem & Sulphur ex Chrysocalcho inuicem ana, imbibe cum anima coaguli Draconis primi, vt inhumescat, pone per gradus vase clauso ad fixandum, imbibe tertiò & conuertetur in ruborem instar rubini. Cuius granum in vino contritum curat lepram, & omnes morbos incurabiles: Sequitur menstruum Draconis.

Recipe Zingifur Draconis coagulati recentis non facti sed natura compacti, quo rubicundius eo melius, puluerisa subtilissime, affunde ei successiue aquam fortum, vt soluatur & extrahatur pro virili soluto, effunde aquam fortum à fecibus, extractum destilla in arena, primò

primò leniter, vltimò fortiter, tunc transit Aqua fortis primò, postea sublimatur ad parietes vitri crystallinus Azon, habens formam, instar omnis generis radicum & herbarum. Eius signatura est, vt sit Radix omnium Metallorum, abrade materiam ab alembico cum fragmento vitri, & non metallo, nam soluitur in momento: reconde illum spiritum Draconis in phiolam longi colli, affunde optimum spiritum vini, in æquali quantitate reliqui spiritus, claude phiolam sigillo Hermetis, & pone in vaporem Balnei vel Fimi equini per mensem, & fit ex spiritu Draconis flauum oleum, quod separatur à spiritu vini, hoc oleum odorem tenet instar nobilis Balsami, est dulce instar saccari, duæ guttulæ sumptæ renouant totum corpus microcosmi.

PANACÆA SOLARIS SEPTIMA.

RECIPE Calchonis Aurei rubricundissimi marcam vnam aut duas, à sua terra vel impuritate depurati, calcem inde præparatam tere subtilissime, pone per octiduũ in arena ad digerendum in vase vitreo optime clauso, tandem da ignem sublimationis, quo diuti9 eo fortius, ascendetque sulphur in forma niuei & crystallini coloris subtilissimi: Hanc sublimationem continua, vsque dum nihil amplius in Alembicum de sulphure ascendat, & in fundo terra vel materia nigerrima resideat, iam cucurbitula frigesiat, abscindaturque inferius ab nigra terra, quo purum ab impuro diligenter possit separari, alias omnem frustra sumpsisti laborem.

Hoc iam sublimatum sulphur scito caute ex abscissa cucurbitula elicere beneque reserua, & quo possis rectificare, sublima adhuc semel per singularia ad id præparata instrumenta, ex argento facta vel etiam per Alembicum, ex vna marca Calchonis accipis duas sulphuris semuncias, si recte processeris, hoc sulphure rectificato vtere, vt sequetur. Nigra terra, quæ post primam sublimationem remansit, debet reuerberari, vsque dum habilis sit, vt in vino possit dissolui. Super hanc reuerberatam terram funde purum spiritum aceti, persistat ita inuicem viginti quatuor horas, & extrahet Salem ex terra, hunc decola & affunde alium, tamen potes terram ante rursum reuerberare, & extrahet vicissim Salem, hoc repete tantisper, quoadusque putabis aliquid nihil amplius in terra residuum esse Salis, decoloratum acetum iam confunde, filtra pure vt artis est, post destilla in Balneo Mariæ

vſque ad quartam partem, & pone cum cucurbita in frigida cella, quo cryſtalliſetur, abſtrahe tantiſper, dum cryſtallos ſingulos coagulaſti, de his abſtrahe poſtea dulcem deſtillatam tonitrualem aquam, ad ſeptentrionem captam, in hac iterum dulceſcent, liberabunturque ab aceto. Hæc duo, nempe Sal & ſulphur debent in æquali quantitate, (vel Salis 2. part.) coniungi, & veluti maritus cum vxore deſponſári, & dabunt ſumme vniuerſalem medicinam. Quando hæc medicina ſuum gradum ignis primum accepit, debet potari alba columba aut ſpiritu, qui nominatur Aurum Batus, fitque hæc medicina in ſecundo ignis gradu eò efficacior: redde medicinæ aliquid de ſpiritu, quando hunc deglutiuit, da alium & ita continue vſque ad quartum gradum, vel menſem, & habes tale arcanum cuiusmodi vix erit præſtantius, & laudabilius, niſi quod à lapide philoſophorum Aſtraliter radicato diuine ſuperetur; hac vice nihil amplius eſt quod optes ſed Deo ſummas agas gratias. Cur dicam Aſtraliter, intelligit genuinus philoſophus, nec opus eſt plura facere verba qui habet aures audiat.

Poſito, non poſſe haberi Calchon filonis, ſumatur Aurum obrizon & fundatur cum magneſia quæ nihil heterogenei in ſe cuiuſdam metalli contineat, ſic fit electrum friabile, quod conteres ſubtiliſſime & pones per octiduum in cucurbita in calidam arenam ad digerendum, quo poſtea facilius, vt ſupra dicta ſublimatione, poſſis procedere, exinde nempe ſeparando ſulphur & Salem ſimiliter etiam cum imbibitione.

PANACÆA SOLARIS OCTAVA.

RECIPE Solis ſublimati quantum vis, vti docebitur in ſequentibus, huic affunde acetum radicatum ad altitudinem duorum digitorum, pone vna in Balneum Mariæ, digerendum tres dies & noctes, tunc affunde acetū, redde aliud, digeratur rurſum tres dies & noctes, hoc repete tertia & quarta vice, dum acetum omnia diſſoluit, tunc confunde omne acetum, deſtilla per Balneum Mariæ & remanet liquor, caue autem ne nimis fortiter abſtrahas, nam quando ſatis abſtraxiſti, & ſimul paululum fuit frigefactum, obducitur cutis, pone in cellam, & prouenit Vitriolum, coloris inſtar pyropi, interdum puniceum aut citrium (eximium fit ratione effecti proceſſus in extractione aut deſtillatione) tunc effunde acetum & exime Vitriolum, reliquum

recondе

reconde in recentem cucurbitam,& abſtrahe plus de menſtruo, rurſus manda criſtalliſationi, hoc toties reitera, quo aduſque ſufficiens facta eſt criſtalliſatio, iam omnes edulcorabis, verum Sal reſidet adhuc in fecibus. Hoc Vitriolum quando putrefit, euadit in oleum maxime Diaphoreticum. Quando hoc oleum cum vera eſſentia opij miſcetur, maioris eſſe virtutis credes, imprimis ad excitandum ſomnum, cui ſimile medicamentũ vix reperies. Relictus Sal poteſt etiam in oleum reduci per circulatum ſpiritum vini, ſi per quatuordecim dies cum illo putrefiat, tandem deſtilletur in Balneo & remanebit oleum, quod ſimiliter ſummum eſt arcanum, ſi cum Tinctura ſolari permiſceatur, & vna reducatur in vnionem, prodeſt omnib⁹ membris principaliorib⁹, & reſiſtit etiam omnibus putrefactionibus. Huius Salis alias drachma in libra ſpiritus vini diſſoluta, curat abſque dolore cancrum, fiſtulam & tumores intra tres vel quatuor ſeptimanas, externe humectando & lauando, interne verò ſingulis mane diebus potando vncia vna ſemis exhibita, prouocat ſudorem, & obſeruat integram ſanitatem totius hominis.

PANACEA SOLARIS NONA.

REcipe Aquam Regis, (rubre ſuper Alembicum deſtillatam, poſtquam ea extraxiſti puluerem Antimonialem vti conſtat ex præparatione Bezoartici mineralis) in hac aqua Regis Tinctura rubedinis ſpiritualis Antimonij reſplendente, ſolue Aurum, quantum ſolui vult, poſtea abſtrahe menſtruum ab auro ſoluto vſque ad cuticulam, hanc ſolutionem deduc in retortam oblongam, ad id bene proportionatam, ſed anterius Hermetice clauſum, poſtea deſtilla aquam in collum Retortæ affundeque auro, & de nouo rurſus deſtilla, hoc fac multoties, poſtremo aurum plane rubeſcit inſtar pyropi, & ſublimatur ſeu tranſmutatur induitque ſpiritualem naturam, mirabilis coloris, inſtar nubium in firmamento cœli. Ex hoc ſublimato poteris præparare aut Aurum potabile, Vitriolum, oleum, eſſentiam, Salem, magiſterium, Tincturam, aut quicquid lubet, pro diſcretione & intentione philoſophi. Ad placitum autem breuiter tibi vnum ſecretum exhibeo in hunc modum.

Recipe optime apteque præparatum Aurum potabile vel eſſentiam Solis fixam, illius duas nempe partes, ſuperius facti ſublimati

vnam partem, pone per quatuordecim dies in phiola longi colli vt etiam Hermetice clauia in putrefactionem, & plane dissoluet Aurum potabile sublimatum: Hunc pone in cineres lenissimos subijce paruum ignem per mensem, postea maiorem, tunc coagulatur, & euadit instar pyropi vel granati præcipitatus pulcherrimus: super hunc funde spiritum vini & extrahe essentiam aliquoties reiterando, ex fecibus autem Salem, coniunge omnes extractiones cum Sale, & putrefac breuiter, post separa spiritum vini, & habes Auri potabilis verum augmentum. Recipe huius essentiæ semunciam & prioris Auri potabilis affusi vnam vel duas semuncias, permisce leni digestione, & habes summam medicinam ad totum corpus humanum. Illius Dosis, sunt tres guttæ &c. In ordine sequuntur porro aliæ Panacææ.

PANACÆA SOLARIS DECIMA.

Recipe Vngarici Vitrioli ad flauedinem calcinati libram vnam semis Sal armoniaci libram, permisce, funde in sublimatorium, & sublima secundum artem per duodecim horas, post frigefiat, exime, & solue in calida aqua, instilla parum olei Tartari, & repercutitur sulphur Vitrioli instar spongiæ, Sal armoniacumque remanet in aqua, quem si placet poteris vicissim sic recipere. Tali etiam modo potest procedi cum Antimonio, vt in Basilij Valentini curru triumphali videre est. Recipe iam sulphur Vitrioli, affunde spiritum vini, quo illud soluat, & à sua Tinctura recludat, digeratur per aliquot dies, tunc effunde spiritum vini à fecibus, & destilla rursum ab extractione, sic remanet in fundo dulcis puluis, super illum funde rursus spiritum ardentem, digerantur vna, rursum procedendo vt ante, tandem ascendit cum spiritu vini dulce oleum, quod est præstans medicina. Hoc oleum circula cum sequenti Aureo oleo Solis, & habes tantam medicinam, quam satis mirari vix potes. Recipe Aluminis plumosi duas libras, Salis nitri vnam libram, Vitrioli quoque aliquot libras, tere vnumquodque singulatim, permisce postea, & destilla aquam fortem, purga & rectifica argento, vt moris est, postea diuide in duas cucurbitulas, in vnam adde sex semuncias purgati vel sublimati puri Salis armoniaci, quando solutum est, abstrahe aquam per Alembicum denique fortissime, vt spiritus feliciter transeant: In hac aqua solue semunciam auri, in altera cucurbitula solue quinque Mercurij semuncias, confunde aquas & abstrahe:

abstrahe decies vel duodecies cohobando, postremò abstrahe ad siccum & edulcora. Hunc præcipitatum pure extrahe spiritu Alkolisato, similiter etiam illius Salem aceto radicato, coniunge ambo, & circula per mensem, postea sume fixum oleum Solis, Sale suo imprægnatum, adde supra dictum dulce oleum sulphuris, pellicana, & vniri inuicem per mensem philosophicum, permitte, sic habes, quod supra dixi. Hæc medicina excitat somnum, purgat totum hominem. Illius Dosis sunt duæ, tres, quatuor vel quinque guttæ in vehiculo vel appropriato, Homogeneo.

PANACÆA SOLARIS VNDECIMA.

HÆc consistit in duobus: nempe in iusta præparatione essentiæ perlarum & olei Solis. Iusta resolutio seu dissolutio perlarum est hæc.

Recipe æris viridis quantum vis, tere subtiliter & solue in destillato aceto vini, quod clarum est effunde, feces reijce: postea destilla aceto in vitro cucurbitæ, vsque ad crassitiem, depone in locum frigidum & ebullit insigne Vitriolum. Hoc Vitriolum reconde in aliud vitrum, & affunde bene rectificatum spiritum vini, & soluetur, in illo Vitriolum, feces separa, postea destilla etiam spiritum vini vsq; ad crassitiem & pone iterum in frigidum locum, ebullitque Vitriolum de nouo, postea reconde Vitriolum in vitrum cucurbitæ, & tolle phlegma per destillationem in Balneo Mariæ, quando materia reddita est sicca, tum exime, excipe vitrea retorta, & destilla adhuc forter ex arena, & prouenit iucundum acetum. In hoc aceto solue perlas quotquot potes, soluit enim libenter, videlicet medullam, ex ijs relictis putaminibus.

Perlis solutis, abstrahe rursus acetum in Balneo Mariæ donec perlæ bene sint siccatæ, illas exime & edulcora aqua rosea. Has præparatas perlas reconde in cucurbitam vitream, affunde spiritum vini, & digere vna in leni calore per quatuor & viginti horas, & transit insignis liquor ex perlis, natans insuper spiritu vini; instar olei ex cinnamomo, illud separa per tritorium artificiose à spiritu vini: Essentiam reserua ad Panacæam, spiritum verò vini potes vsurpare in omnibus cordis confortationibus, pellit vertiginem visus, & quicquid oculis nocet; pellit catharros capitis, tinnitum aurium, confortat auditum,

roborat medullam & ossa. Illius Dosis est dimidium cochlear cum tribus, quatuor aut quinque guttis essentiæ perlarum. Sequitur iam quomodo oleum ex auro præparetur. Recipe aurum, finum ad supremum puritatis purificatum hoc præcipita in calcem cum aqua gradum Regis, hanc calcem funde in cucurbitulam bene adaptatam, superfunde oleum vel spiritum Salis, pone in calidum cinerem ad soluendum, quando solutum aut extractum est, pone in Balneum, abstrahe oleum Salis, vsque ad oleitatem, adde iam recens oleum rursum abstrahe, hoc fac sexies aut octies, singulis vicibus recens addendo oleum, abstrahe iterum fere, ad vltimum subijce fortem ignem, adscendeq; simul aurum super Alembicum, & si quid de auro remanet, adde recens oleum, rursum abstrahe vt ante, illudque toties reitera vsque dum omne Aurum per Alembicum destillaueris, abstrahe rursus oleum quam purissime edulcora aqua dulci, deinde Alkohol vini, superfunde quo Aurum Salis acerbitatem contractam & amaritudinem deponat. Tunc recipe aureum oleum & pone in cineres ad coagulam, dum cum essentia perlarum, in Medicinam igne leni. Nobilem hanc medicinam solue in quinta essentia vini, & habes nobile Aurum potabile ad omnes morbos hominis, curat etiam lepram & podagram. Terram, in fundo post calcem auream remanentem, manda Saturno fulminandam, & recipies ex semuncia huius terræ dimidiam fini argenti drachmam.

PANACÆA SOLARIS DVODECIMA

HÆc Panacæa præparatur ex duabus Tincturis, vna quæ extrahitur ex argento, altera præparatur ex auro. Anima ex argento præparatur ita: Recipe Salem communem, & viuam calcem, excandefac vna in fornace fortissimo ignis calore, extrahe rursus Salem calida aqua pluuiali, coagula ad siccitatem, rursus immisce recenti calce viua, excandefac & extrahe vt ante, hoc & tertio reitera, quo facto, sume argenti puri calcem, vt per aquam fortem fuit repercussa vel præcipitata, illam commisce præparato Sale, reconde in vitream phiolam affunde communem Aquam fortem, qua vtuntur aurifices ex Sale nitro & Vitriolo facta, destilla in sicca & calida arena, affunde postea nouam aquam, destilla & illam, idque fac tertiò, subijce postea fortissimum ignem, vt materia in vitro bene fluat: frigefiat sua sponte in

fornace,

fornace, tunc argentum est cæruleum, & vna massa. Illud argentum redige in limaturam, & immisce cum Sale armoniaco in æquali quantitate, sublima in ampulla vitrea, & eleuat Sal armoniacum sulphur Lunæ liuidum.

Sublimatum hunc reconde in ampullam vitream, & edulcora destillata aqua pluuiali, vt euanescat Sal armoniacum, tandem sicca sulphur Lunæ, reconde in cucurbitulam, & affunde bonum rectificatum spiritum vini, pone viginti quatuor horas in calorem, & spiritus vini sulphur Lunæ recipiet extrahendo, valde perspicuum & liuidum, instar Saphyri pellucidissimi, relinquit etiam nonnullas feces, illas separa.

De hac Tinctura Lunæ quinque vel sex guttæ in vino sumptæ, pellunt Melancholicas cogitationes, inquietum somnum, noctambulonibus succurrit, restituit Lunaticos, reddit quietem illic qui noctibus patiuntur molestias, estque bona medicina omnibus, qui Lunaticis succumbunt morbis. Sequitur præparatio auri.

Recipe duas semuncias præcipitati solaris, secundum artem recte repercussi & præparati, adde octo semuncias Salis Armoniaci, contere tenuiter, reconde in sublimatorium, sublima per decem horas, vt alias Mercurius sublimatur, tunc rursus tere, sublima ita adhuc bis, tunc exime, reconde in nitrum, affunde bonam quintã essentiam vini, ad altitudinem trium digitorum, pone in arenam per diem & noctem, & flauescit quinta essentia tota, tunc alio in vitro affunde recentem vsque dum nihil magis coloretur. Tunc sume hanc calcem auream vel feces, sicca, sublima rursum cum Sal armoniaco, extrahe etiam in Balneo Mariæ vsque ad oliteturn, & habes Animam vel Tincturam Solis in fundo, illa non solum potest vsurpari ad curandum, sed etiam in maiorem efficaciam redigi. Quidam dicunt posse etiam tingere, verum non plus in pondere, quam fuit illius corpus, ex quo est separata & abstracta. Si quid post sublimationem de aurea calce est residuum, potest rursum vel cum amore Veneris, vel per deglutitionem cani lupi gradari & tingi, & fiet vicissim probum aurum. Scito autem, in resolutione auri multum esse situm, nam præcipitatus alius alio est melior, quare ita præpares, vt illum Aquila à sua essentia vel anima bene possit secludere, & illius corpus pertransire. Si placet potes omnem spiritum vini à Tinctura auri abstrahere, & destillato rore Solis edulcorare, vt omne Sal armoniacum vicissim transeat,

postea

poſtea recens Alkohol vini ſuperfunde, quo facto, ſume Animam Lunæ cum menſtruo, coniunge in æqua quantitate cum Tinctura Auri, circula in pellicano philoſophico, & euadent ambo in medicinam inſignem, & admirabilem Panacæam, qua Deo dante omnes Epilepticos, Apoplecticos, Melancholicos, Maniacos &c. reſtituere potes: Laus ſoli Deo.

PANACÆA SOLARIS DECIMA TERTIA.

RECIPE mineralis marcaſitæ plumbeæ libras duodecim, extrahe, loco calido cum aceto ſublimato rubedinem per octo dies, quotidie ſepties agitando, poſt aceti ſpiritum abſtrahito per inclinationem in vas vitreum tamen vt feces non turbentur, iterum recens acetum deſtillatum ſuperfundatur, & ligneo baculo commiſceatur, & Alembicus cæcus imponatur, eodem modo quo ſupra feciſti, per totum octiduum in Balneo Mariæ digeratur, poſtea depromatur acetum coloratum & ponatur cum præcedenti, hoc tamdiu faciendum erit, quamdiu vides acetum ipſius colore amplius non tingi, quia poſtremum tibi maſſa alba relinquetur inſtar terræ albæ.

Deſtillandum eſt tibi totum illud conquiſitum aceti per Alembicum, donec omnino amplius non deſtillet, & relinque tuas cucurbitas per triduum in Balneo Mariæ cum fecibus, vt bene exareſcant, tunc deponantur & reperies in fundo cucurbitarum materiam albam, quam eximes, quia in eiuſdem albedine latet eius rubedo abſcondita marcaſitæ plumbeæ. Hoc modo præparatum multum confert ad aquam Philoſophorum conficiendam quam vocant ardentem.

Nunc accipe has feces albas vel materiam & impone vaſi deſtillatorio cum ſuo capaci recipiente, iuncturę bene ſint munitę, ne ſpiritus exeant, vas ſedeat inter cineres calidos, primo da ignem lentum, ſed deinceps feruentiorem, ita vt deſtillatione prouocet, quod ſi vero genuina deſtillatio non ſubſequitur, tunc opere pretium eſt augere ignem per duos dies, & duas noctes continuas, & primum emanabit aqua alba, deinde oleum rubrum vel aureum, quod maxima cura contegendum eſt.

Feces illas deinceps accipe, & ad furnum ad calcinandum per octo dies continuos ponantur, deinde extrahuntur & minutim conterunt

terunt vasi vitreo imponantur, bonaq; quantitas aceti destillati superinfundatur, baculo etiam ligneo bene distemperetur. Quo facto iterum reponantur in Balneo Mariæ per octo dies continuos, sic tamen vt singulis diebus commisceantur, quia quo frequentius eò melius.

Tunc permittas vt omnia debite refrigerentur, post acetum ipsum per inclinationem extrahatur à suis fecibus, caue tamen ne turbentur, & iterum aliud recens acetum infundatur, Balneo Mariæ denuò imponatur, & fac sicut antea, postea acetum abstrahatur à suis fecibus, quæ tandem reijciantur, quandoquidem nullui sunt vsui. Iterum totum illud acetum reseruatum accipe, & lento igne destilletur, in fundo autem Salem reperies in quo tota vis & energeia latet, idem is Sal iterum in reuerberio recalcinetur per viginti quatuor horas, igne magno supposito, deinde extrahatur & ponatur in pristino vase & recens acetum superinfundatur & ponatur in Balneo Mariæ, hoc & tamdiu continuandum erit, donec Sal ipse nullas post se relinquat feces, quo facto, destilletur acetum vt prius, tunc reperies Salem tuum præparatum liquidum & clarum instar cristalli. Accipe iam prædictum Salem & contere in lapide marmoreo, infundendo guttatim oleum suum rubeum, & cum factum fuerit, pone sic dilutum in ampullam vel cucurbitam vitream sigillo Hermetis clausam, & sic reponatur supra tripodem in athanore per viginti dies & fixabitur in rubrum lapidem (modo habeatur iusti caloris exaltatio) tunc demum extrahatur & conteratur supra marmor, & pro quantitate ponderis, totidem adiungantur lotones calcis purissimi Solis, & super hæc omnia infunde tantum aquæ albæ destillatæ, quantum materia ponderant & sigilla sigillo Hermetis, reponatur vas in cineres in Athanore lento igne, donec fixetur, sed antequam fixentur multi colores apparebunt, qui transibunt in verum oleum & reuera elixatum. His lætare, sed antequam manum operi admoueas cogita, perpende & ora.

PANACÆA SOLARIS DECIMA QVARTA.

Recipe Antimonij subtilissime puluerisati libras duas, impone in vitro siue cucurbita angusti colli, superfunde lixiuium Alkali bonum, bulli donec lixiuium coloretur rubeum, tunc decola & per filtrum destilla filtratum per noctem aut diutius requiescet, & residebit

in fundo pretiosus puluis, rubeus nobilis ac subtilis. Tantum confice de hoc puluere, quantum habere poteris ex duabus illis libris Antimonij, semper lixiuio bulliendo. Et cum omnia per ebullitionem subtiliter extracta sunt, tunc recipe hunc rubeum puluerem bene ablutum & dulcificatum aqua calida & exsiccatum, superaffunde vini rectificati optimi vt supernatet septem digitos, stet in ventre equino vel in Balneo calido octo dies, aut diutius: tunc vinum illud rectificatum rubeum aut citrinum colorem induet: decola & nouum reaffunde, iterum per octiduum digere, toties reiterando donec omnis color extractus fuerit (quidam extrahunt hanc rubedinem cum aceto Tartarisato in Balneo leniter, vase tamẽ clauso, ebulliẽdo) tunc omne hoc vinum coloratum per Balneum destilla, & phlegma omne ab eo leui igne separa, serua tamen nihilominus, deinde fundum vitri exterius bene luta, & in arenam colloca, vrgendo primo igne leui, sic ascendent guttæ flauæ, ignem ita moderate gerendo, tandem guttæ ascendent rubicundæ: muta tum recipiens, & forti igne vrge nobilem rubedinem, sic cernes varios ac diuersos colores, & multas venulas in Alembico & recipiente hunc liquorem diligentissime custodi: sic habes tria Elementa, quæ suo modo venient rectificanda, terra à lixiuio & ab extractione remanens, Salem adhuc in se continet, eam etiam si placet reserua. Si iam lubet perficere Aurum potabile, habeas primò ad manus Rubinos hos sulphure stratifica, calcina ac reuera idque terna vice repetendo semper tamen à fecibus sulphuris aqua calida liberando, donec tandem in puluerem redigi possint: super hunc puluerem funde præfatum Antimonij elementum primum, vt quatuor super natet digitis, putrefac, deinde destilla, sic vt ascendat color rubeus, quem serva: Hoc opus toties repete, donec Rubinis non amplius suum colorem reddant & maiori ex parte Alembicum pertransierint, tunc in simul serua & in balneo rectifica.

Deinde accipe aurum purum lamina tenuissime & laminas pone ad putrefaciendum in Elemento secundo Antimonij supra destillati, & soluetur aurum in oleum clarum & purum, Citrini aurei vere coloris: postmodum accipe menstruum, in quo sunt pretiosi lapides, & aërem cum auro soluto simul ac quintã essentiam Antimonij seu tertium Elementum vltimo destillatum, omnia hæc in simul pone in putrefactione fimi: tunc distilla, sic habebis summum ac pretiosissimum Aurum potabile, à Veneto aliquando sic elaboratum ac

per-

perfectum inuentum, Salem Antimonialem si addes pretiosam insuper & virtuosam iudicabis esse Panacæam.

PANACÆA SOLARIS DECIMA QVINTA.

HIc 1. requiritur legitimum oleum Vitrioli. 2. Vera solutio Auri Spiritus vel oleum Vitrioli sic præparatur: Recipe Vitriolum Vngaricum optimum ad flauedinem vt artis est calcinatum ac puluesatum, hoc manda retortæ, applicato recipiente ad destillandum, primo diem ac noctem des ignem solarem, postea auge ignem de gradu ad gradum, coge denique spiritus vi & magno ignis calore, vsque dum rubræ perspicaces guttæ vna transeant, qui labor per tres dies & noctes continuabitur. Quando hoc factum, recipe caput mortui, tere tenuiter, affunde clare destillatam aquam pluuialem, inque ea fac coquatur caput mortuum, sic extrahitur Sal Vitrioli per aquam coctam, quando aqua pure recedit, tunc filtra, vt feces transeant. Aqua leniter divaporet in vitreo vase, donec Sal sit probe exsiccatus, postea solue illum in aqua pluuiali, & fac iterum inde divaporare, idque tertia etiam vice, sic redditur Sal Vitrioli purissimum & clarissimum. Hunc siccum Salem reconde in vitream cucurbitam, & affunde ex Vitriolo ante factum spiritum, claude vitrum luto sapientiæ, repone ita, putrefac in fimo equino per quatuordecim dies: putrefactione hac facta, aperi vitrum, effunde materiam in vitream retortam, destilla primò leniter, & quando nihil præterea humoris exstillat, ignem auge, fortiterque absolue destillationem, donec desinat & cesset: quando frigefactum est, exime spiritum ex reposito vitro, quod mediocriter magnum clausumque esse oportet, reconde in cucurbitam vitream rectifica phlegma, destillationem sensim tolle donec materia in cucurbita reddita sit fusca. Post recipe cucurbitam pone cum materia in cellam, & suppullulant candidi & puri crystalli, illos exime, rectifica adhuc semel, repone vitrum in cellam & suppullulant plures crystalli, hos adde prioribus. Quos perspicaces crystallos reconde in magnã phiolam altissimi & longissimi colli, & affunde album spiritum Therebintinæ, & magnum edet stridorem ac sonitum, ideoque tarde & caute oportet procedatur, soluunturque crystalli, & rubescit spiritus à Therebintina perspicaciter instar sanguinis. Quando hoc factum, affunde communem spiritum vini in tripla quantitate, carentem

phlegmate, ad altitudinem duorum digitorum, postea pone Alembicum super collum phiolæ bene clausum, appone vitrum & destilla spiritum vini in Balneo Mariæ lenissime, adscenditque Tinctura Vitrioli cum spiritu vini iucunde, remanetque corrosio Therebint. in spiritu vini, forma crassa. Quando spiritus vini cum Tinctura adscendit, effunde in aliam phiolam, affundeque parum noui spiritus vini, & vicissim vt ante per Balneum destilla, si quid de corrosione primò non transijt, tum destillationem aliquoties repete ita nouo spiritu ad tertiam vicem, & absoluisti rem omnem.

Hunc insignem rubrum diaphanum spiritum reconde in pelicanum, adde ad drachmam semunciam vni cornu tenuiter puluerisati, circula vel pelicana vna per mensem in subtili calore, post plane effunde, vt feces transeant, & Tinctura Vitrioli ad medicinam est præparata, iucundi & accepti saporis, quæ vsurpatur, vt porrò sequitur cum Sole &c.

Recipe puluerisati Vngarici Vitrioli quatuor libras, reconde in terream cucurbitam cum Alembico & recipiente, destilla leniter phlegma, dum nihil amplius transeat, tunc paulo magis auge ignem per horam, interim phlegma euanescet, & Alembicus incipiet rubescere, estque tunc indicium, prouenire spiritus, tunc desine, aquam solam reserua, caput verò mortuum residuum potest vtiliter ad alias res vsurpari. Deinde recipe tres quatuorue puri candidique Salis nitri libras, contunde subtiliter, reconde in loricatam cucurbitam, affunde prius inde destillatam aquam, obtura & relinq; ita per biduum, postea repone recipiens, & destilla similiter tantum inde phlegma, illud reserua quoque remanentia vtere, quando aquam fortem es præparaturus.

Recipe iam tres purissimorum silicum libras, ex aqua fluuiatili, contunde in ferreo mortario contritis reconde in terream, ignem sufferentem, Retortam, superfunde aquam superius de Sale nitro & Vitriolo factam, obtura bene ad duos dies & noctes, postea destilla igne aperto, primum leniter phlegma, vsque dum perueniat ad duodecimum gradum, auge ignem, denique vrgendo coge instar aquæ fortis, vt retorta bene incandescat, nec spiritus, qui è silicibus proueniunt candidi, instar spiritus Vitrioli amplius perspiciantur, postea continua ita per horam (nam vltimi spiritus propter suam subtilitatem nequeunt perspici) post leniter frigefac, & aquam funde in cucurbi-

curbitam, adde quatuor puri Salis armoniaci bene puluerisati lotones, apposito cæco Alembico bene munito, contineantur in calidis cineribus per tres dies & noctes, ad dimidium autem cucurbita sit impleta, hanc aquam reserua postea. Iam recipe aurum tenuiter laminatum, reconde in cucurbitulam, affunde supra dictam aquam ad altitudinem duorum digitorum, obtura cucurbitam cœco Alembico optime, pone in calidos cineres, menstruumque auro suum extrahat sulphur, & quando aqua satis fuerit colorata cæperitque densari, effunde leniter in vitrum, affunde aliam recentem aquam, hoc repete toties, donec amplius aqua non coloretur sed pura maneat, & laminæ factę sint candidissimæ, fragilesque redditæ, illæ diligenter purgentur, siccentur & ad alios vsus reseruentur. Has coloratas aquas omnes funde in cucurbitam, appone Alembicum, destilla inde leniter aquam in calidis cineribus, donec densus remaneat succus, super quem funde aquam roris vel pluuiæ, consistat per diem, post abstrahe in Balneo, illud fac bis reiterando, tertia vice absolue destillationem recenti destillata aqua, estque sulphur Solis purissimum in fundo, illi affunde rectificatum Alkohol vini, bis vel ter à saccaro candi abstractum, sic aurum plane dissoluetur, quo facile hinc spiritus vel oleum Solis possit confici. Hanc solutionem immisce ante præparato oleo Vitrioli, pone in digestionem per mensem Philosophicum, vsque dum purum ab impuro separata sit, & tua Panacæa præparata existat. Hæc curat epilepsiam, maniam, melancholiam, vertiginem, phthisin & omnis generis catharros, nec non & omnes contracturarum species, contra venena, & deliquia animi maxima medela.

PANACÆA SOLARIS DECIMA SEXTA.

RECipe terram strigensem recentem, nondum elaboratam aut signatam, Sole in domicilio arietis existente fossam, crassam & puram ac pulcram, affunde iustam aquam tonitrualem, ad septentrionem ab ortu Solis captam, reserua vna in calido loco per aliquot septimanas ad putrefaciendum, in hoc tempore, ostendet quandam crassitiem, hanc coge per Alembicum, & accipies pulcerrimum aureum oleum, in cucurbita reperis duram materiam, illi extrahe communi aqua pluuiali Salem, & pota postea proprio suo oleo, circula vna in Balneo roris per mensem, postea destilla adhuc semel, adscendit

oleum & Sal vna, & accipis ſubtilem Balſamum. Recipe iam in nomine Domini purum aurum, liquefac cum vitro Veneto, poſtea extrahe illi auro Tincturam cœleſti aqua & præparaſti aurum. Iam coniunge Balſamum cum aurea Tinctura, pellicana vt eſt moris: & aſſecutus es in medicina talem theſaurum, qui prodeſt contra venena, peſtem, dyſenteriam & omnes venenatos morbos, roborat omnia membra, imprimis autem eſt maximum cordis anodynum eximiaq; Panacæa.

PANACÆA SOLARIS DECIMA SEPTIMA.

HÆc perficitur ſequenti modo: Recipe ſulphuris flaui bene optimeque contriti partem vnam, calcinati Vitrioli partes tres, ſublima inuicem, & adſcendit ſulphur datque pulcros flores, hos ſume ab Alembico, & ſuperfunde oleum Tartari, & ſoluitur ſulphur perſpicaciter rubrum, iſtam ſolutionem effunde, & affunde acetum vini acutiſſ. & cadent flores fœtore ingrato ad fundum, oleũ effunde & edulcora rubros flores calida aqua, poſtea ſuperfunde ſequentem ſpiritum vini, pone in calorem per tres dies & noctes, & pertrahit ad ſe rubeam Tincturam, quam effunde, abſtrahendo inde ſpiritum vini in cineribus, vltimò fortiter, & aſcendet iucundum rubrum odoriferumque oleum in ſpiritu vini, deinde rectifica in Balneo Mariæ, dum ſpiritus vini ſit remotus, eſtque pars huius medicina parata & confecta. Illius Doſis ſunt ſex vel ſeptem guttæ in poculo vini ſumptæ.

Sequitur altera pars huius Panacææ: Recipe purum aurum, per Antimonium purgatum, reconde in cucurbitam, ſuper lotonem auri funde ſex lotones aquæ Salis, pone ad ſoluendum in calidis cineribus, & extrahit aqua Salis auro ſuam Tincturam, remanetque album corpus vel puluis in fundo, illud diligenter effunde, filtra, vt album ſolum corpus, ſit reſiduum: extractum verò ruborem cum aqua Salis reconde in cucurbitam, & abſtrahe in calidis cineribus vel Balneo Mariæ, vſque dum cum Auro ſemuncia remaneat æquæ Salis, tunc exime in amplam cucurbitam, adde tres partes aquæ dulcis, pone in calidos cineres, ad divaporandum, ſuperfunde aliud: hoc tantiſper fac dum acredo aquæ Salis & amaritudo metalli pereat, quod maximus labor eſt: ab Auro ſepara aquam dulcem diligenter, deinde reſume aurum, reconde in vitrum ſuperius anguſti colli, adde Auro ſex vel octo lotones poſt deſcripti ſpiritus vini, reclude diligentiſſime, ne quid exhalet

pone

pone in lenem cinerem, per octo vel quatuordecim dies, post frigefactum reconde in cucurbitulam, adaptato Alembicum, pone in Balneum, & detrahe spiritum vini ab auri colore, & remanet essentia auri in fundo, omnia autem detrahas ad siccitatem, remanet solus aureus puluis, super hunc funde oleum sulphuris, ad extrahendum quantum in digestione opus habuerit, post separa purum ab impuro, & sic hæc est Panacæa confecta. Quæ prodest in obstructione pulmonis, palpitatione cordis, putrefactionibus, phthisi, lepra, contra venena & aposthemata.

Spiritus vini ita præparatur: Recipe cineres de vitibus, extrahe inde Salem per coctionem, filtrationem & coagulationem, vt artis est, hoc tantisper reitera, donec Sal factus sit purus & clarus, terram vel cinerem potes semper reuerberare, & mediocrem Salis accipias quantitatem, hunc iam rectificatum & purgatum Salem, assume & superfunde aptum Alkohol vini, (non à fecibus vel adusto vino, sed à vino destillatum) de illo funde bonam quantitatem super Salem, pone vna per quatuordecim dies in Balneo Mariæ ad putrefaciendũ, postea destilla inde spiritum vini superfundendo ad altitudinem aliquot digitorum, pone bene munitum cum cœco Alembico in calidos cineres, & resoluitur tandem Sal, post destilla vna super Alembicum, & vna ascendunt, tunc spiritus vini acuatus est præparatus, quo multa effici possunt; cum eo resoluendo & extrahendo metallorum Tincturas, item putrefaciendo, rectificando, circulando ac fixando Philosophorum elixiria.

PANACÆA SOLARIS DECIMA OCTAVA.

Recipe Sulphuris viui, Antimonij crudi, Mercurij, ana vncias quatuor. Confunde inuicẽ in vnã massam, postea quando indurescere incipit, exime tempestiue è vase, ne adhæreat, frigefiat, frigefactum tere in lapide marmoreo & reconde in cucurbitam adaptatam, affunde aquam Regis, claude cæco Alembico, pone in calorem, in quo sic perseueret per diem & noctem digerendo & soluendo, postea effunde, superfunde recentem aquam regis, rursum perseueret tamdiu, vsq; extractum est, tunc reconde hanc extractionem vna cum corpore in retortam, distilla primum leniter, quo spiritus aquæ regis tollantur, tunc muta recipiens, & purum ab impuro separabitur, sublimabitur

&

& destillabitur; hoc tertiò rectificetur, & præparata est prima pars Panacææ, illam reserua ad vsum sequentem.

Recipe in nomine Domini duos Mercurij lotones, solue in communi aqua forti, sume itidem Vitrioli & Salis quantum vis, commisce ambo in terreno vase, superfunde aquam fortem cum Mercurio, permisce bene vt fiat ponderosa massa, quam recondes in terream cucurbitam, apposito etiam lutato Alembico, pone in arena, subijce primum ignem lenem, & recedet vicissim aqua fortis, postea adauge ignem magis magisque, denique fortissimo gradu, vt cucurbita incandescat, & Mercurius sublimetur instar niuis: illum sublimatum septies rectificabis, in cucurbita vitrea loricata, caputque mortuum singulis vicibus immiscebis: octauo & sublima in phiola per continuationem, donec totus adscenderit. Hunc sublimatum rectificatum tritum inijce conchæ planæ, immisce puram limaturam ferri vel Martis, pone vna in humidam cellam, permiscendo singulis diebus lignea spatula, & quod soluetur effundes in vas proprium, donec omne sit resolutum: hanc solutionem filtra per chartam, & reconde in vitream retortam, ter rectifica super caput mortuum, denique extrahe illi etiam Salem aqua pluuiali vt moris est, iterum sicca & tenes idoneum, Recipe hanc Mercurialem aquam affunde Sali suo, & flauescet instar croci, sic correctius existit præparata: Iam fiat coniunctio: confice tibi Amalgama Solis cum Mercurio, vt Aurifabris est in vsu, adde decem de Panacæa prima lotones, & de Mercuriali oleo quinque: hæc in loricata cucurbita per diem & noctem digerantur, soluantur & macerentur, postea destillationi & sublimationi mandetur, & stillabit primum aqua postea sequetur sublimatus: Hoc fit intra duodecim horas, his factis, destillationem reitera & sublima illud vicissim omne vicies, per continuationem denique fixatur, sic habes in fundo fixam Panacæam præparatam, pro qua Deo gratias agas

PANA-

PANACÆA SOLARIS DECIMA NONA.

Recipe Aurum finum, laminatum, & limatum, stratifica cum Sale Tartari, faciendo stratum super stratum vt artis est, cementa postea: si verò aurum non fuerit limatum, cementatis Tartarum lamellis abradito, rursusque stratificato ac reuerberato, tandem abit omne Aurum in Salem à Tartaro: hoc Sal solue vel cum spiritu vini Alkolisato vel spiritu Saturni, vti supra illius præparatio descripta est, & euadet assiduo labore in Aurum potabile quod sequenti spiritu circulabis inque essentiam fixabis puriss. Fiat acetum radicatum cum aceto vini destillato per Tartarum & Salem petræ præparato, hoc est, quater Tartaro cum nouo Sale petræ vsto, vt moris est, & deinceps aceto vini destillato probe imprægnato & tandem igne violento destillato. Deinde cum hoc aceto corallia optima & rubicundissima in Balneo dissoluantur: Dissolutio filtretur per chartam emporeticam; vt sola solutio transeat relictis fecibus, postea acetum rude auferatur vel exhalando vel destillando, remanebit in fundo corallorum substantia albicans: supra quam fiat exhalatio aquæ rosarum vel alterius ita vt duobus digitis supernatet: Demum siccentur ad ignem; hæ dissolutiones & euaporationes per aquã rosarum sæpius instituantur, vt habeatur puluis omnino niueus. Hunc puluerem sine additamento inijce retortæ loricatæ & igne nudo destilla in recipiens: totus destillabit puluis, nec quicquam in fundo vasis manebit, aqua hæc est limpida, vrens instar aquæ vitæ seu spirit⁹ vini, inq; se continet veram corallorum essentiam. Hunc spiritum adde supra dicto Auro potabili, circula & putrefac, vt in vnam redeant Medicinam, & Panacæam habebis in promptu de quo prædicari ipsissima experientia sat sufficienterque in propatulo esse potest: testis est Quercetanus in tedrade grauiss. totius cap. affect. cap. 28. dum sic ait: Quod ad corallum attinet, qui arbusculus est metallicus, ex saxis marinis exurgens, vitamque à spiritu Salis vegetantis possidens, vt qui etiam totus naturam Salinam præ se fert, cum totum pene eius corpus in Salem redigi possit, mediantibus illis dissoluentibus, (præcedentibus in hoc capite) quæ supra attigimus, quibus euaporatis, & exiccata coralli substantia Salina, ex eo pariter aqua vitæ ardentissima educitur, quæ, instar quoque essentiæ vini, flammam concipit, cum rubra, sanguinis instar, tinctura,

quæ circulationis aut rectificationis beneficio aquæ innatat: quæ quidem aqua & tinctura, si probe inter se vniantur, iam tum antidotum præbebunt aduersus epilepsias & apoplexias præstantissimam, si aliquot eius guttæ ex aqua aut liquore congruo assumantur. Quod tamen artificium, si eodem modo persequamur, quem obseruauimus in menstruo Saturni describendo, aut Lunaria minore, aut opere vegetabili Raymundi Lullij, quas operationes in tractatu nostro de priscorum Philosophorum medicinæ materia, &c. descripsimus: certissimum ac supremum dissoluens educemus, quod aurum in veram quintam essentiam (quod veris omnib⁹ Philosophis factu facillimum est) sit redacturum.

Similis aqua vitæ ex perlis & vnionibus ex eodem, cum corallis, fonte productis, extrahi etiam potest. Reperiuntur enim perlę in conchis marinis, varijs coloribus inargentatis. Quos quidem varios colores à Salis spiritibus proficisci exemplo docuimus, in nostro tractatu de priscorum Philosophorum medicinæ materia proposito, cum de Sale Petræ loquerem⁹, cuius spirituum penetratione totum alembici corp⁹ variegatur ac tingitur, colorē opalæ, hoc est, omnigenæ picturę, referens. Etsi autem vel Solæ ipsæ aquæ vitæ aut essentiæ perlarum aut corallorum, per se satis & ex sese inter præstantissimas antidotos cor mire recreantes ac refocillantes censeantur: si tamen vlterius procedatur, dissoluens inde Solare & Lunare admirandæ & incomparabilis virtutis, aduersus epilepsias ac desperatos omnis generis affectus, extrahetur ac elaborabitur vt nemo non sani iudicij tantam medicamenti vim & efficaciam vbique testetur, nec nisi obliqua ac peruersa raptus mente fateri erubescat: Hactenus Quercetanus.

PANACÆA SOLARIS VIGESIMA.

HÆc potissimum in duabus diuersis consistit præparationibus, vna nempe in vera resolutione Antimonij, altera in solutione Auri: Antimonij summa medicina hæc est.

Recipe stibium Vngaricum, tere, & laua quo terra damnata inde tollatur, postea illius partem immisce cum dupla quantitate pulueris, (ex tartaro & nitro præparati) superius cooperi cum communi Sale, liquefac violento igne in crucibulo, & quando liquefactum est instar aquæ, frigefac & tolle regulum quem in fundo restitantem tenebis.

Regulum

Regulum hunc recipe, adde illi rurſum recentem fluxum ſeu puluerẽm ſupra denominatum, in dupla quantitate, liquefac adhuc ſemel, & fiet Stella ſignata clara & pura. Huic ſtellæ ſignatæ adpone ſolum Salem nitri in dupla quantitate, liquefaciendo effunde cum fluxu, fluxum abſtrahendo ſepara, & quantum regulus ponderat, tantundem adde illi de nouo & recenti Sale nitro, liquefactioni remanda illudque tantiſper repete donec ſtella ſignata in fluxum totaliter abierit. Hæc reſerua, eſt valde mordicans in lingua inſtar ignis. Quo facto, recipe collectũ fluxum, contere, edulcorato à Salem nitri, & remanet puluis flauo-fuſc⁹, illũ ſicca, reſerua, aſpectu apparet inſtar cõtriti vitri.

Hoc facto, accipe regulum Antimonij communi modo cum Sale nitri & Tartaro confectum, illum tritura, recondeque in rotundo humilimo vitro appoſito Alembico, ſublima ex Arena regulum per ſe abſq; additamento, ſublimatum coge rurſum penna in vitrum, & ſublimationem reitera hoc fac toties vſque dum nihil amplius adſcendat, ſed rubrum & fixum in fundo reſideat.

Tunc recipe fixum hoc Antimonium, repone in cella in lapidem & tandem ſoluatur in aquam rubrã, quam deſtilles ex Balneo Mariæ, & decima ſexta ſaltem pars remaneat in vitro, quam pones in locum humidũ, & inde prouenient rubicundi cryſtalli, illos ſolue in aqua pluuiali, filtra & deſtilla inde phlegma vſq; ad denſitatẽ ſeu cuticulam repone rurſum & conueniunt cryſtalli candidi & puri, inſtar Salis nitri, illud eſt Sal Antimonij. Hos cryſtallos accipe, & affunde pure deſtillatum acetũ vini ſic ſoluentur cryſtalli in acetum, eſtq; acetũ præparatũ.

Recipe hoc acetum, ſuperfunde præpara flauo-fuſco pulueri, impone calore leni ad extrahendum, acetumque intra viginti quatuor horas totalẽ Tincturã Antimonij plane rubram ſoluet: Extractionem hanc omnem, digere per viginti & octo dies in Mariæ Balneo, poſtea deſtilla inde acetum per Alembicum in arena, oleum verò ſeorſim in peculiare deſtilla vitrum, quod multis mirabilibus venulis adſcendit.

Hoc oleum rectifica in cineribus vt illud ꝙ de aceto cum eo eſt reſiduum, tranſeat ſolumq; remaneat oleum dulciſſimum, iucundum & rubrum inſtar pyropi. Iam coniunxiſti Sulphur & Sal Antimonij, duxiſtique in oleum, quod reſerues.

Porrò recipe purum regulum Antimonij communem, cum Sale nitri & Tartaro vini præparatum, illum redige in puluerem, huic ſuperfunde menſuram aceti fortiſſ. deſtillati, adde ei purificati Salis

vrinæ lotones ſedecim, Salis armoniaci itidem ſedecim lotones, Salis Tartari ſedecim lotones, digerant cum aceto per menſem vaſe bene clauſo, poſtea acetum ſicce deſtilla, inde ſalibus adde remanentibus bolum aut ſimile deſtillando ſpiritum, qui mirabilis eſt proprietatis: Hunc ſpiritũ ſuperfunde regulo puluerilato digere cum illo per quinquaginta & ſex dies bene lutatis vaſis, poſtea ſpiritum à materia ſicce deſtilla, immiſce limaturam chalybis in quadrupla quantitate, reconde in retortam, appone magnum & aquæ plenum recipiens, deſtillare incipe, denique coge fortiter & tranſit Mercurius inſtar fumi, reuiuiſcitque in aqua. Et hoc eſt genuinum argentum viuum ex Antimonio. Poſtea accipe communem ſpiritum Vitrioli, cui adde paulum aquæ communis, hunc ſuperfunde limaturæ, & repone donec ſit ſolutum, tunc plane effunde feces remouendo, ſpiritum abſtrahe inde per cineres vſque ad denſitatem, pone vitrum in locum frigidum, & prouenit ex ferro pulcrum Vitriolum, ab illo fac divaporare inde phlegmata, immiſcendo tribus partibus terræ figulinæ exſiccatæ ac tritæ, reconde in retortam vitream, deſtilla primum inde phlegma, poſtea coge ſpiritum violentia ignis in recipiens vitrum aptum illum rectifica cum induſtria, & manet inferius rubrum oleum.

Hoc oleum funde ſuper confectum Argentum viuum, deſtilla inde phlegma in calidis cineribus, & remanet Tinctura olei, quæ præcipitat Mercurium in ſummum puluerẽ, qui plurimum prodeſt ad inveteratos plurimos affectus. Recipe huius præcipitati partem vnam, edulcora communi ſpiritu vini, ſume etiam auri, cum ſpiritu vini rectificati, cuius præparatio ſequetur, partem vnam adde & quartam ante confecti dulcis olei partem, in phiola vſque ad dimidium plena, poſtea Hermetice ſigillando claude, reclude in philoſophicum Athanor, & ſoluetur in continuo calore in medicinam, poſtea aperi vitrum, perge in adhibitione ignis ſeu caloris, & materia in fixum fixabitur puluerem, eſtque & hæc Panacæa confecta.

Recipe porrò oleum ſulphuris per campanam facti, illud deſtilla ſepties à Sale gemmæ, & inſigniter roboratur & præparatur, ſume hoc oleum & deſtilla aliquoties ab auro vel illius calce, tandem tranſit aurum ſanguinei caloris ſuper Alembicum, illud corrige & rectifica ſpiritu vini Alkoliſato, vt ad incorporationem cum priori præparatione ſit aptum & iuſtum perfectum.

Hæc Panacæa dicitur eſſe particularem Tincturam tam ad cor-

pora

pora metallorum quam corpora microcoſmica, nam adhibetur ad multos difficiles morbos, poteſt proijci ſuper purum argentum, plumbum & ſtannum; & inuenies per ſeparationem metallorum verum aurum. (mihi videtur Auri Augmentum) Antimonium per ſe abſque additamento auri ita præparatum poſſe idipſum perficere, videre eſt ex ſecretis manualibus Baſilij Valentini.

PANACÆA SOLARIS VIGESIMA PRIMA.

HÆc præparatur & conſiſtit in vera anatomia Mercurij & ſolutione Solis: compoſitio Mercurij hæc eſt.

Recipe purum optimeque Alkoholiſatum cinnabarim, non factitium, ſed qui proxime ad venas aureas inuenitur, & ex Vngaria transportatur, quantum lubet: illum ſolue ſeorſim in ſequenti aqua, donec plane ſit diſſolutus, verum hoc obſeruandum quo reliquum ardens ſulphur partim aquæ innatans, partim ad fundum tendens, ſeparetur: Hæc ſolutio eſt flauo-viridis, aqua ſeu menſtruum eſt tale: Confice bonam partem ſpiritus nitri vt moris eſt, illam funde ſuper ana Salis gemmæ in retorta, deſtillando ex arena leniſſime, iuncturis vitrorum bene clauſis, quia magnopere penetrat, oportetque magnum applicari recipiens, & tranſit ſpiritus nitri plane ſanguinei coloris: Hanc aquam vſurpa ad ſuperiorem ſolutionem cinnabarinam, oportetq; huius menſtrui nimia eſſe, quantitas vt quamlibet calcis libram fere ſex libræ menſtrui adæquent. Tali ſolutione facta, abſtrahe primum aquam in Balneo, quantum tranſire cupit, & flaueſcet reliquum pulcre inſtar ſolutionis auri. Hanc plane in loricata cucurbita in arena leniſſime abſtrahe, donec ſicca reddatur, deinde coge aliquantum fortius, facque Mercurium inde in Alembicum vel cucurbitam ſublimari, mediocri attamen igne, non candeſcente. Quando Mercurius iam eſt ſublimatus, quod inde dignoſcitur, quando in fundo cucurbitæ, lutatæ reſidere iridem perſpexeris ſuper materia, quod optime fiet, ſi tandummodo fundum non vero totam cucurbitam loricaueris, tunc moderate illum eximas, ne quis ſublimatus decidat, & habes tria Mercurij principia, primum ipſum Mercurium ſublimatum, reliqua duo, vt ſulphur & Sal, ſunt in fundo, illa ſingulatim vna ſeparari & vlterius præparari hoc modo ſolent: Adhibe operam, vt ſublimatum omnem tollas, ne ad reliqua in fundo vitri reſtantia duo principia cadat,

remoue illum,& affunde ei acetum vini destillatum, coquendo in cucurbita vitrea per quatuor vel quinq; horas,donec maxima pars consumpta fuerit de sublimato inque acetum sit resolutum, quod solutũ separa ac reserua,remanentię vero affunde plus aceti destillati vt ante, coque,vbi frigefactum est,coniunge reliquo decocto, & procede ita donec Mercurius sublimatus omnis sit in acetum solutus, verum feces quæ instar flaui præcipitati, quia Venenolæ, reijce: acetum verò in quo Mercurius residet & est solutus,abstrahe, sicca Mercuriũ, nec refert si appareat subniger. Hunc solue rursum per coctionem in destillata aqua pluuiali,vsq; dum omnis constet pure solutus; Ad duo illa vna in fundo supra dicta,relicta principia,Salem ac Sulphur,affunde aquam pluuialem destillatam,ad extrahendum inde Salem, sulphur eius remanet in fundo flauissimum, quodlibet seorsim separa,& sulphur edulcora: Salem filtra,solue,coagula vsque dum purum & præparatum confectum constet. Hæc tria principia purgentur summa adhibita artificis industria,per Alkoholisatum spiritum vini, sunt corrigenda, in hunc modum: Superfunde sulphuri spiritum vini ad altitudinem quatuor digitorum, reponeque clausum ad digerendum aliquot diebus,post abstrahe inde spiritum vini aliquoties per cohobia, estque sulphur probe purgatum.Sulphur reserua seorsim,ad Salem similiter funde spiritum vini dephlegmatum ad resoluendum, remanentes feces flauæ sunt residuæ, quas toties imbibe & resolue spiritu vini, vsque omnis Sal cum spiritu vini sit extractus, filtra purissime, abstrahe in Balneo per dimidium,repone,prouenietque Sal viridis & candissimus,in forma Vitrioli perspicacissimus. Istam edulcorationẽ & abstractionem spiritus vini tantisper repete,donec omnis Sal ita sit clarificatus & rectificatus. Nota, hic Sal tantæ est subtilitatis,vt si eius paruam quantitatem posueris in prunam,abibitque ex templo per fumum,relinquens nudam terram.

Et nota vt Salem hunc tantisper rectifices spiritu vini, sæpius soluendo & coagulando,donec nullas amplius solutio det feces, sed plane sit pura & perspicua. Reserua itidem singulatim.Mercurio itidem superfunde spiritum vini, & pone clauso vase ad putrefactionem, per dies quatuordecim,postea immitte in retortam, adaptando magnum recipiens,iuncturis bene perlutatis,incipe in arena sensim destillare, transibitque primum spiritus vini, postea verò cogendo aliquantum fortius, proueniet spiritus Mercurij, adhærescens vndique in reci-

piente, fac frigefieri, neque aperi intra viginti quatuor aut triginta horas, & soluetur, decurso illo tempore spiritus Mercurij cum spiritu vini, permanebuntque simul vniti maximeque clari. Exime, abstrahe in Balneo sensim spiritum vini, & remanet spiritus Mercurij in fundo totus quem sic tenes bene odoratum ac iucundum, qui, si placet, vlterius rectificari & ad summam puritatem gratia per spiritus vini per se destillando reduci potest: Ita sunt hæc principia sola & per se separata. Hæc rursum per artis compositionem in vnam Panacæam sic procedendo, par erit recedere ad opus.

Recipe prioris dictæ calcis cinnabarinæ mineralis quantum placet, solue in superiori menstruo, abstrahe in Balneo, vsque ad oleitatem, affunde denuò menstruum, & abstrahe in Balneo, vsque ad oleum, illud fac quinquies aut sexies, pone postea in Balneo clausum ad putrefaciendum per dies quatuordecim, deinde destilla ex arena, per cucurbitulam, infra loricatam, primum destillando aquam residuam, quando albos reddit spiritus, repone aliud recipiens, & destilla omnia denique igne forti, & accipies veram aquam Mercurialem soluentem. In hac solue superius purgati & purificati Salis duos lotones, recipe lotonem vnum Mercurij, & affunde huius aquæ, (in qua duo illi Salis lotones soluti sunt,) tres quatuorue lotones, pone in Balneo, abstrahe sensim, & transit aqua, Mercurius verò recipit ad se Salem, affunde rursum de menstruo, in quo Sal est solutus, ad Mercurium, abstrahe idque fac tantisper, dum duo illi Salis lotones in vnicum lotonem Mercurij sint redacti. Et inuenies, quomodo hæc duo indissolubiliter inuicem vniantur, viridemque viscosum liquorem, eumque fere siccum, reddant. Ad hæc duo composita principia adde tertium, nempe spiritus Mercurij sex lotones, sequentis auri, quod super Alembicum ascendit, vnum alterumue lotonem, pone vna in phiolam Hermetice clausam, in Athanor, rege tam leniter, ne spiritus Mercurij inde sublimetur, sed tandem omne inuicem coaguletur, & in rubrum puluerem euadat. Hæc est medicina vniuersalis ad omnes ex corpore humano morbos depellendos, potestque in infinitum & quantitate & virtute cum spiritu Mercurij augmentari, semper parte medicinæ vna ad decem partes spiritus coniuncta, gradibus tamen ignis perpetuo rectis ac iustis: In igne enim summe est situm.

SEQVITVR AVRI PRÆPARATIO.

Recipe aquæ tinendæ vncias duas, olei seu spiritus Salis vnciam vnam, aceti vnciam vnam semis, hæc reconde vna in magnum recipiens, destillando in illud spiritus de his speciebus: Recipe nempe octo communis Salis lotones, octo calcinati aluminis lotones, dimidiam libram Salis nitri, octo lotones Antimonij, ex his speciebus coge spiritus in recipientem, in quo antedictæ partes sunt, & sic præparasti aquam auream solarem, quam reserua ad vsus necessarios, vt sequetur: Recipe lotonem obryzi, in tenuissimas partes laminati, reconde in cucurbitam, affunde oleum vel spiritum Salis, vt aurum dissoluatur, pure solutum effunde in cucurbitã, abstrahe menstruum soluens ter in Balneo, ne tamen plane siccescat, deinde superfunde rursum spiritum Salis, & colorabitur Aurum quam maxime, ter vel quater inde in Balneo id abstrahatur, vt parumper retineat humiditatis, per diem digeratur in Balneo, & fiet aurum tam spirituale, vt super Alembicum adscendat, redditurq; sanguineum, & ita aurum redactum est in summam medicinam, quam edulcorabis, fixabis, vt superius dictum est: aqua verò tinenda sic conficitur: Recipe duas libras semis aluminis, fac phlegmata inde divaporet, & quando fere durescit, immisce duas Salis nitri libras, & vnam laterum contusorum libram, tolle postea de ignẽ, reconde in retortam probe loricatam destilla instar aquæ fortis, habebisque præparatam aquam dictam tinendam.

PANACÆA SOLARIS VIGESIMA SECVNDA.

Recipe sublimati crystallini (septies per phiolam rectificati) duodecim partes, calchon Reginæ puræ calcinatæ partes tres, amalgama vna secundum artem, & sublima donec inuicem constent fixata seu fixa reddita, quod fit in trigesima sublimatione, hunc sublimatum extrahe optimo Alkohole vini, deinde animã extractã in fixum redige oleum, hoc peracto ciba animam illius proprio suo Sale remanente, putrefiant, tandem destilla post putrefactionem menstruum ad olei formam, idque aliquoties, & habebis tandem summam vniuersalem medicinam, de qua satis scribi nequit propter maximam virtutem & energian quæ in illa latet. Possunt etiam hac, diuino adiuuante numine,

numine, omnes desperati morbi curari, imprimis podagra, lepra, Epilepsia, Apoplexia, Paralysis, contractura, palpitatio cordis, deliquium animi, Melancholia, Mania, Lethargus, perepneumonia, phthisis & id genus alij. Et pro hoc secreto summæ Deo in æternum agendæ sunt gratiæ.

Illius Dosis est granum vnum ad tria cum suis appropriatis, optime applicatur cum magisterio Perlarum & Chelidoniæ, etiam cum essentiæ corallorum, si velis purgare sanguinem in corpore, siquidem illum plane rectificat: Cum essentia cinnamomi est summa fortificatio in refrigeratis corporibus præsertim in senibus: cum essentia sanguinis humani restituit radicitus Epilepticos, cum oleo vel Balsamo rectificato succini restituit Apoplecticos, cum magisterio tritici vel essentia panis restituit omnes phthisicos, & sic deinceps in alijs morbis, cum suis conuenientibus vehiculis.

PANACEA SOLARIS VIGESIMA TERTIA.

RECIPE Amalgamatum Mercurium cum Ioue anæ libram, laua hoc Amalgama puriss. Sale & aceto, donec nihil inde nigri amplius tran eat, recipe postea fixi Mercurij vel Panchymagogi Iosephi Quercetani in phiola sublimati (à sublimato & communi Mercurio) quoque libram, tere cum Amalgamate, pone in vitrea tabula in cellam vna in humida arena, applica illi aliud vitrum, quo sublimatum, quando in liquorem soluitur, excipias; vbi omne fluxit; vel nihil amplius fluit, tunc dephlegma aquam vel liquorem Mercurialem, destillaque primum in Balneo Mariæ, postea in arena ex retortula, si quid remanet, huic rursum affunde oleum & destilla, donec omne transeat & menstruum tuum est præparatum. Iam confice Amalgama Solis cum Mercurio viuo, purga etiam vt moris est, postea solue in hoc liquore abstrahendo, donec alterum cum altero sublimetur & tandem fixetur, sic inuenies tuum Arcanum, quod podagram perfectissime (genuine applicando) potest curare: neque indiget edulcoratione, quia plane fixum & dulce est, siquidem reiteratio sublimationis sæpius facta est. Nota quando sublimatus per se quinquagies rectificatur & sublimatur, (verum experimentum, ab Artista aliquo expertum) redditur dulcis, vt nemini noceat, verum per se nunquam redditur fixus, sed semper reascendit Alembicum. Hæc Panacæa maxime

mouet ſudorem, niſi verò bene fixetur, etiam mouebit ſedes, itaque in fixatione maxima ſita eſt cura.

PANACÆA SOLARIS VIGESIMA QVARTA.

HÆc Panacæa conſtat ex duabus vegetabilibus eſſentijs, quæ vna cum Auro in ſummum abeunt ſecretum, & medio Artificis Chymico ſic labori mandantur, ac præparantur: prius vegetabile ſic in præparatione ſua Homogenea exiſtit: Recipe tritici quantum vis, ſuperfunde roris maialis ad ſufficientiam, donec ſint maſſæ inſtar pultis, ſine ſic ſtent in calore temperato, vſque dum triticum radices naſcatur, paruulos &c. quando hæ proſerpunt longiuſculæ collige illarum libram integram vel plus, reconde in vitrum, bene clauſum pone ſub calidum fimum equinum triginta dies, poſtea exime, & reconde in cucurbitam, deſtilla in Balneo & accipies aquam claram, qui eſt Mercurius vegetabilis, quem reſerues. Interea temporis recipe viciſſim tritici quantum vis, ſed bonam quantitatem, decem vel duodecim libras, contunde in mortario, reconde in vitrum, ſine ſtet per menſem in fimo equino, poſtea deſtilla per arenam quam leniter, & oleum deſtillat cum aqua ſimul, hæc ab inuicem ſepara, oleum eſt ſulphur vegetabile, aquam reſerua ad ſequentia. Terram reſtitantem Recipe & calcina in cineres albos, ſuperfunde aquæ propriæ, vt Salem extrahat, filtra & coagula, hoc modo habes tria principia. Recipe huius Mercurij, hoc eſt aquæ ſex partes, ſulphuris id eſt olei duodecim partes, Salis quinque partes cum dimidia, reconde ſimul in vitream phiolam, pone ad digeſtionem & ſine ita perſeuerare ad ſequentes vſus.

SEQVITVR ESSENTIA SECVNDI *vegetabilis.*

REcipe vinum bonum, deſtilla ab hoc phlegma per Balneum Mariæ in magnam cucurbitam, deſtillatum poſtea pone ad ſuam remanentiam: ſigilla bene, ſine ſimul in fimo equino putrefieri abſque igne per menſem, tunc rurſus deſtilla vt ante ſed ad ſiccitatem: recipe corpus remanens, applica vaſi idoneo, & deſtilla per latus omnia & aqua ſimul & oleum purpureum tranſibit, illud eſt ipſius ſulphur, Sal

remanet in fecibus quas calcina & excandefac vehementer, extrahendo inde Vitriolum, ſeu Salem: tunc rectifica oleum cum aqua in cineribus decies vel duodecies, & tandem commiſcebitur oleum cum aqua, adde illi proprium Salem, & circula in Balneo Mariæ per quatuordecim dies, clauſo tamen vaſe, & efficietur liquor, & ita alterum etiam vegetabile in ſua tria principia, per circulationem in eſſentiam redactum eſt.

SEQVITVR TERTIA ESSENTIA EX Auro talis.

Recipe oleum Salis, in hoc diſſolue aurum, ſi diſſolutum funde omne in tantum boni Vitrioli oleum, poſt hanc coniunctionem, in cucurbita factam, deſtilla inde olea duodecies per cohobationem, ſingulis vicibus ſemper rurſum affundendo, ita tamen ne aurum remaneat ſiccum, oleis toties inde abſtractis, & deſtillatis per Balneum, vſque in tantum ſit factum veluti dictum, tandem deſine cohobare amplius, & affundes auro nobilem ſpiritum vini, ac pones in cellam, ſine ſtare donec cryſtalliſetur, cryſtallos exime, & deſtilla inde rurſus ſpiritum, donec amplius non cryſtalliſetur, Cryſtallos hos ſicca in mediocri calore, contere & edulcora aqua, affunde rurſus ſpiritum vini, digerantur viciſſim, quando per aliquot dies digeſtum eſt in Balneo, abſtrahe ſpiritum vini mediocriter, & remanet eſſentia Solis inſtar olei, hic eſt genuinus proceſſus eſſentiæ Solaris, quos duobus iſtis vegetabilibus ſic incorpores: Recipe eſſentiæ ex tritico partem vnam, eſſentiæ meri partes duas, eſſentiæ auri partem vnam includantur commiſcendo phiolæ Hermetice clauſæ, circulentur in Athanore vſque dum omnia coagulata atque fixata exiſtant, & habebis lapidem Panacæam pretioſiſſimam, cuius virtus atque proprietas ineffabilis atque incredibilis exiſtit: Hoc autem notabis, vt materiam omni ſuo phlegmate priues, alias coagulationi idonea non erit, ſin v. genuino modo proceſſeris intra menſem totalis coagulatio perfecta erit. Hic notandum venit, quod Paracelſus & Crollius ex tritico & vino Homunculum præparare conantur: Verba & præparatio Crollij ſecreta talis eſt. Homunculus apud Paracelſum eſt excellentiſſimum quoddam arcanum ſiue medicamentum arte ſpagyrica tractum de baculo potiſſimum vitæ naturalis in homine, cuius formulam huc apponere minime pigebit.

Nemo non mente captus negabit vitæ baculum esse nutrimentum esus, & præcipuum in hunc effectum esse triticum atque vinum, à Deo & natura præ cæteris ad vitæ sustentationem alimentum ordinatum vt aliorum Principem. Proinde Paracelsus nutrimentum hoc protulit ex quo sanguinem alimenti generaret, ac inde sperma formandi sui homunculi: Allusione haud irrepta nutrimentum pro vita sumitur, & potissimum quia in vitam transmutatur. Vitam autem sum pro homine, siquidem nisi viuat, non homo sed cadauer & hominis tam est vtilissima pars quæ pro homine haud congrue sumi potest, vti bene & eleganter nobilissima pro toto. Quatenus igitur nutrimentum siue alimentum vitæ, vita est hominis, homo pariter dici potest vel homunculus, id quod ex hominis sanguine & vita generatur, vtpote pygmæus vmbratilis, Homunculus postea natus, gigasque renatus. Hæc pauca doctis sufficiant, qui plura volet intelligere, nihil videbitur eorum, quæ ad occultum sensum trahi consueuerunt in allegorico vel ænigmatico sermone. Rem tandem feliciter & alacriter aggressi persequamur.

Tritici, optimique vini partes æquales vitro clauso Hermetice, putrefiant equino fimo (nimirum Balneo Mariæ dicto per similitudinem caloris) diebus tribus naturalibus, vel vsque dum habeatur materia germinata, quæ mortario trita, exprimatur per pannum lineum in succum album instar lactis, fecibus abiectis. Eiusmodi liquor ponatur vitro, vel potius ad digerendum, vel macerandum equino vt antea dictum fimo marino diebus 40, vel potius 50. Si probe temperetur Balneum continuo & mediocri calore, materia conuertetur in sanguinem & carnem spagyricum instar embryonis. Hoc est prima & proxima materia, ex qua generatur sperma, duplex patris & matris generantium homunculum, sine quibus generatio fieri nulla potest, quæ ad humanam generationem siue animalem accedat. Ab huius Embryonis sanguine & carne separetur aqua per Balneum, item aer per cineres, & seruetur vtrumque elementum per se. Postmodum ad feces posterioris destillationis affusa aqua destillationis prioris, simul in Balneo putrefiant diebus decem.

Secundo iam destilletur aqua, vehiculum ignis vna cum igne simul & Balneo separetur aqua, dum ascendere volet quippiam & seruetur per se, deinceps in cineribus posito vase, destilletur etiam ignis seorsim. Hactenus elementa quatuor ex suo chaos embryonis sepa-

ſeparata ſunt & non ſeparata ſunt, quod infra declarabitur, non potius tamen quam reſpondeam obiectioni, quæ hoc loco fieri poſſet, ab aduerſarijs Paracelſi, multa fortaſſis (inquient) olim de ſuis tribus concionari poſſim, in omnibus ſcriptis ſuis, quæ modo retractare palam eſt, etenim chaos, (quod embrionem vocat) in quatuor elementa partitur, en quam ſibimet conſtare videtur nouus hic Philoſophus, qui iam tria ſtatuit rerũ principia, modo quatuor habetisne? Stricte admodum tenete ne vobis euadat, partam occaſionem hanc argumenti loco ſolidi ſcilicet.

Terram itaque fœculentam reuerberari iubet ars ſpagyrica, clauſo vaſe, ſpatio dierum quatuor naturalium, interea tamen aqua primæ deſtillationis deſtilletur Balneo, vt quarta pars abijciatur, reliquum eius deſtilletur calore cinerum, & affundatur ſuæ terræ reuerberatæ, ac in arena deſtilletur igni vehementi, refundatur, abſtrahatur & refundatur cohobando quater, ſic habebitur aqua admodum clara, quæ ſeruetur. Poſtmodum affundatur aer huic terræ ac deſtilletur igni vehementi, in aquam claram ſplendidam & odoriferam, ſeruetur ſeorſim. Tum demum affundatur ignis aquæ ſuæ primæ, & putrefiant in Balneo ſimul per tres dies, & inde per arenam aqua deſtilletur, quæ aduſtionem ignis ſecum adfert, deſtilletur iterum per Balneum, quicquid aſcendere poterit, ignis in fundo manens ſeorſim ponatur. Aqua hæc poſtrema rurſum affundatur ſuæ terræ ac ſimul Balneo macerentur, diebus tribus, deinceps per calorem arenæ tota deſtilletur aqua, & balneo ſeparetur, quod aſcendere volet, reſiduum in fundo manens, cum priori reſiduo ſeruetur. Aqua iterum terræ affundatur, abſtrahatur, ac ſeparetur vt prius, donec in fundo nihil reliqui maneat à ſeparatione per Balneum. Quo pacto aqua poſtremò, iam ſeparata confundatur cum igne ſuo reſiduo ac balneo maceretur diebus tribus aut quatuor, poſtea deſtilletur in Balneo omne quod iſto calore poterit aſcendere, quod in fundo reſederit in cineribus deſtilletur ab igne quicquid eleuabitur & firmamento eſt inferiori aereum quid balſamitum in fluxus firmamenti ſuperioris & quod in fundo manet igneũ quid impreſſum adeſt ab eodem id eſt inferiori à ſuperiore. Hi poſtremi duo liquores adſcribuntur duobus primis principijs, prior Mercurius poſterior verò ſulphur: Paracelſo enim elementa ſed eorum vitales partes velut ſpiritus & anima naturalis, quæ ipſis inerant à natura. Rectificandum eſt vtrumque, & in ſuum centrum circulari

motu reflectendum, vt Mercurius hic, ana cum aqua sua superiore loco seruata clara & odorifera præparetur, sulphur autem per se.

Modo restat vt tertium principium intueamur. Reuerberata terra trita super marmoreum lapidem imbibatur aqua sua, quæ supra redundarat à postrema separatione liquorum balneo facta, vt hæc sit quarta pars ponderis suæ terræ, & calore cinerum congeletur in suam terram, idq; toties fiat proportione seruata, donec terra totam suam aquam ebiberit.

Postremo tandem hæc terra sublimetur in album puluerem instar niuis candentem, fecibus abiectis, quæ sunt inimici nequam Lolium in agrum naturæ satum, ex tenebris exterioribus ortum, semen peccati, terraque damnata, binarius disiunctionis copulam vnionis, & concordiæ in rebus naturalibus, non secus atque in supernaturalibus impediens. Sublimata verò terra iam à tenebris libera, verum est chaos elementorum, ista namque occulta continet, cum Sal naturæ sit, in quo delitescunt tanquam in suo centro reflexa. Tertium hoc est Paracelsi principium & Sal matrix in qua priora duo separata viri & mulieris parentum homunculi Mercurij videlicet atque sulphuris indenda sunt, ac simul vtero vitreo sigillo Hermetis obsignato concludenda ad veram homunculi generationem ex Embryone spagirico petito: Hactenus Crollius. Homunculi generatio artificialis apud Paracelsum extat lib.1. de generat. rerum natur. fol. 203.

PANACÆA SOLARIS VIGESIMA QVINTA.

Recipe Aceti Antimonialis quantum vis, huic adde recens Antimonium in æquali pondere, pone ad inuicem in locum putrefactionis, destilla postea fortissimo igne, hoc fac ita decies, deinde recipe acetum hoc omne, appone illi vicissim dimidiam rubri puluerisati Antimonij libram, & pone adhuc per mensem ad putrefaciendum, destilla denuò igni fortissimo, reconde in cucurbitam, & destilla in Balneo Mariæ, inde leniter omnia phlegmata, tandem oleum, quod si placet semel rectificabis: Huic adde tres partes viridis Leonis, pone vna in leniss. digestioné, vt aurũ soluatur, putrefac per mensem, postea destilla super Alembicum, & remanebit fusca terra, illam reijce, quia nihil prodest, iam auri oleo cum Antimonij oleo vnitum, superfunde de phlegmate Alkoholis optimi seu spiritus vini, quem inde destilles

decima vice fortiter, tandem quando ſatis rectificatum eſt, abſtrahe illum totum per Balneum Mariæ, & remanet rubrum dulce oleum de Antimonio & viridi Leone, illud eſt magnarum operationum & virtutum, in omnibus morbis, poteſtque magna exhibere miracula.

PANACÆA SOLARIS VIGESIMA SEXTA.

PRæpara Mercurium dulcem cum ſublimato & Mercurio viuo, vt moris, nempe ita: Recipe ſublimatum, huic immiſce Mercurij viui quantum potes, ſublima inuicem in phiola, modo ac via Philoſophica facili: Hunc ſepara à fecibus, & rectifica adhuc ſemel & ſatis eſt idoneus: recipe huius nouem partes, ei adde Tincturæ Solaris (qualis in duodecima Panacæa reperire eſt) vnam partem; reconde vna in iuſtam phiolam Hermetice obſignatam, verte ſingulis quatuor viginti horis in arena, in qua vniantur, hoc continua ita per mentem philoſophicum & accipies maxime egregiam medicinam: Hanc rediges in eſſentiam cum circulato Alkohol in pellicano, vt fixa & pura fiat inſtar olei, & habes talem theſaurum, quo hominem priſtinæ potes reſtituere valetudini. Illius Doſis ſunt duæ, tres ad quinque guttas, magnum eſt ſecretum, quo vlterius procedi & conſuli poteſt, imo & periculum inſtitui, quid poſſit ac valeat in augmentando, nam hoc oleum maximi eſt pretij, & olim cuidam Dynaſtæ à Theophraſto in monumentum magnæ amicitiæ oblatum. Quidam volunt offerre pro Tinctura ſed hanc videmus hic eſſe nonnihil obſcurius, tractatam, nam deſiderari hic quædam perſpectum ac viſum nobis eſt.

PANACÆA SOLARIS VIGESIMA SEPTIMA.

STomachus ſtruthionis Paracelſi ſic fit ad hoc opus: Recipe aquæ philoſophicæ lib. vnam, Mercurij ſublimati vncias duas: Miſce, & in hac aqua ſolue Mercurij, tantum, quantum ſolui poteſt. Diſſolutio tarde procedit: ac propterea opus eſt digeſtione. Solutioni adde liquoris gummoſi vncias duas. Miſce, & deſtilla, idq; bis vel ter, donec aqua nullas feces poſt ſe relinquat. In omnibus deſtillationibus aſcendet Mercurius ſublimatus, quem ſingulis vicibus in aquam repones. Hac aqua extrahitur quinta eſſentia metallorum, mineralium & marcaſitharum. Spiritus vini Tartariſatus, ad hoc opus operationis ſic præparatur. Deſtilla feces vini exſiccatas in modum aquæ fortis.

Aquam

Aquam & oleum ſepara & ſerua. Interim feces ad albedinem calcina, quas oleo ſupradicto imbibe: & vt ſupra deſtilla & calcina, toties id opus repetendo; donec oleum fuerit clarum, vt aqua, & dulce, nec aduſtionem ſapiat. Ita habebis quintam eſſentiam Tartariſatam, quæ corroſiua omnia ex metallis tollit: Sequitur ſublimatio Solis.

Recipe Solis per Antimonium purgati & in bracteolas ſecti, vel eius loco, Solis foliati vncias duas: Stomachi ſtruthionis vncias quatuor: Solue & deſtilla per Alembicum, igne forti ſub finem, ad ſublimationem vſq;, vt vitrum candeat. Vaſe frigefacto: cohoba & deſtilla, idque ter repete, ſingulis vicibus, quod ſublimatum fuerit ſeparando. Quartò deſtilla lente phlegma, & iterum nouum affunde ad vncias quatuor: & fac vt prius, donec tota aqua conſumta, & omne corpus exaltatum & ſublimatum fuerit in albedinem exaltatæ aquilæ, id eſt Mercurij ſublimati. Tunc Lauda Deum. Denuò totum ſublimatum repone cum phlegmate, deſtillando phlegma ſine adſcenſione ſpiritus. Fit & Mercurius vitæ in hoc opere vt eſt in Archidoxis Paracelſi, libro de arcanis, cum parte vna Antimonij, & parte vna, vel ſecundum alios duabus Mercurij ſublimati. Rectificatur poſtea, & ſoluitur ſupra marmore & vitro, deinde coagulatur, deſtillando phlegma, & modicum aciditatis; donec guttæ in phlegma decidentes incipiant præcipitari. Tum amoto recipiente & alio ſubſtituto, deſtillatio igne moderato vrgetur. Hoc quater repeti debet: quartò maſſa erit clara & alba. Coniunctio Solis ſublimati & Mercurij vitæ, talis eſt: Recipe Solis ſublimati, ſiue olei eiuſdem ſupra dicti ſine phlegmate partem vnam: Mercurij vitæ clarificati partes duas: Miſce ſimul, & lento igne deſtilla ſpiritus. Quod coagulatum remanſerit, ſolue ſupra marmore: tertiò ſolutionem & coagulationem repetendo. Tum ſupra hanc materiam affunde duas partes quintæ eſſentiæ tartariſatæ, deſtillando per Alembicum ad ſiccitatem vſque: reaffundendo aliam deſuper toties, donec eſſentia dulcis deſtilletur, vt impoſita fuit. Quo facto: ſuper huius Medicinæ partem vnam, affunde partes quatuor ſpiritus vini ſine phlegmate: digerendo, donec conſumatur. Sic habebis Solis ac Mercurij vitæ coniunctionem: cuius Doſis guttarum quatuor, in vino albo. Prodeſt in omnibus morbis deſperatis, & ijs, quorum cauſa eſt occulta. Vide de hoc apud Beguinum in ſuo Tyrocinio cap. 20.

CAPVT XII.

De Laudanis.

LAVDANVM SOLIS 1.

Recipe obryzum purum, redige ad tenues laminas, confice inde Amalgama, bene purgato & ab omni nigredine purificato Mercurio in crucibulo, funde postea, si incipit fumare super aquam, & euadit in pultem, vt constat, tunc pone rursum ad ignem (addendo florum sulphuris q.p.) in crucibulo, & diuaporabit Mercurius aurumq; redigitur in subtilem puluerem, sic si satis periculose præparatum est, iam superfunde huic auro purificato Alkohol vini, sine stare per dies & noctes, postea effunde & restitue nouum, illudque fac tertiò, iam recipe aurum, reconde in puram cucurbitam, ab inde abstrahendo spiritum, postea superfunde quatuor vncias olei Antimonij (si fuerit vncia vna auri) obsigna vitrum sigillo Hermetis, pone in calidos cineres, vt soluatur in purum oleum, postea appone Alembicum, vel reconde in retortam, destilla inde oleum Antimonij, donec proueniat aurea gutta, ibi desinens funde oleum Solis in puram cucurbitam, illud est vera solutio Auri, hoc aurum non amplius est corpus minerale, sed spiritualiter transmutatum. Hæc solutio ex auro extracta coaguletur rursum in calidis cineribus, fietque candidissima instar crystalli, superfunde rursus recenti oleo Antimonij, & coagula vt ante; Hocq; fac septies, semper vt ante prima vice vt sit diaphanum & candidum, quo in eo te perspicere possis, adeò subtile est, si accedat halitus redigitur in aquam, ideoque præseruetur ab aëre in pyxide argentea, estq; iuste præparatum. De hoc Laudano exhibe ægroto in agone mortis, in quantitate pisæ, cum spiritu vini aut per se, & intra quadrantem horæ reualescet. Illius Dosis certa alias est granum integrum, tribus quatuorue cum guttis, S.V. in vase argenteo, alijsq; appropriatis aquis vel similibus. Vsurpetur autem hæc Medicina plerumque post mediam noctem, à primo somno, postea redormiat, morbos quoscunque curat, modo patiens obseruet Diætam. Hoc secreto, Paracelsus fertur Mariam Austriæ Reginam olim restituisse pristinę valetudini, sed paucis dicendo, est thesaurus maxime præcipuus propter mirabiles

effectus & virtutes, modo legitima artis methodo procedatur: Deinde etiam multum situm est in conficiendo oleo Antimonij.

LAUDANUM SOLIS 2.

Recipe Mercurium bene & artificiose purgatum, hunc reconde in loricatam cucurbitam, affunde Vitrioli & Salis nitri libram ana, bene permisce, postea sublima vt moris diligentissime, sublimatum denuo, vt ante adhuc semel per calcinatum alumen & Salem nitri, tertio sublima, per se in alta cucurbita vitrea, & reddetur rubeus atque insipidus: Hoc opus oportet necessario instituatur cum Mercurio, quo vi Salis nitri reducatur in oleum: hunc sublimatum tere tenuiter & subtiliter, reconde in phiolam, ac superfunde illum optimo spiritu vini, ad eminentiam trium digitorum, pone ad putrefactionem per 40. dies bene reclusum, & abibit Mercurius vel in oleitatem seu humorem spermaticum: quo melior recipitur Mercuriꝰ, eo præstantior reddetur ad expellenda vitia renum per vrinam, & alios morbos per sudores. Postea effunde leniter spiritum vini, & caue feces simul transeant, destilla postea in Balneo Mariæ, vt spiritus vini omninò abstractus constet & ponatur in arena, applica Alembicum lutatum, vrge Mercurium magno ignis gradu instar aquæ fortis, & adscendit lac seu candidus purus succus: tunc abstractionem affunde rursus ad Mercurium qui adscendit, sic destillabitur pulcra oleitas, dulcis saporis absque omni acredine, seu corrosione, quæ quam optime debet custodiri & muniri, si enim recluseris reperies quendam preciosum Balsamicum odorem plane iucundum & gratum, tempore pestis & morbo gallico cum Theriaca commistum, est vniuersalis medicina, & vera aqua Mercurialis, qua Laudanum Metallicum præparatur, vt sequitur. Recipe quinque huius Mercurialis olei lotones, adde duos Solis quam subtilissime calcinati lotones, pone in calidos cineres per triduum, & extrahet omnem ex corpore animam, euaditq; in oleum sanguineum Hoc oleum effunde in aliud vitrum, residuam autem calcem reduc iterum secundum artem, oleum verò inde pro proportione materię vitro bene clauso, coagula leni igne in cineribus, dum euadat in lapide verum ac crystallinum instar flammæ: postea reconde in aliud vitrum, vt vicissim solue in oleum cum aqua Mercuriali, coagula rursum vt ante, & hæc solutio, imbibitio & coagulatio tertia vice repetatur,

tatur,

tatur,& præparatum est Laudanum seu Elixirium vitæ, cuius multi effectus, & mirabiles operationes. Dosis hui⁹ secreti est granum vnum, cum Theriaca seu Mithridato in calido vino pro ratione personæ, bis aut ter, per dies aliquot continuos, vt opus fuerit, sumptum, excitat sudorem, & requirit vt inde ieiunes ad tres horas. Ab extra potest etiam inter vnguenta misceri, tunc nulli euenire affectui damnum siue periculum potest.

LAVDANVM SOLIS 3.

Recipe Mercurij viui libram vnam, cõfice inde per aquam fortem præcipitatum, hunc coq; postea in destillato vini aceto per quatuor horas, vt soluatur, aceto satis soluto affunde recens acetũ coque vicissim vt ante, hoc fac tantisper, donec præcipitatus ab aceto omnis sit solutus, tunc destilla inde acetum per Balneum Mariæ purissime, & residebit in fundo massa instar Salis, cui affundes aquã pluuialem quater destillatam, coqui permitte in vitro obturato per dimidium diem postea fac subsideat, & quando inclarescit, effunde & destilla inde omne phlegma per Balneum, sic reperies in fundo insigniter claram massam, illam sicca & diuide in duas partes, super vnam partem funde spiritum, ac pone ad digestioné per octiduum, tunc destilla in retorta in cineribus, & transibit primum spiritus vini, postea spirit⁹ Mercurij, & in fundo remanebit materia nigerrima. Hic notandũ est, ne destillatione facta vitrum statim aperiatur, siquidé spiritus Mercurij libenter solent adhęrescere, neq, coagulantur intra duodecim horas, quando iam vitrum aperis, abstrahe leniter spiritum vini in Balneo, quo essentia Mercurialis remaneat, instar olei cineritij: illum liquorem pone in paruulo vitro in lenissimum calorem, & solue in illo sensim de reliqua supra dicta massa retenta, parte Mercurij, trita tamen prius in subtiliss. puluerem, tantum immitte, vt in mediocré massam possit resolui, hoc facto claude vitrũ sigillo Hermetis, decoque & retine in cineribus, tamdiu donec in rubeum pulueré sit conuersum: huic iam dicto p̃parato pulueri adpone vnciam animæ Solis, trade fixationi, & p̃parabitur inde eximia medicina; q̃ pro vera incorporatione semel aut ter imbibes cum vero Alkohole vini & habilis ac idonea est. Huius medicinæ granum vnum curat morbum gallicũ, lepram, excitat sudorem, interdũ etiam purgat, vsurpetur p septimanã semel aut ter, cum vino saccharo permixto, est insignium virtutũ & mirabilium effectuum.

LAVDANVM SOLIS 4.

COnfice aquam ex Vitriolo, Sale nitro & cinnabari. Huius aquæ recipe libram, destilla adhuc ter de dimidia cinnabaris libra, rectifica postea solum per se: modo hanc aquam commisce cum æquali parte Alkoholis spiritus vegetabilis, Sale suo fortificati & acuati, sine vna per viginti quatuor sigillatim ita stare, postea destilla in Balneo Mariæ, & affunde rursum super remanentiam, nam in vna destillatione plane non vnitur: talis reiteratio fiat ter, interim ambo spiritus inuicem vnientur, residentes in fundo vitri, instar Salis vel glaciei, destillatum autem phlegma remoue, siquidem nihil amplius prodest. Hic spiritus aut glacies potest, si vis, semper recenti aqua multiplicari, sed semper in Balneo debet destillari, vt antea: notabis autem vt duas libras aquæ ad vnciam vnam spiritus seu Salis recipias. Huius Salis seu glaciei recipe libram, immisce duos lotones Foliorum Auri, inque totum resoluentur, stent verò per octiduum in Balneo, & euadet inde aurea aqua, quæ venit circulanda viginti per dies, postea dissolue vicissim in Balneo, coagula in cineribus, & Laudanum est præparatum, pro quo summæ Deo agendæ sunt gratiæ.

CAPVT XIII.

De Mercurio Solis.

AD MERCVRIVM SOLIS PRÆPARANDVM Modus 1.

QVemadmodum Deus ter optimus maximus Microcosmum perfectissime condidit, & in illius commodum & solatium multa imò maxima & occultissima naturæ implantauit, vt omnia è re hominis esse possint. Et quanquam homo per lapsum perfectione sua in occultis naturalibus cognoscendis maxima ex parte fuerit priuatus, nihilo tamen minus diuina ipsi misericordia concessum, vt diligenti in eam labore inquirat & scrutetur quæ & qualia sibi prosint. Sane non latet, quod ex Auro multifariæ & diuersæ possint præparari medi-

medicinæ, vt oleum, Sal, Sulphur, Alkohol, item Balsamus, Butyrum, Extractum, Tinctura, spiritus, & id genus similia &c. quæ omnes præparationes Auro potabili substituuntur & conferuntur. Verum quid philosophi, nomine Auri potabilis indicent, parabolici & ambigui est intellectus, quo de suum cuilibet libenter relinquimus iudicium. Neque verò indiget disputatione; nam auro secundum morem philosophicum præparato, & ita redacto, vt in corpus amplius reduci nequeat, ita tamen vt in liquorem sanguineum soluatur, seu in formam potabilem reducatur, vt pro medicina secreta adhiberi & vsurpari debeat & possit; Hoc admirandæ omnipotentiæ opus, opus inque gloriosum, laboriosum & gratiarum actione dignum. Sequitur igitur, quomodo ex Auro summa Medicina præparetur, qua diuina benedictione & operatione omnes tum interni quam externi morbi radicaliter curari & præseruari possint: Tibi Diuine parens in honorem & gloriam, Amen.

PRÆPARATIO AVRI.

Recipiantur in nomine Dei omnipotentis quatuor vel octo lotones optimi Auri Vngarici, aliquoties artificiose & diligenter per Antimonium summe purgati fini & bene præparati, redigatur in tenues laminas, conficiendas inde lamellas instar minimarum arundinum, cum illis procedatur vt sequitur.

PRÆPARATIO AQVÆ FORTIS AD hoc opus.

POstea conficiatur aqua fortis communi more ex Vitriolo & Sale, duarum librarum: ex ea deinde aqua Regia sequenti modo.

AQVA REGIA AD HOC OPVS.

Recipe libram præcedentis Aquæ fortis vnam, adde quatuor vel octo lotones Salis armoniaci, (sufficerent quidem quatuor Salis armoniaci lotones, verum quanto plus sumitur tanto melior & fortior redditur Aqua Regia) per Salem sublimati, stet in calore, & si Sal armoniacus solutus sit aqua flauescet.

SOLVTIO AVRI.

RECIPE finum & per Antimonium ante præparatum Aurum, inq; orbiculos laminatos redactum, quatuor lotones affunde de aqua regia duodecim lotones in vase idoneo, vt soluatur in cineribus calidis; solutionem postea funde in cucurbitulam, abstrahe inde aquam regiam ex Balneo Mariæ per Alembicum vsque ad oleitatem, & repete affusionem & abstractionem secunda & tertia vice per cohobiam, postmodum accipe duodecim recentis aquæ regiæ lotones, infunde denuò super aurum pro soluendo, abstrahe quoque inde in Balneo Mariæ, vt ante ter, recipe postea tertia vice rursum duodecim recentis aquæ regiæ lotones funde super abstractum aurum, & destilla etiam ter inde, sic sufficiet, remanebitque Sal in fundo instar sanguinis coagulati; quando refrigescit tum interdum inde proueniunt & pullulant crystalli, ad crassitiem acus, flauentes instar succini.

PVTREFACTIO.

HOc vt dictum est ita peracto, recipe tres libras Salis Tartari optime purgati, hunc fac fiuat super ignem in apto crucibulo fusorio, cōtinuetur fluctio per 12 horas, postea funde illum fluxum in peluim orichalceam sine mora, habeque in promptu calidum mortarium, contunde materiam frustulatim, nam soluitur cito in aëre, huic Tartaro superfundatur in vitrea cucurbita ad altitudinem quatuor digitorum spiritus vini optimus & verus, deinde ponatur ad cineres per duos dies & noctes calidas, & extrahet spiritus vini Salem ex Tartaro, euadetque sanguineus, sit autem spiritus vini bonus ac fortis & melior fiet extraxio in hoc opere requisito. Recipe iam aurum in cucurbita remansum, vnde aqua regia est abstracta, toties, quoties facta est mentio, reconde in pelicanum vel aliud vitrum putrefaciendo, adde 1. 2. vel 3. lotones Salis armoniaci, affunde rubeam extractam essentiam Tartari cum spiritu vini ad altitudinem trium digitorum, reclude sigillo Hermetis, pone in Balneo Mariæ, applitato operculo nempe Balneo, ex orichalco confectum prout Balneum requirit, pellicanus seu vitrum putrefaciens non profundius stet in aqua, quam spiritus vini adscendit, quo gradus ignis diligenter possint regi, in quo plurimū situm est, alias totum opus peruertitur, periclitaturque laborans:

Hanc

Hanc materiam fac per mensem in Balneo Mariæ putrefieri, & sensim aurum solutum, con[illegible]bit, instar albissimi spermatis: tempore illo elapso, effunde omnia ex pelicano, inque cucurbitam vitream, aliam da ad abstrahendum, pone in Balneo Mariæ inde destillando spiritum vini, postea vitrum inferne probe loricato, applica Alembicum, & repone sensim in cineres calidos, deinde ignem de gradu ad gradum, auge denique ad excandescentiam & perspicietur Mercurius partim viuus, partim instar pulueris adscendentis, quem viuificabis more solido cum calido aceto: Posthæc laua pura aqua, & erit præparatus. In sublimatione solet interdum fieri repercussio seu separatio, quare caueri debet maturatio, aurum prima vice omne non adscendit, interdum remanet corpus album, illud requirit reiterationem processus, alias suum de se non reddit Mercurium, præstat autem, quando aurum soluitur in aqua forti cum oleo Tartari, tertia vice repercutitur & postea edulcoratur, verum inest periculum, potest autem sequenti modo absque periculo præparari. Recipe aurum purum, solue in aqua regia, solutionem reconde cum vase suo ad locum solidum, postea recipe sex vel octo lotones Tartari calcinati in fornace figulina cocti, hoc soluatur in calida aqua, vt albescat instar seri, & propter feces & impuritatem Tartari, probe permisceantur, vnaque cum fecibus semel in solutum aurum fundantur, tunc solet excitare sonitum, quem Ecclipsin nominamus, reiteretur affusio donec cesset sonitus, post recipe sex lotones Salis communis, adde, permisce tandem, calcem repercussum exsicca in arena, feces Tartari impediunt hic repercussionem quando exsiccata calx cõstat, tunc apparet fusca, affundatur huic iam calida aqua, coquatur per quadrantem horæ, tandem aqua effundatur, id tertia vice cum aqua reiterando & coquendo perficiatur, tunc in effusione feces Tartari simul abeunt, adscendunt & separantur, puluis exsiccetur in hunc modum vt manet instar densæ pultis, nam si plane redditur siccus, tunc repercutit: Huic immi ce iam semunciam contusi Sulphuris cum baculo ligneo, bene impastatum, reconde in crucibulum, superstrue stratum de sulphure, nam sulphur impedit repercussionem, pone in carbones, & incipit sulphur inde diffumare & ardescere, deniq; crucibulum incandescat, & calx auri erit fusca, illa sæpius calida aqua lauetur & edulcoretur, vt pondus auri rursum ꝑueniat, ꝙ est fuscum instar croci Martis, ꝙ postea ad putrefactionem, sublimationem & viuificationẽ habile est.

PRÆ-

PRÆCIPITATIO

Recipe iam ad dictum Auri Mercurium quemlibet lotonem, dimidiam de Solis calce unciam, vel tantum Auri foliati fini, confice inde Amalgama, ac repone illud in ouo Philosophico ex longo collo, & vt artis est in cineres reclude ne spiritus persentiscant aërem, subjciatur ignis de gradu ad gradum vsque ad quartam, quod inde probatur, si lignum in arena nigrescat & fumet in dicto gradu, subsiste per sex septimanas, vel quantum necessitas postulat, & euadet subtilissimus fuscus vel rubeus puluis, quem reseruabis tanquam pretiosum thesaurum: præcipitatione grauiter expedita, abstrahatur à puluere in loricata cucurbita vitrea liquor vel verus spiritus Vitrioli Veneris philosophicus, deinde etiam aqua Theophrasti, quam in libro Xenodochij describit, aliquoties etiam inde abstrahatur, (quamuis non semper sit necesse,) denique abstrahitur inde nona vice optimus supra rectificatus spiritus vini, vel reconditur puluis in terream patinam, cui affunditur spiritus vini, qui incenditur ad comburendum, & tunc Medicina existit præparata. Hoc Arcanum si probe conficiatur, soluitur instar sanguinis, neque vnquam per reductionem abire potest in corpus, nam facta est perfecta destructio & separatio trium principiorum, quoniam corpus Auri philosophico more in Mercurium proprij corporis redactum, purumque ab impuro separatum est, nam secundum opinionem philosophorum extractio Mercurij ex corpore metallico nihil aliud est quam apta naturalis resolutio & reductio in primam materiam, hoc est, in viuum Mercurium seu coloratum argentum viuum, quod corporis Solis primum erat principium in centro terræ, antequam in metallum natum erat, nempe phlegma, in quo inuisibiliter & incomprehensibiliter Mercurius sulphur & Sal naturæ Solis, ceu tria principia omnium reliquorum metallorum, latent & continentur. Hic Mercurius & non communis, (Philosophorum) est radix philosophiæ medicinæ, & quamuis multi controuertant, non esse verum Aurum potabile, sed inquirere philosophos maiorem medicinam, non moueat hoc quenquam, sed credatur experientiæ Theophrasti, qui de hac Medicina sic scribit: Ibi est totus scopus artis, vt Mercurium (scilicet Solis) ex auro con-

conficias,& præſcias,etiamſi Mercurius ille ad tingenda metalla non omnino ſufficiat, valere tamen tantum in corpore humano,vt illud ſummæ ſanitati reſtituere poſſit. Quo reſpexit clariſſimus Philoſophus Iohannes Albertus Wimpinæus,Ducis Iohannis de Auſtria,in magna Veneta armatura contra Turcam tempore Maximiliani Medicus, ille de hoc Mercurio Solis diuerſos edidit libros,vt Lucem lucentem in tenebris,item Archidoxa & libellum de concordia Hypocraticæ Paracelſicæ Medicinæ. Inter alia autem præfationis Archidoxorum ponit hæc: ſis contentus illis, quod Mercurium vitæ,hoc eſt,Solem præparare potes,qui omnium aliarum medicinarum mater eſt,& quando penitius & oculatius rem conſideras, videbis & fateberis,conſiſtere in illo omnes veterum eximiorum Medicorum principales medicinas,quæ abſque hoc ad perfectionem nunquam reduci poſſunt quia omnes ex illo,tanquam fructus ex arbore proueniunt,& hoc ita ſe habere,teſtes ſunt Theophraſti & aliorum Philoſophorum libri. Quia verò hic Mercurius vitæ,hoc eſt Solis,vt & philoſophi de illo ſcribunt, imò noſtra propria multifaria (author ait) & fide digna experientia in ſummis & infimis perſonis ſatis demonſtrat, nullum medicum nec ægrotum in ſummis neceſſitatibus aut difficilimis morbis deſtituit, quare omnes aliæ medicinæ huic ſubminiſtrantes putantur. In libro,cui titulus lux lucens in tenebris,reperiuntur hæc verba: Hic Mercurius Solis eſt inſignis medicina, vt Theophraſtus, imo omnes etiam alij philoſophi audeant dicere, ſufficere homini ad ſanitatem recuperandam, quam maxime difficilis etiam ſit morbus.

VSVS ET DOSIS.

HUcuſque enarrauimus laudem & commendationem modo dicti Arcani Solis,in maiorem fidem formalia Autoris retinentes. Hic Philoſophus ſecum habuit induſtrium à manibus laborantem,qui ſupra dictum proceſſum,ſiue Arcanum Solis pro neceſſitate præparauit,poſtea dictum ipſum proceſſum,philoſopho ipſi ſimiliter demonſtrauit,communicauit,& elaborauit, vnde pro tanta amicitiæ theſſera philoſophus in curandis morbis,multis,magnis & incurabilibus inſigniter profuit & profecit, quod ipſe ita inuenit, & cuidam bona fide concredidit,qui magna miracula hoc arcano edidit & ſimi-

liter hunc processum iuxta hanc formam præparauit. Quod attinet vsum & efficaciam Medicinæ, curauit illa philosophus, vt adhuc in viuis sunt homines quibus id constat, multos leprosos. Eiusdem generis similia etiam exempla refert Cæsareus Medicus Iohannes Crato, plurimum huic tribuens medicinæ, porro testatur philosophus in suis scriptis, se curasse illa podagram, hydropisin, morbum caducum, cancrum & similes morbos incurabiles infinitos. Comprobat Theophrastus non esse in tota natura contra pestem & venenum maius præseruatiuum & curatiuum hac medicina, quæ reseruа nostris temporibus maxima necessaria esset. Quæ aliæ huius medicinæ virtutes & commoda sint, reperiuntur in libris Medicorum & Philosophorum, de auro potabili tractantium. Dosin quod attinet, sumunt ex ægrotis pueri granum vnum, minores annis 15. duo grana, adulti, tria vel quatuor in aquis appropriatis vel vino. Operatur insensibiliter & tantum per sudorem naturalem. Sani vsurpant pro præseruatiuo per hebdomadam granum vnum & integri reseruantur diuina gratia florido corporis vigore ad vltimum vsque ætatis terminum, imò ad mortem absque omni dolore. Imò non possum celare singulare miraculum huius medicinæ, exemti sunt è sepulcris homines ante triginta annos defuncti vita, eratque videre quod non putruerint neque fœtuerint, sed in puluerem tantum & cinerem redacti sint, quare non indigent Balsamo homines summæ conditionis, suppeditat hæc medicina verum & perpetuum Balsamum Philosophorum tam in vita quam morte: quod ita ex aliorum honestorum & fide dignorum hominum viua experientia deprehendimus & descripsimus. (Verba Authoris) Deo Patri omnis gratiæ, creatori Medicinæ & Medici, imò supremo corporis & animæ nostræ medico sit laus & honor in perpetuum pro tanta gratia & beneficentia, quam diutius ad nominis sui laudem & gloriam in suarum creaturarum emolumentum coronet & conseruet.

AD

AD PRÆPARANDVM MERCVRIVM SOLIS Modus 2.

PAracelſus Tom.6.de lap. Philoſophorum. Sic ait: Extrahere corporibus Metallicis Mercurium, nihil aliud eſt, quam ipſa reſoluere, ſeu in primam ipſorum reducere materiam, hoc eſt Mercurium currentem, qualis ſcilicet erat in centro terræ, aut metallorum generationem, vapor.ſcil. Humidus & Viſcoſus, continens in ſe inuiſibiliter Mercurium & Sulphur Naturæ: Principia omnium metallorum. Talis Mercurius ineffabilium eſt vrinum, & ſecreta Diuina poſſidet.

Reductio dicta fit per aquam Mercurialem, quæ nec Ioanni de Rupecissa nec alijs, quicquid etiam iactitent, cognita fuit, ideoque diligenter eſt cognoſcenda, & indefeſſo labore tractanda. Hoc ergo pacto paretur dicta aqua Mercurialis.

Recipe Mercurij ſublimati per Vitriolum, Sal nitri & Alumen, libras tres, Salis armoniaci, ter à Sale ſublimati & clari & albi libram vnam ſemis, trita ſimul & Alkoliſata ſublima in ſublimatorio per Arenam horis 9. Vbi refrixerit, ſublimatum cum penna detrahito & cum reliquo ſublima, vt in fundo maſſa nigra remaneat inſtar ceræ fluens. Refrigeratam exime, & tritam rurſus in patina vitrea ſæpius cum Salis armoniaci aqua, ſ.a. præparata imbibe, & ſua ſponte coagulatam rurſus imbibe & ſicca ad 9. ſeu 10. vſq; vices, donec fere non vlterius coaguletur. Tritum ſubtiliter ſupra marmor in loco humido ſolue in oleum pulcrum, quod rectificabis per deſtillationem in cineribus ab omnibus fecibus & reſidentia. Hanc aquam omnium facile principē diligenter aſſeruabis, cuius recipe vncias octo, & impone Laminas opt. Solis vel Lunæ, optime mundatas pondere vnc. 1. ſemis: vitro clauſo repone ad digeſtionem in cineres calidos horis 8. corpus tuum videbis in fundo vaſis tranſmutatum in ſubtilem Vaporem ſeu Mercurium, facta ſolutione totius aquæ Mercurialis per Alembicum lento igne à prima materia ſublimando ſepara, & in vitreo vaſculo diligenter aſſeruato. Habebis hoc pacto veriſſimum Mercurium corporis, cuius Vſus in rebus deſperatis, modo prudenter ipſo vtaris, eſt miraculoſus & cœleſtis, & propterea indignis non reuelandus. Lepra Rubea à Mercurio Solis, lepra alba à Mercurio Lunæ curatur Paracel. tom.6.cap.3.de vita longa lib.2. Mercurius Auri curat guttam eodem tom.lib.2.cap.2.

MODVS 3. CONFICIENDI MERcurium Solis.

REcIpe aurum quantum vis, ſolue in aqua regia, abſtrahe inde aquam regiam in Balneo, affunde rurſus aquam regiam in Balneo, hoc fac ter, poſtea ſuperfunde vinum adaſtum, abſtrahe quoque ter in Balneo, tunc recipe Salem Tartari, in dupla cum auro quantitate: permiſce terendo, recondc in cucurbitam deſtillatoriam, ſubijce illi in arena primo die lenem ignem per 12. horas, dein fac frigeſcri, & reperies in roſtro ſtatim Alembici adhærentem Mercurium Solis inſtar pulueris, recipe acetum deſtillatum, & ſuperinfunde acetum deſtillatum, tere digito hinc & illinc, & concurrit Mercurius in fundo granula. Poteſt hic labor abſolui octiduo, quod conſtat exemplo R. D. P. M..

MODVS 4. PRÆPARANDI MERcurium Solis.

REcipe 4. lotones auri, reſolue in forti aqua regis, (ex libra Vitrioli communis & Salis nitri deſtillata, & in cuius aquæ libra vna octo lotones Salis armoniaci ſunt ſoluti, ſecundaque vice rectificati) in hac vt dictum ſolue tenues lamellas aureas, deſtilla inde phlegma per Balneum Mariæ, putreſcat per 14. dies & noctes, tunc deſtilla & ſublima aurum, ſin autem omne non ſublimatur, deſtillabis ab aqua regis omne phlegma in Balneo, & in eo quatuor Salis Tartari lotones ſolutos auro affundes, tunc ſublimatur, hæc reiteratio tertiò fiat, denique abſtrahatur inde in Balneo Mariæ aqua, & ponatur ad concipiendos cryſtallos, quibus addes duos Salis vrinæ, Salis Alkali, Salis Tartari & Salis Armoniaci ana lotones, putrefac vna per 40. dies & noctes, tunc permiſce dimidia libra Tartari & trade ſublimanda, ſic ſublimabitur Aurum inſtar vulgaris Mercurij ſublimati, tunc per retortam deſtilla in vas terreum vitreatum plenum aceto, & reuertetur Aurum omne in purum Mercurium viuum Solis. Vel ſi mauis ſic etiam præparabis Mercurium Solis: Recipe auri fini 4. lotones, procede cum illis vt iam edoctus es, adde poſtea Salis communis,

Salis

Salis Alkali, Salis armoniaci, Salis Tartari ana 2. lotones, solue Salia in vrina, & procede in omnibus vt iam dictum est, & habebis ex libra cum dimidia Solis 12. lotones Mercurij. Vel etiam in hunc modum fieri potest: Recipe 4. lotones auri, procede vt supra, verum recipe Salis Tartari, Salis armoniaci, Salis communis & cinerum de salicibus ana duos lotones, putrefac & reuiuifica vt dictum est, sic habes similiter Mercurium Solis, hunc præcipita & coagula per se, & erit summum purgatiuum totius corporis, in Lepra & morbo Gallico summum Arcanum, verum solares curat morbos, vt etiam in omnibus fistulis, cancro, lupo & inueteratis vitijs eximium purgatiuum.

Nonnulli præparant hoc modo, recipientes confectam aquam regis, in ea soluunt aurum, abstrahentes illud à Sole gemmæ, vt fiat fortiss. & efficaciss. in hac soluunt aurum, quinque scilicet aquæ partibus additur pars vna auri, cohobando duodecies in Balneo, dum denique fere siccescat, postea affundunt duos adhuc lotones recentis aquæ, destillant rursus inde aquam duodecies cohobando, donec tandem ad oleitatem perueniatur, denique addunt recentem aquam digerunt per mensem in fimo equino, abstrahunt superfluam aquam, ponunt in cellam, postea coagulant & sublimant, coagulatum artificiose reuiuificant.

EX MERCVRIO SOLIS CERTA ET VERA Tinctura.

RECipe Mercurij Solis 4. partes, essentiæ Sulphuris Solaris per Alembicum destillatæ 1. partem, reconde vna in phiolam sed melius in pelicanum, luto sapientiæ lutatum, phiolam verò sigillo Hermetis occlusam, pone vnà in cineres ac furnum philosophicum, & euadet exinde primo nigra massa, postea varij emergunt colores & fusci, tunc exime, tere & imbibe rursum vna parte Sulphuris essensificati solaris, repone vt ante, & reddetur instar iridis, postea instar cinnabaris attamen fusci coloris, exime rursum, tere & imbibe duobus lotonibus olei Sulphuris vt scis & assumit colorem pyropi, imbibe rursum quarta vice, & euadit plane instar pyropi, sed non ita perspicax. Quando hæc Medicina confecta est, tam duriter adhæret vitro,

vt difficile inde diuellatur, dissolue autem spiritu vini, postea abstrahe rursum spiritum. Hunc modum tradit alius taliter: Recipe Mercurium Solis, reconde in vitrum rotundum, occlude sigillo Hermetis, pone in fimum, renoua semper quinto die, & incipit sua sponte Mercurius indies dissolui, & paulatim adscendit seorsim Mercurius instar aëris in sublime, occupans circulum vitri, ex ista solutione plane euadit in aquam diaphanam & claram instar crystalli. Hinc sublimatus adscendit vt dictum est, & redditur aëreus, rursumq; descēdit, tandem per hanc diurnam coctionem & continuationem redditur magis fuscum & densum instar citrini olei, quando iam deprehendis sic coagulatum materiamque conquietam, tunc perfecisti tuam coniunctionem. Hoc oleum magna etiam prudentia per fimum, vt iam dictum est, quinto quoque die renoues, tandem videbis cuticulam emanentem super oleum, hoc apparente pedetentim transit in coagulationem, denique præcipitatur instar, noue subtilis arenæ, ab hoc euadit in pręcipitatum subnigrum continua postëa ad albedinem, & si placet ad ruborem, tandem ad colorem citrinum, hinc inde Tincturam tenes. Alij breuiori via præparant Mercurium Solis per folia aurea, qui modus nobis & obscurus est.

5. *MODVS PRÆPARANDI MERCVRIVM.*

Recipe quatuor lotones auri Vngarici, solue in oleo Salis, destilla post inde oleum Salis, & remanet in fundo calx fusca, illam excipe plano vitro, reclude prius bene, & subijce continuum ignem, sed ita, ne calx in vitro fundatur, sine stare per 8. vel 12. septimanas, & reuerberabitur calx ita, vt fiat subtilissimus instar pulueris, illum solue oleo ex sublimato & Antimonio confecto, fac consistere in leni calore, donec oleum plane dispereat & exsiccescat, tunc incipe sublimare forti igne, & sublimatur aurum in sublimitatem in vitro instar candentis circuli, illud absterge subtiliter, est enim palpabilis instar Amalgamatis seu argenti viui, nisi quod non ita currat vt commune argentum viuum. Alij sumunt hunc Mercurium, adduntq; tantum communis argenti viui, permittunt in calida arena calefieri, exprimunt postea per coriũ, quando aurum omne per corium transit, putatur aurum in primam materiam esse redactum, nõ possum autem assentiri, quia aurum hoc modo secundũ legem philosophicũ nõ est in sua principia redactum.

6. MO-

6. MODVS.

Recipe ſubtilem auream calcem, calcina illam elementari Mercurio Solis vel Lunæ, poſt calcinationem adde tantundem Mercurij viui, reconde in ſublimatorium, fac conſiſtere per octiduum in leni calore, donec redeant in vnam ſubſtantiam: poſtea incipe ſublimare: illum ſublimatum reclude in vitrum, pone ad digeſtionem per tempus in ignem vaporis, mutaturque omnis ſublimatus in corpus Mercurij. Si huic argento viuo auri proprium ſulphur in recta proportione ſeu pondere addatur, & ita Mercurius in igne philoſophorum præcipitetur, accipies eximiam medicinam, ad lepram ſanandam, purgat putrefactum ſanguinem, tollit ſuperfluos totius corporis humores per ſudorem, renouat etiam corpus aliquo modo.

CONSILIVM CVIVSDAM PHILOSOPHI DE MERCVRIO *Solis ac Lunæ, qua via in verum augmentum ac Tincturam poßint reduci.*

Omnium primum (verba Authoris) ponam meam experientiam, & poſtea quid ex illa in quolibet puncto concludendum ſit. Et primo quidem meis vidi oculis, quod quidam habuerit drachmam Mercurij Lunæ, cui addita erat quarta pars Solis, hæc inuicem præcipitauit, poſtea vulgaris Mercurij quartã partem addidit, cõtinuauitq; præcipitationẽ, vſque dum illius præcipitati 40. acceſſerint lotones, quos propria manu in vitro clauſos attigi. Ex hac experientia conſequitur. 1. Mercurium corporum perfectum, facilius Mercurio communi coagulari. 2. Facile & poſſibile eſſe, nimiam ipſorum humiditatem præcipitatione poſſe extrahi. 3. continere hos Mercurios in ſe vini propagandi infinitam, ad augmentationem & multiplicationem, & id quod cum frigido Mercurio Lunæ, valde exiſtat poſſibile, ſic & non minus etiam in calido etiam exiſtere Solari Mercurio. 4. Poſſe hos Mercurios ſolo igne abſque aqua corroſiua redigi in magiſterium. Deinde in eodem vidi vitro, illud quod inferius fuit, & diutius crebriuſq; in calore conſiſtit, habuiſſe talem fixationem, vt in tegula pulcram auri probationem ediderit, quod autem & in medio iacuit, non potuit.

Hinc

Hinc consequitur. 1. Auctione ignis & illius continuatione tales augmentatos præcipitatos reddi fixos, ita vt in solare corpus possint fundi. 2. Post hanc præcipitationem amplius requiri administrationem ignis, si in vsum componi debeat. Porrò vidi, receptis crudi Mercurij viui tribus partibus, Solis quatuor & in phiola sigillo occlusis, igne singulis quatuordecim diebus ita aucto, vt vitrum in vltimis quatuordecim diebus incanduerit, Mercurium omnem in optimum aurum esse mutatum. Et si hæc materia non recondita fuisset in vitrum tam amplum, aquositas Mercurij, quæ illum subtilem reddit illius fixationem impediuisset, propterea quærit amplum spatium, & nisi vitrum sit magnæ capacitatis, frangit illud; quando verò nimia humiditas ante, quam Mercurius in fixationem ponitur, ab eo tollitur, tum tantam vitri capacitatem non requirit, sed libentius quam ante fixatur. Si itaque has experientias omnes dictas iam coniungo sequitur inde, quod ex Mercurio Solis addito fermento corporis præcipitato, posse euadere in perpetuum augmentum, cui postea communis Mercurius additur, & ita Mercurius fere absque dubitatione & sic plane in aurum & argentum reducitur. Huc etiam hoc pertinet, si quando quis de hoc præcipitato, communi Mercurio aucto, in aurum libuerit reducere, prius in phiola sigilletur, de triduo ad triduum, vel octiduo ad octiduum, ignis ita augeatur, vt denique dies aliquot 3. vel 4. possit pati candorem, tunc fundatur in crucibulo addito Borrace vt & actis. Hac ratione posset (augmento ante in pondus redacto) tantum de præcipitato tolli, quantum fixari debeat, & illud poni ad fixationem. Interim autem dum hic præcipitatus consistit in fixatione, addatur reliquo præcipitato rursus tantum Mercurij communis quantum fuit sublatum, & dum vnus præcipitatus fixatur, alter augmentatur, sic potest perfectum ex illis confici augmentum, oportet autem modus quantitatis obseruari, sic singulis mensibus magnũ inde deportabis lucrum, à Mercurio Solis accipitur initium cum Mercurio vulgi consequenter proceditur, præterea nihil amplius requiritur in hoc opere nisi regimen ignis & commoditas vasorum. Hæ speculationes procedunt ex infallibili experientia, & putarem ego, si quid in natura possibile, hunc particularem processum non esse de nihilo.

SE-

SEQVITVR QVOMODO FVRNVS FIXATORIVS & fixatio instituatur.

COnfice furnum destillatorium, intrinsecus efformatum instar furni venti, erige in illo capellam, (Verba Authoris) superius erectam & pateant 10. foramina, quodlibet digitum vel pollicem latum, (quando plura aperis foramina) fortiorem efficere possis calorem, vel effice in medio furno, terreum & bene reclusum focum super tripodem, foco singulis locis duorum vel trium digitorum interuallum occupante, superius constringe focum, vt vnum saltem pateat foramen, quod vel angustius vel latius effici licet, sin angustum fuerit, reddit debilem calorem, quantò latius, tanto maiorem, & ita licet augeri ignem. Materiam fixandam sigilla in vitro, ad quartam tantum partem repleto, pone in cineres, nam arena ad tantum calorem non adhibetur, vitro enim incalescente (& tamen vndique superius arena cooperto) facile posset arena vitrum reddere fusile, aut sua mole, in igne nonnihil emollitum, supprimere.

SEQVITVR MODVS REDIGENDI MERCVRIVM Solis in Tincturam.

PRimum hic quoque experientiæ dabo locum. Et primò deprehendimus ex Argento Aurum (non tamen ita probum) effici posse hac ratione. Aliqui sumunt præcipitatum cupreum, ruberrimum item crocum Martis, quibus cum nonnullis oliteis vel Mercurio sublimato & soluto subijciunt fluxum & ingressum ad Lunam, tunc, quia naturaliter ex albo & rubeo efficitur flauedo, per additionem talis rubei citrinatur, sed hæc Luna flaua non omnes retinet colores, ratio hæc est, quia cuprum & ferrum, vnde illa Tinctura confecta est, non sunt tam fixa, vt absque diminutione possint in igne perseuerare, sed comburuntur sensim, quare Lunam etiam, & ita istam flauedinem perire oportet. Altera ratio est, quod Venus & Mars quamuis præcipitentur, non tamen ita purum habeant Mercurium, qui Lunam ad supremum perfectionis gradum euehere

 possset.

possset. Ex hoc tamen docemur experientia, quod quando rubea metalla, imprimis Mercurialis materia, habent ingressum ad metalla, inde ad flauedinem auri tinguntur, & si talis materia recte & proprie fixa est, tum tinctura illam Lunam & alia metalla in probatione facit stabiles, item si talis materia esset purissima, necessario inde purissima etiam consequetur Tinctura.

Et hoc sane constat Mercurium Solis, omnes aliorum corporum Mercurios antecellere, nullum etiam constat purius Vitriolum & Sulphur, quam ex Solis Mercurio, quod potest effici. Neque etiam tenemur impendere laborem purgandi, quia per se purus est.

Deinde edocet experientia, illum Mercurium se sinere præcipitari in eximium puluerem, rubeo etiam colore ad metalla in promptu existente. Item docet experientia, (quod vidi) talem præcipitatum Mercurium per ignem solum posse reddi fixum, ita vt addito etiam communi Mercurio & cum eo præcipitato, Mercurius Solis illum solo igne ita fixet, vt in purum aurum euadat. Et quia Mercurius Solis ex natura metallorum est, ingreditur tunc quoque in metalla, licet vt dictum habeat fixationem & colorem: quare quando in proiectione ad metalla additur, flauescit per suum ruborem, quemadmodum rubeus crocus, aqua permixtus, illam non rubeam sed flauam efficit, & quia probe fixatus est, suam quoque retinet flauedinem in metallis, vt in nulla probatione dispereat, & quia ex purissimi Sulphuris & Mercurij substantia est, purissimum quoque metallis participat splendorem. Apparet ita hæc via ex natura & experientia non solum possibilis, (quia præcipitatio & fixatio infallibilis) sed etiam aliquando breuior, quam alij processus, sed quia Mercurij in præcipitatione facilem fluxum amittunt, oportet succurri per modum inceratonis per quem quælibet res facile potest reddi fluxilis, ipse etiam crocus Martis, qui tamen difficile fluit.

ALIA

ALIA PRÆCIPITATIO MERCVRIORVM.

NOn possum non hîc enarrare, quod meis vidi oculis, quodque communicaui cum quodam meorum intimorum, qui Mercurium Lunæ efficere & præcipitare potuit, verum ab auro nihil potuit obtinere. Postquam certior factus est, me habere iustum processum conficiendi Mercurium Solis, petijt à me vt communicarem secum, promittens Mercurium Lunæ & eius præcipitationem. Communicaui processum conficiendi Mercurium Solis, verum alium & fusiorem quam ante posui, sed tamen certum. Illius descriptio ita se habet: Sumpsit phiolam angusti colli, in quam recondit tres partes Mercurij Lunæ & vnam partem auri amalgamati, collum vitri, quod longiusculum fuit, semper & assiduo fecit patere, posuit in arenam, vt fundum vitri in arena ad altitudinem digiti fuerit coopertum & collum in furno patuerit: hoc dies & noctes tali rexit colore, vt collum, quod arenæ supereminuit, respectu arenæ, manu minime potuerim attingere, intra 4. septimanas habuimus bonum præcipitatum instar pulcrij cinnabaris, sed aliquanto flauiorem, illi per processionem Arithmeticam addidit quartam partem communis viui Mercurij, vase patulo vt prius præcipitauit, incepitque primò vncia Mercurij Lunæ, & vbi ego vidi, eò in augmentatione adscendit, vt plus quam 40. lotones fuerint in vitro. Verum nesciuit vir ille vlteriorem fixationem, si crustulosam materiam, in fundo vitri induratam, in foco plumbo addidisset, relictæ fuissent pulcræ probationes auri. Si modum fixationis tenuisset, obtinuisset magnum thesaurum, sibi suisque maxime proficuum. Modum autem fixandi licet addiscere ex meis ante positis secretis, nimirum vt hic præcipitatus ad decem fere dies in sigillato & laminato vitro sub tegula contineatur, igne aliquoties aucto. Modum fixationis ipsi aperire nolui, quia caput habebat Heteroclitum.

MEDICINA EX MERCVRIO *Lunæ ac Solis.*

IDem ipſe mihi affirmauit, ſe dictum præcipitatum, quem ex Mercurio Lunæ confecit, multoties vſurpaſſe in peſte, quem ſecum ſemper in pera habuit ad caſum neceſſitatis, illius Doſis ſunt 9. grana. Pro ſecundo re vera ſufficienti virorum honeſtorum teſtimonio comperi, quod hic meus familiaris in loco quodam mihi ſatis cognito, quendam, qui Noribergæ in probatione leproſus habitus eſt, hoc ſublimato Mercurij Solis curauit, ita vt totaliter poſtea mundus fuerit reputatus. Sed neſcio, an ille Mercurius Solis per ſe abſque omni additione ſui fermentantis corporis ſit præcipitatus. Habuit ex communicatione cuiuſdam ſuorum familiarium, ipſe verò non potuit efficere, & quia tam magnum illius animaduertit effectum, me orauit donec exorauit. In chirurgia ſua magna affirmat Paracelſus, ſe non ſcire meliorem Panacæam in peſte quam Mercurium Solis præcipitatum.

MERCVRIVS VITÆ SOLARIS.

ACcipe liquoris Mercurialis, infra deſcripti, cui vel tantundem aut amplius etiam ſudoris Hermophroditi, virilis & fœmineæ naturæ, aqueæ & terreſtris, volatilis & fixæ, adijciatur, ac omnia digerantur, cohobentur ac deſtillentur, vt diſſoluens fiat Lunare ac Solare, admirandæ operationis. Vtrumque Luminare ſic ſolutum, corpus recipere poteſt, etiam cum proprio menſtruo coniunctum atque vno momento, nec citra admirationem in puluerem ſiccum reduci, cum liquefactiuo & humectatiuo omnium rerum primo. Doſis eius pulueris eſt grana 5. ad 7. ex duabus vncijs infuſionis vini albi aut liquoris alterius congruentis: oleum Mercuriale totum eſt.

Accipe reguli Martis ſtellati libram vnam Mercurij in meteoron reducti & eſſenſificati libram vnam ſemis, pulueriſentur & commiſceantur, retortoque vaſi imponantur cum recipiente, ſubijciendo gradatim ignem & genus quoddam ſummi cryſtallini grauis, ſeſe in

frigido

frigido coagulantis & calido soluentis, extillando: quod vna aut altera destillatione, feces semper separando, rectificabis, super hunc liquorem toties spiritum Hydromelitis vinosi affunde & cohoba, vt tandem crebris istis cohobationibus liquor dulcescat, spirituq; separato, restet in fundo oleum Antimonij exquisitissimum ac pretiosissimum, multis curandis ægritudinibus ijsque grauissimis aptissimum. Vide Tetr. Ioh. Quercet. fol. 412. & 473.

TINCTVRA VNIVERSALIS DE MERCVRIO *corporis, ex monasterio prouenta.*

SOlue Lunam in aqua forti, repercute cum aqua salida in calcem albam, quam cum aqua calida abluendo spiritibus dulcifica & exicca.

Recipe illam calcem & adde ei dimidiam partem aut paulo minus Salis armoniaci sublimati aut mundificati, contere bene, simul & loca in vitrum aptum, & superfunde de oleo Tartari claro vt supereemineat 2. digitos, & vitrum valde obtura, & claude, & pone in fimo equino aut Balneo per mensem, tunc tota materia denigratur. Hanc funde in aquam communem, & ablue subtiliter ab omni salsedine, & post quamlibet residentiam aquam clarissimam effunde, quanto subtilius poteris toties donec amaritudine ablata fiat dulce, tunc materiam exsicca & sublima.

SVBLIMATIO MERCVRII CORPORIS.

ISTud pone ad sublimandum vel separandum in cucurbita figuli Alembico cœco applicato bene sigillato luto magistrali, & pone vas in cineres calidos, & applica primo lentum ignem per dimidium diem. Dehinc fortiorem, tandem fortissimum vsque ad vicesimam quartam horam. Tunc vas infrigidetur, & aperiatur, & in throno comperies pulueres griseos, quos contere in scutella vitrea cum aceto destillato calido & reuificabitur. Serua illum Mercurium Lunæ in vase vitreo & considera pondus eius. Quia primum illud pondus spiritus sic facti competit pro propria infusione nostræ terræ. Secunda ad secundam, tertia ad tertiam, vt infra dicam.

NVNC DE SVLPHVRE NOSTRO.

Est autem in medio vasis materia adhærens ſpondilibus eius puluis pruneti coloris, quem ſubtiliter depone & ſerua carè, quia eſt Sulphur Philoſophorum, aer & ſpiritus tingens, illud ſerua ad partem.

NVNC DE TERRA NOSTRA.

Est autem in fundo vaſis materia nigra, cui iterum adde dimidiam partem Salis armoniaci ſuperfundendo oleum Tartari putrefaciendo per omnia. Dulcificando, exiccando, ſublimando & Mercurium colligendo ſagaciter, cum magna induſtria, & ponendo in parte ſecundum ſeparationem Mercurij & Sulphuris.

REITERATIO.

HAs operationes toties reitera donec ex vna marca Lunæ, mediam marcam reſoluti Mercurij obtinebis, qui dicitur à Philoſophis lapis benedictus & aqua permanens. Qui tamen permanens eſſe non poterit abſque ſuo corpore & ſulphure à quibus eſt ſeparatus.

CAVTIO ARTIS.

IUro tibi in fide catholica, quod ſi habueris de tali Mercurio Solari aut Lunari ſic facto, etiam quocunque ingenio abſque Mercurio crudo, tantum 2. lot cum ſuo Sulphure dimidium lot aut ad minus drachmam, ſcias pro certo, & in charitate Chriſti, te habere magnum theſaurum & ſufficere tibi laborante æuo tuo.

DE PRÆPARATIONE TERRÆ.

REcipe terram nigerrimam fundi, quæ vltima finitis ſublimationibus in vaſe remanſit, & calcina eam bene in furno reuerberationis. Tunc pone in aceto & ſolue quod ſolui poteſt. Quod vero non ſolutum iterum calcina & ſolue, quouſque totum ſolutum

fuerit:

fuerit: tandem destilla totum acetum per filtrum subtiliter & pone in vitro ampullo & alembico applicato lutatoque abstrahatur, tota humiditas aceti in Balneo Mariæ, & illud quod manet in fundo, erit quasi saccharum album & dulce, & dicuntur cineres vel Sal permanens, in quo inuenies diadema cordis tui, Sal metallorum, id est lapis Philosophorum.

DE COMPOSITIONE LAPIDIS PHILOSOPHORVM *iuxta modum supra scriptum & præparatum.*

RECipe terram videlicet præparatam & pone in vase apto, & adde primò de Mercurio & Sulphure suo, quantum dedit propria sublimatio, & non plus, claude os vasis, & rege igne lento per vnam hebdomadam, secunda fortiori, tertia iterum intensiori, quarta simili, quousque ille Mercurius non plus ascendat, & sit bene fixatus cum terra. Quo facto incera secundum sublimationem sui Mercurij sulphure & rege per omnia.

Tertio adde tertiam sublimationem cum sulphure suo, & rege per omnia vt prius. Tunc Deo adiutore incipiet de die in diem magis & magis fluere in modum ceræ. Et cum sic facile fluit habebis verissime lapidem Philosophorum & thesaurum incomparabilem & augmentum vsque in infinitum, quia tunc non indiges, nisi Mercurio vulgi cum quo augmentabis, quantum tibi placuerit.

MVLTIPLICATIO.

FAc partem Elixiris cuiuscunque (scilicet Solis & Lunæ) volatilem, & cum eo incera Elixir, scilicet alteram partem recipiendo duas partes elixiris scilicet fixi & vnam partem volatilis, & applica ignem, sublima per hebdomadam, & sic in infinitum augmentabitur.

ALI-

ALITER SIC.

NOta. Ibi magisterij secretum propter accidentiam terræ primæ & propter festinationem operis complementi, quod eò citius finitur. Fac terram aliam bonam de Luna bona, videlicet nouum fermentum. Illius fermenti pone tertiam partem huic terræ scilicet fluxibili ceræ. Tunc adde huic fundamento partem dimidiam Mercurij crudi bene mundati, & da aquam sublimat. per hebdomadam & habebis: postea adde iterum huic terræ dimidiam partem Mercurij crudi bene mundati semper vt prius, & sic vsque in infinitum.

AD RVBEVM.

EAdem erit operatio cum Sole. Fac amalgama Solis, cum Mercurio optime exprimendo, solue in aqua forti Lunari & soluitur Mercurius, & calx Solis cadit nigra in fundum. Hanc cum aqua calida bene ablue & dulcifica, postea absque ignitione adde Sal armoniacum & oleum Tartari. De Luna dictum est & procede per omnia vt ibidem.

Destructor nostri lapidis est Sal armoniacus vnde dicit Geber. per Deum Sol, est tinctura rubedinis, Luna vero albedinis & dicit neque lapides neque corpora absque Sale armoniaco in primam materiam resolui.

D. O. M. A.

LIBRI SECVNDI,

BASILICÆ CHYMICÆ.

Pars I.

Capvt I.

De Metallis: iisque perfectis & imperfectis.

Materia circa quam versatur Alchymia, siue Chymia, vt inde Medicamenta eliceat, triplex est: Animalia, Vegetabilia & Mineralia. Animalia sunt triplicia, Terrestria, Aerea seu Volatilia & Aquatilia. Vegetabilia sunt, quæ per infixam radicem alimentum ex terra trahunt, & sunt arbores, frutices, omnesque herbæ, quæ à Paracelso crescentia dicuntur, quia quotannis marcescunt & renascuntur.

Mineralia illa sunt, quæ in visceribus terræ, ex mistione eius & aquæ secundum diuersam rerum proportionem in diuersas formas ac species concreta reperiuntur. Eorum tria sunt genera: Metalla, media mineralia, & Lapides.

Metallum, vt ex Iatrochymia nostra constat, est corpus fossile, natura liquidum, vt Mercurius: vel Durum, quod tamen vel liquefieri potest, vt aurum, argentum, stannum, plumbum, vel molliri vt ferrum.

Alius ſic definit: Metallum dicitur corpus foſſile, durum malleo ductile & igni liquabile, ſed quod liquatum in priſtinam formam redit. A μεταλλάω id eſt perſcrutor nomen habet, quod illud ſoleant foſſores intra terræ venas ſcrutari; vel ἀπὸ τοῦ μετ' ἄλλα ἐρευνᾶσθαι, quod aliud poſt aliud metallum fodiendo inueniatur.

Libauii Definitio talis eſt: Metallum eſt corpus minerale, vi virtutis metallorum ſeminariæ in terræ chalcantoſæ minera, è Mercuriali ſucco ſulphureoque ſpiritu caloris digerentis vehiculo conſtitutum, & in ſubſtantiam fuſilem, extenſilemque malleo conformatum. Alii alias ponunt definitiones: nos approbamus illam Iatrochymiæ Bornetti.

Dicuntur autem Metalla conſtitui vi virtutis ſeminariæ metallorum: Non enim fieri poſſent niſi quoddam plaſticum principiũ ab initio creaturæ terræ Cauernis à Deo eſſet inditum, quod ſe ſua virtute in materia diſpoſita locoque apto excitum à calore proportionato exerat, metallumque gignat, id quod impoſſibile eſt ſolitario Elementorum concurſu fieri; nec vlla ars vllis vnquam ſeu ignibus ſeu frigoribus ex Elementis nudis commiſſis inter ſe vlla induſtria potuit facere metallum; neque vnquam deprehenſum eſt factum eſſe illis in locis vbi ſeminaria virtus deeſt, ſiue Sol, ſiue Ignis, ſiue aliud efficiens ponatur. Ex interno inſtinctu naturæ ad Craſim in materia idonea certam procedit ad metallum motus, qui nulla arte niſi Diuina, multo minus Bruto Elementorum concurſu, exiſtere potuit. Libauius: Itaque Natura ab Elementis pergit ad ruditer miſta, vt lapides fortuito natos & terras; Poſtea accedit ad metalla, gemmas, aliaque ſuum ſeminarium in certa matrice & materia habentia, & æterna ſpecierum procreatione continuat illa genera, quomodo fit ſuo modo in vegetabilibus, ab his procedit ad plantas, à plantis per plantanimalia, ad animalia; tandemque definit in animali perfectiſſimo, homine nimirum.

Hic proceſſus eſt Naturæ in Elementis & Elementaribus: Arguit aũt etiã certa ratio formæ, & miſturæ perpetuitas ſubeſſe principiũ Natiuũ, penitus inſitũ, & ſe fœcundãs certo appetitus genere: Quæ alias ex Elementis cõmiſtis fiunt, tã certam non obſeruant Craſim.

Præterea proprietates Materiales formaleſque arguunt idem; nec diſſentit reſolutio, quæ non fit ſtatim in Elementa nuda, ſed in

res affines metallis, Crasim certam etiam pertinaciter obseruantes; Vnde non raro in metalla redeunt, quamquam in lapides, & liquores fuerant redactæ. Multo firmius tenaciusque hæc suum principium retinent quam plantæ & similia quæ putrefactione & combustione facile redeunt ad Elementa.

Non tamen nascuntur extra Elementa, Deo autore naturę in initio vim illam his inserente & potente verbo ita copulante, vt alterum non sit sine altero, perinde vt & in corporibus bestiarum hominumque est factum.

Gignuntur autem Metalla (vide & cap. 1. lib. 1. B. silicæ Chymicæ vbi etiam de generat. metallorum egimus) ex Mercuriali succo principali & propiore, sulphure calorem analogum, & conformationis causam fouente & subministrante: Itaq; & corpore se suo insinuat vnaquæq; ad materialem constitutionem concurrit. Hinc Mercurius Mater metallorum dicitur, Sulphur Pater, & in vtroque quatuor repræsentantur Elementa.

Mercurius principium fœmineum est frigidum humidum; Sulphur principium Masculinum calidum siccum; & hoc ignis terræq; Vicarium est, quapropter & terrea siccitas ei tribuitur, & cernitur in resolutione postquam auolauit etiam hanc relinquere: Quin imo cum Sulphure Vitrioli corpus maxima ex parte est.

Itaque & quod elicitur è Metallis Calchantum, sulphuris ratione elicitur; Et est argumentum etiam ex arte concinnitatis. Nam in omni Calchanto Sulphur est & in omni Sulphure Calchantum, idq; magis in his quæ pura sunt Naturæ, nec dum per artem destructa.

Qui Spiritum Calchanti conficiunt, idem experiuntur, idem experiuntur in oleo dulci, idem qui aquā acidam Sulphuris; & vterq; liquor tam affinis est, vt vix sit discrimē, nisi q̄ Sulphur plus habeat pinguedinis, Calchantum minus, vtpote aluminis copia refractum.

Sciendum vero est, quod qui metallorū materiam dicunt esse vaporem & alios qui siccū, alios qui Mercurium, Sal & Sulphur, alios qui Vitriolū Sulphureum & Mercuriale, &c. potius cōsentiant quā dissentiant, quanq̄ ab Imperitis & suas opiniones sequentibus non intelligantur. Omnia talia necesse Metallicam habere potentiam, & administrari perficique à principio tali agente in loco analogo: Omnes itaque in his ipsis consentire necesse est.

 Dein-

Deinde ipsarum minerarum mutationes ostendunt eandem materiam modo specie halitus errare, & consistere; modo apparere forma succi; modo facie terrę, cineris &c. Vna tandem in omnibus emergit certi metalli forma. Quid dicas si audias Gebrum docentem metalla in limpidam aquam versa inde reuerti ad priorem vultum? si interior forma & perfectio certa est & constans; de Externa non est laborandum.

Præterea de Sulphure & Mercurio, quibus magna vi se opponunt Peripatetici rationales, euidentissima sunt naturæ documenta, primum in ipsis scaptensulis; deinde in excoctionū & probationum officinis, tertio in Chymicis magisteriis & essentiis, quarto in proprietatibus conformibus, naturæque familiaritate; quibus non potest assentire, is se dementatum suo errore indicat.

Certum est & constat in omni fodina inueniri sulphur, non tantum fossoribus iudicantibus, sed & philosophis scientiæ metallicæ: Idem coniunctum est venis, & metallis excoctis. Experientia cognitum est ex omni pyrite sulphur excoqui: At in pyrite nascuntur omnis generis metalla. Pyritem coctum, Agricola, sulphure stillare ait, & in argenti fodinis Bohemiæ Bildertzi effodi sulphur.

Author Theatri Vrbium narrat, in Insula sacra aduersus Septentrionem rupem esse, ex qua effossa terra aurea, tusa, lota, tosta & separata, aurum reddat perfectum, & tantam sulphuris quantitatē, vt hinc sumtus qui in separatione impenduntur facile compensentur.

Albertus ait: vidi in monte æris ligna viridia ad lapidem æris appodiata statim cremari, propter abundantiam sulphuris & pinguedinis egredientis de lapide æris. Caium Principem Plinius memorat ex auripigmento excellens fecisse Aurū: At illud sulphuri tam affine est, vt etiam eius compar dicatur. Baccius in lib. 6. de thermis, ex plumbario lapide sulphur & mercurium extillare asserit. Kentmannus ait: inueniri argentum rude, rubrum angulosum, carbunculo simile ligni forma in pyrite, cinereo, & sulphure natiuo flauo. Mathesius cadmiam argentiferam incendi & comburi ob sulphur (& arsenicum) narrat. Est & Kentmanno autore vena plumbi similis silici metallico in qua sunt venulæ viui sulphuris.

Nicolaus Monardes testatur in Quito Prouincia erui sulphur viuū pellucidū, ex venis proximis auri fodinis, vnde iudicat nō sine cau-

sa Chy-

ſa Chymicos affirmare metallorum materiã eſſe Mercurium & ſulphur formam. Langius metallurgorũ morbos ex ſulphure & Mercurio in fodinis hauſtis oriri docet. Certum itaq; eſt, licet aliqui ſint qui refragentur, in fodinis & venis metallorum ſulphur inueniri. Idem vero etiam ex metallis excoctis elici poſſe non minus eſt illuſtre. Qui enim probationibus & excoctionibus præſunt vno ore id adfirmant. Notum eſt Cadmiam fornicariam ſeu Realgar, arſenico & ſulphure fœcunda eſſe, & fieri etiam cum metalla excocta repurgantur. Sulphur in cineritio deprehenditur in calchanto metallorum reſolutorum, ex quo oleum ſulphureum elicitur; idem arguit odor extinctorum & ignitorum.

Agricola aſſerit ob ſulphur inflammari metalla, ipſique teſtantur oculi, flammam viridem & rubram, dum regulare æs conficitur, exiſtere, neque alterius rei eſſe, multa philoſophorum conuincunt argumenta. Ob volatile ſulphur, imperfecta metalla corrumpuntur ignibus. Ars quoque ex ſale vitrioli, ſulphure & mercurio æs conducit, &c.

Ex effectu metallorum Langius comprobat, quod ex argento viuo ſeu Mercurio metalla conſtent, quandoquidem idem in vlceribus pręſtent, quod hydrargyrus. Nulla alia cauſa eſt tot morborũ, quibus affligũtur foſſores, illo ipſo iudice, quã hydrargyrus potiſſimum. In Carpatho monte aurum inuenitur album quod Fachſius, Kentmannus & alii tinctum hydrargyro putant, & affirmãt. In valle Ioachimica, vbi argenti fodinæ, & Schönfeldiæ, vbi plumbum album effoditur, metalla quoque ſunt hydrargyri. Narrat Matheſius Stolberga Palatinatus miſſam ſibi marcaſitam eſſe argento viuo prægnantem; Et ſe aliquando vidiſſe Cadmiam, ex qua percuſſa proſilierit hydrargyrus.

Buccius è plumbario lapide ſtillare aſſerit. Dum Aurum dilatatur intra pergamentum hydrargyro tingitur, ita vt ea vtentur ad pediculos necandos; quod ipſum etiam fit panno quo inaurata extergũtur pocula. Dioſcorides teſtatur, hydrargyrum colligi in fornacibus argentariis; Et Plinius ex lapide argentario extrahit. Biſmuthum Matheſius cito fundi ſcribit ob copioſum Mercurium. In illo vero etiam naſcitur argentum. Baptiſta Porta & alii demonſtrant multi, ex plumbo facili arte confici argentum viuum.

Erastus ait, se vidisse auri hydrargyrum: Adstipulatur his etiam tanta cognatio eiusdem cum metallis. Autore Agricola, in mineris est quædam nigra Lanugo, ex qua conficitur alias argentum viuum, alias argentum. Mathesius prodidit, in Ioachimicis album succum Mercurialem ex pendente specu destillantem, concreuisse in argentum, & obduxisse vias & ligna in eadem. Mouffettus modum docet, quo ex omni metallorum fodina hydrargyrus excipiatur. Sed plura adducere supersedebimus. Quid enim est opus fide artificum, in re tam manifesta? Si non tantum montes cauernæque metallicæ sulphur & hydrargyrum continent, sed & venæ & metalla ipsa; & vtrumque ex iisdem per artem euocatur, quis tam stupidus sit, vt amplius de rei veritate dubitet? Cui credendum potius est? Hisne qui proprio studio circa metalla occupantur, nempe fossoribus, excoctoribus, vstoribus, probatoribus, &c. an qui otiosas ratiunculas in suis theatris captant? At illi Chymicis assentiuntur. Et adeo manifestum, hoc est, vt etiam Mœnicus, Baccius, Baptista Porta & alii peritiores Peripatetici suo calculo Chymicorum pronunciatum decretumque confirment. Sunt quidem studiorum contra nos quædam argumenta. horum solutio facta est à doctissimo Domino Andrea Libauio in Comment. Alchem. part. 2. lib. 1. cap. 1. &c.

Præterea sunt & metalla quædam perfecta, quædam imperfecta. Perfecta metalla sunt, quæ natura perduxit ad absolutum metallici generis terminum. Itaque cum ea contendat, semper ad optimum quod in quolibet genere fieri potest: etiam optima & absoluta vocantur quæ perfecta: quia sunt non tantum Essentialibus principiis optime constituta, & classim præstantissimam in genere metallorum nacta; sed & qualitatibus aliisq; adiunctis consummata. Cuius notas perfectionis Libauius dicit Metallaris fixitas perfecta, summus cum Mercurio consensus; Exacta inspissatio, quam pondus sequitur, quibus astipulantur & alia, vt color, nitor, sonus, dilatatio exactissima, fusio, ignitio, &c.

Perfecta metalla sunt: Aurum & Argentum. Aurum est metallum perfectum inquit Libauius, è Mercurio maturissimo purissimoque, vi sulphuris præstantissimi, & vna ex ipso commistione opti-

ne optima tenacissimaque facta constitutum, & citrina tinctura exornatum. Itaque nihil aliud est, quam Mercurius optime excoctus, & coagulatus constantissime. Vnde ei nata est fixitas & duratio in igni igneisque maxima; pondus densitas, & tenacitas partium pertinacissima. Nec vllum est quod malleo ita dilatari possit. In suo manifesto Citrinum est, in occulto summam continet rubedinem. Vnde & non tantum tinctum ipsum est, sed & tincturam rubedinis confert abundantem, & seminarium principium Sulphuris perfecti vna cum Mercurio absolutionis summæ. In fronte calidum siccum moderate, at in recessu igneam virtutem occultans. Itaque & semen habet Musculinum. Eximii est splendoris, solarem imitans naturam. Quapropter & Chymicorum Sol est, & ob igneam virturem in abscondito, Leo ruber; In terris item Humano cordi & Leoninæ naturæ consentit; & respondet astro vini: In Mineralibus maximè gaudet Mercurio absolutissimo; cum quo etiam intime remiscetur plus omnibus metallis. Tincturam eius æmulantur Auripigmentum, sandaraca, sulphur fixum, præcipitatus fixus, Chrysannos (ex quo Aurum olim factum peradditamenta quædam) & Cinnabaris, (in qua Picus ait auri & argenti principia inesse) rubra stibii tinctura fixa, &c. Alius & sic etiam definit: Aurum Rex metallorum, omnium perfectissimum & temperatissimum, & veluti Solis tincturam in vultu gerens summum, in mortale genus habet Imperium. Nam Aurum omnes colunt, Aurum lex sequitur & auro venalia rura. Auro enim puto, nihil potentius, illi parent, illo fiunt omnia; quo qui destruitur vel tanquam Elephanticus ab hominum consortio seiungitur, vel tanquam mortuus inter viuos vagatur, &c.

Superiori libro sat constat examen Solis, sed vnus tantummodo adhuc est audiendus Paracelsus de natura & proprietate Solis. Septimum (inquit) ex sex spiritualibus metallum corporaliter est Sol, qui in seipso nihil aliud est, quam purus ignis. Quod autem extrinsecus pulcrius, flauius, apparentius, perceptibilius, ponderosius, frigidius, ac magis homogeneum corpus visu, perceptioneque possideat, huius causa est, quod aliorum sex metallorum congelationes in se contineat: quibus in vnum corpus extrinsecum est compactissimum factum. Eius tamen per ignem Elementarem liquefactio prouenit, vel causatur ex Mercurio ♓ & ♒

liqua-

liquatioribus in eo ſpiritualiter occultis. Huius exemplum eſt manifeſtiſſimum, quod Mercurius cum Sole facilius per amplexum commiſcetur corporaliter: Sed Sol poſt liquationem recedente calore frigoreque ſuprauenienté extrinſecus coagulari, durum & ſolidum fieri, reliquorum 5. metallorum eſt occaſio, quorum naturam in ſe complectitur, Saturnus, Iupiter, Mars, Venus & Luna. In iſtis quinque metallis, frigidæ manſiones cum ſuis regiminibus præcipue reperiuntur. Id fit, vt Sol extra calorem ignis liquefieri minime poſſit propter iam dictum frigus. Non poteſt etiam Mercurius calore ſuo naturali, vel liquatione ſubuenire, nec ipſum defendere contra 5. metallorum frigiditatem, eo quod Mercurii calor non eſt ſufficiens ad Aurum in liquatione retinendum.

Quapropter oportet aurum quinque metallis magis obedire, quam vnico Metallo, Mercurio. Ipſe etiam Mercurius officii nihil aliud habet ex ſeipſo, præterquam ſemper fluere. Hinc fit vt in aliorum metallorum coagulationibus nihil agere valeat, cum eius natura non ſit, durum aut ſolidum facere, ſed liquidum. Fluidum efficere caloris eſt, vitæq; natura: Sed frigiditas duritiei, conſolidationis & immobilitatis naturam habet, quæ morti comparatur. Exempli gratia quinque metalla frigida, Iupiter, Venus, Saturnus Mars, & Luna, Aurum ſi liquefieri debent, ignis calore id fiat neceſſarium eſt. Nix aut glacies, quæ frigidæ ſunt, hoc potiſſimum non efficient, ſed potius indurabunt, ſtatim atque metallum igne liquefactum ab eo fuerit amotum, frigiditas, hoc arripiens, durum, congelatum aut immobile per ſe reddit.

Sed quod Mercurius fluidus atque viuus ſemper maneat, dic quæſo, calore vel frigore an id efficiatur? Qui reſponderit à frigida humidaque natura id fieri, tum à frigiditate vitam habere opinionis aſſertor huius, naturæ nullam cognitionem habens, cum vulgo ſeductus eſt. Vulgus enim de quibusuis nil niſi falſum iudicat, hoc etiam firmiter tenet. Quapropter eſt, quod ab eo recedat, quicunque cupit veritatem cognoſcere. Mercurius quidem ex frigida minime, ſed ex calida & ignea natura viuit. Quoduis etiam viuens ignis eſt, quia calor eſt vita, frigus vero mortis occaſio. Solis ex ſeipſo purus eſt ignis, non tamen viuus, ſed durus, & ſulphuris tantum calorem demonſtrat, vt flauum & rubeum permixtum in eo pro-

portio-

portionaliter. Metalla quinque frigida sunt hæc, Iupiter, Mars, Venus, Saturnus & Luna, quæ suas tribuunt Soli virtutes secundum frigiditatem, corpus ipsum: secundum ignem, calorem: secundum siccitatem, duritiem: secundum humiditatem pondus, & ex sulphure clangorem. Quod autem Aurum in ignis terrestris Elemento non comburitur, nec etiam corrumpitur, efficit hoc Solis constantia. Nam vnus ignis alterum adurere non potest, nec etiam absumere, sed potius si ad ignem accedit Ignis, augetur validiorque fit in suis operationibus. Cœlestis ignis, qui à Sole in terram apud nos influit non est talis ignis, qualis est in cœlo, nec similis nostro super terram exsistenti, sed Ignis ille cœlestis, apud nos est frigidus & congelatus qui corpus est Solis. Quamobrem Sol per nostrum ignem superari nullo modo potest: Hoc illi solũ accidit, vt liquefiat sicut nix vel glacies ab ipso cœlesti Sole. Ignis igitur ignem comburendi potestatem non habet, quia Sol est ignis, qui solutus in cœlo, coagulatus apud nos existit.

Hinc Aurum, Paracelso in Essentia est triplex:

1. Cœleste quod est solutum.
2. Elementare, quod est fluidum.
3. Metallicum, quod est corporeum.

Hæc de Auro, nunc de Luna.

Velut enim Sol cœlestis & terrestre Aurum singularem conformitatem, concordantiam ac similitudinem mutuo inter se habent: Sic & Luna cœlestis & terrestre argentum indissolubili ac sydereo atq; influxu nexu atque vinculo sunt vnita ac connexa.

CAPVT II.

De Argento siue Luna, eiusque calcinatione.

EST quoq; Argentum & anima sanguis mortalibus. Ab Auro enim omnium metallorum est præstantissimum, quod nulla vetustate rubiginem contrahit, nec deterius euadit, sed semper nitidum, splendidum ac syncerum, quod facile ducitur & liquatur. Fit in terræ visceribus ex hydrargyro mundo & candido & ex sulphure puro, claro, firmo & albo æqualiter simul

temperatis. Sicque candidum & fulgens redditur, propterea quod calor Sulphuris bene mundati dealbat & ſubtilius reddit, adeoque exſiccat, vt ſonorum, durum & tinnillum euadat.

Solum autem inter metalla ſplendorem videtur emittere tranſlucidum: ſua enim in fodina, quaſi Lux eſt in tenebris, veluti rudimenta ſtellarum referens, magis tamen multo ſplendet purum & igne examinatum & ſepties repurgatum, cui connexa ſunt quæ Pſalmus canit. 11. Eloquia Domini, eloquia munda, Argentum igne purgatum: à nobis comparatur Lunæ. Sua naturali complexione frigidum & humidum eſt temperate, vnde membris ſpiritualibus auxiliatur, valet & ad cordis palpitationem; ipſum namque roborat & hæmatoſim adiuuat; efficitque laudabiliorem.

Ioſephus Quercet. ait, ſic in Sclopetario ſuo: Luna inter metalla ſecundum obtinet perfectionis gradum, etiam temperatum eſt, & Auri vires quadantenus æmulatur, & ad eoſdem affectus à Medicis exhibetur, præſertim ad Maniam, & affectus omnes Melancholicos, & ad cerebrum ipſum corroborandum. Ingreditur Elect. de gemmis, lætific. Saleni, Auream Alexandrinam, & omnia fere Antidota, quibus & Aurum permiſcetur. Neque alio modo præparatur, ſed in foliola & ramenta ſolum modo redigitur: Spagyrici varia ex ea præparant medicamenta, &c.

Libauio definitur: Argentum eſt metallum perfectum paulo infra Aurum, album, conſtans Mercurio prope fixo, & ſulphure mundo albo, aliquantulum deficiente maturitate, fere fixo.

Itaque non durat omnino in cæmento regali, Antimonio, Sulphure, cadmia, &c. Soluiturque aqua forti. Permanet autem & abſoluitur ſummo ſui gradu in cineritio. Dilatatur poſt Aurum ampliſſime ſubtiliſſimeque, & in filamenta ducitur. Poteſtate eſt Lunare. Itaque & in cœlo Lunæ aſſcribitur: In terra cerebro: In ſubterraneis argento viuo. In artificio philoſophico tincturam albam præbet, eſtque mare partus Phyſici in coniunctione cum Sole & Mercurio. Minus compactum cum Auro corpus habet. Itaque & ſonat, minuſque eſt ponderoſum. Tincturæ eius æmulum quid eſt in cinabari, hydrargyro, ſublimato

mato fixo, Sale ammonio fixo, magnetide, Sulphure albo fixo, huiusve Sale qui ignem non metuit. Cognationem habet cum cæruleo, quem colorem etiam in occulto abscondit: Veluti & in sequentibus patebit.

Nominatur autem à philosophis aliquando perfectum minus, Aurum perfectum maius. Deest enim ei Fixatio vtriusque principii, deest color & pondus, propterea quod materia sit aliquanto crudior, seu minus digesta nempe in principio suæ generationis aliquid labis adepta: Eius vero defectus arte comparari possunt vt videbis ex consil.12. Philosophicæ Basilicæ.fol.75.

Auicennas in libello de Medicinis cordialibus tract. 7. hæc de Auro & Argento scribit: Aurum iudicatur, inquit, inter iudicium Argenti & hyacinthi, & est quidem infra hyacinthum & supra Argentum, cuius quidem complexio temperata est, aliquantulum vicina colori, & est eius operatio à proprietate. De Argento autem sic loquitur: Argentum aliquantulum est frigidum & siccum, & eius quidem effectus similis est effectui hyacinthi, hoc excepto, quod multo est debilius illo.

Quam vero proprietatem Auicennas hyacintho tribuat, vt intelligamus, subiicit quæ sequuntur eodem lib. paulo post: Hyacinthus temperatus esse videtur. Inest autem ei proprietas lætificandi & confortandi cor, & fortiter obuiandi veneno: & hæc quidem proprietas est virtus, non suis attribuenda componentibus: Sed manat ab ipsa eodem modo, quo ex magnete emanat virtus, per quam magnes attrahit ferrum è longinquo. De his autem quæ in consideratione hyacinthi persuadere oportet, est vt inconueniens esse dicatur, calorem naturalem agere in hyacintho, cum sumitur intra corpus, transmutationem & dissolutionem atque commixtionem eiusdem substantiæ, cum euaporabili substantia spirituali, quemadmodum agit in croco & similibus. Et in summa incongruum quidem est, quod dicatur, quod hyacinthus in forma sua substantiali patiatur à naturali calore, & exinde postmodum eius opus manifestari. Etenim eius substantia, quemadmodum patet sensui, valde est ab huius passione remota.

Videtur ergo, quod naturalis calor nec imprimat in ſubſtantia, nec in accidentibus formæ ſuæ inſeparabilibus; Sed ſolum in vbi eius, & loco & qualitatibus eius accidentalibus. In vbi quidem & loco, quia facit ipſum cum ſanguine penetrare, vſque ad partes cordis. Quapropter cum afficitur propinquis paſſo, fortius imprimit ſuum effectum. In qualitatibus quidem, quia calefacit ipſam hyacynthum: De natura vero calefactionis eſt, vt manifeſtet proprietatem, & excitet virtutem. Secus apparet in carabe: ipſum enim quando debilitat, paleam trahere videtur: fricatur quidem donec caleſcat, poſt hoc apponitur paleæ, & attrahit ipſam velociter. Et videtur ergo, quod vltima impreſſio naturæ noſtræ, vel caloris naturalis noſtri in hyacintho ſit iſta: & quod actio ſit additio manationis ex eo ad illud, ad quod fit manatio naturaliter, & additio appropinquationis, &c. Hæc Auicennas.

Hinc concipi poteſt ab exemplo de hyacyntho, quid Auicennas aliique Arabes iudicauerint de natura & proprietatibus auri & argenti, dum vult tandem concludere, calori naturali nullam ineſſe agendi poteſtatem in hyacynthum intro ſumptam, nec tranſmutandi & diſſoluendi eius ſubſtantiam. At ea permanet, vt eſt in ſubſtantia vaporoſa & ſpirituali, quemadmodum ſupradictus calor agit in crocum, aut aliud quid ſimile. Quod quidem illi, aliiſque omnibus concedimus, qui Aurum, Argentum, Saphyrum, Hyacynthum, & reliquos pretioſos lapides in tenuiſſimum puluerem redactos propinant, quos vel vtcunque ſubtiliſſime tritos, atque ſic intus aſſumptos, nec ſic quidem calor naturalis noſter domare ac diſſoluere queat: attamen & metalla & pretioſos lapides, ſi in calcem philoſophicam, Eſſentias, Magiſteria, olea, liquores aut Tincturas adducantur, (in quem ſcopum Baſiliſcus Hermeticus tendit, vt corpori humano cedant in medicamentum) facile naturalis calor noſter atterat, concoquat & edomet, &c. redimus ad priora.

Inter philoſophos ſapientes & talis datur definitio: Argentum Græcis ἄργυρος, fit ex Argento viuo albo, & mundo, à quo etiã coloratur: & ex ſulphure albo mundo, & non adurente. Et hinc neceſſa-

cessario est album & fulgens: Calor siquidem Sulphuris bene mundati dealbat, & subtile reddit, adeoque exiccat: de qua causa etiam maxime sonorum est, & tinniens, ac durum siccumque inuenitur. Sub venis argenti inuenitur mollis quædam materia, velut densum aliquod pulmentum, quod indicium est, argenti viui maximã in iis locis, vbi argentũ generatur, esse abundãtiam, ac in generatione Argenti sorditiem oẽm quæ deinde velut fæx quædã remanet, expurgari. Inuenitur ẽt interdum argentũ tenax, & flexile siccumq; cuius rei non est alia causa, q̃ quod aliquid adhuc humidi Phlegmatici extrinsecus adhæreat. Idem: Argento Natura est frigida: humiditatẽ habet temperatam. Valet itaq; membris spiritualibus, & præcipue ad cordis tremorem. Cor & Cerebrum confortat, bonum gignit sanguinem. Putridam vulnerum carnem consumit. Vulnera item glutinat. Cum oleo Tartari Scabiem malam curat. Recrementum argẽti, quod Græci ἔλκυσμα item ἔγκαυμα vocant, Germanis Silber-Schlacken, vim habet adstringendi, & extrahendi. Valet itaque ad Emplastra, quæ Phæas vocant: Medicamentis item cicatricem inducentibus additur.

Nostra Iatrochymia talem dat definitionem: *Argentum est metallum perfectum paulo infra aurum, album, constans Mercurio mundo, probe fixo, & Sulphure mundo albo, persistens in examine cineritii. Vis eius Medicamentosa præcipue concernit Cerebrum.* Hactenus definitio nunc ad eius Calcinationem.

Calcinationis modi cum non vnus sit, sed multi ac varii, vt & supra lib. I. Bas. Chym. cap. I. dictum est: videlicet per Amalgamationem, Præcipitationem, Cementationem, Stratificationem, Reuerberationem, Fumigationem &c. de his sic igitur agemus.

Prima calcinatio per amalgamationem: Recipe Lunæ iuxta artem purificatæ & correctissimæ natura perfectissimæ artificis finæ dictæ, quantum vis, reduc ad Laminas tenuissimas, ipsasque more aurifabrorum cum sufficienti Mercurii viui quantitate, Amalgama, riteque perficito in crucibulis, penitus sicut cum Solis amalgemate factum, quo enim Luna in hoc opere cum Mercurio melius & tenuius dissoluitur, eo postea absolutior calcinatio Lunæ consequitur: Quod est verum & vnicum fundamentum ad omnia corpora metallica, exinde liquores Medicinales aliosque Chymi-

cos vſus adhibendos ac deducendos. Eſt itaque magna adhibenda ſolerſque cura, & diligentia in calcinatione, præcipue perfectorum metallorum. In hoc autem noſtro propoſito de Luna idem eſt proceſſus, ſicuti de Auro antea expoſui, niſi quod Luna paulo facilius calcinetur, quam Aurum, res autem ſeu Calcinatio prima ita ſe habet.

Accipe Lunæ Amalgama, impone in tigillum fortiſſimum, permiſtum prius puluere Sulphuris optimi, cum lixiuio nitri prius cocto & aqua pluuiali abluto, beneque prorſus iterum exiccato, dimido pondere pone infra Capellam in furno probatorio, donec totũ Mercurium omnino vna cum Sulphure exhalaſſe, & igne conſumptum conſpexeris, atque certo ſtatuere poſſis, Lunã rite calcinatam eſſe: Calcem poſtea cũ tigillo in furno modeſte remoue, ne ad partem aliquam deflectat, ſic habes calcem Lunæ leniſſimam ac ſpongioſam, ſicuti de Auro dictum, præparatam; hãc ablue aqua pluuiali aut cœleſti maiali, & ſi Lunam calcinando conſpexeris, ſeu eius puluerem tenuiſſimum, in quo non amplius ſcintillulæ lucentes apparuerint, bene eſt, ſin minus calcinatio reiteranda ſicut prius erit, nouo Sulphure viuo admixto, donec Luna perfectiſſima ſit calcinata.

Doctiſſimus Libauius ſic infert de puluere Argenti: Fit hic etiam variis modis, quorum plærique cum Auro ſunt communes κατὰ γένος: obſeruationes tamen habent ſpeciales. Primus eſt cum hydrargyro: ſcobem vel folia Lunæ miſce cum pari hydrargyro in catino prius candefacto (hydrargyro ſcilicet) moue cum bacillo, & agita ſedulo: infunde in frigidam aquam, vt indureſcat maſſa in morem ſtanni friabilis (quale fit ſi Mercurio immergitur competenti) ſi non talis euadit, abundat hydrargyrus. Itaque vel per corium exprime, vel ſuper prunis diſſipa aliquid expirando. Reliquam pulticulam tere cum quarta parte Salis communis puri, in mortario fortiter ſubigens. Reſtitue ſubactum igni, & abſtrahe hydrargyrum per diuaporationem, vt tantum Sal cum Luna reſtet, & caue ne fluat. Tandem ablue Salem multiplici calida; & ad Solem exicca.

Idem modus etiam aliter procuratur. Fit amalgama ex foliis Lunæ & hydrargyro, huic additur vitriolum Romanum quantum ſatis.

ſatis. Miſcentur, intraque tegulas vel lateres duos cauos luto ſapientiæ coniunctos, & ferreo filo conſtrictos, per diei medium inter prunas reuerberantur. Puluis eluitur: vocare calcem ſolent, cum more calcis vulgatæ fiat, ſed & Argentum vſtum ita conficitur. Interdum prius diuaporare ſinimus hydrargyrum, & poſtea puluerem Sale miſtum per tres horas reuerberamus item in calcem. Hactenus Doctiſſimus Libauius lib. 2. Alch. tract. 1. de Magiſteriis cap. 5.

Alius modus amalgamandi Lunam: ſumatur Luna vera, puriſſimeque fuſa, & proiiciatur ſuper Mercurio feruente, ac bene moueatur virga ferrea dum fiat amalgama. Hoc teratur cum Mercurio nouo & magna parte arſenici ad ignem appoſitum dum hæ materiæ euaneſcant, & Calx Lunæ remaneat alba, ex toto, vel in parte: quam tum imbibe aqua Salis, & pone ſic præparatam in furno panis per diem naturalem ſalibus expurgatam, & in albiſſimam calcem redactam.

Lunæ Amalgamatio alia, Recipe Lunæ puriſſimæ limaturæ q. v. huic adde Mercurii q. par eſt, ſuperfunde aceti optimi ad eminentiam 4. digitorum, pone cum cucurbita optime ſupra lutata per 9. dies ad ignem arenæ digerendum, indies tamen ſexies vel ſepties mouendo, tandem appoſito alembico deſtilla inde acetum ac Mercurium, & tali modo etiam amalgamaſti ac calcinaſti Lunam.

Alius ſic procedere iubet: Fac Amalgama cum Mercurio viuo, miſce cum ana Sulphuris & Salis communis terendo quam optime, poſtea, quatuor vicibus cementa in tigillo bene perlutato, ſingula tamen peracta cementatione, calcem bene ablues, purifices & exſicces, nouiſque ſpeciebus reiterationem continues, tandem habebis calcem Lunæ puriſſime præparatam.

Alia Amalgamatio Lunæ cum Mercurio artificioſiſſima talis eſt: Recipe Lunæ finæ, quantum vis, ſolutio in aqua forti vulgari, poſt ſolutionem debitam, duplam quantitatem affunde aquæ recentis fontanæ, quo aqua fiat debilis, & ad ſoluendum amplius nullo modo habilis, tum iniice quatuor partes (ad vnam partem Lunæ) Mercurii, miſce optime contundendo ſiue conquaſſando, & Luna petit fundum, accuratiſſimeque

ſeſe

ſeſe cum Mercurio amalgamat, cum quo artifex ad libitum procedere poteſt.

Talis etiam Amalgamatio ab aliquo ſic datur: Recipe Argenti tenuiſſime laminati, partem vnam, Mercurii viui purgati partes iij. vel iiij. Miſce vt artis erit, & adde eis inter miſcendum Salem vulgarem præparatum ſiue decrepidatum, in tanta quantitate vt nullam Lunam cum Mercurio amplius perſpicias, tandem trade igni, vt Mercurius auolare poſſit: ſic bene calcinata luna, ablue & à Sale rurſus edulcato, & habes Lunæ calcem eodem modo præparatam.

Quod ſi quæratur calx Lunæ perfectiſſima, dicunt Philoſophi, eam exiſtere ſiue perficere poſſe, ſi vel Sal armoniacum, vel Mercurius ſublimatus inde eleuando ſublimaretur, prout & videbis 1. cap. Baſil. Chym. Modus cum Sale armoniaco primus talis eſt.

Recipe j. partem Lunæ finæ limatæ, Salis armoniaci partes tres, contere inuicem, & repone per diem ac noctem in digeſtionem ne tamen fiat ſublimatio vel fluxio, ſecundo die eodem modo exime & tere vt primo feciſti, rurſus vt ante repone, hoc & tertio repete digerendo, tandem artificioſe ſublima, & retine calcem in fundo pure edulcorandam.

Secundus modus cum Sale armoniaco: Recipe limaturæ Lunæ quantum vis, hanc calcinato per aliquot vices quam artificioſiſſime cum aceto, qualibet tamen calcinatione exiccando, vltimo adde calci dimidium pondus Salis armoniaci, digere pauliſper, tandem ſublima & calcem edulcora: huius author dicit deſumptum eſſe ex Gebri Teſtamento.

Tertia, cum Sale armoniaco ſic eſt calcinatio: Recipe folia Lunæ puriſſimæ quantum placet, miſce hæc terendo in ſubtiliſſimum, Alkohol cum Sale armoniaco, repone in cellam, quo Sal armoniacum inde ſoluatur, corpus vero remaneat, hoc bis aut ter reiterando præſtantiſſima erit Philoſophorum calcinatio.

Quarta: Recipe Laminas Lunæ, hæc impone aceto deſtillato forti per quatuordecim dies, poſtea acetum inde deſtilla, hoc deſtillatum miſces & imbibes quinta vice cum Sale armoniaco, tandem in cella facies inde diſſoluat vel fluat Sal armoniacum, ſic edulcoratione facta, præſto erit calx Lunæ pura.

Quin-

Quinta: Recipe limaturam Lunæ & Salem armoniacum in æquali quantitate, tere optime, & tertia vice Salem inde sublima, postmodum calcem cum aceto destillato solue, abstrahe & coagula, sic etiam pura calx veniet edulcanda.

Sexta: Recipe limaturæ Lunæ part. j. Salis armoniaci partes duas, tere inuicem quam optime, sublima inde à Luna Salem quatuor vicibus, quinto calcem in fundo aqua calida fontana edulcorando dulcifica, infunde iam acetum optime destillatum cucurbitæ, calcem vero suspende in medium cucurbitæ supra acetum, tandem destilla acetum igne lento, & calx reddetur spongiosa, (alius solubilis) intra 3. vel 4. dies, vltimo acetum super calcem fusum abstrahendo leuissime e ice, quod restabit erit spongiosissimum postquam fuerit edulcationi mandatum.

Septima cum Sale armoniaco & Sale communi: Recipe Calcis Lunæ per Aquam fortem præcipitatæ, vt sequetur, part. j. Salis communis, Salis armoniaci ana vnciam vnam, miscendo tere optime, manda sublimationi ad septem vices, postea solue omnia in aceto, hunc per destillationem ab inde libera, hanc calcem author promittit floridam & solubilem.

Nonnullus author prætendit & præcipit omnem Lunam cum Sale armoniaco eleuare seu sublimare, & sic fieri flores & calcem nobilissimam ablato Sale; & hoc quidem verum, sed multum consumes Salem armoniacum, singulis enim sublimationibus recens requiritur & renouatur &c.

Sequuntur modi calcinationis aliquot cum Mercurio sublimato, primus talis est. Recipe limaturæ Lunæ part. j. Mercurii sublimati partes iij. tere optime inuicem, & fac fluant super ignem instar olei, postea refrigerato vase sublimatum redde fecibus, & opus de nouo inchoato hoc ter repetes, tandem calcem in fundo siue massam edulcorato, & ad opus quod vis applica.

2. Recipe Mercurii sublimati quantum vis, hunc imbibe cum oleo vitrioli ter vel quater vt artis est, huic adde corpus Lunæ, & sublima vel calcina inuicem per quatuor vel quinque vices. quando massa fundi nigra apparet, tum perge in calcinando vsque realbescat, hanc aceto purifica quo puri ab impuro fiat separatio, puritati homogeneum dulcifica.

C 3. Re-

3. Recipe limaturæ Lunæ puriſſimæ, terna vice inde ſublimando igne forti eleua Mercurium ſublimatum, hac operatione peracta, ſecundam inſtitue præparationem & ſublimationem cum Sale armoniaco, itidem ter, & hoc perfecto, tertiam inſtitue ſolutionem calcis relictæ cum aceto, tandem acetum per Balneum Mariæ ſepara, & ſi placet dulcifica.

4. Recipe Limaturæ Argenti partes duas, Mercurii partes quatuor & tantundẽ Salis cõmunis fuſi, tere miſcendo inuicem, & manda ſublimationi per quatuor vices, ſemper ſublimatum reddendo fecibus, tandem calcem Metalli ſanguinei & cephalici à Sale ablue: Notabis autem optime, ſublimationem fieri oportere igne forti, ſiue gradu tertio.

5. Recipe calcem Lunæ cum Mercurio ſublimato correctam, hanc ſolue vel abſtrahe cum aqua regis, hoc facto calcem rurſus ſublima cum Sale armoniaco ad duas vices, vltimo ſolue cum aceto, & edulcorato.

6. Hæc eſt Doctiſſimi Sennerti, dum inquit: Argentum non incommode calcinatur, & quaſi in reſinam redigitur, ſi ſubtiliter laminato partes duæ Mercurii ſublimati addantur, & Mercurius ſuper Ignem exhalet. Remanet enim Argentum inſtar Reſinæ.

CAPVT III.

De Lunæ Præcipitatione.

HActenus actualis Metalli ſiue Argenti calcinatio, ſequitur potentialis quæ fit per ſolutionem in aquis Philoſophicis, vt Auri per Aquam Regis, ex eo quod Aurum dicitur reliquorum Metallorum Rex; Lunæ ſeu Argenti ſolutio vero conſtat per Aquam fortem: Ex vna quidem re & materia hæ aquæ conſtant, niſi quod aqua regis ſemper ſit fortificata Sale armoniaco, Lunæ debilior, placet per Exempla, eaque varia, ſic demonſtrare.

Inpri-

Inprimis vero notandum venit, in quem finem quæramus Lunæ præcipitatum, num pro Medicina & vſu corporis microcoſmi, vel pro Medicina transſmutatoria &c. Si enim in vſum hominis, tum ſemper indigebit correctione ſiue edulcoratione: ſin minus non ſemper, ad opus ipſum.

Præcipitatio Lunæ prima: Recipe Vitrioli, Aluminis, Salis nitri, Zinnabaris ana quantum vis, terendo miſce, & per retortam deſtilla, poſtea cum Argento purifica, vt artis eſt. In hac aqua ſolue lamellis lunæ quantum potes, poſtmodum præcipita & habes præcipitatum Lunæ corroſiuum, quem dulcifica ſi opus habueris.

Præcipitatio Lunæ ſecunda: Recipe Aluminis lib. duas, Salis nitri lib. vnam, Zinnabaris lib. vnam, miſce vt ſupra, purga cum Argento, & Lunæ quantitatem in ea ſolue, prout tibi libuerit, poſt præcipitationem tali modo vt ſupra habes præcipitatum.

Præcipitatio Lunæ tertia: Ex Vitriolo, Sale nitro ana, deſtilla aquam, purga, ſolue intus Lunam, præcipita & eodem modo habes præcipitatum.

Præcipitatio Lunæ quarta: Recipe Vitrioli, Salis nitri ana lib. iij. aluminis calcinati libram ſemis, viridis æris vncias duas, ex his fac aquam fortem ſecundum conſuetudinem, ita quod Spiritus totaliter exeat, & habebis aquam fortem optimam; in hac ſolue Lunam, præcipita, ſic tenes calcem Metalli ad opus tuum quæſitum.

Præcipitatio Lunæ quinta: Recipe aceti optimi deſtillatique vt ſcis ex reſiduo tertio &c. libram integram, Salis armoniaci lib. ſemis, hæc ſoluendo ac deſtillando toties cohoba, vſque per deſtillationem ſiat vnita, in hoc aceto ſolue Lunam, & tenebis præcipitatum ad maximos vſus.

Præcipitatio Lunæ ſexta: Fiat Nobile menſtruum ex Sale nitro & ſpiritu vini per pelicanum, in hoc menſtruo præcipita tuam Lunam & nobilior exiſtet præcipitatus prioribus omnibus.

Præcipitatio Lunæ ſeptima: Recipe Vitrioli exſiccati ſeu ad rubedinem calcinati libras duas, Salis nitri repurgati libram vnam,

tere ſimul ac miſce, deinde impone retortæ optimo luto loricatæ, & colloca in fornacem reuerberii ſeu ignem apertum, appoſitoque recipiente amplo deſtilla per gradus, ſpatio viginti horarum. Cum ſpiritus albi & nebuloſi in receptaculo diſſipantur, finis adeſt: tunc ſine pedetentim refrigeſcere. Aquam extremam clarifica per argentum hac ratione: Cape vncias ſeptem iſtius aquæ deſtillatæ, inijce puri argenti drachmas duas, & ſolue ſuper prunis, ſolutionem hanc infunde reliqua deſtillato & lacteſcet; ſine requieſcere, purumque effunde, & aqua ſolutiua eſt parata. In hac Aqua forti ſolue Lunæ q. vis, & quando ſoluiſti, aquam à calce ad medietatem abſtrahe, hoc cohobando reiterabis ſex vel ſepties, vltimo repercute cum Venere, & vt moris aqua calida fontana optime dulcifica: Calcem hanc omnem ſolues cum aceto deſtillato, quod vt acetum mauult reſoluere, hoc viciſſim cum aqua forti ſoluito, repercute & dulcificata calce redde aceto, vſque dum omnis calx ab aceto ſolubilis reddita, tandem acetum abſtrahe per alembicum ad ſiccam calcem, Lunæ, edulcorandam, & hic præcipitatus magni æſtimatur.

Præcipitatio Lunæ octaua: Recipe Salis nitri libras duas, Aluminis calcinati libram vnam, deſtilla inde aquam fortem inſignem, ter cohobando & deſtillatum reddendo fecibus, eo modo erit pura; in hac aqua ſolue ſeorſim Lunæ quantitatem pro libitu, & in alia reſolue Mercurium viuum, ſolutis ambo Metalla coniunge, aquamque fortem inde deſtilla ad præcipitatum, hunc primo rectifica cum ſpiritu Vitrioli, tandem cum ſpiritu vini, & habes præcipitatum Lunæ cum Mercurio optimum.

Præcipitatio Lunæ nona: Recipe Lunæ finiſſimæ partes tres, Solis partem vnam, Fundantur ſimul & laminentur ſubtiliter, poſtmodum in limaturam redigantur, huic limaturæ adde Mercurii partes duodecim, cum aceto repurgatiſſimi, fiat lege artificioſa Amalgama perfectum, inde confectum hoc Phiolæ, inferius ad fundum non rotundæ, Hermetice ſigilla, inque arena ſepelito vſque ad os vitri ſupremum, da ignem tertii gradus, à primo tamen inchoato, ſic creſcet Amalgama inſtar arboris, vel virideſcentis graminis, tamdiuque continuabitur vſque dum Mercurius omnino aſcenſus: quando iam in totum eſt ſublimatus, pedetentim decidit, & fit puluis rubeus, qui fixus redditur cum ſpiritu Saturni, quod notabis

pro summo secreto, alias curat Hydropem, Lepram, paralysin, luem veneream, & est p[illegible] rem philosophorum.

Præcipitatio Lunæ decima: Recipe Lunæ præcipitatæ purissimæ vnciam semis, calcis solaris per aquam Regis repercussæ optimeque calcinatæ, ac cum Sale Tartari reuerberatæ tantundem, coniungantur hæ calces, & superinfundantur cum oleo vitrioli cum Antimonio destillato, cohoba inde aliquoties hoc oleum vsque tandem præcipitatus teneatur pure edulcorandus, maximarum virtutum & operationum in minori mundo.

Præcipitatio Lunæ vndecima: Recipe Lunæ finæ, ac ter capellatæ per Saturnum quantum vis superfunde aquæ Salis nitri sufficientem quantitatem ad soluendum, in calidis cineribus, soluta Luna, purum ab impuro separa, & puram solutionem infunde in aliud vitrum, addendo tres partes aquæ dulcis pluuialis destillatæ, ablue calcem præcipitatam optime ab omni acredine ac Sale, hoc peracto & cum spiritu vini hanc ablutionem institue, sic habebis calcem Lunæ præparatam pro Medicina præstantissimam.

Præcipitatio Lunæ duodecima: Fiat Regulus cum Luna per Salnitrum & Tartarum vt artis est (Argenti partes tres, Antimonii masculi partes sex) hunc solue in aqua forti simplici, solutis reserua, & à fecibus separa; Manda abstractioni, præcipitationi, edulcorationi; etiam aliquali calcinationi, tandem exime & super marmore accuratissime cum Sale periatum part. I. terito, læuigatione facta, inde cucurbitulæ, superfunde Alkohol vini, cohoba bis vel ter, tãdem ad siccam calcem abstrahe, & si placet cum aqua rosarum exhalato, sic habebis præcipitatum Lunæ Antimonialem Epilepticum præstantissimum.

Præcipitatio Lunæ decima tertia: Dissolue in aqua forti philosophica vel spiritu nitri Lunæ purissimæ vnciam integram vel semis, huic infunde guttatim olei duorum draconum septies rectificati vncias duas vel vnam, si fit ebullitio, caute procede, ne lupus deuoret dracones cum nutrimento Lunæ: Pone cucurbitam super calidos cineres ad tres vel quatuor horas, tandem menstruum soluens terna destillatione inde cohoba vel euoca, vltimo cum spiritu rosarum vel liliorum conuallium dulcifica, tandem exsicca.

Hic præcipitatus est instar Bezoartici maximarum admirandarumque virtutum.

Præcipitatio Lunæ decima quarta: Recipe foliorum Lunæ partem Mercurii partes tres. Salis Saturni partes duas, misce coniungendo & terendo quam optime, indatur postea phiolæ ad præcipitandum, post mensem per Spiritum vini purum ab impuro separa, & habebis præcipitatum fixum bonum atque optimum.

Præcipitatio Lunæ decima quinta: Accipe Mercurii sublimati partem vnam, calcis viuæ part. ij. Tartari calcinati part. j. mixtis inde retortæ adaptato tamen recipiente aqua frigida plenum, probe etiam iuncturis lutatis, tandem destilla vt Mercurius in aquam rediuiuus destillet, hic optime est depuratus: huius accipe partes iiij. Argenti part. ij. Amalgama inuicem, amalgamatis, oleum vitrioli superfunde & cohobando aliquoties inde abstrahe, quarta vice edulcora & cum spiritu vini seu Alkohe rectificato, & hæc præcipitatio etiam peracta.

Præcipitatio decima sexta: Mercurius septies sublimatus per Martem in cella soluatur vt fluat, solutionem filtra, & impone recipienti, applicato cum aqua forti, destilla Mercurium in aquam fortem, vt vna fiat coniunctio spirituum, hanc aquam Mercurio fortem, per Alembicum in cineribus abstrahe ad præcipitatum, cohoba cum hoc menstruo adhuc bis vel ter, & omnia abibunt in oleum, huic oleo Lunam porrige deuorandam, quantum vult, deinde destilla & pręcipitatum tenebis, cum Alkohe vini corrigendum præstantissimum.

Præcipitatio decima septima Lunæ, cum Auro, Mercurio & Regulo Antimoniali: Recipe calcis Lunæ, vnciam integram, calcis Solis drachmas duas, Mercurii sublimati vnciam semis, Reguli Antimonii per se facti vncias duas, terantur ac misceantur inuicem, mixtione facta reponantur per dies ac noctes aliquot in cella, quo tempore aliqualis inter ea corpora fiet vnitas & putredo, tandem accipe & superfunde spiritus Salis vncias sex (pedetentim, & caue fumum ac spiritus Antimonii) vel tantum, quoad vna facta omnium solutio, postmodum menstruum quinquies vel septies inde cohobando abstrahe, vltima vero & septima cohobatione totum menstruum inde elice, igne violento, vt fiat præcipitatus,

super

ſuper hoc rectifica bis vel ter Alkohol vini, & in fine præcipitatum incandeſcere permitte, & quo purior euadat vini ſpiritum inde flagrando ſine, bis vel ter & paratus eſt tali modo Præcipitatus Doſis gra. j.

Præcipitatio Lunæ decima octaua: Argentum cum Antimonio coge in regulum, regulo perfecto ſublima ipſum per Salem armoniacum in totum, quod vna ſublimatione non perficitur, duab. vel tribus continuetur, Lunam hanc ſublimatam cum Antimonio præcipita per ſpiritum nitri, cohoba vt artis ter, tandem edulcora & ſpiritum vini, Eſſentia perlarum, grauidum inde deſtilla, ſic tenes calcem Lunæ artificioſam.

Pręcipitatio Lunæ decima nona: Recipe calcis Solaris impalpabilis drachmam vnam, calcis Lunæ ſubtiliſſimæ drach. ſex, his mixtis calcina, cum Sacharo vitriolato & Sale præparato communi, per viginti quatuor horas, huic calcinato affunde ſpiritum vini Tartariſatum, ad eminentiam quatuor digitorum, pone in leni digeſtione per tres dies, tandem leniſſime ſpiritum vini inde cohoba, vltimo & ſeptimo in totum, hunc ſi placet præcipitatum edulcora, quamuis non neceſſarium, hic multum præſtat in omnibus putrefactionibus & confortationibus tam cephalicis quam cordialibus.

Præcipitatio vigeſima Lunæ: Accipe calcem Lunæ aqua forti præparatam, à ſalſedine aqua ablutam & ſiccatam, recipe & Sal decrepidatum quod inter carbones nullum amplius ſonum edit; iſto Sale inſperge fundum tigilli ad altitudinem culmi, cui iterum calcem Lunæ inſperge, deinde Salem, & ſic ſtratum fac ſuper ſtratum, veluti opus requirit ſtratificationis: tandem cooperiatur olla & luto armetur fornacique calcinationis indatur ad ſex horas ſubiecto forti igne, poſtea omnibus refrigeratis calx eximatur & in aqua bullire permittatur ad extractionem & diſſolutionem ſalſedinis, ſic calcem Lunæ præparatam habes hanc exſicca. Calcem hanc dictam tere optime cum Sale Vrinæ vt bene incorporentur, deinde ſuperfunde ſpiritus vini Tartariſati ad eminentiam aliquot digitorum, digere per menſem, & deſtilla omnia per alembicum artificioſa ſublimatione, vltima vice præcipita *Lunæ Stratificatio.*

& ani-

& anima sublimatam Luna exsicca, vel, quod tamen non est opus dulcifica.

Præcipitatio Lunæ vigesima prima: Dissolue Lunam in aqua forti & affusione aquæ salsæ, præcipita ad fundum cucurbitæ, in calcem albissimam, quæ frequenti aquæ fontanæ affusione debet edulcorari, tandem exiccari: Huic calci affunde spiritum vini, cum Sale armoniaco impragnatum, pone in digestione aliquandiu, tandem abstrahe menstruum & calcem edulcora.

Præcipitatio Lunæ vigesima secunda: Recipe calcis Lunæ repercussæ vnciam vnam: Salis præparati vncias duas, Salis armoniaci drachmas duas: Hæc optime incorporando ac miscendo in matratio vitreo reuerbera per aliquot dies: postea Elice inde sanguinem vltra marinum cum Alkohole vini, hunc abstrahendo menstruo in calcem præcipita præstantissimam, ad maniam & cerebri affectus maximos.

Reuerberatio Lunæ.

Præcipitatio Lunæ vigesima tertia: Recipe Lunæ vncias quatuor, cinnabaris libram semis: stratificando inuicem pone in tigillo ad ignem, primo lentum deinde fortiorem vt inuicem inter se calcinentur, prima calcinatione peracta redintegra opus seu calcinationem hanc Lunæ cum nouo Zinnabari & fac vt ante, hanc operationem reitera octies vel decies, tandem Lunæ calx est parata, huic adde Mercurii viui præcipitati, & soluti (per aquam fortem, confectam ex nitro, cinnab. & Auripigmento, &c.) partes duas (alius sex) vnitis, cum lacte virginis incorruptæ per 24. horas, solue & artificioso igne Mercuriali præcipita.

Stratificatio Lunæ.

Præcipitatio Lunæ vigesima quarta: Solue Lunam in aqua forti, postea repercute cum Sale armoniaco in aqua fontana dissoluto, hoc facto quiescat, tandem aqua salsa separetur, & calx reuerberetur, ita tamen ne fluat, post sufficientē reuerberationem optime contere cum Sale Tartari (aliquoties coagulato inque cella soluto) tandem cum aceto philosophico instituatur separatio puri ab impuro, puritas præcipitetur & siccetur, & sic tenes calcem Lunæ.

Reuerberatio Lunæ.

Præcipitatio Lunæ vigesima quinta quæ est doctissimi Libauii: Argenti scobs vel lamina prius fulminati in cucurbitula, affusa duplici aqua forti, super prunis soluitur: cucurbitula clausa

ſuper tripode apto paulatim prunis admouetur modicis,& ſinitur ibi, quouſq; aquæ impetus deferbuerit, ſeu iam retuſus ſit,& maſſa reſoluta in aquam: quod ſi fit vna vice recte eſt,ſin minus,effuſa aqua priore,noua adiicienda eſt,quouſque totum ſit corroſum ſolutumque)ſolutio deſcenditur in hunc modum.Sextuplum aquę calidæ, in qua momentum ſalis ſit ſolutum, in vas cupreum pinguedine non infectum im mitte (quantitas autem illa æſtimatur ad quantitatem ſolutionis.) Affunde aquam ſolutionis Argenti: commiſce cum ligneo bacillo, & aqua veſiculas ſeu bullas eiicit, argentum vero deſcendit inſtar vermiculorum caſei minutorum. ſine quieſcere per diem medium, aut amplius, & colligitur argentum coloris cærulei, inſtar ſeri lactis Effuſam modice aquam ſerua.(nam eius vſus eſt in morbis externis, vt ſcabies, doloribus,&c. præſertim miſta decoctis certis & exaſperata aqua Mercuriali vel ſolutionis ferri, &c. aut etiam in deſtillatione nouæ fortis loco aquæ in receptaculo ponendæ eſt)calcem Argenti(ita enim vocant è conſueto) laua aqua dulci tepida aliquoties, vt abſcedat acrimonia. Sicca in leui concha. Ea eſt calx lunæ. Solet & hic aliquid detrimenti, vt vnius drachmæ in marca, ſentiri. Nota quod ſoleat etiam circa fundum hærere illa calx inſtar nubeculæ, vel pelliculæ; quam poſſis eximere cochleari, prouide tamen ſi ſolutio fit in vitrea concha; ſubſternũt laminam cupri, cui calx inſiſtat, poſt affuſam ſalſam aquam. Inde poſtea colligitur. Aliquando aquam diuaporant, vel deſtillant, eo ingenio vt integra fortis, quæ primo exit, ſeorſim excipiatur. Nonnunquam calx ante elutionem reuerberatur per horas tres, vt ſpiritus ſecedant alieni.

Puluis lunæ vigeſimus ſextus per cementationem eiuſdem Libauii. Pars vna argenti; duæ pineæ reſinæ; ſulphuris puri quatuor, coniectæ in maſſam reuerberantur. Calx elutione fontanæ colligitur, vel: cementatur Luna cum duplo ſalis gemmeæ ex ea arte ne fluat. Calx purificatur per ſpiritum vini, quo ſal ſecedat, vel cum quatuor partibus ſalis vulgi, quatuor horas cementatur; poſt teritur & eluitur, vel: ſalis præparati portiones duæ, limati argenti vna commiſcentur conterendo; & in catino vel olla clauſa locantur in fornace figuli, tabula ſuperiore, ne fluant vi flammæ. Coctis ollis eximitur & Catinus, & in frigida pura ſal eluitur. Puluis Lu-

næ, vel calx talis reducitur fulminando per plumbum, vel cum alumine & tartaro borace, felle vitri, amurca, alkali, nitro, &c. alio loco dicit lib. 2. Alch. tract. 1. cap. 25.

Cementatio Lunæ calcis.

Sæpe intelligitur argẽti puluis reductilis per aquam fortem, aut cementum factus. Ad proprietatem calcis accedit is, qui irreductilis est. Cape argenti puluerẽ per cementationem salis gemmei, &c. factum. Cementa eum adhuc ter cum sulphure & sale gemmæ, donec non amplius queat reduci. (Magis enim combustibile argentum est, quam aurum, itaque reuerberante igni facilius calcinatur) calcem hanc elue, calcina denuo ter cum duplo sale, ita tamen ne fluat aut vitrescat, moderato igni (si placet in figulina fornace reuerberare, colloca in tabulato superiore, vt aliquantulum sit extra ignis violentiam.) Tandem & hunc salem elue. Solet interdum huius calcis materia esse puluis per aquam fortem, aut liquorem salis gemmei factus, & pro prima cementatione quater noua aqua calcinatur. Hæc calx solui aceto potest. Nota quod calx Lunæ imbibita aqua Colcotaris, quæ dicitur sanguis terræ, vel æruginis Croceæ, transeat in calcem solarem, quæ in Aurum mutari facile potest. Audiamus præterea eundem in sequenti cap 27. quæ dicit de Croco Argenti. Hoc nomine (inquit) intelligitur Lazureus eius puluis vel calx; attamen si vere crocum debeat æmulari, reuerberãdus est citra fluxum & vitrificationem, donec croceum vel cõgenerem, aut fiat lucidum repræsentet puluerem. Crocus autem Lazureus ita fit: Pulueris argenti per aquam fortem facti vncia, salis ammonii drachmæ duæ, & dimidia aceti ad tres digitos. Mista ponantur loco tuto, donec subsideat materia. Acetum sensim depletor. Sedimentum in vitrea Cucurbita optime obstructa, fimo sepeliatur circiter dies viginti; & erit Crocus Lazureus: qui verum Croci colorem induet reuerberando cum sale, donec erubescat. Fit & aliter illitis lamellis aceto solutionis ammonii, & suspensis in cucurbita sub fimo posita. Vel calcina laminas cum sulphure; calcem aceto irriga & fermenta. Paracelsus illinit bracteas hydrargyro, suspenditque in olla vitrata, in qua sit acetum decoctionis piscium, quas auratas nominant, solutus item salammonius, & tartarum calcinatum. Ibi sinit lamellas, donec in crocum abierint. Tale Lazurium spiritu vini affuso digeritur, tandemque

Hermes. Fumigatio calcis lunæ.

demque reuerberatur ad croci conditionem. Conuenit hæc descriptio fere cum ea quam ponit Agricola: In vasculum quernum infundunt tres aceti acerrimi libras, in quo sal ammonii factitii quadrans sit solutus. In medio huius v si suspenduntur laminæ argenti, rimulis hydrargyro oblitis plenæ, ne tamen acetum tangant. Clauditur vas operculo, ne respiret, & ponitur in fimo, vel sub terra. Post dies viginti abraditur cæruleum, & reponuntur lamellæ reliquæ, donec deficiant semper ita calcinantur, repositis etiam nouis, si opus est. Collectum cæruleum paulum vritur in catino vitrato. Refrigeratum eluitur aqua pura. Siccatur in sole & reponitur. Idem ille lib. 2. tract. 2 cap. 41. talem Dornesii describit Turpetum Lunæ.

Fac Cementum ex Arsenici, Auri pigmenti, Cineris, fecum vini, sulphuris, singulis vnciis, salis nitri vnciis duabus. Misturam compone cum lunæ libra Vicariis seu alternis stratis in suo Catino. Reuerbera per triduum. Exemtam lunam in puluerē redige. Huic affunde aceti spiritus vini, aquæ Regis singulas selibras. Immitte omnia in vitrum iustę magnitudinis, idque luto bene arma, digere in arena & tertio ignis gradu in lapidem coagula. Hunc tere, additoque vini spiritu vel quinta Essentia, digere, vt sulphur secedat. Phlegma destilla per alembicum. Refunde id fecibus, digere, & subtrahe, repetito hoc labore sexies. Vltimo humiditatem abstractam diuapora seu coagula. Puluis subtilis inuentus est Turbith Luna. Hęc Dornesii: Verba sequuntur Libauii. Sed totus processus respondet Quintæ Essentiæ. Nihil enim aliud est, quam extractum subtili s Essentiæ lunaris per alembicum cum suo menstruo: Quod alias Paracelsus per aquas fortes procurat: Nec sat tutum est Iudicium, sitne illud coagulum Argenti, an additamētum, seu solius, seu cum his iuncti. Puto itaque Dornesio suum modum esse relinquēdum, & ad artis requisita respiciendum, vbi natura deductorum præceptorum veri Turpethi rationem nō sinit latere, &c, præcipitatus, seu Turbith Lunæ 27 Mercurium quinquies à puluere silicum sublimatum, coque septem horis in Lixiuio ex calce aluminis & talci. Coctum solue aqua Regis, solutionem sepone. Solue seorsim Reguli antimoniaci drachmas tres, Lunæ vnciam integram, Auri drach. tres. Solutiones commisce, digere in vitro

clauſo, donec clareſcant. Deſtilla aquam per alembicum quater ſemper refuſa deſtillata. Idem fac cum noua addita ad digitos quatuor. Sub fine ignem intende, vt volatile eleuatur. Feces fixas pulueresque in patina fictili torre, verſaq; horis duodecim, donec rubeſcant pulchre. Puluerem rectifica cum vini ſpiritu quinquies mutato, & ſemper poſt digeſtionem abſtracto.

Præcipitatio ſeu Luna vitæ, vigeſima octaua: ſicut Aurum comparatur vitæ, ſic & Argentum ſeu Luna vitæ, proceſſus talis eſt: 1 Fiat Regulus ex Antimonii partibus tribus & duabus Iouis, hic ſoluatur in aqua forti pro prima operatione. 2. Operatio erit vt Lunæ partes quatuor ſoluantur in aqua forti ſimplici, eodem modo & ſic relinquantur cum menſtruo. 3. Fiet aqua mercurialis vt ſupra lib. 1. Baſil. dictum eſt. Hanc aquam Mercurialem ſuo proprio ſale imprægnatam in duas iſtas ſolutiones recipienti amplo confuſas atque præpoſitas ſiue adaptatas, deſtilla, tandem tribus his coniunctis, menſtruo artificioſe cohobando libera, & ſumma adhibita cautione expecta præcipitatum Philoſophicum artis ſapientiæ ſecretiſſimum, quem ſi recte tractaueris ac rite fixaueris, præſtans inde & comparabis tibi augmentum Lunæ cum Auro: Vnum eſt ex ſecretis Philoſophorum intimum Arcanum, Podagram fundamentaliter curat, qua de cauſa merito dici poteſt Luna vitæ, cerebri etiam ſummum Anodynum.

Præcipitatus ſeu Luna vitæ vigeſima nona: primo & ante omnia deſtilla Antimonium vel crudum vel Regulum cum ſaccharo candi in oleum idque ſemel rectificatum ſit: pro ſecundo ſolue & Auri puri drach. vnam in aqua Regis, prout ars requirit: & Tertio ſolue Lunæ vnciam vnam in Aqua ferri ſimplici; & hac operatione peracta, vna ex tribus fac coniunctionem; Deinde per alembicum menſtrua vnita ſeparata, aliquoties tamen cohobando quinta cohobatione ad ſiccitatem abſtrahe, & pro ſexto ſpiritum vitrioli ſimplicem inde cohobando deſtilla, ſeptimo edulcora, & cum ſpiritu vini aromatiſato digere & circula in purum præcipitatum & Lunam vitæ veram.

Præcipitatio Lunæ, ſeu Luna vitæ trigeſima: Recipe cinnabaris natiui, Marcaſitæ ſolaris, Item Lunaris ana quantum ſufficit, ſolue hæc tria vel quodlibet ſeorſim, vel in vno conuenienti men-

ſtruo ex nitro & ſalearmoniaco confecto, feces reiice & intra 24. horas præcipita, ne animam ſolutiua aqua philoſophica omnino faciat volatilē, quod vnum ex philoſophorum ſummis eſt ſecretis, (nam non omnes qui ad vniuerſale tendunt ſciunt principium & ſpiritum gehennæ ſolutiuum ſoluentem, & hac ratione etiam per corroſiua licet accedere, de quibus & Paracelſus ſic mecum ſenſit in aliquibus locis; ſed quando facta eſt corruptio imperfecta, ſtatim fiat præcipitatio) peracta præcipitatione edulcora & cum Alkohble vini tartariſato aut ſpiritu vitrioli animam inde elice extrahendo digerendo & vt artis procedendo, deinde pro ſecunda vice præcipita, & habes quod dixi.

Hæc de præcipitatione Lunę, inter quas nonnullæ videntur ridiculoſæ, ſed tu facillima & leuia ne contemnas, naturam enim paucis contentam ſcies, non ſtudet ſubtilitati ſed ſimplicitati, nūc ad ſtratificationem fumigationem & reuerberationem, nos cum Deo applicamus.

CAPVT IV.

De Lunæ Stratificatione, Fumigatione & Reuerberatione.

STratificationis exempla habuimus in præcipitatione Lunæ vigeſima, & vigeſima tertia; In præcedenti libro huius Baſilices, cap. 3. audiuiſtis, eſſe aliqualem tantum calcinationem & referri potius poſſe ad cementationem vel graduationem, vt vult noſter Bornettus, & Libauius: quo tamen tibi ſatisfiat ſic eſt Lunæ ſtratificatio.

Recipe Lunæ vel folia vel lamellas prout libuerit quantū vis, his cinnabaris duplam quantitatem, fac ſtratum ſuper ſtratum, & pone ſub tegula ad euaporandum ſic puluerem ſeu calcem lunæ tenes albam, ſi eius feceris reiterationem, recenti zinnab. ſtratificando, colorem calcis mutatum tenebis &c. eſt & frequens ſtratificatio cum ſale præparato vel decrepidato vel ſulphure vulgari, vel ſale gemmæ, vel ſale armoniaco, &c. in eo autem differt ſtratificatio, quod ſulphur commodius calcinat quam ſal præparatum, & ſal armoniacum ac Mercurius ſublimatus plus reddūt corpora

volatilia,ſed hæc omnia ipſe ex ipſiſſimis capies proceſſibus. Quidam Argentum cum ſulphure ſic calcinant ſeu ſtraficant; Lunam inter duos lateres, aliquantulum excauatos rurſus inuicem arte applicatos,in quorum medio relinquitur Luna, ſicque locatur & calcinatur in fornace figlina; & hic modus quamuis teneatur antiquus,hoc tamen ſcies,ipſum conſtare & eſſe ſimul modum fixionis,lateres enim vt ſupra dixi id præſtare poſſunt: Modus cæmentationis plus tibi affert Luminis de hac calcinatione Lunæ,quare ad ea te conuerte.

Fumigatio:Huius in demonſtratione diutius immorari moleſtum eſt,cum eius modus facillime conſtet ex præcipitatione vigeſima ſexta: Deinde & eius præparatio coincidit cum illa quæ fit in Fumigatione ſolis,hanc videre poteris lib. 1. præcedēti Baſil.Chymicæ cap.4.fol.29.Modi eius ſunt, vt me percipias, vel cū plumbi fumus aut Mercurius calens, item vrina acetum,feruens cumulus azynorum,Spiritus vini vel aqua fortis,&c exhalant coquendo & laminas metallorum, reuerberant,inde elicitur aſtri friabilitas ſeu aſtrum fit friabile,illud teritur, læuigatur, ſeparatur à fecibus & S. V.ſi opus rectificatur, & ſic etiam hoc opus conſtat.

Reuerberatio: huius formulæ aliquot in prioribus demonſtrantur, in primis vero vide præcipitationē vigeſimam ſecundam & vigeſimam quartam: nota vero duplicem modum Reuerberationis, vnum per ſe ſcilicet corporis, alterum cum ſpeciebus vel appropriatis: perfectio eius eſt calx ſiue Alkohol tenuiſſimum, ſi ad gradum ſummum produxeris cedit in vitrificationem, quod calcis reuerberatæ poſtremum;non opus eſt diutina in hoc termino demonſtratione, ex definitione enim modus facilime conſtat, difficillimum in hoc eſt, Fornacis extructio & authorum varietas, quot enim capita tot ſenſus, quidam enim reuerberant igne aperto,quidam clauſo,quidam in Athanore, &c. nonnulli deſtillationem ignis aperti, vocant deſtillationem per reuerberium,ſed non confundunt, ſi manſeris in definitis terminis,de hoc vide noſtrum de nouo reſtitutum,commentariiſque adauctum Bornellum, ſequitur cementatio & gradatio Lunæ.

CAPVT

CAPVT V.

De Lunæ Cementatione seu Artificiosa & particulari transmutatione.

CEmentatur Luna, vt non solum Auri induat colorem, verum & ex mera parte si fieri potest, in aurum transmutetur: Et quoniam hoc opus ad terminum transmutationis pertinet veluti vult Paracelsus, Libauius alii: cum Deo itaque de eo agemus, & quidem particulariter, quod faustum sit ac felix hoc nostrum intentum, Tibi soli Regi Deo nostro, æterno Patri, sapientissimo Filio, sanctissimo S. sancto, cedat in Honorem atque gloriam, Amen.

Cementum primum: Recipe calcis solaris cum sulphure vulgo calcinati reuerberati ac præparati partem vnam, veneris cum sulphure vsti, & in vrina destillata ad rubedinem extincti, partem vnam, vitrioli calcinati rubicundi, talique modo cum vrina præparati, Mercurii præcipitati cum aqua philosophica & fixati rubicundissimi, seu à vitrioli spiritu flauissimi, Croci seu essentiæ Martis reuerberatæ ana partes æquales. Hos pulueres omnes coniunctos pone ad soluẽdos in Balneo Mariæ per aquam salis armonici (puta philosophorum) cohobando toties abstrahendo & destillando, soluendoq;, vsque videas te viridem in fundo tenere puluerem, hunc, Lunæ influxu existente super ignem in crucibulo importa, & primi cemẽti seu argenti cementatio facta est & descripta: sed nota Essentia harum specierum nobiliorem facit cementationem, si es philosophus, intelligere me potes, sin minus, non operi sed tibi imputa.

Cementum secundum: Saracenus quidam pulueres obtulit, & argentũ fudit cuidam nomine Orario in terra Saracenorum existenti, quo fuso dictus Saracenus puluerem dictum desuper, & argentum est conuersum in Aurum optimum. Erat autem puluis coloris viridis. Rogauit Orarius Saracenum, vt eum compositionem huius operis doceret tali pacto, vt seruus suus efficeretur. Saracenus vero pietate motus, tanquam acceptis beneficiis, dictum Orarium compositionem docuit pulueris sequentis, eius Recipe tale est.

Recipe

Recipe Auri puluerisati drach. vnam, Æris vsti, Croci ferri siue martis, Vitrioli purgati ana drach. duas, salis armoniaci in aquá cum nitro dissoluti drachmas duodecim. Omnia prędicta incerátur cum aqua salis armoniaci prędicta, quibus fortiter comparatis. Hæc omnia in ampulla clausa sub fimo Equino per 24. dies, mutando fimum de quinto in quintum diem tempore prædicto, Tũc expirato, inuenies totum dissolutum in aquam, quam congela, vt docebo, & conuertetur in puluerem viridem, de quo puluere super 10. partes Lunæ proiectum ac cementatum si fuerit, mutat in Aurum verum. Et si postquam congelaueris, iterum triueris, prima tingit 10 secunda 20. tertia 30. & sic de aliis augmentando in qualibet dissolutione.

Primo Aurum sic puluerisatur; Habeas Embotum (id est, sublimatorium vtrinque infra & supra apertum) de terra existẽte per quem exit fumus plumbi fusi in Scutella de terra super carbones, & super foramina Emboti teneas aurum cum tenaculis, ita quod fumus plumbi intrat in Aurum, & quãdo recepit in vna parte, vertatur ex alia, & sic faciendo, inuenies Aurum puluerisabile.

Æs vstum septies extinguitur in oleo oliuæ, donec habeat colorem Auri.

Crocus Martis fit de ferro cum sulphure per duos dies naturales combusto.

Vitriolum purgatur cum vrina puerorum bis destillata per alembicum, & eo congelato ignem vigorando rubificatur, tunc aptum erit ad opus prædictum.

Soluens aqua sic fit: Recipe vnam phiolam, & pone salarmoniacum in illam, & claude bene phiolam, & loca in fimum equinum, non nimis calidum ne phiola frangatur, & dimitte ibi stare per quinq; dies, donec soluatur in aquam, hanc aquam superfunde Nitro, & artificiosissimo iudicio destilla, est enim aqua philosophorum sapientissima.

Congelatio Materiæ sic fit: Ponatur Materia dissoluta in ampulla rotunda siue phiala, cũ bitumine philosophorum, quod sic fit: Recipe fimum Equinum, gypsum teras bene cum succo maluę, & cum claro ouorum, fac bonam pastam, & cum illa pasta obstrue bene, postquam bene firmata est & clausa, locetur in medio vasis

pleni

pleni cineribus, & sub hoc vase supra & circum quaque fiat ignis lentus in die naturali, sed alii dicunt, sex diebus, totum opus erit congelatum in puluerem viridem, cum quo cementa Lunam.

Cementum tertium: Recipe Mercurii solis, quantum vis, hunc colloca in digestione ad digerendum, & cum proprio corpore scilicet foliis coagulandum; coagulato adde ei Mercurii crudi partem vnam, digere aliquandiu; hac digestione peracta, vicissim ei adde partem Mercurii crudi purgatissimi, hanc operationem tandiu continuabis, vsque dum 12. partes Mercurii viui sint cum auro, tunc desine cum additione Mercurii, digere adhuc per tempus, deinde sic procede, Imbibe hunc præcipitatum cum oleo seu spiritu Mercurii corporalis, quod antea erat in sua prima radice (author sic loquitur, ego sane scio quid velit, tu perpēde) rursum digere atque coagula, tandem puluere hoc cementa lunam, & auro respondebit Luna.

Cementum quartum: Recipe Mercurii purissimi per vitriolum sublimati partes duas, Mercurii viui partem vnam, impone phialæ ad sublimandum per diem, deinde exime, hanc sublimationem reitera sedecies, in decima septima reiteratione adde ei foliorum Auri sufficientem quantitatem, & tere simul cum sale Iouis, manda vicissim fixationem per mensem, deinde exime & si non sit rubicundus puluis, operationem in eum colorem perdura continuando, tandem habebis puluerem cementatorium egregium ad argentum.

Cementum quintum: Recipe Animæ solis prout Basilius vult vt à Corpore separetur, quod alibi in meis scriptis inuenies, partem vnam, Mercurii sublimati partes septem, terendo misce quam optime pone ad ignem digestionis leuissimum ad sublimādum per octo dies, hoc continua vsque sulphur & Mercurius sint fixa reddita, tum exime & incorpora cum Astro salis philosophico, seu sapientum sale metallorum omnium, repone vicissim digestioni per mensem, tandem exime & cementa Lunam, & habebis verum Thesaurum.

Cementum sextum: Recipe atramenti gallici partes duas, vitrioli, salis armoniaci ana part. vnam, aluminis calcinati, æris viridis, Mercurii viui ana partes duas æris vsti, cinnabaris ana partem

vnam; hæc omnia coniuncta manda sublimationi tamdiu vsque dum simul in fundo fixa fluant, redacta in puluere postmodum, recipe Lunæ & solis ana, tunde in tigillo, & cementa cũ dicto puluere, ita tamen vt aliquandiu post cementationem in fluxione persistant, postmodum effunde, & videbis quid habiturus sis de Auro, si recte processisti.

Cementũ septimum: Recipe salis armoniaci, salis nitri, vitrioli Romani, Aluminis Iameni ana, & destilla aquam ab eis, sicut scis, & serua: Recipe iam Auri foliati vncias duas, Mercurii vncias quatuor & amalgamentur. Tunc pone prædictũ Amalgama in vrinali, & superfunde aquã prius destillatam. Destilla aquá ab amalgemate, & iterum superfunde eandem aquam, & iterum destilla ab Amalgemate, cohoba id aliquoties, deinde in puluerem sinas abeat fixum. Hunc accipe puluerem, & pone in vitrũ formatum in modum globi, id est phiolam, sigilletur Hermetice, & sepeliatur in cinerib. per mensem. Detur ignis lentus postea augmentetur, puluis eximatur & importetur Lunæ in fluxu.

Cementũ octauũ quod est Philosophi Monachi: Recipe Auri vnam partem, vitri antimonii tres partes, fac vna fluant, postmodum effunde & contunde in puluerem subtilissimum, hunc regem puluerisatum inde phiolæ, & superfunde veri olei vitrioli vnciam semis, coagula artificiosissime, coagulatione facta opus superinfundendo cum oleo vitrioli repete, & coagula vicissim, hoc quater fiet, & vsque etiam quarta vice coagulabis in lapidem, exime hunc tere & imbibe adhuc semel cum oleo Saturni, recte procede & habebis puluerem, cum cementa Lunam, vel importa ei in fluxu.

Cementum Nonum: Recipe vrinæ putrefactæ q. v. destilla exinde spiritum vt artis est, & quod sublimatur id redde destillato, extrahe etiam cum phlegmate huius spiritus sensim abstracti, salem ex capite mortuo calcinato vel reuerberato, & hunc etiam insimul reddito suo spiritu & sale volatili, putrefac hæc in Balneo roris, vsque dum fiant vnitum menstruum, hoc tali modo vtaris: accipe vitrioli, salis armoniaci ana vnciam semis, puluerisata misceantur, & superinfundantur cum dicto spiritu vrinæ, pone in digestione fimi vel terræ,

vsque

vsque dum reddant aquam rubicundam, hanc reserua; nunc sume Auri limati partem vnā, Mercurii viui optime cum aceto repurgati partes duas, Amalgamato inuicem, & reconde in vitro ac superinfunde aquæ rubicundę, coagula duodecies, postea puluerisa & vtere pro cemento ad Lunam.

Cementum Decimum: Recipe Auri prout Pictores vti solent, non folia, vnciam semis, vitrioli romani calcinati virid. æris, croci martis præparati ana vnciam vnā, salis armoniaci in cella soluti quantum sufficit pro Humectatione omnium, pone in cella ad soluendum, post solutionem factam, repone per 22. dies in Fimum equinum, quinta tamen die semper renouabis fimū, interim in totum resoluentur, soluti in cineribus coagula in puluerem viridem, hic nobilis est pro cementanda Luna.

Cementum vndecimū: Recipe vitrioli Romani libram semis, salis nitri vncias quatuor, Aluminis vncias duas, silicū calcinatorū vel vstorū, vncias quatuor, omnib. contusis ac mixtis, indātur retorta destillatoria, ad destillandū ex eis aquam fortem, hoc primum operis est inchoamentum. Pro secundo, Recipe salis nitri vncias duodecim, vitrioli optimi libram semis, Aluminis vncias quatuor, silicum vstorum lib. semis, Calcis vel croci veneris, croci martis ana vncias duas, Aluminis plumosi vnciam vnam: Puluerisatis omnibus & mixtis, superfunde pedetentim aquam prioris operationis destillatam, cautela tanta vt omnem superfundas aquam loricato vase ac lutato vasis orificio per quatuordecim dies pone in cella: deinde exinde destilla pro secundo aquam fortem, & secundam perfecisti operationem. Tertia operatio iam sic est: accipe Lunæ tenuissime laminatæ, hanc cementa hoc sequenti cemento: Recipe salis nitri, Aluminis plumosi ana partes æquales, Misce inuicem & faciendo stratum super stratum cementa per octo horas, postea exime, & reitera cementationem cum nouis speciebus adhuc bis, tum & Luna est præparata: Quarto iam accipe Lunam tuam & impone aquæ forti tuæ destillatæ iam antea, superfunde de ea ad eminentiam duorum digitorum, pone per tres dies ad ignem digestionis, postmodum solutum præcipita cum Laminis puris Cupreis vt artis est, calcem Lunæ exsicca

& cum ſale Aurifabrorum ſeu Borace fac reductilem, & habes Lunam ſole imprægnatam.

Cementum duodecimum: Recipe laterum rubicundiſſimorum, lapidis Hematitis, vitrioli calcinati rubicundiſſimi, ſalis præparati ana partem vnam, Miſceantur hæc omnia in vnum pulverem, cum quo ſic ad Opus procedes. Recipe Auri optimi partem vnam, veneris recentiſſimi nunquam vſurpati partes duas, Lunæ partes quatuor, confunde hæc metalla ſimul & in laminas redigito, has cum dicto cemento ſtratifica, ac cementa per duodecim horas; hac cementatione peracta cum nouo puluere cementationem reitera addendo ſimul ad duo iſta metalla ſemper de recenti venere, Hoc ſedecies ita repetes, & pulchre cementabis tuam Lunam in Solem, de quo & vide cap. 5. Baſilicæ Chymicæ lib. 1. Hic & audiendus eſt paucis Præceptor noſter Libauius, forſan enim bona quædam nobis de tranſmutatione inferr, tu lector perpende.

In tranſmutatione metallorum pro ſcopo eſt abſolute quidem, id quod præſtantiſſimum eſt, aurum ſcilicet, poſtea vero etiam argentum, & tandem reliqua quæ nobilitate excellunt tranſmutandum. Et eſt in metallis eo facilior transformatio, quia inter ſe principio proximo (mercuriali ſcilicet liquore & habitu ſulphureo coagulante) ambigunt, & diſtare videntur non tam ſubſtantia, quam accidentium abſolutione: Vnde & in natura eadem maſſa metallicas habet diuerſas partes, quarum perfectiſſima eſt aurum, aliæ argentum, plumbum, ferrum, &c. quæ exeunt in ſua forma imperfectionis per ſegregationem. Studet autem artifex inuenire differentiam & gradum imperfectionis, eaque introducere quæ deſunt, ſeu gradationum modis, ſeu miſtura. Eligit ea quæ natura dedit optima & puriſſima: alia, quæ adeo ſunt impura, & degenerarunt, vt oleum & operam ſit perditurus, omittit.

Perfici poteſt tranſmutatio in omnibus metallis, atque etiam hydrargyro & quæ ad hunc reduci poſſunt communiter ad Aurum vel Argentum, &c. ſi ad communem materiam Mercurialem ſcilicet liquorem redigantur, & vt in natura fit, anima ſulphuris afflante coagulentur figanturque: (quod ſulphur ad Aurum ex auro producendum eſt, & viribus actiuis ad ſeminalem vim effecti-

fectiuamque naturam exaltandum, quo materię motum adsimili addat.) Ad Argentum sumitur ex Argento, & sic de aliis, licet non facile instituatur in alia transmutatio, quod in optimo maius fiat operæ pretium, reliqua alias abundent, agente foris calore determinato in matrice sua seu vase disposito. Vsq; ad terminum suum. Sed hæc mutatio recedit ad heterogeneam, explicaturque in hydrargyri in metallum transformatione.

Alia communis ratio est per prosectionem elixyris perfecti super metallum eliquatum. Tunc enim ingressum præbet, & Mercuriali liquori consistentiam obtinet similem, assumitque ex eo mutandum id quod dispositum est. Vix mutat totum vndiquaque, cum partes diuersimode coctæ insint, nisi prius ad homogeniam exactam, per gradationes, depurationes, &c. sit redactum. Si ergo totum non est vndiquaque mutatum, segregatio instituenda est, & pars nobilis ab ignobili separanda, quod fit per fulmen, aquas fortes & similia. Quæ metalla igniri possunt, in laminas ducta etiam eo puluere consperguntur, vel si in oleum aut liquorem sit redactus, in eo extinguuntur aut nutriuntur. Ex quibus patet non semper necessariam esse in materiam primam dissolutionem, quo pacto & Picus ait, se vidisse trium horarum spatio ex Luna factũ solem nulla præcedente in Mercurium conuersione. Sunt porro etiam particulares conuersiones singulorum ab auro vel argento desciscentium.

Decimum tertium Cementum: Lunæ seu Argenti in Aurum specialis conuersio, D. Andreæ Libauii talis est.

Argentum optimum ab auro deficit fixione & colore, cum quibus coniunctum est pondus. (Teneritas enim substantiæ, & dilatandi ratio conuenire debet quæ si nondum adest, procuranda particulatim est, quemadmodum alia in quibus defectum patitur.) Itaque si commiscetur cum Medicina fixa ponderosa, rubea, perfectionem Auri æquat. Tales Medicinæ sunt, Rubedo stibij fixa, præcipitatus fixus, sulphur fixum, Auri pigmentum fixum, aut horum oleo fixa, &c. quod si argentum imperfectius occurrat, elaborandum est, donec perfecti notas adipiscatur, eo ordine ne posterior opera irritam faciat priorem, quam particularem transmutationem nominant.

Duo enim ſunt particularia, vnum in Argento, alterum in Hydrargyro, ſed plerunque tam ardua eſt perfectio, vt nihil fiat niſi ſophiſma, quod vitatum cupientes philoſophi, potius commendant vniuerſale Magiſterium, in quo vna Medicina perfecta omnes notæ abſolutionis complentur. Illo autem pertinent Medicinæ primi & ſecundi Ordinis apud Gebrum.

Cementationis modus decimus quartus: ſcobem Argenti elimati aſperge teſſellis cinnabaris fixi (plerumque coquunt in lixiuio fixatorio, & illinunt album oui, quo fidelius hæreat limatura) & reuerbera: Vel ſtrata vicaria vna cementa.

Inuenies argentum nigrum & ſpongioſum. Abrade hoc & collige, & excoque in plumbum in teſta, excoctum fulmina, fulminatum per quartationem ſegrega. Inuenies Aurum. Potes eundem puluerem etiam addito borace & auri pigmento fundere, fuſumque aqua forti explorare. Si quid non fixum adeſt id reducito, & iterum cum cinabari cementa, donec totum fuerit mutatum.

Hac opera ſimul conficitur argentum è cinabari de quo in ſequentibus capitibus de Mercurio. Sunt autem huius teſtes fideles Picus Mirandulanus, Baptiſta Porta, Hieronymus rubeus, &c. Videturque etiam innuere Dorneſius, dum ait cinnabarim mederi pudori Philoſophorum de lapide, &c.

Hunc finem ſpectare gradationes Paracelſicæ videntur, ex quibus hæc non eſt ignobilis: Sublimati fixi libra vna, Florum Veneris, florum Martis, ſulphuris, ſtibii, ſingulæ vnciæ, miſceantur pro puluere cementi; (vel in aquam ſoluantur, in qua maceratur argentum) cementa cum argento in reuerberio. Regulum malleo extende, denuoque cementa, idque quoad ſatis eſt. Adde Auri tertiam partem, (ad Rubedinem ſummam cementati) & vna fulmina Miſturam quarta, ſi quid nondum fixum eſt, redde operi. (in pugna Heroica: Flores Martis purpurei, ad ſummum perducti ruborem, & Tinctura Solis vel fermentum Solis dulce, cementatur cum Luna diligẽter per fulmen purgata.) Attendẽdum eſt, ne fragile euadat Argentum, & vt illi flores ſumme depurati & fixi, penetranteſque ſumantur. Loco Auri accipitur item eius Tinctura, vel fermentum, & incoquitur argento cemẽtato in teſta per colliquefactionem:

factionem: Loco fixi ſublimati vtile eſt cinnabarim fixum aut præcipitatum ponere fixum, &c. Alii Lunam cum triplo Mercurio amalgamant ad ignem. Duas partes denuo abſtrahunt. Addito pari ſalis armoniaci & ſulph. reuerberant vt eleuetur Mercurius per horas duas.

Argentum hoc coquunt in duplo aquæ deſtillatæ ex vitrioli Romani parte vna, chalcitidis Cyp. p. ij. halinitri triplo, æruginis p. iij. Cinabaris ſexta. Coctio durat diem naturalem: tandem aucto igni aqua tota aufertur, caput mortuum reducitur cum Chryſocolla: Hactenus Libauius.

Cementum decimum quintum: Recipe Auri puri partem j. Mercurij viui probe purgati cum aceto partes quatuor, Aurum ſolue in aqua regis, Mercurium in aqua forti prout artis eſt, ambas ſolutiones confundendo coniunge, ac repone in cella per tres dies, vt corpora dent cryſtallos, hos reſerua, aquam effunde, horum facies, in talem modum dictum, tantam quantitatem, quantam volueris: Recipe iam aquam viridem philoſophorum, & ſuperfunde cryſtallis, pone in digeſtione ad coagulanda in præcipitatum rubicundum, hunc repone in cella ſoluendum, poſtea viciſſim coagula, calcina ac reuerbera, & habebis egregium cementandi modum Philoſophicum.

Cementum decimum ſextum: Recipe æris vſti, ſedecies in oleo oliuarum extincti, Lunæ tantundem, funde ſimul in vnum corpus, poſtea cementa cum vitriolo calcinato, lateribus, ſale præparato & Lapid. Ematit. ana æqualibus; hanc operationem ſepties repetes, cum recenti ære vſto, & recenti cemento, & habebis Lunam ſole grauidam.

Cementum decimum ſeptimum: Recipe vitrioli libras duas, Marcaſitæ libram vnam, Aluminis libras duas, ex his deſtilla aquã fortem pro mere, in ea reſolue Mercurii ſublimati vncias tres, Lunæ, quantum ſoluere vult; ſolutionem pone in leni digeſtione per octo dies, poſtmodum menſtruum inde deſtillando ſepara ad ſiccum præcipitatum, hunc exime & cementa ſtratificando per flores æris aliquoties, tandem ſalenitro fixo cum Tartaro, reduc in metallum, vel manda Saturno, & maximam quantitatem

Auri

Auri tenebis in Luna: aquam hanc ſoluentem probe obſerua, ſi artem adamas.

Cementum decimum octauum: Recipe Martis Limaturæ q.v. huic ſuperfunde aceti cum parua quantitate ſalis communis, hunc coque ſuper ignem ad ſiccum, rurſus reiterato hoc opus, vſque ad vices octo, Nona vice ſuperfunde aceti deſtillati bonam quantitatem vt emineat, & pone per octiduum ad digerendum in Cineribus calidis, digeſtione facta Crocum libera ab aceto per abſtractionem & edulcorationem, hoc & peracto ſuperfunde ſpiritum vini, ad extrahendam eius Quintam Eſſentiam, tali modo digerendo vt ante, coloratum effunde & vt artis eſt aliud Alkohol (non adeo Rectificatiſ.) tandem ſepara quæ ſunt ſeparanda, vt teneas Martis animam præcipitatam, ſi non vis ſeparare, retine cum ſpiritu vini, & adde vitrioli vngarici ſepties clarificati & purificati libras duas, æris viridis libras duas, æris vſti lib. vnam, Miſceantur ſecundum artem, ex his deſtilla aquam primo igne lento, tandem fortiſſimo & aquam paraſti, huic aquæ impone lamellas Lunæ, cum lateribus, calce viua & ſale præparato calcinatas reduc poſtea & eodem modo Luna facta & Solifica.

Cementum decimum nonum: Recipe vitrioli vngarici quinque partes, ſalis fuſi partes tres, ſalis armoniaci partem vnam, contere commiſcendo, & pone in cella ad ſoluendum, accipe Boli partem vnam, Florum Croci Martis reuerberati quatuor partes, Cinnabaris fixi tantundem, Florum croci Veneris calcinati partes tres, has ſpecies miſtas coniunge pedetentim cum dicta aqua ſeu ſolutione, incorporatis contere optime, tandem cum vrina veteri terna vice humecta & diuapora artificioſe: & hoc peracto, recipe laminas Lunæ cum Auro & Venere fuſas, cementa cum dicto puluere per 24. horas igne lentiſſimo, & hoc opus reiterabis ter cum nouo puluere & recenti Venere, tandem Lunam habes pure cementatam ex mera parte ſolarem.

Cementum vigeſimum: Recipe Aſtri Iouis & Saturni ana partes æquales ſeu duas, Florum Æris viridis & Florum Martis ana partes quatuor, Miſceantur, ad cementandam Lunam in Merum Aurum probatiſſimum, Gratia Dei.

Cemen-

Cementum vigesimum primum & vltimum: Recipe Astri Leonis Solaris Astri Fœminei Lunaris, Astri Saturni; quodlibet in suo pondere; ex his gratia aquilæ & phœnicis fiat tinctura perpetua ac vniuersalis, cum hac tinge, ac cementa leprosa metalla omnia. Soli Deo laus, honos & gloria in æuiterna sæculorum sæcula. A.A.A.

CAPVT VI.

De gradatione Lunæ.

SVpra capite sexto, Basilicæ Chymicæ posuimus 12. modos Gradationum, qui etiam leprosam gradant Lunam & ne longior sim in his paucis & breuissimis has etiam absoluemus. Gradatio prima, à rustico quæ dicitur inuenta: Recipe Salis nitri, Vitrioli Vngarici ana libras quatuor, Arsenici citrini, calcis ouorum ana libram vnam, destilla inde aquam fortem; Deinde recipe Arsenici citrini, Mercurii sublimati, Salis armoniaci, ana libram integram, misce atque contere inuicem, & super funde ad priorem dictam aquam, rectifica destillando vt antea, & habes aquam Gradationis ac Solutionis perfectam: Recipe iam Lunæ ignis inexpertæ, seu crudæ mineræ prout ex fodina affertur, hanc redige in calcem, de qua accipe vncias quatuor & solue in dicto menstruo, solue & seorsim in dicto menstruo Solis lotonem integrum, solutis coniunge, & in leni calore per Alembicum præcipita abstrahendo, hanc calcem cum borace reducito & verum habes Aurum.

Gradatio secunda: Recipe vitrioli calcinati libras duas, Salis nitri fusi libram vnam, aluminis vncias 12. destilla inde aquam fortem: iam accipe Salis fusi lib. vnam semis, cinnabaris lib. semis, aquã exinde destilla in recipiens, in quo prius destillatum infusum sit, hæc aqua parata est: Solue in hac Lunæ q. vis, deinde præcipita, ac siccam calcem reducendo cum Saturno operi admoue: Ex Marca Lunæ prodibunt (dicit author) vnciæ duæ Solis.

Gradatio tertia: Recipe Salis nitri & sulphuris viui ana libram semis, puluerisata misceantur cum luto figulino, ad cõficiendos inde globulos pro exsiccatione; Hos in retorta per ignem apertum

destilla applicato recipiente, primo igne lento, postea fortiori, & flauam habebis acerbissimam aquam, quæ optime scit gradare calcem Lunæ in ea digestam vel solutam: gradare etiam potest hæc aqua Sulphur Vulgi aliquoties per Salem Tartari sublimati atque eleuati Essentia Sulphuris rite præparata, ac in digestione cum calce Lunæ per mensem relicta, in totum colorat Lunam, cui leuissimo artificio si succurratur, totalis etiam Luna transmutatur.

Gradatio Quarta: Recipe Vitrioli Romani calcinati partes duas, Salis nitri partem vnam, destilla in aquam fortē, hanc diuide in tres partes, in 1. solue æris vsti, quātū vult, in 2. resolue croci Martis, in tertia solue Reguli Antimonii cum Ioue facti; solutis coniunge, & fac digerāt paulisper in arena per vigintiquatuor horas, deinde destilla, & Salē in capite mortuo artificio philosophico restitantē scies reddere aquæ per rectificationem, & aquam parasti. Accipe iam partem Lunæ & Solis partem, funde simul & lamina, postmodum solue & præcipita in dicta aqua, hæc gradat & figit simul calcē, quā reducito.

Gradatio Quinta: Fiat primo talis aqua; Recipe Vitrioli dephlegmati libras quatuor, croci Veneris ex Marte libras tres, Aluminis vncias quatuor, Sulphuris libram semis Hęc per retortam probe loricatam optime destilla lento igne, deinde adhibito ignis gradu absolue. In hac aqua solue Lunæ quantum vis, solutione facta iniice & Mercurii viui vncias duas, vitrumque reclude optime in digestione, tandem cum aqua fontana salsa vt artis est præcipita & edulcora: calcis marcam funde his speciebus, & euadet in regulum, quē Saturno trades: Recipe Tutiæ præparatæ, vt & alibi inuenies in meis scriptis, croci Veneris, vel æris vsti, Mercurii viui ana lotonem integrum, calcis Saturni vncias quatuor, fac fluant cum calce lunari & procede vlterius, veluti dictum est. Lunam tuam (Nota) Fulminatam solue, & habebis tuum Aurum & reliquum Lunæ.

Gradatio sexta: Hæc consistit in destillatione, virid. æris & Sulphuris ana partibus æqualibus, per retortam, igne aperto, & exibit aqua rubicunda quæ Lunam gradat optime.

Gradatio septima: Recipe calcis viuæ, croci Veneris ex Marte ana libram integram, Sulphuris viui libram vnam, Vitrioli cærulei Romani optimi, æris virid. ana libram vnā semis, misceantur omnia optime, & forti igne destillentur in aquam: Hæc aqua scit gradare Lunam, & omnia fixare, quæ in ea ponuntur soluenda:

Grada-

Gradatio octaua: Recipe Auripigmenti, Mercurii sublimati, ana libram semis, Sachari Saturni vncias quatuor, cõtunde omnia optime, & destilla per retortam, igne leui in oleum, facilimo modo destillatur, quare prouidentia cauta opus est, summe enim volatile est, huic oleo adde tantundem olei Salis, & adhuc semel rectifica, & habes oleum gradatorium philosophicum, soluens & gradans, & si vis Aurum per id super Alembicum destillare potes, reddit enim corpora metallorum valde volatilia, quod probe notare poteris.

Gradatio Nona: Recipe limaturæ Veneris & Martis ana, vel Veneris ex Marte quantum vis, hanc limaturam misce cũ melle puro in olla vitreata, & repone vsq; dum viridescant omnia: Hoc facto Recipe limaturæ Lunæ tantundẽ, quantum Veneris est, olla bene tũ lutato, ne quid euaporet, digere in calidissimis cinerib. per diem ac noctem, deinde refrigerato vase superfunde aceti cũ Sale armoniaco fixo (per calcẽ viuam) impregnati, coque & coagula, hoc ter repetendo reitera, deinde materiam exsiccari permittito; sic puluerẽ tenebis Saturno mandandũ, & Aurũ habebis summæ exaltationis.

Gradatio decima: Recipe mineræ Antimonialis veræ ac puræ, Mercurii sublimati ana libram semis, Salis ex Ioue vncias quatuor, commisce hæc optime conterendo, deinde repone in cella per noctem, mane fac in retortam non adeo magnã, & destilla inde oleum instar Butyri, vt scis, celerime autẽ destillabitur propter Iouem obseruabis, in collo retortæ si appẽdix fuerit zinnabaris, eum suo oleo, prius puluerisato redde, & rectifica vt vna transeant & fiant vnum, sic oleum ex parte flauescet, huic adde vitrioli Veneris ex Marte partẽ vnam, (olei partes duas) permisce optime ac cautissime destilla adhuc semel per retortã, & oleum fiet rubicundissimũ, mirabile ad soluendum & graduandum corpora metallica, primo Lunã impositam, per aliquot tempus facit volatilem, & si continuabitur, tandẽ eam ad summum gradationem terminum reducit, quo nulla aqua fortis eam amplius soluere possit ac velit.

Gradatio vndecima: Recipe Vitrioli Veneris repurgatissimi, quantum vis, hoc solue in vulgari aqua forti, recipe itidem & Vitrioli ex Marte parati tantundem in aqua forti resoluti, solutiones illas confunde, & repone in Balneo Mariæ ad abstrahendum inde phlegma quam lenissime, vsque dum materia sicca absque humiditate appareat, postea fac in retortam, & destilla ex a-

rena, & oleum capies rubicundum cum spiritu acerrimo, & hæc est gradatio vndecima. Vel sic perage: Recipe vitriolum Veneris, & Martis, hæc duo cum aceto vel S. V. in oleum reducito, hoc facto: Lunam sic præpara: Recipe vitri Venetiani, Salis communis præparati, calcis viuæ, an. partes æquales, Tartari puluerisati partem semis, misceantur diligenter, cum his stratifica Lunam & cementa per horas 12. ita tamen ne Luna fluat, hoc adhuc bis repete. & Luna præparata est. Lunam solue & præcipita cum dicto oleo, deinde in totum cum oleo imbibe, cohoba & destilla, tandem coagula, & trade præcipitatum Saturno.

Gradatio duodecima: Recipe Vitrioli, Salis nitri ana vncias quatuor, æris virid. Sulphuris viui ana vncias tres, Reguli Antimonii cũ Marte facti vncias duodecim, misce & eodem modo destilla per retortam velocissimo modo: in hoc menstruo gradabis Lunam, postmodum fundes, & si non est sufficienter gradata, tum Recipe vnam partem de Auro puro & aliam partẽ de Venere, solue ista super ignem, & funde in Sulphur. hoc reitera sexies vel sæpius, semper soluendo in igne, & fundendo in Sulphur, de hac materia proiice super Lunam & gradabitur ad sufficientiam.

Gradatio & particularis transmutatio decima tertia: Recipe Reguli Antimonii cum Marte facti. ter purificati & constellati vncias tres, Auri vnciã, vnã Lunæ vncias duas, fundatur regulus, & metalla purissime antea fusa indantur regulo; Deinde optime puluerisentur cum Mercurio Philosophice præparato & abluto, (alius, ex metallis facto) amalgamentur agitando: Istud Amalgama toties abluatur, & per tot dies super marmore cum aqua calida salsa, donec omnis nigredo omnino sublata fuerit: Deinde destillentur ad perfectam exsiccationem, donec totus Mercurius prodeat, qui est Mercurius Philosophicus impraegnatus spiritib9 Solis & Lunæ & Martis, & cũ antimonio metalla remanebunt purissima & albissima, si bene operatus fueris. Hanc materiã metallicam optime præparatam dissolue in aqua Philosophica communi, fac deinde destillari aquam, donec materia sit oleaginosa, cũ qua adde Mercurii prædicti ana vel partes duas & amalgamabuntur: Istud Amalgama cum Crystallis Saturni incerabis, tum demum decoque in furno Philosophico, dum omnia reducantur in puluerem fixissimum & rubicundissimum:

Quod

Quod probabis in lamina Argentea ignita, & habebis fermentum pro minera. Huic fermento adde mediam partem Mercurii relicti, contere omnia bene, & misce, deinde decoque ad fixationem, reiterando hoc opus semper in infinitum, & habebis mineram, de qua capies cum volueris, & super Aurum fusum proiicies cum Philosophico reductiuo, vel cum vitellis Oui induratis, est enim magnum reductiuum.

Gradatio & particularis transmutatio decima quarta: Aurum calcinatur, cum Sulphure & Mercurio, vt scis ter, super hoc Aurum calcinatum eleua ter vel quater, Salem armoniacum (cum Sale purificatum) & calx Solis parata est. Hoc Aurum ita præparatum dissolue cum spiritu Salis, optime rectificato, & super Aurum ter aut quater cohobato. Deinde separatim vel seorsim præpara ex Mercurio sublimato Crystallos per aquam fortem vt scis, horum Crystallorum cape vncias septem, prædicti spiritus Salis, nouem vel decem vncias, in quo menstruo Crystalli sensim dissolui possunt, apponendo vnciam semis, post iterum vnciam semis, vt totus possit imponi, quorum Crystallorum solutionem cum vncia vna Auri in vnciis eiusdemmet menstrui (spiritus Salis) dissoluti, coniunge, & in Balneo Vaporoso per diem digere; postea liquorem abstrahe per destillationem ignis cinerum, tum denuo dando ignem per gradus sublimationis Mercurii. Crystalli sublimabuntur, rubini colore Aureo tincti. Quod si pars aliqua non sit tincta & sublimata, illa denuo cum prædicto menstruo dissoluatur, vt & id quod in fundo remansit, donec omnis color Auri eliciatur & perfecte prædicti Crystalli tingantur. Hi Crystalli in cella vinaria impositi, dissoluuntur in oleum, quod rursum coagulandum est in leni calore.

Hæc operatio toties repetenda est, donec prædicti Crystalli in humido non amplius soluantur, & in calore liquescant. Tunc hanc materiam metallicam in furno Philosophorum dando ignem Philosophicum fixatis ad perfectam fixationem, nempe vt omnia prodeant in puluerem fixissimum rubicundum fusibilem vt cera, quē, si velis incerare potes cum proprio oleo, & denuo coquere & reperies medicinam quæ tingit Lunam in perfectum Aurum.

Nota si scis quid sit Sal metallorum, (cum Q. essentia vini de-

cies cohobatum) recipe huius ℥vj. animæ Solis ℥ij. repone sigillata in phiala per 12. dies ac noctes, dato ignem graduatum primo lentum, deinde intensum, semper voluendo vitrum, & materia fixabitur in puluerem tingentem Lunam particulariter, si tertium adderem haberes vniuersale.

Gradatio decima quinta: hæc in quatuor præcipuas diuisa est præparationes: Recipe Antimonii & Salis nitri, ana quantum vis, contunde inuicem optime, fac in ollam, & pone igne circulatorio, incende postea vt Salnitrum Antimonium bene calcinet, massam in fundo postea contere, & superinfunde acetum ad extrahendam pulueris rubicundam essentiam, id reitera quousque acetum nullum amplius præ se fert colorem. Hoc acetum antimonii quinto esse impraegnatum funde in cucurbitam, & destilla cauta adhibita igni diligentia, vt si acetum rubicunde destilletur, aliud adaptetur recipiens, continua ignem ad finem, & habebis oleum Antimonii, hoc reserua ad vsum insequentem.

2. Recipe Aceti libras decem, Vitrioli Romani puri libras tres, destilla igne forti, & hanc destillationem pro secunda operatione tene.

3. Accipe Tutiæ Alexandrinæ q. v. hanc ignitam quindecies vel sedecies extingue in hoc destillato aceto cum vitriolo, postmodum eundem in modum, vt oleum Antimonii est destillatum, destilla & operare.

4. Recipe olei Antimonialis, & Tutiæ Alexandrinæ ana vncias sex, corrosiui dulcis Philosophorum vncias tres, florum æris viridis vncias duas, his mixtis impone Lunæ limatæ cum Mercurio viuo amalgamatæ, purgatæ atque calcinatæ, vncias duas vel tres superfunde mixturam dictam, addendo insimul tantum de oleis vt digitum emineant, luta cucurbitam ne quid pereat, da postea materiæ ignem lampadis per triginta horas continuas, tandem exime, & funde cum Borrace & Sale Saturni, sic habebis Aurum Chymicum, quamuis non summum sit in gradu & perfectissimum, tamen contra irrisores verum probationis thema.

Gradatio 16. Recipe Salis armoniaci & virid. æris q. v. sublima inuicem, sic manebit in fundo puluis æris, quem extrahes cum aceto, po-

ro, postea destilla ipsum per Alembicum, & humecta cum aqua Mercurii, exsicca, solue in cella, deinde coagula, & hunc puluerem æris habes gradantem ac fixum.

Gradatio 17. Recipe Antimonii, Salis ana: puluerisatis superfunde oleum vitrioli & destilla per retortam, primo exibit oleum vitrioli, postea rubeum oleum Antimonii crassum instar sanguinis, circulantur hæc duo oleo, vt in vnum redeant, hoc oleum gradabit Lunam ex aqua forti præcipit. in 4. septimanis, in pondere etiam augmentabit.

Nota: Theophrastus destillat oleum ex Antimonio, Vitriolo & Sale, ana, cuius dat tria grana in vino contra Hydropem, & curauit.

Hæc sint dicta de gradationibus & particularibus transmutationibus Lunæ, antequam vero fixationis examen proponamus, prius venit exaudiendus Paracelsus de Luna siue Argenti qualitatibus, & an possibilis, vel quomodo fiat eius transmutatio. Ex Luna conficere velle Saturnum aut Martem, non est leuius vel facilius opus, quam ex Mercurio, Ioue, Marte, Venere, Saturno, Lunam ingenti lucro facere velle. Non est enim vtile, perfecta in imperfecta sed hæc in illa transmutare. Sed quænam sit materia Lunæ, vel vnde proueniat, oportet etiam cognoscere. Quisquis id considerare non valet, vel perquirere, nec Lunam efficere poterit. Si rogetur, quid est Luna? Est ex sex Metallis, spiritualiter occultatis, ipsa septimum, externum, corporeum, & materiale. Nam semper sex Metalla, septimum in se continent spiritualiter occultata. Et sex Metalla spiritualia non persistunt absque vno Metallo extrinseco & materiali. Sic etiam nullum corporale Metallum absque illis sex spiritualibus locum aut essentiam habere potest. *Lunæ Natura quid.*

Corporalia septem Metalla liquefactione bene permiscentur, sed mixtum hoc non est ad faciendum Solem, vel Lunam vtile. Nam in ea mixtura manet quodque Metallum in sua natura, vel fixum in igne, vel ab eo fugit. Exempli gratia misce quocunq; modo potes Mercurium, Iouem, Martem, Venerem, Saturnum, Lunam & Solem, ob id minime fiet, vt Sol & Luna Metalla 5 cætera ita permutent, vt ex Sole & Luna fiant illa Sol & Luna. Quamuis enim omnia illa liquefacta sint in massam vnicam, nihilominus

manet

manet in ſua natura quodlibet hoc ipſum, quod eſt. Hæc ſunt, quæ de corporali mixtione indicanda fuerunt. De ſpirituali vero permixtione & communione metallica ſciendum eſt, nullam ſeparationum aut mortificationem ſpirituum eſſe: quia tales ſpiritus abſque corporibus nunquam perſiſtere poſſunt. Etiamſi corpus in vna hora centies illis adimeretur & mortificaretur, nihilominus aliud ſemper, priore multo nobilius acquirerent. Et hæc eſt metallorum transpoſitio de vna morte in aliam, hoc eſt de minori gradu in maiorem & altiorem, hoc eſt in Lunam, & ex meliori in optimum id eſt perfectiſſimum, id eſt, Sol ſplendidiſſimum & omnium regaliſſimum metallum. Eſt igitur veriſſimum, quod ſupradictum eſt ſæpius ſex metalla ſeptimum ſemper generare, aut ex ſe in Eſſe manifeſtum producere.

Quæſtio, ſi verum eſt, Lunam & quodlibet metallum ab aliis originem ducere generarique. Quæ eſt igitur eius proprietas & natura? Reſponſio ex Saturno, Mercurio, Ioue, Marte, Venere, Sole nihil, nec aliud metallum fieri poteſt, quam Luna. Cauſa eſt, quod aliorum, ſex metallorum quodlibet bonas duas habet virtutes, quarum ſummatim duodecim ſunt.

Iſtæ ſunt Lunæ Spiritus, qui breuibus verbis ad hunc modum cognoſci poteſt. Nam Luna eſt ex ſex ſpiritualibus metallis & eorum virtutibus: quarum vnumquodque duas poſſidet. Summatim itaque 12. ſunt in vno corporali metallo poſitæ, quæ 7. planetis, & duodecim ſignis cæleſtibus comparantur.

Habet enim Luna à Planeta Mercurio, ac ab ♒ & ♓ liquationem & album ſuum ſplendorem. ☿ ♒ & ♓. Sic habet etiam Argentum à Ioue ♐ ♉ colorem album, & ex igne magnam ſuam conſtantiam. ♃ ♐ & ♉. Habet Luna à Marte ♋ ♈ duritiem, bonumque ſuum clangorem ♂ ♋ & ♈. Habet Luna à ♀, ♊ & ♎ coagulationis menſuram & malleationem, ♀ ♊ & ♎. Habet Luna à ♄ ♍ & ♑ corpus Homogeneum, cum grauitate ♄ ♍ & ♑. Habet Luna à ☉, ♌ ♍ ſinceram puritatem, & magnam conſtantiam contra vires igneas. ☉ ♌ ♍. Talis eſt naturalis cognitio exaltationis, & cauſæ Spiritus & Corporis Lunæ, cum eius natura compoſita, & ſapientia, breuibus commemorata.

Dicen-

Dicendum est vlterius, qualenam huiuscemodi spiritus metallici corpus, in sui primitiua generatione per cœlestem influxum acquirant, nempe lapidem aspectu vilem, quem tusum liquefacit, corrumpit, mortificat igne fossor metallarius omnino: tunc metallicus ille Spiritus in tali mortificatione melius atque nobilius, non friabile sed malleabile corpus recipit. Accedit Alchimista, qui tale corpus metallicum rursus corrumpit, mortificat & artificiose præparat.

Sic iterum Spiritus ille metalli nobilius & perfectius induit corpus, manifesto se prodens in lucem, nisi sit Sol aut Luna, tum demum Spiritus & Corpus metallica perfecte simul vnita, sunt ab ignis Elementaris corruptione tuta, nec non incorruptibilia &c. nunc de Fixatione.

CAPVT VII.

De Fixatione.

FIxatio prima: Recipe Calcis Lunæ cum Aqua forti præcipitatæ q. vis, hanc decies calcina cum Sulphure vel Sale communi, postmodum illam reduc cum vitro nigerrimo, Germanis schwartz Schmelzglaß / & in lamellas vicissim extende. Accipe iam Salis fusi purissime soluti & coagulati, item Salis Tartari purificati & coagulati, Item & Salis calcis viuæ; hæc Salia iam misce quam optime, ac cum mixtura stratifica dictas laminas Lunæ, in olla probe lutata, postea exime & lamellas abluito, stratificationemque reitera adhuc quater vel ter in crucibulo aperto, tandem funde Lunam tuam & fixa erit in cemento regali, nisi quod iam deficit color, qui per cementum vel gradationem facilime recipitur.

Fixatio secunda: pro certo quidam affirmauit, si reciperentur laminæ Argenti, & stratificarentur cum Smegmate Veneto per aliquot horas, funderentur & simul per 4. horas, exinde fore Lunam fixam, addebat autem non vna vice id fieri sed Lunam esse vicissim abluendam, laminandam, & per aliquot vices sic cementandam.

Fixatio tertia: Fac Lixiuium forte, ex cineribus & calce viua, in hac coque Salis nitri q. vis, postmodum euapora aquam, & ligneo spatulo semper mouendo ne fiat adustio, huic coagulato adde tantundem pulueris laterum rubicundissimorum, destilla inuicem per retortam in aquam fortem, primo tamen phlegma pro nihilo habeto, deinde alterum obseruato videlicet oleum: Huic oleo in cucurbitula impone lamellas Lunæ soluendas, digerendo in cineribus calidis per aliquot septimanas, infunde solutioni inter digerendum olei Vitrioli, idque aliquoties, & si nigram videbis præcipitare calcem, tum aquam inde effunde vel abstrahe, & aquam fortem superfunde aliam simplicem, sicque adhuc relinque per diem in digestione, tandem etiam effunde, & calcem edulcora cum aqua dulci calida, reduc in corpus & prima fixatio facta iam sic procede. Recipe Silicum albiss. calcinatorum partem vnam vel quantum vis, Croci Saturnini tantundem, funde hæc inuicem in vitrum vt artis est, hanc fusionem & tertio reitera, cum recenti croco videlicet quantum ponderat vitrum, hoc & peracto, fac tuam ante Lunam præparatam ab igne solui, dictum præparatum vitrum Argenti importato, pedetentim tamen, postmodum illam reduc per Saturnum, & Luna tua fixa multum insimul continet Auri.

Fixatio quarta: Accipe æquales partes olei Tartari, & aquæ Salis communis; in quas ignita Luna multoties extinguatur in laminas tenues adaptata: singula extinctione nigredinem, quæ Lunæ adhærebit, amouendo, & hoc toties, donec ex illa extinctione albissima abscedat. Item Tigi dicitur & Luna, si cementetur cum calce marmoris, & Sale communi præparato per horas sex, & repetatur ter, aut etiam pluries calcinatio. Alii etiam sic volunt: Recipe lythargyrii Argenti, Aluminis puluerisati ana q. vis mixtis indatur dimidia, pulueris pars crucibulo, super hunc puluerem pone Amalgama Lunæ; cum residuo vero massam contege, crucibulum luta optime cum alio, & cementa in igne leni per dimidium diem, postea Lunam reducito.

Fixatio Lunæ quinta: primo sic præpara Lunam; Recipe farinæ laterum, Sulphuris rubicundi, (cum aceto extracti & mel-

le præparati) vitri, & Salis ana partes æquales, cum his ſtratifica & cementa lamellas Lunæ per 12. horas vel 24. poſtea exime, & hæc eſt præparatio Lunæ: Accipe iam pro ſecundo, croci Martis libram integram vel quantum vis, ex hoc croco per acetum rubicundam extrahes animam vt artis eſt, & extracta ea omni, per alembicum acetum rediſtilla & calcem edulcora, huic ſuperfunde vinum ardens ſiue aduſtum, & vt prius ſepara purum ab impuro, & hac operatione facta rurſus coagula animam in ſiccum puluerem, hunc repone in cella ad ſoluendum; in oleum ſoluto, impone ſupra præparatam Lunam limatam, prius tamen contritione immiſcendo & coagulando aliquoties, vltima facta coagulatione, cementa inuicem in leni calore ignis per 12. horas, prima cementatione facta, viciſſim imbibe & coagula, hoc repete quoties volueris, tandem videbis Lunam fixam ac ſolificam.

Fixatio Lunæ ſexta: Recipe Vitrioli optimi vncias quatuor, impone cucurbitæ vitreæ, ac ſuperfunde ei tantundem olei Tartari, pedetentim ne furorem exagites, hoc facto & vnito, repone per noctem ad requieſcendum, mane phlegma inde abſtrahe & habebis Salem albiſſimum, cum hoc fac tua Luna cementetur atque fluat, & primum ei gradum fixionis dediſti: Recipe iam vitri antimonii puri vncias tres, fac fluat, inter fluxionem Auri importa vnciam ſemis, poſtmodum effunde in Pyramide ac pulueriſa, huic pulueri ſuperfunde olei Vitrioli ad ſoluendum & coagulandum, hoc aliquoties repetes: & hoc perfecto, accipe tuam præparatam Lunam ac fac vt cum hoc puluere fluat, poſtmodum effunde & habes quod author dicit videlicet fixam. Si forſan omne Aurum non abierit cum vitro in puluerem, id inter feces requirere poteris.

Fixatio Lunæ ſeptima: Hæc fit per tria cementa 1. eſt & fiet ex farina laterum & cineribus probe præparatis ac lotis (de catillis cinereis, vel teſtis) ana partibus æqualibus, cum vrina atque aceto humectatis: hæc cementatio continuabitur per 4. horas, bis reiterando calcem Lunæ vel laminas optime abluendo, ac Lunam viciſſim reducendo. 2. Cementum cõſtat in hunc modum;

Recipe extractæ limaturæ Veneris ex Marte, vncias tres, Boli armeni vnciam semis, fellis vitri vncias duas, hæc trita & mista sufficiunt pro cemento 2. cum hoc cemento vicissim supra præparatam ac reductam, in Lamellas, Lunam artificiose per 6 vel 7. horas, cementabis vicissimque igne fundes, & secundum factum est operis Fundamen. Sequitur & tertia cementatio, quæ sic perficitur: Accipe Farinæ laterum tres lotones, Salis fusi, Vitrioli calcinati ana vnciam vnam, sanguinis draconis, florum æris virid. ana vnciam semis, Tutiæ Alexandrinæ à nobis descriptæ vnciam vnam, his puluerisatis & mixtis superfunde vrinæ, Sale armoniaco impraegnatæ, taliter humecta species dictas vt supra facta est mentio & tertius cementationis, gradationis ac fixationis, modus est in promptu: cum quo Lunam tuam cementa, calcina, ac funde, sic habes quod artifex, (rite peracto) dixit.

Fixatio Lunæ octaua: Recipe Vitrioli calcinati, Salis nitri ana libram vnam, Salis fusi vncias quatuor, in hac dissolue Salis armoniaci vncias tres, & primum factum est opus. Recipe iam calcis Marcasitæ Solaris vncias duas, his superfunde pedetentim aquæ præparatæ vncias tres, sine sic coquant in digestione per noctem. Tertio solue in recenti aqua dicta & drach. integram Solis. Quarto, recipe caput mortuum de præparata aqua, extrahe inde Salem, coagula, exsicca, vt si hoc perfeceris, cum eo stratificabis recentes Lunæ laminas, simul cum Sale cementandas atque fluendas, & quartum fecisti. Quinto Lunæ huic ignitæ superfundes solutionem Solis, atque Marcasitæ, abstrahes inde aquam per aliquot vices, tandem ad siccum, & facta est operatio quinta seu coniunctio specierum Metallicarum. Sexto: Recipe iam recentis præparatæ aquæ tantam sufficientiam, quod ad vsque totam hanc mixturam vicissim soluere possit, soluta, repercute omnia cum oleo vitrioli digere adhuc aliquandiu, postmodum paucis adhuc cementa, tandem reduc Lunam & habebis illam satis fixam atque gradatam, si non es contentus, cementa illam cum tutia nostra & sanguine draconum, & in totum est solifica.

Fixatio Lunæ in colorem Aureum, Nona: Destilla aquā soluentē ex Nitro, Sale armoniaco, Vitriolo, Alumine plumoso & Cinnabari: hac destillata, solue in eius parte Auri vnciā vnā, & in altera

Saturni purgati vnciam vnam, solutis, confunde in vitrum, & digere aliquandiu, tandem præcipita artificiose, & si placet proiice, hos factos Crystallos super Lunam fixam albam & colorabitur colore auri fixissimo.

Fixatio Lunæ decima: Recipe Vitrioli vnciam vnam, Reguli Antimonii cum Marte stellati vncias tres, Lunæ puræ amalgamatæ atque purissime ablutæ vncias duas, hæc trade singula soluenda in aqua forti, solutis abstrahe aquam per destillationem impositis in recipientem, tutia, viridi æris & croco Veneris ex Marte, destillata desuper aqua, rursus eam superiori præcipitato reaffunde, iterum abstrahe ad species in recipienti restitantes, hoc quo sæpius eo melius, tandem coniunge pulueres in vnum, coque cum aqua seu menstruo in cineribus per vnum vel aliquot dies, illa consumpta coque cum vino adusto, tandem reduc per Saturnum & habes Lunam fixam.

Fixatio Lunæ vndecima: Accipe Mercurii vncias nouem, foliorum Auri vnciam vnam, Salis armoniaci vnciam vnam, Salis Alkali, Sulphuris ana vnciam vnam, & boracis quantum sufficit. Misce, & pone in vas sigillatum ad ignem, primo lentissimum, aucto postea calore; & sic per duos dies stare permitte. Ex puluere residenti fiat proiectio super Lunam albam fixam, & colorabitur vt ante: Vel sume Auri cum Sulphure calcinati, æris vsti, Vitrioli rubicundiss. cinnabaris, croci Veneris ex Marte è singulis vnciam vnam. Trita hæc imbibe aqua Salis armoniaci, ac per destillationem desicca, idque quinquies ad minimum repete, ac materiam tandem congelatam, cum noua aqua Solis armoniaci fermentandam, ac putrefiendam in fimum equinum adhibe; idque per mensem integrum: mutato fimo quolibet octiduo: quo fiet vt materia omnis in aquam metallicam reducatur: cuius modica proiectio in Lunam copellatam cadit.

Fixatio Lunæ duodecima: Recipe libram integram Iouis, Salis armoniaci libram vnam, destilla leni igne in spiritum vel oleum vt artis est: huius spiritus recipe vncias tres, Mercurii sublimati ana vncias tres, Lunæ cementatæ vnciam vnam, Salis armoniaci ad pōdus omnium, sublima donec materia fiat fusibilis, deinde resolue cum aceto destillato, superinfundendo & cum Aqua vitæ, ab-

strahe & deinde per Balneum, vt in fundo residear materia seu puluis siccus, hunc proiice super aliam Lunam igne solutam.

Fixatio Lunæ decima tertia: Laminarum Martis in tanta quantitate q. volueris, has stratifica cum calce Marcasitæ Aureæ in olla bene cooperta, vltimo fac excandescant omnia, calcinatis inuicem approbe adde Sulphuris Antimonii quantum vis, Arsenici rubicundi vnciam semis, misce ac coque cum Aqua Salis Armoniaci per calcem viuam prius fixati, huius decocti pulueris importa quantitatem aliquam in Lunam fusam prius cementatam, & fixabitur gradu optimo. Vel recipe Vitrioli, Salis nitri ana: destilla exinde aquam, in hac resolue æris vsti & croci Martis præpar. an. huic solutioni infunde oleum Sulphuris ana: Impone simul & Lunæ reuerberatæ q. vis, redige coquendo omnia in massam clauso vase ne quid diuaporet, postea exicca, & puluerem importa Lunæ recenti. Vel recipe Salis Armoniaci vncias tres, croci Martis vnciam vnam, extracti æris viridis vnciam semis, sublima inuicem igne forti, deinde vicissim coniunge & adde calcis Solaris cum Sulphure præparati, drachmas duas, Mercurii sublimati vnciam vnam, terendo misce, & sublima quinquies vel quousq; in fundo fiuant instar ceræ, tum sufficit vt & refrigeat, necesse est, hanc materiam proiice super Lunam pure cementatam & fiet maxima ex parte Aurum.

Fixatio Lunæ decimaquarta: Primo sic procede: Recipe Auri limati vnciam vnam, hoc calcina cum cinnabari artificiosissime, bis vel ter vt est artis, Auro huic calcinato super aquam Regis (à Mercurio sublimato abstractam) destilla paulisper in leni calore videlicet cohobando vsq; ad oleitatem,) hoc oleum primi operis est inchoamen: Secundo recipe cinnabaris (ex Mercurio Veneris) vncias quatuor, puluerisa quam subtilissime, ac imbibe cum dicto facto oleo, pone ad ignem fixionis, fixato & exsiccato, iterum humecta oleo, hoc aliquoties repete, tandem relinque in forma pulueris, & secundum factum est opus. 3. cum Alkohole vini acutissimi iam animam ex fixo puluere rapito, & vltimo hanc præcipita & importa aliquoties Lunæ & habebis Aurum.

Fixatio

Fixatio Lunæ ex Libauio talis est: Quod immaturum est (quale idem solet in eo genere inueniri quod purum eluitur, aut in fodinarum partibus rupibus annatum, insidensve aut excretum, vel confluxum congregatum colligitur, siue iam sui sit coloris, siue plumbei, &c.) figitur duodecies cementando cum talco calcinato & Sale communi, aliisque fixantibus. Quod maturum est ignibusque excoctum, tincturæ præparatur eodem magisterio. Auro enim ignobilius est, fixione & colore potissimum aiunt artifices. (Cedit ei etiam subtilitate substantiæ quæ in Auro præstantior est, vnde etiam extenditur amplius: Deinde deficit pondere, nec tam amicum est hydrargyro, &c. quæ omnia ei vix præstabit fixatio sola.) Itaque creditur in Aurum transire, accepta fixione & tinctura. Fixionem ita describunt.

Salis nitri libræ duæ, Vitrioli Vngarici sesquilibra, Aluminis, laterum tritorum singulæ libræ. Hæc mista colloca in retorta. Deinde calcis viuæ triens, florum æris, tutiæ Alexandrinæ, cinnabaris, æris vsti, Scobis ferri, silicis calcinati, stibii, Sulphuris (fixi) boli armeni, lapidis calaminaris, aluminis plumosi, singulæ vnciæ. Trita & commista parantur in receptaculo. Destilla aquam fortem de more. Absoluta destillatione, exime è receptaculo omnia, & alii retortæ immitte, & destilla denuo, dum omnes Spiritus exierint. In hac aqua solue Argentum sæpius, & reducito. Si præmiseris cementum Lunæ proprium, constantior erit fixio. Affundenda autem est aqua ad quartum, digitum, & in digestione menstrua in clauso vase vna ponenda. Tandem inuenies in fundo calcem nigram, quam exemtam elue aqua pluuia, inque concha seu patella ad ignem candefacito, vt spiritus alieni secedant. Partem huius vnam misce cum triplo Argenti fulminati per confusionem (hoc est, quartare, seu per quartationem probare, sicut Aurum ab Argento separatur) massam colliquatam extende in laminas, è quibus fiant fistulæ quas iniectas aquæ separatoriæ (factæ ex vitrioli Romani libris duabus; Salis nitri libra, Scobis ferri selibra per destillationem aquarum fortium) examina more quartationis Auri. Pars Argenti fixa, non soluetur: Itaque purifica eam per fulmen. Quod vero solutum est, id ad-

id adhuc est volatile, quod reductum priore modo figes, &c. Optima etiam fit gradatio & fixatio Lunæ in talem modum: Recipe Auripigmenti & Mercurii sublimati ana libras duas, repone in cella & quando vult sese soluere, fac in retortam & destilla, vasis lutatis probe ne fumus te lædat, accipies oleum flauum spirituale, quod semper reddit fumum, hoc oleum superfunde Lunæ & reddit illam prius volatilem, deinde per ignem gradatorium rursus figit, vt fiat fixa Luna & Aurum album. Hæc sufficiant & dixisse de fixatione Argenti, sunt præterea & alia requisita ad purgationem Lunæ, vt fulminatio, granulatio, &c.

CAPVT VIII.

De aliis adhuc Argenti præparationibus & purgationibus.

DE fulminatione tam Auri quam Argenti diximus supra lib. 1. Basil. Chymicæ cap. 7. Quod author si opus fuerit perlegere poterit: Granulationis modum, eodem in capite habes, si necessarius.

Fusio vero Lunæ per Antimonium, talis mihi commendata est à probato quodam artifice: Recipe Antimonii partes tres, Lunæ partem vnam, Martis partem vnam, fluant inuicem in regulum, si vero non dabit regulum, opus reitera cum recenti Antimonio, & inter fluxionem proiice Tartari puluerisati, misce quam optime, & sic postea reperies vicissim tuam Lunam purificatam: Tali modo dicebat idem author, posse prius fundi Aurum per antimonium, & si Luna restaret in Antimonio sic recuperanda esset: Alius vero dicebat, illud Antimonium quod ad Lunam adhiberetur, oportere prius optime oleo Tartari humectari, misceri & exsiccari, &c.

Paracelsus sic purgare mandat Argentum: Postquam in laminam tenuem ductum est, coquitur in aqua, in qua solutum sit sal & tartarum. Coctio duret, ad horæ circiter partem quartam. Extrahatur, & aqua pura abluatur, pannoque mundo abstergatur. Seorsim seruetur ad tempus vsus, vide lib. 5. Archidoxorum.

Tom.6.lib.1 de præparationibus sic ait de Argento: Virtutes eius sunt in Doloribus cerebri, Splenis, Hepatis, & Retentione profluuii.

Præparatio in Doloribus Cerebri, Splenis & Hepatis talis est: Recipe Argenti laminati drachmas tres, salis gemmæ drachmas sex, Fiat stratum super stratum: Reduc ad quartum gradum reuerberationis per horas viginti quatuor & extrahe Alkali.

(Alkali hoc tribus vel quatuor diebus ponatur in Vinum sublimatum & argentum fiet instar vinii psius. stet & euaporet: sic Alcali in fundo subsidebit, quod vitro exceptũ, in loco frigido liquescat Dosis à granis 5. vel 6. vsq; ad 12.)

Præparatio in profluuio: Recipe Argenti limaturæ Vnciam vnam, reduc calcem per Aquam Regis. Huius calcis Recipe drachmas duas, Tartari crudi drachmas quatuor. Reduc ad quartum gradum reuerberationis cum extractione Alkali.

Descriptio Aquæ Regis: Recipe Nitri, aluminis, vitrioli ana libram semis: Destilla in aquam dulcem.

Modus extractionis Alkali: Recipe huius Argenti quantum sufficit, Alcool vini, aquæ chelidoniæ ana vncias decem: Reduc vt supra. Dosis à scrupulo vno, vsque ad scrupulum vnum semis. Si profluuio rubeum exit, signum est, profluuium cohibitum iri. Et tunc huius Aquæ drachma vna, proponenda est.

Præparatio Argenti ad omnia ista, hoc est in cerebri, splenis, hepatis profluuio. Recipe Argenti Laminati vnciam vnam, sulsulphuris purgati vncias quatuor, Resinæ pini vncias duas. Reduc in Bolum accende & reduc ad præparationem cum aqua fontis. Dosis scrupulus vnus, ad scrupulum vnum semis. Præparatum hoc ad omnia prodest. Sed alterum est efficacius. Argenti Purgatio secundum Libauium talis extat lib. 2. Alch. tract. 1. De Magisteriis cap. 40.

In officinis massæ fulminatę traduntur Zygostatæ, qui curat eas torrere ad purum. Chymici ad scopos suos cementant cemento leuiori, veluti sulphure, sale petræ, &c. Postea fulminant cum plumbo, inde dilatant in lamellas seu bracteas, quas maceratas aqua tartarea abluunt: Præterea edulcorant fontana, & probe tergent. Est & cum per aquas fortes in calcem redigitur & liquorem,

quæ repurgata reducuntur vt in Auro. Etiam calx ipſa ſine vlteriore ſolutione reuerberatur, reducitur cũ fluxibus, & per plumbum fulminatur, indeque extẽditur & lauatur, Laminæ etiam coquuntur in aqua ſalis tartari ſoluti per horæ quadrantem, donec non amplius ductu lineam nigram relinquat. Plinius miratur lineam nigram ab argento relinqui. Sed id fit ab impuro, quod crudi Mercurij & ſulphuris non fixi aliquos ſpiritus adhuc ſecum habet. Eodem modo & hydrargyrus obnigrat digitos, licet ſit albus aſpectu. Toſtionis ratio in argento eſt, vt maſſa in fruſta comminuta cum cineritia teſta in furnum imponatur Anemium, & ſi placet, cupro vel plumbo addito, per tres horas coquatur ad iuſtum valorem. poteſt & ſub tegula torreri.

CAPVT IX.

De Extractione Animæ, Sulphuris, Vitrioli, Salis, Florum ac vitri ex Luna.

Extractio Lunæ 1. Viridis: ſume arenam ad libitum, & cum aqua dulci laua, donec clara hæc abſcedat. Exſiccatam arenam, quatuor digitis altam, colloca in vrinali, & huic poſtmodum ſuperpone Mercurij repurgati quantum lubet, ac forti igne deſtilla, interdicto ſpiritibus Mercurialibus commeatu omni; ac deſtillabit in recipiens Mercurius: cuius aſſume partem dimidiam, & cum optimâ Lunâ præparatâ, calcinata, & in corpus redacta, fac amalgama ſecundum artem, hocque per corium exprime: Lunam vero, quæ in eo reſidebit, tere in lapide marmoreo, & tritam impone in vas vitreum oblongi colli, ſatis amplum, vna cum vini ſpiritu ad quatuor digitos ſupra ſtante, clauſo & ſigillato ſuperiori orificio: idque ad ignem lampadis lentum, abſque ebullitione. Fiet vt aqua rubeſcat, quæ tum iſthinc eximatur, & altera eodem modo toties ſuperaffundatur, donec viridis appareat. Hanc & ſeorſim collige, ac aliam ſuperfunde, dum totam in ea viriditate diſſolutam Lunam habeas. Segrega balneo, quo ſpiritus vini ex parte aſcendat, Luna vero in fundo vaſis extracta reſideat: cuius Doſis guttæ 4. ad 8. cum vino in morbis Cephalicis.

Extractio Lunæ ſecunda: Recipe Lunæ fulminatæ finæ quantum vis, huic ſuperfunde aquæ ſalis nitri, ad eminentiam aliquot

digitorum, repone in digestione ad soluendam, solutione facta, eam pedetentim in aliud vitrum effundito, quo puri à fecibus fiat separatio; affunde huic solutioni tres partes aquæ pluuialis dulcis destillatæ, abstrahe vicissim cum menstruo, quo acrimonia salis à calce Lunari in totum liberetur, quod fiet aliquota ablutione seu abstractione calcis cum aqua dulci dicta, & quo fiat calx præstantior, ablue & eodem modo cum spiritu vini simplici, & cum calcem dulcé senseris exsicca: Recipe iam siccam Lunam præcipitatam, hanc infunde cum nobilissimo Alkole vini, manda per duas septimanas putrefactioni, probe extracta calce, ad medietatem Alkohol inde abstrahito, & eodem modo habebis extractum Lunæ pretiosissimum, priori modo præstantius.

Extractio Lunæ tertia: 1. Recipe calcis Lunæ puræ per aquam fortem præparatæ & edulcoratæ, tantum quantum vis. 2. fiat sal Alkali hoc modo: Sal commune misceatur cũ calce viua, igniantur, iterum sal extrahatur, misceatur cum noua calce viua, vicissim igniatur & extrahatur, fiat hoc etiam tertio, & salem præparasti. Tertio calcem dictam Lunæ cũ hoc sale Alkali, pone in cucurbita, affunde aquã fortem vulgaré ex sale nitro & vitriolo destillatam, abstrahe in arena, affunde recenté, vicissim abstrahe, fiat hoc & tertio, vltimo augẽdo ignẽ, vt materia bene fluat, & fiat ẽt lapis splẽdidus. 4. Hunc lapidem misce cũ sale armoniaco & sublima, & ascendit sulphur Lunæ cæruleum, salem elue ammoniacum. 5. Huic sulphuri Lunæ affunde spiritum vitrioli rectificatum, & in eo soluetur relictis admodũ paucis fæcibus. Vsus eius in affectibus capitis.

Extractio Lunæ quarta: Recipe laminas Lunæ, & sulphur viuum, stratifica & cementa ex arte purissime, sulphure combusto & in totum deflagrato, calcẽ edulcorato: Huic calci superfunde acetum destillatum, quo viriditatem eius extrahat, (si in cella reposueris dabit vitriolum, ꝙ hic nolumus) acetũ vicissim per balneum à viriditate abstrahe, edulcora vt ante, quo calx euadat subtilior: Huic animæ extractę hoc menstruum sequens superfundes, & vnã cũ essentia Lunæ relinques, & habebis tale specificũ epilepticum, apoplecticum, ac cephalicũ, cuius virtutes vno momento enumerari nequeunt. Recipe vrinæ puerorum quãtum sufficit, hanc supfunde vitriolo purissimo vngarico, & pone ad putrefiendũ, postea

per Balneum lente destilla, remanentiam tere subtilissime, & facin retortam, ex arena destilla lentissimo igne, attamen aperto, ne vrina frangat vasa, & primo obserua venientes spiritus, vltimo oleum viride vitrioli, hoc oleum rectificabis, & superfundes animæ Lunæ, & tenebis totalem thesaurum in cura caduci.

Extractio Lunæ quinta: Recipe Lunæ per aquam fortem præcipitatę edulcoratæ atque exsiccatæ vel in deficientia limaturæ eius vnciam vnam, salis armoniaci vncias duas: probe misce in mortario vitreo, & reuerbera per octiduum: postea cum spiritu vini, colorem cæruleum seu Tincturam instar vltramarini è Luna extrahe; (quem tamen dixerim prouenire à Sale) extracta Tinctura menstruum aufer, quo remanentia à salsedine liberetur, superfunde Alkohol vini recens, & Tincturam Essentialem Lunæ habebis Diaphoreticam, quæ confert omnibus cerebri morbis, neruorum cõuulsioni, morbo attonito, insaniæ, delirio, melancholiæ Dosis guttæ 3. vel 4. Est etiam singulare quoddam remedium Hepatis, Lienis & menstruorum obstructionibus, quas omnes mirifice soluit: confortat etiam omnia, menstrua principaliter, spiritusque animales mirifice exsuscitat; sed quia vinum capitis morbis non est vtile, conuenit dare in iis morbis cum appropriatis.

Extractio Lunæ sexta: Hæc extractio fit ex calce lunę satis attenuata per spiritum vini Therebinthinatum, separatoque more tincturarum menstruo, manet in fundo tinctura, quæ destillationibus in quintam Essentiam exaltari potest. Hoc eodem modo est Medicamentum Diaphoreticum in morbis cerebri. Exhibetur ad cerebrum cum aqua betonicæ, saluiæ vel melissæ: ad obstructiones datur cũ destillata cichoreæ, centaurii minoris, scolopendrii, arthemisiæ, &c. Hæc Tinctura expellit etiam prauas corporis qualitates per poros, absque omni periculo, timore, debilitatione, resolutione aut imbecillitate virium; confortat memoriã ac membra principalia & spiritus vitales & animales.

Extractio Lunæ septima, quæ est Paracelsi, tom. 3. lib. 2. de viribus membrorum cap. 4. Vnum ex istis quæ cerebrum confortant est liquor Lunæ, qui hoc modo fit. Primo calcina, & per vinum vitæ diebus cohoba. Sic resoluetur calx Lunæ in lentum liquorem, Hunc in balneo spatio menstruo digere: Tunc resoluetur,

formam

formam liquoris viridis exhibens. Hoc summum est, quo cerebri substantia fouetur, & nouum seu extraneum cerebrum inseritur. Sic etiam pulchra fit extractio Lunæ: Luna soluatur in aqua forti, postmodum præcipitetur cum oleo Tartari, edulcoretur & reuerberetur per 24. horas, deinde affunde vrinæ adolescentis destillatæ, quæ extrahet colorem cæruleum reiterandum donec tota Luna sit dissoluta, vrinam abstrahet, & serua (si placet) puluerem cæruleum pulcherrimum vsui.

Extractio Lunæ octaua, Basilij Valentini; Recipe salis communis vulgaris quantum vis, calcis viuæ ana; pone in crucibulo ad ignem apertum calcinādum fortissimum; calcinato extrahe vicissim salem cū aqua pluuiali calida, deinde coagula & exsicca, huic exsiccatæ massæ adde vicissim recentis calcis viuæ, excandesce, extrahe inque omnibus procede vt antea; hoc tertia vice repetito, & salem ad hoc opus syncere præparasti: accipito iam calcem Lunæ præcipitatam simplicem, edulcoratam tamen, hanc immisceto cū præparato dicto sale, & pone in phiola, superfunde aquæ fortis recentis, ex sale nitro, vitriolo, & Alumine ana æqualibus partibus destillatæ, (De hoc Paracelsus, tomo 6. in Archidoxis lib. 3. de separatione Elementorum ex metallis.) hanc aquam soluentem vicissim per arenam inde abstrahe ad siccitatem, affunde recentem, digere & destilla vicissim hoc & tertio repete; da ignem in fine abstractionis fortem, quo Luna in vnam fluat massam, eamque cæruleam si in corpus redierit, tum opus est id limare. Hanc calcem siue limaturam misce cum sale armoniaco & sublima in alembicum, sic rapiet secum illud sal sulphur Lunæ in altum, in colore cæruleo; hunc sublimatum in vitro pone ad edulcorandum cum aqua pluuiali calida, sic discedere vicissim cogitur Aquila volans, & sulphur Lunæ remanet, exsiccandum; Hoc sulphur Lunæ impone vitro seu cucurbitæ, ac superfunde Alkohol vini acuatum, pone inuicem in leui calore cinerum, & colorabitur mēstruum instar sapphiri, coloris cærulei ac pellucidi, separa purum ab impuro, & si placet circulationi manda. Dosis guttæ 5. vel 6. cum vino: pellit melāncholiam, inducit somnum ac quietem, & confert summe Lunaticis.

Extractio Lunæ nona; Recipe liquoris vitriolati supra ca-

pite octauo Basilicæ Chymicæ descriptæ quantum vis, hunc superfunde Lunæ calcinatæ cum sulphure & sale, pone in digestionem vt fiat Extractio Tincturæ Lunæ, quam tutissimè vsurpabis in cura lepræ albissimæ, si essentiam Auri æqualem, cum Lunæ essentia commiscueris, simulac curabis Lepram Rubeam. De quo vide Paracelsum tomo tertio fol. 266. libro 7. de Lepra.

Extractio Lunæ Decima: Primo conficitur ex contrito viridi æris cum aceto destillato leui calore essentia vitriolata, deinde acetum per inclinationem effusum vsque ad tertiam partem abstrahitur,& in frigido fiunt crystalli quadrati siue vitriolum veneris,hoc exemptum & exsiccatū destillatur per retortam,vnde prouenit liquor subuiridis, hic rursum destillatur per retortam per se & vertitur in spiritum, qui potentissimus est, hic superfunditur Lunæ sublimatæ ad extractionem per viginti quatuor horas postea per Inclinationem spiritus à fecibus Lunæ separatur, de quo guttæ V. ad X. exhibentur in aqua appropriata vt pæoniæ,in nouiluniis & pleniluniis, & in ipso paroxysmo, sedat ipsum, & mirabiliter tollit Morbum.

Sal Lunæ. Corpus ab Extractione Lunæ iam recipe & pone in vitro forti, ad ignem cinerum, digere, calcina: vltimo fac excandescat puluis cum vitro; deinde refrigerato vase accipito calcem, ac superfunde aceti radicati quantitatem & salem Lunæ, prout artis, & quod vna non fit solutione,id reiteratione operis continuato, quousque tandem materiæ nihil remaneat.

Hanc Extractionem iam omnem recipito, & ponito in Baln. M. ad destillandum, vsque dum in superiori parte menstrui cuticula quædam appareat, post modum repone in cella ad pariendos inde crystallos, sin minus,plus menstrui inde destilla & accipies tandem, per reiteratas abstractiones omnē salem ex Luna, magnarum & ineffabilium virtutum ac operationum.

Extractio Lunæ vndecima: Recipe salis Tartari & salis armoniaci ana; Coque & solue cū spiritu Aceti optimo, postmodum destilla per alembicū, & vltimo igne forti, instar aquæ fortis. Hoc Menstruum superfunde Lunæ præcipitatæ ac reuerberatæ in tanta quantitate, quantū sufficit, Manda solutioni atq; digestioni, tandē

destilla

destilla omnia, per cohobia, sublimatum & aquam, per ignem separa, calcem siue sulphur vitriolatum edulcora, facta edulcoratione cum hoc secreto menstruo extrahe. Recipe spiritus Therebinthinæ rectiss. vulgari modo destillati, quantum vis, hunc artificiosa ac Philosophica manu abstrahe à Bolo armeno, semel vel bis, & spiritus tuus fiet dulcissimi saporis correctissimus, hunc superfunde Sublim. Argento, & vtere cum menstruo.

Extractio Lunę, ex sublimato eius, Duodecima: prima operatio est Lunæ sublimatio: Recipe Lunæ puræ vncias quatuor, hāc solue in aquæ fortis vnciis duodecim. (A qua fit ex Nitri parte vna, & vitrioli partib. duabus) Deinde pone in putrefactione p quatuordecim dies ac noctes, sublima deinde, per arenā igne forti, si succedere autē nolit hæc sublimatio, tūc pone in Mariæ Balneo, ad abstrahendum inde phlegma, in quo solue salis Tartari depurati vncias quatuor, affunde Lunæ, & opus reitera, si prima operatione Luna non sublimatur, tum succedit & consequitur in secunda & tertia, vt videlicet simul transeant per alembicum: Hanc calcem edulcora artificiosissime cum spiritu vini, & vult huius processus autor spiritum vini debere aliquando ab eo deflagrari, tum constare iustum, sed tu hoc perpende, num in forma calcis illam quæras, vel ad alia inde conficienda Magisteria: Huius author tali vtitur menstruo pro Extrahenda eius Tinctura atque essentia: Recipe vini rubicundiss q. vis, exinde destilla spiritum vini seu Alkohol rectificatissimum, ex cuius fecibus arte etiam salem vel crystallos præparato, cum his acua tuum Alkohol (libra spiritus vini integra, quater destillatur ab vnciis quatuor crystallorum vini) & menstruum tenes Philosophicum, soluens calces metallorum chymico & artificioso modo præparatorum. Modus Extractionis talis est: Recipe Lunæ sublimatæ vncias octo, superfunde dicti menstrui acuati ad eminentiam trium digitorum, pone in digestione pro Extrahenda inde Tinctura siue essentia; Philosophica Extractione totali facta, videlicet per reiteratas operationes, illam destilla per Balneum Mariæ ad medietatem, tum desine, & facta est Extractionis Lunæ solutio: de qua solutione nonnullus Philosophus infert, Hanc essentiam ad sufficientiam abstractam, colloca in Phiola ad putrefaciendam,

Sublimatio Lunæ.

Alkohol vini acuatum.

Extractio Lunæ.

tres vel quatuor ſeptimanas,& in ſuperiori parte Extracti natātem videbis cuticulam, quæ eſt Lunæ oleum, quod ſeparabis per tritorium & pro ſummo arcano tenebis, reliquam vero digeſtam Eſſentiam eodem modo abſtrahe ad oleum viride, vel ſi vis coagula in vitrum.

Oleum & vitrum Lunæ.

Extractio Lunæ Decimatertia: Hæc cōſiſtit in præparatione ſalis ad calcinandam Lunam, deinde in præparatione Menſtrui, tertio in Extractione: 1. Operatio talis eſt, Recipe Aluminis q. vis, hoc calcina in furno piſtoris, quando panis exemptus, per noctem, deinde exime, & imbibe cum vrina, viciſſim, exſicca in furno vt ante feciſti in dephlegmatione, hoc opus continua ſepties, notabis autem vt ſingula imbibitione & ſalem vulgarem addas ſi placet, poſtea in totum per Balneum exſicca & coagula in ſalem: cum hoc ſale cementa vel reuerbera calcem vel Limaturam Lunæ bis vel ter, vltimo reuerbera per tres dies, deinde edulcora, & calx Lunæ tenetur fixiſſima, hoc primordium eſt noſtri operis.

2. Recipe mellis, & cretæ vſtæ pulueriſatæ ana, redige hæc in maſſam vel paſſam, ex quo confice longa fruſta iuſta farciminum, repone illa in aere, nō in ſole exſiccanda, poſtea fac in cucurbitā, adaptato Alembico atq; recipiente, deſtilla inde aq̄ cum ſpiritu, oleum quod ſequitur nolumus (Hoc oleum cum ſale capitis mortui vnitum & Lunæ calcem graduare potis eſt) Huic aquæ adde Alkoholis vini rectificati ana, pone in digeſtione, deinde & Menſtruum habes pro ſecunda operatione.

Hoc menſtruum affunde Calci reuerberatæ Lunæ, & egregia eius fiet ſolutio atque extractio, quæ in tantum vergit cephalicum atque cordiale, vt vix credere poſſis, prodeſt in omnibus putredinibus etiam corporis: ſi per cohobia deſtillaueris, Luna ſimul tranſibit per alembicum, ex quo ſublimato per idem menſtruum egregium Balſamum atque Lunæ oleum deſtillabis.

Extractio Lunæ decima quarta: Recipe Calcis Lunæ q. vis, vel partem vnam, Huic adde ſalis armoniaci & ſalis communis ana partes duas, terendo miſce, & ſublima ſepties, deinde Calcem edulcora, edulcoratum extrahe ſpiritu aceti cum Limonibus deſtillati, circula digere & eſſenſifica.

Extractio Lunæ decima quinta: ſublima, vel calcina Lunam, veluti ſuperius eius præparationes extant multifariæ, hoc calcinatum extrahe cum ſpiritu vitrioli dulci philoſophico, qualis eſt reſiduus in compoſitione Mercurii vitæ, circula ac digere, ſuper hoc vide, vel lege caput ſequens de præparatione Mercurii vitæ.

Extractio Lunæ Decima Quinta: Recipe Lunæ ſublimatæ quantū vis, ſuperfunde ſpiritus vini Tartariſati ad extrahēdum inde vitriolum vt eſt artis, veluti in priori libro dictum eſt de *Vitriolum* ſpiritu ſeu aceto radicali. Fit autem hic ſpiritus ex Tartaro, ſpi- *Lunæ.* ritu vini impрægnato, ac ſilicibus miſto deſtillatoque, de quo alibi: ſoluto ſublimato iniice ſalis Saturni, & videbis miram coagulationem duorum Leonum, à tertio hoc exiſtentem, noli curare & deſtilla pauliſper ſumma cautione poſtea ad Medium abſtractis, ſi placet non tamen neceſſaria, pone in pellicano ad digerendum, & abibunt in Balſamum ſecretum maximum, de quo hic non eſt conceſſus locus loquendi, tu mirabilitatem hanc perpende & lauda Deum.

Extractio Lunæ Decima ſexta: reuerbera calcinatam Lunam per menſes duos vel tres, (veluti cum Auro proceſſiſti lib 1. Baſili- *Vitrum* cæ cap. 8 In Extract. 23.) gne Lampadis, poſtmodum da ignem *Lunæ.* fuſionis, & habebis vitrum inſtar ſapphiri, hoc extrahe cum Arcano Vegetabili pretioſiſſimo, ſeu Alkohole vini vt artis: Fit & vitrum Lunæ cum vitro Antimonii in talem modum: Recipe vitri antimonii partes tres à nimia cruditate per ſe parumper calcinati, Lunæ partem vnam, funde ſimul per artem, vſque ex iis conſtet vitrificatio, vitro huic tuſo affunde ſpiritum aceti, ad extrahēdum inde colorem, à quo acetum poſtea rurſus per Balneum M. deſtilla & reſtabit pulcherrima calx (cuius gr. 1. ad 3. datur) Luna cum Tinctura Antimonii, hanc extrahe cum ſpiritu vini alkoliſato, & nobilior erit Medicina.

Extractio Lunæ Decima ſeptima: Hæc Extractio fit ex floribus Lunæ, & eadem pene coincidit cum Extractione florum *Flores Lunæ.* ſolis 21. libro 1. Baſil. Chymicæ cap. 8. niſi quod quidam in ſpiritu vini ſoluere mandant ſalem armoniacum: eius demonſtrationem ac declarationem hic omittimus & ad citatum locum,

lectorem ducimus & accingimus. Sin vero quibusdam placebit ille modus qui fit per fumigationem vel Saturni, vel per vrinam, &c. illi videant extract. 18. libri præcedentis, & supra capit. 4. de calcinatione per fumigationem. Nonnulli flores, ex calce præparata Lunæ cum sale armoniaco sublimant vel eleuant, verum quando hæc sublimata Luna tam corporalis adhuc extat, (totum enim corpus Lunæ eius salis gratia exaltatur) florem nos nuncupare non possumus subtilissimum, quare ille modus à nobis summe probatur, qui adhibetur in præparatione de Auro cum Alkohe vini, de quo vide vt dixi nostrum librum priorem fol. 64.

Vitriolum Lunæ. Extractio Lunæ decima octaua: Recipe Lunæ lamellarum quantum vis, has consperge cum aqua Regis Philosophica, deinde pone ad leuem calorem, & laminæ reddent crocum, hunc collige seorsim in vitro, opus hoc reitera, vsque dum sufficientem teneas vitrioli Lunaris quantitatem, hinc postmodum affunde aquę fortis communis, vel spiritus aceti radicati, vsque ad sufficientiam, quando totalis solutio est facta, tum infunde aquæ salsæ calidæ, & phlegmata vel solutum ad medietatem abstrahe, depone in cella, & tenebis Lunæ vitriolum splendidum, Hoc extrahe cum menstruo vegetabili dulci prout ars & natura requirit ac patitur.

Extractio Lunæ decima nona: Quidam etiam sic procedunt cum Argento ad producendum vitriolum: Recipe laminas lunæ tenellas, Has stratifica, cemēta ac calcina cum arcano vini tartarisati per 12. horas, postmodum refrigefacito, & inuenies lunam tuam instar viridis salis seu vitrioli, si in totum non sit conuersum in vitriolum, hoc ad opus vt ante iterum adhibe vitriolo si calci huic superfunde de aceto Philosophico quo purum ab impuro secedat, purum edulcora & coagula: cum coagulo vitrioli iam procede ad extrahendum, soluendū, vel destillandum prout tibi libuerit: cū hoc si recte processeris habebis viridem succum ac liquorem de quo Paracelsus scribit in tract. de viribus cerebri ac membrorū, &c. Vel sic etiam potes procedere: Laminas lunares subtilissime extensas, suspende in alembico supra cucurbitam quo spiritus aquæ Regis ab eius destillatione illas attingant, & Lunam permeent, &

eodem

eodem modo calx Lunæ artificiosa manu extrahitur, vt crocus adhæreat lamellis, quem solue cum aqua paradysi vel acero radicato, & collige vt artis est vitriolum, hoc extrahe & essensifica Philosophice: sin vero hoc vitriolum cum sulphure corporis duxeris in oleum. ita vt cum proprio sulphure suo potaueris ac coagulaueris habebis Lunæ Elixir Diaphoreticum. Item & sic poteris procedere, solue Lunam cum spiritu salis nitri cum sale armoniaco fortificati, in aquam, postmodum cum lamina veneris præcipita; præcipitatum edulcora & exsicca, exsiccatum calcina per octo septimanas, ita tamen ne fluat, hanc calcem reuerberatam cum spiritu aceti eodem modo extrahe, & habebis Lunæ vitriolum ad artem artificiosissimum: hæc de extractione Lunæ, sequitur eius solutio.

CAPVT X.

De Lunæ seu Argenti solutione.

SOlutio Lunæ prima: Recipe olei salis quantum sufficit, huic impone calcem Lunæ in tantum prout placet, repone ad leuissimum calorem in totalem solutionem, & abibit calx in oleum, manda per aliquot dies putrefactioni, postea exime & destilla per cineres, primo lentissimo calore phlegma, vsque ad oleum, si vis destilla per alembicum, & ascendit Luna in totum, & ita est soluta. *Solutio.* *Sublimatio Lunæ.*

Solutio Lunæ secunda: Recipe salis armoniaci libram vnam, salis fusi vel decrepidati libram vnam & semis, misce conterendo quam optime & manda sublimationi artificiosissimæ, sublimatum deinde recipe, & vicissim cum sale vt antea sublima, hoc aliquoties reiterando continua. Hunc sublimatum optime contere in marmore, postea repone in vitro, & consperge cũ aceto fortissimo per se destillato, vitrum quam probe superius luta, & colloca in balneo Mariæ, vsque dum soluatur sal sublimatus, solutum effunde, reliquum vicissim putrefacito, vsque dum in totum sit solutus, quod solui nequit, hoc vicissim sublima per

salem vulgarem, & in omnibus procede ad solutionem vti iam dictum est; Solutione iam salis in integrum facta, aquam illam in cucurbita alta funde, & destilla per balneum Mariæ vsque ad medietatem, aquam seu phlegma rursus affunde, cohoba bis vel ter, postea destilla igne intensiori, vt omnia transeant per alembicum, rectifica tamdiu, vsque dum nullas post se faciat reliquias seu fæces, & spiritus salis armoniaci paratus constat, hic soluit & penetrat omnia metalla ac mineralia, vt in metallicam & priorem formam nunquam reduci queant: Cum hoc menstruo solue calcem Lunæ & facta est secunda Argenti solutio Chymica.

Solutio Argenti tertia: Recipe Tartari calcinati per se in vase clauso, non in albedinem vt vulgares volunt, sed in nigredinem huic superfunde spiritus aceti vini optimi quantum vis, abstrahe postea vicissim, & alium recentem superinfunde, vt ante destilla, hoc toties reitera vsque aceti in destillando acrimoniam sapias, tum desine, & adaptato alio recipiente, continua ignem ad fortiorem, tandem fortissimum, & accipies oleum Tartari soluens Lunam ac Solem, ac fixans Mercurium.

Solutio Argenti quarta: Recipe salis vrinæ quantum vis, affunde quintæ essentiæ vegetabilis Philosophicæ, vt soluat, postea abstrahe, hoc reitera & tertio semper repetendo cũ recenti sale, & quinta essentia magis fortificatur; cum hac solue calcem Lunæ, & destilla & vnica essentiæ vncia trahent Lunæ vel Auri vnciam semis super alembicum. Vel Recipe essentiæ quintæ vini vngarici partem vnam, superfunde ad calcis Tartari partes tres, & quinta essentia subtilissimam Tartari essentiam ad se recipit, abstrahe & reaffunde septies, quousque satis sit fortificata, vt etiam manum penetrare possit, in hac putrefac calcem Lunæ, vel Solis & adeo fiet calx illa imposita volatilis ac subtilis ad sublimationem, vt etiam facilimo modo possit abire in Mercurium corporis.

Sublimatio Lunæ.

Solutio Argenti quinta: Recipe aceti acerrimi libras aliquot, lib. vnam laminarum stanni cum oleo Dianæ humectatarum, repone illas in alembico, & destilla omnia igne forti, lutatis tamen vasis, in hoc destillato solue calcem vel laminas Lunæ, Solis vel Mercurij per diem ac noctem, ita relinque & postea ad li-

quorem abstrahe & hæc solutio facta est, non omnes sunt digni vt plura dicam.

Solutio Argenti sexta: Recipe salis fusi, liquefacti & subtilissime triti libras duas, mellis puri libram vnam, impone in vas feruens, bulliant simul & commiscendo optime volue, donec nigrum & crassum fiat, postea ab igne exime & in loco humido coagulabitur, & fiet materia dura, quam tere subtilissime & impone in retortam vitream, affundendo aceti quam optime destillati, & sine omni phlegmate libram vnam: omnia bene commista destillentur per ignem arenæ dando ignẽ vltimo magnum, vt vas fere igniatur, & exibit acetum radicatum odoratum, magnæ virtutis, habet in se vim soluendi Aurum & Lunam, quam solutionem rectificabis viciſsim cum spiritu vini, & habebis metallum potabile.

Solutio Argenti septima: Recipe Mercurii sublimati & salis armoniaci ana, philosophice ex his destilla oleum, hoc misce cum aqua regis, & impone Auri partem vnam & Lunæ partes duas, destilla postmodum & solues tua metalla in oleum prętantissimum, sigillo silentii commendandum.

Solutio Argenti octaua: Recipe fuliginis libras duas, C. sulphuris libram vnam, vini Rhenani mensuras duas, superfunde dictis, misce, postea destilla, spiritum & oleum ab inuicem separatim collige, spiritus cum alio menstruo circula dies 4. vel 5. deinde superfunde Lunæ reuerberatæ, & facta est solutio octaua.

Solutio Argenti nona: Recipe calcis viuæ q. vis, hanc imbibe cum aceto destillato, destilla aliquoties cohobando, residuo postea adde tartari, silicum in aceto extinctorum, vel etiam loco silicum boli, destilla postmodum per retortam terream, & habes spiritum vel menstruum quod soluit Aurum, Lunam & omnia metalla, item crystallos, &c.

Solutio Lunæ decima: Recipe antimonij libram vnam, Tartari libras quatuor, destilla vel per retortã vel alembicum, quamuis per retortam optimum est, destilla igne fortissimo, & destillabit oleum fœtẽs, postea in arena oleum tartari adhuc semel inde ab oleo antimonii rectifica, ab hac aliquoties cohobando destilla

aquam ſalis,& oleum tandem fit dulce: huic iniice Lunæ vel ſolis calcem & fiet egregia ſolutio, in multis magniſque morbis alias incurabilibus maximum ſecretum.

Solutio Lunæ vndecima: Recipe ſalis Armoniaci, per ſalem vulgarem ſublimati, Item ſalis nitri ana libram vnam, miſce inuicem quam optime, impone retortæ ad deſtillandum per arenam, igne lentiſſimo, velociſſime enim deſtillat, quapropter ignis gradus abhibeatur cautiſſimus, alias perturbatio fiet totius operis, & de tuo ludetur corio. Tandem ſpiritum hunc rectifica adhuc ſemel, & aqua ſoluens eſt parata ad calces metallorum, Solis vel Lunæ. Vel Recipe ſalis armoniaci ſublimati partem ſemis, olei vitrioli partem integram, miſce inuicem ſoluēdo ac deſtilla ſuper Alembicum, & hæc eſt velociſſima Lunæ ac ſolis ſolutio.

Solutio Lunæ Duodecima. Recipe terræ ſigillatæ quantum vis, octo vel nouem libras, indatur retortæ, applicato recipiente & lutatis vaſis, primo deſtilla lente, deinde adauge vſque dum retorta candeat, ſi deſtillabitur ſpiritus albus, qui exit in 6. horis, poſtmodum refrigeratis vaſis recipe totum deſtillatum, ac repone in Balneo Mariæ & deſtilla ad tertiam partem, vt remaneat ſpiritus flauus, inſtar vini acerrimi, hunc ſuperfunde calci Lunæ cum ſale tartari Arcano præparatæ atque vnitæ, & ſoluet ſpiritus in totum illam Lunam, quam poſtea eſſenſifica ſi placet, valet in dyſenteria, peſte & vulneribus capitis.

Solutio Lunæ Decima tertia: Recipe ſachari albiſſimi libras quatuor, fac in Cucurbitam, ſuperfunde ſpiritum vini, & rurſum inde deſtilla cohobando ſexies, poſtmodum pone in arena & viciſſim ad medietatem, & ſi plus abſtraheres, ſacharum combureres, nam vinum ſemper cum ſacharo coquat neceſſe eſt, quare proſpice. Hanc deſtillationem toties cohoba, vſque dum ſacharum mutetur in ſanguineum colorem, quod fit intra 14. dies ac noctes, poſtea huic eſſentiæ adde vitriolum Lunæ ad ſoluendum, circula & eſſenſifica quo purum ab impuro ſecedat & habebis ſolutionem Decimam tertiam: Scio autem non omnes poſſe per hunc ſuccinctum modum ad eam ſolutionem at-

tingere qua de cauſa tradam tibi hic Philoſophicũ conſilium Iſaaci Holandi ad extrahendum Q. Eſſentiam ex ſacharo, cuius Manuale opus (Laus Deo) recenter ad me delatum eſt, talia refert ille verba.

Nunc te docebo ſummum ſecretum extrahendi Quintam Eſſentiam ex ſacharo, cui ſimilis inter vegetabilia non inuenitur: nam exhibetur in omnibus paſſionibus, Calidis, frigidis, Humidis & ſiccis: Propter ſui temperiem, quæ ſoli ineſt, quemadmodum cælum neque eſt calidum, frigidum, Humidum nec ſiccum, propter temperamentum ipſius ſummum, tamen conſtitutum eſt ex quatuor Elementis, ſed ſibi ipſis non contrariis, Quippe ſibi inuicem ita ſunt coadunata, fidemq; ſeruantia vt nunquam ſeparari queant, & vna ſimplicia, etiam fixa in perpetuum, ſumma cum concordantia ſint. Manſura, nihilominus terra indiget Calido, Humido, frigido & ſicco: Cælum ipſi omnia tribuit, ipſum tamen neque calidum, Humidum, frigidum nec ſiccum: Eodem modo ſe habet Quinta eſſentia ſachari, ſciat præterea filius fixum eſſe ſacharũ in extrinſeco vt ſol eſt, & in ſe continere 4. Elementa fixa inſtar ſolis ſibique mutuo temperata, ſed Aurum purum eſt, ſacharum vero impurum, & Aurum extrinſecus eſt calidum & humidum & intrinſecus frigidum, ſiccum & album. Sacharum vero extrinſecus eſt frigidum & ſiccum, & intrinſecus calidum & humidum & Rubeum: fixum extrinſecus eſt, & intrinſecus, nihil ipſi deeſt, quam vt interiora ipſius foras veniant, & ipſius Rubedo quæ intrinſecus eſt appareat, vtque ipſius albedo interius imponatur, & feces ab ipſo ſeparentur, tum demum eſt præparatum, nam non opus eſt vt fixetur, fixum autem eſt extrinſecus & intrinſecus, retinet ſpiritus omnes volatiles. Poſſem nunc referre quomodo generetur. Primo & fundo maris in concauitatibus arundinum: ſed ſi horum auidus, ad 33. Caput recurras, in quo tractatur de generatione omniũ quæ producuntur in imo maris, & aquarum, quomodo inde ſuam accipiant naturam, iuxta conſtitutionem fundi, aut ſalſuginoſi, aut Amari, aut ſulphurei, aut metallici, ibidem natura & generatio ſachari fuſius explicatur. Ideo his ſuperſedebimus. ſatis hic erit, ſi ipſius vires & præparationem doceamus,

modum-

modumque quo ſumi debet ad Medicinam Humano corpori conuenientem explicemus. Ex natura retinet omnes volatiles ſpiritus, & congelat eoſdem in lapidem & fixat, vt Deo fauente inferius explicabimus.

Caput Secundum.

Sciat filius meus, ſacharum à principalibus fecibus repurgari non poſſe, niſi ipſius interiora exterius prouenerint, hoc eſt vt ipſius color videri poſſit inſtar ſubobſcuri, aurei coloris, & poſtquam fuerit coloratum, ipſius Rubedo videtur, & etiam ipſius ignis per ſplendorem fuluum pręterea ipſius feces & combuſtibile oleum. Tunc prius debes ſeparare feces à ſua eſſentia: Recipe duriſſimum ſacharum, & albiſſimum, repurgatum, & ita non opus erit ſolutione, nec coagulatione, & licet adhuc in ipſo aliquid impuri ſit, tibi non oberit in opere tuo, vt interna exterius inuertas, nam ipſum debes purgare, cum ipſius rubedo exterius ſit adiuta.

Caput Tertium.

Recipe decem vel duodecim libras ſachari, plus aut minus ad placitum, pulueriſa & imponas fictili vaſi duro, & ſuperfundas bonæ aquæ vitæ quantitatem, quæ bis terue in Balneo Mariæ ſit deſtillata: & tantum infundas, vt latitudine manuum duarum ſuperetur ſacharum, addas capitellum & imponas bullienti Mariæ Balneo, & cum deſierit deſtillare, refrigeſcat, & rurſus ſuperfundas vinum, & abſtrahas, hoc 5. aut 6. reiterabis. Quo refrigerato, eximas ſacharum, & imponas magno vitro, ignem ſuſtinenti, & colloces in patina cribratis cineribus referta, ſuperfundas iterum vinum, & deſtillando, abſtrahas maiorem partem, aut ſuperfunde duas quartas aquæ vitæ, & cum vnam quartam inde deſtillaueris, rurſus ſuperfundas, & prius modicum calefacias ne vitrum rumpatur, habebis etiam capitellum in ſummo perforatum, vt ita cõmode poſſis infundere, nã ſæpius id erit repetendum, quandoquidẽ vinum abſtrahere debes vigente igne, vt ſimul vinum bulliat cum ſacharo in vitro, quod

magno igne fieri debet & vini cito medietas detrahitur, ideo frequenti erit opus superfusione, si enim omne vinum abstrahere velis, sacharum ardebit, vinum enim semper debet bullire, ideo medietas eius tantum debet abstrahi, præterea si totum abstraheres, sacharum saperet adustionē, est enim in ipso oleum Combustibile, media igitur parte tantum abstrahas & superfundas calefaciendo prius, deinde instar sanguinis reddetur rubeum, hoc fiet spatio octo vel decem dierum secundum ignis regimen, cum videris ipsum rubefieri, refrigeretur, & imponas Balneo M. & abstrahas vinum per Balneum Bull. donec sacharum siccum reddatur & amplius nihil destillet, stet ita siccum per dies 3. 4. vel 5. vt bene & perfecte sacharum congeletur, permittas refrigerari, exime vitrum & frange, & erit sacharum nigrum instar picis, cum fuerit congelatum.

Recipe tum patinam duram fictilem & impone sacharum, & superfundas aquam communem bis destillatam in satis magna quantitate, impone in Balneum bulliens & sit semper tectum vas cum sacharo, stet in tanto calore per 5. aut 6. dies & noctes agitando quotidie quater, vel quinquies agitando ligneo cochleari, tandem refrigescat, & stet duabus vel tribus diebus ad depurandum, & omnes feces petent fundum vasis, quod clarum est, caute effunde in aliud vas mundum & fecibus recentem aquam superfunde, & fac vt ante, recentem aquam affundendo donec amplius aqua non coloretur, Abiice feces, sunt enim nullius valoris, nam Elementum terræ est cum aere, aqua & igne, & non sunt separabilia, sicut in aliis sunt fixa simul & inseparabilia, si enim combustæ fuerint fæces, nihil præter cineres leues remanet, & sicut oleum aut pinguedo comburetur, & nihil remanebit amplius, quam si oleum aut pinguedinem combureres.

Caput Quartum.

Recipe vas in quo est aqua aurei coloris rubea, & imponas Balneo, & superaddas capitellum vel si vis exhalet aqua, refrigescat, & superfunde rursus coagulatæ materiæ recentem aquam & fac vt prius, quod toties erit tibi faciendum, donec

nullæ fæces remanserint, tum liberum erit ab omni impuritate. Vltimo imponas vitreo vasi ignis patienti, & destillando abstrahas aquam, aut exhalet donec instar pelliculæ aliquid superueniat, depone in loco frigido & sicco, aut in calido & sicco, & simul constipabitur frustatim instar lapidis Rubini transparentis, aut si puluerem mauis, relinquas ipsum in calidiori loco, vtpote stupha in magno vitro aperto vt euaporet, donec obscurus fuluus puluis appareat similis pulueri solari, sic quintam essentiam sacchari habes, quam feci, hæc retinet spiritus volatiles, non tamen dulcis est sed cœlestis saporis cum ori imposueris, aut linguæ, liquefiet in inuisibiliter ingredietur.

Et si hibernum sit tempus aut frigore premaris - intus aut extra, videbis ita naturalem calorem sequi, cui similis nunquam tibi contigit.

Imo, ita leue & temperatum reddetur corpus, vt te volare existimes, si autem calida intemperie labores, frigidior redderis, ac si balneum frigidum intrares, atque ita in passionibus calidis, frigidis, humidis & siccis agit vt fidem superet, & miraculi loco habeatur.

Dare poteris cum aqua vitæ rectificata, aut vino, aut aqua rosarum, aut endiuiæ, aut scabiosæ, aut quocunque libet modo, & si corpus male sit extrinsecus affectum vlceribus, sanat intus, & extra si vlcera vino in quo resoluta sit laues, breui curabitur. Vulnera etiam quæ sunt letifera sanat, si matutino tempore gut. j. cum haustulo vini calidi sumatur, Medetur pesti & omnibus morbis hominem infestantibus, hic subsistemus & caput quintum memoriæ mandabimus non scriptis: Hactenus Isaacus Holandus.

Solutio Lunæ decima quarta: Accipe antimonii quantum vis, funde cum Ioue in Regulum, hunc in puluerem conterito & cum sale nitri igne flagrante calcina, & tenebis crocum hepatis colorem referens; Huius puluis bulliat in lixiuio ex cineribus clauellatis & calce viua, donec, lixiuium ruborem contrahat summum, quod in singulare vas per inclinationem effundito, ne feces & impurum admisceatur. Lixiuio deinde euacuato puluerem cum aceto fortissimo præcipita, & edulcora; calci quintam essen-

tiam

tiam cum spiritu vitrioli extrahe: Deinceps per retortam crebris cohobationibus vi ignis ipsam destilla, & quintam essentiam vini seu spiritum separa, & in fundo habebis oleum suauissimum, huic iniice foliatam Lunam, solue & circula, sic facta est solutio 14.

Solutio Lunæ decima quinta: Recipe aluminis quantum vis, fac in retortam, & destilla inde primo lento igne phlegma, postea aucto igne pelle & spiritus, hoc intra horas 36. fieri potest. Hic spiritus albissimus aluminis, rectificandus est cum spiritu vini, & suaueolens ac mitissimus redditur, huic adde Lunam calcinatam & soluet eam.

Solutio Lunæ decima sexta: Recipe florum antimonii rubicundissimorum cum sale armoniaco exaltatorum vncias octo, florum sulphuris correctorum & per salem nitrum præparatorum vncias quatuor, salis vitrioli albiss. correcti quãtum vis, hæc sublima adhuc semel inuicem, deinde sublimatum omnem redde fecibus, contere & cum spiritu vitrioli Veneris imbibe ac destilla per retortam, destillatis oleum à spiritu rectifica; Spiritus soluit Lunam, item & oleum, procede iam prout lubet, nisi quod oleum tibi pro secreto commendo.

Solutio Lunæ decima septima: Accipe Reguli antimonii cum argenti lib. semis fusi, huic adde laudani ex nitro præparati cum sulphure, reducantur in puluerem, & optime misceantur, & crucibulo indita ponantur in igne circulari, ignem augendo per gradus, eumque crucibulo sensim admouendo, donec omnis materia fluxerit, instar metalli fusi.

Tunc vel ferrum candens, vel carbonem iniice, vt sal comburatur: remanentiam exime, dulcifica, exicca, & cum æquali salis prædicti parte secundo vratur, dulcificetur & exiccetur, idem opus tertio repetendo: relictum puluerem vasi vitreo fixatorio bene occluso inditum, per quatuor aut quinque dies in igne fixationis fige vel foue, dando ignem per gradus, donec vas tandem igniatur, & puluis antea albus iam alium colorem acquirat, quem tandem aqua vitæ Tartarisata solues, & circulando digeres in Medicinam particularem præstantissimam, coadiuuante Iouis spiritu.

Solutio Lunæ decima octaua: Accipe Reguli lunaris cũ aquila

cœlesti in alembico sublimati, ab acredine omni optime abluti & exsiccati; Hunc sublimatum cum aqua stygia Philosophorum debita proportione & ex arte composita, soluatur, digeratur, tãdem per reiteratas cohobationes præcipitetur. Ex hoc præcipitato spiritus aquæ Philosophicæ in reuerberio auferantur, perpetuo præcipitatum spatula ferrea commouendo; deinde ad sufficientiam reuerberatus, cum aqua ipsum edulcora. Huic exiccato pulueri affunde acetum Philosophorum, digere, tinge, relictis fecib. in fundo, menstruum separa, dulcifica & cum A kohole vini sacharini solue, & habebis lunam potabilem, virium maximarum.

Solutio Lunæ decima nona: Recipe tartari ad albedinem calcinati, vitrioli vngarici ana libram vnam, salis vncias quatuor, fiat aqua fortis, destillando per alembicum: deinde accipe Mercurii probe loti & cum aceto cocti vncias tres, impone cucurbitæ ad superfundendam aquã; abstrahe & cohoba tamdiu, donec omnis aqua cum præcipitato remanserit, denique recentem affunde, & ad medietatem destilla, vltimo destilla per latus, & destillabis oleum Mercurii, quod rectifica & cum spiritu vini aromatisato edulcora, & habes aquam soluentem lunam pretiosam.

Solutio Lunæ vigesima: accipe reguli antimonii fusi, huic in fluxu importa saturni q. sufficit, vt fiat instar amalgamatis, hoc deinde destilla per latus in oleum rubicundum, rectifica & dulcifica, deinde superfunde Lunæ calci ad soluendam ipsam, si sat Lunæ soluit, Argentum cum oleo præcipita in præcipitatum pretiosum, hunc solue cum spiritu seu Alkohole Philosophico dulci, & maximum habebis thesaurum, de quo tu cogita & perpende orando ac legendo.

Solutio Lunæ vigesima prima: Cura tibi panes conficere ex farina hordeacea cum saccharo & vino rubro, panes hos adhuc calidos superfunde cum rore maiali, digere in fimo equino per 14. dies ac noctes, tandem destilla in oleum pretiosum, rectifica bis vel ter cum suo spiritu; hoc oleum soluit calcem Lunæ reuerberatum, item & spiritus, faciam id, quod lubet.

Solutio Lunæ vigesima secunda: Recipe sphæram seu domicilium stelliferum à Saturno rotatum, quod Philosophorum est aqua, hanc cum igne cœlesti à sole concentratam permisce, & fiet

fuglur,

fulgur, profpice, præceffo hoc tonitru videbis prædominiũ vnius, generans niuem candidam pro efca & nutrimento cygni aftralis: ex Philofophica facta cœlefti niue, deftilla & fepara duo tantum, combinata viciffim redeant in gratiam ignis & aqua, hoc toties reiterato, quoufque cœlum conftellatum cum omni fua influentia habeas in tua fphæra: hoc peracto fufficit adire Regem vel Reginam, pro imperii impetratione, & habebis ab iis quæcumque ex fucco & fanguine aftrali cõtinent; foli Deo agamus gratias; piis data eft fcientia, ac fapientia huius declarati Magifterii.

Solutio Lunæ vigefima tertia: Recipe Cranea microcofmi, hæc deftilla in oleum, & ex aliis calcinatis refolue falem, hic fal debet cum fublimata Luna per 4. dies reuerberari, & deinde cum oleo coniungi, fic fiet egregium medicamentum cerebri. Hæc de folutione Lunæ fufficiant, funt quidẽ plures, verum Philofophus quifquis ad horum probatas formulas, & alias fibi comparare poteft. fequitur, De Luna deftillanda in oleum, in multis tamen cum extractione & folutione idem.

CAPVT XI.

De Oleo Lunæ.

OLeum Lunæ 1. Calcina argẽtum per aquam fortem, calx diligenter exficcetur in tigillo igne forti ne tamen fundatur, fed ftylo ferreo affidue moueatur, mox abluatur aqua communi ftillatitia, & fæpius exiccetur, exiccato fuperaffundãtur quatuor partes olei Tartari optimi, fuper Marmore mifceatur, & rurfus exiccetur, teraturque, tandem imponatur furno reuerberii in ignem flammæ per horas viginti quatuor, Hoc facto tere denuo, totumque colloca in loco humido & foluatur in oleum.

Vt fepares oleum à Tartaro, affunde aquam tepidam, quantum fatis eft, & agita fimul, & permitte fubfidere oleum ad fundum, fepara aquam à Tartaro per filtrum, oleum Lunæ remanebit in fundo, quod ipfum lauabis toties, donec aqua non amplius fapiat Tartarum. Hoc oleum argenti fixum exhibetur ad Maniam, affectus omnes Melancholicos & Cerebrum ipfum corroborandum.

dum. Exhibentur eius guttæ 2. vel. 3. cum aqua florum Betonicæ, & Melissæ.

Oleum Lunæ 2. Recipe salis nitri purificati albissimi libras duas, ochræ vel terræ luteæ libras quatuor, misce & per retortam optime perlutatam fortem liquorem & spiritum destilla, ignem continua, donec spiritus permanare desierint, sine postea omnia refrigerari & ita relinqui per viginti quatuor horas, interim spiritus clarefiet, effunde postmodum in aliud vitrum, & fac vt sedimentum non confundas, sic habes liquorem viridem instar olei, cum quo in hunc modũ procedes. Recipe Lunæ finæ puræ tenuissimeq; laminatę partem vnã, huic superfunde spiritus partes tres, pone in vitro solutionis ad ignem cinerum vel solem, quo liquor Lunam in totum soluerit, postmodum menstruum inde abstrahe & calcem cum aqua pluuiali dulci edulcora, postmodum cum spiritu vini ad siccitatem destilla: Huic calci aliud menstrum superfunde ex spiritu vini & silicibus præparatum, repone deinde per mensem dimidium in putrefactione, tandem abstrahe spiritum & oleum Lunæ erit residuum in fundo, digere si placet & perfectissimum tenebis thesaurum. Eius vsus est in neruorum cõuulsione, morbo attonito, mania, insania, Lienis & Hepatis obstructionibus; confortat cerebrum & memoriam, prodest vertiginosis, &c. Dosis grana 3. cum aquis appropriatis.

Oleum Lunæ tertium: Recipe Lunam cum sulphure absolute calcinatam, hanc in cucurbitam vitream imponito atque aceti radicati fortissimi, ab omni Phlegmate expurgatissimi superfundito, quantum ad soluendam calcem Lunæ satis esse existimes, in loco calido p aliquod tẽpus relinquito, diligenter sæpe calcẽ Lunæ in fundo inspicito & considerato, num dissoluta videatur: cum cognoueris ipsam in liquorem abiisse, per inclinationem in aliud vas vitreum solutum effundito, ac si quid de calce manet residui iterum nouo superfuso aceto radicato, ad soluendum tractato. Cum autem obseruaris calcem vlterius dissolutionem cum aceto radicato admittere prorsus nolle, sedimẽtum capito, atque iterum primę calcinationi sub copello subiicito cum sulphure calcina vt ante, & hoc facies quousq; totã Lunam calcinatã & solutam acceperis, solutũ hisce laboribus peractis ac-

cipe &

cipe &coagula, coagul:tũ ſupra marmor, aut lapidem porphyritem in puluerem tenuiſsimum redigito: Hunc coagulatæ Lunæ ſoluti puluerem in cucurbitulam vitream iniicito atq; aliquoties aqua circulata herbæ eiuſdem appropriatæ, pro ratione viſcerum affectorũ aut morborũ ſuperinfuſæ rectificato: quo ſæpius.n.hoc fit, eo melior deinde redditur Medicina. Hiſce peractis, alterum coagula Lunæ rectificatum, ſolutum, coagulatum imbibe cũ ſpiritu vini alkoholiſato, vt ad duos digitos, ſupemineat: Claude ſuperius cucurbitam, in quam impoſuiſti arctiſſime, atq; ita digere per tres dies ac noctes, rectificatum ſic ac ſolutum, poſtea appoſito alembico alkohol abſtrahe, hoc tertio reiterabis, vltimo tamẽ penitus argentũ ſolutum in fundo cucurbitę remanens accurate eximito:facq; periculum an in vinum proiectum inſtar Niuis ſoluatur, atque in liquorem tranſeat. Hoc ſi feceris opus eſt perfectum, poteris etiam ſi lubet hoc ſolutũ in oleum ſupra marmor in cella vinaria profunda loco humido diſſoluere. Melius tamen mihi videtur ſi in forma alkohol ſeruetur, nam qualibet aqua liquore conueniente, ſubito liquefit iniectum & hoc in peregrinãdo vſus maximus: ſin vero velis hoc non eſſe contentus, ſuperfunde oleũ ſeu ſpiritus æris viridis, aut ſulphuris ſpiritum acidum philoſophicum correctiſſimum, atque ſtupendas huius Medicinæ operationes tenebis. Diuina hæc eſt Medicina in cerebri, Lienis, Renum, in inteſtinorum præcipue colicis & vteri doloribus, atque omnigenis malis diſpoſitionibus.

Oleum Lunæ Quartum: Recipe Lunæ puriſſimæ, perfectiſsimæ ac finiſſimæ quantum vis, reduc in Laminas tenues, ac ſuperfunde olei vel ſpiritus nitri ſufficientem quantitatem, & Luna ſoluetur in liquorem ſubuireſcentem, hanc aquam ſiue ſolutum Lunæ, ſine reſidere, & poſtea quod pellucidum, ac clarum eſt à ſedimento per inclinationem ſepara, reſiduum in fundo per edulcorationem laua, remanentiam vero denuo cum ſpiritu nitri ſolue, atque ita ſoluendo procede, donec nullam in fundo reſiſtere faciat reſidentiam, & Luna penitus in liquorem pellucidum ac limpidum tranſierit. Hoc labore peracto, accipe ſolutum Lunæ in forma aquæ limpidæ pellucidæ, coagula, coagulatum edulcora cum aqua pluuiali deſtillata ter, poſtea

edulcoratum ſedimentum exiccatum, cum liquore nitri ſolue iterum, ac procede ſecunda vice, ſicuti primo eſt factum, atque ita eſt procedendum, donec Luna totaliter reſoluta appareat. Hoc ſolutum coaguletur, atque æquali pondere nitri puriſſimi furno calcinationis, in gradu ignis ſecundo, aut ſi metuatur fluentia in tertio ſufficienter calcinetur. Hanc calcinatam Lunam extrahe cum Alkohole vini perfectiſs. extractam collige per inclinationẽ & à ſedimento ſepara, atque ſeorſim ſerua ſupra ſedimentũ iterum nouum alkohol vini ſuperinfunde extrahe & ſepara vt prius per inclinationem, hunc laborem continuabis quouſque totam Lunam ſolutam conſpexeris, tunc accipe ſolutum collectum, atque in cineribus coagula, & reperies in fundo alkohol tenuiſſimum, cuius perfectionis ſignum erit, quando ſupra marmor in profunda cella vinaria in arena aut quod melius in terra humida ponitur, in liquorem tranſit & ſoluitur, tunc habes oleum Lunæ, quod rectificabis aut cum aqua roſarum, ad Hepatis ac cordis morbos: aut maioranæ ſi ad morbos capitis ſiue florum peoniæ, ſiue primulæ veris, aut lilii conuall. ſiue florum tiliæ in Apoplexia, in Epilepſia, in Paralyſi cum aqua Ononidis ad morbos Renum & in calculo, aut meliſſæ ad morbos matricis, aut cuſcutæ ad morbos Lienis. Quidam etiam ſoluunt alkohol Lunæ perfectiſſimum cum oleo vitrioli ſimplici, rite & optime præparato, ſed multo melius eſt cum ſpiritu vitrioli vere ac iuxta artem rite præparato, atque poſtea cum aquis ad morbos appropriatis rectificato, hic vltimus modus eſt excellentiſſimus & optimus: cedit enim hac ratione Luna in Medicinam Diuinam virtutum ſane admirabilium ad grauiſſimos morbos, tam cerebri quam cordis, nec non Hepatis, ventriculi, lienis, matricis omniumque viſcerum, meſenterii, Renum, Veſicæ, chiragrę, podagræ, reliquorumque articulorum præter naturam diſpoſitorum: Catarrhos etiam maiorem in modum corrigit, qui exiſtunt cauſæ potiſſimæ omnium defluxionum ad partes ſubiectas quaslibet. Afferunt etiam quidam oleum Lunæ rite præparatum vulneratis & dicunt illud mirifice opitulari cum in præuocandis ſymptomatis, tum in curandis vulneribus: Ego (inquit author huius proceſſus) autem cum fœliciſſimo ſucceſſu in febribus peſtilentia-

libus

libus & aliis malignis continue ardentibus, nec non tertianis feruentissimis in venenositate reprimenda atque siti vehementissima vsus, incredibilem opem ita compertus, vt satis mirari vix potuerim. Nam non multo minores virtutes in hac cœlesti Medicina quam in perfecto, iuxta artem parato, soluto Auro in esse effectu ipsissimo cognoui & perspexi, nec dubium est quin Medicus prudens plura excellentissima in languentium multiiugis morbis depellendis iuuamina reipsa per vsum frequentem inueniet.

Oleum Lunæ 5. Recipe Iouis cum Mercurio amalgamati libram integram, hoc cum aceto & sale ad summam puritatem abluito, quo totalis nigredo ab eo abscedat, huic postmodum exiccato, adde Mercurii sublimati etiam libram, repone inuicem in cella ad soluendum vti fit intra paucas septimanas, si non vult fluere cum limatura ferri poteris coadiuuare, hoc solutum postea in totum destilla, vt teneas aquam Mercurialem, quam proprio sale tinge, tincto, superfunde hunc liquorem Lunæ sublimatæ, & destilla inuicem per retortam, & accipies oleum Lunæ, quod rectificatum habe pro thesauro.

Oleum Lunæ 6. Recipe salis gemmæ quantum vis, solue cum aceto vini, deinde filtra ac coagula, hoc repete quindecies, soluendo videlicet filtrando ac coagulando, tandem cum spiritu vini destilla in oleum dulcissimum ac purissimum, hoc calcem Lunæ taliter soluit vt difficili modo abinuicem possis separare, & fit talis Medicina quæ non indiget separatione sed si velis, rectifica aliquoties, tandem oleum salis destillat primo & Lunæ oleum remanet.

Oleum Lunæ 7. Accipe Lunæ calcem perfectissime cum sulphure reuerberatam, hanc extrahe cum aceto vel spiritu vini, deinde coagula ad siccum puluerē, hunc edulcora exiccatum vicissim retine: Huic superfunde verum oleum salis armoniaci pro soluendo, deinde cohobationibus aliquot rite factis, accipe tuum oleum, hoc edulcora & rectifica.

Oleum Lunæ octauum. Traditur à nobis nobilissimum menstruum solutiuum (supra in nostræ Basilicæ Chymicæ lib. 1. cap. 10. fol. 102.) ex Mercurio præparatum, hoc Lunæ reuerberatæ

superfunde, & habebis oleum Argenti exquisitissimum, eadem enim quæ Aurum ducunt in solutionem, soluunt & argentum, qua de causa istum modum tibi amicissime Philosophe artifex commendamus.

Oleum Lunæ nonum: Nobile menstruum fit ex sale nitro & spiritu vini per circulationem in Pelicano, ita autem fiet vt hæc duo per longam continuationem fundum vitri non attingant, tandem veram notam vnionis habes, Hoc menstruum superfunde sublimatæ Lunæ destilla vt solutio artificiosa fiat, sic in fundo tenes oleum Lunæ nobilissimum, quod pro vero secreto & tibi communico, tu modo adhibitâ summâ diligentiâ hunc spiritum soluentem recte perpendendo labora ac rectifica.

Oleum Lunæ decimum: Recipe Oleum vitrioli dulce, & aquam fortem, in qua Luna sit soluta, confunde hæc & destilla aliquoties cohobando super alembicum, non tamen opus est vt ad siccitatem destilles: deinde affunde his spiritum seu Alkohol vini, & repone in cellla vinaria humida, & si facta est subsidentia accipies crystallos Lunæ, quos recipies, menstruum vero ad medietatem dephlegmando abstrahes, vsque omnes crystallos ex metallo teneas, quos coques ac solues cumque pura aqua coagulabis, coagulatis deinde cum spiritu vini digere & destilla per alembicum in balneo Mariæ & breui habes oleum Argenti verum.

Oleum Lunæ vndecimum: Fiat lege artis spagyrica solutiuum menstruum præstans ex Mercurio sublimato & vino sublimato, (vide Basil. Chymicæ cap. 10. fol. 109.) huic iniice aut folia Lunæ vel calcem Lunæ, digere & putrefac per quindecim dies in balneo Mariæ, tandem menstruum redistilla & oleum Lunæ est in fundo vasis, hoc edulcora.

Oleum Lunæ duodecimum: Calcina Lunam perfectissime cum sale tartari & sulphure vt artis est, calcinato postea adde recentis salis tartari & salis vrinæ ana partes æquales, superfunde etiam de spiritu vini tartarisato, digere, putrefac, deinde destilla Lunam per alembicum, & digere postmodum in oleum.

Oleum Lunæ decimum tertium: supra capite decimo dictum.

ctum,

ctum est in solutione Lunæ 13. de Philosophico menstruo ex saccharo præparato, hoc non solum soluit Argentum & Aurum, sed etiam faciliime in oleum reducit, si artificiosa methodo procedatur; quoniam autem eius non solum eo in loco, verum & in aliis pluribus fit mentio, inde tanquam digressus, Philosophum reduco.

Oleum Lunæ decimum quartum: Solue Lunam ex spiritu salis nitri cum sale armoniaco sublimato fortificati, solutione Philosophica facta, procede vt Luna det vitriolum, Habito vitriolo Lunæ purificato, solue cum spiritu vini tartarisato & ascendit liquor Lunæ cæruleus super alembicum, & oleum in promptu est: Quia autem plurimæ solutiones Lunæ cum illis, quæ de Auro traditæ sunt, coincidunt, remitto Philosophum, ad eius anatomiæ resolutionem, non enim opus esse duco, quod eas hic in specie repetam, Quare videat Philosophus cap. 10. Huius Basilicæ Chymicæ lib. 1. de oleo solis, sequitur cap. 12. de Magisteriis compositis ex Luna.

Mysticas hic tibi aperiã coronidis loco tres Solis ac Lunæ solutiones 1. quæ fieri potest per vitriolum & salem tabari: 2. per crystallos Lunæ & Iouis. 3. per acetum impprægnatum Sale Saturni & Iouis. Laus Deo.

CAPVT XII.

De Magisteriis compositis ex Luna.

COmpositio 1. ℞. corallorum rubeorum puluerisatorum librã integrã, succini albissimi libram semis, destilla inuicem per retortam, ignem prius dando mediocrem, & exibit cum oleo succini tinctura corallorum instar sanguinis, hoc oleum infunde quintæ essentiæ Lunæ cum spiritu vini extractæ, abstrahe pulisper & digere, vt vnam in essentiam abeant: cuius dosis 2. vel 3. guttæ cum vino vel aliis appropriatis. Maximum est secretum in apoplexia, epilepsia, & aliis morbis cephalicis.

Magisterium secundum: Recipe corallorum rubeorum, q. vis, calcina hæc cum spiritu vitrioli vt artis est: Calcinatis super-

funde Alkohol vini cum tinctura vitrioli Lunaris siue argenti imprægnata, digere, essensifica: & eodem modo quo supra habes magisterium maximum & sanguinis purgatiuum præsentissimum.

Magisterium tertium: Recipe spiritus vini libram integram, Theriacæ Alexandrinæ vncias sex, Myrrhæ, aloes ana, vnciam vnam, Croci vnciam semis, misce omnia perquam optime, & macera per diem Philosophicum, postmodum destilla ex cineribus per retortam igne moderato, destillatum serua: supra satis diu multumque à me tibi commendata est essentia Lunæ cum spiritu vitrioli extracta, hanc æquali cum pondere adde prædicto destillato, digere si placet, vti tamen oportet, & si mauis vel ad manus sit spiritus cornu cerui, adde eius quantum vis, & maximum inde anodynum ac mysterium cordis ac cerebri tenebis, de quo tibi dicemus, Deo dante, in nostris miraculis Chymicis.

Magisterium compositum quartum: Funde regulum antimonii cum Marte, hunc sublima in flores rubicundos, quos postmodum reuerbera, & cum spiritu aceti extrahe, extractos dulcifica, & cum spiritu vini, cinnamomo aromatisato essensifica citra separationem spiritus vini, & prima facta operatio: Confecta iam sit essentia hepatum de serpentibus, Item & essentiæ Lunæ, has tres si commiscueris & in elixir redegeris, omnes Deo dante Leprosos ac maniacos curabis.

Magisterium compositum quintum: Recipe Lunæ partes 4. antimonii partes 12. Funde simul in regulum: Hunc regulum vulgari modo præcipita: præcipitatum edulcora; edulcoratum cum spiritu aceti extrahe: Extractum dulcifica vicissim: edulcoratum, Essensifica cum spiritu vini iuniperato: Essensificato adde ei essentiæ de sapphiro partem dimidiam, circula in vnum elixir, & magnarum virtuosarumque virtutum tenes Magisterium.

Magisterium compositum sextum: Recipe salis gemmæ quantum vis, misce cum luto figulino, ad conficiendos exinde globulos, hos exicca in aere, postmodum destilla ex igne aperto, & accipies oleum flauum, hoc exime ex recipiente, & infunde cucurbitæ, ad abstrahendum ab eo phlegma in balneo, leniter

autem fiat, vſque dum oleum ſalis in fundo appareat ſiccum: poſtea ſublima in alembicum, & aſcendet Salarmoniacum Philoſophicum, feces in fundo nigras remanentes reiice: Hunc ſublimatum ſalem pone in vitro, & ſuperfunde ſpiritum vini alkoliſatum, lutato vaſe pone per octiduum ad circulandum, poſtea ex arena deſtilla per reiteratas cohobationes, vſque dum ſpiritus vini cum ſpiritu ſalis tranſierit, hic Philoſophicus eſt & artificioſiſſimus, habebis autem & comparabis tibi huius optimam quantitatem, quo ad extrahenda metalla & alia tibi ſit ſufficiens. Hunc ſpiritum ſalis ſuperfunde Auro ſpongioſe calcinato, & deſtilla per alembicum & veram Auri eſſentiam habes, non corpus in totum ſolutum ſed ſolam animam; accipe recentem ſpiritum & eodem modo procede ad Lunam calcinatam, Hancque eſſentiam eodem modo retine.

Tertio ſuperfunde & huius ſpiritus ſufficientem quantitatem margaritis, eodem modo deſtilla, vt habeas & ſolutionem animæ perlarum; Demum tres à corporibus ſolutas animas coniunge & eſſenſifica, & pretioſiſſimam in promptu habes Medicinam trium tincturarum arcanam, Laudemus Deum.

Magiſterium compoſitum ſeptimum: Hoc magiſterium conſiſtit in tribus eſſentiis: prima eſt quæ fit ex floribus ſolis factis p ſpiritum vini: ſecunda fit ex floribus Lunæ, factis per aceti ſpiritum: Tertia fit ex floribus martis, factis per oleum vitrioli: Hæc tria corporum eſſentialia in vnam combinationem redacta generoſam dant & præſtant Panacæam, de qua non opus eſt multis diſceptemus, cum Philoſopho Naturæ conſulto probe conſtet, & quamuis adeo non patet ad oculum hic proceſſus, tuum eſt perpendere Philoſophorum verbum ſimplex & ſapiens.

Magiſterium Lunæ compoſitum octauum: Recipe ſpiritus vitrioli libras duas, huic adde olei macis deſtillati drachmas duas, olei Maioranæ drachmam vnam ſemis, olei ſuccini drachmas tres, Ambræ, moſchi, zibettæ ana drach. integram, mixtis inuicem & digeſtis in arena adhuc ſemel rectifica, hunc ſpiritum correctum ſuperfunde ſali ex matre perlarum confecto, & præ-

ſtantiſs. ac ſanguineum extrahet colorem: Hanc eſſentiam circula cum eſſentia Lunæ, eſſentia viſci quercini, Camphoræ & Theriaces, &c. Et perfectum theſaurum tenes in curandis morbis cephalicis.

Magiſterium compoſitum Lunæ Nonum: 1. Fac tibi crocum ex vitriolo martis artificioſum, hunc cum ſpiritu vini reducito in eſſentiam oleaginoſam Auro in virtutibus reſplendentem: 2. & fac tibi eſſentiam ex vitriolo Lunæ non minimarum virtutum: 3. Confice Argentum viuum ex Antimonio, velut ſupra ſcripſi libro 1. Baſil. Chym. cap. 11. fol. 148. in Panacæa ſolari vigeſima: his præparatis quartum reſtat opus, videlicet, vt duas dictas oleaginoſas eſſentias ſuperfundas Mercurio, quo inuicem præcipitentur & in vnam abeant, per deſtillationem, Panacæam, quæ ſane, teſte choro antiquorum Philoſophorum, pro ſummo habebitur ſecreto, cui ſic non placet, addat & partem eſſentiæ ſolis, & theſaurus erit Diuinior.

Magiſterium compoſitum Lunæ Decimum: Accipe ſanguinem Lunæ arte philoſophica per ſpiritum vrinæ procuratum ac ſublimatum, nec non adhuc reſtantem cum menſtruo; Recipe & animam ſolis, per S. vini Philoſophicum, ſublimatam, etiam cum menſtruo: Has duas eſſentias confunde & præcipita cum eſſentia cæleſti vniuerſali, digere, deſtilla vel ad ſiccum vel in oleum prout vis, Hoc curat omnes (cum Deo) morbos & eſt particula ſeu ſcrupulus veræ Medicinæ vniuerſalis, hanc triadē philoſophica vnione vnitam ſi genuine intellexeris, principium atque Naturæ ens primum tibi ex Aſtris eſt cognitum atque diuinitus traditum, ſoli Deo gloria.

Magiſterium Lunæ compoſitum vndecimum: Recipe vnum aut alterum cranium, recens exquiſitiſſime ab omni carne denudatum, & in fruſtula aut ramenta conciſum, immitte retortę, cuius tubo adhæreat Recipiens capax, bene & optime lutatus, ne ſtrictius & ſpirituum vi & copia, ex retorta arenæ immiſſa & inhumata prodeuntium, diſſiliat; In qua operatione igni nequaquam parcendum, qui infra ſupraque ac circumcirca ita eſt ex arte admouendus, ac aſſidue perflandus, vt retorta ex incendio incandeſcat, ac exardeat; nec ab igni fouendo prius deſiſtendum, quam

ex cor-

ex cornuta spiritus albi [illegible] in vas recipiens effluere desierint: Quod facile cognoscetur ex recipientis vasis declaratione, cuius perspicuitas nihil spirituũ amplius exhalantium aut rubri olei, vnde antea turbabatur, restare satis arguet.

Quo cognito ab ignis continuatione cessandum, sinendumque est, vt per se sensim extinguatur, & citra tactum vasa refrigescant; à quibus agitandis supersedendum ad horas 24. vt per ocium spiritus melius in recipiente firmentur, insideant ac conquiescant.

Ex quo tandem effundendus erit seorsim liquor subalbidus, ac instar lactis turbidus, qui ex singulis craneis ad quatuor circiter aut quinque vncias extillare solet, cui rubrum oleum, sanguinis instar, supernatabit ad sex drachmas, vel semiunciam: at feces in fundo retortæ residuæ, carbonis instar comminuti nigerrimæ, in cineres albos erunt igne reuerberii redigendæ: ex quibus sal aqua pæoniæ stillatitia eruatur: eiusmodi sal soluatur, filtretur ac coaguletur cum eadem ipsa aqua: idque toties repetatur, dum perfectissime emundatus sit ac depuratus.

Interea autem dum huius salis operationi incumbetis, ter aut quater repetetis ac iterabitis liquoris, cum tinctura sua supernatante coniuncti, destillationem.

Quum autem ista omnia grauem admodum ac flagrantem odorem spirent, vt is detrahatur, traiiciendus liquor erit per modicum colchotaris, ex vitriolo Cyprino aut vngarico exiccati, qui vere aureus ac summe pretiosus inde euadet, Mercurium cum tinctura sua mixtum, oleo aut sulphure continens, in quo liquore si salem suum dissolueris, euadet in perfectissimum Medicamentum atque Magisterium: de quo vide Ios. Querc. tetr. de grauiss. totius capitis affect. cap. 26.

Huius Magisterii accipe part. 1. Essentiæ Lunæ cum spiritu vitrioli philosophico paratæ partes ij. Essentiæ perlarum, Corallorum an. ℥j. diamoschi, diacastorei ana ℥ſ. Essen. pæoniæ ℥ij. misceantur ac circulentur in Pellicano in Balneo Mariæ, ad tres aut quatuor dies, & habes pretiosum thesaurum ad curandam Epilepsiam, Apoplexiam, maniam, Melancholiam, &c.

Magiste-

Magiſterium ex Luna compoſitum Duodecimum: Recipe vitrioli ſulphuris per ſe ſublimati q. v. ex hoc cum ſpiritu vini elice eſſentiam nobiliſſimam Narroticam, ſepara diligenter purum ab impuro, quo clarior & ſanguinea perſpicax que ſit: Huic recipe vnam aut duas vncias, & adde eſſentiæ verę ex Luna perfecta tantundem: vnitis his duabus eſſentiis adde & tertiam eſſentiam ex his ſpeciebus extractam: Recipe ſalis Cranii microcoſmi vnciam ſemis, ſalis perlarum, Corallorum ana drachmas tres, caſtorei recentis drach. vnam, diamoſchi dulcis, confect. alkermes ana: drach. ſemis, mellis anacardini vnciam vnam, cinnamomi tantundem, mixtis his atque extractis circulentur artificioſiſſime cum duabus ſuperioribus ingredientibus, ſic fient Baſis Medicinæ cephalicæ perfectiſſime.

Magiſterium ex Luna compoſitum Decimum tertium: Recipe coralliorum rubeorũ q. vis hæc ſolue in puluerem vel ſalem albiſſimum aceto, ſolutis ſuperfunde ſpiritum Mercurii eſſenſificati, ſolue ſecundo vſque nullas relinquant feces, tertio cum S. vini ſanguinem corallorum rubini inſtar extrahe pro tertio & habes Tincturam coralliorum 6 pro hac panacæa opus primum: Deinde ſolue cum ſpiritu vitrioli eſſentiam ex opii ℥.j. Mãdragor. ʃ.j. ſem. Papar. ℥.j. Rad Hyoſc. ʃ j. Mixtis & extractis modo artificioſo rectifica ab omnibus impuritatibus, ſunt enim malignæ qualitatis, ſi non artificioſe reſolueris, hoc opus Panaceæ ſecundum. Tertio coniunges has duas Extractiones addendo Argenti Tincturæ ℥.iij. Tinct. ſolis ℥.j. olei camphoræ ʃ.iij Eſſentiæ caſtorei ʃ.ij. His coniunctis pone in digeſtione pro facienda inter eas vnione, & hoc magiſterium plus valet quam omnia laudana opiata, eius enim ſunt ineffabiles virtutes, nullum etiam inde metuendum periculum, veluti illud exiſtit apud Laudana opiatica, ſi non artificioſe præparantur.

Magiſterium ex Luna compoſitum Decimum quartum: Repone in Athanore per menſem ad præcipitandum in rubicundum puluerem, ſalem entis metallorum ex prima ſphæra; Menſe hoc peracto reſolue puluerem cum ſpiritu ſeu igne ſolis, (non Auri) eſſentiam hanc in æquali pondere adde eſſentiæ Lunæ, & eſſentiæ Auri, cum menſtruis digerantur circulentur, & pro

Medi-

Medicina vniuersali retineantur, si hanc triadem intelligis, scis & priorem.

Magisterium ex Luna compositum Decimum quintum: Recipe Astri Laminati siue foliati, Mercurii Philosophici, & S. Philosophici, quantum vis (Audiuisti multos pondus in errorem duxisse quare considera) terito hęc duodecim aut pluriũ horarum spatio super marmore, includito deinde vasi vitreo, triginta horarũ spatio leui igne ad instar candelæ regito, operi tamẽ singulis septimanis adsis videndum, & quod eleuatum cõspexeris, leporino pede absterge, tempore exacto fortiorẽ daturus ignem, alio vasi indito, per 40. dies ignem vti scis regendo, primo nigrũ, album exinde, postea citrinũ, demum rubeum nanciscatur colorem, philosophorũ postmodum lutato ouo incluso, lentum per dies 15. adhibe ignem, inuenies tandem contracto vase, Medicinam tuam cuius pars 1. tinget ex mẽte Arnoldi Villanouani 50. Ex manuscripto aliquo secretissimo. Paracelsus loco crudarum specierum Essentias sumpsit, hæc fuit operis abbreuiatio: clarius equidem loqui possem, sed non omnes sunt digni.

Magisterium Lunæ 15. Monachi fratris Gualterii: Recipe separatim Lunæ vnciam vnam, Mercurii à sale & vitriolo sublimati vnciam vnam: Dissolue in aqua forti de vitrioli libr. 1. Nitri lib. semis, cinabrii vnciis tribus destillata, cuius phlegma abiiciatur, accipianturque spiritus tantum rubei. Solutionem dein vtramque coniunge, à qua tertiam aquæ partem per alembicum abstrahe, deinde reliquum humidæ terreæ p 15. dies foueæ manda, aqua deinde effusa inuenies lapillos crystallinos, qui fimo equino traditi mensis spatio in aquam vertentur, quæ in cinere etiam mensis spatio vel paulo plus indurabitur, ad instar lapidis, dissolue secundo & tertio ac congela, quod amplius congelari non possit: Huius pars 1. tinget 30. Mercurii in Lunam. Restaret etiam vt multiplicationem enarrarem, nonnullis etiam annexis, ars prohibuit, si hoc scis præparare pro prima vice sufficit.

Magisterium Luuæ 16. Recipe essentiæ vitrioli solis partẽ 1. Essentiæ vitrioli ex Luna part. iij. Crystallorum ex sacharo lib. ſ. vel partes 5. Impone ampullæ vitreæ in stupha temperata & sicca,

& ſpacio 30. dierum coagulabuntur in lapidem per 20. dies ponas in athanor & fixabitur vnum cum altero, & tunc mira hæc Medicina operabitur in corpore humano, fidem ſuperantia: ſi cum ſpiritu vini Alkoholiſato adhuc ſemel abeat per capitellum, millies duplicata eſt eius virtus, & tum miraculoſe operatur: Hæc Iſaaci Holandi ex parte ſunt verba.

Magiſterium Lunæ compoſitum 17. Recipe Mercurii Lunæ per ſe intra 40. dies præcipitati partes quinq;, Mercurii vulgi partes decem, Iouis præparati partes vj. pone in vitro fixatorio, ſigillo Hermetis occluſo ad fixandum, da primo ignem lentum, deinde fortiorem, & materia fixa reddetur tingens metalla ac corpora: Ex libro antiquo.

Magiſterium Lunæ compoſitum 18. Recipe Cerebrum microſmi integrum ac recens, vel de ſuſpenſo aut decollato, hoc in patina vitreata cum piſtillo vitreo optime contunde miſcendo cum his eſſentiis.

Recipe Q. eſſentiæ cinnamomi, ambræ ana ℥ j. eſſentiæ ſuccini ℥ iiij. Eſſen. Croci, Aniſi, Garyophyllorũ ana ℥ j. In harum defectu ſubſtitue aromata cruda ac pura. Addendo ſatis magnam quantitatem ſacchari albiſs. depurati: His probe commixtis inde cucurbitæ aut phiolæ ſatis amplæ, ſuperfunde Alkoholis vini cum floribus liliorum conual. eſſenſificati, pone omnia in putrefactione, adaptato cæco alembico probe lutato, ſtent in digeſtione ſolis vel caloris per aliquot ſeptimanas, deinde in balneo roris circula per ſeptimanam in eodem vaſe, ſumma adhibita cautione ignis etiam cohoba, vltimo deſtilla, deſtillatum, proprio ſale imprægna, tandem omne deſtillatum rectifica: Huius eſſentiæ recipe partes iij. vel iiij. eſſentiæ argenti veræ partem j. aut ij. ſalis cranii microcoſmi p. j. Miſce & rediſtilla vel coagula in vnam eſſentiam, quam habe pro theſauro theſaurorum, & quamuis multum inde conſumas temporis, non pœnitebit quia tibi ſummum erit ſecretum in curandis morbis cephalicis, ſpiritualibus & animalibus.

Magiſterium Lunæ compoſitum 19. Recipe extracti ſiue eſſentiæ cinabrii mineralis veri ℥ ij. Eſſentiæ Lunæ ℥ j. Eſſentiæ Solis eſſentiæ perlarum, item corallorum ana ℥ j. Eſſent. Croci ℈ ij. Miſce fiat elixir cordiale ac cephalicum ſummum.

Magiſte-

Magisterium compositum Lunæ 20. Recipe essentiæ Mercurii Philosophicæ extractæ ℥ ij. Essentiæ Lunæ ℥ j. Salis corallorum, perlarum ana ℥ ſ. M. fiat elixir.

Magisterium compositũ Lunæ 21. Recipe salis Saturni partem vnam, Lunę solutæ partes duas, arcani vitrioli partes quatuor, Mercurii viui partes tres, misce hæc omnia perquam optime, pone in lenioribus cineribus per tres septimanas, tandem adauge ignem, & accipies rubicundum vitrum instar rubini, huius dosis grana v.

Magisterium Lunæ compositum 22. Recipe essentiæ Lunæ partes quatuor, essentiæ pulegii partem vnam, essentiæ castorei partes duas, essentiæ perlarum par. j misce in elixir: Essentia vero Lunæ hic requirit singulare extractionis mẽstruum, quod sic præparatur: Vitriolum calcinatur in hypocausto ad albedinem, deinde additur libra spiritus vini integra, & destillantur per retortam: destillato spiritu vini cum S. vitrioli, infunde cucurbitæ & adde recentis panis libras duas, rectifica seu destilla adhuc semel & vitrioli habes spiritum acetosum, hunc superfunde extract. vulgari ex Luna, ad essensificationis finem, & perfecta sunt, additione superiorum, omnia.

Magisterium Lunæ compositum 23. Accipe salis tartari q. vis, hunc solue cum spiritu vini, & pone per mensem in phiola circulandum, deinde destilla & habebis spiritum tartari acetosum instar olei vitrioli, cũ hoc solue & extrahe vitriolum Lunæ in essentiam, cui addes essentiam formicarum ana; circulando & digerendo cum sequenti hoc spiritu. Recipe fruct. anacard. ℥ ij. Castorei ℥ vj. Florum Borrag. M j. Cinnamomi ℥ j. digerant ac destillentur cum spiritu vini optime Alkoholisato; tandem circulatis omnibus lenissime destilla spiritum ad tincturam, quæ egregia est cephalica Medicina, datur cum eodem iam abstracto spiritu.

Magisterium Lunæ compositum 24. Recipe salis q. vis huic in vitro affunde Paracelsi aquam soluẽtem Paradisi, digere per mensem ad ignem vaporis, vel roris, postmodum destilla phlegma seu aquam Paradisi toties cohobando, quousque Sal conuersum sit in oleum dulce, huic adde, videlicet partibus octo, essentiæ solis partem semis, essentiæ Lunæ partes duas vel tres, pone in pelicano

ad circulandum per mensem, postmodum rectifica & habes Elixir præstans.

Magisterium Lunæ compositum 25. Solue Lunam cum Saturno in aqua forti, hanc ad liquorem crassum abstrahe postea & fac generet puros crystallos, horum fac q. vis ad necessitatem reserua pro 1. Deinde funde antimonium in crucibulo, fuso proiice Lunam purissimam, fusis sufficienter vas refrigeret, regulum manda sublimationi, vt Luna cum antimonio ascendat: Huius sublimati recipe partes tres, crystallorum partes duas, superfunde Alkohol vini pro vnione & copulatione in coagulum medicamentosum ac salutiferum.

Magisterium Lunæ 26. Solue Lunam, & præcipita modo vulgari, edulcora etiam, huic præcipitato affunde oleum sulphuris, quo calcem soluat, deinde edulcora, huic præcipitato adde magist. perlarum, ℥ ij. Turpeti solar. ʒ j. M. Fiat arcanum secretissimum.

Magisterium Lunæ 27. Nepenthes Quercetani generosissimum: Recipe Salis, colchotaris vitrioli vngarici optimique vncias quatuor, Lunæ præcipitatæ & bene edulcoratæ drachmas decem; affunde his acetum destillatum mellitum, & destilla inde decies, ad minimum, semper affundendo nouum acetum in vase amplo, quia valde incalescit, & soluitur tota materia instar mellis, fitque dulcis instar sacchari: super istud pondus adde essentiam croci ex vnciis tribus croci, & cochlearia duo syrupi ex cinnamomo, aniso & garyophyllis compositi, Myrrhæ, mumiæ, ana drach. duas, Magisterii perlarum & corallorum ana drach. vnam, super hanc materiam spiritum vini optime rectificatum septies cohoba, & cum mistione & cohobatione colchotaris vitrioli reducitur in Anodynum præstantissimum. dosis granum piperis.

Magisterium Lunæ 28. Recipe butyrum antimonii & Mercurii sublimati, superfunde spiritum vini recentem atque Alcolisatum, cum hoc vino elice tincturam optime, prout possibile erit, postea spiritum vini in balneo lente abstrahito, & manebit in fundo oleum; huic oleo superfunde aquam fortem, in qua Luna prius sit soluta; postea aliquoties aquam fortem ab illis abstrahito, quo

to, quo Luna cum oleo redeat in gratiam; vnitis sese præcipitabūt, qui præcipitatus omnino non est edulcorandus quia sine corrosione optimus atque diaphoreticus, huius dosis ℈ j. ad ℈ j. mouet sudorem, & dici merito debet Bezoarticum Lunæ. Hæc de Magisteriis Lunæ, &c. sequitur Caput 13. De Mercurio Lunæ.

CAPVT XIII.

De Mercurio Lunæ.

MOdus 1. Conficiendi Mercurium Lunæ: Recipe spiritus vini libram semis, in hac solue salis armoniaci vncias quatuor, salis tartari vncias tres, salis alkali vncias duas, confunde omnia simul in phiolam, in qua sit Lunæ li' ra semis, putrefiant per quadraginta dies ac noctes, post putrefactionem prius sublima, deinde destilla per latus ex retorta in aquam frigidam, & habes Mercurium Lunæ viuum, currentem absque pedibus.

2. *Modus conficiendi Mercurium Argenti.*

Recipe Lunæ sublimatæ vncias quatuor, vti supra demonstratum est, huic superfunde aquæ fortissimæ libram semis, adde salis tartari vncias tres, destilla in recipiens, cui impositæ seu infusæ sint spiritus vini vnciæ quatuor permistæ cum salis armoniaci vnciis duabus; destilla aquam fortem cum Luna in spiritum vini, postmodum destillatum cum spiritu vini reaffunde Lunæ, putrefac per dimidium mensem, deinde inde retortæ & destilla vt supra ex retorta per latus, hoc destillatum dabit Mercurium Lunæ. Vel Recipe Lunæ sublimatæ vncias quatuor, salis armoniaci, salis tartari ana vncias duas, aquæ fortissimæ libram semis, destilla per balneum Mariæ quo salia soluantur, postmodum reaffunde, & manda putrefactioni per 20. dies, tandem destilla per latus.

Hic Mercurius præcipitabitur per se in phiola, vt fiat summum cerebri medicamen, & purgans in lepra alba, item omnes curat morbos qui Lunæ subiacent, morbum etiam gallicum, fistulas, cancrum, lupum, etiamsi cerebrum sit læsum, attamen succurrit.

Modus conficiendi 3. Mercurium Lunæ.

Recipe vitrioli ad flauedinem calcinati, ſalis nitri ana, deſtilla per viginti quatuor horas, (ſi ſolis Mercurium velis conficere adde quatuor partes ſalis armoniaci) impone Lunæ laminatæ q. v. ſolue ac deſtilla aquam per Balneum Mariæ ad cuticulam, hoc peracto repone in cella ad cryſtalliſandum, cryſtallis exemptis, viciſſim dephlegmato, hoc toties cõtinua, quoties opus fuerit: cryſtallos collectos in Balneo repone per octiduum ad putrefaciendos, poſtmodum adde tantundẽ ſalis armoniaci, cum oleo tartari, putrefac in fimo equino per 40. dies, donec nigreſcat, poſtmodum fac in ampulla vitreata ac ſuperfunde aquæ pluuialis deſtillatæ pro edulcoratione, deinde calcem Lunæ exicca in arena calida, & fac in cucurbitam ſublimatoriam cum alembico per ſex horas dando ignem leniſſimum, poſtea adaucto igne perge ad 24. horas, tandem refrigeratis vaſis, ſublimatum exime, ſuperfunde aceti deſtillati, vt inſtar maſſæ ſeu pultis euadat, contere vſque reuiuiſcat Mercurius, quem in arena exiccabis.

4. Modus conficiendi Mercurium Lunæ.

Recipe calcis Lunæ, ſpiritu nitri, ſale armoniaco fortificati, præcipitati, q.v. hũc edulcora artificioſe & exſicca: poſtea pone in vitro occluſo in arena calida per octo ſeptimanas ad reuerberandum, ita tamen ne Luna fluat, interea temporis calx redditur ſubtilis ac ſpongioſa, huic ſuperfunde liquorem ſulphuris Lunæ, & pone in furno Athanoris coagulandum in terram nigram inſtar cineris, huic poſtmodum ſuperfunde aquam vel oleum Mercurii, pone ad circulationem per octo dies, poſtmodũ per ſublimationem fac vitam recipiat, in alembico ſuſpendens inſtar annuli argentei, & hic eſt modus 4. & artificioſus, facilimo modo enim fixus redditur ac diaphoreticus: vnde exiſtit magnũ Elixir in morbis cerebri.

Modus conficiendi Mercurium Lunæ 5.

Recipe Lunæ ſolutæ per aquam fortem, præcipitatæ atq; edulcoratæ, exiccatæque, huic adde ſalis armoniaci pulueriſati &

olei

olei tartari ana partes æquales, ita tamen vt oleum ſupereemineat, vel ſi mauis ter imbibe cum oleo & ſemper exicca, vltimo ſuperfunde vt emineat oleum, deinde pone in vitro ad putrefactionem B. M. per tres vel quatuor ſeptimanas, poſtea humiditatem per B. etiam abſtrahe, adauge ignem graduatim, vt Mercurius Lunæ aſcendat alembicum in forma pulueris ſubuireſcentis ſeu ſublimati: Hunc coniunge & immiſce cum tartaro calcinato item calce viua & oleo tartari, quo maſſa fiat, ex qua conficies globulos, hos exicca, & exiccatis manda retortæ, ita vt orificium retortæ attingat aquam frigidam, deſtilla & Mercurius fiet rediuiuus.

Modus conficiendi Mercurium Lunæ 6.

Recipe Lunæ finæ ac puræ vncias octo, lima & tere cũ ſale communi & aqua feruenti, communi in marmore quam optime, poſtea aquam effunde, & hoc reitera tertia vice, exicca & ſuperfunde olei tartari, terendo & coagulando itidem ter repete, quarta vice ſuperfunde olei tartari ad eminentiam duorum digitorum, & pone in fimo equino per ſeptimanam, tandem viciſſim exicca & coagula, ſuperfundendo aquæ ſequentis, & in paucis diebus habebis Mercurium corporis Lunæ; Mercurium viuum ſepara, reliquas feces viciſſim ſuperfunde cum aqua, vſque tota Luna ſit conuerſa in Mercurium. Aqua ſic fit: facito aquam vulgari modo vt artis ex vitriolo, ſale nitro & alumine, in hac aqua diſſolue ſalis armoniaci, quantũ ſufficit, ſoluto ſale, in ea aqua & reſolue Mercurii viui quantum poteſt, poſtmodum repone in fimo equino per ſeptimanam integrá, denuo poſtea deſtilla in aquam fortem: hæc aqua ſecreta eſt, habens hanc vim & potentiam vt Aurũ & Lunam conuertat in Mercurium viuum.

Modus ſeptimus ad Mercurium Lunæ.

Recipe ſalis armoniaci, ſalis cõmunis præparati, calcis putaminum ouorum (quod fit intra horam calcinando) ſalis tartari ana libram vnam vel q. v. Miſceantur longa trituratione, & poſtea imponantur in vas vitreum, ac ſubiiciatur ignis lentus: Intra horã hæc omnia in liquorem ſoluentur maſſæ lapideę non abſimilem, hanc maſſam pulueriſabis ſubtiliſſime & in humido repones,

tunc

tunc resoluetur in aquam, quæ filtranda est aliquoties & asseruanda.

Recipe iam calcem Lunæ vel solis per Amalgamationem alkolisatæ, hanc imbibe supra marmor cum aqua iam præscripta: tunc effice vt siccescant rursus terendo, & paulatim, affusa aqua, rursus desicca, vsque dum calx duplum sui ponderis huius aquæ imbiberit.

Hæc materia tandem exiccata & in puluerem redacta imponatur in vas vitreum diligenter obturatum, maneat in Balneo repositum per 3. Septimanas vel per mensem, postea destilla & sublima hanc materiam, reponendo quod sublimatum fuerit identidem cum fecibus, cum tribus vicibus hunc laborem reiterabis, sublimatum in loco humido relinques, quod de natura erit salis hoc resoluetur in aquam, & metallum in Mercurium Currentem ac fluentem, ex Lunæ vncia integra dimidiam habebis partem, ex Auro autẽ fere, quantum imposuisti, & hoc ideo quia Aurum merus est Mercurius perfectissimus, Luna vero non, sed imperfectæ concoctionis & cruditatis, in qua causa est vulcanus & ignis Naturæ.

Hoc modo, inquit author, reduces metalla in primam materiam, ex qua remedia admodum salutaria depromuntur ad tollendos morbos, quibus occurrimus regeneratione & restauratione, cuiusmodi sunt lepra, Epilepsia, Podagra, & similes: isti Mercurii reducantur in puluerem, & facile præcipitantur, si immisceas paruulos calculos è flumine petitos, magnitudine fabæ & albicantes maneant ita per 7. vel octo dies in igne sabuli mediocri de principio & tandem violento. Notandum autem duas aut tres tantum Mercurii vncias imponendas esse in vas & efficiendum vt Calculi emineant 4. aut 5. digitis altitudine: ita fiet, vt fere 2. lib. lapillorum requirantur. Quod si portio aliqua Mercurii ad collum vasis ascenderit, deorsum retunde baculo, in cuius extremo gossipium aptatum fuerit, hoc bacillo vtemur ad matratii aut vasis foramen obturandum Dosis huius præcipitati 4. 5. aut 6. grana: Sudores valde promouet, & præter superius commemoratos morbos curat etiam luem veneream, si quis quinquies aut sexies vtatur. In omnibus etiam febribus, cõtinuis & intermittentib.

exhi-

exhiberi potest: Et vnum est ex multis toties Spagyricæ Medicinæ remedium πολύχρηστον.

Ad Mercurium Lunæ modus 8.

Recipe Salis armoniaci partem vnam, Mercurii sublimati partes tres, tere inuicem optime, & reconde in vitro, vt calefiat, deinde iniice limaturæ Argenti q. v. vel partem vnam, fac omnia optime incalescant, feruefiant, & liquescant, commisce etiam optime, postea in aquam frigidam f c cum vitro, & franget vitrum, quod nihil nocet, in fundo habes Mercurium Lunæ, quem optime lauabis, & in vsum Medicum adhibebis, præcipitando cum oleo Saturni & fiet magnum Elixir.

Modus 9. Mercurii Lunæ.

Quamuis hic modus magis ad Solem videtur directus, attamen duco esse necessarium propter artis abbreuiationem certam: Recipe Vitrioli calcinati, Salis nitri ana libram integram, destilla in aquam; in huius aquæ libra j. solue Salis armoniaci (per Sal commune sublimati & purificati) vncias quinque, postea soluto Sale intra aliquot dies, abstrahe & destilla aquam adhuc semel per alembicum: In huius aquæ partibus 5. solue auri partem vnam, deinde aquam Regis paulatim destilla vt solummodo phlegma transeat, & recentem aquam reaffunde, vicissim destilla phlegma, hoc & tertio repete: Deinde ad hanc Auri solutionem infunde Aquæ Salis Alkali vncias sex, aquæ Salis armoniaci, olei Tartari ana vncias quinque, olei Vitrioli vncias septem, aquæ Salis communis vncias septem, olei vrinæ vncias quatuor, omnia pedetentim affunde & misce, ne faciat fragorem aut immineat periculum, vt tutus sis, repones vitream cucurbitam in aqua frigida; quando hæc omnia infudisti & commiscuisti, tum per Alembicum abstrahe, & vicissim cohoba: hanc abstractionem & cohobationem repete duodecies, postmodum massam contere, & pone in cella soluendam, quod non vult soluere vna cum soluto pone in putrefactione per sex septimanas, postmodum accipe & destilla per Alembicum, ac subli-

ma igne forti, & aſcendet Mercurius Solis in recipientem aqua plenum & annexum, vel ſi vis vti melius eſt per retortam ſiue latus deſtilles, eo modo procedit fœlicius.

Aqua Salis Alkali ſic fit: Recipe cinerum clauellatarum part. ij. calcis viuæ partem j. ſuperfunde aquæ calidæ, coque, filtra ac coagula; Salem funde in crucibulo per dimidiam horam in igne venti, poſtmodum contere vt fluat in cella.

Aqua Salis Armoniaci: ſublima Salem armoniacum per Sal commune, deinde ſolue in cella.

Oleum Tartari: Tartarus calcinatus ſoluatur in cella, coaguletur & rurſus ſoluatur.

Aqua Salis communis: Sal fuſum ſolue in cella in aquam. Oleum vrinæ: primo deſtilla vrinam tamdiu, vſque dum Sal albiſſimus ſublimetur, hunc fac fluere in oleum, libenter abit in ſolutionem: notabis autem vt prius vrinam coquas, in vaſe proprio ad ignem ſemper reaffundendo, vrinam recentem vſque tum habeas ſufficientem eius maſſam, modus olei Vitrioli conſtat.

LIBRI SECVNDI

BASILICÆ CHYMICÆ

Pars II.

De Argento viuo seu Mercurio.

CAPVT I.

De Mercurio.

ARGENTVM viuum græcis ὑδράργυρος, quasi aqueum Argentum, quod sit fluxile, adeoque mobile: Chymicis Mercurius, Germanis Quecksilber. Materia est omnium metallorum ad quorum substantiam, sicut & Sal & Sulphur requiritur.

Omnia sunt in omnibus occultata. Inquit Paracelsus de cælo Philospphorum, tom. 6. de natura & proprietate Mercurii. Vnum ex ipsis omnibus est occultator eorum & corporeum vas seu extrinsecum, visibile & mobile, Liquefactiones omnes in isto continente manifestæ sunt. Nam hoc continens, viuens & corporeus spiritus existit: Ideo coagulationes omnes, aut congelationes in eo conclusiue comprehensæ, cum liquefactione quidem acquisitæ, circumdatæ, nec non cōtentæ sunt. Nullum huic liquefactioni, multoq; minus eius origini potest inueniri nomē, quo vocetur. Et quia calor nullus tam vehemēs, qui huic ęquiparari possit, ignis gehennę illi comparari debet. Huiusmodi liquefactio nihil prorsus com-

mentii habet cum aliis naturalis ignis calore factis, frigoreque naturali congelantibus, aut coagulantibus, quas congelationes, ob earum debilitatem in Mercurio obtinere nequeunt istæ liquefactiones, quas ob id ille plane contemnit. Inde colligere licet, Elementares vires corrumpentes (quæ vel essentia quinta, vel eius Elementa vocantur) nihil addere vel adimere, nec arripiendi potestatem habere. Cœlestes & infernales vires, Elementis quatuor non obediunt, siue sicca, humida, calida vel frigida sint. Nullum eorum operandi facultatem habet contra quintam essentiam, sed quodlibet proprias vires & operationes per se continet.

Tom. 8. lib. 4. Philosophiæ cap. 7. sic ait: Argentum viuum est Mercurius, ductilitatem non admittens, sed ei sese opponens. Hunc Archeus eiicit, singulare in Metallum illum vertens, ductilitatis expers. Et licet ex Metallis omnibus maxime assimiletur Mercurio: differt tamen in hoc, quod ductilitatem non Archeo non asciscat ob debilitatem, quam concepit à Sale & Sulphure, nimis parua copia ingredientibus. Hinc liquet, quod per spagyricam practicam, additionis scilicet ductile Metallum fieri possit, sicut Philosophia de transmutatione demonstat. Potest enim in Metallum quoduis verti & mutari, ideo nimirum quia de Metallis omnibus, quæ in ductilitatem traduci non possunt, ab operatione remanet.

Cap. 5. præcedenti ait: In Mercurio omnia iacent: & omnia tantum sunt Mercurius, tom. 6. lib. de renouat. & restauratione dicit: Mercurius etiam potestatem habet corpus totum renouandi, quod in eo sit admiranda maxima vis laxatiua, nec non alteratiua, quæ satis indagari nequit. De generatione rerum naturalium lib. 1. Mercurius viuus est mater omnium septem Metallorum, & merito mater Metallorum dici debet. Est enim Metallum apertum, & sicut in se continet omnes colores, quos in igni ex se reddit, ita etiam occulte in se omnia Metalla continet, quæ extra ignem ex se non præbet, &c. hæc Paracelsus.

Argentum viuum, inquit Libauius, est liquor mineralis, ex aqua Metallica viscida, terraque sulphurea exacte contemperatus, spirituosus, frigidus, humidus, albus in manifesto, calidus, siccus, citri-

citrinus, rubeus in occulto, familiarissimus metallis quibus adhæret intime, eaque resoluit, & se ad eorum naturam accommodat. Quocirca etiam eorum appellatur materia prima: Habens in se Sulphur analogum, cuius gratia tincturam præbet. Pondere omnia mineralia antecellit; nec quicquam in se mergi sinit statim, nisi Aurum. Perfici potest, & metallaris fieri per Sulphur metallorum. Induratur, congelaturque sublimationibus, additamentis acribus & aquis fixatoriis, &c. Volaticus cum est: totus ex igni fugit, nec potest partium eius coniunctio solui. cum fixus totus manet. Est duplex crudus & mineralis, & corporeus. Ille in mineris inuenitur, hic ex metallis extrahitur. Ex vtroque fit qui philosophorum nominatur. Mirabilis est eius natura, adeo vt Fallopius id cũ magnete & purgãtibus, in miraculis naturæ habuerit, cum liquor sit & aqua, tamen non adhæret, nec madefacit. Nihil in se admittit nisi metallicum, & inprimis Aurum, post stannum, plumbum Argentum. ægerrime æs & ferrum. Cum aquis acribus figitur, resurgit & reuiuiscit inde, nullam vel minimam passus iacturam. Quia ponderosus est, diuisibilis & aqueus fluit, quia partes terreæ cum aqueis exactissime contemperatæ, & densus est, & non soluitur vnio; & ob eandem causam etiam in fumum subtilissimum penetrantissimumque versus non diuiditur. Nihil tam anxie, tamque studiose à Chymicis perquisitum est, quam eius natura & coagulatio metallica: aut saltem fixio & tinctura, quod in ipso sit omnis spes transmutationis metallorum. Adhibetur tamen etiam ad alios vsus, veluti ad Medicinam tam internam quam externam, cuius gratia sublimatur cum Sale & calchanto, præcipitatur & in oleum & aquam mutatur, vel etiam in vnguentis & fumis admouetur. Sed cum vsus eius non vacet periculo; tantum peritis artificibus est commendandus. Offendit cerebrum, neruos, articulos, ossa & dentes potissimum, miroque effectu sialismum, vel illitu & halitu concitat. Cum Sulphure fit cinnabaris, cum Sale ammonio cæruleum &c. quæ etiam vna cum ipso crudo ad Mechanicos vsus concesserunt, &c. Hactenus Libanius.

Nostra Iatrochymia sic definit Mercurium: Argentum viuum est liquor mineralis, qui ex metallica viscida sulphureaque terra exacte contemperatus, spirituosus, frigidus, humidus, coloris ar-

gentei,ponderoſus,familiariſſimus metallis, quibus adhæret intime,eaque reſoluit, & ſe ad eorum naturam accommodat. Argentum autem viuum, non aut male præparatum, per ſolam ſublimationem ſummum eſt & lethale maxime venenum, quod intra corpus abſumptum illud ſumma partiumtenuitate, qua proditum eſt, promptiſſime per ſingulas eius partes in perniciem & perditionem penetrat,tendones,membranas,neruos,aliaſque partes ſolidas diſſoluit, atque propriam ipſorum ſubſtantiam colliquat, & in eam materiam conuertit, quam ex ore in mucoſa ſputi profuſione ſtillare manifeſte cernimus: Carnoſas vero & molles in ſudores digerit,totiuſque corporis conſtitutionem adeo peruertit,vt diu poſtea non niſi craſſum, lentumque mucum,vel ex puris alimentis proferat;ſed & ne oſſibus quidem parcit,ſiquidem dentes eo vacillant,& liuentes marceſcunt,alia vero craſſiora, cariem parte quadam contrahunt. Et,vt in ſumma dicam,ſi in maiori doſi breui vel ſæpius ſumatur, narcotica vi ſua calorem naturalem ſuffocando, hominem miſerrima tandem morte interimit. Eſt enim ſpiritus volatilis, auramquandam retinens Arſenicalem, corporique maxime nociuam.

Quemadmodum autem Argenti viui crudi, vel non præparati bene pernitioſus vapor omnem corporis ſubſtantiam peruagando, depopulandoque nobis infeſtus noxiuſque exiſtit; ita ex eo purificato bene præparato & tandem fixo reddito, ſalubria maxime, ſummaque corporis humani expurgandi medicamenta conficiuntur. Salutari enim quadam vi ſpiritus vna cum arteriis peragrat, ſanguinem cum venis & humores toto corpore fuſos, idemque medullam cum oſſium intimis peruadit cauernis, & quicquid vitii neruos occupauit, aut inter carnem & cutem irrepſit, corrigit vniuerſum, &c. Hæc Duncanus Bornettus.

Dioſcorides (ait Ioſephus Quercetanus) inter veteres Græcos antiquiſſimus ſcriptor, virtutes ac proprietates metallicarum ſubſtantiarum interpretatus, hæc de Argento viuo annectit lib. 5. ſui commentarii, cap. 70. Argentum viuum, inquit, fit ex minio, quod falſo cinnabaris dicitur, in fictilem patinam, fer-

ream concham habentem minium coniiciunt, calice concham tegunt, argillaque illinunt, & carbones succendunt. Nam fuligo, quæ calci inhæsit derasa Argentum viuum est. Quinetiam inuenitur in Argenti fodinarum tectis in guttas concretum. Seruatur in plumbeis, stanneis aut vitreis vasculis. Aliam namque materiam exest. Et lib. 6. cap 28. idem hæc scribit de eius virtutibus : Argentum viuum potum eadem procreat, quæ Argenti spuma, torsiones nempe, intestinorum dolores : atque eadem vsurpanda sunt auxilia. Videtur autem iuuare lac epotum in magna etiam copia: sed post euomendum est.

Oribasius Medicin. collect. lib. 13. transcripsit verbum verbo, quæ dixerat Dioscorides lib. 5. cap. 7. De Mercurio.

Idem & Auctuarius inseruit iisdem verbis lib. 5. Method.Med. cap. 12. sub finem proprietesque ibi Argenti viui describit, quas prius Dioscorides docuerat: nec non etiam in lithargyrii aliorumque metallorum descriptione, eundem Dioscoridem æmulatur ac sequitur lib. 6. c. 28.

Ex quibus omnibus liquet, nec ipsum Dioscoridem, nec posteros eius longo post tempore exortos Græcos, vnam eandemdemque cantionem semper recantantes, magna Argenti viui cognitione imbutos fuisse. Nec aliud de eo etiam sensisse videtur Magnus ille Galenus, etsi aliis verbis vtitur, cum sic scriptum reliquit 9. lib. simplicium : Ipsum non esse ex simplicibus sponte nascentibus medicamentis : Sed ex iis, quæ præparantur, velut ærugo, litharg. &c. Attamen de proprietatibus eius idem nihil refert, nec qualitatibus : cum ingenue fateatur, se nullum vnquam eius fecisse periculum, neque quod interimat, si deuoretur, neque vbi admotum sit. Vel minimus autem Tyronum, qui leuissimam etiam rerum fossilium cognitionem attigerit, nouit, Argentum viuum vulgare esse minerale à natura productum in formam liquidam & aquam siccam, vt multis in Germania & Hispania (vnde optimum asportatur) locis reperitur.

Argen-

Argentum viuum igitur ex minio non conficitur vt Dioſcorid. eiuſque ſequaces ſentiunt: ſiquidem minium aliud nihil quam plumbum eſt, vi ignis calcinatum ad rubedinem vſque, quemadmodum cerusſa plumbi calx eſt altera, vapore aceti proiecta, vt à Mõſpesſulanis ex Venere aut Cupro vapore vini & racemorum extrahitur calx cupri, viridi æris, aut Barbare verdetum dicta.

Quod ad cinnabarim attinet, pauca etiam de illo tibi eſſe nota ſatis teſtatur: cinnabrium enim quod in officinis pharmacopæorum proſtat, factitium eſt, ex Argento viuo cum Sulphure primum mortificato, deinde ſublimatione exaltato (vt in ſequentibus) concinnatum: quod facile etiam fere totum in Mercurium currentem conuertitur, hoc eſt vt ex lib. I x j. vnciæ propemodum exprimantur, ſi calci viuæ admixtum ex cornuta aut retorta vi ignis protrudatur: quæ quidem Mercurii præparatio longe melior ac exquiſitior eſt vulgari.

Eſt & aliud minerale cinabrium, formam lapidis rubei referens ponderoſisſimi, quod variis locis reperitur in Hasſia. Ex eo cinabrio non dubium eſt, quin posſit eo modo, quem deſcribit Dioſcorides, & poſt eum Oribaſius, ſublimatione Mercurius extrahi, cuius etiam capax eſt ipſa fodina, copioſiorque eo modo elicietur à Dioſcoride deſcripto, ex eo minerali Mercurius, quam ex artificiali. Quod igitur minium vocat Dioſcorides, poteſt intelligi de cinabrio illo minerali, non de minio illo, quod vi ignis potius in vitrum vel plumbum reducitur, nunquam vero in Mercurium vertitur, niſi alia methodo, quam quæ à veteribus tradita eſt, procedatur: quos inde conſtat parum in rerum metallicarum cognitione ac præparationibus fuiſſe verſatos. Quorum in hac re ignorantiam ſatis ſuperque teſtatur Mercurii conſeruandi ratio, quam docent: cum dicunt, vitreis vaſculis plumbeis aut ſtanneis excipi & cuſtodiri debere: vt qui alioqui vaſa alia omnia exedat: cum tamen nihil magis voret, quam metalla illa duo ſuperius commemorata, terrena vaſa ne minimum quidem arrodens, vnde eos inſcite de illo loquutos eſſe veteres, & citra experientiam videre eſt.

Sed in iſtis fruſtra tempus diutius teramus, niſi eo fine, vt pateat non omnia omnibus Antiquis fuiſſe cognita: magnis tamen laudibus illos eſſe celebrandos, ac beneficia eorum erga nos agnoſcenda Quin-

da. Quinetiam & qui ſequuti ſunt, gloriam ſuam mereri, & à nobis gratum animum: quod quæ ſupra antiquos calluerunt, candide nobis impertierint, & in dies adhuc publicæ vtilitati inuigilent ac conſulant: nec non vt oſtendamus etiam nunquam Medicinam tantum perfectionis gradum attigiſſe, quin in ſæcula & dies ſingulos, incrementi aliquid, gloriæ ac ornamenti poſſit accipere, vt aperte patebit ex hoc etiam Mercurii argumento, de quo nunc agimus.

In quo Ægineta aliquid amplius agnouit, quam ſuperiores qui præceſſerunt: ſiquidem de quadam Mercurii præparatione ac præcipitatione ſcribit, quæ erat in vſu, quæque intus etiam aſſumebatur: atq; hæc ſunt, quæ docet: Argentum viuum ad Medicum vſum non ita valde aſſumitur, quum venenum exiſtat: Verum quidem eſt vſtum ipſum ac in cinerem redactum, aliis ſpeciebus permixtum, colicis & voluuloſis bibendum dederunt.

Auicennas ipſe cum aliis Arabibus, qui poſt Græcos ſcripſerunt, eos riſit, qui Argentum viuum factitium eſſe opinabantur: huius habuit & cinabrii artificioſi cognitionem, nec non etiam mineralis Priſcis incogniti. Semper enim aliquid lucis rerum veritati, & eius cognitioni tempus addit, ac vt vulgo dicitur roſas profert.

Videamus igitur quid ille lib. 2. tract. 2. de illo in formam interrogationis ſcribat: Argentum viuum quid eſt? Argentum viuum aliud eſt purgatum à minera ſua, & aliud extrahitur ex lapidibus mineræ ſuæ cum igne. Secus fit Aurum & Argentum. Addit: Et Galenus quidem & alii exiſtimauerunt, quod ipſum ſit arte factum, ſicut lithargyrium: quoniam eſt extractum cum igne, & quoniam ſubſtantia eius eſt ſimilis ſubſtantiæ Vziphur. Exiſtimauit itaque, quod ipſum non fit, niſi ex Algenzipher in vaſe lutato, ſuper quod eſt ignis accenſus & ſublimatus: Sed non eſt ita: imo Vzifur (id eſt, cinabrium) fit ex eo cum Sulphure. Deinde poſſibile eſt, vt extrahatur ex eo ſubſtantia Argenti viui.

Poſt Auicennam alioſque Arabes nouis multis iiſque grauiſſimis morbis exortis, ac in primis horrenda illa Venerea lue graſſante, multi iiq; magni viri ac celebres, de hoc morbo tam graui extinguēdo, anxie ſolliciti fuerunt, omniaq; hinc inde meditati ſunt, quibus tam diro veneno tot ſymptomatis vlcerum ac nodorum, puſtularū,

O can-

cancrorum ac phagædenorum stipato possent succurrere: in cuius curationem à nonnullis eorum tentatum iam fuerat Argentum viuum: atque huic curæ accommodatissimum remedium cognitum: Perrexerunt itaq; ipsum in vsum admittere linimenti primum vlceribus inducendi, vnde egregios effectus perceperunt, imo præstãtiores, quã ab vllo alio auxilio fas esset experiri: postea frictionis, ac demum medicamenti intro assumendi: quod idcirco in pillularum formam Barbarossæ dictarum vel crudum etiam exhibitũ est. Quin & sunt & adhuc hodie Medici, qui eo Argento viuo vtuntur crudo, ex theriaca, mithridatio, aut confectione Alchermes, cum Moscho, ambra, aut cardiaco aliquo puluere: Vnde sæpe felices successus experiuntur, in ardoribus vrinarum, gonorrhæis fœtidis, & pustulis venereis minus malignis. Alii ipsum Argentũ viuum præcipitarũt, & in puluerẽ variis modis redegerunt, edocti forte ex lectione scriptorũ Æginetæ. Deniq; in quascunq; formas fuerit paratus & mutatus Mercurius, singulares semper suæ virtutis effectus fœliciter prodidit, ita vt à recentioribus pro veneno, contra veterum opinionem eius facultatis imperitorum, haberi desierit: imo summis laudibus elatus sit. Siue enim eo crudo complures nostri sæculi celebres Medici vsi fuerint, variis tamen morbis ipsum, citra præparationem etiã opitulari tuto depreheẽderunt: quemadmodũ magnus ille Brassauola in examine simplicium testatum reliquit, se crudũ etiam infantib. lactantib. & pueris, & grandioribus ætate, in agno cũ fructu Argentũ viuum exhibuisse, cum morti proximos ex vermium torsionibus illos animaduerteret: quibus tamen nulla alia auxilia profuissent. Sed inter alia notandum est, Mercurium variis modis esse considerandum, vel crudum, vel qualem natura procreat: quem sic administratum noxiorem, quam salubriorem esse duco, vt idem sentit Paracelsus tom. 6. pag. 161. Mercurius crudus tremorem & rigorem in homine facit. Et eodem tomo pag. 65. Mercurius, nisi optime paretur, tum eosdem morbos inducat, si intra corpus sumatur, quos efficit extra corpus: aut considerandus est Mercurius solertis artificis ac philosophi manibus paratus, qui arte antiquam pellem exuit, nouasque qualitates, ac virtutes induit. Quod idem sic confirmat Paracelsus tom. 5. pag. 45. Mercurius, inquit, optime præparatus est naturalis theriaca, &c.

Iose-

Iosephus Quercetanus talem dat Mercurii definitionem. Quicquid sit, spirituale est corpus, aut spiritus corporalis admirandæ naturæ: Aqua est frigida & sicca extrinsecus: Calida vero & humida intrinsecus, vtq; possit liquefacere, soluere & amplecti in se metallica corpora (prout aqua Marina continet in se soluta salina corpora) homogeneus est spiritus, cuius vel minima pars Mercurius semper est, perinde ac eius totum: vt qui ignis possit quidem auolare, tanquam spiritus volatilis, corpus tamen vbique suum semper retineat volando, vtcunq; altissime etiam eleuetur: nec vllam inde patitur alterationem aut corruptionem, cum summe adæquata vbiq; in sua Somatopsychia elementa habeat, non secus ac in Solis Psychomatia talia reperiuntur. Quæ quidem elementorum in Mercurio adæquatio, tantam illi parit cum Sole analogiam, præsertim cũ vterque in Essentiam & simplicissimam puritatem redactus est, quę prima eorum est materia, vt mutuo amplexu auide sese excipiant, & naturam suam inuicem communicent, ac in vnionem summam corporis & spiritus vinciantur: siquidem alterius spiritus ab altero corporalitatem mutuatur: alter vero à spiritu, corporis spiritualitatem, vt vterque simul fiat & ψυχοσωμάτως & σωματοψύχως.

Mercurius autem ille tribus modis ex vulgari redditur philosophicus, sublimatione, præcipitatione & destillatione: & sic Mercurius præparatus desinit esse vulgaris Mercurius; at verus & philosophicus tum vocatur, vt qui veri artificis philosophica manu talis sit redditus, &c. Hæc Ios. Quercetanus in tetrad. grauiss. cap. affect. cap. 32. audiamus & Ioannem Beguinum de Mercurio.

Mercurius, inquit Doctiss. Beguinus, est corpus minerale compositum ex terra subtili sulphurea, & aqua fortiter admixta. Substantia autem eius terrea purganda est, à crassa terrestreitate sulphurea: Aquæ vero substantia ab humiditate superflua. Duplex autem est, naturalis & artificialis. Naturalis actiuus & summe depuratus, in Almagro prope calatraua, in regno Castiliæ, reperitur viuus, per se fluens, & in cinnabari coagulatus, qui ignis vi educitur. Hanc mineram antiquissimam Plinius vocat vomicam liquoris æterni. Huic similis reperitur in Idria, pago Comitatus

Goritz in Sclauonia. Sed Hispanica bantate excellit: Quamuis Idria longe fertilior. Est autem admiratione dignum, quod quamuis in vicinia Idriæ, singulis fere annis, lues pestifera grassari: illa tamen ab hac immunis nunquam non manere soleat: id quod viri prouectæ ætatis sese obseruasse, idemque à maioribus suis accepisse, mihi, ante annos (verba authoris) octo, eo loci profecto, sancte cõfirmarunt. Ex quo satis patet: vt & ex aliis exemplis innumeris: Mercurium esse summum omnis corruptionis & putredinis alexipharmacon. Non minus & illud stupendum, prodigioque simile: quod ibidem notaui: Senex erat decrepitus qui toto vitæ suæ tempore in paranda cinabri consumto perpetuo tremebat: & aureum nummum manu compressum ita dealbabat: vt color eius natiuus omnino dispareret.

Reperitur & alius Mercurius in monte Gimnauoda dicto, sex milliaribus à Cracouia, in Polonia, inter Tarnaua, Ribie & Streletzky distante, qui spõte certis anni temporibus, vsque ad terræ superficiem erumpit: præsertim autem autumnali tempore: quamuis etiam circa festum Ioannis Baptistæ, multa grana pisorum instar, in radicibus graminum, ibidem collegerim. Verum hic Mercurius nimis aqueus, & Sclauonico vt & Hispanico longe inferior. Inuenitur etiam naturalis, in multis aliis locis: & interdum in Auri & Argenti fodinis.

Artificialis fit modo satis trito, & Artistis noto, per Sales resuscitatiuos, tam ex mediis minerabilibus, quam metallis: conficitur etiam à nonnullis ex sanguine humano prius calcinato, ex plantis etiam, &c.

Nigra macula relicta denotat, impuritatem eius prouenire à Saturno, si est carulea, proue-

Ille optimus, cuius drachma in cochleari Argenteo puro, supra carbones viuos posita, post euaporationem, maculam relinquit flauam vel albam: Sed qui cochlear denigrat, debet purgari. Hæc Beguinus.

Alius philosophus sic innuit de Mercurio: Ante omnia metalli huius inter Chymicos adeo vsitati exactam, & maturam electionẽ facere debes; quo neglecto periculum est ne operationes ex animi sententia succedant. Est Anglicanus Mercurius, & Transiluanus, qui primum locum tenent; Germanicus non ita, quo longe melior Hispanicus. Vt autem optimum cognoscas, & qualis

vsui

vſui eſſe debet, pone ad laminam argenteam de copella igni ſuperpoſitam; cui ſi Mercurius euaneſcens notam auream vel argenteam relinquat, quin optimus ſit non dubites. Eiuſmodi & dignoſcitur, ſi denarium, vel monetam aliquam confringes, quæ appoſita ad ignem alba euadat. Sit vero regula generalis nullas ex Mercurio debere fieri operationes Chymicas, niſi primo is bene mundatus & repurgatus.

n't à Ioue, ſi aurea, eſt à Venere, ſi albior eſt vſo cochleari tum Auro reſpondet, ſi rubeo flaua tum Luna propior eſt.

CAPVT II.

De Purgatione Mercurii.

1. PVrgatio hæc eſt: Recipe Mercurii, Aceti ſtillatitii ana libram vnam: pone in matratio forti, cum manipulo Salis communis præparati: moue ſtrenue per horæ quadrantem, vt miſceantur & acetum denigretur: quod per inclinationem cum Mercurio, in ſcutellam vitreatam effunde, & toties aqua tepida ablue, donec omnis nigredo & ſalſedo ſeparetur. Exſiccatum repone in matracium, cum aceto & ſale vt ſupra, eundem laborem ter quaterue repetendo, & tandem per corium traiiciendo. Hæc vulgaris & imperfecta eſt Mercurii purgatio: quæ melior fit cum ſpiritu vini, ſine alia additione Salis, tantum cum argento viuo coniuncto, ac in cucurbita oblongiori aliquandiu exagitato, donec ſpiritus vini nigreſcat: Hoc vero remoto denuo cum recenti S. vini aliquot vicibus fiat agitatio, poteſt interdum totum Mercurii hac agitatione cum S. vini in nigredinem quandam conuerti, conuertibilem tamen per calcem viuam in ſuam priſtinam naturam currentem, ſed ab omnibus fecibus ſeu impuritatibus plane liberam. Notabis probe, ſi nigredinem illam cum calce viua miſcueris & per retortam deſtillaueris, in vas aqua plenum, & Mercurius erit puriſſimus.

2. Purgatio: Recipe Mercurium præcipitatum, cinabariſatum vel ſublimatum: Miſce cum duabus partibus ſui ponderis Tartari vſti vel calcis viuæ: deſtilla per retortam vitream, igne ſuppreſſio-

nis, vel in reuerberio clauſo, adhibito recipienti amplo, aqua ſemipleno. Ita eodem modo accipies Mercurium magis depuratum.

3. Purgatio: ait Philoſophus; Mercurius, ſeu fermentum Philoſophicum fit crebris lotionibus cum ſale & aceto, qui iſthinc miſceatur cum marmore, & corticibus ouorum, vel talco calcinato, cumque his, & aceto deſtillato teratur, & commiſceatur frequenter lento igne: quo fiet vt cum dicto aceto omnis Mercurii aqueitas euolet, & abſcedat, ex multiplici reiteratione imbibitionis &c. Vnde ponitur ad ſublimandum: cumque ita ſublimatus fuerit, vt albiſſimus lateribus vaſis adhæreat (quod forte terna vice fiet) tunc reiteretur ſublimatio abſque fecibus, & toties, ac fuſionem bonam habeat. Vide Geb. in capitulo de ſublimatione veneris. Aliqui à principio, & ante repurgationes, & ſublimationes aquis fortibus calcinant, & in aqua dulci poſtea reuiuificant. Vel accipe Mercurium repurgatum, deſtillaque cum calce viua per alembicum. Hac deſtillatione ex libra vna Mercurii, quatuor aquæ vnciæ abſcedent, ſed calx primo per ſex horas in tigillo nouo calcinetur, & cum noua reiteretur deſtillatio ter, ad ignem violentiſſimum.

4 Purgatio. Modus perfectiſſimus depurandi Mercurium (ait Beguinus) quo melior dari non poteſt, eſt eius amalgamatio cum corporibus perfectis: (in regulo antimonii eſſentialiter collectis, à quibus vel à quo regulo cum Mercurio amalgamato, fit deſtillatio per retortam, igne ſuppreſſionis) deſtillando aliquoties, per retortam, ſingulis vicibus feces terreas, ſulphureas in collo retortæ aut iuxta fundum ſeſe colligentes ſeparando, & denuo amalgamando, & tandem per corium traiiciendo.

5. Purgatio: Eſſenſificatus Mercurius ex Paracelſi doctrina tom. 6. pag. 298. fit reiteratis Mercurii ſublimationibus ex vitriolo & ſale, ac eius reuiuificationibus. Si idem Mercurius nouies ſublimetur, & toties reſuſcitetur, tum ad ſummam puritatem eſt perductus, omnemque vim venenatam, qua ſcatebat depoſuit: cuius virtutes tunc immenſæ ſunt tom. 6. pag. 299. Denique certum eſt, ſublimationis artificio argentum viuum ad ſupremum puritatis ac perfectionis gradum adduci poſſe: nec ideo tantum (inquit Ioſ. Quercetanus) quod nigris ſuis fuliginibus ac impuritatibus exuatur:

at po

at potius quod illa ſublimatione, ſulphure & igne naturæ imprægnetur, à quo cœleſtes & efficaces proprietates, admirandaſque virtutes mutuetur. Vnde vere Philoſophicus Mercurius, & verum acetum Metallicum Philoſophorum reddatur ac vocetur: vtpote qui Solem & Lunam tunc in primam ſuam materiam reuocare, & ex corporeis ſpiritualia, ex mortuis vitalia, cum eorum radicalis humoris, ac virtutum ſeminalium, ignis ſulphuriſque naturæ (quod tamdiu celarunt Philoſophi) conſeruatione, reddere poſſit. Cum hoc Eſſenſificato exaltato Mercurio, in aceto Philoſophico ſoluto, vbi Sol quoque ſeorſim ſit reſolutus Philoſophica ac debita proportione, ſi vterque iungantur, poſtea à menſtruo ſeparentur, deinde humidi ſegregatione arte ſublimationis facta ambo exaltentur, tum Mercurium purpurea Solis veſte exornatum iri, Solis vitam & virtutes in ſeſe transferentem, vnde præſtantiſſimum oritur magiſterium, & admirandum vitæ Elixir ad ſanitatis conſeruationem, & omnium corporum mundificationem perfectam.

Addo & hoc inſuper, (inquit Ioſephus Quercetanus inſignis noſter præceptor) internum illum naturæ ignem in illo Mercurio eſſenſificato latentem, ſiſtere poſſe, coagulare, conglaciare, & in cryſtallinam duritiem, vno momento, propriæ ſuæ aquæ metallicæ ac fluentis iuſtum pondus, aut circiter, compingere: à qua viciſſim ille ſic extinguitur ac contemperatur, vt ex contrariis vtriuſque effectis ne minima quidem de ſubſtantia illorum portiuncula depereat, aut etiam diminuatur: Ita vt hoc artificio, qui ante Draco erat Omniuorus, lenis ac ſuauis columba reddatur: Aquilaque cœleſtis, cœleſtium ac admirandarum virtutum ferax, tum præſertim, quoniã eiuſmodi aqua (vt ego quotidie operando experior, qui coctas aquas magis, quam crudas probo ac commendo) ex omnibus ſimul iunctis Planetis, aut ex vno ſolo, extracta fuerit: vel etiam ex fonte illo vberrimo, cuius ſcaturigo excelſioribus montibus oritur, vſque adeo dulcis ſacharata ac mellita, vt ſimul ac Aquila eum depaſta eſt liquorem, & ad ſatietatem ebibit, hoc eſt, quantum poteſt haurire (quæ nota eſt plenæ ſatietatis) ea, inquam, Aquila, quod non caret admiratione, agreſtem, acerbam, fero-

ferocem, mortiferamque suam naturam, statim & vno momento in benignam, suauem, mitem ac salutarem commutet: atque vt paucis dicam, quod fuit antea non inferius venenum viperino, in theriacam tamen theriacarum, hoc est in nobilissimum omnium ac præstantissimum remedium conuertatur: cuius vires ac proprietates sunt detergere, mundare, rectificare, repurgare, modo per alvum, modo per vrinas, totam sanguinis massam: instaurans ac corroborans Balsamum nostrum naturalem, cum naturam etiam Balsamicam in se possideat. Hinc idcirco Lepræ, Scrophulis, Lui, variolis, morphæis, febribus putridis ac continuis, inflammationibus internis, pestilentialibus affectibus opportunum auxilium est, ac tanquam Panacæa omnibus morbis profligandis idonea: Cuius ne ipsi quidem infantes, nec grauidæ mulieres vsum refugiant: vt quod etiam omnis generis hominum tuendæ ac conseruandæ sanitati conducat, scrupuli vnius dosi, aut etiam maiore, ex aliqua conserua, aut ex cochleari vini, aliusue congruentis liquoris &c. Hæc Quercetanus, audiamus & præceptorem Libauium.

6. Purgatio, eaque varia pro scopo ac methodo Doctiss. Andreæ Libauii: Varia est, inquit, pro scopis variis. Lauant eum aqua Therebinthi, vel succo malorum syluestrium, expresso, clarificato, calefactoque. Vel oleo Omphacino, quo remoto, affunditur aqua destillata, in Balneo maceratur, & lauatur, donec nihil impuri appareat, præsertim si eo ad calida vti volumus. Ad frigidâ, emundatur aqua absynthii, & vino abstergente. Traiicitur & per alutam aut pannum densum sæpius, vt relicta nigredo abiiciatur. Melius purgatur aceto destillato calido, vel aceto puro adiecta aqua, cum quibus in ligneo mortario teritur, sæpius renouato liquore, donec nigrities cesset. Ita pingues halitus secedunt, & detergentur validius. Nonnunquam cum Sale albissimo teritur, qui cum est fuscatus abstrahitur, reponiturque alius. Et nonnunquam muria affunditur vt Sal solutus remoueatur. Alias non sat expedite totus è Sale educitur.

Qui vti eo volunt ad magisterium transmutationis, sublimant cum Sale ammonio, vel à vitriolo. Nominatim autem summe purgari dicunt, si à Sale & Vitriolo cum aceto mistis, quibus ingeritur hydrargyrus, sublimatus reducatur, & cum nouis iterum com-

pona-

ponatur, ſublimeturque, repetendo hoc nouies. Reductio eſt ſi cum parte calcis viuæ,& parte dimidia Tartari miſtus per retortam agatur,& poſtea per aquam abluatur &c.

Eſt alia repurgatio per deſtillationem. Miſcetur calx viua, cum puluere laterum,& marmorum calce paribus Huic miſturæ ingeruntur duæ libræ hydrargyri,donec liuidus fiat puluis. Deſtillatur per retortam,vt primum ſinantur exire humidi ſpiritus, & his ceſſantibus, receptaculum apponatur, validoque igni hydrargyrus exigatur. Solet & per Alembicum deſtillari ſepties, ſed quia impuritas vna aſcendit,ſolet tandem craſſa quædam inſtar thromborum aſſidere alembico, cum colore plumbeo. Ea craſſities poteſt remoueri: vbi ita ſepties eſt deſtillatus & attenuatus, calce viua & tartaro crudo puluerato eum permiſcent, & agunt denuo per retortam: Ita purgatum cenſent ad tranſmutationis magiſterium. Euadit & valde ſplendidus,ſi per ignitam ollam, vel cacabum traiiciatur ſæpius. Comburuntur enim ſpiritus ſulphurei, dum ſoluitur,iterumque coagulatus in excipulum defertur. Nonnulli ſublimant eum à Sale nitri,ſed tum inconſultum hoc videtur, tum periculoſum,niſi ſcias vas recte ad ignem accommodare. Eminus enim,& paulo altius eſt locandum in cineribus, donec ſpiritus ſublimati coagulauerint,alias vas frangunt,vt puluis pyrius,& hoc notabis etiam alias.

Nonnulli Mercurium viuum immiſcent cum puluere lapidis magnetis,imponunt retortæ, indeque viciſſim deſtillant, in vas recipiens aqua frigida plenum, hunc purgatum & magneticum dicunt ac virtuoſum &c.

Purgatio ſeptima quæ eſt Crollii: Recipe Mercurii libram vnam, purgetur per lixiuium è calce viua & cineribus clauellatis ſexies vel ſepties, poſtea cum ſale & aceto crudo tam diu lauetur, donec in colorem cœleſtem abierit, & ſic erit paratus ad ſublimationem. Nota,Mercurius viuus in totum poteſt ablui per acetum,quod acetum poſtea ſi miſcueris cum terra figulina,& per retortam deſtillaueris igne violento,adaptato recipiente,aqua frigida pleno,habebis eodem modo & meliori Mercurium clarum,pellucidum, & ab omnibus fecibus puriſſime depuratum.

Purgatio Mercurii octaua ſecundum Phædronem, extrahe cum

aqua calida ſalem ex calce viua, & cum extractione ſimiliter calida itidem extrahe ſalem ex cineribus ſilicum, in hoc lixiuio, Mercurius ſexies vel ſepties bulliat, ſemper vt ſufficiens pars ebullitione decedat, & nouum lixiuium ſubſtituatur. Similiter in ſale & aceto deſtillato bulliat, quarta vice, donec ſal nigreſcat, & acetum euaporauit; ſemper nouum affundendo. Vltimo probe lauetur aqua calida, tertio & ſiccetur, ſic aptus ad operationem & ſublimationem.

Nono, ſic etiam purgatur: Recipe Mercurii viui quantum vis, hunc immiſce cum calce viua & Tartaro calcinato, fac omnia in retortam & pone in arena adapta recipiens aqua plenum, deſtilla, & rediſtillabit viuus, hoc opus cum nouis ſpeciebus & tertio repetes, ſic probe etiam erit purgatus. Multæ ſane purgationes ac variæ præterea extant in lib. 1. Baſil. Chymicæ cap. 2. de præcipitatione Solis & cap. 11. de Panacæis, eiuſdem libri, &c. Sunt & Mercurii præterea purgationes per Sulphur viuum, ceram virgineam vel puram, Item per ſpiritum vini & alia, ſed horum modi ſunt faciles, quare piget apponere, ſed potius recenſere, ingenioſus facile comprehendere poteſt.

Mercurii Purgatio 10 Recipe Mercurii ſublimati partem vnam, Tartari crudi pulueriſati & cribrati partes tres, Smegmatis Venetiani partes tres, hæc inuicem optime pulueriſentur, & miſceantur, poſtea oleum Tartari commune adfundatur, quantum opus, vt fiat maſſa, inſtar pilularum groſſ. modo, fac exſiccet in Sole, poſtea fac in retortam, & deſtilla per deſcenſum in aquam, & Mercurius viuus probe purgatus deſtillatur & reuiuificatur. Magnam habent ſane vim Smegma & Tartarus ad reſuſcitanda corpora metallorum.

Mercurii Purgatio vndecima: Recipe ceræ flauiſſimæ q. v. fluat in tigillo ſupra ignem, poſtmodum importa Mercurium, miſce probe cum ligno ac ſi maſſam exinde velis conficere, denique funde in aquam frigidam, hoc & tertio repete cum noua cera, & purgatus eſt, tunc pelle ipſum per corium: hoc facto ſuperfunde acetum & vrinam cum ſale permixtam, ablue vt artis eſt, vſque dum tibi videbitur pellucidus ac ſplendidus ad opus tuum. Paracelſo putatur ille puriſſimus qui ſepties per Salem ac Vitriolum eſt ſublimatus, ac deinde reuiuificatus, quod quidam faciunt coquendo in vaſe ferreo cum aqua, vnde purgabitur approbe, quinta vero eſ-

ſentia

ſentia vitrioli & ſalis remanet in aqua; quam aquam poſtea dephlegmato, & ſpiritum rectificato, hic dicitur ſpiritus philoſophicus vitrioli.

Nonnulli etiam ſic reuiuificant Mercurium, quo probe purgetur: R. calcis viuæ partes duas, Tartari non crudi ſed nigri calcinati partem vnam, Mercurii ſublimati partem vnam, miſceantur ac conterantur probe: poſtea inde retortæ, applicato recipiente aqua pleno, deſtilla primo lento igne, deinde adaucto, & Mercurius viuus recurrit ſine pedibus purgatiſſimus, ſed ſpiritus Salis ac Vitrioli periit.

CAPVT III.

De Mercurii Præcipitatione.

PRæcipitatio 1. Mercurius vulgaris purificatus diſſoluatur in aqua forti, ſoluto, affuſione aquæ ſalſæ præcipitetur in puluerem album. Menſtruum per inclinationem affunditur, & puluis præcipitatus multis ablutionibus cum indigeſtione cum aqua fontis pura, ab omni ſalſedine & acrimonia edulcoratur, tandem exſiccatus aqua roſarum abluitur & exiccatur. Doſis eius gr. 8. ad 10. in morbis venereis, cum pilulis appropriatis exhibetur, & ſine maſticatione deglutitur, ne dentes lædat maſticatione, purgat per inferiora tantum.

Notabis hic, ſi poſt diſſolutionem Mercurii in aqua forti, fiet euaporatio per ignem violentum etiam ad ignitionem tum in fundo vitri puluis hærebit rubeus præcipitatus, vlceribus maxime venereis conuenientiſſimus.

Præcipitatio 2. Mercurius vulgi ſoluatur puriſſimus cum ſpiritu Salis nitri, ſoluto menſtruum per deſtillationem viciſſim ab eo ſeparetur per Balneum M. vt eſt artis, & calx Mercurii alba petit fundum, hanc in crucibulo fuſorio admoue igni graduato, quo probe excandeat, poſtmodum rurſus indatur vitro, ſuperfundendo aquæ fortis, (ex vitriolo & alumine deſtillatæ) & viciſſim deſtillatione abſtrahendo, tandē exiccando & cū aqua fontana clara dulcificando. Hanc calcem repone in vitro, ad ſuperfundendam ſpiritus vini præſtantiſſimam eſſentiam, hanc per 10. vices inde deſtillando & ab-

ſtrahendo cohoba, vſque Mercurius appareat rubicundus & dulcis, qui maxima eſt Medicina in Lue Venerea. Doſis eius gr. 3. ad 5. cum Theriaca: curat etiam vulnera, ratio & cauſa eſt eius dulcedo.

Præcipitatio Mercurii tertia: Recipe Mercurii purificati vncias quatuor: affunde olei Sulphuris rectificati vncias octo. Digere per duos dies in arena: Deinde per retortam deſtilla, cum tribus cohobiis: Vltimo igne violento, vt retorta candeat, maſſam albam exime & tere: aqua deſtillata calida ſæpius ablue: Donec præcipitatum videas verſum in puluerem flauiſſimum: ſuper quem ſpiritum vini ter accendas, ita ſecure dari poterit intra corpus: Doſis à gra. 3. vel 4. ad 6. in extractis purgantibus, conſerua roſarum aut Sacharo roſaceo. Valet in infirmitatibus cauſatis ab humorum putredine, & morbis deploratis: purificat ſanguinem: in podagra, Hydrope, & in omnibus febribus continuis ſummum eſt arcanum.

Præcipitatio Mercurii quarta: Argenti viui repurgati vt ſuperius explicatum eſt, Recipe partem vnam, aquæ fortis à phlegmate & fecibus repurgatæ & rectificatæ partes duas, indantur cucurbitæ erectæ, diſſoluatur argentum viuum, cumque diſſolutum fuerit, aqua fortis deſtillatione per arenā ab argento viuo igne violento abſtrahatur, vt maſſa in fundo relicta exardeſcat, & partes argenti viui volatiliores vna cum aqua forti aſcendant, maſſa in fundo cucurbitæ relicta eximitur, teritur, iterumq; vitro inditur, affunditurq; aqua fortis vt prius, vt ſoluatur, cumque ſoluta fuerit aqua, denuo deſtillatione abſtrahitur: iſq; labor quinquies vel ſexies repetitur, dum omnis volatilitas ab argento viuo præcipitata abſtracta fuerit: præcipitatus iterū eximitur, teritur, inditurq; patellæ ferreæ latæ, ſubiectiſq; carbonibus ſinuntur ſpiritus aquę fortis euaporari, agitando ſemper ferreo piſtillo, donec rubrū colorē inſtar minii contraxerit, ex quo acrimoniam omnem ac totum venenum ſic elicies. Recipe phlegmatis vitrioli & aluminis ana libras duas ſemis, aceti deſtillati libras duas, Salis gemmæ albiſſimi drachmas duas, ouorum albuminum viginti, deſtillentur bis ſuper feces per alembicum. Huius aquæ miſce libras tres, cum libra vna pulueris tui Mercurii vt ſupra præparati, & in alembico deſtilletur aqua à fæcibus quater: vltima vice pelle ad ſiccitatem: tum demum ſpiritu vini optimo, ſupra puluerem æquali pondere affuſo, biduo

digeſto,

digesto, tandem per destillationem ab eo abstracto, eoque labore quinquies repetito, nouum semper affundendo spiritum vini fixabis & dulcabis tuum Mercurium, quem præcipitatum Diaphoreticum dulcem nominant.

Dosis eius à granis 3. ad 6. ex conuenienti liquore, nempe aqua theriacali, theriaca, mithridatio, aut vino dulci exhibitum pro ægri & morbi ratione. Pesti medetur, Morbum Gallicum curat, Elephantiasin, aquam intercutem, aliosque morbos difficiles abigit, viscerum obstructiones reserat, iis qui venenum hauserunt opitulatur, vlceribus malignis curandis tum intro sumitur, tum extrinsecus Vnguentis & Emplastris, quæ purgant, ad sordida cauernosaque (videlicet vlcera) curanda admisceatur. Ad oris autem sordes eluendas ex vini stillatitii vnciis tribus, Sachari candi vncia vna, mellis cochlearibus duobus gargarisma paratur.

Præcipitatio Mercurii quinta: Recipe Mercurii purgati libram integram, dissolue in sufficiente quantitate aquæ fortis factæ ex Vitrioli libris tribus, & Salis petræ libris duabus, post destilla per Alembicum ex arena aquam & spiritus sensim. Postquam aliquantulum spiritus desinere incipiunt, auge ignem, vt vitrum parum candeat, ac spadiceum quodammodo appareat, sic enim in alembico & ad spondilia cucurbitæ ex Mercurio flores inutiles flaui & subrubei sese eleuant. Omnibus refrigeratis exime & frange cucurbitam, reiectis ad spondilia alembici floribus inutilibus; & inuenies rubeum puluerem in fundo, quem tamdiu aqua calida in paropside terrea laua, donec nihil acredinis supererit. Deinde eidem pulueri exsiccato affunde oleum Salis Tartari ad supereminentiam duorum digitorum, abstrahe iterum ter destillando in arena phlegma.

Sed tertia vice auge ignem, etiam fundo cucurbitæ paulum ab igne rubescente, atque hoc modo ascendit Mercurii quædam portio cruda seu viua, quæ omnino separanda. Relictam in fundo materiam contunde, & aqua dulci calida toties elue, donec nulla salsedo nullæque feces amplius residuæ fuerint, solo nempe rubeo puluere relicto, quem exsiccatum & in cucurbitam mundam positam imbibe cum aqua ouorum, ac septem vicibus eandem ab eodẽ ex arena per alembicum abstrahe. Relictum in fundo aqua calida

 aliquo-

aliquoties laua, affusumq; spiritũ vini rectificatum septies inde destilla cohobiis tot repetitis. Tandem exempto pulueri Alcohol vini affunde, vt bene humectetur, quod admoto igne succende, & tamdiu spatula ferrea moue, donec ardendo consumptum sit. Istius præcipitati Recipe pro Dosi grana 3. vel 5. permisce cum extracto Panchymagogo Crollii, extracto Diagridii, vel aliis, vtere per vices. Lenes tantum in dispositione mouet vomitus, sæpius vero per aluum expurgat. Aqua ouorum qua præcipitatus corrigitur hæc est: Recipe albuminum ouorum coctorum quantum vis, adde tantundem putaminum ouorum calcinatorum, & destilla ex arena per retortam, igne ad extremum vehementiore, prodit cum oleo fœtido etiam aqua, quam separatam aliquoties, sexies vel septies destilla per se, donec clara & à sensibili admodum fœtore libera euadat.

Præcipitatio Mercurii sexta: Dissolue Mercurium in aqua forti, & præcipita, vt artis est, per exhalationem omnis humiditatis, vt præcipitatus fiat rubeus, puluerisatum impone mutratio forti, superfundendo acetum ter destillatum, vt supereminceat ad altitudinem quinque digitorum, dando ignem arenæ, vt acetum bulliat, spatio sex horarum (quod & cum oleo oliuarum fieri potest ad externos vsus,) & præcipitatus (per aliquotas cum recenti aceto ebullitiones) totus dissoluatur. Calidæ dissolutioni filtratæ, superfunde liquorem anima mundi impregnatum: Spiritum vini, vel oleum Tartari) & statim separabitur Mercurius, à dissolutione aceti quod dissoluens debet ablui & exsiccari. Dosis à granis 4.5. ad 7.

Præcipitatio Mercurii octaua, quæ est Rudolphi Würtzii: Recipe Mercurii q.v. hunc bene ablue cum sale & aceto, ad separandam ab eo nigredinem: Hunc impone cucurbitæ & superfunde aquæ fortis, ex vna parte Vitrioli & duabus Salis nitri destillati q.s. repone cum cucurbita in arena ad soluendum & abstrahendũ, cohoba ter: Postmodum recipe Mercurium in fundo vitri restitantem instar flauæ violæ, contere in lapide marmoreo, & rursus impone cucurbitæ, ac superfunde olei Vitrioli (quantum præcipitati, tantum olei Vitrioli) repone in lenioribus cineribus per 24. horas, postmodum fac vt Vitrioli oleum cum præcipitato, stet in igni fortissimo pro excandescentia & spiritus aquæ fortis cum oleo discedent relinquendo Mercurium flauum. Hũc exime, sublimatũ v. reiice superfunde vini

adusti

adusti correcti, vt emineat duos digitos, relinque per duos dies in loco calido, postmodum effunde S.&alium desuper funde, hoc reitera & tertio, & Mercurius præcipitatus est optimus.

Præcipitatio Mercurii nona: Hic præcipitatus euadit grisæus & non vomitorius: Præcipitatus communis flauus vel albus sæpius cũ aqua Rosarũ lauatur exsiccaturq;, deinde imbibitur cũ spiritu vini optimo æqualib. partibus, & cum camphora in æque optimo spiritu vini soluta cõiungitur, ac vicissim lentissimo igne Balnei spiritus inde euocatur, vsq; ad siccitatem. Dosis grana 3. ad 6. cum extracto Theriacæ mista, ac horis octo ante paroxysmũ exhibita mirifice pellit omnes febres tantum per secessus operãdo. Est in peste morbisq; Epidemiis aliis, p̃sertim vero in sudore Anglico pretiosa Antidotus.

Præcipitatio Mercurii decima: Mercurium à Sole vel Luna destillatum & purgatum, vel per se vel cum octaua parte Solis vel Lunæ (Amalgamando) præcipita in puluerem rubeum, modo quo sequitur. Accipe matratium paruum seu phiolam colli prolixioris, cui impone Mercurii vncias quatuor: Deinde super laminam ferream, in fornace arenæ colloca, dando ignem continuum, spacio quadraginta dierum. Collum Matratii super arenam emineat ad sex vel octo pollices, & non erectum, sed lateraliter sit positum, quo singulis horis octonis vertatur, ita vt superior eius pars, cum inferiore commutata præcipitationem acceleret: primis decẽ vel duodecim diebus, Mercurius qui ad collum phiolæ ascẽderit, debet aliquoties quotidie baculo ferreo cui alligatus sit pannus lineus ad fundum ignitum (vti Geber ca. 53. summæ perfectionis docet) detrudi & præcipitari. Est autem hic modus præcipitandi non modernorum sed antiquorum philosophorum. Tempore finito si quid Mercurii crudi, in matratio repertum fuerit: separari debet à puluere rubeo, qui admirandas habet in medicina facultates. Est n. catharcticũ in lepra, blande adeo aluum soluẽs, vt pueris & prægnantib. dari possit: acres humores mitigat: pituitosos expurgat: calidamq; ac siccam viscerũ interiorum videlicet intestinorũ constitutionẽ emendat Dosis gr. 6.

Pręcipitatio Mercurii 11. Recipe Smiridis lapidis puluerisati, quo nigrioris eo melioris, quantum vis, hũc per 3. horas calcina igne violẽtissimo, vt pars ẽt eius laterib. crucibuli adhæreat: Huius pulueris recipe vnciam vnã, aquæ Regis vncias quatuor, & in calido digere,

donec

donec tinctura smiridis, totalis sit in aquam Regis solutam, coloris est subviridis vel etiam subflaua, postea separa per inclinationem, & destilla, vt maneat tantum tertia pars aquæ tinctura smiridis prægnantis ad oleaginositatem. Eius tincturę vnciam vnam funde super vncias duas vel tres Mercurii crudi bene purificati, & ilico ebullire incipit præcipitaturque Mercurius in puluerem album: abstrahe phlegma à præcipitato, & vrge ignem per gradus, donec Mercurius fiat rubeus: quod vero sublimabitur, illud candefac in crucibulo per horam vnam postea edulcora, & habebis Mercurium emeticum, id est sursum & deorsum leniter mouētem, gran. 3. ad 4. Quod si igniatur duabus horis, per inferiora tantum purgat: si horis 5. vel 6. igne exposueris, fixissimus fit & sudorem tantum mouet: Dosis eius à granis 10. ad 14. Præcipitatus vero superior rubeus, maiori ex parte etiam est fixus: vsus eius in augmentatione Solis & vitrificatione rubicundissima: cui si tantundem crudi Mercurii addideris, & in phiala ad ignem arenæ posueris breuissimo tempotis spatio præcipitabitur, atque ita per crebras additiones æqualis Mercurii crudi quantitas præcipitati augebitur. Nota insuper, recipe huius præcipitati rubicūdi ac miraculosi à philosophis nuncupati, huic adde duplum Sulphuris communis, tere ac misce in mortario, ac liquescant in catino, liquata ignem facile concipiunt, quem permitte donec sponte cessabit, relinquitur puluis subflauus, qui in fluxu auro pedetentim proiectus, eidem admiscetur, sed non nisi de 31. gran. 4. ad 6. quæ manent in cineritio, interdum minus, pro operantis nempe dexteritate. Insuper & nota si Vitriolum Martis additur tincturæ, felicior est. Item si hunc puluerem cum silicibus calcinatis vrseris, tandem in vitrum transparens redactum est. Item de tincturæ smiridis vnciis sedecim manet (proiectis super septem marcas Auri) integra marca puri puti & probatissimi Auri per cementa & Antimonium.

Præcipitatio Mercurii duodecima: Solue in aquaforti vulgari Mercurii viui mūdificati vncias tres; in eadem etiam solue veneris vnciam semis: solutiones coniūge: Deinde ex arena destilla aquam fortem vrgendo paulo vehementius ignem, vt maxima pars spirituum inde tollantur: quod reliquum fuerit in fundo exsicca & cōtere, ac cum aceto destillato in balneo per sex dies digere, vltimo

ebul-

ebulliendo, vt potiſſima pars Mercurii in aceto ſoluatur: Acetum imprægnatum ex leni Balneo lente deſtilla, & præcipitatus viridis in fundo reſtitabit. Non eſt eluendus, ſed recta exſiccandus. Eſt enim ſpecificum in virulenta gonorrhæa, iam iam ad præcipitium luis venereæ declinantis, Doſis eſt à granis 4. ad 8. Datur in conſerua roſarum mane: Et licet gonorrhæa ceſſare viſa fuerit, redit tamen ab exhibito hoc ſpecifico: Ideoque Doſes conuenientes tamdiu ſingulis diebus iterandæ, donec omnis fluxus fuerit ſublatus: mouet enim ſimul pharmacum gonorrhæam & eandem curam.

Præcipitatio Mercurii 13. Diſſolue Mercurium à Sole vel Luna deſtillatum & purgatum vt ſupra, in aqua forti, quam ex matratio colli prolixioris, cum alembico proportionato, abſtrahe, igne tertii gradus, cum bina cohobatione ſemper reaffuſa aquæ priori, & cum vncia vna aut altera recentioris aquæ fortis fortificata, vt Mercurius fiat rubeus, qui edulcorari debet calcinando in crucibulo, inter prunas accenſas, continuo virga ferrea mouendo per horæ quadrantem circiter, vel cum aqua ſequenti. Recipe aceti deſtillati libras duas, phlegmatis Aluminis libram ſemis, calcis reuerberatæ teſtarum ouorum vncias ſex: deſtilla ſimul ad ſiccitatem. Huius aquæ recipe libras tres, Mercurii ſupradicti præcipitati libram vnam. Miſce & digere per diem naturalem: poſtea deſtilla per alembicum, cum ternis cohobiis, ignem augendo ſub finem, vt materia probe ſiccetur, quæ circulari debet per diem naturalem cum S. Vini, poſtea deſtillatione ſeparatur ſpiritus: & denuo circulatur & deſtillatur. Hoc quarto repeti debet. Hæc vera Mercurii præcipitati præparatio ad infinitos morbos pellẽdos: Et maxime Luem Veneream, ſiue interius ſumatur (quia ita elaboratus ſaltem ſudores prouocat) ſiue exterius cum Butyro, aut alio medicamento applicetur: Interdum etiam ſedem aut vomitum mouet procliuioribus ad ſedem & vomitum.

Præcipitatio Mercurii 14. ſolue in vnciis duabus aquę fortis Mercurii viui bene purgati vnciam vnã, ſolutioni adde aquæ communis calidæ vncias tres, ac infunde poſtea vrinam hominis ſani recentem, ac eius tantum quãtum ad deliquium ipſius Mercurii requiritur: pręcipitabitur hoc modo Mercurius incarnatus, qui aliquoties aqua cõmuni edulcoratus, ſolũ per ſeceſſus mouet. Doſis à granis 7. ad 12.

Mercurii Præcipitatio 15. ſolue Mercurium ſublimatum per Salem & Vitriolum eleuatum, in aqua communi calida: ſolutioni guttatim affunde olei tartari, quantum requiritur ad præcipitationem, & præcipitabitur puluis rubeus ad fundum: quem remoto phlegmate aliquoties aqua elue, donec ꝓbe omnis ſalſedo bene adempta fuerit, poſtea puluerem exſicca. Doſis à granis 3. ad 6. in Mithridatii extracto exhibitus ieiune bis in ſeptimana, mirifice experit omnes obſtructiones, in primis vero Icterum: Venenis præterea & morbis contagioſis vnice medetur.

Mercurii Præcipitatio 16. Recipe cinabaris vulgaris vnciam vnam, Salis præparati drachmas duas. Simul tere, miſce: & matratio impone, quibus ſuperfunde olei Sulphuris per campanam facti vncias tres, aut in eius defectu ſpiritus vel olei Vitrioli. Digere per triduum in cineribus, reaffunde & deſtilla, idque tertia vice: tandem igne violento fac omnem humiditatem euaporare. Et manebit in fundo maſſa alba, quæ frequenti ablutione edulcorari debet. Doſis à granis 6. ad 10. in morbis venereis maxime: optimus etiam eſt in eriſipelate & affectibus capitis: Datur per aliquot dies cum conſerua roſarum & vnciis quatuor vel tribus decoctionis ſarſæ parillæ.

Mercurii Præcipitatio 17. Simili modo vti antea ſæpius dictum eſt ſolue Mercurium in aqua forti, diſſolutum infunde prius aquam communem: poſtea paulatim oleum tartari commune guttatim adde, & præcipitatur Mercurius inſtar luti, qui probe à corroſiuis per aquam ſimplicem vindicandus, nihil aliud in corpore molitur, quam quod per inferiora impuritates eius exturbet, à granis 6. ad 10.

Mercurii Præcipitatio 18. Hæc eſt Oſwaldi Crollii mei ſympatriotæ piæ memoriæ: Recipe Mercurii bene purificati libram ſemis, cui affundatur libra vna olei Sulphuris per campanam facti & rectificati, (Hoc n. oleum præ omnib. aliis corroſiuis cum optime, & oleo Vitrioli longe potentius præcipitat & coagulat, ita vt maiorem etiam patiatur ignitionem) compoſitum per duos dies in arena digeratur, poſtea per retortam vitream luto munitam paulatim deſtilla, liquoré egreſſum iterum affunde, & hoc tertio reitera. Quarta vice poteſt adhuc ſemel aliquid de recenti Sulphuris oleo affundi, & circa fi-

ca fi-

ca finem aucto igne inter destillandum ita abstrahi vt retorta candescat, sic in ipsa destillatione præcipitatur Mercurius in massam albam: Postea fracta retorta exime illã ac supra marmor tere, & aqua calida pluuiali destillata salsedinem diligenter ablue in vitro oris ampli: agitetur probe, & per horas 4. semper aqua prius subsideat, antequam effundatur: edulcorationem toties reiterabis, quousque nullam salsedinem in affusa aqua amplius deprehendes, & Mercurium remanentem videas versum in puluerem flauissimum, quem postea prius exiccatum phialæ oblongo collo bombyce claudendę impones, & in ignem arenę vehementissimum per octo dies digerẽdum collocabis, si forte adhuc aliquid de Mercurio non satis præcipitato immixtum esset, illud sponte sublimabit se in vitri collum, quod postea ferreo circulo candente franges, & superiorem partem in qua crudus Mercurius affixus hæret, caute & leniter auferes, massam vero in fundo restitantem eximas, & ter spiritum vini desuper incẽdas, & postea ad suos vsus reponas: ita secure datur intra corp⁹.

Obseruationes. 1. Signum veri præcipitati est, si cum Auro fortiter teratur, nec Aurum inde dealbetur, sicuti ex contactu Mercurii fieri consueuit. 2. Non est necesse vt sit omnino fixus, ea enim ratione amitteret vim suam purgandi. 3. Nullus est præcipitatus qui nõ possit reduci, si fixus plane esset, non posset in corpus humanum operari, ratione cruditatis suas operationes perficit.

Vires. Mercurius est Balsamum Naturæ, in quo est virtus incarnatiua, quæ mirabiliter renouat, & clarificat ab omnibus impuritatib. corpus Microcosmicum lue venerea (& lepra) infectum: Vbi enim tota massa sanguinea in vniuerso venarum ambitu corrupta est, & refecta multorum morborum seminariis, tũ c hæc metallica vi ignis attenuata eam penetrandi vim acquirunt, vt habitum totius corporis permeent.

1. Remedium est contra infirmitates causatas ex humorũ putredine, & in morbis deploratis vix exprimitur aliquid præsentius. (Si detur cum scammonio prout ille præparat in hac sua Basilica Chymica fol. 140.

2. Educit omnes vitiosos humores, & cerebri defluxiones. (Hinc nimiæ cerebri defluxiones denotant in gallicanis luem veneream.)

3. Purificat sanguinem in venis, & medullam in ossibus: (resistit enim omni putredini.)

 4. In

4. In Hydrope est summum remedium appropriatum, habet enim vim expellendi. (Prius aquam cum scammonio per aluum subducendo, deinde exhibendo procedat cum præcipitato hoc, à grano semis, vsque ad integram dosin.)

5. In Podagra exhibetur cum Pilulis Ruffi & oleo mellis: (vel potius Hermodactylorum.

6. In pleurisi etiam asthmate) cum specifico vehiculo.

7. Contra venena & scabiem.

8. In omnibus febribus continuis & intermittentibus addendo sem er quatuor vel quinque guttas olei Vitrioli cum (& sine) pilulis Ruffi.

9. Ca holicon est in expurganda lue venerea, huius enim horrendæ luis solus ρίςοδόμο dici meretur: radicitus enim tollit omnia vlcera venerea, & similes fluxiones reiterata Dosi.

10. In Ictero nihil præstantius.

11. Datur in Peste, cum pilulis pestilentialibus Ruffi.

12. In vlceribus malignis & fœtidis expurgandis commiscetur vnguentis.

Paracelsus in luis curatione exhibuit cum electuario de succo rosarum, & Phœdro cum spiritu tartari successu felicissimo pustulas venereas expulit.

Huferus p.m. affirmauit mihi se ex eius frequentissima exhibitione, nullam vnquam deprehendisse noxam, nisi quod interdum propter biliosas vomitiones, ægrotantes de dolore aliquando etiam de ardore quodam gutturis ac oris conquesti sint, qui statim adhibito leui gargarismo vel vsu Terræ sigillatæ, si ardor in gutture fuit, sopiebatur.

Dosis & vsus: A granis 3.4.5. ad 6. In corporib. præsertim robustis.

Offertur cum pilulis appropriatis.

In doloribus capitis cum pilulis cochiis.

In doloribus brachiorum cum pilulis de Hermodactyl.

Vel miscetur extractis purgantibus.

In succo liquiritiæ melius operatur, remouendo Theriacam: offertur etiam in conserua Rosarum aut in Sacharo, Rosaceo, vel deglutiatur iu pane hostiario, superbibendo tantillum vini.

(Nonnulli recipiunt huius præcipitati drachmam integram, cā-

phoræ,

phoræ, sachari ana: drach. vnam, spiritus vini correcti drach. duas, i r bibunt hæc & coagulant in puluerem, sicque exhiberi putant hunc præcipitatum tutius: Dosis huius pulueris est gr. 4. ad 7. plus minusue ratione morbi, ætatis, atque complexionis.)

Præcipitatio Mercurii decima nona: Recipe Mercurii cum oleo Vitrioli præcipitati atque probe loti edulcoratique, superfunde olei Saturni, modo successiuo non continuo, eoque ac si tantummodo humectare ac imbibere velles: Dosis præcipitati erit, vnciæ quinque ac semis, olei vero vnciæ sex integræ, (nonnulli recipiunt oleum Antimonii) superfuso oleo cum vitro, inferne non rotundo repone ad ignem, per tres septimanas, continuando ignem per diē ac noctem; vide etiam ne præcipitatus diuaporet aut fundatur; in hoc tempore si fixus extiterit, tum exime eum, ac persolue cum aceto optimo, feces præcipitando, & purum vicissim coagulando, ac soluendo cum aqua pluuiali destillata, fecesque inde separando, tandem omnem humiditatem ad siccum abstrahe: Hæc solutio atque coagulatio toties repeti debet, donec Mercurius præcipitatus nullas amplius ponat aut relinquat sordes seu feces: Deinde impone illum phialæ, ac repone in igne vaporis per 30. dies continuos, & primo Mercurius nigras nubeculas de sese reddet, deinde albas; His peractis, ignem continua vsque dum fixus appareat: Hic est Diaphoreticus, & virtutis mirabilis, in operatione celer, contra omnia datur: Dosis grana 3. cum vino, Syrupo vel alio appropriato conueniente: purgat sanguinem, mouet sudorem, expellit Apostemata, curat vlcera maligna & id genus alia.

Præcipitatio Mercurii 20. Recipe Mercurii crudi vncias quatuor superfunde aquæ tinendæ (præcedenti libro 1. Basilicæ Chymicæ descriptæ, cap. 11. fol. 152.) & repone in leuioribus cineribus ad soluendum, solutione facta, aquam inde abstrahe, & aliam recentem desuper funde, vicissim deinde abstrahe, & id tertia vice repetito cum recenti aqua: iam superfunde olei Mercurii sublimati cum antimonio, vnciam vnam, digere per diem, postea excandesce omnia, quod sublimatur remoue, fixum solummodo fundi accipe, ac superfunde olei de Marte confecti drachmam semis, & Tincturæ vel olei Solis tantundem, sigilla, vnita optime vitrum, & repone per tres dies ac noctes in cineres calidissimos supra & infra dabis

ignem, & præcipitatus euadet fixus, ſimulque augmentum ſolis. Sublimatum remotum non reiicies, hic enim ad opus viciſſim de nouo redintegrandum optime idoneus ac habilis exiſtit.

Præcipitatio Mercurii 21. Solue Mercurium ſublimatum in cella ſuper tabula ferrea in aquam, poſtea filtra & à fecibus ſepara, huius filtratæ aquæ recipe libram integram, & fac in recipiens magnum, qua procede vt iam dicetur: Recipe Salis nitri & vitrioli ana: Inde cucurbitæ, & applicato alembico, deſtilla in recipiens illud in quo iuſſi facere aquam, fiat autem igne forti deſtillatio attamen graduato, vſque dum nullos amplius videas exire ſpiritus, & aqua præpoſita fiat rubeo-flaua: Deinde hanc aquam accipe & in cineribus adhuc ſemel deſtilla per alembicum cum ſuo phlegmate ad ſiccitatem, & in fundo vitri remanebit præcipitatus fixus ac miracundus. Aquam ſi viciſſim deſtillaueris per M. B. rectificando, remanebit oleum in colore aureo, ſummæ acredinis, hoc ſoluit omnia Metalla. In hoc oleo ſolue Mercurium vulgi, & deſtilla inde viciſſim phlegma, adhibito ſecundo gradu ignis, & habebis præcipitatum ſumme gradatum, quem edulcabis, hic plus efficit quam vulgaris, externe vſurpatus.

Præcipitatio Mercurii 22. Mercurium puriſſimum (vt ſupra dictum purgatione octaua) in æquali ſui pondere aquæ ſoluentis poſitum, relinque per horas duodecim, & inuenies materiam in lapillos Cryſtallinos quaſi conuerſam: Hoc totum in alembico deſtilla, idque tertio, materiæ huic ſiccæ infunde oleum Vitrioli tantum, vt ſupernatet vno digito, digere & poſt triduum inde deſtilla, itemque materiæ affunde, deſtilla & calcina toties, donec rubedinem acquirat ad ſimilitudinem florum calthеæ, tunc eximatur & conteratur materia, & habes Turpetum cum quo procede vt ſequitur.

Recipe aquæ fortis ex alumine & vitriolo Romano deſtillatæ libram ſemis, aceti deſtillati libras duas, albuminum ouorum coctorum libras aliquot vel q. v. miſce omnia ſimul, & iterum deſtilla ac ſerua. Huius aquæ deinde libris tribus addes Turpeti prædicti libram vnam, ac ſimul deſtilles, donec exiccetur, po-

ſtea

ſtea iterum affunde & deſtilla, & hoc tertio repete ad ſiccitatem omni vice, poſtea materiam iterum tere, & ſuperfunde de ſpiritu vini eiuſdem ponderis, digere & deſtilla nouumque reaffunde vt ante, eiuſdem materiæ ponderis, illudque deſtillatum iterum affunde & deſtilla, hoc opus ad 10. vel 12. vices repete, deinde cum nouo ſpiritu digere per triduum, quarta die clarum effunde ſine deſtillatione, iterum & nouum ſpiritum affunde, digere vt ante, & clarum per inclinationem effunde, hoc fiat tertio, poſtremo aquam roſarum (eiuſdem ponderis cum materia) affunde, digere per triduum & deſtilla, nouamque aquam roſarum affunde, digere per triduum in modico calore, & per inclinationem effunde, & hoc opus (affundendi, digerendi, & per inclinationem iterum effundendi) repete ſepties omni vice cum noua aqua, puluerem hunc poſtremo exicca, erit enim color ad ſimilitudinem florum caltheæ vel minii, quem ſubtiliter tritum ſerua. Habes enim præſtantiſſimum turpetum, pro morbo Gallico, Gonorrhæa, & multis aliis.

Doſis grana 5. ad 6. bis in die per horas tres ante prandium & 2. ante cænam omni die, hoc modo accipies patiens omni die bis, donec venerit fluxus, qui erit poſt ſextum, ſeptimum vel octauum diem. Vtatur moderate diæta in prandio & cœna, ſed nullo modo in aerem prodeat vel exeat foras, donec ceſſauerit fluxus, qui fortaſſis durabit per 14. vel 16. dies: & ita finita feliciter erit cura ſine omni alio medicamento.

Aqua ſoluens fit ex vitrioli calcinati, Salis nitri ana libris duabus, & aluminis libra vna, deſtilla vt eſt artis. Hoc Turpetum in vſu habuit Bartholomeus de Retina dictus Carrichter/Rom. Cæſ. Maieſtatis, Medicus & Doctor inſignis.

Præcipitatio Mercurii 23. Solue Mercurii Hiſpanici quinquies ſublimati & reuiuificati libram vnam in ſufficienti q. aquæ, ſupra iam deſcriptæ, ponantur vna omnia in phiala magni colli. in reuerberio clauſo, tractentur per gradus ad octiduum, donec materia tota euadat rubicundiſſima. Hanc materiam poſtea ſume, ſolueque in aceto ſtillatitio, quod niſi ſit ſatis forte, radicabis cum ſale communi, calida deinde aqua edulcorari debet. Doſis gran. 6. ad 10. Ne detur nimium catharoſis

metu

metu ſublimationis, corrigitur tamen auro foliato, vel oleo Saluiæ aut Aniſi. Datur cum pilulis Ruffi, vel ℈j. Catholici Theophraſti. Per aluum tantum purgat, & ſuauiter inſtar Rhabarbari: & niſi materiam eiiciendam inueniat, nihil euacuat, ſed confortat. Hinc factum eſt vt Hermetici Philoſophi dixerint, hoc remedium tunc primum agere & manifeſte operari, ſi inuenit materiam eiiciendam, alias nihil conſpicuum moliri, at nihil ſecius prodeſſe ſemper, obeſſe nunquam.

Præcipitatio Mercurii 24. Recipe Mercurii viui libras duas, has ſolue in aqua regis, vt fiat præcipitatus: Hunc ſolue cum aceto vt eſt artis, quod vna ſolutione aut coctione non ſoluitur, altera & tertia peragitur, vſque totus præcipitatus ab aceto ſit ſolutus: ſolutionem filtra, ad ſeparandas inde feces, poſtmodum in Balneo abſtrahe menſtruum ab extracto, & recens viciſſim acetum ſuperfunde, feceſque ſi ad fundum ſeſe præcipitant, eas itidem ſepara, hanc ſolutionem & coagulationem toties reiterabis, vſque dum Mercurius nullas feces amplius relinquat, ſed inſtar Butyri ſeu Salis remaneat: Huius Salis accipe dimidiam partem, & ſuperfunde ſpiritum vini, pone in digeſtione per octiduum, tum deſtilla per retortam applicato recipiente iuncturiſque munitis, & primo deſtillabitur ſpiritus vini, poſtmodum ſpiritus Mercurii, in retorta vero remanet caput mortuum nigrum: vaſa intra 24. horas non aperies, quia ſpiritus ex momento ſeſe non præcipitant aut reſoluunt: ſolutis, vas aperi, & infunde cucurbitæ, ad reponendum in Balneo, vt ſpiritus vini inde deſtillando ſeparetur, & ſola eſſentia Mercurii remaneat in forma olei cineritii. Hoc oleum infunde phialæ & adde alteram partem Salis, ſigilla vitrum & luta etiam, poſtmodum repone ad ignem putrefactionis per octo ſeptimanas, deinde pone in arena, quouſque in puluerem ſint conuerſa, deinde adauge ignem, donec reddita ſint fixa. Doſis huius præcipitati eſt granum 1. ad 2. in vino vel appropriata aqua aut ſyrupo, curat Luem Veneream, ter in ſeptimana exhibitum, ita tamen vt aerem fugias, vinumque haurias cum ſacharo: Pthyſicis, Podagricis, Calculoſis, Vulneratis, Leproſis, Hydropicis, Epilepticis, Febricitantibus, Hepaticis &c. ſumme conuenit: Nota hoc oleum facilime figitur cum calce ſolari, non nulli dicunt eſſe primum Eſſe & aſtrum verum

Mercu-

Mercurii: Hic præcipitatus si rectissime calcinetur fit coloris rubicundi instar sanguinis, prout etiam sal extractum: Nota etiam S. vini vulgarem non esse idoneum ad hoc opus, sed solummodo Alkohol, quod est impraegnatum essentia salis tartari, neque etiam cum vulgari sale tartari, sed id conuenit, à quo spiritus & oleum sunt separata per destillationem.

Præcipitatio Mercurii 25. Recipe Vitrioli, Salis nitri ana libram vnam, destilla spiritus in aceti destillati libras tres, digerant per octo dies, deinde adde olei tartari libram semis, vicissim per octiduum digestioni manda, post hanc digestionem in fundo vitri salem inuenies candidum, hoc [illegible] coniunge quo acetum hoc soluat, & aqua fixatoria ad præcipitatum parata est: Accipe iam Mercurii per aquam fortem cum muria seu aqua & sale præcipitati, qui alias Cosmeticus vocatur, huic superfunde olei vitrioli q. v. digere per 24 horas, tandem superfunde aquam Fixatoriam, repone in digestione per nouem dies & noctes, tandem aquam abstrahe, hic præcipitatus erit fixus.

Præcipitatio Mercurii 26. Dissolue Mercurium in aqua forti: postea aqua marina, seu sale marino in aqua soluto præcipita: & ex cucurbita per arenam destilla, ignem sub finem augendo, vt Mercurius ad latera vasis sublimari possit: Vase refrigerato, fecibus in imo vasis subsidentibus abiectis, sublimatum seorsim collige: & iterum in eadem aqua dissolue, destilla & sublima vt supra. Hanc aquilam cœlestem niue candidiorem aqua rosacea vel alia appropriata cordiali laua: Eius Dosis est à granis 10. ad 15. Vsus eius est in morbis venereis. Purgat tantum per inferiora: & datur in quibuslibet massis pilularum vel extractis.

Præcipitatio Mercurii 27. Recipe Auri ℥j. Argenti ℥j. Saturni ℥vj. confundantur omnia, his parum induratis Mercurium ex Cinabari impone, & odore metallorum coagulabitur: Hunc sublima cum Mercurio sublimato & ascendet sublimatus, relicto in fundo puluerem rubicundum ac dulcem: Cuius Dosis grana 5. purgat per sedes sine tormine. Aurum & Argentum potest vicissim arte separari.

Præcipitatio Mercurii 28. Recipe Salis nitri, Vitrioli Vngarici,

Salis Alkali, Aluminis plumosi, cinabaris: æris viridis ana partes æquales, misceantur omnia perquam optime, resistant paulisper in cella per noctem aut vltra superfundendo Alkohol vini, vt fiant instar massæ, quam postea destilla artificiose in aquam: Huic aquæ impone Aurum ad soluendum, omnia enim corpora soluit; soluto repone in Balnea ad abstractionem menstrui, & remanebit Mercurius Præcipitatus cum Auro in fundo artificiosissimus; in tali forma cum omnibus Metallis procedere potes: præcipitatus hic instar croci est flauissimus.

Præcipitatio Mercurii 29. Recipe limaturæ Solis partem vnam, Mercurii sublimati purissimi partes tres, sublima hæc inuicem quatuor vicibus, tandem materiæ in fundo residuæ superfunde aquam tinendam cum Sale armoniaco fortificatam, vt si quid de Auro remansum soluatur, solutionem per 24. horas repone vt inclarescat: clarum effunde, & misce cum Mercurio sublimato eodem modo soluto, præcipitentur & edulcorentur in præcipitatum egregium ac solificum (quidam putat si hic præcipitatus cum Borrace vel alio idoneo fluxu reduceretur, duplum fore lucrum auri, tu si vis tenta, nihil enim inde euenit detrimenti.)

Præcipitatio Mercurii 30. Iosephus Quercetanus sic ait in tetrade grauiss. totius cap. affectuum cap. 33. fol. 463. Qui nos ætate præcesserunt, parum in Anatomia interna Mercurii versati, ipsum primum calcinarunt, aut iuxta Paulum præcipitarunt, & in calcem redegerunt: Alii quidem solo Sulphuris vapore, vnde genus quoddam artificiosi cinnabrii concinnabant magnæ virtutis, intro etiam sumpti. Alii vero ipsum præcipitarunt fortibus aquis vulgaribus: atque hunc præcipitatum dulcorarunt crebris ablutionibus aquarum cordialium & vitæ: Vnde remedium educebant in curationem luis venereæ, exhibentes ad gran. viij. x. aut xij. Aut extrinsecus inducentes ipsum perfecte edulcoratum, vel solum, vel aliis mixtum, vt butyro: vnde linimentum formabant in omnia phagedœnica & excedentia, cacoetica, virulenta, cancrosa, aut vitriolica vlcera, quod omnia alia virtute vnguenta superabat.

Huiusmodi præcipitatum sic elaboratum à quodam celeberrimo

rimo Medico Puluis Angelicus Mercurii, ob egregrias ac diuinas dotes, quibus pollebat, vocatum est. Mihi tamen huiusmodi præparationes displicent, nec vnquam ego Mercurii præcipitationes, aquatum fortium vi factas, hactenus probaui, nec adhuc commendo: siquidem eiusmodi aquæ noxiæ sunt ac exitiales, vtpote quæ salium suorum pernitie ac corrosione præcipitatum inficiunt, quod à vulgaribus artificibus emendari, corrigi, ac edulcorari nequit vt decet, quo salubre fiat & fœlix remedium.

Si idem Mercurius cum spiritibus vitriolicis ipsius vitrioli, aut salis gemmæ, aut salis communis, aut salis petræ præcipitatus fuerit, qui pene omnes eandem naturam possident, eosdemque fere aut similes effectus producunt, si optime philosophico more præparati fuerint: hic inquam Mercurius, si cum cinnabari artificiosi vel minerali extractus fuerit, supplebit Mercuriorum corporum Metallicorum defectum, quibus carueris: Isque Mercurius præcipitatus ita eleganter artificio edulcoratus reddetur & mansuefactus, vt longe lateque vulgarem viribus ac effectis superet.

Ex eo porro (loco aquæ fortis communis) si ex aqua Philosophica (de qua in superioribus dictum capite de Antimonio) præcipitatum feceris, additis fluxibus tartari & nitri, omnia perfecte contemperantibus ac edulcantibus, id bonitate alia præcipitata longe superabit. At si in eadem aqua Philosophica alterum duorum luminarium (Solem ac Lunam) intinxeris ac dissolueris, eidemque aquæ Mercurios cinnabaris mineralis, aut Antimonii seorsim immerseris ac solueris, cum minore elegantis nostri reguli stellati portione addita, cuius pondus iam pridem alibi tradidimus: omnibus dein recte permixtis & obumbratis, si crebris cohobationibus ac reuerberationibus exerceantur, & ex arte edulcorentur, inde turpetum nostrum minerale nascetur, vel Aquila cœlestis Paracelsi aut Phædronis: quod turpethum trium, quatuor, quinque aut sex granorum pondere vino infusum exhibita, eius colatura admirandos effectus operatur, leni tamen & facili euacuatione, nec molesta corpus exercens: nec tamen eorundem

granorum perierit vis, quorum nouæ subinde infusiones iterari & propinari commode possint. Atque hoc præstantissimum, nec satis vnquam laudandum remedium est, aduersus omnis generis Lues, Epilepsias, Paralyses, nec non hydropes, vt sic testatur Paracelsus tom. 5. pag. 295. Arcanam vim habet, inquit, auferendi aquositates hydropicas, quod nec colocynthis, Hermod. Esula, turbith præstare possunt, hæ enim poros non ingrediuntur, sicuti Mercurius.

Mercurii Metallici, Solis, Lunæ, Veneris, aliorumque metallorum cum spiritu Vitrioli aut Sulphuris præcipitatorum: aut saltem idque melius (sed maiore temporis diuturnitate) cum calcibus suis philosophicis vi ignis: Eiusmodi, inquam, Mercurii vt plurimum sunt Diaphoretici, vnam aut alteram tantum sedem operantes, tantarumque ea auxilia sunt virium, vt aduersus pestes, lepras, lues, contagioneque serpentia morborum genera ac venenosa, Febres, Epilepsias, Paralyses, ac alios desperatos affectus, vsque adeo potentia ac singularia præsidia sint, vt ingenue fatear, ad laudes eorum satis celebrandas deesse mihi orationem: quæ quidem remedia si rite administrentur, etsi parua tantum pixide contineri possint, sexcenta tamen alia amplis & magnis vasis ingenti fastu conclusa medicamenta virtutibus superent, & multis longe à tergo stadiis relinquant &c.

Præcipitatio Mercurii 31. Mercurium quendam præcipitatum Diaphoreticum describit Paracelsus tom. 6. pag. 288. lib. de morte rerum in hunc modum: Mercurius in aqua forti graduata calcinatus, ab eaque quinquies separatus, donec rubedinem elegantem acquirat, postea dulcoretur. Denique spiritus vini nouies ab ipso destilletur, donec Mercurius ignem ferat & candescat: tum præparatus est Mercurius Diaphoreticus, qui Mercurius cum aqua Saltaberi dulcificatur: & eadem ab ipso per destillationem separata, semper noua affusa, donec nulla acrimonia in aqua percipiatur, dulcis vero recedat, tum præcipitatus hic Mercurius dulcedine Sacharum & Mel superat, in morbo Gallico, cancrosis vlceribus, aliisque variis morbis supremum remedium, omniaque efficit, quæ Medicus desiderare possit.

Sunt

Sunt & plures etiam præcipitationes Mercurii cum Auro vti videre est lib. 1. Basilicæ nostræ Chymicæ cap. 2. pag. 11. 12. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 24. & 25.

Præcipitatio Mercurii 32. Recipe Salis Armoniaci partem vnam, Sulphuris viui partem vnam, misceantur & conterantur, ne Mercurius amplius perspici possit, pone deinde in vase vitreo, ad sublimandum, Sal cum Sulphure ascendunt, & Mercurius in fundo est præcipitatus.

Præcipitatio Mercurii 33. Recipe Mercurii purgati lib. semis impone cucurbitæ, & superiniice Vitrioli crudi optimi libram vnam, extilla phelgma, vel spiritus humidos igne lento; cum sequi incipiunt spiritus sicci remoue ignem, sine refrigescere vas, & denuo iniice libram vnam Vitrioli vt supra, perge, & iterum iniice Vitrioli libram vnam, euocatis spiritibus humidis, mutato recipiente paulatim adauge ignem vsque ad summũ per 18. vel 24. horas, & habebis in cucurbita tria colchotera sibi inuicem incumbentia, & prohibentia Mercurii euaporationem, & in fundo ipsum Mercurium præcipitatum; colchotera suis vsibus vt alias parata inseruiunt.

Præcipitatio Mercurii 34. Recipe Veneris & Mercurii ana, solue singula seorsim in aqua forti, destilla bis, edulcora, præstantissime purgat sine vomitu per sedes: Cerebrum optime purgat.

Præcipitatio Mercurii 35. Destilla aquam fortem ex nitro, vitriolo & tartaro, in ea resolue Mercurii septies sublimati quantum vis, præcipita cum tartaro, aquam affundendo & deinde exsiccando: tandem abstrahe acetum ad tertiam vicem: Vltimo S. Vini affunde & aliquot abstrahe vicibus, hoc facto, S. inde destillatum lento igne adhuc semel abstrahe, remotis fecibus, in fundo habebis Turpetum Mercurii instar Salis.

Præcipitatio Mercurii 36. Acetum Therebintinæ per se tertia vice rectifica, postea adde tantundem aceti, & destilla vna, postmodum adde species huic destillato, quas Theophrastus describit in libro suo Xenodochii, destilla hæc in hunc modum: Accipe turpeti mineralis cũ aqua forti destillati siue præcipitati, ab hoc lente aquam dictam destilla, vsque ipsum videas formam induisse floris calendulæ, non vna fit abstractione sed aliquota, primo fit albus

instar lilii conuall. dicto colore imbutus, cum spiritu vini est corrigendus.

Præcipitatio Mercurii 37. Recipe Mercurii quantumuis, hunc solue in aqua forti, & tertio inde abstrahe, vltimo ad euanescentiam spirituum, superfunde & aceti q. v. & eodem modo bis inde destilla, & hoc facto superfunde aquam mellis per 24. horas, postea per alembicum ab eodem abstrahe, & habes turpetum seu Aurum vitæ: vti huius author vocat.

Præcipitatio Mercurii 38. Recipe Mercurii sublimati q. v. solue in aqua forti, destilla inde igne fortissimo & per dimidium diem sublimabitur Mercurius, quod in fundo manet, hoc tere & edulcora, vt artis, cum aqua calida, hic præcipitatus externe in vnguentis vsurpabitur, mirabilis erit in curando.

Præcipitatio Mercurii 39. Recipe Mercurium viuum, in tanta quantitate prout vis huic superfunde aquam fortem, abstrahe vicissim vt sublimetur, hunc sublimatum imbibe cum oleo tartari, aliquoties, tandem vicissim sublima cum igne intenso optimo, quod in fundo remanet optimum est ad internum vsum, sublimatus valet ad externa in lue venerea & aliis, hic præcipitatus cum Sale Armoniaco fixus facile redditur in oleum, quod se in aere tantum coagulat.

Præcipitatio Mercurii 40. Recipe præcipitati cum oleo Vitrioli q. v. huic superfunde S. V. ad comburendum aliquoties eum cum S. vini. Id a. fiet 10. vel 20. vicibus, & si placet adhuc reuerbera sub tegula: huius recipe ℥j. croci ʒviij Myrrhæ ʒj. ß. aloepatici ʒj Misce cũ galbano, ad conficiendas inde pilulas, Dosis grana viij. Hic præcipitatus dulcis fit, per oleum ex fecibus vini destillatum & calcinato tartaro rectificatum, septies idem oleum ab eo abstrahendo: & hic si recte fundatur nempe præcipitatus, cum fluxu appropriato, abibit in puram Lunam.

Mercurii Præcipitatio 41. Recipe olei Vitrioli secundum artem facti & rectificati, in hoc solue Mercurii quantum vis, donec nihil amplius soluat, & neque viuus neque præcipitatus appareat, sed totus in forma olei liquida appareat. Iam solutionem cum Mercurio per retortã destilla in arena ita exibit oleum à Mercurio & præcipitabitur: Huius præcipitati Recipe vncias duas, calcis Lunæ & Salis

Augmentum olei Mercurii sublimati.

Armo-

Armoniaci ana vnciam vnam, ea misce & in phiala sublima, vbi Sal Armoniacus ascendit, Mercurius & Luna in fundo manēt in forma Auri purissimi præcipitati: Si lubet, pone in vitro forti aut crucibulo deuitreato in furnum venti ad fluendum, deinde ignem adauge & præcipitatus versus est in vitrum transparens fixum, coloris instar aurei, quod miræ est virtutis atque efficaciæ.

Mercurii Præcipitatio 42. Funde Antimonium in regulum cum Sale Armoniaco, bina vice, huius reguli accipe ℥j. Mercurii ℥j. olei Vitrioli vncias duas, riteq; misce deinde extrahe cum spiritu V unctum effunde, aliumq; vicissim superfunde, postea destilla extractū, & remanebit fixus præcipitatus Antimonialis cum Mercurio. Est & alia adhuc artificiosissima præcipitatio Mercurii, quæ fit per Salem nitri, igne fusionis videlicet, & facilis. Alia etiam est quæ fit per silices purissimos: Alia itidem quæ fit per phialam planam & hæc mystica ac philosophica est, &c. *Vitrum Mercurii cum Luna.*

Præcipitatus Mercurii 43. Recipe sublimati partes duas, reguli Antimonii partem vnam. Præparentur & puluerisentur seorsim: cōmisce in mortario vitreo cum aqua vitæ; & pone in retorta vitrea parua, quæ intret in aliam, lento igni exibit oleum quoddam nigrū, quod destillabitur rursus per retortam, & quæ seruiet recipiendo, plena sit ad medium aqua, ita, vt retorta, vbi est oleum, extremitate tangat, aquam recipientis. Pefecta destillatione sine quiescere aquam, & inuenies puluerem album, quem lauabis aquis cordialibus. Dosis est grana 7. vel octo. Doctor Mullerus est author. Nonnulli ex hoc puluere conficiunt Mercurium vitæ, vide cap. 4. sequens.

Mercurii Præcipitatio 44. Recipe Mercurii in aqua forti soluti & cum spiritu vini edulcorati atq; dulcificati, aliquotiesque cum S. cohobati, vltimo ad præcipitatum destillati, huius Recipe ℥iij. Salis Saturni ℥j pone in phiala fixanda per mensem, tandem exime, & tenes miraculosum præcipitatum curans multos morbos.

Mercurii præcipitatio, 45 D. Mulleri. Redigetur Mercurius in puluerem rubrum & dulcem: Si primo coaguletur per aquam destillatam ex albuminibus ouorum coct. in duritiem Deinde superinfundatur sæpius aqua ex albuminibus ouorum, quæ deinceps destilla-

stilla

ſtillata fuerit cum putaminibus ouorum calcinatis, eam educendo per deſtillationem qualibet vice igne cinerum. Dein reaffundendo toties, donec Mercurius ſit conuerſus in puluerem rubrum & dulcem. Paracelſus appellat illum puluerem, Balſamum Mercurii, qui habet talem dulcedinem. Non ſolum curat vulnera & vlcera externa in cute; ſed etiam colli veſicæ vlcera, etiam ſi talia ſint, vt æſtimentur incurabilia.

De hydrargyro præcipitato & paucis etiam Libauius eſt audiendus lib. 2. Alchym. tract. 1. cap. 6.

Hydrargyrum (inquit) locatum in cucurbitula, perfunde aqua ſoluente ſatis acri, ad altitudinem trium digitorum: clauſo vaſe admoue calori. Si retuſa eſt vis aquæ & adhuc reſtat aliquid hydrargyri: pone in loco frigido, & congelaſcet ſolutum: ſi non congelaſcit, affuſa frigida, vel etiam dulci calida parumper ſalſa coagulabitur: poſtea ſepara. Viuo Argento affunde aquam nouam, atque item ſolue vt ante: idq; donec tota quantitas ſit ſoluta. (Ita enim nominant ex vſu metallico, cum potius coaguletur quam ſoluatur.) Solutiones confunde, & in cucurbita cum alembico deſtilla aquam ſoluentem, & ſuper igni detine donec rubeſcat: ſique conſtantiorem requiris, adhibitis cohobiis, euadet fixior, & coloratior. Tranſit autem paulatim ex albo in citrinum, & hinc rubeſcit. Itaq; e iã, ſi vis tripliciter coloratum, capies. Nonnunquam ad cinereum & rubeum deducitur. Notandum quod differat præparatio pro ſcopi varietate. Si ad Medicinam expetitur, repurgandus eſt diligenter à ſordibus, & ſpirituum alluuione, nec quauis aqua ſoluendus, ſed vel ſpiritu Salis, vel Vitrioli & ſimilibus, quæ & alias ſuo modo corpori ingeruntur. Cum item congelauit, eluendus eſt aqua dulci, vel quadam deſtillata frigida, aut cordiali antequam ad rubedinem perducatur. Vbi item iam erubuit. Item eluitur aqua Theriacali. Si ad rẽ metallicam expetitur, aqua fortis ſatis eſt. ſi ad vlcera externa & ſimilia conficitur, ſed ita tamen vt eluatur ab acrimonia, ne in vſu dolorem excitet. (præcipitatur etiam in ſublimato, & exit albus puluis elutu per aquam ſalibus.)

Ne quis deſideret aliorum modos, (inquit præceptor Libauius) quóſdam adiungendos cenſui. Et primum quidem moneo, ſi tantum ſpectetur ſimplex præcipitatio naturæ gratia, non ſpectato vſu, quemlibet poſſe capi hydrargyrum: Sed ad medicinam internam, hydrargyrũ Auri vel Argenti, aut etiam vtriuſq; ſimul. Quanquam n. deſtructa eſt natura iſtorum metallorum: tamen analogus eſt illi. Poſtea & hic eligendus, in quo illa metalla ſunt ſoluta philoſophice. Si & hic deeſt, quæratur is qui iuxta Auri & Argenti metalla, aut ẽt ex horũ venis &

mar-

marcasitis educitur, & depuretur per corium, per destillationes crebras, per lotionē ex acida muria vel aceto destillato, in quo sit solutus Sal ammonius sublimatus, vt omnis nigredo secedat, ipseq; reluceat tanquam clarißimum speculū, aut cœli summa serenitas, qui color cælestinus nominatur. Nihil etiam pigrarum fecum, quæ plerumq; in fine destillationis cernuntur in alembico, facie plumbea hærere, cum ipso est relinquendum, & licet inter destillandum sæpius prodeat cū fuscedine, tu memineris eandem etiam sæpius esse detergendam filtratione & lotura. Iam ad modos quos apponit Doctiss. D. Præceptor Libauius.

1. *Modus: Aquæ soluentis libra vna, hydrargyri triens: soluantur vna & destillentur quoad rubescat hydrargyrus. Rubeum rectifica spiritu vini affuso & incenso donec consumatur: postea elue aqua rosacea, tertio iterum spiritu vini corrige.*

2. *Modus: Aquæ soluentis libra: Hydrargyri sesquilibra, ponantur in cucurbita, vel phiala longi colli, obtorti tamen: Soluantur super prunis, aqua abstrahatur destillando, rubra placenta exempta, triteq; eluatur aqua oxalidis & plantaginis per noctem infusa. Eam diuapora postea in vase argillaceo, subinde agitando per bacillum, commendatur ad Gallicam per sudorem, ad pestem, quartanam, maniam, lepram sanabilem, venena, hydropem, vulnera, vlcera, fistulas, Iliacam, colicam, &c. Dando à gr. 2. ad 7. cum mithridatio, vino, cordialibus, tabulis, &c.*

Modus 3. destilla aquam fortem ex Vitriolo, & Sale petræ, pelleq; spiritus in receptaculum, in quo sit sexta pars hydrargyri: post destillationem effunde in cucurbitam rectam & destilla cum cohobiis, vsq; dum rubeus euadat puluis, quem corrige prius lotione ex fontana destillata, postea aqua melissæ & borraginis. Dantur gr. 5. 8. ad 10. pro robore patientis, cum Theriaca & mithridatio.

Modus 4. Aluminis, Salis, singulæ sesuncia, Vitrioli quadrans, Salis petræ quincunx, destillentur in aquam fortem: hydrargyrum acida muria à fuscedine purgatum, in illo solue per partes, donec totus sit solutus. Solutiones destilla ad coagulum. Hoc tere, & affusa dulci stillatitia sæpius elue acredinem. Impone in vitrum ad calorem, vt indurescat. Trito adde aceti quadrantem. Luto muni vitrum, digere primo ignis gradu per dies 4. donec fiat rubeus puluis, quem læuiga in marmore.

Modus 5. Æruginis, Vitrioli, Salis trinæ vnciæ affusa aqua coquantur in ferreo lebete, vsq; dum soluantur aliquantulum: in colatura coque hydrargyri vncias tres, & agita per horam. Humiditate effusa hydrargyrus rubesit. abluitur aqua dulci, donec albescat. Induratur in cella frigida.

Modus 7. Hic tribuitur D. Zvvingero: Mercurii aceto & Sale ter quaterue abluti duæ vnciæ, olei rubei Vitrioli vnciæ tres, Salis Vitrioli sescun. ia Commista in cucurbita, vel phiola, seu matratio, ponantur in arena per diem natu-ralem. Materiam albam exime ac tere, aqua calida affusa coque, defunde & elue ter quaterue, super cinere calido exsicca, & erubescet vt Aurum, elue iterum cum frigida & sicca. Dosis gr. 3. ad 5. cum Theriaca in Gallicis. Si adiicis Auri calcinati drachmam vnam, Diaphoreticum fit, nec purgat. Recenset Monau. us in Epist. ad Weidnerum.

Modus 8. hydrargyrum purgatum aceto & Sale. solue regia: solutum elue aqua dul. i. Pone in vitro ad calorem per dies 10. vt coaguletur: tere, adde aceti vncias tres, in vitro lutato digere igni lento acetum destilla ad siccitatem. Fiat puluis rubeus in marmore terendus, &c. plura vide apud eundem citato loco pag. 50. & lib. 2. Alch. tract. 2. de extractis cap. XLI. pag. 185. 186. & 187.

CAPUT IV.

De Mercurio vitæ.

VAriæ philosophorũ sunt sẽtẽtiæ de Mercurio vitæ, qua de causa authores varios de eo audiemus, primus sit ipse Theophrastus Paracelsus, qui sic ait tom. 6. Archidox. lib. 5. pag. 33. Mercurius vitæ, qui tertium est Arcanum, (quatuor dicit Arcana. 1. vocat Arcanum primæ materiæ 2 Arcanum lapidis philosophorum. 3. Arcanum Mercurii vitæ. 4. Arcanum Tincturæ.) suarum operationum demonstrationes eis similes exhibet, quas Halcyon patefecit: quæ quidem auis annuo tempore suo renouatur, plumisque nouis induitur. Non secus Arcanum hoc ab homine manuum & pedũ abiicit vngues, pilos, cutem, ac omne quod ei subiectum fuerit: vtpote iterum crescant efficit, corpusq; totum renouat, vt supra de Halcyone dictum est tom. 6. pag. 103. 33 99. & 39. pag. 38. inquit, deinceps etiam scribere de Mercurio vitæ volumus, cuius virtus, duorũ præcedentium virtutes longe superat Non enim in arte virtus ista, nec in opere, sed in Mercurio vitæ ipso consistit, cui simile simplex nullum cognouimus, quod vspiam existat. Quandoquidem agnata illi natura ac proprietas illa existit, non ex viribus essentiæ quintæ,

nec

nec elementorũ, sed ex specifica suæ prædestinationis qualitate. Nõ quod solum virtutes habeat personas, nec non alia essentialia transmutandi, verum etiam, ex veteri qualitate in nouam renouandi crescentia quæuis & similia: in hunc modum videlicet, quod Mercurius vitæ Martem in materiam primã suam reducat, iterumq; suam in materiam perfectam ita transmutet, vt ex ea ferrum iterum fiat. Eodem modo Aurum etiã renouat, quod in Mercurium proprium atque tincturam reducit, iterumque digerit in Aurum, vt metallum priori simile euadat.

Nec vero in metallis tantum, verum etiam in aliis, vt herbis, similiter operatur. Quum radices earum eo perfunduntur, flores atque fructus secundos adferent; si primum semen deciderit, illo tẽpore si perfundantur illæ eodem, vt supra, flores & fructus secundos proferent absque respectu temporis vllo.

Non aliter de brutis, quam de hominibus & aliis hoc etiam est intelligendum; quibus vbi Mercurius hic fuerit applicatus, eorum membra singula renouat inueterata consumptaque, ac in iuuenile corpus vel domicilium vires deficientes & amissas refundit, ita vt in anubus menses atque sanguis æque ac in iuuenibus mulieribus naturaliter fluant. Item vetulas ad similem naturæ perfectionem reducit in qua iuniores existunt.

De Arcano vitæ latius notandum est, eius vires in forma specifica tam potentes existere, vt vetus à recenti, vel senectutem à iuuentute separent, quam posteriorem augent, ac ita renouant ætatem. Vnde colligitur, iuuentam eiusque vires in senectutem minime deficere, sed in senibus æque atq; in iunioribus existere. Verum corruptio, quæ penes iuuentutem excrescit, ita roboratur, vt ista vires adimat, vnde vetustas cognoscitur.

Postquam igitur eiusmodi corruptio separatur à iuuenta, hæc postea iterum manifestatur citra inimicitiam, aut impedimentum. Ad hunc modum intelligendum, id est, scilicet, vbi corpus aliquod putrefit, non est hac de causa quinta essentia eius putrefacta, sed recens & inconsumpta est, ac separatur in aerem à cadauere, nonnunquam in terram aut in aquam spargitur, vt in illum locum deueniat. Nam quintę essentię nulla destructio fieri potest, quod summe notandum, & in admirationem trahendum est, prout nos de

corruptione & generatione docemus. Sic etiam rosa in fimum putrefacta, retinet in se vel in fimo suam quintam Essentiam. Etsi fœteant omnia, putridaque sint, nihilominus in separatione puri ab impuro, quinta viuit essentia sine defectu vel macula: corporaque fœtida sunt cadauera. Ita ergo de Mercurio vitæ constituimus, eum separare corruptionem, vt à ligno, quod putridum est, separatur. Tam potens est etiam in homine, vt, postquam corruptum ab eo separatum fuerit, moueatur iterum essentia quinta, viuatque prout in sua iuuenta. Sic nimirum hoc est intelligendum: Non quod Mercurius vitæ nouam essentiam excitet, prout nonnulli nostram opinionem & experientiam interpretari malitiose possent, sed quod essentia iuuenilisque spiritus, (ex quo vires iuueniles exeunt,) nihilominus manent inconsumpta, quamuis oppressa pro mortua habeantur.

Mercurius itaque vitæ semouet impurum, quo fit, vt inueterata vita suas, vt antea, vires efficacissime recuperet. Quandoquidem supra de Halcyone loquentes indicauimus, istam autem post mortem renouari, hac de causa, quia non recedit à suo domicilio eius quinta essentia. Quod si hospitium id à putredine dissoluatur, tunc essentia 5. in id recipitur, supra quod iacet. Quare sæpius admirandæ reperiuntur in crescentibus naturæ conditiones, non ex eorum existentes natura, sed ex accidente simili, sicuti de generationibus ponimus. Hac via quidem hoc est intelligendum. In fimo variæ corruptiones concurrunt, & accumulantur, vt ex herbis, radicibus, fructibus, aquis & similibus aliis rebus. Vnde fit vt ex eo pingues & fertiles reddantur agri, nō propter corruptionem, sed propter quintam essentiam exsistentem in eo, quæ se recipiens in radices, vires exhibet crescentibus, euanescente quidem corpore, hoc est, fimo, & in nihilum redacto, nec non in substantia sua consumpto. Quapropter humanum stercus magnarum est virtutum, quia nobiles in se continet essentias, vt cibi & potus de quibus admiranda scribi possent. Nam corpus aliud nil ab eis præter nutrimentum recepit, non autem essentiam, vt nos de nutrimentis scribimus. Propius igitur iam ad Mercurii vitæ praxin accedemus, qui prout antea diximus, modo admirando suas operationes perficit, velut manuum & pedum vngues eiiciendo,

& pilo-

& pilorum canorum radices euellendo iuuentutem roborat, vt corruptio senectam, per signa ea demonstrare nequeat, nisi ad sequentem ætatem vsque iterum descendatur.

Practicam eius aggredientes iam, cum Alchymistis agamus paucis. His enim scribere multa, concionarique prolixe non est opus. Prætensores autem ac insipientes excludemus prorsum. Eius practicandi modus hic esto.

Recipe Mercurium Essensificatum, quem ab omni superfluitate sua separato, sicut purum ab impuro: postmodum sublima cum Antimonio sic vt ascendant ambo, nec non vnum fiant. Deinde resoluantur super marmor, & ad quartam vsque vicem coagulentur. Eo peracto, Mercurium vitæ, quem antea declarauimus habebis, qua quidem senectutem nostram consolabimur tanquam Arcano.

Philippus Mullerus Medicinæ D. talem ponit eius descriptionem. Recipe Mercurii Meteorisati & Magnesiæ Saturninæ: Tere, misce & in retortam pone, igne per gradus aucto liquor gummosus destillabit, quem affunde cinnabari ex Mercurio & Antimonio sublimandæ. Destilla phlegma & reaffunde aliquot vicibus. Siccitatem capitis mortui tere & solue in cella in oleum; quod abluendum. Affusa aqua communi, fiat dimidiæ partis ex hac destillatio, remanente essentia Mercurii & Antimonii, effunde in aliam cucurbitam fæcibus affusam aquam destillatam abstrahe, ad acredinis perditionem. Fæcibus abiectis solutiones tinctas coagula, iterum tere, tincturam extrahe, solue, filtra, coagula aliquoties. Hic verus est Mercurius vitæ adeo decantatus ob inenarrabiles virtutes. Agonizanti dantur grana 5. vel 6. in aqua rectif. opt. in Apoplexia grana 6. vel 8. Datur post mediam noctem in omnibus fere morbis, vt in Podagra, Hydropisi Icteritia &c. Item in febre pestilentiali. Huius felicissimus successus sæpe experientia comprobatus est. In hoc arcano soluitur Auri totum corpus: vnde curatur lepra perfectissime.

Ignotus quidam author talem eius descriptionem ponit, & differentiam facit inter Mercurium vitæ, & aquilam purgantem. Recipe Antimonii Vngarici libram vnam, Mercurii septies per vitrio-

lum & ſal fuſum ſublimati libram vnam, contere & colloca in retortam bene loricatam ad ignem arenæ apertum vti moris eſt deſtilla, primo lento, poſtea aucto igne: oleum quod eſt deſtillatum, redditur & rectificabitur cum cinnabari proprio, deinde oleum cum aqua artificioſe præcipitatur in puluerem albiſſimum, huic pulueri edulcato, ſuperfunditur Alkohol ſubtiliſſ. atque fortiſſimum ad eminentiam 4. digitorum, reponantur in furno circulationis, quouſque vinum ſit coloris ſanguinei, puluis vero albus adhuc in fundo reſiſtit: hic liquor extractus circulatur atque digeritur per ſe in Balneo roris adhuc per octiduum, poſtea fortiſſimum deſtillatur per Alembicum, quod deſtillatum eſt, vocat hic author Mercurium vitæ: cuius doſis guttæ 9. ad 10. cum cochleari pleno vini vel alio appropriato ac homogeneo ſpecifico ad morbum conueniente ſiue reſpondente, dabitur autem per 12. vel 14. dies continuos in multis deploratiſque morbis, mouet ſudorem per ſe ſine commotione. Puluerem reſtantem album author nuncupat Aquilam purgantem, cum quo exſiccato ſic procedere mandat: accipe ſachari puriſſimi libram vnam, ſolue illud ſuper ignem cum aqua roſarum, ſoluto tum immiſce pulueris dicti vncias quatuor, croci orientalis drachmas duas, relinque ſic in concoctione ac ſi rotulas conficere velles, deinde effunde vt artis, cuius doſis erit ℈j. ad ʒj. purgat omnia membra, curat Hydropiſin & alios infinitos deploratos morbos: per tres autem dies, qui vtitur hoc medicamento, domi ſeſe continebit.

Verba Crollii: Recipe Antimonii Vngarici, & Mercurii ſublimati ana libram vnam, terantur ac miſceantur diligenter, & in retorta vitrea luto obducta in arena mediocri igne deſtillentur, tunc liquor inſtar Butyri ac glaciei egreditur, ſi concreſcit in collo retortæ, vt ſæpe fieri ſolet, tunc admoto pruna forcipe comprehenſa liqueſcat, ne obſtructione impediatur deſtillatio.

Hunc liquorem vulgo vocant Mercurium vitæ, cum tamen ſit ſumme corroſiuus: Et fuerunt quidam ita temerarii, qui cum illo impune luſerunt de corio humano.

Si aqua calida illi affundatur, tunc ſalia corroſiua reſoluuntur, & flo-

& flores albi petunt fundum, qui diligentissime ab omni salsedine multoties aqua calida edulcorandi: Ille puluis siccus seruetur ad vsum Medicum, & in complexionibus fortibus exhibetur maiori cum successu intra corpus, quam vulgares Antimonii flores albi per sublimationem præparati.

Qui butyrum illud Antimoniale prius volet rectificare, antequam aquam effundat, ei liberum esto: Ita enim habebit flores candidiores. Num in chymia aliquid præstare possit hoc oleum, iudicent ii, qui illud cum Auro radicaliter soluto fermentare, & per rotam Philosophicam, secundum artem requisitam deducere norunt.

Vsus ac vires eius sunt in Peste, cum pilulis pestilentialibus Auicennæ, aut pilulis Ruffi. In morbis capitis, cum conseruis Betonicæ, pæoniæ, stœchad. melissæ, vel pilulis cephalicis Galeni minoribus. In febribus, cum syrupo cydoniorum, si forte moueant vomitum, non formidari debet. In Quartana non Hectica cum Elect. de succo rosarum Nicolai. In Lue Venerea, in Lepra, in Hydrope cum pilulis de Mezereo, vbi plerunque sine vomitu per inferiora suas operationes perficit. In vlceribus malignis cum Panchymagogo nostro.

Dosis duo, tria vel quatuor grana cum Panchymagogo, vel conserua rosarum, violarum & syrupo cydoniorum addit & cum vitello oui; sed metuenda inde sunt grauissima symptomata, rupit enim omnia Apostemata sic exhibitum; nunc & alios audiemus de hoc oleo siue Mercurio vitæ.

Hæc præparatio incerti authoris sic à nobis insinuatur, & non inepta: Recipe mineræ Antimonii libram vnam Mercurii sublimati libram vnam, misceantur hæc duo & conterantur optime, dein reponantur in cella per 48. horas, vt fluida reddantur ex parte, postea indantur retortæ ac destillentur ex arena in oleum, quod tertia vice venit rectificandum, deinde cum aqua in vase vitreo vel vitreato præcipita in puluerem albissimum, quem edulcabis, reaffundendo aliam aquam vt artis est, tandem dulcescet: puluerem exsiccatum in igne fac in cucurbitam, & superfunde acetum destillatum opti-

optimum, vt ſoluatur puluis in aquam, quam filtrabis, & à fecibus depurabis, deinde abſtrahendo acetum, ſpiritum ſuperfundes vini, vitrum obturabis in furno digeſtione circulabis, eodem modo filtrabis & à fecibus ſeparabis, poſtea igne leni per Balneum menſtruum inde elicies, & maſſa relinquetur in fundo vitri inſtar Butyri ſiue ſalis. Huius Doſis grana duo ad tria in conſerua cydoniorum, purgat leniſſime, & totum corpus mirabunde inueſtigat, Leproſis ſumme conducit. Idem author refert, quod oleum hoc deſtillatum in virtute fixatoria idem ſit veluti ſupra oleum deſcripſimus cum ſublimato & Auripigmento capite 7. de fixatione Lunæ: Argentum inquit reddit volatile, & euehit in calcem ſolis. Item, ſi aurum ſolutum in oleo ſalis, huic oleo infunditur, in momento videbis nigreſcere oleum ſalis inſtar atramenti, hanc nigredinem deſtilla ſuper Alembicum, (aſcendit enim) & aurum tuum adeo volatile reddetur, vt tandem abeat in Mercurium corporis, ſiue Mercurium ſolis, de quo ſupra audiuiſtis, quantæ ſit virtutis atque efficaciæ: non eſt Mercurius Philoſophorum hic, ſed corporalis, philoſophicus enim non eſt perfectum corpus, ſi enim corpus haberet vel corporaliter perfecte exiſteret, morti eſſet obnoxius, quare centrum ſpirituale in alia rota & ſphæra impari atque cælifera per ſapientiam medullæ ſaturninæ inquire: non tamen tibi negamus, quod Aurum non ſit fermentum, ſed quale illud ſit, quintam eſſentiam conſule Solis ſupremi, radiorum in hæc inferiora cauſam atque authorem ſpiritum: ſi hæc intelligis verba, mediam regionem cœli amalgamaſti cum ſeptimo infimo atque ſupremo. Laudetur Iehoua, & cantetur nomini eius in ſeculum ſeculi, A. A. A.

Alius ſic vult: Recipe primam materiam Mercurii vel vti Paracelſus nuncupat Mercurium Eſſenſificatum, hunc priuatum à ſuperfluis humiditatibus, per ſe, ſine additione materiæ alicuius heterogeneæ examina, quo clarus atque pellucidus conſtet atque virtuoſus, tandem ſublima ipſum quater cum minera Antimonii, vt ambo ſeſe ſoluant, aſcendant & vniantur Philoſophice atque myſtice, tandem coagula, ſolue ac rurſus coagula, hoc repete multis vicibus, & Mercurius adeſt vitæ ſiue Mercurius Philoſophorum.

Hæc de Mercurio vitæ: plura de hoc oleo Antimonii cum Mercurio ſublimato, vide cap. ſequenti ſeptimo.

CAPVT V.

De Mercurii Sublimatione.

SVblimatio Mercurii vulgaris: Recipe vitrioli Romani, ſalis communis & Mercurii ana libram vnam. In corpora ſimul, miſce & adhibe in vas ſublimatorium præparatum ſecundum artem. Cui tenue ſpiraculum, ab initio ſublimationis fiat; quod poſtea intercludatur adaucto igne. Nonnulli recipiunt Mercurii viui partes 12. Salis communis, Vitrioli ana partes ſex.

Sublimatio Mercurii 2. Recipe Mercurii viui libram vnam Vitrioli ℥iiij. Salis armoniaci tantundem, Salis gemmæ ℥iiij. humecta omnia cum aceto & miſce in marmore, poſtea fac in cucurbitam applicato alembico, & deſtilla primo acetum, deinde amoue recipiens, & claude vitri orificium, ne aer intret, tandem Mercurius ſublimatur inſtar Cryſtalli.

Sublimatio Mercurii tertia: Recipe Mercurii purgati per ſalem præparatum, acetumque & per corium traiecti: vitrioli calcinati, ſalis præparati ana libram vnam, ſalis nitri vncias quatuor: terantur & miſceantur ſimul in mortario lapideo, cum modico aceto, tamdiu, donec Mercurius nullo modo appareat viuus. Omnia bene miſta pone in cucurbitam lutatam: cui ſuperpone alembicum roſtri breuis: dando ignem per gradus, vt artis eſt, per octo vel decem horas. Aqua fortis, quæ primo effluet, ſeruetur. Pro ſecunda ſublimatione: ad libram vnam ſublimati, addantur ſalis præparati vnciæ duodecim, & vitrioli vnciæ quatuor. Si tertio: ſale tantum ſublimetur.

Sublimatio Mercurii quarta: ſoluatur Mercurii viui purificati libra ſemis vel integra in aqua forti donec totum abſorptum

ſit à tota aqua, poſtea hanc ſolutionem funde ſuper vitrioli ex-exſiccati & ſalis communis præparati ana partes Mercurio analogas, & ſpatula lignea diligenter ſubagita, cauendo ſpiritus acres, quæ inter agitandum euaporare ſolent. Poſtea hæc omnia ex cucurbita vt antea factum eſt ſublima, & Mercurius plerumque inſtar glaciei tranſparens eleuatur.

Sublimatio Mercurii quinta Rubea: Accipe Mercurii quantum vis & cum vitriolo rubificato diſſoluto in aceto forti deſtillato, addito ſale communi præparato, ſublima in eum plane quo ſupra primum modum: niſi quod ſublimatio cum fecibus coniungi, teri, & ſublimari debet, dum Mercurius aſcendat, quod fit per reiteratas vices.

Sublimatio Mercurii artificioſa 6. Recipe Mercurii crudi præparati & cocti cum lixiuio illorum qui Smegma conficiunt, idque ſexies vel ſepties, deinde & cum aceto, quo vſque purificati, libram vnam, vitrioli ad rubedinem calcinati, ſalis nitri ana libras duas, commiſce & contere in mortario optime cum aceto, vſque dum mortificatus: Hunc ſublima vt moris eſt, ſublimatione peracta, ſecunda vice ſublima ipſum per ſe, tertio per Alumen rochæ calcinatum, quarto per ſalem nitrum, & ſublimatur Mercurius rubicundus: Hunc imbibe cum ſpiritu vini Alkoliſato rectificatiſſ. ad infundendum, repone per 14. dies ac noctes cum vitro in igne digeſtionis, poſtea menſtruum effunde, & ſi opus aliud affunde: ſpiritum tinctum repone in Balneo Mariæ & leniſſime abſtrahe vinum, vſque ad liquorem, deinde & leni igne coagula, contere, repone in cella ad marmor, ſic per ſe ſoluetur, ſoluto coagula in vitro, ſolue pro ſecundo & tertio viciſſim coagulando, tandem eſſentia ſublimati coagulati nobiliſſima exiſtit in fundo cuius doſis granum 1. in Theriaca vel alio appropriato homogeneo, aut pilula.

Q. Eſſentia ſublimati Mercurii.

Sublimatio Mercurii alia, 7. Recipe calcis ouorum partes duas, Mercurii crudi partem vnam, humectentur optime cum aceto miſcendo, ne amplius videatur Mercurius, confice ex maſſa globulos in ſole exſiccandos, poſtea contere, & repone in igne ſublimationis, ſublimatum tertia vice redde fecibus, & Mer-

curius

curius pretiosus existit. Huius libram integram inde phialæ, & repone per mensem in cineres, primo lento igne præcipitato, deinde fortiori, vltimo fiet rubicundus ac fixus. Hic potest augmentari in perpetuum: si hunc præcipitatum imprægnaueris cum oleo Salis armoniaci 12. vicibus, postea ignem dederis per 4. dies adhibitis ignis gradibus, præcipitatus fiet fixus & augmentum Auri.

Sublimatio Mercurii octaua: Recipe Mercurii purgati vncias sex: Mercurii sublimati vncias octo: tere simul, & misce cum libra vna colchotaris perfecte rubificati: Deinde sublima ex matratio, in arena, spatio 5. vel 6. horarum. Secundo sublima cum media libra colchotaris. Tertio per se tantum. Qui voluerit, loco colchotaris vti poterit sale præparato. Finitis sublimationibus, massa redigitur in puluerem subtilem, qui aqua rosacea abluitur & exsiccatur. Dosis à viginti granis ad 30. in Lue venerea.

Sublimatio Mercurii nona: Recipe Mercurii Meteorisati vncias sex: Mercurii sublimati vncias octo. Misce in mortario, donec totus Mercurius crudus absumptus. Fiat sublimatio in matratio longioris colli, igne tertii ordinis: abiecta semper restante in fundo materia quoties reiteratur sublimatio. Vltimo redige in Alkohol, & serua ad vsum. Hanc Præcipitationem Quercetanus Aquilam albam & Panchymagogum vocat: cuius vsus insignis est in variis morbis, vt lepra incipiente, Lue venerea, vermibus infantum, hydrope, podagra &c. Dosis est à granis 12. ad 20. cum pilulis cochiis minoribus, aggregatiuis vel aliis. Et tum eiusmodi Pilulas Quercetani vocant. Hoc arcanum ob magnum & insignem vsum, quem præstare potest humano generi, reticere noluimus. Alii sublimatum dulce vocant. Clarissimus & insignis Chymicus D. Iohan. Fridericus Echsius, Medicus Rheinfeldensis, Mercurium dulcem vocat. Alii Aquilam cœlestem.

Sublimatio Mercurii decima: Recipe vitrioli rubificati, quod incorporabis paulatim cum libra vna Mercurii viui, sublimabisque in matratio igne sublimationis. Tunc recipe Mercurium sublimatum, & incorpora cum alumine vsto, & rursus sublima,

Tertio misce cum craye de brianza, vti vocant; sublima iterum. Quarto cum limatura ferri, vltimo cum sale communi & habebis sublimatum: quod potest capi vsque ad drachmam vnam, & prius dulcificabis cum optima aqua vitæ, ad eminentiam trium digitorum. Accende, exsicca & vtere. Nota Mercurius, per Sal vrinæ sublimatus valde fit crystallinus, etiam interne vsurpandus. Qui vero sublimatus est per salem Tartari, hic facilime abit in oleum. Mercurius sublimatus rubeus non corrosiuus, Oswaldi Crollii, alias nuncupatum Arcanum Corallinum Paracelsi.

Recipe Mercurii purgati (supra ab eo descripti) libram vnam, salis petræ (quod tamen diligenter purificatum & separatum sit ab omni sale vulgari, alioquin sublimatus puluis fieret supra modum corrosiuus: Examen rite separati salis potest fieri in hunc modum, si sal petræ supra laminam ignitam totus incensus auolet, nullo salis vestigio remanente) & vitrioli ad rubedinem calcinati ana lib. ij. puluerisentur omnia & misceantur, irrorentur saltem aceto destillato acerrimo, & cum pistillo ligneo bene simul incorporentur, donec mortificatus videatur Mercurius: Massam postea totam impone lutatæ cucurbitæ mediocris capacitatis, verum parietibus cucurbitæ non maculatis aut probe abstersis, destillatio in arena instituatur, per noctem adhibeatur ignis, vt phlegma aceti egrediatur, postea successiue augendo & continuando ignem ad 24. horas sublimatio continuetur: In capitellum subnigro colore ascendet Mercurius viuus, in medio alembici puluis erit flaui coloris, paulo supra materiam rubicundi: Effracto vitro collige sublimatum puluerem omnem, scilicet tam rubeum quam flauum, & accipe libram vnam salis petræ & aluminis calcinati tantundem (calcinatio aluminis in tigillo fiat modo vulgari, non ita vehementi igne, ne spiritus euanescant) terantur omnia & impastentur, vt antea saltem humectando, cum prioris destillati aceti phlegmate, sublima denuo in nouo alembico vt prius: In continuo igne spatio 12. horarum absoluitur operatio, & puluis ascendit, infra rubicundissimo colore, paulo supra flauo, & in capitello nigricante: Postquam omnia refrixerunt, vitro rupto singula caute eximantur: quod rubrum est ac inferiori loco parietibus vitri adhæsit supra caput mortuum, purũ est & maturum, hoc

seor-

seorsim colligatur & edulcoretur aquis cordialibus, vltimo incendendo desuper aliquoties spiritum vini: Flauum seorsim collectum potest etiam in tigillo mediocri saltem igne calcinari vt rubescat, & postea dicto modo edulcorari: Fæces nigræ in capitello cum capite mortuo in fundo abiiciantur. Magnum Paracelsi secretum & inuentum. Haserus prætulit hunc sublimatum turpeto, illoque in multis desperatis morbis felicissime vsus est.

Vsus & Dosis est: In hydrope cum pilulis catholicis: & Morbo Gallico cum Theriaca.

Dosis à tribus granis ad quinque in Theriaca, succo rosarum & pilulis Catholicis.

Insuper duo sunt secretissimi modi tractandum Mercurium pro Medicina corporis.

In primo Mercurius sine vlla additione certis instrumentis per se redigitur in cinnabarim rubicundissimum; supra declaratum.

In secundo modo mortificantur corrosiui spiritus Vitrioli & Salis in Mercurio sublimato, è quo miro & simplici artificio homogeneo fit puluis Crystallinus plane insipidus: vnum è præstantissimis catharticis, (qui modus etiam declaratus est,) per se vel cum aliis catapotiis in vsu Medico radicaliter omnia noxia è corpore humano pellens. Hoc illis non videbitur mirum, qui sciunt Mercurium esse Balsamum naturæ, in quo est virtus incarnatiua & regeneratiua, mirabiliter renouans & clarificans ab omnibus impuritatibus.

Mercurii sublimatio duodecima instar Crystalli: Recipe Mercurii vulgaris communi modo sublimati quantum vis vncias octo, vel libram vnam, tere in puluerem, & in Phialam proportionatam firmam prolixiorisque colli positam, sepeli in cineres ad furnum leuiter extructum, ita tamen vt superior rotunditas vasis seu phialæ extra arenam promineat, instar semi taleri, postea subministra ignem vase aperto, gradibus obseruatis, donec sublimationem, ad superiorem partem, & in ipsum collum phialæ prodire conspexeris, perge ita sublimare fortiore igne, donec in matratio ipse Mercurius sublimatus instar metalli ebulliendo fluat: & paulatim id, quod ab initio in matratii collum sublimatum est, ex superioribus partibus per latera ipsius vitri vasis fluat, ac insuper portiuncula ipsi

sublimati sese pedetentim in collum ipsius vasis altius atque altius instar coni euexerit: Quo animaduerso, ne morare, sed subito ignem eius omnem, quantum eius fieri potest ex furno exime: Ac paulo post videbis de nouo à sublimato superiores partes vasculi prope illum conum Mercurii ipsius sublimati occupari, & quasi orbiculatim ad spondilia sese eleuare cum summa pelluciditate & crystallina. Remotum itaq; ignem paulatim in furnum ingere, ac eodē gradu nec mitiori nec intensiori eundem æqualiter serua, donec aliquot horis sex vel octo elapsis ipse Mercurius totus in forma plane Crystallina sublimatus, & feces omnes nigricātes in fundo matratii relictæ fuerint. Refrixis omnibus tandem vasculum exime, & superiorem tantum partem eius à sublimato occupatam esse, cum summa iucunditate aspectus videbis. Quod si velis insuper puriorem reddere eundem, denuo hoc opere repetito progredere & sublima. Hic est omnium præstantissimus: Nec enim quantumuis sexies vel septies vel decies à Vitriolo & Sale communi alias sublimaueris, & infinitas curas adhibueris, maioribus pollet tum puritatis tum virtutis donis.

Mercurii sublimatio decima tertia: Recipe Mercurii sublimati vncias sex: foliorum Lunæ vncias duas: tere simul: Misce & sublima ex matratio in arena. Vase refrigerato: partem volatilem separa: Fixiorem & Crystallinam tere: & cum fecibus in imo vasis relictis, misce: Secundo & tertio sublimando, vt supra, tandem abluendo. Dosis à granis sex ad octo vel decem. Purgat suauiter.

Sublimatio Mercurii decimaquarta: Recipe Mercurii sublimati elegantissimi vncias quatuor, Mercurii viui purgati, foliorum Lunæ finæ, talci ana vnciam vnam, misce vt fiat puluis, quem sublima more vt antea dicto, idque quatuor vicibus: Sublimatum vltimum collige, & puluerisatum in matratio in arenam calidam statue per diem vnum atque alterum, puluis fit magis albicans. Dosis eius est à granis 5. ad 10. in robustioribus, purgat benigne & simul mouet vrinam.

Sublimatus Fixus secundum Libauium lib. 2. Alch. tract. 1. de magist. cap. 7. sublima hydrargyrum cum Sale ammonio. Postea misce cum Vitriolo, Sali communi & Sale petræ, & iterum sublima,

ma, hocque repete quater, semper additamentis renouatis. Hoc labore peracto, sublima eum per se solum. Pars fixa manebit in fundo. Huic adde probeque misce partem volatilem, & sublima iterum, idque tam sæpe donec totum sit fixum. Hoc fixum potes augere in infinitum, addita semper parte sublimati volatilis; & maxime si calx Lunæ accesserit. Vsus huius est in tingendo cupro constanter.

De hydrargyro sublimato sic ait Libauius: Hydrargyrus sublimatus est Magisterium compositi Argenti viui cum Sale, vitrioloque potissimum per sublimationem, ad speciem coagulati Crystalli.

Sales potissimum volatiles, & in his maxime ammonius cum atramento sutorio hanc compositionem ingrediuntur. Nonnunquam vero etiam adduntur alia, sed minus principaliter. Variat item proportio misturæ. Interdum enim æquales sumuntur, interdum minus hydrargyri. Vsus sublimati præcipuus est in metallicis tincturis. Alias ad noxia animalia perimenda (vt mures, & tunc iungi solet Arsenico albo, muscas &c.) nonnunquam ad externa corporis humani vitia, vt scabiem, &c. (idque in vnguentis vel aquis certis) item ad mangonia faciei vsurpatur, sed quam cautissime.

Penetrat enim statim totum corpus, & virosum quid in lingua sentitur, etiamsi extremis pedibus, cruribusve illinatur.

Intra corpus nemo eum adhibuerit, nisi improbus. Corrigi malignitatem per rectificationes chymicas, & præsertim fixiones non negauerim, sed nulla necessitas cogit in tam suspecto medicamento ad hunc finem elaborare. Iusserim etiam abstinere à vasis his, quæ facta sint ex cupro per sublimatum dealbato. Effectus plerumq; sapit causam.

Ratio compositionis à Chymicis hæc traditur. Sal ammonius quantus libet (æqualis vel amplior) conspergitur aceto, & teritur in pastam, cui mistus vndiquaque hydrargyrus exiccatione facta sublimatur.

Vulgariter adiicitur Vitriolum, vel Sal commune cum pari Vitriolo, vt vtrumque sit subduplum ad Mercurium. Sunt qui cadmiam fornacariam ex ære addunt, & stibium cum alumine. Eximitur cum filo ferreo teritur cum fecibus quod sublimatum est, iterumque sublimatur. Tertio abiectis fecibus cum Sale communi tantum eleuatur fortiter, nec scandit alte: vel: Libra vna hydrargyri, Salis ammonii, Salis vulgaris, Vitrioli albi quaternæ vnciæ,

terun-

teruntur eo ordine, vt pulueres primum misceantur, affusoque aliquantulo aceto in pastam redigantur, cui paulatim ingeritur Mercurius, & exactè permiscetur, ne appareat vsp am. Euadit autem nigra massa, quæ siccanda est ad calorem blandum ne effumiget Mercurius. Hæc siccata iterum in marmore teritur, & aceto potatur siccaturque vsque dum hic labor septies sit repetitus. Tandem probè resiccata massa in puluerem ducitur in marmore, & in sublimatorio igni lento per horas quatuor admouetur, donec humidi spiritus euanuerint. Inde augetur ignis per horas duas, & sublimatur secundum artem. Si sublimationem repetas perspicuus euadit instar Crystalli: & nominatim ad opera metallica, quod sublimatum est, redditur capiti mortuo, vna teritur & sublimatur quater eodem modo.

Signum perfectionis iudicatur, si prunis iniecta pars non fumiget. Interdum tamen quinta vice absque capite mortuo per se quod purum est sublimatur.

Alia sublimatio: Hydrargyri, Salis communis, Vitrioli, par quantitas ad ignem blandum in massam redigantur, ducantur diu super marmore, pulueratæque sublimentur in vitro per horas 14. igni per gradus dato.

Alia: Hydrargyri, Vitrioli, singulæ libræ, Salis fusi vnciæ septem cum dimidia, capitis mortui de aqua forti vncia, misceantur agitando simul, teritaque in sublimatorio primum igni blando imponantur, vt humidi spiritus abeant. Hoc facto, augeatur ignis, fiatque sublimatio per horas 12. sublimatum teratur cum sesuncia Vitrioli, & vncia Salis, denuoque sublimatur, quæ opera repetitur vsque ad septimam. Valet ad metalla.

Alia: Hydrargyri, Salis communis singulæ libræ, colcotaris libræ duæ. Salis petræ selibra, Salis Ammonii quatuor vnciæ, cum aceto commisceantur, ne appareat hydrargyrus. Lento igni proiecta humiditate, postea fiat sublimatio ad validiorem.

Ad rem metallicam nonnulli ita parant: Recipe cerussæ, Salis nitri, singulas selibras, Salis Alkali librã, mista, sublima, sublimato immisce Mercurium & vna iterum aliquoties sublima, (magna prædicãt de illo sublimato.) Aiunt enim Mercurium inde fieri tractabilem malleo, sublimatum istud solui in catino calido, aqua eius dissolui metalla, &c.

Ad cerussandam faciem Alexius ita facit: Hydrargyri libra, Salis communis selibra, nitri triens, aluminis vsti tritique sesquilibra addito aceto, in quo parum nitri sit solutum, commisceantur: fiat sublimatio ex arte,

sivis

si vis eximere, vas bene munda, & caue ne quid alieni incidat. Frange deinde & extrahe, quod in fundo restat, ex eo potes salem conficere per solutionem, filtrationem coagulationẽ, cuius vsus est in sublimatione secunda, potes enim quater opus repetere, cum nouo semper sale & alumine, fitque valde præstans, quo pacto accipit crystallinã perspicuitatem sæpe sublimatus Mercurius cũ sale ammonio. (Hanc perspicuitatem intelligunt quidam cum volunt in materia lapidis debere Hydrargyrum exaltari cum aquila expansa, id est, sale ammonio volatili, & deduci ad crystallinam puritatem.

Agricola ex Hydrargyro & vitriolo solo ita conficit: æquales argenti viui & atramenti sutorii affuso aceto teruntur in mortario, donec hydrargyrus non appareat. Mistura intra duas patinas fictiles trium horarum spatio coquitur. Tum aufertur, & cum patinæ refrixerint, ex eis eximitur tam liquidum, etiam solidum, rursusque in marmore teritur aceto subinde aspersum & coquitur. Quæ eadem iterantur, donec omne argentum viuum in operculum sublatum ignis calore concreuerit. Huius loci est & arsenici factitii tam lutei quam crystallini confectio, de quo alibi. Hæc sufficiant de sublimato Hydrargyro, nunc ad caput 6. De Mercurii essentia, &c.

CAPVT VI.

De Mercurii essentia siue extractione.

HÆc 1. tali fit modo: Recipe Mercurii pręcipitati libram vnam, minutissime terito, & vitro fortissimo incluso superfundas aceti destillati optimi tantum, vt puluerẽ duos digitos superemineat. Ponatur in loco calido, donec per triduum aut quatriduum ruborem acquisiuerit. Tunc pars clarior in aliud vitrum effusa seruetur, Mercurium rursus calcinato, & cum pari aceti destillati portione, vt antea commisceto, tincturamque vt prius extrahito: Mercurium deinde tertio vel quarto vel sæpius ad eandem regulã vrgeas calcinando, donec omnem eius Tincturam habeas. Acetũ iam ad hũc modum tinctũ in fimo equino per octo dies ac noctes resideat continuos, postea quantũ maxime potes defecatissime in cucurbitam fundo lutatã effunde, atque in Balneo Mariæ totam destillando massam, quandam substantiam instar olei relinques & rubram, & sacharo dulciorem, quæ Mercurii quinta

 est essen-

est essentia: Curat omnis generis morbos tam calidos quam frigidos ex quacunque causa exortos, sanat quoque vulnera & vlcera quam citissime.

Secundo fit & talis Mercurii essentia: Recipe Mercurii à sua minera sexies sublimati partes duas, contere tenuissime, & impone in oleum salis armoniaci, (supra cap.10. Basil. Chym. lib. 1. pag. 102. descriptæ) vitrum vero in calidam arenam & cineres, sic oleum salis armoniaci omnem mercurium soluet, & in purum clarumque oleum euadet. Recipe hoc oleum ita calidum, & adde dissectam papyrum, quo oleum omne absorbeatur, ex hac massa compacta destilla 1. aquam dulcem, deinde acutam & subtilem Mercurii essentiam. Plura vide de hac Q. E. citato dicto loco.

Tertio fit & insignis essentia Mercurii ex præcipitato eius per extractionem 1. cum aceto, deinde per destillationem, de qua vide cap. 12. lib. 1. Basil. Chymicæ pag. 163. Quare istum si cupis consule locum.

Quarto fit & ex Mercurio Philosophica essentia per Spiritum vitrioli. vide cap. 11. lib. 1. Basil. Chymicæ pag. 121.

Quinto & fit ex Mercurio Tinctura eodem libro & capite pag. 134

Sexto conficitur Tinctura Hydrargyri ex præcipitato corallino fixo per oleũ vitrioli rubeum. Nã cum aqua forti in crystallos redactum, perfunditur oleo vitrioli, soluitur, destillatur, cum repetitionibus donec erubescat. Affuso vino Alkolisato digeritur, donec rubescat, idq; fit per vices vsq; ad absolutionem. Tinctæ aquæ coagulantur, separato vino per Balneum. Dant guttas tres vel quatuor in Lue gallica & Podagra.

Septimo, præcipitatus Mercurii vulgaris cõburitur cum salenitro, vt tandem fluat in vitrũ, hoc extrahitur artificiosissime cũ Spiritu vini vel aceto, & essentia Mercurii arcana atque artificiosa præsto est: Idem potest fieri cum mercurio vitæ igne forti ad follem, & postmodum essensificari.

Libauius de quinta essentia Mercurii sic ait: Sublima à vitriolo & sale ammoniaco solue in aquam, quam septies destilla. Nonnulli cum vitriolo sublimatam partem soluunt per acetum ab eo, & seorsim per secessum collectum dicunt esse quintam essentiam, cuius vsus in fistulis, cancris &c. Sublimatio

matio autem perficitur ita: sublimatũ miscetur aqua forti, & soluitur in pultem, addito sale cõmuni macerantur, donec Mercurius in aquam abeat. Destillando postea extrahitur aqua fortis, inde eleuatur quinta essentia vitrioli & Hydrargyri simul. Sublimatum denuo aqua forti soluitur, idque etiam tertio peragitur semper sublimando, donec feces in fundo nulla maneant.

Vel Mercurium purga cum tartaro calcinato. Sublima à vitriolo, sale nitri, & alumine, affunde vini spiritum exasperatum & correctum, digere, donec in mucosam transeat pinguedinẽ. Hanc destilla per retortã igni fortissimo, donec humor exeat lacteus Redde hunc retortæ, iterũque educ liquorem, forma olei albissimi fragrantis. Circula id cum vini quinta essentia ad iustã subtilitatem. In Gallica etiam intra corpus datur pauca dosi, & foris adhibetur. Aliter fit ita: Rec pe salis artis partem vnã, salis gemmæ duplum, misce Mercurium cum his, & subige in massam, quam septies sublima. Sublimatum solue lixiuio forti: destilla aquositatem per alembicum. Refunde destillatum ter, terque iterum elice. Cum omnis aqua est abstracta, pelle fortiter ignis gradu quarto, & sequitur oleum ad scabiem Gallicam vtile. Nominatur & quinta essentia incredibilis efficaciæ puluis ille, quem ita parant: Mercurius sublimatur cum sale & vitriolo, aliquoties sublimatus reuerberatur igni medicori ectiduano, vase clauso. Teritur in marmore, soluitur deliquio in Balneo: solutio destillatur per alembicum, & dicitur lac virginis id quod egreditur. Hoc coagulatur lentissimo calore, sicco vase clauso. Quód si in lacte virginis soluas salẽ ammon. decies sublimatũ, & coagules, nihil erit valẽtius.

Quido Magnus talem ponit essentiam Mercurii in suis secretis seu Manuscriptis: Recipe Mercurii (per se præcipitati, vel aquã fortẽ solati edulcoratique) vncias quatuor, menstrui vegetabilis magni acuati vncias duodecim, dictum spiritum superfunde Mercurio in phiola probe loricata, ac sigillo Hermetis optime lutata, reponantur ad ignem digestionis vt menstruum rubicunde coloretur, tandem omnino soluatur Mercurius: soluto repone per 14. dies in putrefactione Balnei M. vel per tres hebdomadas in Balneo roris, tandem essentia seu Balsamus Mercurii menstruo supernatabit, hic dulcis est non corrosiuus; relinque sic adhuc per aliquod tempus in putrefactione vsque dum menstruum album ac pellucidum euaserit & Balsamus sit instar olei siue sanguinis supra menstruum, tandem separa. Huius Dosis est granum 1. ad tria: Cum conserua rosarum, vel sacharo perlato, &c. Vide etiam Q. Ess. sublimati præcedenti cap. 5.

Nobilissima traditur Mercurii essentia, quæ fit, si recipiatur turpetum minerale & commisceatur cum sale armoniaco pro sublimatione, tandem extrahatur cum Alkohole vini: In hac operatione salem etiam Mercurii recipi posse dicitur, experientia docet.

Quinta essentia seu oleum Mercurii paratur, sicut quinta essentia aut oleum solis inquit Paracelsus tom. 6. pag. 34. vbi vera loquitur ille. Consulantur igitur, quæ iam supra de variis quintæ Auri essentiæ olei aut liquoris eius potabilis modis scripsimus ac docuimus: & quisque ad eorum imitationem (vt repetitionem singulorum molestam omittamus) simili modo, præparationes varias oleorum & liquoris Mercurii, aut Mercurii potabilis aggrediatur, qui mira sua dulcedine, quam in se continet latentem, condiatur, & in vsum intro assumendum, non secus ac Saturnina essentia adducatur.

CAPVT VII.

De Mercurii oleis & aquis solutiuis.

DEstillatio olei Mercurii 1. Recipe Mercurii sublimati purissimi libram integram, Iouis purgati libram vnam: Iouem fac fluere apud ignem, deinde immisce Mercurii viui libram, vt fiat Amalgama, quod cum aceto purga; purgato adde sublimatum & repone in cella ad soluendum per 14. dies, & procede in omnibus vti supra dixi lib. 1. Basil. Chym. cap. 9. de solutione solis pag. 81.

Oleum Mercurii cum Auro vnitum vide dicto libro cap. 10. de oleo solis pag. 107.

Item oleum Auri cum Turpetho, eodem capite pag. 108.

Item oleum & aquam Mercurii soluentem, eodem capite, pag. 109.

Item oleum Mercurii sublimati cum auripigmento vide præcedenti cap. 7. de Fixatione Lunæ.

Aliud vide oleum Mercurii Arcanum cap. 12. lib. 1. Basilicę chym. pag. 162. & 163.

Sic fit oleum etiam ex Mercurio: primo purgatur cum tartaro calcinato, secundo sublimatur per nitrum & vitriolum, tertio per alumen dephlegmatum, quarto destillatur per spiritum vini in o-

ni in oleum albissimum, dulce non corrosiuum, superãs omnium metallorum reliquorum olea, quinto coagulatur cum sale vulgari, & tum datur ac vsurpatur interne, purgat per sudorem, expellit omnes impuritates, tollit corporis putredines & exulcerationes, curat omnia vlcera ac vulnera, &c.

Oleum Mercurii aliud: Accipe Mercurii probe cum aceto loti ac purificati vnciam vnam, Aquæ fortis vncias tres, soluatur Mercurius, soluto infunde guttatim olei lini vncias quatuor, & fiet efferuescentia inter hæc, peracto hoc negotio infusionis, mitte quiescant, tandem oleum lini supernatans separa, infunde requiescit oleum Mercurii.

Vel etiam sic fieri potest oleum ex sublimato: Recipe Mercurii septies sublimati, hunc probe contere in marmore cum aqua forti, & per duos dies pulrem fac sic quiescere, deinde aquam per alembicum vicissim euoca, secundo & hoc opus cum fortissimo aceto vini reitera, etiam post secundum diem denuo abstrahendo, tertio & contere sublimatum cum aqua ouorum, etiam inde per tempus liberando: tandem exsiccatum Mercurium per se læuiga in marmore, repone ipsum in cella ad resoluendum, quod fiet intra 10. dies, hoc volunt quidam esse oleum.

Oleum Mercurii etiam sic fit: Recipe Mercurii sublimati, antimonii crudi, ana, puluerisentur ac misceantur quam optime, deinde humectando contere cum aqua salis, repone sic in cella per tres dies, destilla deinde ex igne arenæ igne graduato ac leni primo deinde fortiori, & oleum intra tres horas exit album: Sin rubicundum mauis, tum recipe antimonii & Mercurii sublimati vt prius ana, misce vt ante, & fac residere per 3. dies, deinde pro secundo destilla, & oleum exibit rubicundum: Hoc oleum etiam fieri potest cum regulo antimonii, vel regulis metallorum antimonio fusis, &c.

Olei Mercurialis quidam etiam talem dedit descriptionem: Recipe Mercurii sublimati quantum vis, Hunc fac in cucurbitam probe loricatam, alembico munitam. supra caput alembici repones arenam, super arenam vero locabis carbones ignitos, & tum destillabis ex sublimato oleum ad artem.

Fit etiam oleum egregium ex cinnabari natiuo artificiosissi-

me quod vide supra capite de Panacæis : Item in capite de Laudanis.

Tale etiam destillatur oleum Mercurii: Recipe Mercurii vncias duas, sacchari candi vnciam vnam, Alæpat:drachmam vnam, Myrrhæ rubeæ drach.duas, cōmiscendo contere & humecta cum aqua rosarum, deinde destilla igne lento: Dosis guttæ tres in vino. Nota vero vt phlegma ab oleo per balneum separes.

Quidam sic vult: Recipe mineræ de hydrargyro, hanc repone in retortam probe loricatam, retortam vero pone in vase amplo ac ferreo arena repleto atq; humido, postea applica recipiens cuius orificium sit inuolutum panno aqua frigida humectato, & si exsiccatus exsistit, vicissim is humectabitur, hoc ad finem destillationis continuabitur, vsque tandem adsit oleum. Nota &, quod Mercurius ex cinabari, factitio facili modo per putrefactionem abit in oleum, quod postmodum omnia metalla vicissim in oleitatem resoluit.

Mercurius sublimatus, coagulatus & præcipitatus resoluitur facile in oleum, inquit Paracelsus tom.6 pag.282.

In maiore chirurg. scribit pag.201. Argentum viuum in oleum conuersum æquiparatur balsamo solis. Addit, hoc oleum coagulatum per colchotar, cum aqua Parthenionis adhibitum reliquos balsamos superat: si in crocum aut in florem mutetur, tum summam curam in vlceribus omnibus perficit. Et alibi tomo 4. pag. 91. oleum & quinta essentia Mercurii ab amentia præseruat. In eodem tomo pag.77. Amētiam tollit. Ibid.pag.88 Insaniam curat & pag. 85. eiusdem tomi: Oleum, inquit, Mercurii in suffocatione intellectus vsurpatur, &c.

Basilius tale describit oleum Mercurii cum antimonio: Recipe antimonii vngarici & Mercurii sublimati ana, hæc commisce artificiosissime, & destilla per retortā in oleum: In destillatione Mercurius viuus qui rostro aliquando retortæ adhæret, simulac cinabarim in eius collo remoue, caput vero mortuum remanens contere, & redde oleo, ac destilla, toties, quoties opus. Accipe iam recens antimonium, in tantum, quantum ponderabat caput mortuum, superfunde tuum oleum & redistilla per tot reiterationes vsque dum oleum euadat rubicundissimum, caput vero mortuum sit cineritium, & oleum est paratum.

Ex

Ex hoc oleo talem dicit debere fieri (Basilius) Medicinam: accipe olei vncias octo, superfunde spiritus seu aquæ nitri vncias tres, destilla per retortam, & fixabitur de oleo vncia integra: destillato vicissim adde vnam vnciam recentis aquæ nitri, redistilla vt ante & plus fixabitur; deinde singulis destillationibus adde drachmam recentis aquæ nitri, hocque continua vsq; tandem omne oleum in Alkohol fixum sit redditum. Cuius dosis grana dantur 3 ad 4. cum Theriaca, mouet sudorem, curatque morbos infinitos si eius vsus per aliquot dies continuabitur: nobis hic puluis dicitur, *Bezoarticum minerale simplex*.

Nota, si hoc oleum præcipitatur per aquam simplicem, abit in puluerem album valde corrosiuum, huic vt suam malignitatem adimas, edulcorabis à spiritibus, purgat per superiora & inferiora: sin vero mauelis, vt tantum abeat vel operetur per secessum, conteres illum aliquandiu quam optime cum sale nostro vulgari, tantum ablues, & per vomitum amplius non purgabit, & hæc malignitas eodem modo etiam adimitur sublimato dulci seu Pauchymagogo Iosephi Quercetani. Quod si vero hunc puluerem fuderis coram folle igne intenso in crucibulo, dabit tibi vitrum flauescens, cuius granum vnum cum dimidio in infuso (vini per noctem) exhibitum, leniter purgat, dicitur autem hic puluis, siue fusus in vitrum, siue crudus aut correctus cum spiritu vini *Mercurius vitæ*, de quo supra vide plura in capite de Mercurio vitæ: nisi quod quidam & hunc puluerem conantur fixare cum oleo vitrioli & tinctura smiridis, &c.

Cum hoc oleo fit etiam Bezoarticum cum sole, de quo vide supra lib. 1. Basil. Chym. cap. 2. pag. 13. Item Beguinum cap. 16. fol. 153. Et Basilicam Crollii, sympatriotæ nostri fol. 155. 156. & 157.

Fit & cum hoc oleo Bezoarticum Lunæ, quod vide part. 1. lib. 2. Basil. Chymicæ, cap. 12. de Magisteriis: num. 28.

Nota & hoc: Duobus modis metalla possunt cum hoc oleo vniri; vel vt cum antimonio in regulum ducantur & postea destillentur cum Mercurio sublimato: vel vt præcipitatus metalli per aquam fortem, addatur oleo, quod postea percutitur, destillatur ac Diaphoreticum redditur, prout volunt Basilius

& no-

& noster amicus Crollius: Hinc inde possunt fieri, Bezoartica omnium metallorum: nobis tria tantummodo sunt in vsu, Solis, Lunæ, ac Saturni, &c. Saturnus autem cum antimonio funditur postmodum cum sublimato destillatur per retortam, igne ac manu adhibita diligenti ac continua, Balneo enim tepido Saturnus mundatur velocissime, & hoc ratione spiritualitatis suæ.

Sic fit oleum Mercurii cum Ioue: Pone stannum purum ad ignem fusionis, (eius autem sit vncia vna) liquefacto impone Mercurij purgati vnciam semis, sine deinde refrigerari; frigefacto, cum aceto ab omni nigredine amalgama lauato; probe loto, exsicca & fac in patinam argenteam, ac superfunde Alkoholis vini (in quo aliquot dies ante drachma camphoræ sit soluta) tantũ, vt tres digitos emineat, deinde incende: combusto hoc spiritu, alium superfunde, iterum incende, & hoc continua superfundendo & incendendo, vsque in totum omnia sint soluta.

Dosis huius granum vnum, in tribus cochlearibus aquæ de fumi terra cum ℈ ſ. Theriaces. Si sexies continuabitur huius Medicinæ vsus, mane ac vesperi, mirabiles videbis in curando effectus Plura de oleo Mercurii vide apud Libauium lib. 2, alch. tract. 2. de extractis cap. 16. pag. 144.

De Aquis Mercurialibus.

Aquæ ex Mercurio variæ sunt, quæ nobis de his constant sic tradimus. Modus prior talis est.

Recipe Mercurii per præcipitationem fixati quantũ vis, hunc primo per se (16. Libau.) optime contere, deinde cũ æquali quantitate vitrioli misce, & vicissim terendo subige, tertio cum aceto humecta, & in sacculo repone in cella ad soluendum sepeliendo in terram, & vt artis cum fimo equino cõtegendo solue: in primo opere si solutio totaliter non procedit, redde aquam fecibus, & pro secundo institue, tandem aqua Mercurii est parata.

Item aquæ vulgares ad Mercur.

Secundus modus: Recipe de essentia vini vncias sex, olei duorum draconum vnciam vnam, misce vt oleum abeat in massam duram albicantem, vinum separa, & massam repone in balneo ad aliquot dies putrefaciendo sub cæco alembico, tandem resoluitur in aquam puram, quam à fecibus toties liberabis, quoties eas

faciet

faciet residuas: Curat Fistulas, multosq; morbos infinitos ab extra vsurpata.

Tertius modus: Recipe Mercurii sublimati vnciam vnam, spiritus vini vncias sex, confundendo perquam optime misce, postea requiescant sine per 24. horas, liquorem postmodum ab residentia separa, ac serua, qui dicitur & à quibusdam Aqua Mercurialis, in Chirurgia sane secretum optimum.

Quartus modus: Recipe croci Martis, Mercurii sublimati, salis armoniaci ana q. vis, misceantur optime, postmodum fac vt in cella fluant in aquam, si fluxus feliciter non succedit ad nutum, tum adde particulas de Raphano concisas, parata Aqua, rectifica si placet: Nonnullus scribit de hac aqua quod calcem Lunæ ex aquaforti præcipitatam successu temporis in Aurum transmutet, qui volet experiri, frustra non laborabit, aliquid enim veritatis processus tenet, modus autem in procedendo fiat genuinus.

Alius item modus liquoris Mercurii extat lib. 1. Basil. Chym. cap. 11 de panacæis pag. 144. & 159. Item tria principia ex Mercurio pag. 150. &c.

Liquores Hydrargyri, secundum Libauium tales sunt: Crudus Hydrargyrus laboriosissima repetitione per vasa sua inter prunas candentia traiicitur in receptaculum, ibique paulatim in limpidam abit aquam. Quod non est attenuatum, eximitur, iterumq; traiicitur.

Sceuasiam repræsentauit Hieronymus Rubeus. Alii vas lapideum amplum instar ollæ vndiq; clausæ, præter duos canales, alterum sursum, alterum deorsum spectantes, inter prunas candefaciunt, & hydrargyrum traiiciunt, sed commodior videtur apparatus Rubei. Nam in magno vase spiritus facile dissipantur. Fieri autem id per extenuationem ignis violentam, promptum est videre, cum alias ex terreo luto non possit spiritus igneus produci, qui mox frigore in aquam coagulat.

Aliter fit ex calce præcipitata per aquam fortem. Infunditur ei spiritus vini rectificatus, digeritur, & cum acer factus est, effunditur, reposito alio donec acrimonia sit eluta, & ipsa calx etiam magis attenuata. Postea extrahitur subtilitas per acetum stillatitium toties mutatum, donec totus puluis in eum abierit, sicut ante factum est in metallis. Quod si non intrat acetum, aqua forti calcinatur denuo. Acetum in Balneo diuaporatũ relinquit album puluerẽ qui correctus cum aqua chelidoniæ, & siccatus inhumatur ad liquescendum.

 Para-

Paracelsus hunc præscribit modum. Hydrargyrum septies à vitriolo, nitro & alumine (quib. immistus sit in pastã, cuius gratia illa solent solui aceto, vt crassa tamen sit consistentia, hydrargyrus immiscetur, vt non appareat. postea pasta exiccatur (sublima) redditur autem, quod sublimatum est, semper fecibus tritis & solutis, vt ante.)

Huius sublimati libræ tres, salis ammonii ter sublimati clari albique sesquilibra, cõterantur vna in alkohol, & sublimentur in arena horis nouem, sublimatum puluerem abstrahe cũ penna, & cum reliquiis sublima, vt prius. Repete hoc quater, donec non amplius sublimetur, sed in fundo resistat instar massæ nigræ fluentis, vt cera. Refrigeratã exime, tere, & loca in patina vitrea. In hac imbibe sæpius liquore salis ammonii, atq; ita nutri seu incera, sine sponte coagulari, seu siccari, & iterum imbibe, idque repete decies, donec non coaguletur amplius fere. Hoc tere subtiliter, & in marmore solue per deliquium.

Ex hac aqua potest destillari spiritus per retortã, quo metalla in hydrargyrum soluuntur. Alias & vulgaris sublimatus tritus, & parumper irrigatus in liquorẽ diffluit, vel sublimatus per octiduũ, in mediocri reuerberio tostus soluitur in Balneo, sed probe læuigatus esse debet. Nota & hoc, quod inde puluis confici poßit, quo item metalla in Mercurium vertantur per coagulationem nimirum spiritus, &c.

Aquas soluentes Mercurium vide apud Libauium eundem: lib. 2. Alch. tract. 2. de Extractis. cap. 27. pag. 162.

CAPVT VIII.

De Mercurii fixatione, eiusque Cinabari, atque coagulatione.

DE fixatione Mercurii magna & multa inter chymicos mẽtio: Ideo quod apud authores de hac perlegi, sic ingenue cape.

Mercurium dicunt figi: si ebulliatur in aqua succi Rutę agrestis, septies aut plus destillata, adhibito inde & proiecto super dictũ Mercuriũ induratum, succo portulacæ agrestis (quę alias marina & cornuta) ad maris littus excrescentis. Fiat vtraq; ebullitio per horã, aut plus: ac prima quidem in tigillo, secunda vero in lebete.

Mercurius figitur & in hunc modum. Accipe salis alkali partes

partes duas,& adhibe ignē carbonū, & permitte fluere:& impone in hoc partem vnam Lunæ fixæ limatæ; facq; item per horæ ſpatiū inuicem fluant. Remoueantur ab igne tunc, & ſimul fuſa in lapide marmoreo multum terantur, indeque ad locum humidum in aquam reſoluantur. Poſtea accipe partes 4. Mercurii ſublimati, quas dicta aqua imbibe, donec ex ea nihil ſuperſit. Tandem maſſam igni admoue, quæ liquefiat in tigillo. Hæc dicitur optima Luna ad omne Examen.

Tertia Mercurii fixatio: Recipe Mercurii ſublimati vncias duas, quæ cum vnciis quatuor ſalis præparati ſublimentur ad quaternam vicem. Inde imbibatur hic Mercurius vnciis duabus olei Tartari fixi, cui æqualis quantitas boracis admixta ſit: miſceaturq; Medicina cum tertia parte Lunæ de copella, calcinatæ vt ſupra, & ad humidum diſſoluatur, indeque ad ignē congeletur, & iterum diſſoluatur, iterumque cōgeletur, donec perfecta ſit: Cuius pars in multas Mercurii cadit. Sed aduerte ſucceſſurū melius meo iudicio negotium, ſi iſtius Medicinæ præparationi addas arſenicum, quod primo bulliat cum fori aceto, indeq; cum æris fuligine ſublimetur, poſteaque cum ſale præparato; multiſque ſublimationibus repetitis fixetur, & in oleum reducatur.

De fixatione Mercurii ait Philoſophus. Sal metallorum reſolutum deſtillatum, & ad ſolem congelatum, dat congelare Mercurium in cruſibulo.

Item ſal metallorum dat ſoluere Mercurium in aquam ſub fimo: & illud mixtum, & congelatum, eſt perfecta Medicina. Item oleum Saturni quo ſæpius imbibatur Mercurius ſublimatus fixus, multas aliorum metallorum imperfectorum partes tingit.

Mercurium ſublimatum fixum cum Auro, vide in libr. 1. Baſil. Chym. cap. 11. pag. 152. Item pag. 159. ſic & fixum Mercurium cum Ioue & Auro pag. 153. Aliam fixationem Mercurii author incertus ex veteri codice Gallico ſic tradit: ſume Mercurii & Iouis ana libram vnam, ex hiſque fac amalgama, quod laua cum aqua clara: Deinde exſicca; & exſiccatum tere ſuper marmor, cum libra vna ſublimati. Sic præparatum diſtende, & pone in loco humido, vt in aquā reſoluatur. Hāc appone in vas vitreū bene clauſum, & ſine per aliquot dies quieſcere, donec à ſuis

fecibus clara euadat: quam ita clarificatam, & per declinationem vasis in aliud affusam destilla, dum illius residentia bene exsiccata sit, seruaque liquorem seorsim in altero vase sigillato. Isthinc sumito antedictum vas cum fecibus, & materiam residentem calcina per viginti & quatuor horas, & postmodum ignem violētissimum extrue, & adauge, per alias duodecim, frangeque vas, in cuius fundo materia fixa, & alba residebit. Hanc imbibe aqua superius destillata & asseruata, atque paulisper quiescere sine, donec supereminneat de nouo clara: de qua ad septenam vicem magisterium repete, imbibendo scilicet, destillando coagulando, vltimumque coagulatum, (quod instar crystallini vitri ver Mercurii sal nuncupatur) cum aliqua parte Lunæ dissolutæ fermentando: quæ similiter, cum aqua, quam postrema destillatione ad partem seruasti, & solui & congelari debent. Scitoque quanto plus id præstiteris, tanto maiorem fore elixiris huius energiam: cuius pars vna super 20. Mercurii feruentis partes proiecta, eas in massam duram reducet; ac istius item vna super 20. Veneris fusæ, & repurgatæ, in Lunam ad omne Iudicium.

Libauius talem ponit cinabaris factitiæ in Argentum: Hydrargyri transmutationi vicina est cinabaris factitiæ conuersio. Hydrargyrus purus cum puro sulphure sublimetur, in vsi fit seu cinabarim. Hæc fracta in tessulas, indatur sacculo, & suspendatur in ollam ad medium. In imo contineatur puluis vitrioli, aluminis, & salis tartari, vel etiam vitrioli solius. Subiiciatur flamma, sinaturque cinabaris probe imbibere spiritum vitrioli. Loco pulueris sicci, potes vti tali lixiuio: Aluminis vitrioli singulæ vnciæ, tartari vnciæ duæ, calcis viuæ quatuor, cineris querni septem, aquæ ferratæ quantum satis. Fiat Lixiuium quo vaporetur cinabaris, vt ante dictum est, vel etiam in ipsam aquam immissa per manicam, ita ne attingat fundum aut latera, sed in medio pendeat; coquatur donec probe figatur. Exemptas tessulas macera per biduum in aceto, in quo sit solutum calchantum vngaricum, vel coq; ex oleo (sulphuris, &c.) Exicca coctas, & oblitas oui albo volue reuoluque in scobe argenti optimi subtili, vt vndique dense adhæreat: potes & includere argenti foliis, vel lamellis, aut mutuo sternere vt in cementis. Immitte in catinum fortem & vndique claude.

Claustris resiccatis inter arenas reuerbera per gradus ignis ad triduum, vel quousque perfecta res sit. (Si enim egeris rudius, septem aut etiam 12. dies requires, vel mensem integrum.) si tamen cineres placent præ arena, diutius reuerberandum est. Vbi sponte vas refrixerit, effringe id, & ab exemptis tessellis argenteum puluerem, qui erit niger exuccus, spongiosus, per pedé leporinum caute abstrahe. Ex hoc puluere Aurum elicies. Nam vt argenteus spiritus hydrargyro communicatur in sulphure concluso, ita vicissim sulphureus tingens & vitriolatus figens in argento. Detersis tessellis adiice plumbum, & in hoc excoque argentum. Massam fulmina, & argentum in copella remanebit. Huius transmutationis authores sunt Hieron. Rubeus, Picus Mirandulanus, Baptista Porta, Enchyon, Dornesius, quidam innominatus, & alii plures. (Illud tamen Argentum quo foret constantius, figerem amplius per sua cementa, aut adiicerem tertiam natiui argenti partem, & (Notabis autem ad eundem quidem scopum contendere dictos authores, veruntamen singulos nonnihil variare, veluti Enchyon ita describit: Cinabari affunde aquam fortem, in qua argentum sit solutum, atque cõmacera (vel imbibe vt moris est) destilla postea ter aut quater, vt sic restet cinabaris alba. Hanc in tessulas fractam sterne mutuo, cum elimata argenti scobe, vsque ad vasis (quod debet esse ferreum, vel ex argilla forti fundi plani) plenum sepeli in cineribus, & lentum ignem admoue per biduum. Postea intende eum vsque ad septimum; postrema nocte sit validissimus. Vbi refrixit, in plumbum excoque & fulmina. Nonnunquam etiam in oleo vitrioli per octiduum maceratur. Postea exiccatus puluis immiscetur argento fuso ea quantitate quam capere potest. Reuerberatur in igni, vt supra, & tandem reducitur.)

Nobilissimam quidam dicunt Philosophi fieri Mercurii sublimati fixationem, quæ fit per oleum salis tartari rubicundissimum; hic sal autem antequam abit in oleum figitur & coagulatur aliquoties cum vitro, deinde funditur ad ignem vsque non amplius de sese edat fumum, tandem cum S. V. essensificatur: Hoc oleum adhibetur ad imbibitionem Mercurii sublimati aliquoties coagulando, vsque tandem importatur Saturno, & addendo Borrace reducitur in corpus soli respõdens. Si hunc salem mauis resoluere

in cella, tum id licebit, sed sine S. vini facies, res eodem recidit, nam & tali etiam modo Mercurium figit: Nota oleum Tartari Sale suo acuatum, Philosophi nuncupant ignem infernalem. Est & Mercurii sublimati fixatio apud Libauium quam vide præcedenti capite quinto.

Compositio cinnabaris: Cinnabrium artificiale siue factitium nihil aliud est, quam modus quidam sublimationis per sulphur factæ (sicut sublimatum Mercurii, quod vocant, per vitriolum efficitur) per sulphur quidem, quod liquatur in vase terreo vitreato, cuique liquato sensim postea Mercurius affunditur ad dimidium sulphuris pondus: vbi omnia probe spatula ferrea aut lignea sunt agitanda & commiscenda, dum spatula illa tota calce nigra obducatur, quæ tum sublimationi, in vase cõgruo ad sublimandum posita, apta est. Hac ratione Mercurius ruber eleuatur, quod minium aut cinnabrium refert: Eiusque est dosis pondus granorum trium, quatuor aut quinque, vt fiat medicamentum ad sudores educendos præstantissimum. Ex eodem fiunt præcipitata candidissima cũ liquore eiusdem sulphuris, ex vno eodemque fonte hausta, miræque virtutis in purgando & sudores eliciendo, variis morbis, imo vel Epilepsiis, Apoplexiis, Paralysibus opportunissima, si dextre, vt decet, à Medico non Empirico, administrentur: Hæc Iosephus Quercetanus.

Nonnulli recipiũt 3. partes sulphuris, & nouem partes Mercurii viui.

Hoc cinnabrium ita reuiuificari potest: contere ipsum optime, & repone in terrea cucurbita, applicato ferreo alembico, da ignem sublimationis primo lentum, deinde fortiorem, & Mercurius vicissim ascendit alembicum, in forma perlarum appẽdens superiori parte vasis, quem deinde artificiose collige ac separa.

Libauius inquit: cinnabaris factitia est magisterium compositum ex hydrargyro & sulphure vna commistis, & sublimatione in massam sanguineam vnitis. Id ars excogitauit ad imitationem minii natiui secundarii, ex quo Plinius ait excoctum hydrargyrum, quod tamen præter sulphur & hydrargyrum, lapidẽ continet, &c.

Proportio mistionis est varia, vnde etiam color modo lucidior, splendidiorque est modo minus, quanquam & caloris modus varietatem inducat.

Agricola: Minium deterrimum faciunt, qui æquant portiones sulphu-

ſulphuris & hydrargyri: optimum qui id ex ſolo argento viuo conficiunt. (At non fit ex ſolo) ratione iam explicata Alii in catino ſtatim duas argenti viui, & vnam ſulphuris in catinum coniiciunt ſine miſtura. Interdum duabus ſulphuris citrini miſcentur tres hydrargyri ſecūdum pondus. Nonnunquam vna ſulphuris componitur duplo vel triplo argento viuo. Præcipiunt alii decem ſulphuris ingerere tres hydrargyri. Sed & æquales ſumuntur, & nominatim ad vſum pingendi plus ſulphuris accipitur, vt rubedo fiat illuſtrior. In aliis, præſertim ad fumigandos Gallicanos (cuium ſui fere in medendo hodie addicitur) iudicant ſatis eſſe vncias tres ſulphuris, aut etiam quatuor, ad libram hydrargyri. Apud Paracelſum etiam ſal adiicitur Quæcunque fit proportionis ratio, ſulphuri eliquato in ſartagine, (vel olla) immiſcetur paulatim hydrargyrus calefactus, (vel etiā Mercurio in panno collocato ingeritur ſulphur fuſum, & cōprimitur) donec in vnum corpus coierint ambo. Hoc teritur, poniturq; in aludele ſeu vitreo lutato, ſeu lapideo, vt quarta duntaxat pars ſit plena. Adaptatur ei alembicus cæcus, cum foramine in vertice, per quod tum humidi ſpiritus emittantur, tum quātitas ſublimati & color iudicetur. Id autem conum habet mobilem, vt poſſit recludi pro libitu, in quo cauendum eſt, ne conglutinetur adhæſu ſublimati, quod fiet ſi moueatur vertaturque ſæpius. (Veteres etiam ſine alembico in cucurbita longa anguſti orificii faciebant.) Datur ignis lentus per tres horas, finiturq; euolare humiditas per foramen apertum. Cum ſpiritus ſicci ſcandūt, quod depræhenditur ex eorum adhæſu, & gladio polito (vel lamina, halitu humido non amplius tincto, clauditur foramen, & ignis augetur. Qui maiores maſſas vno opere cōficere cupiunt, vaſis reſpondentibus, per infundibulum ſubmittunt materiam copioſiorem, poſtquam ſentiunt priorem fere eſſe euectam. Sed vna vice non plus duobus cochlearibus demittendum eſt, ne vas rumpatur. Eius etiam gratia foramen ſæpius liberandum eſt, vt ſit aditus tubo infundibuli Securius ages, ſi minores feceris maſſas, quibus perfectis, alembicum amoueas, eaſque eximas. Poſtea vero ſuppeditata noua materia, procedas vt ante. Cum per ſpiraculum apparet fumus ruber, (primo enim exit luteus, poſtea cæruleus, poſtremo ruber) finis adeſſe iudicatur, id ꝙ vno vel pluribus fit diebus, prout induſtrius eſt artifex, & copia magna.

Si ad

Si ad Medicinam expetitur, (vt ad vlcera item intra corpus, quanquam nulla necessitas videtur illud suadere, cũ aliæ supperẽt Medicinę satis felices) cauendus est hydrargyrus crudus ex plũbo. Itaque purificandus est per destillationẽ, aut sublimationẽ & expressionẽ per corium: per lotionem item ex acida muria, donec crystallinus seu cælestis euadat, vel Lunam non amplius inficiat. Alii philosophicã purgationem requirerẽt. Qui in aliquo impuro fuit opere, similiter improbatur. At quem ex auro, argento aut ferro faciunt, vtilis quidem foret, sed rarus est, & minio constat. Alterari potest cũ Auro & Argento in eodem solutis, aut ex venis istorum metallorum peti & repurgari. Sulphur quoque mutari debet suis floribus bis aut sæpius sublimatis, post macerationẽ in spiritu vini Theriacato, vel quouis aliquo liquore. Maxime vero præstant hi, qui ex Marcasitis Auri & Argenti sunt extracti, aut à calcibus horum eleuati. Nonnunquam addi possunt flores, vel Tinctura stibii, calx corallorum, & similia, cum quibus item ad vsum componi ipsa cinabaris ita præparata queat.

Cinabarim factitiam exitiosam & venenatam ex sententia Plinii iudicant. Non diffitendum id est, si arsenicum sulphuri cõmistũ sumatur, quod sæpe in venis euenit, aut hydrargyrus plumbatus, maxime vero si malo vsu prostituatur, sed si principia corrigantur, venenũ per se non est, & perite adhibitum nõ raro iuuat. Nusquam peccatur frequentius, quam in fumo, qui longe nocẽtior est præcipitato. Factum est periculum in cinabari vulgari, ad ignem tamen tosta, quo spiritus graues & fætentes secesserunt & postea adiecta elatione in aqua Theriacali & compositione cum Croco, & puluere perlarum. Hæc data multis est citra vllã noxam.

Paracelsus in chir. Mag. sublimat cum tanto sale petrę quanta est mistura sulphuris & hydrargyri ad fumum luis Gallicæ lib. 33. cap. 7.

Cinabaris cærulea, seu Lazurii species. Fit & cinabaris cærulea item ex sulphure & hydrargyro, hoc triplo, illo duplo, sed adiecta vna parte salis armonii factitii, idq; in hunc modũ descriptione Agricolæ: Sulphur pulueratum in catino lithargyro obducto liquatur, adiicitur sal tritus, & hydrargyrus. Permiscentur omnia probe per bacillum. Mistura refrigerata teritur, & immittitur in

cucur-

cucurbitam vitream luto duorum digitorum loricatam, adiecto alembico cum vertice perforato. Vbi exiccatum lutum est sub tripode ferreo ignis è prunis additur lentus. Spiritus humidi per laminam ferream foramini oppositam explorantur. Cum his cessantibus sicci apparent, obstruitur foramen luto, & ignis augetur per horam indeque iterum augetur, donec fumus appareat cæruleus: In vitri refrigerati (inquit Agricola) residet cæruleum.

Liber vetustus 200. annis ante Paracelsum in Germaniam Venetiis illatus sulphuris vnciam liquat in sartagine, admiscet salis ammonii semunciam, & hydrargyri vncias duas. Massam frigefactam terit, positam in vitro vel olla lutata igni lento adhibet, lamina foramini obiecta ad spiritus humidos explorandos. Post auget ignem per horam cum spiritus sicci apparent. Inde intendit dum fumo citrino cessante cæruleus exit, in fundo est Lazurium.

Galenici præceptores fumigia ad mouendos sudores in lue gallica ex cinnabari factitio præparant; sic inquit Godofredus Steghius Medicinæ practicæ lib 7 cap. 9. pag. 347. Ad suffitus, argentum viuum ita permiscetur. Redigunt hydrargyrũ in cynaprium, vel cinnabarim dictam, cum sulphure, cui adiiciunt fere duas partes gummi, resinarum vel aromatum, quæ malignitatem medicamenti, & morbi corrigunt, digerunt, ac emolliunt, sudorem præmouent, redigunt cum Terebinthina in pastillos, ponderis drach. ij. Exempli gratia.

Recipe Cynaprii drach. vj. styracis calamitæ Benzoi ana drach. ij. Nucis Moscatæ drach. j. Garyophyll. drach. semis, cum Therebintina fiant Trochisci. Vel: Recipe Cynaprii vnciam vnam, styrac. rub. & calamitæ, nucis mosch. ana drach. iij. Benzoi vnciam semis; Excipe Terebinthina & fiant Trochisci. drach. ij. Vel: Recipe Cynaprii vnciam vnam, Benzoi, styracis, Myrrhæ, olibani, opoponacis ana vnciam semis, Mastiches, Macis, Thuris ana drach. duas, Excipiantur Terebinthina. Nonnulli in vlceribus pulmonum, narium, & aliis partibus externis addunt sandaracham, vel auripigmentum, etiam marchasitam siue lapidem pyritem, &c.

Suffitus Antonii chalmetei: Recipe cinnabrii vnciam semis, Thuris, Masticis ana vnciam s. Calami aromatici, redoariæ, ana drach. iij. olibani, Sandaracæ veræ, ana drach. ij. cerussæ vn-

ciam ſemis. excipiantur Terebinth, & fiant trochiſci pro ſuffitu.

Alius eiuſdem: Recipe Cort. Thuris drach. ij. Maſticis gummi Hederæ, gum. Iuniperi, Ladani, Hypociſtidis, ana vnciam ſ. Auripigmenti rubri, vel citrini drach. iij cinnabrii vnciam j. Excipiantur Tereb. & fiant trochiſci pro ſuffitu.

Tertius eiuſdem ſuffitus: Recipe Cinnabrii vncias duas, Ladani drach. ij. Cort. citri ſicci vnciam ſ. ſublimati drach j. Thuris, Maſticis ſtyracis calamitę, Rad. dictamni veri ana drach. j. ſ. cum debita Theriacæ veteris quantitate fiant trochiſci ponderis drach. j. ſ. qui viciſſim coniiciantur in carbones: pro ſublimato ſi opus adde Auripigmentum, &c.

Nobile alius ſic præſcribit Fumigium in lue Venerea, præmiſſis pilulis purgantibus, &c.

Recipe Cynaprii vncias quatuor, Thuris vnciam vnam, Myrrhæ, Maſticis ana drach. vnam, redigantur cum farina & carbonibus contuſis in vnum, deinde cum ſpiritu vini infuſis per diem, redige cum ſex drach. Dragacanthi in Maſſam, vltimo in Trochiſcos, &c.

Vel: Recipe Cynaprii vncias ſex, Myrrhæ, Maſticis, drach. ſemis, Laudani vnciam vnam, Alæ dulcis, ſtyracis calamitæ vnciam ſemis, carbonum ſalicis, & farinæ an. q. ſ. fiat Maſſa infundenda cum ſ. vini, addendo Dragacanthi drach. aliquot fiant Trochiſci, &c. de quibus apud authores pluries.

Et internus eius etiam conſtat vſus apud Chymicos, vti videre eſt.

Præcipitatio Cinabaris, Diaphoretica Beguini: Recipe Cinnabaris vulgaris vnciam vnam: Salis præparati drachmas duas. Simul tere, miſce: & matratio impone, quibus ſuperfunde olei ſulphuris per campanam facti vncias tres. Digere per triduum: tandem igne violento, fac omnem humiditatem euaporare. Manebit in fundo maſſa alba, quæ frequenti ablutione edulcorari debet.

Doſis à gr. ſex ad decem, in morbis venereis maxime. Datur

cum

cum conserua rosarum, & vnciis quatuor vel trib. decoctionis sarsæparillæ.

Cinnabaris factitiæ talis etiam existit apud authores fixatio.

Cinnabaris quadrans, vitrioli Romani libra, salis nitri selibra. M. & in aquam soluentem destillentur, ita vt tres seorsim aquas capias suis coloribus & consistentia distinctas. Tertiæ aquæ tribus vnciis, infunde hydrargyri vnciam, & solue. Solutum indura (per frigus) induratum sulphure fumiga: vel in media aqua solue argentum, & solutionem proiice super hydrargyrum istum, repetito labore affusionis & abstractionis donec figatur totus.

Calcinātur etiam cum cinnabrio artificiose facto artificiosissima instructione metalla, vti exemplum est cum Auro, 1. lib. Basil. Chymicæ cap. 10. pag. 104. &c.

Est & aliud natiuum cinnabrium de quo Iosephus Quercetanus sic ait in tetr. grauiss. tot. capitis affectuum cap. 33. pag. 481. Quod ad natiuum & minerale cinnabrium attinet, Natura nobis in quibusdam auri fodinis in Hungaria profert genus quoddam mineralis cinnabaris ponderosissimæ, ac longe artificiali rubicundioris.

Imo etiam quæ vsque adeo transparens ac dilucida est, vt non minoris pretii, at maioris etiam ipso auro æstimetur: quæ per se & citra vllam præparationem aliam, quam quæ naturæ coctionib. temperata est, remediū est nobilissimum & admirandarum virium aduersus minores Epilepsias aut Analepsias: sed verum præcipue est specificum vertiginum, tale à multis magnis Philosophis Chymicis in Germania agnitum, à quibus hoc remedium, tanquam insigne arcanum, magno habetur in pretio, cuiusque ego beneficio cum Dei gratia, quatuor aut quinque egregios viros vertigine liberaui, vel vnica hebdomada, quatuor aut quinque ad summum dosibus exhibitis, etsi malum hoc vertiginosum vsque adeo interdum exacerbaretur, vt iudicium omne ægris eriperet. Eiusmodi remedium conficitur, vt sequens fert formula.

Recipe Cinabrii mineralis veri ac lucidi vnciam semis: Hoc in alkool super marmore rediges, seu in puluerem impalpabilē. Huic adiice magisterii perlarum, magisterii corallorum ana scrupulos duos, croci scrupulum vnum, folia Auri decem, aut potius decem grana Auri flammam concipientis: fiat puluis, omnia fortiter super marmore agitando & cōmiscendo. Hunc puluerē sedulo asseruabis, & inter alia aduersus cephalicos morbos præstantissimum.

Dosis est o semiscrupulus aut integer scrupulus ad summum, ex aqua liliorum conualliū exhibitus. Magnos & copiosos sudores ciet hoc medicamentum: Quod quamuis eo pretio sit, tantiq; æstimetur à celeberrimis Germanæ Medicis: nō dubium tamen est mihi, quin cane peius & angue censores nostri ipsum oderint ac refugiant, quorum palato insuaue est omne metallicum Medicamētum. Excipient autem illi, in eo argentum viuum contineri, atque idcirco venenosum ac exitiale pharmacū. At eiusmodi homines in perpetuis ignorantiæ ac superbiæ tenebris sinantur versari ac iis immori, cum peruersi vsque adeo sint iudicii, vt carduos rosis præferant, & vilia quæq; exquisitis rebus anteferant, maioris facientes, quam didicerunt à quodam rustico, de pauonis stercore receptam ad vertiginem, quam vel Auri essentiam, vel perlarū ac corallorū magisteria, nec non ipsius cinabaris mineralis (vere solaris natura) vsum à tam doctis ac celebribus Medicis eiusdem cum ipsis professionis, certa multiplicique experientia comprobatum, & tāquam specificum summumque remedium commendatum, &c. hactenus Iosephus Quercetanus.

Banisterus celeberrimus ille Medicus tales ad Luem veneream describit pulueres, cum Cinnabari natiuo confectas. 1. Talis est.

Recipe lapidis Armeni, lapidis Lazuli, Cinnabaris natiui, Antimonii ana drachmas duas, puluerisentur omnia & bene terantur super marmore in vase idoneo ponantur, & affundatur S. vini sufficiens quantitas, comburendo deinde consumatur, & sic octies vratur; deinde siccetur & super lapide marmoreo iterum teratur & sic reseruetur. Dosis à gr. ij. ad iij.

2. Recipe Cinnabrii natiui vnciam vnam semis, florum Antimonii vnciam semis, terræ Lemniæ veræ drachmas duas, omnia optime super marmore tusa, ablutusque puluis aqua rosarum

ſarum bis terue exſiccetur, & iterum optime teratur. Tandem calcinetur quater, & affunde ſpiritum vini, ac comburatur quater, ſiccetur & pulueriſetur optime & ſic reſeruetur Doſis grana iiij. ad vj. ad acutos & ardentes morbos cum aquis deſtillatis frigidis & ſacharo, contra frigidos autem morbos cum Methridato.

3. Recipe Cinabrii natiui puriſſimi vncias quatuor, teratur ſuper lapide marmoreo ſubtiliſſime, item recipe Mercurii vncias tres, lotas cum aceto, & colatas per corium miſce per parum & parum cum Cinabrio, & ſimul terantur, quouſque bene commiſceantur in puluerem ſubtiliſſimum. Tunc ponatur in vaſe fictili idoneo & XXX. mutatis aquis abluatur ſpiritu vini decies, & in ſole ſiccetur, tandem optime pulueriſetur & ſerua. Doſis gr. iij. ad v. ſed ad purgandum miſce Doſim cum Rhabarbari gr. iiij. Diagridii cum ſpiritu vitrioli præparati gr. ij. & Elect. de ſucco roſarum q. ſ. ad formandam pilulam: ſi ad ſudandum miſce Doſim cum conſerua Enulæ, &c. gr. vj. Theriacæ opt. gr. iiij. & ſic vtatur.

Eſt & alia Cinnabaris Diaphoretica ab oleo Antimonii & Mercurii ſublimati remanens (de quo in capite de Mercurio vitæ:) in collo retortæ. Hæc æquali pondere iuncta cum magiſteriis perlarum, corallorum & cranii humani eſt ſpecificum in Epilepſia etiam inueterata, ſolo ſudore repetitis vicibus per dies tres continuos, ac omnino præcedentibus euacuationibus neceſſariis morbum auferens: Doſis à gra. 10. ad 18. in Aqua florum tiliæ, Rad. pæoniæ, cera ſolauendulę Flor. lib. conuall. &c. rectificata, ſummum eſt Antepilepticum. Hæc de cinnabari. nunc de Mercurii congelatione, idq; paucis.

Nunc de congelatione Mercurii dicemus: Congelatio Merrii cum ſole, talis à me, ex libro antiquo traditur: Recipe Mercurii purgati drachmas tres, Auri fini laminati atq; fracti drachmã integram: fac ex duobus Amalgama ſecundum artem, confecto & abluto exſicca, & repone in vitro, luto ſapientiæ munito ad craſſitiem digiti, dein repone vitrum in Saturnum, qui fluet per aliquot horas & Amalgama primo euadet nigrũ, deinde alios induet colores, legitimo modo proceſſionis. Augmentum eſt infinitum,

 ſi ſu-

ſi ſuperioribus perlectis comparaueris: plura nō dico, quia rerū repetitio multiplex nauſeabunda, tu tamē nota metallorū fuſionē.

Alia itidem fit Mercurii induratio per fumum Saturni, quam vide in Iatrochymia noſtra capite de duratione.

Quidnam de cōgelatione Mercurii ſit cēſendū, ſic ſonat Paracelſus tom. 6 in lib. vexat; pag. 287. Mortificare vel cōgelare Mercuriū, & poſtmodū in Lunā cōuertere velle, magnoq; labore ſublimare, vana ſunt opera, cum illa ſint in ſole & Luna exiſtentiū tantū q̄dam diſſipatio. Eſt. n. alia longe diuerſa, propinquiorque via, qua Mercurius paruo diſpēdio, laboreq; minori ſine cōgelatione tranſmutatur in Lunā. Quilibet a. libēter addiſceret artē hanc in Alchymia tam leuem, atque facilem, per quam breui tēpore ſol & Luna plurimū facere poſſet: cumque non niſi cum tædio prolixa ſcripta & verba legantur, optaret vtique, vt directis verbis admoneretur. Hoc & ita facito, operare ſic, & habebis ſolē & Lunam quibus in ditiſſimū virū euades: itane vero: tantiſper exſpecta quæſo, donec citra laborē breuib verbis tibi id declaretur, pręmanſumq; ingeratur in ſtomachū, vt ex Saturno & Mercurio & Ioue Aurū & Lunam illico cōficias. Non eſt, nec eſſe poterit vnq̄ hęc ars inuētu, factuq; tā facilis, ac in ſeipſa facilis exiſtit. Sol & Luna fabricandorū prōtitudo p Alchymiā tā facilis eſt, vt nec libris nec doctrinis contextis magis opus ſit, quā ſi de niue præterita quis ſcribere vellet. Eodem tomo pag. 289. ſic inquit de Mercurio: Quotquot Mercuriū humidę frigidęq; naturę eſſe iudicāt, aperto errore victi ſunt, quia nō eſt niſi de ſua natura ſūme calidus, & humidus: cuius occaſione ſemp ac perpetuo fluit. Nam ſi humidæ frigidæq; naturæ eſſet, aquæ cōgelatæ ſimilitudinem haberet, ſemperq; durus & ſolidus exiſteret, igniſq; calore primū, vt alia metalla ipſum liquefieri foret neceſſe, quo quidē nō indiget, cū liquationē & fluxū habeat ex ꝓprio calore ſibi naturaliter inſito, qui tenet ipſum in fluxu perpetuo, viuūq; facit. vt nec mori nec coagulari, vel congelari queat. Id maxime ſcitu dignum eſt, metallorū ſpiritus ſeptem, aut quotquot eorum mixta fuerint, ſimul ac in ignem veniunt, inter ſeſe pugnā agere, præcipue Mercurius, ſic vt quiſq; ſuas in alium vires atq; virtutes exerat vincendi, liquefaciendi, tranſmutandiq; deſiderio, vnus alterius virtutem, vitam & formam deprædatur, aliamq; naturam illi tribuit.

tribuit. Calore cómouentur itaq; metallorũ ſpiritus, aut vapores ad operandũ in ſeſe mutuo, nec non tranſmutandũ de vna virtute in aliam, quouſque ad perfectionem & puritatem ventum ſit.

At quidnam agendũ præterea cum Mercurio eſt, vt humiditas & caliditas illi poſſit adimi, quarũ loco maxima frigiditas introducta congelaret, conſolidaret omninoq; mortificaret eum ? Hoc fac quod ſequitur. Recipe purũ Mercuriũ optime concluſum, in olei coagulationis medio per 24. horas: id eſt, per diem naturalem, ſic vt ſupra ſaturnũ ſit eleuatus in oppoſito quidem aſpectu Luna Media. Hoc autem à Mercurio occultũ ipſius calorem aufert, & caliditatem extrinſecam addit, frigiditatemq; intrinſecã ſaturni & Lunæ (qui ambo ſunt planetæ frigidæ naturæ) tribuit, ex qua vel per quam Mercurius congelari, conſolidari & indurari cogitur.

Nota frigiditatem (qua Mercurius indiget in ſui conſolidatione, mortificationeq;) ſenſu minime perceptibilem extrinſeco, veluti niuis aut glaciei, ſed potius extrinſecus calidum quid apparere. Non aliter de Calore Mercurii, quo fluit, iudicãdum eſt, non eſſe caliditatẽ extrinſecus perceptibilẽ, ad noſtrarum qualitatum ſimilitudinẽ: imo potius extrinſecus tanquã frigiditas percipitur: vnde ſophiſtæ (gens inexperte loquax) perperam aſſerunt eũ eſſe frigidæ humidæq; naturæ, quo fit etiã vt illũ non aliis quã calidis rebus congelare ſtudeant, quibus tamẽ fluidiorẽ effici potius, quã ſolidum ſuo damno quam lucro magis indies experiuntur.

Nota: Alchymia vera, quæ vnica tantum arte, Lunam aut ſolem ex 5. metallis imperfectis fabricare docet, aliud receptum non admittit præter illud, quod ſic & vere dictat: ſolum ex metallis, in metallis, per metalla, cum metallis, perfecta metalla fiunt. Nam in aliis rebus eſt Luna, & in aliis metallis eſt ſol. Præcedenti pag. 288, ait: Ars hæc eſt. Poſtquã cœlum aut Saturni ſphærã cum vita currere feceris ſuper terram, Impone Planetas omnes, vel quem aut quos volueris vt Lunæ tamen portio ſit minima. Omnes currere permittas, donec cœlum ſaturni penitus euanuerit: manebũt omnes illi Planetæ mortui, cum antiquis ſuis corruptibilib. corporib. interim aliud recens perfectum, & incorruptibile corpus nacti.

Illud n. corp⁹ eſt ſpiritus cœli, de quo rurſus illi Planetæ corpus & vitam accipiunt, & viuunt ſicut antea. Corpus hoc accipe de

vita,

vita, & ex terra, quod serua: Est enim Sol & Luna. En artem habes omnino manifestam & integram. si nondum intelligis eam, aut calles bene est: Ipsam enim tectam, nec euulgatã esse, satius est, &c. Hæc de Mercurii congelatione & induratione, plura de ea dare possemus, vt per spiritum Iouis, Saturni & alia, sed paucis contenta verbis veritas.

CAPVT IX.

De variis variorum Medicorum ac Chirurgorum ex Mercurio præparationibus, turpetis ac medicamentis.

Turbith album leniter deorsum purgans.

RECIPE Mercurii, coagulati in spiritu Saturni, libram vnam, (Saturnus scilicet liquefit, & cum incipit refrigerari, fac in medio foramen bacillo ferreo, in quod infunde Mercurium, statim coagulatur: Eodem modo proceditur cũ Ioue, vt eius spiritu coaguletur Mercurius) teratur super marmoreo lapide optime, & ponatur in fictili vase bene vitreato, & superfunde aceti vini fortis & salis simul misti tantum, quãtum superfluit materiæ ad profunditatem duorum digitorum, & sic relinquatur per tres dies sæpius tamen conquassando. Tandem effundatur acetum, & tandem iterum superfundatur, bulliatq; ad ignem circa horam dimidiam & supra. Tunc acetum effundatur, quousq; sicca relinquatur materia, quæ iterum teratur, & in cucurbita parua ponatur, & aqua in cineribus calidis leni igne destilletur, quæ per se reseruetur, sed cucurbita per tres dies super cineres maneat. Quibus peractis, Recipe Mercurium, vicissim tere & ablue cum aceto destillato & spiritu vini, simul mistis, & in vase idoneo, quod ignẽ ferre possit, ponatur. Cui adde spiritus vini rectificati q. s. Ignisque admoueatur, & cũ bullire inceperit, incende candela S. vini & combureť ac consumetur, quod ter fiet, & iterum bene teratur materia, vt in vitro ponatur, ac superfundatur aquæ fortis libra vna ac semis, hæc materiam in calcem consumet. Tunc omnino effunde aquam fortem, & calci in olla idonea positæ, affunde aquam rosarum, & ter eadem aqua

ablua-

abluatur, continuo aquam effundendo, & nouã ſuperaffundendo. Tunc euaporetur aqua, quouſque ſicca ſit materia: Deinde iterum affundatur aqua roſarum, materiaq; abluatur, & aqua tandẽ euaporetur, quouſque ſicca euadat materia, & adhuc magna aquę roſaceæ quantitas affundatur, ollaque cineribus admoueatur, donec omnino conſumatur aqua & materia bene ſiccetur: tunc puluis iterumque abluatur & tandem ſiccetur ac ſuper marmoreo lapide teratur ac coletur; cuius pars vna per ſe reſeruetur, cuius Doſis gr. iiij. ad x. cum conſerua violarum, ſuperbibendo hauſtum bonum vini Maluauiſci. Et ſic vtatur quamdiu opus fuerit. ſi cupis melius per deorſum purgare, adde Extracti Scammonii grana vj.

Altera pars in vaſe idoneo poſita admoueatur igni, & ſuperfundatur ſpiritus vini, quouſque ſuperfluat materiæ ad duos digitos, & cum caleſcere inceperit, incende ſpiritum vini & ſinito cõburat, quouſque materia ſicca reddatur, quod ſexies fiet, tandem bene ſiccetur materia & reſeruetur. Atque hoc eſt Turbith Diaphoreticum Baniſteri, Chirurgi, & Medici Celeberrimi in Anglia: prouocat ſudorem Doſis grana iij. ad iij. Et ſic ſudet per horas duas aut plus ſecundum vires ægrotantis, aut quamdiu patiatur morbus.

Turbith Diaphoreticum.

Recipe Mercurii coagulati & præparati librã vnam, & poſtquam cum Aqua forti in calcem redactum fuerit, tum etiam bene dulcoratum ſiccetur optimeq; pulueriſetur, & cum ſpiritu vini & vino Rhenenſi ſimul miſtis omni tempore decies abluatur, & tandem affundes Tincturam hanc ter, ſemperque comburendo conſumes.

Tinctura: ℞ Rad. Acori, Raphani, Aſparagi, Coſti, Eringii, Imperatoriæ, petroſelini ana drachmam vnam. Nardi Celticæ, Nardi Indicæ, ana ſcrupulos. ij. Foliorũ Rutæ, Sabinæ, ſaluiæ Hyperici ana drach. ſemis, ſem: Aniſi, fœniculi, petroſelini, Raphani, Liguſtici, Erucæ, Apii, Portulacæ, Croci, Bacc. Lauri & Iuniperi, Baccarũ Aſparagi, Cardamomi, an: Scrupulum vnum, Cinnam: Nucis Moſch. gran. Algekẽſi ana ſcrupulos iiij. Fiat puluis ſubtiliſſimus: Ponantur omnia in vitro cum ſpiritu vini libris duabus & ſemis. Fiat infuſio, ſingulo die ſemel agitetur, tãdem per filtrum coletur,

& affundatur super mercurium per se, vt dictum est, ter affundatur, semper comburendo, siccetur, bene seruetur. Dosis gr iij. ad vj. cum conserua eringii scrup. semis, tereb. venet. pulu. gr. vj. extracti algekengi scrup. semis, olei nucis mosch. gut. j. fiant pilulæ ij. vtere ex arte, in morbis venereis.

Turbith purgans.

Recipe mercurii coagulati & præparati vt prius, libram integram, ponatur in vitro forti, cum vnciis octo aquæ fortis optimæ, & cum in calcem præcipitatus est redactus, effunde aquam fortem, & edulcora omni modo, vt supra. Tandem affunde spiritum vini, & vltimo affunde hanc tincturam sequentẽ, ter semper comburendo & nouam affundendo.

Tinctura: Recipe rhabarb. drach. duas, diagridii drach. tres, turbith albi & gummosi, sennæ, cort. rad. cucum. asin. hermodactyl. ellebori nigri, polypodii, elaterii, epithymi, ana drach. semis. Fiat puluis ponatur in vitro ad libras duas spiritus vini, fiat infusio, filtretur & sic affundatur super mercurium, vt ante dictum. Dosis gra. iij. ad vj. cum rhab. gr. iiij. mannæ gr. x. syrupi rosᷓ. solut. q. s. ad formandas pilulas, & sic vtere, omni 2. aut 3. nocte.

Turbith Diaphoreticum.

Recipe mercurii coagulati cum spiritu Iouis lib. 1. teratur super marmore & decies cum aceto destillato abluatur: bene siccetur & ponatur in vitro forti ad vncias octo aquæ fortis, bene agitetur, & sic relinquatur in infusione, quo vsque redigatur in calcẽ. Tunc omnino effundatur aqua fortis, & aqua bene dulcoretur, antequam effundendo & nouam superaffundendo per 10. dies cõtinuos. Demum calcinetur in foco mediocri, quo se omnis mercurius melius quam in calidis cineribus consumi possit, postea optime pulueri setur & abluatur octies cum spiritu vini. Tandem tincturam hanc ter affunde semper comburendo & nouam affundendo, & vltimo bene siccetur optimeque pulueri setur.

Tinctura: Recipe rad. angelicæ, vnciam semis, rad. tormentil. bistortæ, zeduariæ, gentianæ; enulæ, Imperator: Costi, ebuli, galangæ, calami arom. ana scrup. duos, flor anthos, croci, cinnam. dictamni, baccar. iuniperi, piperis albi & garyophyll. cinnam. an.

scrup.

ſcrup. vnum, euphorbii ſcrupul. ſemis, fiat puluis ſubtiliſs. ponatur in vitro ad lib. 2. & ſemis ſpiritus vini opt. fiat infuſio per octo dies, filtretur & vtere vt ſupra. Doſis gr. iij. cum conſ. enulæ & mithrid. ana. gran. iiij. ſuperbibendo hauſtum vini Hiſpanici calefacti cum ſaccharo.

Turbith rubrum contra omnis generis ſcabies, vlcera, omneſque ex lue venerea morbos.

Recipe Mercurii rubri coagulati, vncias duodecim, Mercurii coagulati cum ſulphure, vncias octo, terãtur ſimul ſuper marmore horis octo, & ponatur in cucurbita, ac recipe aquæ pluuialis libras decem, aceti vini albi libram vnam, commiſceatur, & huius liquoris commiſti & calefacti, affunde ſuper Mercurium, vt ſupernatet ad tres digitos, bene lignea ſpatula agitetur per ſeptem horas, deinde fac reſidẽtiam & clariorem partẽ effunde, & plus affunde, facque vt prius, ſic operare, quandiu liquor ille miſtus ſufficiet, qui conſumetur intra quinq; dies: ſiccetur Mercurius miſtus ſuper cineres calidos & teratur ſuper marmor per horas tres, tandem affunde ſpir. vini octies ſ. artem & comburantur. Tandem iterum ſiccetur & teratur optime, & reſeruetur in vitro bene cooperto. Doſis gr. iiij. ad vj. cum elect. de ſucco roſar. q. ſufficit ad formam pilularum, quæ purgant per ſedem, vel tantum Theriacæ optimæ, & per ſudorem purgat.

Turbith Diaphoreticum.

Recipe Mercurii, Iouis, ana vncias duas, primo diſſolue Iouem in crucibulo, poſtea ab igne amoueatur, & cũ parũ frigeſcit, iniice Mercurium purgatum, ac ſpatula lignea agitentur, donec omnino frigeſcant, deinde terantur ſuper marmor, & inter terendum adde vncias duas Mercurii ſublimati, per parum & parum, quo optime incorporari poſſit, & ſic ſuper marmor locetur dies tres vel quatuor in cella. Poſtremo ponatur in phiola ſuperaddito capitello, & deſtilletur in cinerib. calidis, ſ. artem, donec Mercurius ad caput ſublimauerit, & fundum vitri ſiccum relinquatur.

Turbith album minerale.

Recipe Mercurii crudi optime præparati libram vnam, ponatur in vitro forti, & affunde aquæ fortis optimæ libram vnam, &

diſſolue in aqua, tunc ſtet, donec reſideat inſtar glaciei ad fundum Poſtea effunde aquam, & glaciem iſtam ponito in vaſe optimo vitreato, & affunde olei vitrioli q. ſ. ad reducendum in albiſſimum colorem. Poſtea abluito quadragies ſeparatum, vel donec omnem aſperitatem ſepoſuerit; dein ſiccetur in Sole vel in cineribus.

Turbith Iouis ad luem Veneream.

Recipe Saturni vncias tres, Iouis vncias duas, Mercurii vncias decem, omnia ſimul in vitro ponantur, & in illo vitro locetur aliud vitrum cum Mercurii vnciis tribus, vtriuſque vitri os ſeparatim cum forcipe ardente bene ſeruetur, quo nullus aer egelidus aſtantes lædat, & ſic ſtet in loco aliquo ſine omni motu.

Turbith Citrinum.

Optime interne adminiſtrandum & externe applicandum ad omnes contagioſos & morbos Venereos: cuius doſis interne eſt accipienda à granis tribus ad vj. Externe vero eſt commiſcendum cum oleo vel cera inſtar vnguenti.

Recipe præcipitati boni libram vnam, bene pulueriſetur ſuper marmore, & in forti vitro bene cooperto ponatur cum aceti bis deſtillati libris duabus, ſtet in Sole per viginti dies, ſemel in die agitando. Tunc omnino acetum effunde, aquamque fontanam, quouſq; ad ſex digitos ſupernatet affunde, ſimul ligno aliquo bene piletur, ac poſt reſidentiam ter aut quater in die aquam clariorẽ effunde, quod per quinq; dies continuos facies, vt omnis ſalſedo vel amaritudo abſumatur, & aqua penitus effundatur, materiaque parum ſiccetur, atque affunde ſpiritus vini optimi libram vnam, ignique admoueatur, & cum bullire inceperit, incende ſpiritum, & ſic combure, & ſic bullire permittas, quouſque bene ſicca & nigra reddatur materia; deinde tantum ſpiritus addas, ac iterum bullire ſinas, quouſque maxime ſicca & nigra reddatur materia, tandem euadet in citrinũ colorem, ſic reſerua. Cum interne accipitur, primo abluatur aqua roſarum, & in Sole ſiccetur ac miſceatur cum ſimplicibus medicamentis purgantibus, contra contagioſos & lue Venerea infectos morbos, &c. Datur & miſcetur etiam cum illis pilulis, pulueribus & miſturis, vt paulo poſt ſequentur.

Turbith

Turbith Cosmeticum.

Recipe Mercurii sublimati optimi libram vnam, Mercurii præparati cum sale, aceto & arena vncias tres, moderate terantur in mortario ligneo duro, quousque subtiliss. reddantur, ponatur in vitro vel olla vitreata, & affunde aquam pluuialem, sæpius conquassando, & post 24. horas vel ad summum 2. dies effundatur suprema vel clarior pars aquę, & noua semper affundatur, & sic duodecies præparetur, siccetur atque iterum teratur, aquam etiam septies aut octies affunde vt supra: postea in sole siccetur per octo aut decem dies.

Diaphoreticum contra luem Veneream & morbos pestiferos.

Recipe Vitri Saturni, Mercurii sublimati ana vncias duas, puluerisentur subtilissime, affunde parum aquæ Mercurialis, misce optime super marmor, donec redigantur in amalgama seu pastam, quæ ponatur in phiola superaddito capite, & destilletur primo lēto igne in cinerib. calidis, deinde augeatur per gradus, donec materia in partes se diuiserit: seorsim per se reseruetur aqua, pars suprema est Mercurius, media est vitrum Saturni sublimatum, infima vero est terra. Reponatur pars media per se, est enim Medicina Diaphoretica: suprema vero & infima pars sunt reseruandæ ad multiplicandum plus Diaphoretici, cum opus fuerit. Dosis gran. ij. ad iij. Compositio & vsus huius Diaphoretici est omnino talis, qualis fuit Mercurii cum Ioue.

Diaphoreticum seu Bezoarticum nostrum Minerale dictum.

Recipe spumæ venenatæ duorum Draconum (olei Mercurii sublimati cum antimonio) per retortam rectificatæ, vncias quatuor; quibus calore resolutis, superfunde spiritus salis balsamici (spiritus nitri) vncias totidem: Destilla ex arena, per alembicum omnem liquorem ad siccitatem vsq;. Terram siccam exime & probe tere; cui liquorem destillatum reaffunde, cum vnciis duabus, spiritus recentis balsamici; & destilla vt prius. Postea, pulueri trito reaffunde destillatum cum aliis vnciis duabus vt supra: & procede

rursus vt prius. Massam tritam trade Vulcano Docimastico examinandā per quatuordecim horas, in furno probationis, supra catinū probatoriū: Materiam cōtinue agitando ferreo instrumento puro. Tandē Alkohol vini ab ea aliquoties abstrahe: vt remaneat puluis candidus siccus: Dosis grana quatuor ad sex. Vsus eius singularis est in omnibus affectibus pestilentibus, & febribus malignis populariter grassantibus.

Puluis noster Emeticus, siue Angelicus, item puluis Algoreti, seu mercurius vitæ.

Recipe Antimonii puluerisati vncias quatuor, vel secundū Crollium ana mercurii sublimati, vncias octo. Misce simul: & destilla in cinerib. vel arena, per retortam vitream: cui applicetur recipiens, & si placet bis vel ter potes rectificare, vltimo autem applicetur recipiens, aqua communi semiplenum, & detur ignis per gradus: donec liquor gummosus instar butyri, ad collum retortæ hæreat, quem foris cū forcipe apposito carbone viuo, paulatim fluere facies: & in aquam, in puluerem album præcipitabis. Postea paulatim detur ignis suppressionis donec liquor rubeus siue luteus egrediatur. Tum amoto recipiente, & alio substituto; ignis intendatur per horam vnam vel alterā: Donec mercurius ex sublimato sulphuri Antimonii iunctus, ad collum retortæ in cinnabarim sublimetur: quam vase refrigerato colliges. Præcipitatū puluerem per noctē digeres: & aquā spiritu vitrioli, ex sublimato, impraegnatā, ad corallos & perlas dissoluendas separabis & seruabis: aliam aquā sæpius præcipitato pulueri affundendo, donec omnis acrimonia tollatur: tandem aqua cordiali ablue, & lentissimo calore exsicca. Vomitum simul & secessus mouet: sed si edulcoratum puluerem in vino generoso aliquandiu in Balneo maceraueris, vinumq; abstraxeris, manet liquor solum per secessus purgans eadem quantitate exhibitus. Quin imo idem puluis cum sale communi per horas plures in marmore tritus, & postea à sale per elutionem vindicatus, solam vim per secessus obtinere potest, quando per salem communem ita præparatus, tum Dosis eius est; gran. 11. 12 14. ad 16. potest & hic puluis confici cum regulo antimonii & mercurio

rio sublimato &c. Item & aliis metallis, cuius dosis ad summum est granum 1. de quib. supra in cap. de Mercurio vitæ satis intellexisti.

Puluis Argenteus Banisteri. Recipe Mercurii sublimati, libram vnam, mercurii crudi præparati, libram semis. Terantur simul super lapide marmoreo per duos fere dies integros, quo optime incorporari & in puluerem subtilissimum redigi possint. In vase fictili idoneo ponatur, aquam vel pluuialem destillatam, vel quamuis aliam affundito, vt supernatet ad 2. digitos, spatula lignea agitato, ac post residẽtiam despumato, aquamque effundito, sicque sexies aut septies, aquam mutato in vno die per 4. dies continuos, tandem opt. aquam effundito, & spiritum vini affundito. Et sic stet per horas 24. sæpius simul agitando, ac post spiritus vini effusionem stet in sole, quousque optime siccetur. Tunc iterum teratur, & adde solem ac lunam cum aliis cordialibus præparatis, tibique serua tanquam rem pretiosam. Dosis gra. iij. ad vj. M. cum purgantibus s. Artem.

Puluis Banisteri alius: Recipe mercurii vncias sex, lunæ bene rectificatæ & præparatæ in puluerem vnciam vnam, misce simul in formam Amalgamatis, deinde Recipe mercurii sublimati libram vnam, puluerisa & misce cum amalgamate, quousque reddatur in puluerem subtilissimum, & ponatur in vase idoneo, ac affunde aquæ destillatæ q. s. bene conquassentur simul, & sic stent per horas 24. tunc effunde aquam, ac tantundem iterum affunde, quod facies sexies. Tunc siccetur puluis, & subtilissimus reddatur super marmoreo lapide, & iterum ponatur in vase, & affundatur tantundem iterum aquæ destillatæ, & sic procede omnino vt antea & toties. Tandem iterum siccetur puluis, & teratur super marmore, & affundatur spiritus vini, quẽ combures & hoc fiat septies aut octies, & tandem reseruetur puluis subtilissimus & bene siccatus. Dosis gr. v. ad viij. Misce cum pilulis, Elect. vel conser. appropriatis alicui morbo contagioso.

Puluis pueris Lue ven. infectis ab vno mense vsque ad sextum administrandus: Eiusdem Banisteri: Recipe Florum sulphuris vnciam vnam, pulu: Argenti (iam iam descripti) scrupulos octo, margaritarum præpar: drach. semis, corall. præparatorum, scrupulos duos, succini albi, C. cerui, rasuræ eboris, ana scrupulum

pulum vnum, oſſis de corde cerui, Lapidis Bezoar, fol. Auri ana ſcrupulum ſemis, ſachari drach. ſex, Fiat puluis ſubtiliſſimus Doſis gr. vj. ad x. omni mane per 20. vel 30. dies exceptis diebus purgationi deſtinatis.

Puluis purgatiuus, contra eoſdem morbos puerorum: Recipe pulueris prædicti drach. duas, Turbith albi & gummoſi drach. vnam, Agarici trochiſcati ſcrupulos duos, florum violarum Diagridii præparati, cum ſpiritu vitrioli ana drach. ſemis, F. puluis ſubtiliſſimus: Nota puluis prædictus eſt propinandus cum lacte.

Puluis alius ad luem veneream: Recipe Mercurii præparati & à ſua plumboſitate ſeparati libram vnam, aquæ fortis optimæ & fortiſs. libr. 1. ponantur ſimul in vaſe idoneo, & ſtent quouſq; Mercurius omnino redigatur in calcem, effundatur tum aqua fortis, & calx ſiccetur in ſole, & Recipe reguli Antimonii præparati vncias tres, terantur ſimul ſup marmore p 4. horas continue ponantur in vaſe fictili idoneo, & leuiter prime caleat, deinde augeatur ignis per duos gradus, quouſque lutei vel citrini ſit coloris: verum ſi vellet eſſe rubri coloris per tres gradus magis caleſcat, deinde amoueatur ab igne & per octo dies continuos dulcoretur omni die quater, aquam mutando, tandem ſiccetur ad ignem lentum, ſed potius in ſole, tum abluatur ter cum ſpiritu vini ac ſiccetur & Recipe ſcammonii opt. pulueriſati vncias quatuor: Miſce ſimul & ſuperaffundatur ſpiritus vini, & ter comburatur, bene ſiccetur & pulueriſetur optime & ſic reſeruetur. Doſis gr. ij. ad iij. cum gum. tragacant. pulu gr. ij. Sachari grana quatuor. Miſceatur.

Puluis alius è Turbith purgans ad luem veneream: Recipe Turbith albi mineralis præparati vncias duas, tartari vini albi, vnciam vnam, Diagridii drach. ſex, Hermodact. Turbith albi & gummoſi ana vnciam ſemis, Agarici trochiſcati drach. tres, ſuccini albi drach. duas ſemis, Raſuræ eboris drach. vnam & ſemis, Macis drach. duas, Margarit: præpar. drach. vna & ſemis. Fiat puluis ſubtiliſſimus. Doſis ʒ ſ. ad ʒ j.

Puluis ad pediculos: Recipe ſem. ſtaphiſag. vncias duas, ſalis communis vnciam vnam, aloe vnciam ſemis, cinnabaris drach. duas, ſublimati parum, F. puluis tenuiſſimus, quo ſinapiſetur caput.

Con-

Confectio è Turbith: Recipe Turbith albi & gum. Agarici trochiscati, Hellebori nigri, Polypodii, Hermodact. ana drach. duas, Diagridii drachmas duas, & semis, Turpeti mineralis & cordialis, drach. tres, confect. Hamech, vnciam semis, Diacatholici vnciam vnam, sarsaparillæ drach sex. corticum guaiaci drach. tres, ligni aloes, Cinnamomi, Garyophyll. Macis, galangæ, Cubebarum, ana drach. vnam, Methridat. drach. tres, sacchari lib. 1. & semis, syr. cort. citri q. s. fiat confectio s. artem. Dosis drach. vna semis ad drach. duas, per 30. dies continuos.

Pilulæ ad luem Veneream: Recipe Turbith mineralis præparati drach. semis, santali citrini & albi ana scrupulum vnum, Rhabarb. electi drach. vnam, Mithridat. conf. buglossæ & rosarum rubearum, Masticis, ana scrupulum semis, cum mucilagine tragacanthi extract. cum aqua rosarum, fiat massa. Dosis drach. semis mane sumenda in forma trium pilularum, prius libando haustum iuris pinguis.

Pilulæ contra gonorrhœam ad purganda vasa spermatica ex quocunque accidente, sed præcipue ex lue Venerea. Recipe aloes rosat. drach. tres, Rhabarb. extr. drachmas duas, Agarici extract. scrupulos duos, extracti Alkali drach. vna semis, Therebint. Venet. pulu. scrupulos octo, succini albi drach. vna semis, Glyzyrrhizę scrupulos duos, Turgeti mineral. scrupulos octo, ambræ griseæ scrupulum vnum, aquæ Cinnamomi q. sufficit. F. Massa dosis gra. x. ad xvj.

Pilulæ valde vtiles pruritu laborantibus: Recipe Elect. de succo rosarum, drach. vnam, Rhabarb. pulu. scrupulos duos, Tartari vini albi præpar. scrupulum vnum, florum sulphuris drach. semis, Turpeti mineralis, grana xxvj. Misce, dosis gr. x. confert etiam ad scabiem cuiusuis generis, sed præcipue ex lue Venerea infectis, siue mulieribus grauidis, siue pueris sex aut octo annorum, omni tertia nocte administrandum.

Pilulæ sugentibus pueris vsque ad quartum annum ministrand. Recipe Elect. de succo rosar. drach. vnam, Tartari albi, scrupulos duos, florum sulphuris scrupulum vnum, gummi tragacanthi pulu. drach. semis, florum violarum pulu. scrupulum vnum, Turbith mineralis, gran. xxxiiij. M. dosis grana xij.

Pilulæ delicatis personis siue viris siue mulieribus hora somni omni tertia hora administrandæ. Recipe aloes rosat. scammonii rosſ. inspiſſati an.drach duas,rhabarb. extract. drach.vnam, rhabarb. pulu. scrupulos duos, extracti rosſ. drach. semis, turbith mineralis drach. vnam semis,olei cinnamomi, gutt. viij. M, dosis gran. xij.ad xvj.

Pilulæ fortiores seu viris seu mulieribus Recipe confectionis hamech drach. duas, scammonii rosſ. drach. vnam, rhabarb. pulu.scrupulos quatuor, turpeti mineral.drach. vna semis,olei iuniperi guttas x.misce, dosis gr.xij.ad xxiiij.

Pilulæ quæ breui tempore sanant omnia vlcera circa genitalia membra, sed præcipue quæ fiunt ex lue venerea. Recipe terebinth. pulu. scrupulos iiij.masticis, gummi animæ ana drach. integra,sem.maluę & cort.rad.maluæ ana scrupulos duos,cryſtall. præpar, drach.semis,croci scrupulum semis, extr algekengi drach. vnam, rhabarb. drach. tres, turbith mineralis drach. duas semis, caſſiæ extr.cum aqua rosar. q. sufficit: Fiat maſſa. In fine adde olei nucis mosch.gut.iiij. dosis gran.xvj.ad xxx.

Pilulæ contra gonorrhœam ad vlcera dolorosa & aspera, vel in collo vesicæ, vel in renibus ex lue venerea. Recipe succini albi, masticis ana drach. tres, glycyrrhizæ drach. vnam, rhabarb. vnciam semis, pulueris aurei (supra in 5. part. præfationis Basilicæ Chymicæ descripti) drach. sex, olei nucis moschatæ gut.viij. extracti algekengi q.s.fiat maſſa pilul.dosis scrupulus vnus ad drach. semis.

Pilulæ contra vermes: Recipe mercurii præparati vncias duas semis,florum sulphuris, vncias quatuor, misce hæc duo simul in mortario marmoreo per 5. vel 6. horas, quo poſſint quam optime incorporari. Tunc recipe benzoini opti. subtiliſs. pulu. vncias duas,syrupi de succo citri q.s.fiat maſſa pilularum. Dosis gran.viij. ad xij.

Pilulæ purgantes: Recipe aloes opti. vncias duas, rhabarbari drach. tres, agarici trochisſ. vnciam semis, turbith albi & gummosi drach. duas, trochisc. alhandal. scrupulos quatuor, elect. de succo rosar. vnciam vnam, turbith mineral. cordialis solutiui drach. x. olei cinnamo. gut.x. olei anisi gut. viij. syrupi rosſ.

roſ. ſolut. quantum ſufficit. Fiat maſſa pilularum à gran. ix. ad xij.

Pilulæ diaphoreticæ: Recipe conſ. enulæ vncias duas, theriac. androm. vnciam ſemis, rad. angel. drach. tres, rad. tormentillæ, biſtortæ, Imperatoriæ, gentianæ an. drach. vnam ſemis, boli diaphoretici drach. ſex ſemis, ſach. vnciam ſemis, olei aniſi gut. vj. olei fœniculi gut. viij. Fiat maſſa pilularum. Doſis gr. viiij.

Pilulæ aliæ purgantes: Recipe agarici, rhabarb. ana drach. duas, turpeti mineralis drach. tres, cinnab. præparatæ ambræ ana ſcrupulum vnum, myrrhæ, maſticis ana drach. vnam cum terebinth. & ſucco roſ. excipiantur: Et fiant pilulæ viij. pro drach. cap. ſcrupulum vnum pro prima doſi, deinde ſcrupulũ vnum ſemis, poſtremo ſcrupulos duos. pro ditioribus adde limaturæ auri ſcrupulos quatuor.

Aliæ Recipe ladani puri, hypociſtidis ana drach. vnã, aloe vnciam vnam, ambræ, moſchi, ana ſcrupulum vnum, turpeti mineralis drach. duas, incorporentur ſimul cum ſyr. roſar. ſolut. & fiant pilulæ, capiatur ſcrupulus vnus ſingulis matutinis. Purgato prius corpore ſunt ſalubriores in lue venerea.

Pilulæ aliæ: Recipe myrobal. emblic. bellir. ind. ana drach. duas, polypodii quercini, galitrici, politr. thymi, ana drach. vnam ſemis, dictamni, gentianæ, biſtortæ, hermodactyl. an. drach. vnam, rhabarb. agarici, aloes ana drach. duas, diagridii ſcrupulos duos, coloquint. drach. ſemis, præcipitati vnciam vnam, miſce: fiant pilulæ cum ſyr. ſtœchados. Doſis drach. ſ. ad integram. Quando vero propter aduerſariorum quorundam opinionem de mercurio, huius libri finem concludere vix poſſumus, hic in deſcribendis formulis recept. mercurialibus paucis ſubſiſtimus, & quid res ſit dicimus.

Argentum viuum complures Medici, inter quos eſt Fernelius, plane reiiciunt, tanquam non alexipharmacum luis venereæ, & quod noxas corpori infert inemendabiles. Alii contra id ſummopere extollunt, & aſſerunt ei ſoli ineſſe vires, contra dictum morbum alexipharmacas.

Nos ſane confitemur, fugitiuum illũ Chymicorum ſeruum, ſeu Mercurium, palmã omnibus catharticis præripere, & præſertim in hoc adfectu. Et quãuis Magnanimus Fernelius, (loquor ex choro Philoſophico) eiuſq; non degener diſcipulus Palmarius plane ex

agro Medico hydrargyron præſcribant, ideo quod deleteriũ ſit venenum ex Galeni lib. 4. ſimp. c. 19. & Dioſcoridis lib. 5 c. 20. ſententia, quodq; immania ſymptomata, vt tremores, Epilepſias, cõvulſiones, &c. iis procreet, quibus in vſu vel Medico per ſuffumigia & inunctiones, vel manuali vt metallariis & aurifabris fuit familiarior.

Experientia tamen quotidiana fecit, vt ſpretis omnibus quæ adferunt argumentis, à Fallopio, Matthiolo, Braſſauola, Antonio Gallo, Luca Ghino, Cæſalpino, Saxonia, Mercato, Stëegio, Turriano, Iacobo Carpo, aliisq; Dogmaticis, ne quid dicã de Paracelſiſtis, pro vero Luis ῥιζοτόμῳ & Herculea tã pertinacis mali antidoto fuerit habitũ. (Rondiletius lib. ſuo de morbo Italico ſic infert. Argentũ viuũ Antidotũ, & maxime accõmodatũ remediũ ad Morbũ Italicũ apparet, quia quomodocunq; adminiſtretur morbũ curat, &c.) Sed, quando Fernelius dicit, Mercuriũ eſſe Venenũ ex eorum genere, quæ tota ſubſtantia θανάσιμα ſunt & funeſta, id ſenſus redarguit Iudicium. Ex Pauli namq; Æginetæ Principis inter 12. Principes Medicinæ dicto inſtituto, plurimi mercurio viuo ad colicas & Iliacas contumaces feliciſſimo vtuntur cum ſucceſſu. Plures in difficili partu, in verminatione aliisque malis ex Fallopii & Matthioli ſuaſu vſurpãt. Neq; obſtat Galeni authoritas: Nã quando mercurium venenum vocat corroſiuum, non ex animi ſui ſententia, ſed vulgi perſuaſione loquitur; id quod ſatis euidenter ex l. 9. ſimp. c. de hydrargyro probari poteſt. Vbi cum ex profeſſo de hac materia ſibi ſcribendum ſumpſiſſet, aperte fatetur ſe nullum feciſſe experimentum, vnde de illius qualitate iudicare potuiſſet & ſtatuere.

Et vt maxime venenoſum eſſe concedamus Fernelio; tamen nihil obſtat, quin per artem illa Veneni latens ſubſtãtia vel corrigi, vel ſequeſtrari poſſit. Ita n. prouida Natura iuxta id quod eſt viruſentiſſimũ, ſemper repoſuit quod eſt virtuoſiſſimũ: atq; ita oportebat fieri, vt contraria in miſtis amicitiæ lege ſine lite conuenirẽt. Quare aut de crudo vera ſunt, quæ recitat tragici euentus Exempla; aut de ſiniſtro & Intempeſtiuo vſu, quo tanto quoq; Medicina euadit calamitoſior, quãto ſalubrior debite ſi adminiſtretur exiſtit. Faceſſat abuſus, dexter vſus occupet. Verum varie Mercurius vul-

tum

tum suum ex ingeniosa præparatione artificum mutat & variat, prout ex præcedentib. constat. Exhibetur etiam crudus in pilulis Barbarossæ & quas Mercuriales vocant, quæ Recipe Rhabarb: Electi vncias duas semis, Diagridii scrupulos duos semis, puluerisata misceantur cum succo Limoniorum, deinde additur Mercurii purgati & mortificati per eundem succum Limon: Vncia semis, Moschi gr. x. Farinæ parum, atque ex mistis F. Massa pilularum, cuius drach j. frequenter exhibent Patauini per 30. dies

Elegantiores & in vsum venerunt, quæ Recipe Gumm. Ammon: Bdellii, Opoponac. sagap. sarcocollæ, Euphorbii, trochiscor. Alhandali, Rad. Elleb. veri, nigri, Diagridii ana drachmas duas. Mercurii viui extincti in S Limonum vnciam semis ex puluerisatis & accuratius mistis F. pil. quarum Dosis à gr. x. ad xxx. Vel sic etiã: Recipe Hydrarg. in succo limonum primum extincti & postea in succo saluiæ nutriti drach. vj. aloes optimæ drach. v. Rhabarb. drach. iij, Diagridii drach. ij. Agarici drach. j. storacis calamitæ, cinnam. macis, santali citrini, sarse parillæ, sassafras, moschi ana drach. ß. Mellis in decocto guaiaci despumati, & ad aqueæ Humiditatis exolutionem cocti q. s. Fiat massa digitis pauco oleo Terebint. delibutis contrectanda, ac ducenda, tum vsui reponenda.

Verum cum de interno eius vsu, compositione, & commixtione ex præcedentibus satis constat, de externo eius vsu & paucis dicemus; quando enim vt ex dictis crudus, in internis, quidni & crudus in externis vsurpabitur.

Linimentũ Banisteri: Recipe axungiæ humanæ vncias quatuor, pinguedinis caponis vncias duas semis, pingued. anseris vncias duas, olei Chamomil. vnciam vnam semis, ceræ albæ vncias quatuor, Turpeti mineralis vnciam vnam semis. Fiat linimentum.

Vel Recipe Turpeti citrini (supra descripti in hoc capite) vncias tres, olei communis libram vnam, Ceræ albæ q. s. redige in formam vnguenti mediocris consistentiæ, agitetur quousq; frigescere incipiat, tum adde Turbith, & tibi tanquam rem pretiosam in olla lapidea serua.

Pro Vlceribus, scabie, doloribus, cum corporis extenuatione à longo tempore.

Vnguentũ in Morbo Italico inueterato: Recipe axungiæ porci

non ſalitæ,neq; liquefactæ,butyri recentis,axungiæ Gallinæ & anat:ana vncias duas,olei chamæm : & aneth: ana vncias tres, olei de ſpica vnciam ſemis, argenti viui extincti in prædicta axungia, vncias ſex,vel præcipitati vncias quatuor,Maſticis,Myrrhæ,Iridis ana vnciam ſemis,Therebint cum aqua vitæ lotæ vncias tres, reſinæ& ceræparum,fiat vnguentum.

Vnguentum aliud ad dolores capitis,iuncturarum,&duros tumores,ex lue gallica ortos: Recipe 4. vnguentorum calid. ana qr.1 axungiæ porci lib.j.olei laurini, anethini, & irini ana vncias duas,olei de ſpica vnciam vnam, argenti viui præparati vncias ſex, Therebint lotæ in aqua vitæ vncias tres,Flor.Camæmel.leuiſſime pulueriſatorum,Rad Irid.ana vnciam vnam,reſinæ & ceræ vncias duas,fiat vnguentum.

Si vero tumores ſint duri,tum hoc erit vſurpandum vnguẽtum: Recipe vnguenti præſcripti libram ſemis, Euphorbii vnciam vnam,gummi hederæ drach.tres,ammoniaci,opoponacis, bdellii diſſolutorum in oleo liliorum an. vnciam vnam,ſtyracis rubeæ & calamin.an.drach.tres, ariſt.longæ & rotũdæ an.drach duas,Therebint. abietinæ vncias duas, olei laur. & lilior.an.vnciam ſemis, Argenti viui præparati vncias duas,miſce F. vnguentum. Vel addendo ceræ multum, fiat ad formam ceroti, idq; vt diutius ſupra partem hæreat.Vel ſi malueris emplaſtrum de ranis, id eſt, de vigo,adde Argenti viui præparati, Euphorbii ac Iridis ana vnciam vnam. Malaxentur cum Therebint. in aqua vitæ lota & applicetur.

Linimentum cum volunt vlcus ad cicatricem ducere: Recipe axungiæ porci lib. ſemis, 4. Vnguent. alidor. ana qr. 1. ol.Irini & Laurini an.vncias tres,olei de ſpica, vnciam vnam, Argenti viui præparati vncias quinque,maſtich.thuris,ſarcocoll.Ariſtolochiæ rot.ana drachmas tres,opoponacis diſſoluti in aqua vitæ vnciam vnam,myrrhæ vnciam ſemis,reſinæ pini vncias quatuor, miſce F.Liniment.

Vnguentum ad dolores aliud: Recipe Betonicæ, Marrubii, Conizæ, abſinth. Calamin.florum ſtœchad. roriſmar. chamomil. ſampſuci an.M.j. Omnia hæc in vino albo antiquo decoquantur & oleo.Deinde facta colatura & expreſſione,ad inſpiſſationem limen-

nimenti addantur Thereb. & ceræ lib. j. quart. j. Et axungiæ porci non salitæ lib. j. Argenti viui in axungia præcedenti extincti, vncias quinq; vel eius loco præcipit: Vncias quatuor, misce; si vero dolores intensi, adde Euphorbii, staphisag. ana vnciam vnam, Hermodactyl. & Aristoloch. ana vnciam semis, F. vnguentum.

Linimentum ad fissuras manuum non curatas à morbo italico: Recipe sublimati drach. tres, A'uminis drach. vna, albuminum ouorum fortiter agitatorum quantum sufficit. Applicentur supra partem affectam.

Vel sic: Recipe vnguenti enulati, vncias tres, Argenti viui præparati vel præcipitati, vnciam vnam, sublimati drach. vnam; misce, vngantur manus.

Vel sic per decoctum; Recipe aquarum parietariæ, chelidon. maior. plantag. ana vncias tres, sublimati scrupulos quatuor, calchytidis & aluminis ana drach. vnam, decoquantur leuiter.

Linimentum Quercetani ad callum & fistulas curandas. Recipe olei mellis destillati ignis expressione, vncias ij. olei saturni, olei mercurii sublimati ana drach. j. olei petreoli, olei Caryopyll. ana drach. j. semis. Excipiantur Therebintina, & apponantur, cum Elychniis aut turundis parti affectæ.

Linimentum Quercetani ad ossa corrupta & carosa. Recipe Balsami Mercurii vnciam semis, olei antimonii drach. iij. salis saturni drach. ij Misce omnia simul, ossa corrupta & saniosa, nec non vlcera maligna, & deplorata mirum in modum persanat.

Vnguentum Quercetani vulneris corruptionem prohibens & suppurans. Recipe vnguēti Basilici maioris Mesuæ, vncias duas, Butyri recētis vnciam j. præcipitati nostro modo præparati, drach. ij. semis, misce pro Elychniis & turundis inungendis. Vnguentum eiusdem ad Gangrænas. Recipe Butyri Arsenici fixi vncias ij. Mercurii præcipitati vnciam semis, olei Myrrhæ drach. iij. excipiantur melle prius loto cum succo chelidoniæ.

Ad Herpetes in facie Linimentum: Recipe, resinæ pini, vnciam vnam, cerussę vnciam semis, Argenti viui præparati drach. iij. succi citri & lapathi acuti, ana vnciā vnam semis, incorporentur simul, & fiat linimentum, quo leniatur pars: si efficacius erit adde sublimati drach. semis aut integram, sed maxime calfacit.

Vn-

Vnguentum ad Alopeciam ex morbo Italico: Recipe pinguedinis vrsi vncias quatuor, olei de Abrotano vncias tres, vnguēti martiati vncias duas, Argenti viui præpar. vncias quatuor, Myrrhæ, Thuris, olibani ana vnciam semis. cineris Abrotani, & pellis talparum ana drach. iij. resinæ & Therebinthinæ lotæ in aqua decoctionis abrotani vnc iij. ceræ parum, fiat vnguentum.

Vnguentum in morbo Italico ad iuncturas. emunctoria & spinam, &c. Recipe axungiæ porci non salitæ, nec liquefactæ lib. I. ol. chamæmel. & Irini ana vncias tres, Therebint. & resinę an. vncias duas, ceræ parum, argenti viui cum succo limonum præparati vncias quatuor, fiat vnguentum.

Aliud ad idem efficacissimum: Recipe vnguenti martiati & aragon. ana q. I. axungiæ porci non salitæ nec liquefactæ lib. I. ol. chamæmel. aneth. ana vnciam vnam, olei Laurini vncias duas, Argenti viui præparati vncias quinque, Resinæ, Therebint. ana vncias duas, fiat vnguentum.

Vnguentum ad vlcera gallica cum multis papulis & vlcusculis: Recipe axungiæ porci lib. I. Butyri recentis, Thereb in aqua vitæ lotæ ana vncias duas, resinæ & vnguenti martiati ana vncias tres, Argenti viui præpar. vncias quinque, Thuris, Masticis, Iridis ana drach. tres, viridis æris drach. duas, olei Irini & Laurini, ana vncias tres, Lythargyri auri vnciam vnam. M. fiat linimentum.

Si sint vlcera maiora & curatu difficilia atque dolorosa: Recipe vnguenti præscripti q. I. vng. apostolor. vnciam vnam, & M. F.

Si scabies & herpetes appareant: Euacuatis prius interni corporis serosis excremētis paretur tale vnguentum: Recipe vnguenti enulati lib. semis, Therebinth. lotæ in vino, vel succo fumariæ vncias tres, styracis, Myrrhæ ana vnciam semis, Argenti viui præparati drach. quatuor, ol. rosacei antiqui completi, ol. Irini ana vncias duas, resinæ vncias tres, fiat vnguentum, cuius vni parti adde cinnabrii & cerussæ ana vnciam semis.

Vel: Recipe succi lapatii acuti & limonum ana vncias duas, ol. Irini vnciam vnam, olei tartari vnciam semis, vnguenti martiati vnciam vnam semis, Argenti viui præparati vncias quinque, cerussæ lotæ in aqua vitæ vnciam vnam, Resinæ & terebinth. ana vncias tres. M. fiat vnguentum.

Vnguen-

Vnguentum in dolore capitis à morbo Italico; Recipe vnguenti martiati & aragon: ana vncias quatuor, Euphorbii vnciam vnam: Argenti viui præparati, vncias quatuor, ol. chamomil. & rutæ ana vncias quatuor, Thereb. lotæ in aqua vitæ vncias duas, ceræ parum, F. vnguentum.

Linimentum ad tophos in lue venerea.

Recipe Argenti viui vncias ſex, pinguedinis ſuillæ non liquatæ neque ſalitæ lib. 1. Extinguatur Argentum viuum in prædicta axungia ſecundum artem: deinde adde medullæ cruris bouis vnciam ſemis, olei ex Therebint. vnciam j. olei ex ligno ſancto vncias iij. croci drach. j. pulueris Iuæ & Betonicæ an. vnciam ſemis, M. Fiat linimentum pro diuitibus: pro pauperibus vero ſic: Recipe vnguenti dialtheæ vncias iij. Argenti viui extincti in pinguedine porci vncias vj. miſce F. linimentum. Hercules Saxonia.

Vnguentum ad affectus marium: Recipe ſandaracæ, vel auripig. chalcit. præcipitati ana drach. duas, mellis, q. ſ. F. ad formam linimenti, ſi fortius velis adde omphacium, aut de ſucco mali granati vel plantaginis, &c. Diuiti addere poteris de Moſcho ſcrupulum ſemis, muſci arborum vel Beniouin, vel cyperi: vel roſarum drachm. integram.

Vnguentum ad affectus faciei: Recipe Rad. cucum. & Bion. ana quart. j. Rad. iridis & ſerpent. ana vnciam vnam, incidantur & temperentur in ſero caprino, vel vrina pueri per ſex dies in vaſe æneo, deinde decocta, donec molleſcāt, diligenter in mortario contundātur, & per ſetaceum tranſmittantur, addendo parum decoctionis, quibus adde adhuc olei ouorum, & amygdal. amar. ana vnciam vnam, farinæ fab. non excorticatarum vncias duas, virid. æris, drach. vnam, ſublimati cum ſucco citri præparati, drachmas duas, axungiæ porci & Therebint. lotæ ana vncias duas. liqueſcat axungia in oleo & Therebinth. Deinde miſceantur omnia in mortario, & F. vnguentum, quo vngatur facies ſero, mane autem abluatur aqua deſtillationis peponum, vel fabarum recentium, deterget mirum in modum maculas, & tubercula exedit.

Vnguentum ad dolores capitis & articulos: Recipe axungiæ porci non ſalitæ lib. vnam, butyri recentis, axungiæ gall. & anatis, ana vncias tres, olei Irini vel Laurini vncias quatuor, Euphor. vnciam

vnam Therebint. lotæ in aqua vitæ vncias tres, Argenti viui præparati vncias quinque, ceræ nouæ parum, litharg. vncias duas. M. F. Vnguentum.

Vnguentum psoricum Alexandri. Recipe cerussæ, lithargyri psorici, aloes, croci, cadmiæ Argenteæ, Argenti viui extincti ana partes æquales, olei oleandri, aceti ana. q. s. Fiat vnguentum Mesues.

Vnguentum psoricum enulatum: Recipe Radicum enulæ campanæ coctæ cũ aceto, & pistatæ lib. j. Axungiæ porci, olei communis ana vncias tres, ceræ nouæ vnciam j. Argenti viui extincti, Thereb. lotæ ana vncias j. Salis communis puluerisati vnciam semis, incorporentur, vt decet.

Vnguentum contra serpiginem atque elephantiam Recipe Sulphuris, Aloes, Lithargyri, Arsenici, Argenti viui. Tartari, Masticis, Olibani, Cymini, Piculæ, Axungiæ veteris q. s. Fiat vnguentum cum oleo (aceto prius temperata) & succo Lappaceoli & Fumiterræ q. s. Nicolaus.

Vnguentum Mercuriatum cum Theriaca.

Recipe Butyri vncias ij. Axungiæ porci vncias IIX. Theriacæ mithrid. ana vnciam semis, Argenti viui extincti vncias vij. lithargyri, Salis communis, ana drach. vj. croci vnciam vnam, olei vermium terrest. vnciam j. aquæ ardentis vnc. j. Moschi gr. v Fiat vnguentum, Adolphus Occo.

Si morbus sit antiquatus & cum doloribus capitis, vel sunt exostoses: Recipe axung. porci non salitæ antiq. lib. vnam, axungiæ Anatis, & Gallinæ ana vncias duas, olei Laurini & Irini ana vncias tres, olei de spica, vnciam vnam semis, Staphisag. Myrrhæ, styracis, opopon. dissoluti in aqua vitæ, ana drach. tres, Therebint. lotæ in aqua vitæ vncias tres, Argenti viui præparati vncias sex, Resinæ & ceræ parum, fiat vnguentum.

Vel: Recipe axungiæ porci libram semis, Butyr. recentis drach. tres, olei chamomil. vncias quatuor. Irini vncias duas, Myrrhæ styracis ana vnciam semis, viridis æris drach. duas, Argenti viui cum succo limonum præpar. vel lapati acuti, vel enulæ camph. vncias quatuor sublimati drach. duas lithar. vncias duas, Therebinth. vncias duas, ceræ parum. F. Vnguentum.

Vel: Recipe vnguenti Martiati vncias tres, seui hircini vncias quatuor

quatuor, olei Irini vncias tres, Myrrhæ vnciam vnam, virid. æris, Irid.ſtyrac.an.drach.duas, Terebinth. lotæ in aqua vitæ vncias tres, reſinæ, ceræ, ana vncias duas, Argenti viui cum ſucco limonum præpar. vncias quatuor, cinab. vncias duas, turis, maſticis ana drachmas duas. M. Fiat vnguentum, quo vngantur partes exulceratæ à Morbo Italico, & vicinæ.

Vnguentum ad pſoram, Lichenes, & eiuſmodi cutis vitia: Recipe olei de iunipero, vncias duas, olei nucum vnciam vnam, tartari albi vnciam ſemis, Vitrioli, Salis communis, Sulphur. ana drach. tres, Therebinth. lotæ cum ſucco limonum vncias duas, litharg. vnciam vnam ſemis, ceræ parum, ſublimati drach. duas, Argenti viui præpar. vncias duas. M. F.

Vnguentum ad ſcabiem communem: Recipe litharg ceruſſæ lotæ ana drach. vnam Myrrhæ, ſtyrac. liquidæ, ana drach. duas, ſalis communis drach. duas, Sulphuris viui drach. tres, Argenti viui cum ſucco lim. extincti vnciam vnam, ol. roſ. q. ſ. ceræ parum F. vnguentum.

Vnguentum ad pruritum: Recipe Rad. lapati acuti, & enulæ campan. ana vnciam vnam, decoquantur in aceto, & contuſa per cribrum paſſentur, quibus adde olei irini vncias quatuor, ſalis communis vnciam vnam, Myrrhæ drach. duas, litharg. vnciam vnam ſemis, ſublimati, & ceræ parum, F. vnguentum.

Vnguentum detergens: Recipe vnguenti albi raſ. vnciam vnam, ſublimati drach. vnam. Miſce.

Aliud: Recipe trochiſcorum albi raſ. cum opio, vnciam vnam, vnguenti populeonis vnciam ſemis, Argenti viui præpar. vel ſublimati drach. tres. F. Vnguentum.

Vnguentum ad pediculos. Recipe ſem. ſtaphiſag. vncias ij. Hellebori albi vnciam j. Salis drach ij. Argenti viui vncias ij. Aceti vini vncias ij. Axungiæ porcinæ lib. 1. olei Laurini vncias IX. Saponis Veneti lib. 1. ſemis, F. Vnguentum ſecundum artem.

Aliud ad pediculos ſuperciliorum: Recipe Mercurii cum ſaliua extincti, Staphiſag. ana vnciam ß. Butyri q. ſ. F.

Aliud: Recipe pomorum coctorum & emundatorum num j. Argenti viui ſaliua extincti q. ſ. M. & inunge.

Aliud ad lentes: Recipe ſtaphidis ſylueſtris, Argenti viui cũ ſaliua

mortificati ana drach. tres, olei communis vncias tres, ceræ vnciam j. F. Vnguentum, quo vngatur loco saporis, quando caput lauatur. Bayrus.

Aliud Rc ceræ albæ lib. 1. olei viol. vnc. j. Argen. viui vnc. ß. Masticis drach. j. ß. camphoræ parum, lithargyri drachmam j. F. vnguentum Fumanelus.

Si & Emplastra conficiuntur ad Morbum Italicum, vti de meliloto, oxycroceo, ceroneo &c: Exempli gratia: Recipe massæ emplastri de meliloto, vel oxycrocei libram semis, Argenti viui vncias duas, malaxentur cum Therebint. & ol. laurino vel irino vel ruteo, vel de spica; & reducantur ad formam cerati: vel emplastrum paratum in officinis de Vigo nomine, vel de ranis adhiberi potest. Si efficacius mauis, dosis Argenti viui augeatur, vtpote pro lib. vna emplastri, addatur vncia vna Argenti viui.

Vel sic: Recipe emplastri diuini, vncias quatuor, vnguenti de Vigo vncias tres, Euphorbii vnciam semis, Argenti viui vncias duas, malaxentur cum oleo rutaceo, & fiat emplastrum.

Emplastrum Neapolitanum: Recipe styracis liquidæ libram vnam axungiæ humanæ, olei Lauri, ana vncias quatuor, picis albæ vncias sex, rad. bryoniæ vncias duas semis, croci vnciam semis Myrrhæ vnciam vnam, ceræ citri vncias octo, Mercurii vncias sex F. emplastrum S. A.

Ceratum Neapolitanum μαλακτικόν. Recipe gummi ammoniaci, Bdellii in aceto dissoluti, vncias decem, Rad Bryoniæ, altheæ ana drach. sex, flor. chamomillæ, meliloti, ana drach. duas, comarum absynth. drach. vnam semis, sem. lini, fœnugræci, Baccar. Lauri ana drach. vnam, storacis calamit. vnciam vnam semis, cnici drach. duas, Mercurii cum spiritu Saturni coagulati vncias duas, ceræ albæ vncias quatuor, olei liliorum & lini ana q. s. Fiat ceratum.

Emplastrum in cancrosis Heurn. Recipe plumbi drach. iij. Mercurii crudi drach. j. ß. fundantur simul foco, & in puluerem vertantur. Adde Vnguenti de tutia drach. vj. ceræ drach. ij. Tereb. drach. ß. F. emplastrum.

Theophrastus Paracelsus tomo 6. lib. 1. de præparationibus sic dicit: Virtus Mercurii est incarnatiua & laxatiua.

Præpa-

Præparatio pro incarnatione: Recipe Mercurii præparati in puluerem, vncias duas, aquæ Cæsaris vncias decem, reduc in destillationem Balnei aliquoties per diem & conuertetur in oleum. Vlcera & vulnera curat citissime. Cautelas duas habet: saliuam ciet, & cerussam gignit. Qua causa fere reiicitur & fastiditur. Alias cito & recte consolidat.

Præparatio laxatiuorum: Recipe Mercurii coagulati ab albumine ouorum, vnciam vnam, aquæ Aluminis vncias sex, reduc in destillationem per cineres, & F. puluis. Dosis à gran. iij. ad iv. vel v.

Quæ ægritudines oriuntur ex leprosa humiditate, sicut in pustulis, paralysi, speciebus guttæ, in hydropisi humida: in his potens purgatiuum est.

Puluis ad vulnera Paracelsi lib. 1. cap. 3. chirurgiæ minoris: Recipe Croci Martis, Veneris atque Saturni ana vnciam semis, Mercurii dulcis drachmam semis, inde F. puluis.

Idem lib. 2. cap. 7. chirurg. minoris ait: Ex Argento viuo, quum in oleum conuertitur, Auri Balsamo comparandum venit: & vbi congelatum postmodum fuerit à colcothare, postea cum aqua Parthenionis administratum, omnia quotquot sunt excellit Balsama. Et in crocum versum, aut præparatum in florem, vlceribus eiusmodi summam curam exhibet.

Eodem capite in subsequentibus hoc ponit experimentum ad vlcera cancrosa: Recipe argenti viui mortificati vnciam semis, cerussæ vncias duas, Euphorbii vncias duas, Saxifragiæ, Lithargyrii, Sandalorum ana drach. vnam, Axungiæ porci russi quantum sufficit.

Lib. 3. chirurg. cap. 2. ait: In morbillorum medicamentis primatum obtinet Mercurius, Marchasita & Metalla, sine quibus, morbilli curari nequeunt. Vis Mercurii summa purgatio est, præter quam euelli morbilli nullo modo possunt. Eorum purgatio fit per excessum per os, per lotium, per sudorem &c. & cap. 4. sic loquitur de præparatione Mercurii in vnguentum: Recipe mineræ, ex qua Mercurius oritur, prout in prima coagulatione reperitur, antequam induresc at, vel in corpus facta sit, libras xx. Tere, & in aqua pluuiali coquas per horam, sic decidit impuritas à puro, quod effu-

ſum reſeruabis & cucurbita deſtillabis igne vehementiſſimo: aſcendit liquor albus, coloreque cæruleo mixtus, hunc ſerua. Poſtea deſtillato phlegma, ſeparatoque B. Mariæ, manebit in fundo quædam oleaginitas æque ponderoſa ferme, vt Mercurius, immaturæ mineræ liquor, hoc vtere, nempe granis ij. cum olei Spicæ granis vj. iuxta conſuetudinem & argenti viui conditiones.

Aliud medicamentum corporis Mercurii, eiuſdem Paracelſi eodem in loco: Recipe Mercurium corporalem, & amalgama cum tanto ſui pondere ſtanni, fluere permittas, & in aquam verti, quam vna cum tanto Sulphure deſtillabis, & aſcendit oleum in forma lactis ponderoſum, abſque aliqua aſperitate. Hoc vtere cum vſtione, vt ſupra iuxta pondus, &c. Omnis Mercurii præparatio fieri debet tamdiu, donec fatigetur, & nullam habeat aſperitatem amplius, poſt vtere, vt ſupra.

Cap. 5. eiuſdem lib. ait de Fumigatione Mercurii in hunc modum: ſi vapore Mercurii vti voles, primo præparandus eſt in attractiuam naturã. Eſt etiam, quod ſcias vſum ipſius varium fore poſſe, videlicet ad conſtipandum, purgandum, laxandum, conſolidandum, mundificandum, corrodendum &c. Iſtius ad fumigium præparatio talis eſt.

Recipe Mercurium, & cum Sulphure mortifica, prout ad cinnabarim fieri conſueuit. Poſtmodum à Sulphure cum tanto ſale petræ, quantum vtriuſque pondus fuerit, ſublimato. Ponatur in vas aliquot altum palmis duobus à terra, quod latum ſit inferius, & ſtrictum ſuperius, ab vtraque parte vel extremitate patulum. Applica damni locum exacte ſupra vaſis orificium ſtrictius, vt iſtud emunctorium, à quo fieri debet extractio, è directo conueniant. Calefiat igne lento Mercurius vt non euaporet: fiant hæc omnia iuxta morbi reſpectum & perſonarum, per calidos vapores, quos recipit emunctorium à Mercurio per vas ſurſum aſcendens, operatio melior, ac ſi Mercurii corpus damnum ſubintraret, efficitur, & ſine damno: Quoniam ab iſtius corpore cauendum eſt, & à ſubſtantia, ne ad curam vſurpetur, alias vſus eius nouas infirmitates producet.

Cap. 6. eiuſdem lib. ait: cum Lotio præter Mercurium nullas vires habeat, nihil iuxta communem vſum addendum eſt, vt piper,

Cardamomum, flammula, &c. Nam ista Mercurium incitant atque inficiunt. Nulla enim ardens aqua fuerit assumenda, quod illum ad cor vsque penetrare faciat, vnde ventris purgationes & ardores oriuntur. Antea dictum est, Mercurium non latius, quam ipse morbus extenditur, applicari debere, ne venenum eius operetur, vbi non est opus. Cum igitur lotionibus vti voles ex Mercurio, noli præterire locum infirmitatis. Hæc etiam ad contracturas plurimum conducit.

Lotio per Mercurium: Recipe Mercurium per se ipsum absque additione sublimatum, & aliquot vicibus à liquefacto sale sublimetur, ab eoque destilletur ardens aqua, donec amplius non sit corrosiuus at absque asperitate. Coque postea in aqua hirundinariæ per mediam horam, & effundatur liquor, vt Mercurii corpus non permisceatur, neque assumatur in vsum, at spiritus eius tantum.

Cap. 11 dicti lib. ait de cura morbillorum per sudorem: Nonnullæ morbillorum species curantur sudoribus. Non tam efficaciter cum Theriaca, vel aqua pestilentiali, atque fit, cum ipse Mercurius sudorem excitat: tum demum in sanitatem eius hominis id futurum est certissimum. In aliis sudoribus non est fidendum, quam à natura vel Mercurio hoc medio pulsis. Recipe Mercurium cum stanno coagulatum, & postea minutissime tritum, & in aureum vas profundum satis positum, ita mergatur in acetum acerrimum & vinaceum, cui quidem ardens aqua rectificata prius affundatur: accendatur & aduratur aliquot vicibus: Hac operatione Mercurius viuus & stannum in oleagineitatem reducuntur, hanc serua. Dosis eius est granum vnum in optimo vino veteri potum. postmodum sudor imperetur in lecto, odorque seruetur & experientia.

Cap. 12. ait Rotularium vsus ligaturarum est potissimum ad crura, quibus vlcerum fluxiones retinentur. Eorum ad interiora nullus est vsus, at ad fluentia solum. In his metuendum est, ne retenti fluxus accumulentur in corpore, ac ibidem generent Apostemata, post indubie mors irruat. Huic solus præuenit malo Mercurius laxus, qui resoluit Apostemata morbillorum fluxuum in corpore congregatorum. Ligaturæ sistentes retinent fluxiones, at contra sunt Apostematum internorum origo, tum etiam

post

post curam eruptionis. Duo hæc per Mercurium laxum modo, qui sequitur præparatum, euitantur accidentia.

Recipe Mercurii puluerem, per ouorum aquam toties actam, vt coaguletur. Huius dosis est drach. viij. cum optima confectione: fluxus ex ligaturis rotularibus, aut alia via simili congregatos aufert. Sæpius tamen administrandus est. Hactenus Paracelsus.

Vnguentum Antonii Chalmetei, ad sudores mouendos in morbo Gallico: Recipe Axungiæ Suillæ lib. I. pinguedinis Gallinæ, Butyri recentis ana vnciam j. olei Chamæmelini, liliorum, ana vncias iiij. olei Laurini, Anethini ana vncias ij. Thuris, Masticis, Myrrhæ ana vnciam semis. Argenti viui vncias quinque, Therebint. lotæ in aqua vitæ vncias tres, Resinæ pini vncias IV. M. Fiat vnguentum.

Linimentum eiusdem in morbo gallico cum pustulis, siue articulorum dolore: Recipe Rad. Enulæ Campanæ, Rad. liliorum alborum ana vnciam j. semis, summitatum Absinthii, sum. Lupulorum, sum. Fumariæ, sum. Scabiosæ an. M. ß. cicerum, lentium, hordei ana p. j. Florum Chamomeli, Meliloti, Sambuci ana p. j. Fiat decoctio. Cape de colatura lib. j. ß. adde olei Ros. vncias duas, Mastichini, Laurini ana vncias IV. Butyri recentis vncias v. Axungiæ suillæ, salis expertis lib ß. Bulliant omnia simul ad decocti consumptionem, postea misce Thuris, Masticis, Myrrhæ ana vnciam j. ß. Sarcocollæ, cerussæ ana vnciam j. Aluminis drach. vj. Lithargyri vnciam j. ß. Therebint. vncias iij. Styracis liquidæ drach. x. Argenti viui in succo Limonum extincti vncias tres, vel plus minusue, pro ægrotantis viribus. Agitentur diligenter in mortario marmoreo, fiatque linimentum. Vnguentum eiusdem aliud ad morbum Gallicum præsertim si dolor sine pustulis articulos & caput maxime afficiat. Recipe Axungiæ Gallinæ, Anseris, Anatis ana vnciam j. medullæ cruris vituli, cruris Bouis, ana vnciam j. ß. axungiæ Suillæ lib. j. Argenti viui in ea axungia extincti vncias vj. vel vij. Thuris, Masticis, Baccarum Lauri an. vncias ij. Sarcocollæ, Myrrhæ an. vnciam j. ß. Cinnabrii drach. ij. Euphorbii vnciam ß. Resinæ pini, vncias duas ß. Therebint. lotæ in aqua vitæ, vncias tres, sublimati drach. j. ß. olei lumbricorum, Amurcæ olei de Liliis, olei Chamæmelini, vulpini ana vncias tres, agitentur in mortario marmoreo, addendo styracis liquidæ drach. x. F.

Vn-

Vnguentum aliud eiusdem authoris, mouens sudores in morbo gallico, præcipue si adest dolor articulorum cum tophis. Recipe Acori, Rad. Enulæ Campanæ, Ireos, Altheæ. Hermodactylor. ana vnciam j. Betonicæ, Saluiæ, Iuæ artheticæ ana M. j. Flor. Hyperici, stœchadis ana P. j. coquantur in lib. ij. vini, & colaturæ misce Axungiæ Suillæ, salis expertis lib. 1. Gallinarum, Anseris, Anatis, Medullæ cruris vituli ana vnciam j. vnguenti Agrippæ, Martiati, Dialtheæ ana vnciam j. ß. olei Lumbricorum, vulpini, ana vnciam j. ß. olei Liliorum, Chamæmel. Anethini, Laurini, Mastichini ana vnciam j. ß. Thuris, Masticis, ana vnciam j. Myrrhæ vnciam ß. Baccarum Lauri ana vnciam vnam semis, Euphorbii drach. ij. Resinæ pini, in oleo Lumbricorum liquefactæ vncias iij. Terebint. lotæ in vino albo vncias ij. Mercurii in aqua vitę, & Saluiæ loti, exiccati, & axungia extincti vncias sex, styracis liquidæ vnciam ß. F. vnguentum.

Vel etiam sic: Recipe Axungiæ Suillæ lib. j. opoponacis, Galbani, Sagapeni, Bdellii dissolutorum in aqua vitæ vnciam j. Resinæ pini liquefactæ vncias IV. olei Rutæ vncias ij. Lumbricorum, de Spica, Chamæmel: Laurini ana vncias tres, vnguenti Dialtheæ vncias v. Thuris, Masticis, Myrrhæ, ana vnciam vnam, Euphorbii vnciam semis, Cinnabrii drach. iij. Hermodactyl. drach. iij. F. Linimentum. Vnguentum Quercetani vulneribus venenatis conducens: Recipe vnguenti Macedonici drach. ij. olei Myrrhæ, Terebinth. ana drach. ij. præcipitati nostri drach. j. ß. Butyri, arsenici fixi & dulcificati vnciam semis, olei Antimonii drach. ij ceræ tantillum, vel q. s. Fiat vnguentum.

Vnguentum eiusdem Empyreuma in vulneribus Sclopæticis extinguens & pustulas prohibens: Recipe olei Mercurii corporalis drach. j. ß. olei Sulphuris Therebint. drach. iij. Arsenici dulcificati drach. ij. Excipiantur Butyro salem non experto, & F. vnguentum. Apponatur vulneri cum elychniis & turundis. Venenatis, Gangrænæ, Cancro, phagedœnis & cacœtis vlceribus curandis confert. Superponatur autem in vulneris ambitu Emplastrum aliquod, vel ceratum attrahens.

Fucus Banisteri: Recipe Mercurii sublimati libram j. Boracis vncias IV. Mercurii vncias tres, Litharg. vncias duas, fiat puluis subtilissi-

mus, ponatur in vase conueniente, ac aquam destillatam affunde, & singulis diebus mutetur & noua affundatur, per octo dies continuos in sole exsiccetur, & optime teratur super marmoreo lapide cum caphuræ vncia vna semis. Reseruetur in vitro bene cooperto, & cum vti voles, recipe pulueris scrupulos duos, & dissolue in vnciis duabus aquæ rosarum & vnciis tribus aquæ destillatæ & aquæ limonum q. v. misceantur opt. & vt opus fuerit, vtere.

Fucus alius præstans, recipe lactis caprini lib. iij. medullæ panis albiss. num. ij. temperentur simul per vj. horas: deinde adde Limonum à cort. extremo mundatorum num. xij. Album. ouorum num. xij. calcis, cort. ouorum, porcellanarum ana vnciam ß. Caphuræ, Aluminis, Coralli rubei ana drach. ij. Boracis vnciam j. cerussę vncias tres, sublimati drach. j. M. & cum diligentia destillentur.

Aqua Melonum ad faciem illustrandam: Recipe Melones albos, à corticibus mundatos, quot opus erit, eosque in frusta vnius digiti crassitudine secato: deinde Aluminis Sacharini vncias iv. Aluminis vsti vnciam j. Argenti viui extincti vnciam j. cochlearum marinarum albarum vncias duas, Terebint. lotæ vnciam j. ouorum recentium & cum corticibus contusorum num. xij. Limoniorum alborum in frusta incisorum q. v. Sachari vncias iv. Lactis caprini, vini albi ana mens. j. Hæc omnia ponantur in cucurbitam vitream, aliud super aliud, vt dictum est: deinde destillentur lento igne, donec aqua omnis exierit, demum seruetur in vase vitreo, ad vsum. Alexius.

Aqua Fumanelli faciem dealbans & mundificans: Recipe florum fabarum M. x. aluminis Rochæ libram j. ß. Aluminis Zuccharini drach. v. Aluminis Scariolæ vncias iv. ß. Salis nitri vncias iij. Aluminis fæcis vncias vj. Argenti viui extincti vncias iij. Destillentur lento igne, & quum quid stillare incipit, ignem augeto.

Aqua alia: Recipe Argenti electi, Argenti viui ana vnciam vnam, super porphyreum terantur lapidem, additoque argenti sublimati modico in loco collocentur humido: & quod liquatum est, Alembico destilletur.

Aqua eiusdem alia mulieris nobilis: Recipe sublimati vnciam j. Camphoræ drach. j. puluerisentur optime, infundantur in succo

limo-

limonum, & aqua rosarum, Nenupharis, cucurbitæ, & florum fabarum ana lib. ß. insolentur per dies 15. & vsui seruetur. Rondiletius.

Aqua faciem dealbans alia: Recipe Myrrhæ vncias duas, Thuris vnciam ß. Masticis vnciam ß. Zingiberis albi drach. iij. Cinnamomi electi drach. ij. Camphoræ drach. j. Album ouorum lib. j. trita ponantur in ventre gallinæ, addendo lactis caprini vel asinæ lib. iij. destilla.

Aqua rubram faciens faciem: Recipe Rad. Sigilli Salomonis vncias x. Rad. Cyclaminis vncias v. Rad. serpentariæ seu Ari, vnciam j. Lardi mundi vnciam j. ß. Limonum incisorum num. v. medullæ panis albi, in lacte macerati q. s. sublimati, Aluminis Scariolæ ana vncias duas. Aluminis Rochæ vnciam j. ß. Porcellanarum in succo Limonum dissolutarum, vnciam j. M. & destilla. Marinellus.

Alia aqua faciem coloratam reddens: Recipe lactis Caprini mens. ij. panis albi calidi num. j. Rad. Dracunculi seu serpentariæ Sigilli Salomonis ana lib. ß. caput vernecis incisum vnum, Boracis vnciam ß. Aluminis Scariolæ vnciam ß. succi Limonum vnciam j. porcellanarum in succo prædicto dissol. vnciam j. cerussæ vnciam vnam, Lithargyri sublimati ana vnciam semis. Terenda in puluerem redigantur, incidenda incidantur minutim: deinde misceantur & destillentur.

Vel sic: Recipe Cerussæ vncias duas, sublimati vnciam j. Aluminis plumæ vnciam ß. Aluminis Scariolæ vnciam ß. Boracis drach. ij. Camphoræ drach. j. Sachari candi scrupulos duos, Aluminis Rochæ scrupulum j. trita ponantur in panno lineo ligato: adde deinde columbam albam iuuenem, mundatam, in frusta minuta incisam. Hæc simul coquantur in lacte capræ vel asinæ donec caro ab ossibus separetur. Postea omnia Alembico destillentur.

Aqua ad maculas faciei: Recipe aquæ rosarum, succi limoni ana vncias octo, sublimati drach. ij. Albuminum ouorum num. iv. misce omnia diligenter: deinde pone ad solem per viij. dies, & serua ad vsum.

Aqua ad dealbandas maculas faciei omnis generis: Recipe sublimati, Aluminis ana vnciam ß. succi caulium vncias vj. cum lixiuio sarmentorum cineris, adde oua duo integra cum tribus fellibus tau-

ri,& incorporentur ſecundum artem. Vtere hoc lixiuio cum panno madefacto in eo.

Fucus nobilis cuiuſdam approbatiſſimus: Recipe ſublimati vnciam j. bulliat in lib. j. aquæ ciſternæ, quouſque ſentiatur aliqua acrimonia in lingua. Poſtea adde ceruſſæ vncias iij. bulliant parum, clarificentur cum albumine ouorum num. 6. & poſtea coletur, & vſui ſeruetur, donec vti volueris, & agitetur frequenter.

Fucus præſtantiſſimus pro Domina quadam: Recipe ſublimati drach. j. porcellanarum vncias iſ. Margaritarum ſplendidarum ſcrupulos duos, terantur diligentiſſime & incorporentur ſimul in mortario marmoreo & ligneo piſtillo, per tres horas deducantur, fricentur, reducanturque in tenuiſſimum puluerem, deinde puluis abluatur aqua fol. Rutæ: deſiccatus ſeruetur vſui. Adde fol. auri & argenti num. x. vtere. Prius tamen faciem abluito, decocto hordei & fænugr. poſtea v. mane abluatur aqua & vino albo mixtis. His autem fucis vtendum non niſi iam purgato corpore.

Fucus alius: Recipe ſublimati drach. j. Argenti viui extincti in ſaliua hominis ſeu fœminæ drach. ij. Margaritarum porcellanarum, vel internæ partis oſtreorum drach. j. Caphuræ drach. j. ß. incorporentur ſimul in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo per horas tres. Ducantur & fricentur, reducanturque in tenuiſſimum puluerem. Deinde hic puluis abluatur aqua Myrthi, & deſiccatus ſeruetur in vſum. Adde fol. Auri & Argenti q. ſ. tempore vſus pone in vola manus tantum oleum lentiſcinum, aut amygdalarũ dulcium, in quo diſſoluatur modicum prædicti pulueris, & hanc volam altera vola manus frica, donec mixtio perfecta ſit. Poſtea faciem & alias partes, ſi vis, illine veſperi cum iturus es cubitum. Sed facies lauanda primo vino albo & aqua eſt, vt ſupra dictum. Eædem partes abluantur ſub mediam noctem aqua ſequenti.

Vnguentum Coſmeticum: Recipe vnguenti roſati, vnciam j. ß. vnguenti albi vnciam j. olei roſarum drach. j. olei Tartari ſcrupulos duos, Turpeti Coſmetici, (ſupra deſcripti hoc in capite) drach. j. ß. miſceantur.

Vnguentum ad Impetigines faciei: Recipe Rad. Oxylapathi quart. j. decoquatur ſub cineribus, poſtea cum aceto ſcillitico reducatur ad formam linimenti, addendo ſublimati ſcrupulum

vnum

vnum: abluatur sæpe facies aqua Myrtill. vel peculi pedum roſ. poſtea etiam adde parum albuminis, vt cutis melius reſiſtat.

Ad dealbandas manus ac dentes. Recipe ſublimati vncias iiij. Argenti viui præparati & extincti drach. iij. piſtentur donec alba reddantur. Poſtea totum colligetur in panno lineo, & in aqua ciſternæ aut fontis paululum ferueat aqua, alio vſu accipe, idem ex eodem madefacito, quoties voles.

Ad impetigines faciei: Recipe Radicum lapathi vncias tres, decoquantur ſub cineribus, poſtea cum aceto ſcillitico fiat linimentum addendo Argenti viui drach. ſemis vel ſublimati ſcrupul. j.

Ad faciei maculas rubentes: Recipe Rad. Lapathi vncias duas, adipis ſuilli vncias duas, ceræ albæ vnciam j. liquatis adde Argenti viui extincti, camphoræ ana parum. Succi abſynthii, mellis ana q. ſ. Fiat vnguentum: Fumanellus.

Ad ruborem faciei à fumis & vaporibus: Recipe olei Tartari, Roſarum ana vncias iiij. ſucci oxylapathi, Lauri, Serpentariæ ana vncias iiij. ceruſſæ vnciam j. ß. lithargyri Auri drach. ij. Argenti viui extincti vnciam j. ß. Rad. Aſphod. vſtorum ſub cineribus vncias duas. F. Linimentum in mortario plumbeo.

Ad ſcabiem & pituitam ſalſam: Recipe lithargyri, Auripigmenti, Argenti viui, tartari, maſticis, olibani, Sulphuris viui ana vnciam ß. Axungiæ porcinæ vet. vncias vj. olei Laurini vncias duas, aceti parum. Miſce & F. vnguentum.

Vel ſic ad omnem ſcabiem, impetiginem & ſerpiginem: Recipe lithargyri, Aluminis, Argenti viui ana drach. ſemis, Roſarum, ceruſſæ, Sabinæ, ſepiæ, cadmiæ drach. j. cineris lentiſci, calaminthæ ana drach. ſemis, cum ſucco menthæ exceptæ ad tertias, oleo incoquantur roſaceo, addita cera. Fumanellus.

Fucus etiam eſt apud Crollium noſtrum, Baſil. Chymicæ pag. 277. Si placet vide. Hæc de Mercurio nunc de reliquis metallis agendum.

LIBRI TFETII

BASILICÆ CHYMICÆ

Pars I.

CAPVT I.

De Ioue ſeu de ſtanno; Eius definitione, natura ac proprietate.

STannum quod aliqui plumbum vocant candidum, Græcis κασσίτερος, ex Argento viuo fit puro, claro, & ſulphure craſſo, & immundo. Balbutientem, dicit Albertus Magnus, habere compoſitionem, cuius cauſa fit mortificatio Argenti viui ex aliquo vapore diſſoluto, vel alia lotura aquæ acutæ, quæ diſiungit partem eius. Et conuenit cum plumbo, quia neutrum rubiginem contrahit, ſed potius ſqualorem & ſorditiem quandam, plus tamen plumbum quam ſtannum: cuius rei cauſa eſt, quod non humorem habent aliquem calidum, aqueum, vel acutum paucum, qui terreum, qui in ipſis eſt corrumpat, inque rubiginem conuertat. Præterea in hoc quoque conuenit cum plumbo, quod neutrum eſt ſonorum, multum per ſe ipſum: Cuius rei cauſa eſt mollities, & humor. Stannum tamen plumbo magis eſt ſonorum. Adhæc etiam ſtannum fuſum cito putreſcit: plumbum vero ſub dio & in terra creſcit: quod hac ratione accidit, quia male eſt ſtannum mixtum, ac proinde cum ab igne debilitatur, à que generationis ſuæ loco remouetur, citius etiam a-

iam aliis metallis putrescit & corrumpitur: plumbum vero, quia crassæ est substantiæ, multumque terrestris humoris habet, facile humores crassos ad se attrahit, & in suam substantiam conuertit, sicque incrementum sumit.

Andreas Libauius comment. Alchem. part. 2. lib. 1. de natura metallorum, cap. 6. pag. 17: sic ait: Metalla imperfecta sunt duplicia, mollia, & dura. Mollia sunt quæ funduntur citius quam igniantur. Itaque constant hydrargyro humidiore, aquosioreque & minus excocto fixoque, & Sulphure adustuli fusili cito. Vnde & frigidiora dicuntur, quod igneum principium Sulphuris in eis sit paucum, immaturum & debile, per artem indurari possunt, si sæpius extincta aquis fixatoriis aut eis immaceratæ, postea ignibus lentis donec humiditatis excessus sit deletus, torreantur aut sæpius fundantur. Possunt item mollia in se mutuo verti, fierique alterum ex altero per additamenta, & lixiuia mineralia, aliaque artificia. Mollia sunt duorum generum, plumbum candidum (seu stannum) & plumbum nigrum (quod & simpliciter plumbum.)

Plumbum candidum seu stannum est metallum imperfectum, molle, album, splendens cum liuore quodam, constans Mercurio puriore in genere imperfectorum molliore fugacioreque quam dura; stabiliore vero quam plumbum nigrum, & magis excocto, & Sulphure albo, acri, sed minus maturo, quod in recessu tincturam citrinam & rubeam puram quodam modo gerit, manet tamen in igni pars quædam vtriusque principii. Itaque aliquid fixitatis habet, & quidem æqualis, quanquam plus sit de Mercurio, quam Sulphure. Propter mollitiem parum sonat, & quia terrestreitate quadam Mercurius comprehenditur, stridet in fusione, & facile excutitur. Hydrargyro prompte iungitur; & ob id ad perfecta accedit propius, quemadmodum & maiore puritate principiorum. Vnde & adhæret Auro Argentoque tenaciter, nec dimittit ea facile, adeo vt etiam corrumpat seu dissipet secum in igni fulminis aliquam eorum partem. Vertitur in plumbum nigrum pollutione & humefactione; Ex eodem conficitur ablutione & exsiccatione conueniente, seu calcinatione ignea crebra, cum ablutione. (Aliâs etiam per eandem in plumbum nigrum abire potest, præsertim addito stibio) familiare est cum Marchasita stannea, quam bismutum vocant. Calcinatione fit

ne fit album Hiſpanicum, & vitreſcit igne reuerberii calx eius. Reducitur inde in ſtannum magno igni & ſubitanea induſtriaque fuſione: pergit Libauius.

In deſcriptione imperfectorum apparet non temerarium prorſus eſſe Calliſthenis, Galeni & aliorum iudicium, qui voluerunt differre metalla perfectione & imperfectione, ſecundum attributa potius quam eſſentiam. Neceſſe enim eſt vt comparate deſcribantur, alias vix quiſquam definitionem ex principiis conuertibilem aſſequetur. Cæterum quod in definitione imperfectorum principia dicuntur impura; id intelligendum eſt comparate ad corpora perfecta. Nam poſſea de ſtanno ſeu plumbo candido dicitur, quod purum habeat Sulphur, ſed relatione ad alia imperfecta, non ſuſtinent, nec coloritium, nec cœmentum, nec Sulphur, nec fulmen plumbi imperfecta ſed in fauillam vertuntur, idque propter inconſtantiam Principiorum. Abeunt & in ſcorias, vitra, lapides, &c. quod illa principia ſint terreſtria, id quod conuincit vel vulgare figulorum artificium, in ſtanno, plumbo, horumque lithargyro, ferro & ære, ne quid dicam de probatoribus & excoctoribus. Quod ſi ſeruentur in fulmine vel cœmento; neceſſe eſt, vel non recte & ad perfectorum modum eſſe hæc (cœmentum ſcilicet & fulmen) præparata, vel ab arte ipſa imperfecta aliquid paſſa eſſe, vel additamento quodam ſeruata. Geberus quidem tribuit ſtanno, ferro & æri duplicem Mercurium & Sulphur, fixum ſcilicet & volaticum, ſed hoc intelligendum ratione ignis nudi. Nam in cœmento & aliis examinibus perfectis nullum iſtorum eſt conſtans.

Quanquam autem ex his quoque poſſent fieri lapides & tincturæ artificioſæ per Mercurium, qui ſe omnium commiſtorum naturæ aſſociat accommodatque, & inde immutatur; quoniam tamen tum abundant in natura, tum abſque fructu ſit ipſa elaboratio, negliguntur, & potius quæritur quomodo ad perfectionem ſeu vere, ſeu ſpecie quadam adducantur. Poterant non tantum duritie & mollicie diſtingui; ſed & humiditate ſiccitateque; ſed illa diſtinctio autoribus eſt familior, & ea Geberus inprimis vtitur.

Plumbum candidum ita deſcribitur, vt facile pateat quantum abſit à perfectis, quantumque antecellat imperfecta reliqua. Certe ob familiaritatem cum hydrargyro & puritatem principiorum, quam proxime æmulatur perfecta. Hinc ſecretum Chymicum eſt, quod ſi cum hydrargyro commiſceatur, facillime admittat tincturam albam, & rubram; tranſeatque in corpus perfectum, & prompte acquirat Auri pondus. Geberus ait tunc fieri ſtannum, ſi in radice

commi-

commistionis Sulphur, sit pauca fixionis, album impura albedine, exuperante hydrargyro partim fixo, partim fugace, albo impuro. Fœtido enim halitu Sulphur arguit volaticum, & tamen cum calx in igni maneat, etiam aliquid constantiæ habet. Accusatur in eo fragilitas. Auro quidem & plumbo commistum, ea tractabilia relinquit; sed reliquis affert duritiem terream, vnde sub malleo franguntur; quod si non fieret, non tantum Argento augendo inseruiret, sed & æri tingendo. Nam cum Argento difficilime separetur, facile lateret, præsertim cum ab eo fixitatem propter pertinacem cohæsionem accipere possit. Sed tamen non vulgaris deberet esse commistio. Geber, inquit, si quis sciuerit vitium fractionis eius auferre, subito ex eius emolumento lætabitur, verum tamen non abest suspicio sophismatis. Rogerius ait, deficere ei solam coctionem seu digestionem. Sed cogitandum est consequentia simul intelligi, certum enim est aliquid liuoris in stanno esse, quod non est aliunde quam ab impuro hydrargyro, & Sulphure combustibili, quanquam copia hydrargyri vetet, quo minus in flamma id Sulphur appareat. Hydrargyri enim quantitatem excedere facillime arguitur Argenti viui susceptione. Sola digestio ex crudo facit maturum, ex humido siccum & constans, sicut Aurum Argentumve molle perficitur.

Sed pondus quoque requiritur, quod non est nisi à subtilibus exacteque condensatis & coactis principiis, terrestri asperitate absente, quæ non potest ita solidari, qui relinquantur pori, vt in ferro, &c. Quod liuorem attinet, ex principiis materialibus is quidem dependet, vt dictum est; sed cogitandum annon plumbum candidum sit medium metallum inter Argentum, & plumbum nigrum, quasi certa proportione in radice ex vtrisque mistum; vnde factum quis credere posset, vt stannum sit dictum, quæ vox alias misturam metallorum designat. Quicquid itaque liuidi subest, id plumbo acceptum feretur; quicquid puri splendoris Argento. Ne si quis Sulphuri adurenti id ascribat, his aduersabitur. Plumbi tamen an stanni sit, arguet separatio. Nam Sulphur in plumbo adhæret suo Mercurio firmius; in stanno debilius. Itaque & hoc calcinatur facilius & euadit nobilius post reductionem. Geber ait, non fuisse mistum in ortu. Mirum sane est, cur tam affinia metalla non inueniantur in eadem minera semper & non appareat excoquaturque plumbum nigrum ex cassitero, & rursus plumbum album ex lapide plumbario & Galena. Sed nihil est absurdi, si quis statuat in scaptensulis plumbariis inueniri vt Argentum ita vt cassiterum, quanquam puri plumbo nigro absorptum lateat,

nec poßit segregari, & idem fieri in plumbi albi vena. Plinio stannum appellatum fuit, quod ex fornacibus plumbi excocta vena plumbi & Argenti fœcunda primo profluat. Miscetur & bismutho, indeque maculas contrahit & duratur, propterea quod id minerale (quod vicinum metallis, nihilominus tamen spiritus & media mineralia attingit, & in marcasitis habetur) plus terreæ impuritatis, cum sulphure & hydrargyro degenere, fœtido, potiusque non metallico contineat. Album Hispanicum quod inde fit, ad cosmetica mulierum & alia ornamenta, quin & in Medicinis externis vsurpatur. Sophistæ etiam aliquid tincturæ inde sperant. Potest erubescere si recte tractetur; licet alii ruborem detrahant stanno. Qui ad cœlum reducunt; Iouiale faciunt. In medicina foris quidem, ad vlcera & alia commendatur; In internis repudiatur, quanquam si arte elaborare velimus, etiam hic aliquem vsum præbere poßit. Hæc Libauius.

Album Hispanicum.

Alius Medicorum dicit & sic describit Iouem: stannum aliud metalli genus est in fodinis cum Argento inuentum, quod Plinius plumbum candidum vocat ad differentiam plumbi nigri, quod velut Argenti stannique purgamentum in fornace remanet. Qui Ioui sacrum faciunt stannum, id ex hydrargyro, puro, claro, & ex sulphure crasso & immundo generari dicunt. Est vero stannum vel simplex & purum ac prope defecatum; vel impurum & ex aliis metallis compositum, quod natura, vel artificio tale redditur, cuius multæ sunt differentiæ pro rerum mixtarum ratione & diuersa earundem proportione. Eius autem vires rerum ex quibus componitur mixtioni respondent. Multis v. vsibus humanis inseruit stannum: verum ex eo rarissime Medicamenta parantur, sed vasa sæpissime in quibus illa ipsa reponuntur & seruantur.

Paracelsus tom.8.lib.4.Philosophiæ, cap.6.pag 99. sic ait: Stannum est purus Mercurius, pauco sale coagulatus, sed copiosiore tamen sulphure candido mixtum. Ipsius Mercurius est Mercurius leprosus, in Ares iacens, & tamen metallicus existẽs per Archeum extractus, & in metallum dispositus. Colores etiam suos ex Mercurio assumit, album, flauum, rubrum. Sed & sublimatio eiusdem est à Mercurio: resolutio autem à sale. Itaque per hæc sublimatur & resoluitur.

Eodem tom. tract. 1. de mineralibus pag. 250. dicit: De generatione Iouis scire oportet, quod fiat ex fixo sulphure, candido, & ex sale

fixo,

fixo, sed ex non fixo Mercurio: Idque hac de causa, quod Iupiter fixus sit secundum corpus, non tamen in substantia Mercurii: Sed is omnem suam fusionem & mallealitatem perdit. Postea metallum esse desinit. Spiritus enim metallicus separatur ab eo per Artem. Id quam primum factum est, nihil tunc est aliud, quam candidum Sulphur ac Sal, & exsiccatus Mercurius.

Tom. 6. lib. vexationum pag. 282. sic describit naturam ac proprietatem Iouis: Quod manifestum est (Intellige corpus Iouis) in eo cætera sex metalla corpora spiritualiter occultantur, vnum quidem alio profundius, tenaciusque. Iupiter nihil de Quinta Essentia participat, sed de Elementarium quatuor natura. Quapropter eius liquefactio leui penitus igne superueniente manifestat, & accedente frigore similiter leui coagulatur. Cum aliorum omnium metallorum liquefactionibus affinitatem habet. Nam quando quid alteri natura fuerit similius, tanto facilius vnitur illi per coniunctionem. Facilior etiam est, magisque naturalis propinquorum, quam remotorum ad inuicem operatio. Remotum non vrget. Idem etiam non admodum metuitur, etsi maximum existat. Hinc fit, vt ad superos etiam non anhelent homines: quia plurimum ab eis distant, eorumque gloriam non vident. Pariformiter inferos admodum non formident, quod remoti sint, eorumque status & pœnæ miseriam nemo reuenientium nouit, aut expertus est: hac de causa nihili fit infernus. Res enim remotiores eo viliores habentur, quo rudiorem locum obtinent: quia pro sui loci proprietate quæque res melior euadit, vel immutatur: quod variis exemplis demonstrari potest. Quapropter quando Iupiter à Marte & Venere est remotior, propinquior autem Soli & Lunæ reperitur, tanto maiorem aureitatem, aut argenteitatem (vt ita loquar) in corpore suo continet, grandiorque, fortior, visibilior, tangibilior, perceptibilior, amabilior, acceptior, notior, & verior, quam in remoto comperitur. Rursus, quo res quæuis remotior, eo vilior existimatur in prædictis omnibus, ideo quod semper præsens absenti rei præferatur. Quanto propinquius est manifestum, tanto remotius est occultum. Quamobrem Alchimistæ sibi sedulo cogitandum est, qua ratione Iouem collocare possit ad remotum & abstrusum locum, quem Sol & Luna tenent,

& viciſſim Solem & Lunam ex remotis adigas, in propinquum locum, vbi Iupiter ſteterat corporaliter: Vt eodem modo Sol quoque & Luna ibidem corporaliter ad oculos re ipſa aſtent. Tranſmutationis enim metallorum de imperfectione in perfectionem, varia ſunt operationum Recepta. Verum alteri permiſcere, tum alterum ab altero purum iterum ſeparare, nihil aliud eſt, quam permutatio, per Alchymicum perfectum laborem inſtituta. Nota. Aurum multum Iupiter, & non parum Argenti habet. Saturnus & Luna imponantur ei, & augmentabitur Luna de reliquis.

Præterea etiam Libauius infert de ſtanno, (qui multis de cauſis citandus venit) Alch. part. 2 lib. 1. de natura metallorum cap. 8. vbi ſic inquit de ſtanni differentiis. Narrat Hugo Linſchottus in Indiæ quadam ciuitate Perâ ſub eleuatione poli ſeptentrionali, 4 1/2. gr. & Gunſalana ad eleuat. poli gra. 8 1/2. in ea parte Indiæ quæ ſe longo tractu ex regno Bengalenſi in mare porrigit, & Taprobanæ Inſulæ obiicit 30 mil. cis Malacam, vnde ditiſsima dicitur nauis in Luſitaniam mitti, copioſum eſſe metallum quoddam plumbo candido, quod vulgo ſtannum appellatur, affine, nomine Calaem. Huius magnum pondus rapta iure belli in littore Malacenſi naui in Hollandiam ſuperiore eſt deuectum anno, & ſtudio amicorum, præſertim clariſsimi viri Leonhardi Doldii, Philoſoph. & Medici Norimbergici ad nos aliquantula portione perlatum. Id prima oculorum æſtimatione videtur excoctum eſſe ex ſua minera, & in catinos digeſtum, vnde facti paſtilli ad inſtar eorum qui ex Argento & plumbo nigro confuſi in ferri in focum cinerarium ad fulminandum ſolent, (wie Werckbley) *color ei eſt Argenti pallidi in maſsis; ſed cum repurgatum eſt, nitore puro ſplendet ad inſtar ſtanni Argentei, quod Anglicum aut Caballinum vocant. Portiones minores, à paſtillis abſciſſæ, per ſcalprum & malleum, qua adactum ſcalprum eſt, inciſuram vel ſectionem habent, qualem Argentum: & ſic etiam cultellis inciditur circa margines, flexileſq; exhibet vrcinulos;* (das läſt ſich hacken vnnd ſchneiden wie Silber:) *Sed profundiore parte, qua deſinit ſcalpri caſura, inæqualiter ſunt fractæ, adeo vt primo aſpectu putes plumbum cinereum, quod biſmuthum & marcaſitam nuncupant, eſſe. Fragmenta hæc nitent Galenæ inſtar, ſuntque planiciebus veluti teſſelata, id quod nec candido nec nigro plumbo, vtpote mollioribus & tenacioribus ſolet euenire; niſi forte impurioribus, aut miſtis plumbo cinereo, hoc eſt, biſmutho. Pondus ad ſtateram ſatis eſt graue,*

& plum-

& plumbo nigro aut nihil aut parum cedit, vti neque orichalco. Sono pastilli integri percussi tinniunt; vnde feruntur Hispani nomen Tintinazo imposuisse: sed fragmenta sunt surda. Duricies est argenti, vti & consistentia. Nam malleum fert, & aliquo vsque dilatatur resistens argenti more, idque comprobat etiam incisio, & lima. Nam argenti modo raditur seu elimatur, simulemque in scobem abit. Hanc cum ad magnetem exploraremus, tractam non vidimus, exceptis ramentis quibusdam paucis, sed quæ putabamus à lima ferrea auulsa. Immersum aceto, nec rubiginem contrahit, nec in carussam fatiscit, argēti innocentiam obseruans, nisi forte diu in eo detentum aliquid patiatur. In aqua forti statim feruere incipit & stridere, vti stannum, ferrum, stibium & similia solent. Soluitur autem fere totum secunda affusione. Mihi relinquebatur paruum granum nigrum. Solutio nonnihil flauet, sed inconstanter. Affusa aqua dulci cum vel sine sale, non coagulat, exceptis paucis quasi floccis, cum tamen solutio Bismuthi statim in lac crassum abeat, sicut solutio stibii & hydrargyri, aliorumque vt sulphuris liquoris liquore tartari cocti, & ex cæteris metallis solutis fiant sedimenta. Aqua per coctionem subducta, remanet calx alba argenteæ vel stanneæ æmula. Porro ab argento viuo per se solum non facile recipitur. Adhæret tamen id aliquantulum asperitatibus extremorum. Impurum argentum affectumque in hoc imitatur. Cum stanno colliquatum recipitur quidem ab argento viuo, sed natat, cum aliquandiu in eo detinuissemus, argentum viuum in superficie contraxit crustam, qualis fit ex stanno & hydrargyro; particulæ vero non soluebantur totæ, sed duræ manebant, licet fragiles & intus Mercurio delibutæ (franguntur autem digitis immersi bacilli, qui antea resistebant pertinaciter.)

In ignem illatum hoc metallum liquescit sine ignitione, tardius tamen quam stannum aut plumbum & bismuthum. Ad flammam candelæ qua ferrei stili & similia excandescunt, plumbum vt tam nigrum quam candidum diffluit, nec candere nec fluere vidimus, sed fuligine tegi. In catinis autem & cochlearibus admotum prunis fluit vt dictum est; & spumam in summo reddit coloris partim argentei partim cærulei. Cum vrgetur follibus, expirat initio halitus paucos; sed mox ardere incipit totum, omnique abiecta metallica natura in pompholygem, seu thutiam Arabum, resoluitur, quæ nihil est aliud, quam pars metalli mercurialis, coagulata quidem, sed non fixa, si adiicias halonitrum, flagrat luculentius & pertinacius. Odor expirantis nec lancinat mordetque, nec est Sulphuris vulgaris. Ideoque & nec fuscat seu atro inficit, sed totus est arsenicalis. Est autem arsenicum ex genere Sulphuris Metallici,

vnde & à Gebro compar Sulphuris appellatur, potestque cum eo & hydrargyro fieri sublimatum, quod dicitur Luna Philosophorum, expurganda additamento salis, vt acquirat crystallinam perspicuitatem, & liberetur ab omni immundicie aquosa & terrea; argentum viuum, quod inde reductum postea est materia prima sapientum, ex parte. Intelligimus ergo principia huius metalli esse sulphur arsenicale, & argentum viuum metallicum multum non fixum. Porro fuligo illa seu pompholyx triplicem habet differentiam. Quædam pars est plane spirituosa, & ex flamma (cui color intus lucidus, in circuitu fuluus, ruber, viridis & sic varius; sed aureus maxime) euolat adhæretque carbonibus & aliis, ea forma, qua flos Antimonii albus. Et hanc partem puto esse venenatam valde. Alia in medio cochlearis (tunc enim ferreum cochleare luto munitum vsurpabamus) consistit, & adhæret, estque magis terrestris, nec quicquam differt à pompholyge illa quam reddit Cadmia argentaria aut cypria, qualisq; in orichalco faciendo consistit. Tertia est subtilis quidem & valde leuis sed humidior, habetque consistentiam similimã telis illis vermium vel aranearum, quæ initio autumni passim p campos & arua conspiciuntur. Consistit circa margines cochlearis, adhæret veruculo seu filio ferreo, quo agitatur materia, eumque vestit, & postea carbonibus quoque insistit, donec vi flammæ dissipetur, aut remisceatur ceteræ Pompholygi. Hanc iudicamus esse argenti, terrestrem Cadmiæ, tertiam spiritus Mercurii cum arsenico iuncti. quanquam omnes sint mercuriales; vt sic eadem conflatum sit ex argento & Cadmia, quæ arsenico & argento viuo constat, possitque dici argentum nostrum, quia metallum est sed impurum, vel cadmia metallica argentosa, siue velis augere numerum metallorum septenarium, vel potius senarium, siue non. Nihil enim refert. Argentum nostrum cadmia argentata. Notet vero, quod possit pro peculiari metallo recte haberi. 1. Quia metallum est iuxta definitionem, & tamen proprietates habet eas, quas nullum aliud metallum. 2. Quia principia metalli ea habet, & fines vsq; eosdem. 3. Pro metallo in Oriente communiter habetur. Inserendum autem imperfectis, non perfectis quasi medium inter argentum & [illegible] separarine posse argentum a ceteris mineralibus in eo, facile est iudicatu, cum tam ex centenario extracta sit semuncia [imo sescuncia] & didrachmum auri, iudicio [illegible] Sar[illegible]: Et puta plus inesse si queat separari argenti. Sed cum consistentiam & formam metallicam habeat ab argento, necesse est longe plus inesse, quanquam id totum propter [illegible] arsenici & argenti viui spirituum non facile queat segregari. Consulendi tamen hic sunt illi qui artificiose & perite possunt excoquere cadmiam argentosam, vt in Carinthia. Sed æstime-

tur

tur natura eius etiam ex societate. Cum plumbo nigro coalescit quidem, sed plumbo nisi exquisitissime misceatur substantie. Exactius sociatur cum plumbo candido. Iudicamus autem optime immisceri argento, & posse cum venis argenti additis medicamentibus, quibus auertitur & defenditur argentum à Cadmia (veluti ferrugine scoriis ferri, ferro &c. per curuam fornacem cum vtilitate excoqui & in plumbum transferri ad fulminandum. Colliquauimus cum bisinutho. Sed licet cohareant in massa, tamen non miscentur, nisi quis vim adhibeat. De mercurio ante dictum est. Aeri iunctum luculentaque flamma incensum præbet orichalcum diuersi generis à vulgari. Est enim simile auro Rhenano pallido ex auro & argento, parteque cupri. Ideo & in coticula talem reddit lineam, cum vulgare æmuletur aurum Vngaricum seu ducatorum. An est æs Babylonicum? Intelligimus hinc quoq; partē eius constitutiuam esse Cadmiam argentariā ex qua Galmia dicta & Pompholyx, qualis fit ēt Goslaria in plumbariis. Mirum est fauillam istā in igni totam esse auream, sed extra ignē plane niueā, & nihilominus æs in orichalcū mutare. Cuius vsus tandem si sit cum lucro excoqui nequeat? Per se primo inseruiet ornamentis variis, vt equorū phalaris, imaginib. templorum, annulis, torquibus &c. Deinde variam supellectilē potest præbere, sed extra vsum cibi & potus maxime, vt matulas, candelabra, bullas & vncinulos pro baltheis &c. & in hunc vsum si vertatur, sine fraude tanto minus argenti absumetur temere, neque argenteo splendori cedet. Durabilitate vero argentum æquabit, plumbum candidum superabit. In misturis adiici potest, materiæ Campanarum, speculorum, literarum typographicarum & similium; sed cauere oportet ne inflammetur. Num tuto quoque possit adiici stanno ad vasa quoque cibaria, quæri potest. Adiicitur inquam plumbum nigrum, & bismuthum, quæ non minus sunt venenata quam Calaemum. Quidni & hoc? Nos cum variis ignibus id exerceremus, nihil à fumo passi sumus, quanquam ne cautissima quoque nare eum potuerimus vitare. Vnde intelligitur licet ex Cadmia & Argento constet, tamen non ita venenatum esse vt cadmia argentosa Germanorum, quia est fixior. Exploranda vero etiam ratio est excoctionis in India. Doldius scripsit, magistro, qui id ignibus tentauit, visum fuisse valde venenatum. Sed rapax est potius, & consumptiuum argenti secum iuncti, vt stannum, quanquam non immune à veneno. Aliud autem iudicium est resoluti in halitus, vt diximus, aliud concreti forma & consistentia argenti. Et tantum quidem hactenus nobis de hoc metallo constat.

CAPVT

CAPVT II.

De Iouis calcinatione ac præparatione.

EIus calcinationes ac præparationes ſunt tales: 1. Recipe ſtanni Anglici non Sophiſticati (quod ex pondere & malleatione dignoſces) libras quatuor: Liquefac in olla plani fundi, & à ſcoriis purga: Deinde iniice aliquid Salis Ammonii: & igne aucto, vt olla candeat; Impone libram vnam & ſemis ſalis præparati, ſpatula ferrea tamdiu mouendo; donec in calcem redigatur: quæ igne violento reducitur in corpus & à ſale impuro denigrato ſeparatur. Iterum miſcetur cum libra vna ſalis præparati, & calcinatur, vt ſupra. Calx abluitur ab omni ſalſedine, & reuerberatur ad octiduum, donec vertatur in Alkohol. Sal affuſione aceti Alkaliſati elicitur, digerendo aliquot diebus, poſtea filtrando & coagulando: Hæc calcinatio Iouis, non adeo vtilis ad medicinam, ſed habet tamen & ſuum vſum in fuſione Metallica &c.

2. Calcinatio Iouis, nobilior fiet ſine additione Salis, vel etiam poſſunt Saturnus & Iupiter calcinari in ſcutella lignea vel fictili non vitreata duplici, vtraque creta oblita, quarum vna ad amuſſim contegat alteram: fuſi tamen in crucibulo prius, poſtmodum effunduntur in dictam ſcutellam. & lacinia humida commiſſuris circumcirca coarctatis, ſubita agitatione moueantur.

3. Præparatio ſeu calcinatio noſtri eſt Crollii, quæ ſic ſonat: Recipe cinerem ſtanni aperto igne ſine Sophiſticatione præparatum, ex illo ſalem non aqua, vt habent irriti vulgarium deſcriptionum labores, ſed aceto deſtillato extrahas, quem poſtea à ſuo ſale aqua pluuiali ſoluendo, filtrando & leniſſime in balneo euaporando ſepties edulcora. Secretum efficaciſſimum eſt in ſuffocatione calide vmbilico inunctum: Matrix vbi ſentit calorem, confeſtim in locum ſuum redit, nec amplius inde mouetur. Doſis tria grana, aut quatuor, tribus auroris continuis in aqua Artemiſiæ vel aquis cordialibus: purgat leniſſime per inferiora. In colicis & flatulentis affectibus ſummum arcanum: chirurgi miſcent inter vnguenta & olea, ad varia humani corporis vitia ac pathemata.

Salis Iouis vires, vſus ac Doſis.

4. Præ-

4. Præparatio Paracelsi est in Icteritia: Recipe stanni calcinati lib. j. Salis vncias v. cineris fabarum libram semis, reduc in lithargyrium per ignem reuerberationis. Huius lithargyrii recipe vncias x. Alcool vini libram semis, post resolutionem reduc in Alcool. Dosis à gra. vj. vsque ad grana x. vel xij. Additio eius in Icteritia: Recipe huius præparati stanni scrupulos quatuor, Aliptæ muscatæ scrupulum vnum, Bdellii scrupulos duos. Dosis à scrupulo vno, vsque ad scrupulos duos semis.

5. Præparatio Paracelsi in Asclite: Recipe stanni purgati vnciam vnam, Antimonii vncias duas, limaturę Cineti ad pondus omnium. Reduc in calcem per reuerberationem per horas 24. Deinde recipe huius calcinati materię lib. j Alcool vini libram j semis. Reduc in Alcali. Dosis à drachma vna ad drach. j. semis. Additio eius in Asclite: Recipe huius præparati stanni, drachmam semis, sanguinis Draconis, drachmas duas, liquoris tapsi vnciam j. Fiat mixtura. Dosis vncia semis.

6. Præparatio eiusdem est Paracelsi in vermibus: Recipe stanni vncias tres, salis communis vncias quatuor, Asphalti vnciam vnam, fiat puluis cum adustione. Dosis à drachma semis, vsque ad drachmas tres. Additio eius in vermibus: Recipe huius stanni præparati vnciam vnam, seminis colocinthidis, Plantaginis ana drach. vj. Fiat puluis. Dosis ab vncia vna, vsque ad vnciam vnam semis.

7. Præparatio erit Diaphoretica, estque Beguini: Recipe Iouis Anglici limati, vel vt supra, in scutella lignea, vel terrea non vitreata calcinati vncias duas: Mercurii sublimati vncias quatuor: simul misce: & per retortam destilla igne arenæ, apponendo vas recipiẽs, aqua semiplenum: cumq; destillare inceperit, da ignem suppressionis moderatum, donec omnis liquor destillauerit, & præcipitatus fuerit in aquam. Quod autem ad collum retortæ sublimatur, abraditur, & cum eo, quod destillatum est, per noctem digeritur. Aqua spiritu vitrioli imprægnata separatur, & ad vsus seruatur: Calx vero exsiccatur. Dosis à granis quatuor ad sex.

8. Præparatio ex Ioue cum Antimonio, omnium nobilissima: Recipe Reguli Antimonii sine Marte facti vncias sex, Iouis purissimi Anglicani vncias quatuor, liquefac vtrumque in separatis tigillis, postea confunde, & moue, vt simul rite incorporentur: redige te-

rendo in puluerem ſubtiliſſimum, huic iunge Mercurii ſublimati optimi prius triti partem æqualem, id eſt vncias 10. Miſce, ac ſubito in retortam vitream iniice, liqueſcere enim ſimul & euaporare incipiunt, poſtea in liquorem gummoſum, addito etiam igne ſuppreſſionis deſtilla. Hunc ſpiritum ſalis nitri ex arte per tertiam deſtillationem in puluerem album pręcipita, quem tandem prius candefactum in S. vini vulgari extingue & exſicca: Doſis eſt à gr. j. ad ʒ j. potentiſſime ſudores prouocat, & mirabiliter in omnibus affectibus Diaphoreſis curandis prodeſt.

9. Præparatio eſt Iouis limaturæ ſublimatio cum ſale nitri, in cucurbita terrea (roſtrata, per quod roſtrum pedetentim ſemper iniicitur Iupiter & nitrum inuicem probe mixtis) appoſitis multis capitellis ſeu alembicis terreis, ſupremo vero loco applicato magno recipiente cum alembico vitreo, deinde flores, refrigeratis vaſis, collige, ſuperiore loco ſublimatos, & edulcoratos pro optimis teneto, reliqui indigent correctione & abſtractione alicuius menſtrui, ſpiritus nitri, vini aut vitrioli: Correcti poſſunt Eſſenſificari, quæ Eſſentia in multis morbis nobile medicamentum exiſtit. Nota autem ſi in recipiente humorem quendam videbis aqueum, hunc ſpiritum Iouis eſſe puta, quē mox effundes affuſa aqua, corrodit enim vitrum, in medicina nullius vſus: Hic ſi deſideratur artificioſius deſtillatur ex Iouis ſale, vel ſale Iouis cum ſpiritu vini extracto, & hac ratione veniet ad medicinam habilis, huius confectionem vide ex ſequentibus, in Anatomia Saturni. Hic venit citandus Libauius ex lib. 2. Alch. Tract. 2. de Extractis cap. 40. pag. 182. ſtannum calcinatum, miſtumque pari halinitro in patinam ardentem coniiciatur: exurgens fumus excipiatur olla quintuplici, Peracto opere abraſa fuligo eluatur, vt ſal à flore diſcedat. Regulum in patella relictum ad alios vſus vertes. Eadem eſt ratio florum plumbi nigri ex ceruſſa, vel lithargyro.

Eodem modo poſſunt extrahi flores ex albo Hiſpanico, Ceruſſa, Antimonio, pyrite, cadmia, lithargyro & ſimilibus: poſſunt & diuerſis. Itaq; quilibet ponantur ſuis locis, vt nihilominus generalis non omittatur, poſſitque operari Magiſter, prout ſeu inſtructus eſt inſtrumentis, ſeu iudicat, ſeu ex vſu putat.

Diſpoſitio vaſorum hic ea eſt, quę in ſtibio per multiplices alembicos.

bicos. Patina terrea fortis disponitur super prunis à latere incisa, vt ferrea spatha possit immitti, sitque ipsa immobilis, in fornace ventosa. Huic imminere debent ollæ inuersæ quinque, quarum altera alteri incumbat, inferioribus pertusis, summa clausa. Distet item ima à patina digitis quinq; aut circiter. Cum incanduit patina, iniicitur aliqua pars misturæ, & opera datur, vt recta cõsurgat fumus, nec declinet ad latus, lædatue artificem, id quod etiam in similib. est obseruandum. Parte vna non amplius fumante, alia proiicienda est. Qui tutius operari quærunt, difflationem in latus vtuntur per folles &c.

Notandum etiam quod quidam ante calcinationem & præparationem Iouem purgant, exempli gratia: Liquato iniiciunt sebum, vel ceram aut mel, donec hæc comburantur: Effunditur in aquam & siccatur. Vel granula eius lauatur aquis acribus, vel calx per hydrargyrum facta, eodem tractatur modo, donec argenteam puritatem acquirat: Nonnulli etiam purgant per calcem viuam &c.

Præterea & noster Libauius lib. 2. Alchem. tract. 1. de Magisteriis cap. 25. pag. 71. Sic doctissime infert de calcinatione Iouis & Saturni. Calcinantur (inquit) stannum & plumbum per aquas fortes, vel ignes reuerberantes in cerussam. Vel: Laminas istorum immerge spiritui vitrioli acri rubeo, suspende de funibus ad aerem, aut etiam aprica, donec cerussa appareat. Hanc abrade, & opus repete, donec totæ sint calcinatæ. Vel: Laminas suspende in olla ampla luto armata ad fornacem calentem positum, in qua olla sit acetum cum sale ammoniaco soluto. Huius vapore corrosæ lamellæ cerussam exhibẽt. Bulcasis in olla Orificii amplioris ponit parum acetum vini cum sua fece, imponit huic vuas albas bene maturas. Suspendit laminas è gausapino panno filo astrictas: tegit operculo, sepelit in fimo, donec vna tertia emineat. Debent autem vuæ pertingere fere ad medium ollæ, &c. Cerussam abrasam eluit sæpe, donec alba fiat &c.

Alia calcinatio peragitur aceto stillatitio acerrimo, in quo scobs Saturni vel stanni maceratur. Et plumbum etiam calcinatur per lithargyrum, quod soluitur acri aceto in lacteum liquorem, qui abstracta humiditate relinquit cerussam. Est & calx cum induratione, qua occasione putant eam inseruire transmutationi. Laminæ plumbi albi vel nigri subtiles concinduntur

minutim, & cum calce viua mutuis stratis reuerberantur, cementanturque per noctem. Plumbum album inde collectum funditur igni, fusum inicitur in liquorem, factum ex aceto & lixiuio calcis cinerisque Sarmentitii. Tertia repetitione acquirit duritiem Lunæ. Sed plumbum nigrum fusum quadragies restinguendum est mistura aceti & aqua salis communis præparati, inde tritum siccatur, inclusumque ollæ, clibano immittitur per horas 14. calenti, & abit in calcem viridem pondere Auri.

Calces Iouis & Saturni reduci possunt cum borace ex Tartaro & oleo Tartari, sed igne magno & subito, alias in vitra abeunt. Plerumque autem hi modi diuersis medicinis inseruiunt, quarum modus est attendendus, vt calx eluatur ab acredine, vel etiam sinatur pro diuersitate. Ad vsum figulorum etiam è cinere plumbi conficitur. Est alius calcinandi modus è granulis Saturni. Pone hæc in fictile non vitratum, & ad ignem candefacito, seu sine vt incalescant quãtum possunt. Restingue aceto acerrimo aliquoties, postea eliqua seu funde, & cum ferrea rude agita, dum in spumam attollatur tota fusio. Spumam igni coque quousque albedinem subcitrinam acquirat. Hæc calx aptior est medicinis, atque etiam potest diffluere, &c.

His & addemus aquas fortes soluentes stannum, quarum 1. hæc est, si vis eius Mercurium: Recipe Vitrioli Vngarici lib. ij. Salis cõmunis, salis petræ ana libram j. Aluminis sexcunciam, salis Ammonii semunciam, Vitrioli albi vnciam. Fiat aqua fortis.

2. Aqua soluens si eius mauis Sulphur: Recipe Salis Ammonii selibram: Aluminis plumosi vnciam, Aluminis sescunciam, æruginis vnciam, salis vncias octo. Fiat aqua fortis.

3. Aqua ad calcinationem eius idonea: Recipe salis petræ vncias duas, salis armoniaci, Vitrioli ana sescunciam. Destilla ter.

Est & alia aqua destillata, sed non aqua fortis, cum qua felicissimo successu nostri Chymici Doctores propinare & appropriare possunt salem Iouis, eius descriptio secreta hæc est: Recipe Rad. Diptami, sem. Bauciæ ana drach. j. Cinnamomi electi, cassiæ ligneæ, melissæ ana scrupulos duos, Croci orientalis scrupulum semis, Castorei pinguis & recentis scrupulum vnum, omnia redigantur in pul-

pulverem, misce & ſtent in infuſione cum aquæ Rutæ lib.ß.per dies tres.poſtea deſtilla in M.B.in cochleari integro huius aquæ, dantur Salis Iouis grana tria, mane ac calide, continuando ex ratione morbi.

CAPVT III.

De Q. Eſſentia, Iouis ſeu ſtanni.

CAlcem Iouis (inquit Libauius) ſubtiliſſimam digere in forti vini ſpiritu, per dies triginta ſex, vt indureſcat inſtar lapidis. Deſtilla totum phlegma tertio ignis gradu ter cohobando ſeu reddendo aquam abſtractam calci. Intende poſtea ignem, quouſque ſanguineus ros prodeat, quod triduo fit. Primam autem aquam ſeorſim cape, rubeam item ſeorſim, quam ſeruabis nomine Quintæ Eſſentiæ Iouis.

Quido Magnus de Ponte ſic vult: Recipe Iouis calcinati ad flauedinem vel albedinem vncias quatuor, menſtrui vegetabilis Magni, ſiue Q. Eſſentiæ viui vncias octo, putrefiant per quatuordecim dies ac noctes, in hoc ſpatio temporis Q. Eſſentia Iouis in ſuprema parte menſtrui innatabit flauiſſimi inſtar olei, quam ſepara per tritorium.

Dicam tibi quid res ſit: ſtannum per ſe abſque vlla additione ſeu heterogeneo reduc per calcinationem in puram calcem: habita calce adſit acetum, pro ea extrahenda, extracta; menſtruum per deſtillationem abſtrahe. & edulcora vt artis eſt: edulcato, cum Alkohole vini eſſenſifica & filtra, ſi placet circula. Hæc Q. eſſentia Iouis breui tempore curat omnis generis Apoſtemata, leproſam ſcabiem, venenatos affectus, luemque veneream: Eſtque Anodynum excellens in multis inflammationibus.

Nobilior eſſentia Iouis eſt illa quæ fit per extractionem cum ſpiritu eſſenſificato ex floribus, vel quæ fit ex regulo Iouis cum Antimonio fuſo & ſublimato: Hæ enim eſſentiæ ad ſupremum præparationis gradum ſunt redactæ & purificatæ. Nonnulli etiam hoc pro maximo ventilant ſecreto: nimium recipitur ab iſtis Mercurius

ſublimatus, qui miſcetur cum calce Iouis, reſoluuntur in cella ambo in oleum, quod poſtmodum artificioſa methodo deſtillationis per crebras cohobationes ad fixum deſtillatur, & fixatur in puluerẽ albicantem, qui ſat ſuperq; fixatus ab artiſtis extrahitur cum Alkole vini in nobilem eſſentiam; aliqui etiam ſic per ſe vſurpant * Doſis gr.j. ad iij. poteſt & Eſſentia Iouis, ex vitriolo & vitro ſtanni extrahere, idq; facilimo modo, &c. nunc de oleo.

*cum approbatiũ.

CAPVT IV.

De oleo Iouis.

OLeum Iouis ſic fit: Cryſtallos ſtanni ſuperfunde aceto deſtillato. Macera in Balneo, dum ſoluantur: coque per horas 12. vbi refrixerit decoctum, quod clarum eſt effunde & deſtilla. Reliquiis exſiccatis affunde aliud acetum, & perge vt ante, donec ſoluantur omnes Deſtilla acetum primo, deinde oleum.

Vel: Recipe Vitrioli Iouis flauiſſimi q.v. deſtilla ipſum per retortam igne aperto per ſe, & primo liquor exibit dulcis, deinde oleum flauum, ſeu Balſamus Iouis, in fundo reſiduum habes ſalem, hunc extrahe ſecundum artem vt ſcis. Hoc oleum curat Morbum Gallicũ, contracturas, fiſtulas, cancrum, vulnera antiqua & recentia. Doſis eius grana tria in vino veteri, purgat per inferiora. Tollit itidem & oculorum maculas, externe ſi illinantur.

Alius ſic præſcribit: ſtannum in calcem ſiue cinerem redigitur, perfunditurq; aqua valida, & dum lapilli Cryſtallini proſiliant, in ampulla ſinitur: Deinde humor omnis per arenam modice extillatur: poſtea acetum deſtillatum affunditur, & in Balneo macerantur omnia, donec ſoluantur, horiſque decem aut duodecim concoquuntur, & vbi refrixerint, quod clarum eſt, eximitur, deſtillaturq;: Materiæ exiccatæ aliud acetum admiſcetur, coquiturq; vt antea donec omnis eliqueſcat: atq; tunc acetum ſtillare ſinitur: idq; iteratur, vſq; dum illa olei modo in fundo ſubſiſtat: quod dum adhuc calet, eximi debet, ne mellis inſtar fiat ſpiſſum. Singulari quadam facultate vlcera & vulnera recentia adhuc intra horas 24. ſanare dicitur.

Rubeus sic ait: E stanno oleum elicitur in calcem redacto & aqua forti soluto, ea ratione, vt lapilli gignantur: quos aceto stillatitio macerant, inde detrahunt, dum in fundo maneat, ceu oleum: ad vulnera recentia, & vlcera cita sananda efficacissimum. Item in plumbi calce effici potest, sed acui acetum debet.

Alius sic infert: oleum ex stanno trium guttarum instar ex vino potum, aluum sine difficultate mouet, humoresque educit: oculis membrana obductis per pennam illitum opitulatur: Morbum Gallicum, ex eaq; orta vitia: Item vulnera curatu difficilia, vlceraque maligna sanat. Quinetiam stannum per ignem in calcem reductum læuigatumq;, singularem efficaciam in arquato, ascite & vermibus curandis obtinet, ad hunc modum præscriptum. Recipe stanni præparati drachmam j. sem. colocynthidis, plantaginis ana drach. vj. In puluerem rediguntur, miscenturq;, huius vncia datur ad Lumbricos enecandos, expellendosq;. In ascite stanni læuigati drach. ß. sanguinis draconis drach. ij. liquoris tapsi vnciam j Miscentur, danturque drach. ß. pōdere. Stanni in calcem redacti scrupuli v. aliptæ moschatæ scrupulus j. Bdellii scrup. ij simul subiguntur, arquatoq; infestatis exhibentur à scrupulo ad sesquiscrupulum vsque.

Ex Vitriolo Iouis elegans sane etiam destillatur oleum in hunc modum: Recipe Iouis calcinati lib. j. vel ij reuerbera per diem, postea superfunde acetum radicale & extrahe Vitriolum vt artis est; huius Vitrioli accipe q. vis & destilla per arenam, prius aquam dulcem deinde oleum vt supra dixi.

Sal Iouis per se etiam in cella soluitur in oleum, quod summū est Arcanum in suffocatione Matricis, in cochleari enim calefactum ad inunguendum vmbilicum, confestim matricem in locum reducit.

CAPVT V.

De Vitriolo, Vitro & Mercurio ex Ioue.

VItriolum stannni sic fiet: solue lamellas in aqua forti, vel irriga aqua forti, & fac quasi cerussam. Quam elue aqua, & cola, colatum sine coagulare in lapillos in vitro. Potes etiam humorem abstrahere destillando. Vel: Calcina per aquam fortem. *♃. inter cineres ex quibus vitra.*

A cal-

A calce abstrahe fortem. Affunde dulcem calidam, & Vitriolum extrahe: cola & coagula. E vena tamen item rectius peti potest, quod notandum est.

Præcipua virtus huius Vitrioli concernit pulmones, anthore Theophrasto, & eius præparationes conueniunt cum præparationibus plumbi; has vide ex sequentibus.

Ab hoc Vitriolo si eleuetur aliquoties Sulphur per reiteratam sublimationem, abibunt in medicamentum summum, curans omnes morbos pectoris & pulmonis, Diureticum etiam excellens ad expellendum calculum renum & alia: eius Dosis gr. j. ad vj.

Vitrum Iouis quod attinet, facilimo modo perficitur, sed in Medicina eius rarus est vsus, eius vero essentia maximi est momenti, si absque corrosiuo constet præparata. Fit autem vitrum vel per se, vel cum adiectione aliorum: per se, opus habet calcinatione Iupiter, per mensem, deinde requirit artificiosam fusionem, velut & alia metalla funduntur. Cum additione fit, vt cum silicibus, vel aliis, hi modi & alii varii à nobis improbantur, quia labores sunt sophistarum, in medicina nullius momenti.

Mercurius Iouis 1. sic fit: Recipe limaturæ Iouis q.v. hanc calcina cum tartaro & sale, deinde vicissim misce cum recenti sale, tartaro ac Sale Armoniaco, affunde simul vrinam & pone ad putrefactionem per 14. dies ac noctes, deinde per latus cum bolo vel tartaro destilla ex arena, & in recipiente aqua pleno inuenies Mercurium Iouis: Hunc præcipita per se in phiala. Hic præcipitatus curat luem veneream, purgat & viscera reserat, omnes etiam pulmonum obstructiones soluit.

2. Modus sic fit: Recipe tenuissimæ limaturæ Iouis q.v. misce cum Sale communi & Sale vrinæ vt artis, postmodum putrefac in B.M. per 14. dies ac noctes, hoc tempore elapso destilla per descensum, & in aqua quæ est in recipiente, inuenies Mercurium stanni.

3. Et sic fit: Recipe calcem Iouis cum sale calcinatam, edulcoratamque, hanc misce cum lib. ß. Salis Armoniaci & lib. ß. vrinæ, putrefiant per dimidii mensis spatium, deinde destilla per latus & habes quod dictum est, Mercurium Iouis.

LIBRI

LIBRI TERTII

BASILICÆ CHYMICÆ

Pars II.

CAPVT I.

De Ferro, eius definitione, natura atque proprietate.

FErrum, inquit Bornettus, est metallum imperfectum, durum, albedinis liuidæ in aperto, rubrum in occulto, plurimum habens Sulphuris, minimum volatilis Mercurii, de vtroque tamen partem aliquam fixam, aliquam fugacem, sed hanc minimam. Virtus eius medicamentosa præcipue concernit lienem & omnes hæmorrhagias.

Tardissime funditur, diu sustinens ignitionem, & calcinatur prompte, quod paucum Argentum viuum, parumq;, Sulphuris nõ fixi facile absumatur, & fathiscentem compagem relinquat. Difficilime iungitur Argento viuo, ob paruam eius quantitatem actualem, quanquam si artificio quodam terrestris natura tollatur, & hydrargyrus actuetur propius, commisceatur, & pertinaciter cohæreat. Mutatur in aciem fluorum mineralium & extinctionis adiumento, & cruprum, auxilio calchanti Ignibus pluribus & restinctione in aquis gypseis & similibus ita induratur, vt plane fundi nequeat. Ex eo Crocus conficitur, tum Medicinæ vtilis, tum graduationibus metallorum, hæc Libauius.

Paracelsus tom. 8. lib. 4. philosophiæ de elemento aquæ cap. 4. pag. 98. inquit. Ferrum metallum secundum est, ex tribus primis ortum, multis concurrentibus additamentis præter id, quod ferrum est, hoc est in generatione ferri à cupro plus est Salis & Mercurii, minus Sulphuris rubei. Continet etiam in se Sal cupreum, sed non Mercurium æque. Compositio eius potissima est corpus, Sal, Mercurius, & tandem Sulphur. Cum ergo Salis plus sit, quam compositio Sulphuris requirat, metallum minime fieri potest, nisi in æquali pondere cõsistat. Flexilitas enim procedit ex Mercurio, & coagulatio ex sale. Sal itaque si nimium sit, nimium indurat Non n. nisi in duritiem abit. Hinc sequitur, in ferro multũ esse metalli, & multũ eius, quod ferrum non est: quia Salis plus adest, quam oportet. In generatione huius, primũ accedit, spiritũ Vitrioli æqua celeritate concurrere, & Mercurium indurare in chalybem. Decedente autem duritie, sequitur generatio ferri. Et nisi spiritus Vitrioli ea potentia accedat, chalybs produci nequit. Generatio siquidem eius tantum procedit ex spiritu celeri, in Vitriolo iacente. Spiritus iste Vitrioli ferrum rubigine imbuit: quia innata sibi acrimonia suum ipsius corpus exedit. Sic & cuprum, quia spiritus est.

Et tingunt sese secundum Sulphur & Vitriolum. Vnaque est generatio cupri, ferri, vitrioli: & vna etiam origo, respectu spiritus Salis. Ideo in ferro, chalybe, & cupro vitriolum iacet: & Vitriolum quoq; in se metalla ista habet, quæ ex ipso extrahuntur.

Eodem tom. tract. 1. de mineralibus pag. 251. ait. Ferrum generatur ex omnium minime fluxili sulphure, sale & Mercurio ex aduerso stanni & plumbi: coagulaturq; in durum metallum, copulaturque in seipso.

Nam in vno duo sunt coniugata metalla, ferrum & chalybs. Ferrum est fœmina, chalybs mas. Similisq; coniugatio est ei, qua Aurũ & Argentum scilicet Mas & fœmina simul vna crescunt. Possunt itaq; separari inuicem, fœmina in suum sexum, & in suum etiã mas. Et fœmina impendi suis vsibus potest: suis itidem & mas.

Alius philosophorum sic definit: Ferrum, Græcis Σίδηρος. Fit ex Argento viuo modico, ponderoso, immundo & lutulento: & sulphure spisso, impuro & adurente. Ac proinde etiam non liquatur

sicut-

sicut reliqua metalla, sed mollificatur tantum. Crassa enim & terrestris substantia in eo multa, partim eius defluxionem prohibet. Omnium itaq; metallorum est durissimum, & instrumentis fabrilibus aptum.

Ex ferri specie (idem) est etiam chalybs, quod Germani Stahel vocant, veteribus stomoma dictum, quod ex hoc cultellorum & gladiorum acies, quas Στόματα, hoc est, ora vocant, fiant. Est autem chalybs subtilior & aquosior ferri pars, per destillationem extracta: Ideoque durior est, & compactior, propter ignis videlicet & partium subtilitatem, quæ per vstionem duriores fiunt. Propter maiorem etiam siccitatem, & terrestris humoris separationem est candidius, & facile etiam dissilit.

Quod ad vires attinet, spleni & stomachi imbecillitati confert, aqua videlicet, in qua candens ferrum aut chalybs extinctus fuerit, hausta. Vinum vel aqua in aqua candens ferrum sit restinctum Cæliacis, Dysentericis, Lienosis, cholera affectis, & stomacho dissolutis potu auxiliatur.

Rubigo ferri seu ferrugo Græcis Ἰὸς σιδήρου, Germanis Eisen Rost nemini non est incognita. Vim habet restringendi, sistit fœminarum profluuia, admota. Potum conceptum prohibet. Ex aceto illita ignibus sacris, & papularum eruptionibus prodest. Ad scabritias item genarum, reduuias, pterygia & condylomata valet. Gingiuas firmat, Alopecias capillis explet.

Scoria ferri, seu recrementum eius, Germanis Eisenschlacken / sunt sordes ferri, quæ inter cudendum repurgantur. Viribus cum rubigine est iisdem minus tamen efficacibus. Ex aceto mulso pota prodest iis, qui aconitum sumpserunt, &c.

Ferrum ab ære differt sonitu clariore (inquit Andreas lib. comment. Alch. part. 2. lib. 1. de natura metallorum, cap. 10. pag. 21.) quem illud habet raucum, postea quantitate principiorum terreorum & fixorum, quæ in ferro abundant, & hinc etiam difficultate fusionis & receptionis Mercurii. Habet & minus chalcanti, & colorem in albo liuidum, vt facile alterum ab altero possit secerni, ne quid dicam de ærugine & ferrugine, quarum hæc ferro, illa æri est propria, & vbicunque est, ibi arguuntur sua corpora.

Chymici in Marte multum ponunt fiduciæ. Quia enim constantissimæ est durationis, quanquam difficilime copuletur cum Mercurio, & ob hanc causam etiam cum Auro & Argento; tamen si semel per artem coniungatur, siquidem id rite factum est, nullo separatur ingenio,(transmutato prius in cuprum, deinde amalgamato) aut certe maxima industria. Paracelsus dicitur in transmutatione hydrargyri in Aurum adiecisse ferri scobem, idemque vult commentum illud de contentione Martis cum Sole coram Mercurio. Geberus ait: si funditur medicina eius naturam immutante,coniungitur Auro & Argento absque separatione. Item si præparatur, & coniungitur, non separatur vlla arte. Est autem eius præparatio vt seruata fixitate, tollatur immunditia. His promissis impulsi nonnulli abluunt eius scobem aqua nitrosa, vel ammoniata, vel aceto tartarisato, & postea muria,prætereа etiam aquis dulcibus. Exiccatæ iungunt hydrargyrum probe contundendo. Deinde sublimant tam sæpe, donec hydrargyrus in fundo maneat cum scobe. His factis adiiciunt Aurum vel Argentum, funduntque in cineritio, & sic putant se obtinuisse quod Geberus voluit. Auro vero magis iungunt, quia facile tingit rubeo: difficilius albo, & satis videtur esse ponderosum, quanquam ingressus hydrargyri, & Auri compage addensata, ex plerisque poris, & occulta terrestri asperitate aut potius demulsa, simul pondus & teneritatem inuehat, si in præparatione opus est fusione eius, ea perficitur adiecto arsenico, vitro, & similibus. Geberus etiam ab eo sublimat, ni sophistica est locutio. Funditur & cum plumbo & cadmia, teste eodem. Negant aliqui ferrum aliis metallis commisceri, cum in officinis monetariis catini ferrei feruenti contineant metalla, sine omni adhæsione, nedum colliquefactione. Sed verum, id est, de sordido, & leproso, non autem de emendato per artem. Apud Gebrum funditur cum Arsenico, ita vt hoc illi ignito aspergatur. Fuso Argentum immittitur. Quomodo in cuprum mutetur in sequentibus traditur. In medicina squamam externis admouent, præsertim vlceribus malignis: quin & tumoribus ædematosis. Vorata scintilla restincta purgat violente. Crocus Martis calcinatione reuerberii factus, hydropicis & vbicunque

robo-

roborandum aſtringendumque eſt, atque etiam in hæmorrhagiis feliciter vſurpatur. Similiter in Lienis malis, cui membro addicunt ferrum. Non minus vtilis eſt aqua eius extincti, & oleum ex ferrugine: quod tamen quidam ad graduanda metalla, aut Elyxirium colorem exaltandum accommodant. Cognatio eius cum magnete nota eſt.

Ariſtoteles in mineralibus, numero 46. ait: Λέγεται ἰδιωτάτην εἶναι γένεσιν σιδήρου τοῦ χαλυβικοῦ καὶ τοῦ μυσικοῦ: συμφύεται γὰρ ὥσγε λέγουσιν, ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης, ἐκ τῶν ποταμῶν. ταύτην δὲ οἱ μὲν ἁπλῶς φασι πλύναντες καμινεύειν. οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν τὴν γενομένην, ἐκ τῆς φύσεως πολλάκις πλυθεῖσαν συγκαίειν. προσεμβάλλειν δὲ τὸν πυρίμαχον καλούμενον λίθον εἶναι δὲ ἐν τῇ χώρᾳ πολὴν. οὗτος δὲ ὁ σίδηρος πολὺ τῶν ἄλλων γίνεται καλλίων. εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ καμίνῳ ἐκαίετο, οὐδὲν ὡς ἔοικε διέφερε τοῦ ἀργυρίου μόνον δὲ φασιν ἀνίωτον, οὐ πολλὴν δὲ γίνεσθαι.

Gigni ferrum ait in Chalybum & Myſorum regione ex arena fluuiorum. Tradit quidem alibi, innataſſe æs mari, & collectum inde fuiſſe: & Geberus meminit cum fluuio protruſas æris ſquamas, tandem aurum præbuiſſe, ſed nihil abſurdi eſt, aquam ferruginoſam lutum ferri præbere, vt in lignis, quod excoquitur cum pyrite totum, vel prius elutum. Dum ait, ab argento nil diſtare, (cogita de Azzalo Ferro Indico ſeu Serico, quod aliqui Chineſium vocant, & periiſſe volunt) ſi frequentius recoquatur pluribus fornacibus, videtur indicare, poſſe ex eo fieri argentum, ſeu ſeparatione, ſeu tranſmutatione, ſicut & in æs & plumbum ait, hæc Ariſtoteles.

Paracelſus tom. 6. de cœlo philoſoph. ſeu libro vexat. in canone tertio pag. 283. ſic ait de Marte & eius proprietatibus. Occulta ſex Metalla ſeptimum expulerunt à ſe, ac illud effecerunt corporale, valorem illi minimum relinquentia, maximamque duritiem ac onus imponentia. Hoc facto omne ſuum coagulationis robur atque duritiam in iſtud excuſſerunt ac manifeſtarunt. Econtra colorem, liquefactionemque cum ſua nobilitate ſibi retinuerunt. Difficilimum eſt ac laborioſum ex inepto vulgarique homine, Principem aut Regem fieri. Sed Mars valida, pugnacique Dominium acquirit, Regiſque locum occupat. Eſt tamen quod caueat ab inſidiis, ne capiuetur ex improuiſo.

Conſiderandum venit, qua ratione ♂ Regis locum & ☉ & ☽

cum ♄ locum ♂ obtinere valeant. Mirum imo qua ratione in Aurum transmutari possit, de hoc vide Basilicæ nostræ Philosophicæ consilia prompta, nobis hic tantum considerandus venit, quatenus ad vsum medicum, nempe medicinam adhiberi possit.

De ferro nonnullus & sic infert: Ferro vix quicquam communius, vixque aliquid & vtilius & nocentius. Neque enim ædicula aut stabulum, nec nauicula, neque quæ ad hominis vestitum & alimentum spectant, sine ferro fieri aut haberi, aut præparari queunt. Nullus siquidem labor suscipitur, nullum opus absoluitur sine ferri adiutu. Omnes enim artifices ferreo quodam instrumento, vt agant, opus habent. Ex eo autem non solum vomer, serra, securis, falx, forfex & acus, sed & enses, hastæ, iacula, sagittæ & bombardarum globi, quibus non tantum ciuium ædes, sed ciuitates ac propugnacula ruunt, homines enecantur & mille cædes perpetrantur. Quod ægre ferens Plinius, Ferro, inquit, vtimur, non cominus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc balistis, nunc vero pennato: vt ocyus enim mors ad hominem perueniat, alitem illam facit, & pennas ferro tribuit.

Quid si vidisset Plinius Bombardas, seu tormenta bellica quibus nunc non modo vrbium mænia, sed montes & saxa ruunt, & dimouentur? Ferrum autem tot malorum causa non est, sed humani fraus ingenii sceleratissima, quæ pessime ferro vtitur, quod ex se malum haud quaquam iudicandum. Ex eo enim abscessus seu vomica aperitur, sanguis putridus è venis educitur, Empyematis purulenta sanies extra thoracem eiicitur, ossium fragmenta, aut aliæ res cerebro molestæ extra caluariam ducuntur, confecti carie dentes euelluntur, vlcerum cadauerosa caro tollitur, membrum putre ne in consortium totum trahat abscinditur. Quid plura? ferro vix vita, immo nullo modo carere potest, alioquin pro domibus speluncæ vnguibus effodiendæ, & belluarum more victitandum.

Sunt autem (idem ille) ferri duo genera, vnum generis nomen retinens, absolute ferrum dicitur, alterum quod magis defecatum, chalybem, & ab acie quam gladiis ex eo factis præbet, Acierum vulgus Gallorum nominat. Illud rursus duplici discri-

mine

mine agnoſcitur, vnum enim eſt, quod & liqueſcit & ducitur, ex quo nempe multa fiunt inſtrumenta ruſtica. Aliud quod liqueſcit quidem, ſed non ducitur, & facile frangitur, ex quo fiunt lebetes fuſiles, & alia multa ad vſum culinarum. Poſt id operis non inutile eſt, vt credit Scaliger Exerc. 88. denuo enim funditur, vt etiam alterum, quod ipſe ſcripſit tantum molleſcere: vtrumque enim ignis vi ardentiſſimi liquari vidimus. Suntque nonnulli Lutetiæ qui ferrearum ollarum fragmenta quæritant & emunt, quæ ad fornaces denuo liquanda conuehunt.

Chalybs autem à multis dicitur ferrum accurate defecatum, multique ex eo illum efficere iactitant. à Chalybone oppido Aſſyriæ nomen habet. Laudatur omnium maxime Damaſcus: Gladii enim Damaſceni etiam ferrum ſcindunt.

Ex chalybis ſcobe paratur puluis, quem Chymiatri Crocum Martis vocitant. Verum ſcobs ferri vt decet apparata, æque valere comperitur. Vt autem ex ære fit ærugo, ſic ex ferro ferrugo, quæ ipſius rubigo eſt, à qua velut in vindictam, quod ſanguinem effundat humanum, eroditur & abſumitur, & ferrum omne hominis cruore tinctum quam mox rubiginem contrahit. Eructat autem quoddam excrementum, quod modo ſcoriam, modo ſquamam, modo recrementum, modo ſtercus ferri nuncupant. Squamma tamen ſeu batitura magis proprie dicitur, quæ è ferro dum malleis percutitur, excutitur; Recrementum ſiue ſtercus quando tantum ignitur, expuitur.

Rubiginem Ferri curandis vlceribus conferre aſſeuerant, eaque Telephum Myſinorum Regem ab Achille ſauciatum, ſanatum ſcribunt: Ea enim vt & ſcoria ſtringit & ſiccat; vnde Emplaſtris quibuſdam exſiccatoriæ facultatis permiſcetur.

Ferrum autem omne vim habet roborantem, atque ex eo aquæ quædam Normanæ, Forgenſes vocant, medicatas & eximias vires mutuantur.

Hinc Fuchſius & alii dicunt quod Balnea ferrea infrigidant, exiccant, ſtypticant. Item proſunt calidis & humidis morbis, aſthmati, Podagræ & articulorum dolori, ventriculi debilitati & mol-

mollitiei, Aurium ſaniei, Fluxui ſtomachico, Hydropi, Colicæ fluxui menſium, & vrinæ, hæmorrhoidibus, ani egreſſioni, veneris &c.

Ferrum, Italis Ferro, Gallis, Fer, Hiſpanis, Herro, (inquit ignotus quidam) extenuat, ſicca reſoluit: ſcobes ipſius candentes, vino & aqua extincta, ſtomachi imbecillitati, cœliacis, dyſentericis, lieniſque abſceſſui auxiliatur: profluuio vrinæ, menſtruorumque, & ſputo ſanguinis, aqua cui ferrum candens intingitur, potu conducit &c. hæc ſufficiant in genere prolata authorum variorum verba, de Marte ſeu Ferro, nunc ad præparationem ipſam, ſequitur caput ſecundum.

CAPVT II.

De mortificatione metallorum, calcinatione item & præparatione Martis ſeu ferri.

THeoph. Paracelſus tom. 6. lib. 5. de morte rerum naturalium pag. 215. 216. & pag. 217. ſic venuſtiſſime aſſerit. Mors omnium rerum naturalium nihil aliud eſt quam alteratio & euerſio virium & virtutum, prædominatio malitiæ & bonitatis, oppreſſio & deletio prioris naturæ, & generatio nouæ & alterius naturæ. Nam ſciendum eſt multas res in vita ſua bonas eſſe & habere ſuas virtutes, mortuas vero, nihil aut parum virtutis ſuæ retinere, ſed plane fatuas & inualidas apparere.

Ita econtra multa in vita ſua ſunt mala, ſed in morte vel poſtquam mortificata ſunt multiplicem vim & efficaciam oſtendunt, & multum proſunt. Exempla multa hic recenſere poſſemus, ſed id plane non eſt noſtri propoſiti. Vt autem videatis me hic non ex veriſimili opinione mea ſcribere, ſed ex mea experientia, oportet me afferre vnum exemplum, quo ſedabo & mutos faciam Sophiſtas qui dicunt, quod rebus mortuis prorſus nihil accipi poſſit, nec aliquid in ipſis quæri vel reperiri debeat. Cauſa vero eſt, quod Alchymiſtarum præparationes nihil æſtiment, per quas multa eiuſmodi magna ſecreta reperiuntur. Nam inſpicite Mercurium, Sulphur viuum & crudum, & Antimonium crudum, ita vt ex fodinis afferuntur, hoc eſt, dum viuunt, quã parua ſit ipſorum virtus, quam

leuiter

leuiter & tarde efficaciam ſuam exerceant, imo plus mali quam boni afferant, & potius venenum ſint quam medicina. Si vero per ſolertis Alchymiſtæ induſtriam, in prima ſua ſubſtantia corrumpantur, & prudenter præparentur (nempe Mercurius coaguletur, præcipitetur, ſublimetur, reſoluatur & in oleum vertatur: Sulphur ſublimetur, calcinetur, reuerberetur, & in oleum vertatur: Similiter Venus ſublimetur, calcinetur, reuerberetur, & in oleum vertatur) videtis vtique quantam vtilitatem, quantam vim & virtutem, & quam celerem efficaciam præſtent & oſtendant, vt nemo eam ſatis eloqui aut deſcribere poſſit. Nam ipſorum multiplices virtutes ſunt imperueſtigabiles, nemoque omnes indagare poteſt. Quare quilibet Alchymiſta & fidelis medicus, in his tribus rebus per totam vitam ſuam quærere debet, & vſque ad mortem ſuam in his ludere & tempus terere. Nam certiſſime omnes ipſius labores, ſtudium & ſumtus egregie compenſabunt.

Sed ad ſpecialia veniamus & ſpecialiter ſcribamus mortem & mortificationem vniuſcuiuſque rei naturalis, quid ſit mors eius, & qua ratione mortificetur. Sciendum eſt igitur primum de morte hominis, quod ſine dubio nihil aliud ſit, niſi finis operis diurni, ablatio aeris, euaneſcentia Balſami, exſtinctio Lucis naturalis, & magna ſeparatio trium ſubſtantiarum, corporis, animæ & ſpiritus, & reditus in vterum maternum. Nam quoniam naturalis terrenus homo ex terra eſt, terra quoque mater eius erit, in quam redire eum oportet, & inibi terrenam naturalem carnem amittere, & ita in vltimo die in noua cœleſti & clarificata carne, vt Chriſtus Nicodemo dicit, cum noctu ad ipſum veniret. Nam ita vt dictum eſt hæc verba ſunt intelligenda de regeneratione.

Mors autem & mortificatio metallorum, eſt ablatio compaginis corporis ipſorum, & ſulphureæ pinguedinis, quæ ipſis multis modis adimi poteſt, vt per calcinationem, reuerberationem, reſolutionem, cementationem & ſublimationem. Calcinatio vero metallorum non eſt vniuſmodi. Vna enim fit per Sal, vna per Sulphur, vna per aquas fortes, vna per Mercurium vulgi, & Mercurium viuum.

Calcinatio per ſal eſt, vt metallum tenuiſſime laminetur, & cum ſale ſtratificetur & cementetur.

Calcinatio vero per ſulphur eſt, vt Metallum laminetur, cum ſulphure ſtratificetur & reuerberetur.

Calcinatio per aquas fortes eſt, vt Metallum granuletur, & in aqua forti reſoluatur & præcipitetur in ea.

Calcinatio per Mercurium vulgi eſt talis, vt etiam laminetur Metallum: Mercurius vero ponatur in terreo vaſe ſuperius anguſto, inferius amplo, & poſtea in ignem mediocrem carbonum, qui parum ſuffletur, donec Mercurius incipiat fumare & alba nebula ex ore vaſis egrediatur, tum laminatum metallum ori vaſis imponatur, ita Mercurius vulgi penetrat metallum & fragile reddit ſicut lapidem carbonarium.

Calcinatio vero per Mercurium viuum eſt, vt metallum in paruas particulas ſcindatur, laminetur vel granuletur, & cum Mercurio amalgametur, poſtea per pellem Mercurius exprimatur, & remanebit in pelle metallum in forma calcis vel arenæ. Vltra has autem mortificationes metallorum, deſtructiones & albationes vitæ ipſorum, ſciatis etiam alias plures eſſe metallorum mortificationes. Nam præterquam quod ferrugo ferri & chalybis mors eſt, alię ſunt quæ pluris ſunt faciendæ. Sciendum enim quodlibet vitriolum, aut etiam æs vſtum, eſſe cuprum mortificatum: Quemlibet præcipitatum, ſublimatum, calcinatum, cinnabarim, Mercurium mortificatum eſſe: quamlibet ceruſſam, quodlibet minium vel flauum plumbi, mortificatum plumbum: Quemlibet Lazurium mortificatum argentum: Ita etiam quodlibet Aurum cui Tinctura ſua Quinta Eſſentia, reſina vel crocus, vitriolum vel ſulphur detractum eſt, mortuum eſt, quia non amplius habet formam Auri, ſed eſt metallum album, ſimile Lunæ fixæ.

Sed pergamus vobis proponere qua ratione mortificatio metallorum fiat. Igitur de ferro ſciendum, quod hoc modo illud mortificetur & in crocum redigatur. Croci Martis præparatio iuxta Paracelſum. Lamina tenuiſſime chalybem, has laminas calefac & extingue in optimo aceto ex vino, hoc fac toties donec videas acetum inſignem rubedinem contraxiſſe: cum vero ſatis aceti rubri habes, omne confunde & deſtilla inde humiditatem

ditatem aceti, residuum coagula in puluerem siccum. Is est valde nobilis crocus Martis. Est autem & alia ratio crocum Martis faciendi, quæ partim priorem superat, & longe minori sumptu & labore fit, nempe ita: stratifica tenuissimas laminas chalybis cum sulphure & tartaro ana; postea reuerbera, hoc parit pulcerrimum crocum, qui ex laminis demi debet.

Similiter sciatis quamlibet laminam ferri vel chalybis, si aqua forti illinatur, etiam pulcrum crocum reddere; Ita etiam fit cum oleo Vitrioli, aqua Salis, aqua Aluminis, aqua Salis armoniaci, aqua Salis nitri, Mercurio sublimato, quæ omnia ferrum mortificant, & in crocum redigunt, sed nullus ex istis modis, superioribus duobus est comparandus: nam solummodo in Alchymia vsurpari possunt, & prorsus non in medicina, quare vtaris duobus primis modis, & reliquos omitte & fuge. Hactenus Paracelsus, audiemus nunc & alios Chymicos Philosophos de Martis præparatione.

Iosephus Quercetanus in Pharmac. Dogmat. Restitut. lib. 1. cap. 25. de Extractis pagin. 243. sic infert. Crocus Martis educitur è ferri siue chalybis limatura, quæ in furno reuerberii ab ignis flamma & vi in crocum eleuant leuissimum & rubicundissimum. Eiusmodi crocus confert Dysenteriis, Lienteriis, gonorrheæ, & similibus affectibus in quibus adstrictione & fluxus inhibitione opus est.

Sed crocus paratus è laminis ferri candentibus, & in magdaleones sulphuris immissis, quarum vi sulphur liquescit & funditur vt cera Hispanica, virtutem habet attenuandi, aperiendi & deoppilandi sicut & is, qui per longiorem moram solius aquæ conuenientis imbibitione elicitur, qui non tantum attenuat, sed à tartareis & melancholicis humoribus tum lienem totumque Mesenterium repurgat. Hæc duo croci genera valent aduersus quasuis Hydropises & Cachexias.

Libauius lib. 2. Alch. tract. 1. de Magist. cap. 5. dicit scobs ferri optimi seu chalybis elimata maceratur aceto, donec teri possit. Eluitur postea, & in durissimo porphyrio in læuorem exactum ducitur. (Hinc fit Elect. de limatura chalybis.)

Nonnunquam reuerberatur ad ſiccitatem friabilem: poſteaque cum liquore quodam teritur. Accedit tunc prope ad calcem & crocum. Eſt & cum malleorum percuſſu in ſquamas diſſilit, quæ poſtea in pollinem ducuntur. Atteritur & cotibus in Alcool ſubtiliſſimum, adhibita aqua. Eodem tract. cap. 25. pag. 71. ait: pro calce ſæpe crocus Martis acceptatur. Ferreæ lamellæ, cementertur cum ſale in reuerberio. Squamæ abradantur. Reſiduum cementetur iterum, donec totæ in ſquamas abierint. (Hoc ferrum vſtum eſt) ſquamæ denuo incluſæ ex cauatis regulis reuerberentur igni vehementiſſimo, inde læuigentur in calcem. Calcinatur & per aquam fortem. Calx reuerberatur, fitque conformis croco.

Duncanus Bornettus in Iatrochymia à nobis edita, pagin. 53. ſic dicit de croco Martis: Recipe limaturæ chalybis, optime abluatur ab omni ſorditie ac ſiccetur, poſtea affunde in vaſe idoneo aceto vini quantum ſufficit; Acetum enim & huiuſmodi fortes liquores, vt in calcinatione audiuiſtis, præparationem adiuuant, & ad colorem inducendum non parum etiam conducunt, ſic ſtet tres dies aut quatuor, demum acetum effunde, & limatura per ſe igne ſicceſcat, ſiccata indatur vaſi idoneo appoſito operculo, ne ſordes incidant, (quamuis ſolent eiuſmodi fixa corpora, quæ ſpiritus ſatis fixos habent, vnde periculum non imminet, ne diſpergantur, & igne vaſe aperto calcinari) luto obducatur, & ſuppoſito igne calcinatorio dies quatuor & totidem noctes (vel pro intermiſſis noctibus dies duplicentur) calcinetur, vt ſemper igne vas candeat, poſtea omnibus refrigeratis eximatur, & ſuper marmore læuigetur, ſi in læuigatione nulla ſentiatur renitentia, tanquam eſſet arenularum paruarum, crocus eſt perfectus, ſi vero eiuſmodi appareant, opus denuo inſtituendum eſt.

Pagin. 86. inquit: Calcinatur limatura Martis ſeu ferri igne violento cum floribus Sulphuris, donec rubeſcat, totaque eius terra putrida euaneſcat: Hunc per diem integrum reuerberato, tunc prodibit in puluerem purpureum ac tenuiſſimum cui ſuperaffunde aceti ſtillatitii optimi, ad eminentiã trium vel quatuor digitorum, pone ad digeſtionem in cineribus calidis donec acetum

rubeſ-

rubeſcat,quo effuſo affunde nouum ſtillatitium acetum,iterum digerito,donec rubeſcat, idque repetito totam tincturam extraxeris: acetum collectum deſtilla in calidis cineribus ad ſiccitatem, maſſam rubram in fundo relictam pulueriſa, cui affunde aquam communem ſtillatitiam,ad eminentiam trium digitorum,ſine per diem ſtare ſimul, inde deſtilla noua affuſa aqua, idque toties repete,donec omnis aceti acredo euaporauerit.Huic pulueri affunde tandem ſpiritum vini optimum,digere & tandem deſtillatione abſtrahe, & ita Crocus Martis præparatus erit.

Doſis eſt grana ſex ad ſcrupulum ſemis, ad lienis omnes affectus, diarrhæam, lienteriam, dyſentheriam, fluxum hepatis, ad ventriculi corroborationem, & omnes externas & internas hæmorrhagias, præſtantiſſimum & non mordax medicamentum, ſi conſerua roſarum,aut ſymphiti,abſynthii permiſceatur.

Alius ſic inquit: Crocus Martis ſic dicitur partim à materia, ſeu ſcobe chalybis vel ferri,quod Marti tribuitur, partim à colore qui crocum ementitur. Eius præparationem multiplicem agnoui; ſinguli enim ſuo modo parant,ac fere omnes ea in re diſſentiunt; vnde multi eiuſmodi apparatum tanquam inutilem vel neglexerunt, vel improbarunt; Et reuera pro croco Martis ſolam ferri limaturam,nulla vſtione & ablutione alteratam Riuierius exhibebat,hancque illo efficaciorem,tutiorem & fœdis virginum coloribus ſanandis conuenientiorem aſſerebat. Eius tamen tanquam temerarii periclitatoris, qui de corio humano ſæpe luſit, methodum medendi qui ſequeretur,morbis ipſis eſſet formidoloſior.

Duas autem præ cæteris vſitatas Croci Martis præparationes cōperi: Prior ſatis vulgaris eſt,& pharmacopolis familiaris, qui limaturam chalybis ſemel atque iterum, vel etiam pluries in crucibulo vrunt,& toties abluunt,partim aceto,partim in aqua roſacea,aut alio liquore idoneo: poſtea exſiccant,efficiuntque puluerem ſubruffum & ponderoſum, quem præparatum chalybem nuncupant.

Secunda eſt ſpagyricorum,qui puluerem ipſum ex ſe grauiſſimū arte ſua volatilem efficiunt. Ad eius autem apparatum procedunt hoc modo; Ac primum quidem limaturam chalybis, & aliquando ferri; vtriuſque enim qualitas vix diſſimilis aſſumunt; in igne reuerberii diem vnum,aut alterum adurunt; Deinde vbi amouerint, in a-

quam coniiciunt: Quod supernatat assumunt & seruant. Tum abiecta aqua, quod in fundo remansit, denuo ad ignem reuerberatorium iniiciunt, aduruntque vt prius, & postea in aquam demittunt, vt ante, cui quod supernatat, seruant. Et si quid eius fundum petierit, rursus cremant, donec aquæ demissum non subsidat, sed in ipsius superficie maneat tandem colligendum, siccandum & seruandum pro croco Martis optimo, & Chymiatris vsitatissimo.

Hoc quoque modo nonnulli parant. Limaturam ferri catino exceptam igne validissimo excandescere permittunt: vbi refrixit, in mortario ferreo laboriose terunt. Deinde abluunt, & cum aqua pars subtilior separetur. Crassior iterum igne reuerberii vrgetur & calcinatur; Atque postea teritur vt prius. Idque iteratur septies, vel etiam amplius, donec tota limatura abierit in croceum læuorē. Nonnulli scobem ferri ante calcinationem muria pluries lauant, postea acetum affundunt; Alii vrina abluunt & macerant; quidam salem adiiciunt; Alii tartarum, multi cum sulphure adurunt; sunt & qui scobem in rubiginem conuertunt: Sed & curiosæ sunt nimis illæ præparationes, sic & fere inutiles; præstatque in optima quadam consistere, quam inter tot ancipites vagari.

Notandum vero est scobem ferri non nisi tenuissime elimatum sumendam esse, quæ vbi igne reuerberii optime calcinata fuerit, deinde trita, post in aquā demersa & fortiter agitata, eius portio quæ supernatabit, colligetur, calore moderato siccabitur, nec rursus calcinabitur, sed talis seruabitur; portio vero crassior ad ignem reuerberii denuo immittetur, quoad tota volatilis fiat. Sic enim rite Crocus Martis paratur.

Crocus Martis creditur jecur & lienem roborare, & viscerum obstructiones tollere, proinde fœdis virginum coloribus conducere. Ex eo & aliis quibusdam pulueribus cardiacis pro Medici prudētia præscriptis paratur confectio quædam forma electuarii mollis, aut tabellati, Diastamoma dicta obstructionibus expediendis efficacissima, cui puluerem Lumbricorum permiscent. Ego mallem absque puluere isto conficere, vt hoc modo.

Recipe chalybis optime præparati drach. ij. cinnam. drach. semis, spec. Elect. triasantal. & de gemmis ana scrup. j. pul. Dictamni scrup. semis, cum sachari in aqua melissæ soluti vnciis iiij. aut v.

Fiant

Fiant tabellæ pondere drach. iij. aut de vncia ſemis, quæ dentur mane ieiuno ſtomacho. Solet tabellis cardiacis maior ſachari quantitas adhiberi, ſed tunc illarum virtus eſt, inefficacior. Hæc Doctiſſ. I.R.P.M.

Alius de Croco Martis ait: Limata ſcobes ferri, aqua calida ab omni ſpurcitiæ expurgatur, ſiccaturq;, & aquæ regali impoſita, ſoluitur: Deinde acetum valens additur: poſtea hincinde circumagita, eximitur, Solique exponitur, exiccaturque: poſt hæc rude ferrea reuerberata patellæ imponitur: additurque aquæ plantaginis: & hæc in arena euaporare ſinitur. Idem rurſus fieri cum aliis aquis, vt roſarum, ſolani & ſimilibus licet. Ad immodicum & intempeſtiuum, longumque menſtruorum fluorem valet, Dyſenteriam, omneque aliud fluxionum genus. Scrup. j. vel plurium pondere, cum Roſarum conditi drach. j. vel duplici: Datur etiam lienoſis, ex aqua Tamariſci & Enulæ Campanæ. Cicatricem vlceribus inducit, &c. A.

Vel: Limaturam Martis prius optime lotam calcinabis cum floribus Sulphuris, vel ipſam diſſolues cum aqua ſtygia. Deinde ſuperfunde acetum acerrimum, & in calore relinquantur per aliquot dies: tum demum reuerberentur igne aperto, vt ars præcipit, per integrum diem colligendo ſemper flores, qui ſupereminebunt, donec totum conuertatur in puluerem rubicundiſſimum & leuiſſimum. Hac etiam methodo conficies crocum Veneris. I I. W.

Doctiſſimus D. Sennertus lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 16. de Crocis. pag. 1145. ait: Crocus Martis varie paratur.

Alii recipiunt limaturam chalybis, ſoluunt in ſpiritu Vitrioli, quod ſoluitur effundunt, vt fiant inde Cryſtalli, vt moris eſt, quos bene exſiccant. Huius Vitrioli pars vna miſceatur cũ partibus tribus olei Salis tartari, & in cinerib. lento calore ſiccentur. Poſtea in arena calcinentur, donec tartarum coloretur. Hinc fracto vitro, calx in mortario calido pulueriſetur, & poſtea affundatur aqua pluuia deſtillata, ſoluiturque Sal tartari, & calx relinquitur, ſupra calcem affunde temperatum extractiuum, quod vocant, & ſpiritu vini & ſpiritu Salis paratum, quod Eſſentiam quam vocant Martis attrahet. Aqua iſta ſeparatur & relinquitur Eſſentia Martis colore croceo, quæ in loco humido & frigido ſoluitur in liquorem.

Alii

Alii hoc modo id præſtant. In cucurbita ſuper aquam fortem laminas Martis ſuſpendunt, vt latitudine duorum digitorum aquam non attingant: cucurbitam claudunt, & per 24. horas in arena calida collocant.

Poſtea reperitur crocus laminis adhærens, qui pede leporino abſtergendus eſt, atq; lamine iterum ſuper aquam fortẽ ſuſpendendæ ſunt, donec nihil croci amplius extrahatur. Hic crocus aqua calida ſoluendus eſt, filtrãdus & coagulandus, qui per deliquium in oleum flauũ ſoluitur. De hoc croco ẽt dicit li.5.par.3.ſect.2.ca.vj.pag.1057.

Porro dicit, alii ſolum hoc modo præparant: Recipe limaturam chalybis vel laminas, ignantur & in aceto nouies vel decies extinguantur, acetum ſeparatur per deſtillationem, crocuſq; reuerberatur, donec fiat puluis rubicundus.

Alii ita parant: Recipe ſcorias chalybis cæruleas quodammodo minutim pulueriſatas, affunde acetum deſtillatum (alii prius per 24. horas calcinant) vel ſecundum alios ad aceti deſtillati vncias quatuor, aquę fortis vnciam vnam adiice. Infunde ſuper ſcorias, donec colore rubro tingatur (quidam per dies 14. in calore mediocri digerũt) affunde nouum mẽſtruum, donec omnis rubedo extracta ſit. Poſtea acetum per B.M. ſeparetur, & relinquetur puluis rubeus, qui abluatur aqua deſtillata, vt aceti aciditas tollatur. In cella per deliquium ſoluitur in oleum rubicundum. Alii tandem per S. vini Eſſentiam & Tincturam Martis extrahunt. Alii ita ſolum parant. Recipe chalybis vel ferri limaturæ lib.ij. ſulphuris lib.j. in olla fictili vitreata affundatur aceti deſtillati (vitriolatum melius eſt) q.ſ. poſtea deſtilletur acetum lento igne, qui poſtea augeatur, vt Sulphur exhalet. Hoc opus bis repetitur. Demum Mars in fundo vaſis reuerberatur horis 12. & euadit ſpongioſus. Verum calx Martis potius hoc mihi quam crocus videtur, vt & id quod ex ſequenti præparatione prouenit.

Recipiunt limaturam Martis, & igne fortiſſimo eo vſque reuerberant per diem, donec colorem rubeum vel fuſcum accipiat, poſtea coniiciunt in vas aqua plenum, aquam agitant, & mox in aliud vas effundunt. Atque in primo vaſe Mars nondum ſatis reuerberatus relinquitur; in vaſe vero altero inuenitur Crocus Martis, ſi aquam ſenſim euaporare ſinas.

Alii

Alii Martis limaturam cum ſulphure calcinant igne violento donec rubeſcat. Calcem hanc per diem integrum reuerberant: Hinc aceto omnem tincturam extrahunt. Acetum deſtillatione in arena ſeparant, puluerem relictum aqua abluunt, tandemque crocum per S.V. extrahunt. Hæc Sennertus.

Andreas Libauius lib.2. Alchem. tract. 1. de Magiſteriis cap. 28. ait. Crocus Martis frequenter coincidit cum calce ferri. Differunt quod laborioſior ſit crocus, & purpureum, ſeu ſubviolaceum colorem habere debeat. Inde & ſubtilior agiliorque virtute eſt; nec non deliquio vicinior. (Nomen autem etiam tribuitur aquæ, ſeu liquori cuidam ex colcotare vel ærugine reuerberata facto.)

Ita facit Bulcaſis: Limatura ferri in Lebete ferreo quadrato plani fundi in fonace anemia fuſoria excandeſcere ſinitur, & igni bene vrgetur. Poſtea affunditur in mortarium ferreum, & teritur laborioſe. Quod tritum eſt, eluitur, vt ſubtilis pars cum aqua ſeparetur. Craſſior exiccata reponitur, ad reuerberium, iterumque calcinatur. Teritur denuo, vt ante, idque repetitur decies, vel amplius, quoad tota limatura fuerit in crocũ læuigata, qui pertinaciter adhęrens tingit. Aliter lamina ferrea tenuis candefacta, aceto forti è vino ſæpe extinguitur, quouſque acetum rubeat. Coagulatur in crocum, qui reuerberandus eſt in catino. Solet autem acetum illud prius colari, vt ſubtiliſſima pars relictis ſquamis ſola tranſeat. Aliter limata ferri ſcobs aceto immergitur, aut ſale affricatur, atq; ita alicubi relinquitur, donec rubiginem contrahat. Hæc eluitur ex ſcobe, & coagulatur ex aceto, reuerberaturque. Aliter: Laminæ cementantur cum ſulphure & tartaro: Crocus effloreſcens abraditur. Vel: Bacilli ferrei aqua ſalſa conſperguntur, quo pacto ab anchoris marinis colligi ſolet. Crocus inſiſtens detergetur, vel abraditur. Nonnunquam iidem ſolo igni vruntur, & quo purius ferrum eſt, eo pulchrior crocus exiſtit. Ad tincturas metallicas, aliaque externa ita parari conſueuit: Limaturæ ferri ſelibra, aquæ aluminis ſeſquilibra, aceti deſtillati ſelibra. Digere per menſem. Crocum ablue & reuerbera. Vel: In vrina clarificata abiecto ſedimento ſoluuntur Salis triti manipuli tres, colantur deſpumanturque diligenter inter coquendum. In decocto ſoluuntur vitrioli triti, Salis ammonii ternæ vnciæ. Coquuntur iterum cum deſpuma-

Hh tione.

tione. In decocto infunditur limatura chalybis, & coquitur, donec indurescat, & possit teri. Puluis in sartagine ferreo plano, igni validissimo reuerberatur, versaturque diligenter cum rutabulo, donec instar lucidissimæ violæ appareat. Alii conficiunt pultem ex libra elimati ferrei salis communis libris 5. & aqua q. s. ponuntur in digestione per mensem, posteaque eluto sale reuerberatur puluis. Nonnulli limaturam abluunt primum muria, post fontana. Deinde in aceto acerrimo ad digitos 4. in Sole corrodunt, mutato semper aceto, quoad satis. Corrosum reuerberant. Vase aperto; donec placeat color. (variæ sunt præparationes propter scopos varios. Plerumque enim per id conficitur, quod ad morbum, vel rei, cui adhibendus crocus est, aptum inuenitur. Ita ad colicam coquunt laminas in aqua vitriolata, crocum abradunt, opusq; repetunt, &c. Penotus vocat Sulphur vitriolatum.)

Theophrastus Paracelsus lib. 1. de præparationibus tract. 5. de Metallis, pag. 194. ait: Virtutes Ferri sunt. Styptica, constrictiua & exsiccatiua.

Præparatio in virtute styptica: Recipe limaturæ ferri lib. 1. Salis communis, lib. v. aquæ fontis q. s. pro incorporatione. reduc in spatium temporis ad mensem, deinde per reuerberationem vsque in formam pulueris. Incorporatio est, qua cum aqua subigitur, vt formam pultis nanciscatur.

Præparatio in constrictiuis: Recipe limaturæ ferri libram semis, aquæ aluminis lib j. semis. Aceti destillati lib j. semis. Reduc in digestionem per mensem. Postea reduc per ablutionem, deinde per reuerberationem vsque ad formam croci.

Præparatio in virtute exsiccatiua: Recipe limaturæ ferri libras duas, aquæ Vitrioli libram semis. Reduc in digestionem per mensem cum reuerberatione vsque ad formam pulueris.

Virtus styptica est, quæ claudit & exsiccat fistulas, cancros. Constrictiua est in Lienteria, Dysenteria, Diarrhæa. Exsiccatiua, vt in phlegmaticis.

Additio in virtute styptica. Recipe huius croci vnciam vnam, boli adusti vncias tres Terræ sigillatæ vncias v. Fiat puluis. Puluis hic in omnibus vlceribus & vulneribus incarnandi gratia administrari.

ſtrari poteſt. Si intrinſecus ſumendus eſt, eius vncia vna bibatur.

Additio in conſtrictiuis. Recipe huius croci Martis drachmam vnam, Myrrhæ drach. ſemis, croci Orientalis ſcrupulum vnum. Fiat puluis. Doſis ſcrupuli duo, vel tres, vſque ad quatuor.

Additio in exſiccatiuis, Recipe huius croci drach. tres. B lauſtrarum drach. vnam. Succi de Acaciis ad pondus omnium. Fiat in modum Electuarii. Hæc Theophraſtus Paracelſus.

Libauius lib. 2. Alch. tract 1. de magiſteriis cap. 40. talem ponit ferri purgationem. Ferrum recoquitur, inquit, cum fluxibus, ſeparatiſque diligenter ſcoriis & ſacco in purum chalybem abit. Alias limatura eius eluitur aceto, deinde aqua pura, quoad omnis nigredo ſecedat. Ita præparatus vel calcinatur, vel in puluerem ad medicinam teritur. Ferrugo & maculæ eius delentur aqua ſalis tartari. Vel: Candentes laminæ reſtinguuntur in aceto, in quo ebullierint Sal vulgaris & alumen, idque repetitur crebro. Terunt & limaturam cum ſale in mortario, mutato ſale, donec non amplius infuſcetur. Vel lauatur aceto, lota tunditur cum ſale, aqua dulci eluitur, & ſiccatur extergendo. Alius; tartari calcinati libram, ſalis ammon. æruginis, ſingulas ſelibras, coque ex vino albo, in colatura macera ferri ſcobem, & elue diligenter, donec tota ſit pura. Edulcora eam & ſicca: Ita repurgatum non reſpuit Amalgama, ſi recte egeris. Alius; Mars debet in ſuo Balneo bene incaleſcere, deſudare, & ſiccari, tunc fit familiaris hydrargyro.

Idem lib. 2. tract. 2. cap. 27. de extractis pag. 162. ait de Aquis fortibus, ſoluentes Ferrum. Recipe Vitrioli albi quadrantem, Vngarici vncias ſeptem, ſalis trientem, aluminis ſemunciam, fiat aqua fortis rubea. Vel: Recipe ſulphuris rubei ſemunciam, fellis vitri ſemunciam, aluminis plumoſi vncias duas, Vitrioli ſelibram, Salis petræ vncias ſeptem. Deſtilla cum tertio cohobio. Hæc facit ad Turbith ferri, &c.

Sed cum varii authores varie de præparatione croci Martis atq; ferri calcinatione, vt iam audiuiſtis, differant, ſeptem ſubiungam modos, de calcinatione Martis, præſtantiſſimos, à ſummis doctiſſimiſque viris comprobatos atque demonſtratos.

Modus 1. Limaturam chalybis à ſordibus per ventilationem & ablutionem diligenter emunda. Huius recipe libras duas,

Salis præparati libras tres. Misce simul, & in olla terrea (igne rotæ) reuerbera, per diem naturalem. Massam exime, & tere: Dissolue in aqua calida, & laua toties, donec ab omni salsedine & terrestreitate liberetur. Exsiccatur deinde, & in pulverem subtilem, terendo & cribellando reducitur. Postea reuerberatur per octo vel decem dies, donec superficies eleuetur in crocum rubicundissimum impalpabilem: quo ablato, reliqua pars toties & tamdiu reuerberatur, donec tota in crocum abeat. Vas terreum limaturam continens habeat cooperculum, ne cineres (quod tamen non omnino nacessarium) super crocum decidant, ita tamen eleuatum, vt inter vas & operculum, flamma liberum habeat transitum. Veniunt autem quædam summe in hoc processu, Nota probe: Melius & citius procedit in hoc processu operatio reuerberationis, si priusquam furno reuerberii committitur limatura Martis per Salem præparata, ea aliquoties vrina puerorum recenti conspergatur: Hac enim ratione inter reuerberandum surgit in florem rubicundiss. vno atq; altero die: qui tamen quotidie colligendus est, ne is violentia ignis reuerberii pereat, aut ex rubicundo colore vicissim desinat. Nihilominus hoc notandum est, crocum Martis omnium optimum & ad medicinæ vsum præstantissimum esse, si sola limatura Martis sine adiectione salis aut alterius heterogenei, per se, igne reuerberii florificetur, & postea per aquam dulcem à sordibus eluatur, ceu erudite monet Wirtzius in chyrurgia sua restituta pag. 420. posterioris editionis.

Hic tutus cũ puluere crispa mẽtha spargitur in vulnera & vlcera: ablutis tamẽ prius aqua menthæ.

obseruanda quare.

Modus secundus: Paratur etiam Crocus Martis è lamina chalybis candente & scintillante, immissa in Magdaleonem sulphuris, cuius vi Mars liquescit & decidit granulatim instar accensæ ceræ Hispanicæ, in vas fictile suppositum aqua frigida vel aceto plenum. Granula exsiccata teruntur in pulverem subtilissimum, & si placet in crocum, secundum priorem modum reuerberantur, spatio sex vel octo horarum, quamuis tamen non summe sit necessarium.

Virtutem habet obstruendi, aperiendi & attenuandi, interiora viscera, hepar splen, &c. quam etiam limatura chalybis acquirit, si nempe limatura Martis pura ac syncera, aqua simplici parum sale absynthii exacuata irrigatur, & aliquandiu relinquitur in loco tepido: Vbi exsiccata fuerit, teritur & denuo imbibitur, idq; tamdiu donec spõte sua postea leui attritu in puluerẽ subflauum ac tenuem fuerit

Nonnulli sophisticationes hoc croco exercent falsas, importan-

fuerit redacta: Hæc præparatio Martis secunda, est Basis & fundamentum cachectici pulueris Quercetani, quem præscribit in sua Pharmac. pagin. 243. supra vide in præcedentibus huius capitis.

do Luna in fluxu, sed opus nullius valoris;

Modus tertius: Dissolue limaturæ Martis vnciam vnam, in aquæ fortis vncijs octo: (sed si efferuescentiam metuis paulatim affunde) digere per noctem & destilla per alembicum aquam fortem, in arena. Habebis vnciam & semis croci rubicundissimi: Eius vsus sequitur in capite sequenti.

Modus quartus: Reuerbera limaturam Martis, cum ana Sulphuris triti, agitando spatula ferrea, per quatuor aut quinque horas, donec Sulphur totaliter conflagret. Hic crocus habet virtutem aperitiuam: sed maiorem, si per dimidiam tantum horam calcinetur, cum duplo sui ponderis Sulphuris triti: vsus eius est qualis secundi fuit modi.

Modus quintus: Digere lento calore limaturam ferri, vel chalybis, in aceto ter destillato, donec coloretur. Decanta, quod tinctum est; & aliud acetum reaffunde toties, donec omnem Tincturam attraxerit. Depletiones filtratas destilla, & remanebit in fundo puluis rubeus, qui per diem naturalem reuerberari debet in crocum impalpabilem, virtutem habet constringendi. Nota; limatura Martis in aceto aliquoties destillato macerata, ægre rubedinem suam amittit, expeditius igitur foret cum recrementis seu scoriis Martis cæruleis, aut viridiusculis, in puluerem contusis, & postea cum aceto extractis. Huius vsus laudatus est à Crollio in specifico Dyssenterico pag. 252. Eius modum vide capite de Essentia Martis. Posset quidem in aceto parum Salis armoniaci solui, & postmodum per putrefactionem Sulphur Martis pro croco extrahi, sed pro medicina non est tute exhibendus.

Modus sextus: Crocus Martis etiam cum oleo sulphuris fit: infundendo in cochlear ferreum olei sulphuris & spiritus vini partes æquales, euaporando lento ignis calore, ad consumtionem humiditatis: postea si resideat ad aliquot dies, inuenies puluerem subtilissimum, quem seruabis in phialis optime clausis, ne aer intret, quia resoluetur. Si aliquot grana in iusculo siue liquore congruo dentur, verum Hepatis restauratiuum erit, condducens omnibus mor-

bis,qui inde oriuntur,vt hydropisi & similibus.Nota,quidam hunc modum putant non procedere, quem tamen Quercetanus aperte docet in pharm.restit. lib. 1. cap. 25. de Extractis pag. 244. Hi substituunt,loco spiritus vini & olei sulphuris, Aquam fortem,(ex Vitriolo calcinato & sale communi ana cum argillæ tribus partibus admistis) destillatam: Ita quod hæc posteaquam in cochleari ferreo euaporando consumpta fuerit, statim post se relinquat crocum rubicundissimum ac tenerrimum, vsibus multis accommodatum: hic edulcorandus est,eiusdemque virtutis tenendus, cum secundo dicto superiori modo.

Modus septimus: Recipe laminarum ferri tenuissimarum, Sulphuris,Tartari ana libras tres,fac stratum super stratum & cementa igne calcinationis per dimidium diei; deinde exime, & extingue lamellas in optimo aceti vino, refrigeratis, crocum à laminis abrade, acetumque euapora ad siccitatem, calcinationemque repete, per dimidium diem, vltimo reuerbera per tres dies ac noctes: sic modus constat septimus,lutei coloris atque corrosiui saporis, non adeo tutus in medicina,sed pro extrahenda tinctura, siue destillando oleo aptissimus. Hæc sufficiant de calcinatione Martis, sequitur eius Quinta Essentia & oleum.

CAPVT III.

De Quinta Essentia & Solutione Martis seu Ferri.

IOS. Quercetanus in Sclopetario ait: Recipe limaturam chalybis, quam ablues pluries cum muria, post cum aqua dulci, dum demum superfunde acetum acerrimum, vt supernatet quatuor digitos: Stent omnia ad Solem per aliquot dies,nouum subinde affundito acetum,quo limatura subtilietur:Hanc reuerberabis per diem integrum aperto vase,donec prodeat vi ignis in puluerem rubicundissimum & leuissimum, quo vti poteris sic: vel ex illo cum menstruo suo acerrimo aut vini spiritu optime præparato elicias animam vt ex ea conficias oleum: cuius guttula vna tantum exhibetur cum decocto conuenienti, aut permiscetur cum conserua ali-

qua

qua astringenti ad multos (vt supra dictum) affectus Hoc nostrum (pergit Doctiss. Quercetanus) etiam laudabile medicamentum ex Marte præparatur. Calcina limaturam Martis igne violento cum floribus Kibric, id est sulphuris, donec rubescat limatura & euanescat tota terra fœtida, id fac per diem integrum, reuerberato tamen, quousque prodeat in puluerem purpureum & tenuissimum: quo vtere vt fol. dicitur 84. 85. in sclopet.

Quinta Essentia Croci Martis, secundum Oswaldum Crollium Sympat. meum in Basilica Chymica pag. 252. descripta: Recipe scoriam ferri cæruleam) Norimbergæ, vbi laminæ chalybeæ fiunt, optima haberi potest) vitrescentem reiectam in illis locis, vbi minera ferri funditur, tere in puluerem minutum, pone in vitro, affunde acetum vini destillatum acerrimum, stet in calore mediocri per 14. dies, & tingetur colore rubro, filtra & abstrahe in Balneo, remanet materia rubra, à qua ter vel quater aqua pluuialis abstrahitur, vt sapor aceti euanescat: Potest etiam prius in tigillo, in arena calida parum calcinari mouendo, vt aceti euanescat aciditas, & postea cum aqua edulcorari, si debite tractetur, sponte sese in cella postea pars in oleum supra Marmor resoluit.

Hæc croci Essentia in medendo longe efficacior est, quam vulgaris crocus Martis reuerberatione per se factus, immittendo baculum ferreum vel chalybeum in fornacem vitrariam, vel irrorando laminas chalybeas aceto, & postea easdem in reuerberatorio ad rubedinem saltem ne nigrescat reuerberando.

Vires Essentiæ seu croci Martis sunt 1. Conducit in sistendis mensibus & fluxionibus intempestiuis. 2. Prodest albæ profluuiei muliercularum. 3. Gonorrheæ. 4. Hæmorrhoidibus. 5. Dysenteriæ & Diarrhææ. 6. Vrinæ incontinentiæ. 7. Hæmorrhagiæ internæ & externæ: Si eius à scrupulo j. ad drachm. semis cum succo Cidoniorum condensato, seu conseruæ Rosarum drachm. tribus assumatur, aut vulneri sanguinem fundenti aliquid inspergatur: quamuis Fungi Betulini tamen ita ad miraculum Hæmorrhagiam externam longe efficacius sistant. 8. In omnibus Iecinoris & lienis obstructionibus deploratis: sed sumentes prius medicinis attenuantibus & aluum subducentibus purgatos esse oportet. Lienosis datur cum aqua Asplenii, Adianti, Tamarisci. In-

Hepa-

Hepatis affectibus, in aqua Intybi, Cichor. Agrimon. exhibetur, tunc sistit sanguinis sputum. 9. In morbis dissolutis, hydrope & aliis vbi consolidatione est opus. 10. Ventriculum corroborat, & nauseam tollit in conserua rosarum, vino generoso.

Dosis à gr. 8. 10. 12. ad 15. In vino rubro, Aqua plantaginis, Bursæ pastoris, Tormentillæ, in conserua symphyti.

Tinctura Chalybis alia, ad omnes affectus splenis, item ad menstrua virginum & mulierum tum prouocanda, tum si inordinatim fluant corrigenda. Recipe limaturæ Martis, aceti vini non destillati ana lib. 1. coque in sartagine ferrea, lento igne, semper agitando spatula ferrea donec acetum consumptum fuerit: (si per aliquotas hæc coctio fieret vices, cum recenti aceto melius esset:) postea tere, & adde pulueris Garyophyllorum, partem dimidiam vel vnciam j. & desuper in cucurbita vitrea funde maluatici genuini libras quatuor (Banisterus vult vj. vel viij. libras vini albi generosissimi, negligitque coctionem cum aceto, & solummodo vult ablutionem à sordibus) obturatum vas, pone vel ad solem vel retro fornacem, singulis diebus bis vel ter diligenter exagitando per 14. dies ac noctes: postea relinque aliquādiu donec feces subsideant. Huius maluatici exhibe in fluxu inordinato mensiū, vel mensium defectu, exhibe vnciam semis ad vncias duas (Banisterus vncias duas ad iiij.) iuuenibus quidē 5. diebus ante nouilunium, vel primam quadram, senioribus ante plenilunium, vel posteriorem quadram, & procede tamdiu donec menses sese ostenderint. Oportet tamē omnino præterea diætam instituere conuenientem: pro potu ad mensam, vtile est vinum cum floribus Borraginis, Buglossæ, violarum infusum, sic enim citius & felicius omnia expediuntur. Nota in plenilunio laborant mensibus seniores: Iuniores in Nouilunio. In affectibus splenis, procede ex ætate, complexione &c. prout Methodus curandi perfecta instruit & docet.

Egregia fit Tinctura ex croco Martis, qui à nobis superiori capite dicitur tertius: super hunc crocum exsiccatum & in igne leni calcinatum, funde spiritum vini vulgarem, & apposito alembico cæco, digere in arena, & rubescet spiritus vini, quem à fecibus decantatum, destilla in Balneo ad oleositatem: Hæc Essentia vtilissima est in exsiccando Hydrope, & corroborandis visceribus: præmissis e-

nim

nim vniuersalibus ex methodo, si postea quotidie eius octo vel decem guttæ propinentur Hydropico mane ac vesperi in simplici decocto granorum iuniperi, facile morbum expetit: Eius guttæ vj. in vino exhibitæ, qualemcunque Hæmorrhagiam passo fluxum sanguinis ilico sistit: sanat vlcera vel vulnera antiqua radicitus, si nempe quotidie bis eodem illinas. Nota nobilior crocus siue per se, siue ad Q. Essentiam aut alia &c. haberi non potest, quam ille, qui extrahitur ex fecibus remanentibus siue supernatantibus ferro, in fluxu Scoriæ dicuntur Germanis Schlacken/sunt instar vitri; & hoc ideo, quia sunt destructum ferrum, non amplius corporeum, neque in corpus ferreum reduci possunt: & similiter etiam fieri potest crocus excellens è vitriolo Martis &c.

Libauius lib. 2. Alch. tract. 1. de Magist. cap. 4. dicit: Ferrum potabile fit ex croco ferri per acetum destillatum digestione Balnei. Digestione peracta, destillatur ad siccum puluerem. Affuso alio aceto digeritur denuo, & destillatur quousque in imo sit oleositas, quæ crebra repetitione tandem emerget. Vsus in affectibus Epatis, Lienis, Intestinorum, præsertim in Atonia, imbecillitate, hydrope, fluoribus &c. (Paracelsus pro aceto aquam aluminis sumit, & monet opera detur ne oleositas perdatur, & dum opus repetitur, nimia fiat crassities. Sed vtitur ad vlcera, vocatque oleum, Balsamum vel resinam ferri. Potest tamen etiam oleum Martis intelligi.)

Cap. sequenti 28. pag. 78. inquit: Liquor Martis, fit ex croco Martis sæpius reuerberato & læuigato, positoque in acetabulo albuminis, vt eliquescat. Vel: Crocus factus cum aqua aluminis, vel aceto destillato, adiecto Sale ammonio, septies aut nouies sublimatur, abstractoque sale soluitur in cella, solutum eluitur aqua dulci, iterumque coagulatur & soluitur. (In eiusmodi attenuationibus plurima vis est Salis ammoniaci, quem non immerito clauem artis (transmutatoriæ) nuncupauit Euchyon.

Lib. 2. tract. 2. de Extractis cap. 4. pag. 123. ait de Quinta Essentia Martis: Calx Martis maceratur vrina destillata per mensem, vel etiam aceto indies mouendo. Destillatur phlegma cum cohobiis, donec tandem fortissima flamma exeat rubedo, quæ circulatur cum Q. Essentia vini rubei. (Alii crocum Martis infundunt aceto salso, & innatantem cuticulam colligunt, vocantque Q. Essentiam. Sed po-

tius est tinctura, quæ transire in Q. Essentiam potest elaboratione per spiritum vini, ita vt cum eo per alembicum exigatur & circuletur.

Cap.9.pag.133. dicit: Tinctura Martis fit ex ferro redacto in crocum per aquam salis, vel spiritum Vitrioli, idque ad externa: Alias per S. vini elicitur. Praxis integra ita describitur.

Recipe vrinæ veteris defecatæ aliquot mensuras, solue in ea salis triti manipulos tres. Filtra, coque bene, & despuma. Postea adde vitrioli triti quadrantē, salis ammonii triti parum. Coque & despuma. Infunde huic ferri limaturam elutam. Coque donec teri possit. Tritum puluerem reuerbera igni aperto valido agitando semper cum Baculo ferreo, donec color violæ lucidissimæ appareat. Ex hac tincturam elice per spiritum vini, vel acetum destillatum. Hæc de Essentia & solutione Martis in liquorem, sequitur nunc de Vitriolo, Sale ac Balsamo Martis.

CAPVT IV.

De Vitriolo seu Sale, & Balsamo Martis.

PRimus modus sic fit præstans: Accipiatur spiritus Vitrioli, vel olei sulphuris per campanam facti, non rectificati vncia vna, cui immisceantur vnciæ duæ aquæ communis. Huic mistioni impone limaturæ ferri optime purgatæ vnciam vnam, in matratio, quod obseratum colloca in cineres calidos, vt bulliat lentissime, spatio sex horarum. Postea infrigidari sponte permitte: & inuenies in vase generatum vitriolum subuiride, splendens, quod calore dissoluitur, frigore coagulatur.

Modus alius: Laminæ seu Limaturæ Martis cum ana sulphuris triti reducuntur in puluerem subtilem: & in olla terrea, vel ferrea tabula cum sulphure calcinantur; continue baculo ferreo mouendo, donec totum sulphur vstum fuerit. Calx denuo teritur; & cum octaua parte sui ponderis sulphuris triti calcinatur: vt supra teritur; hoc & tertio repetatur, deinde in aquam feruentem proiiciatur, Baculo sæpius mouendo, dum calx fundum vasis petit, & aqua sit refrigerata: quæ filtrata euaporatur ex tribus partibus & ponitur in locū frigidū; vt crystallos cæruleos producat, vel ex toto euaporet.

Modus tertius: Recipe laminarum ferri vel chalybis, vtrumlibet, quan-

quantum vis, has repone in oleo Vitrioli: Vitrum in quo fiet resolutio, ponito ad leuem calorem digestionis vel post fornacē, per duos dies ac noctes interim totalis fiet solutio, facta omnimoda solutione, adde & affunde de phlegmate Vitrioli duplum sui ponderis, sine sic & requiescant per tres horas, sin vero incrassescere mauult, plus affunde phlegmatis; postmodum filtra per papyrum, (fœtorem maximum solutio hæc præ se fert, non curandum) filtrato, per Balneum phlegma lenissime abstrahito, ad tertiam vsq; partem, residuum in cella reponito, & crystallos pariet virides, instar sachari cādi dulces, linguam parumper cōtrahentes, purgant per vomitum omnem bilem: si dosis excedatur purgat per superiora & inferiora, absq; vlla tamen noxa, miraculosæ sane hoc vitriolum est virtutis atq; efficacia; Hoc vitriolum per descensum destillatum, viridem dat liquorem, dulcem atque iucundum, in effectu præstantiorem, quam oleum vitrioli commune, teste Paracelso.

Oleum Vitrioli Martis per descensum.

Modus quartus: Hic fit subito ex Marte, & fit albicans hoc modo, valetq; ad Apostemata inveterata, & Tusses aliasq; infirmitates. Recipe limaturam chalybis tenuem, puram & neutiquam puluerulentam: superfunde guttatim in scutella vitrea olei sulphuris per campanam facti non rectificati, statim incalescit & totus Mars resoluitur, sine quiescere & refrigerari, inde fiunt Chrystalli. Eius gr. 2. vel 3. in syrupis pectoralibus aliquoties exhibita, mirifice asthmata expediunt, idque nec per vomitum nec per sedes: sed sudoribus aliquando prorumpentibus facilis postea succedit expectoratio. Vel: Limaturæ Martis superfunde guttatim oleum sulphuris, hoc facto & soluto, postmodū materiam tere, & in aqua pluuiali destillata solue, filtra & euapora, & hoc modo etiā Chrystallos Martis accipies.

Modus quintus qui est Oswaldi Crollii sympatriotæ & propinqui mei: Recipe laminati ferri quantum vis, scinde in frusta magnitudinis semithaleri, fac stratū super stratum cum sulphure puluerisato in tigillo lutato, pone in igne Rotæ: Ignis ab initio tigillum nō attingat, sed paulatim admouendo augendus est, quem vltimo fortificabis: Ita accenso sulphure calcinantur prædictæ laminæ, quod intra horam absoluitur: Vbi omnia refrixerunt, exime materiam, & tritam cribra, eamque in olla non vitreata aperta positam per transuersum (vt in præparatione sequenti Antimonii fiet) moue

diligenter, super ignem carbonum, ne liquescat, sic sulphur incenditur & euaporat, moue cum ferreo instrumento, prout vitriolum facere intendis de latere ad latus, vbi ferro vult adhærere, tunc satis est, & ab igne auferatur: puluerisatam hanc calcem pondera, & ad quamque libram accipe sulphuris tres lotones, misce & in olla pone ad latus, moue supra lentum ignem per quadrantem horæ, vltimo olla quasi candescat: Frigescat ac tritum cribretur: adde denuo ad libram vnã tres lotones sulphuris, calcina vt antea per quadrantem horæ. Hoc quinquies, sexies, vel septies repetitur, tunc calcinatio est absoluta. Nota diligenter vt calx semper bene siccetur, & ad libram vnam saltem vncia cũ dimidia sulphuris præcise sumatur. Calcem metalli tritam minutissime accipe, & affunde in patina lignea aquam calidissimam, soluetur calx, cola, colatam euapora, supra ignem incoquendo mediocriter donec quasi crustam acquirat, reliquum in frigido concrescat, sic habebis è ferro vitriolũ præstans viride. Fæces in aquæ fundo remanentes sicca, & non solutas iterum cum sulphure calcina, vt prius fecisti, seruato pondere priori, postea lixiuiũ fac, quod filtratum euaporabis: Hoc repete donec tota calx in lixiuium abeat: Inde in terreo vase Görlicensi aut Wallenburgensi, vel in cucurbita magna vitrea (caue ne rumpatur) fac euaporet, donec crustam nanciscatur, pone in loco frigido, tunc in fundo vitriolum in strias desidet, sapore subdulci, aufer aquam & crystallos concretos sicca: Aquam remanentem iterum incoque parum, & in frigidum locum si collocetur, denuo concrescent lapilli reiterando, donec totum in vitriolum abeat: possunt etiam Bacilli imponi vt vitriolum eo melius adhærere possit: sulphur fundum petens, pro croco Martis vsurpari poterit, seorsim tamen ad suos vsus colligendus. Hæc sufficiant de Ferri Vitriolo, nunc & paucis de Balsamo Martis, qui sic fit.

Balsamus Martis. Recipe limaturæ Martis lotæ pluries cum muria, superfundes acetum acerrimum, vt supernatet quatuor digitos: ponantur super cineres calidos octo dierum spatio quotidie mouendo materiam, & separando acetum, quod colorabitur: & iterũ nouum affundendo: idq; tamdiu, donec acetũ non amplius coloretur. Quo ad ignem euaporato, puluerem, qui subsidebit, sumito, eumque cum æquali portione ammoniaci sublimato. Eundem sublimatum toties super

fæcibus

fæcibus repones, iterumq; sublimabis, donec rubini appareat color. Postea totum in aquam feruentem iniice, vt Sal dissoluatur: tum apponendo statim frigidam, subsidebit in fundo Martis Balsamus, calcis Solis instar. Aqua autem separetur, ac denuo recens affundatur, vt dulcis Balsamus efficiatur. Hac etiam methodo conficies Balsamum Veneris. Quercetanus.

Theophr. Paracelsus in Chirurg. minori lib. 2. cap. 7. de curis & sanationibus patentium vlcerum sic inquit: Ex Ferro habetur Balsamum ad hunc modum, scilicet vt cum aceto destillato reuerberetur in crocum, à quo postmodum octies aut nouies eleuetur Sal Armoniacum, & inde post in oleum redigatur optime dulcificatum. Horum vsus, Auri videlicet ac ferri sit, vt illud qualibet septimana, ter vlceribus patentibus imponatur, ferrum vero singulis duodenis horis semel.

Quod ad Balsamum ex Auro (supra omissum) productum attinet, ad hunc modum elicitur, vt Aurum hoc absque spiritu Salis omni, tum realgare vel similibus, in puluerem, oleum, aquam, aut huius generis tale quid adducatur: quod nedum in Auro, verum etiam in quouis et simili corpore per transmutationem fieri debet. Nam absque simili transmutatione, minera nulla suas operationes adimplere potest, vt in se continet ac habet à natura, licet aliquam similitudinem exhibeat, ex fundamento vero non procedit. Eius extractionis processus est, vt Aurum per Thereniabin crudum in succum reducatur absque destillatione quauis. Nam per destillationem Sal exaltatur, quod in hoc Auro nullo modo prædominari debet: nec alia via quacunque reducendum est in puluerem. Receptum eius esto hoc, quod sequitur.

Recipe Auri laminati drachmam, olei de pino drach. quatuor, pone simul in digestionem septimanis quatuor: postmodum oleum ablue: manebit in fundo puluis. Hunc vna cum Thereniabin crudo poteris administrare: vel alio modo sic facito:

Recipe foliorum Auri drachmam, olei Masticis drachmas sex: Digerantur per mensem: Postea separabis ab oleo, sicut prius, & affundes Alkohol vini, digeri permittes octo diebus, postmodum abstrahatur è Balneo Mariæ. Hoc oleo quidem vtere. Si dicant alii Medici, hoc medicamentum nimis fore pretiosum, aut

ſubtilius æquo, loquetur eorum inſcitia. Nam leuius, minuſque Medico decipere volenti, vel ægris imponere, ſatisfacere poterit. Qui ſanare vero cupit, morbos quoque rite pellendi ſuſcipit onus, tantum accipiet pro ſuo medicamento, quod compenſare ſumptus valeat. Hæc Paracelſus.

Nota inſuper & hoc ſecretum ex Marte, de incerto authore. Recipe Croci Martis crudi, quantum vis, huic affunde ſpiritum ſalis, vt extrahatur tinctura, contrahit enim rubedinem: Depleatur à fæcibus, deſtilletur ſpiritus ſalis, & recens vel prior fortificatus iterum affundatur, & denuo abſtrahatur, ignem vltimo ad ſummum gradum intendendo, & aſcendent in Alembicum flores Martis rubei, qui in frigore facilime ſoluuntur in liquorem rubeum, per ſe: poteſt tamen affundi parum oleum ſalis, vel quod melius, refundatur ſpiritus ſalis in cucurbita & ſuperimpoſito alembico, in quo adhuc flores Martis, deſtilletur, & tranſeundo, ſpiritus ſalis ſecum ducit tincturam Martis: quæ in affectibus hepatis & Lienis eſt præſtantiſſimum medicamentum: Et ſi placet vti etiam poterit in externis corporis affectionibus.

CAPVT V.

De oleo Martis.

FErrum ſiue chalybs in reſinum ſiue oleum rubicundiſſimum per aquam aluminis redigitur: Vel ſi chalybs per acetum ſtillatitium læuigetur in puluerem croco ſimilem: atque hinc Sal Armeniacus octies aut nouies eleuetur: poſtea in oleum reſoluatur; idemq; aqua ſtillatitia diligẽter lauetur, dum dulceſcat. Hoc oleum etſi maiorem in chymia, quam in medicina vſum habeat, feliciter tamen in alui profluuiis etiam trium aut quinq; guttarum inſtar, cum olei nucis Moſchatæ ſcrupulo dimidio ex vino rubro potui datur. Andernacus.

Modus alius à Gallo Empirico: Recipe limaturæ ferri quantum vis. Imbibe vrina, poſtea calcina toties in fornace reuerberationis, donec impalpabilis reddatur, coloriſq; ſanguinei: Tunc pone in cucurbitam vitream optime lutatam: imbibas quoq; vrina, & fac deſtillare more aquæ fortis per horas viginti quatuor, ſemper ignem

augendo;

augendo: Et habebis oleum ſpiſſum rubicundiſſimum. Experientia iſtius olei: rubificentur laminæ cuiuſuis metalli, ſi extinguãtur in iſto oleo, ſtatim accipient colorem Auri. (Dico Sophiſticam.)

Modus tertius: Ex ipſo Martis Balſamo, cum ſpiritu vini Alkoliſato circulationibus conficies oleum rubicundiſſimum ad omnes hæmorrhagias interiores, & viſcera nutritionis corroboranda præſtantiſſimum, ſi guttula conſeruæ roſarum, aut ſymphiti permiſceatur, aut cum vino exhibeatur. Hac etiam ratione conficies oleum Veneris, Quercetanus.

Modus Quartus: Recipe Limaturæ Martis quantum ſufficit, ponatur in cucurbita vitrea, cui adde olei ſulphuris partem vnã, aquæ fontanæ partes tres, quę cum in arena calida ſoluta fuerit, exiccetur, donec rubicundiſſima fiat: mox oleo ſalis ſoluatur, rurſuſq; exiccetur. Demum igne fortiori ſublimetur crocus. Quod ſublimatũ eſt, ſuper lapidem porphyrium in cella vinaria collocetur, donec in oleum tranſeat. (aliquid dicit hic author, ſed Medicina eſt metallorum, non microcoſmi.)

Modus Quintus: Soluunt aliqui ferri elimatam ſcobem aqua ſeparationis ſeu quam fortem appellant, è chalchanto potiſſimum educta, qua abſtracta calcem illã ferri aqua communi toties abluunt, dum omni proſus acrimonia deſtituatur. Exiccatæ calci affundunt acetum ſtillatitium, & repente Balneo macerant: inde deſtillant, iterum affundunt, macerant, deſtillant: Idq; toties repetunt, dum ferrum in fundo inſtar olei reſideat: ad vlcera manantia, & pleraq; alia præſtantiſſimum: Et ſi recte temperetur, multo quam ferrum ipſum efficacius, ad ea omnia, quæ à Dioſcoride, Galeno & Aëtio de ferro ſcribuntur, præſertim languenti ſtomacho. Hieron. Rubeus.

Modus ſextus: chalybis ſiue ferri laminas q.v. accipe atq; aliquoties excandefacito, quo optime emolliantur, deinde redigantur in limaturam inſtar farinæ: Hanc Limaturam humecta & contere cũ optimo aceto vini & vncia vna ſalis gemmæ, repone in vaſe vel crucibulo, ſuperfundendo aceti ad eminentiam duorum digitorum ſic per menſem, interim ferrum ex parte ad opus reſtituitur, tum exime cum aceto, & viciſſim contere addendo vncias tres, ſalis gemmæ, denuo ſic repone per aliquot dies, vltimo iam repone in retorta ad deſtillandum, & pulcherrimum accipies oleum:

Huius

Huius Dosis est: Interne, guttæ 6. in cochleari pleno, aquæ melissæ, promouet partum: stomachicis v. dantur guttæ 4. in vino. Externe vtitur pro inunctione ad affectus vulnerarios, vt si quando quid de armis adhuc in vulneribus restitare videtur, id artificiose scit extrahere; Si prius inungatur vulnus, supra vero applicetur emplastrum Magnetis.

Modus septimus: Optimum fit oleum è scoriis ferri cærulei, de quibus & supra dixi: his affusum acetum destillatum extrahit rubedinem, sæpius tamen reiterando, rubedini illi aceto vicissim abstracto, affunde Spiritus vini q. s. tinctus ille, circuletur artificiose.

Modus octauus: Recipe limaturæ ferri lib. j. Sulphuris lib. j. Vitrioli lib. semis, misce & pone ad furnum reuerberationis ad 18. horas, ibi calcinetur, postea sublimetur cum Sale Armoniaco (qui Sal dicitur Martis à philosophis) sexies, postea dissolue in aceto destillato, & fac exhalare, & remanebit sicut Sal, hoc Sal super lapidē pone in cellam & dissoluetur in oleum, eodem modo fac oleum Veneris.

Modus nonus: Recipe Vitrioli Martis sine corrosione, vt supra docuimus, facti q. v. hunc calcina in tigillo vel crucibulo fusorio tamdiu, vsque dum nullus omnino ab eo amplius perspiciatur exire fumus, postmodum refrigerato vase, inuenies rubicundum puluerem subtilem, instar croci, hunc tere in marmore in puluerem seu Alkohol: cuius Dosis est scrupulus semis ad drachmam semis in vino vel aqua plantaginis contra Dysenteriam: Hunc crocum Author refert esse secretum ex optimis secretissimum: sic conficere iubet oleum: Recipe huius pulueris q. v. pone in vitro ad superinfundendū & digerendum cum Alkohole vini philosophico optimo, sic legitima methodo processionis abibit crocus in oleum, Auro persimile: Et qui hoc oleum reuera scit vnire cum oleo Antimonii, ille triumphum Chymiæ deportabit maximum, inquiunt philosophi. Hoc oleum datur hydropicis, Dysentericis, Lienosis, Ictericis, in Morbis solutis, etiam in affectibus Renum & Hepatis, &c.

Libauius lib. 2. Alch. Tract. 2. de extractis ca. 16. pag. 144. sic disserit de oleo Martis. Limaturæ Martis affunde acre acetum, & digere in calore per dies quatuordecim, effunde acetum & serua, postea cum sale tere limaturam, vt fiat crocus, elue aqua dulci, & sic collige crocum sufficientem per filtrationē aquæ & desessum pulueris.

Reci-

Recipe huius croci libram, aceti prioris selibram, spiritus tartari vncias duas, misce, digere & destilla per retortam in receptaculum in frigida locatum. Oleum innatans aceto separa, & rectifica per vini spiritum.

Hoc oleum, (pergit) fit & aliis modis. Matthiolus calcinatam ferri scobem macerat aceto destillato, donec rubescat, acetum abstrahit, addit aquam stillatitiam, macerat, filtrat, coagulat, coagulum destillat per retortam in oleum rubeum.

Aliter: Aqua forti facta ex Vitriolo & Sale petræ, solue ferri scobem, calcem reuerbera, affunde reuerberatæ vrinam & vinum: digere, destilla, & exit primo aqua, secundo oleum, quod fecibus tusis refunditur & destillatur quater. Tandem vi ignis elicitur oleum pingue.

Aliter: Limatam scobem vrina imbibe, reuerbera donec crocus fiat impalpabilis, repetita reuerberatione, fac postam cum vrina, & destilla oleum in modum aquæ fortis per horas 24. per gradus ignis, exit oleum spissum rubicundum, vtile ad citrinandum Argentum.

CAPVT VI.

De Martis mutatione in Venerem.

PAracelsus tom. 7. cap. 8. de Vitriolo, pag. 142. sic ait. Ferrum in cuprum transmutare, tanti non est, quanti est, ferrum vertere in Aurum. Quod ergo minus est, Deus manifestat: quod maius est, occultatur adhuc vsque ad tempus scientiarum Heliæ venturi. Nec enim suo Helia & artes carent. Cæterum transmutatio eiusmodi est: Recipe scobem seu limaturam ferri citra omnia alia metalla, cuprum aut stannum, &c. li. j. Adde Argenti viui libram semis. Vtraque pone in sartaginem seu cacabum ferreum, & affunde mensuram vnam aceti & Vitrioli $\frac{1}{4}$. Salis Armoniaci vnciam vnam semis, vna bulliant, & continenter cum ligno agitentur probe. Si acetum expirauit, plus subinde affunde, & vitriolum nouum adde. Per decoctionem hanc ferrum mutatur in cuprum. Si cuprum factum

est,in Argentum viuum omne abit. Coctura decem vel duodecim horas continuata,tum demum Argentum viuum ferro separa,quãtum eius superest, & probe laua vt mundetur. Argentum viuum excipe sacco facto ex aluta aut gossypio, & exprime. Ita relinqui videbis Amalgama. Id Amalgama finito exspirare & inuenies cuprum purum & bonum. Huius cupri accipe vnciam semis, Argenti tantundem fluant seu liquentur: & ascendet Argentum ad 16.gradum è vestigio. Et hæc eius probatio est. quod tale cuprum sit è ferro factum. Gradus autem fixos esse, verum non est. Qui vero in regali bene operari potest,is impensas suas cumulate inde exquirere potest. Momentũ omne in operatione & laborãdi cõsistit peritia: Vbi tamẽ pleriq; cæcutiunt. Prædicto processu semper cuprum ex ferro facere potest. Hoc dico vt transmutationem vnius in alterum confirmẽ.

Cementum Theophrasti super Venerem ex Marte, hoc est: Recipe Limaturæ Veneris ex Marte vnciam vnam, cinabrii vnciam vnam. SSS.in tigillo, ponantur ad ignem secundum vsum cementationis. F. cementum per 6.horas vel 8. Tunc Recipe illud cinnabrium cum noua Limatura Martis reducti in Venerem & procede vt supra, hoc tertio. Deinde Recipe Lunæ dissolutæ vnciam vnam, proiice in fluxu desuper cinabrium prædictum. Tunc effunde, formetur in laminas & ponatur in tigillum cum tali puluere, & cementetur per horas 6.SSS.secundum vsum,quod cementatum Recipe, & illud cementa adhuc semel in cemento regali per horas 24. Tunc habebis optimum Aurum. Item potes Aurum addere: Lunæ partem j.Solis partem j cinabrii partes ij.

Puluis cementi: Recipe Vitrioli vncias v. Aluminis vnciam vnam, salis nitri vnciam vnam, floris æris, Salis Armoniaci ana vnciam vnam semis. Dissoluantur & exsiccentur, & imbibantur cum aceto vel vrina F. puluis.

Regale cementum: Recipe laterum. salis communis fusi, &c. Recipe Antimonii vncias sex pulueris p̃dicti vncias quatuor, misce.

Aqua Grationis ex Vitriolo Veneris ex Marte.

Item aqua fortis: Recipe salis nitri, Aluminis, Vitrioli ana libram vnam semis, virid.æris, cinabrii ana lib.semis, Arsenici, Sulphuris ana libram semis. Destilla in aquam fortem secundum vsum nitri, quam secundario ac iterum destilla cum viridi æris, cinabrio & Arsenico, vt supra. Recipe Vitrioli facti ex Venere Martis, vnciam v-

nam

nam. Destilla in aquam cum sale, nitro & Alumine. Fiat aqua gradationis secundum vsum.

Valentini Basilii transmutatio ferri in Cuprum. Recipe Salis Armoniaci purissimi q.vis, huius solue in aceto præstantissimo bonam ac sufficientem quantitatem, soluto impone menstruo limaturam Veneris, ac colloca simul in putrefactione vel calore, vsq; dũ limatura satis facta sit matura & ad cõtritionem habilis atq; idonea, sicque Venus limata fiet instar croci flauissimi. Crocum hunc perquã optime edulcora, edulcorato, puluerem siue calcem exsicca, superfundendo olei Vitrioli rubicundi, aqua simplici permixti superfluso oleo, in arena vicissim ad siccitatem abstrahito, & phlegma omne abit primo loco, remanentiam destilla igne aperto per retortam, & sic destillabis oleum viride Veneris, transparens instar Smaragdi: Huic oleo vicissim impone de præparato croco seu puluere Martis, & confestim soluetur, soluto, coagula ad siccitatem seu puluerem siccum. Huius pulueris vncia semis transmutat integram libram Martis (in fluxum) in Venerem. *Crocus Martis.* *Oleum Veneris.*

Probatus quidam author talem exhibet gradationem ad Venerem ex Marte, quam tibi sic fidelissime trado. Recipe Arsenici, (per calcem viuam ac salem gemmæ aliquoties sublimati atq; rectificati) partem vnam, Mercurii sublimati partem dimidiam M. probe, & reconde in ouo philosophico ad fixandum per aliquot tempus, semper voluendo & reuoluendo, & breui temporis spatio fixabuntur in vnum corpus. Hoc Arsenicum ita præparatum accipe, ac superfunde oleum Vitrioli rubicundum, ad eminentiam vnius digiti, postea destilla inde phlegma, tandem adauge ignem vt confluat in lapidem vel salem, quo de sic scire debes. Accipe iam Veneris ex Marte confectæ, & Argenti puri ana, funde vna in crucibulo vt artis est, fusis & clare in igne perspicuis adde, siue proiice partem vnam super metallum (5. partes compositi metalli & j.par. Arsenici fixi) fac optime fluant, postmodum effunde & habes Lunam, quam ex artificiosa methodo copellabis: In copella examinata separa Lunam ab Auro per aquam forté, calx in corrosiuo menstruo remanens reducitur cum sale Alkali in Aurum. Arsenicum per se cum Mercurio fixatum & in Salem redactum, maximarum in externis est virtutum.

Andreas Libauius lib. 2. Alchem. tract. 1. de Magist. cap. 19. pa. 64.

Sic refert de ferri in cuprum mutatione: Scobs ferri minuta maceratur in aqua vitriolata, aut in ea coquitur, donec ad constantiam coloris & teneritatis peruenerit. Aliter florum æris (æruginis) vitrioli, salis ammonii quantitas analoga commiscetur, vt fiat puluis, qui coquitur in aceto forti per mediam horam. Inde statim immissa ferri limatura vna coquitur: cum respondet color, & consistentia voto, reducitur: Aliter ex Porta: Fuso ferro asperge sulphuris viui paulatim quantum possit capere. Effunde in virgas, eritque friabile: solue aqua forti in calcem, quam reducito.

Cementantur etiam laminæ ferreæ cum Vitriolo calcinato, vel oleo Vitrioli restinguuntur.

Qui negant metallorum transmutationem omnem, hic euidenter redarguuntur. Vulgo enim constat hæc mutatio per aquas vitriolatas, & ad montem Carpatum Vngariæ solennis est illa conuersio, cuius descriptio sic habet: Aqua ferrum corrodens est ad Smolniciam, quod oppidum ad arcem Zepusiensem pertinet, intra montes, vnde quondam metalla eruta sunt. Extrahitur autem haustro, quod ab aqua superne illabente impulsum, circumactu & tractu funis, cui implicati sunt crebri nodi coriacei, implet fistulas, per quas funi meatus est, quibus adiuncti canales effusam aquam excipiunt, & emittunt sub dium in alueolos in terram defossos, quibus ferrum siue vetus, siue nouum imponitur. Quæ minora sunt ferramenta citius adeduntur. Solea ferrea equi consumitur intra horas 24. Quæ vero sunt crassiora, qualia sunt quæ in vicini mōtis ferrariis hunc in vsum fiunt: postquam per aliquot dies immersa iacuerint, cum limo quodam obducuntur adesa, eoque statis temporibus abluuntur, & purgantur, vt in id quod superest ferrum, aquæ vis efficacius penetret. Quod pereso ferro manet luto simile. Cuprum est, (ipsi cementum vocant) id in fornace confiatur in massam, & deinde per aliam fornacem eliquatum fit purius & purgatius, & ad omnes vsus non minus vtile, quam quod fit ex metallo, cuius multæ sunt fodinæ eo in loco. Non dubium est autem quin aqua hanc vim à Venis metalli trahat, præsertim à pyrite æris, &c. Paracelsus in Chirurg. Mag. Ferrum in cuprum, Venerem in Saturnum mutari nemo est qui ignoret. Idem Agricola, Baccius & alii testantur: & nominatim Agricola modum exponit duplicem, quorum vnus est per aquam Smolnicensem, alter per chrysulcam veterem.

Fer-

Ferrum in plumbum mutare docuit Paracelsus, nempe fieri id, si quis scobem ferream cum æquali fluxu, eoque optimo in catinum iniectam ad fornacem anemiam reuerberet, cementetque ita per horam sine fusione, tandem vero igni fortissimo bene fundat. In catino per se refrigerato inueniri ait regulum plumbeum in imo.

Ferri in stomoma seu aciem transmutatio poterit forte etiam annumerari mutationibus in qualitate, sed cum species sint vt numeri, & quidam diuersas species esse dicant: huc referatur. Ferrum durum, ductile ante folles cum fluoribus eliquetur acri igni: Liquatura agitetur sæpius, vt ferrum mollescat vt massa panis. Massa illa extracta dilatetur super incude, perfundaturque frigida in eam proiecta. Frangatur malleo: fragmenta cum noua materia recoquantur, agaturque vt prius, & fiet acies. Idem & cuprum vertit in plumbum hoc modo: Hydrargyri sublimati, arsenici fixi æquales miscentur cum eliquato cupro, vt fiat corpus album instar argenti. Hoc granulatur, additur par quantitas fluxus reductorii. Cementatur primum sine fusione, post funditur: Regulus exit plumbeus. Regulus stibii videtur genus plumbi duri esse, sæpe eum fundunt, & restinguunt in aquis, succisque mollientibus, vel pinguedinibus, donec plumbi acquirat mollitiem, postea verti in stannum elutione potest. Nam plumbum in stannum transit, si sæpius calcinetur, vel granuletur, eluatur lixiuiis salium, vitrioli &c. & reducatur.

Testes sunt Agricola, Paracelsus, cum omnibus Chymicis metallicisque peritis. Potest & cementari in laminas ductum, per strata vicaria cum Sale ammonio. Cementatum funditur, idque repetitur, cementi ratio sit pro plumbi natura & mollitie. Transit & stannum in plumbum calcinatione crebra, & in reductione obseruato igni conueniente, sine tamen lotione, ita infuscatur. Potest etiam feruens restingui aquis mollitientibus. Ita metalla in se transeunt mutuo. Gemmæ in se transmigrant potissimum accessu Tincturæ, induratione, coloratione, &c. Natura quoque docuit, quomodo species chalcanthi in mutuas transeant, obseruatore Galeno. Sory enim in chalcitin, hæc in misy transformatur, cum videantur non tam substantia, quam colore & partium crassitie tenuitateque differre. Eadem ratio est & sulphuris, quanquam & huius species credantur substantia indistinctæ esse, & tantum magiste-

rio colorationis transmutari, dum è citrino fit nigrum, vel epaticum, vel rubeum, &c. Cuiusmodi transmutationum exempla non in mineralibus tantum occurrunt, sed & vegetabilibus & animalibus.

CAPVT VII.

De vario vsu Ferri, tam antiquorum quam recentiorum Medicorum.

BAlsamus ad vulnera Paracelsi lib.1.chir.min.cap 3.pag.22. Recipe Therebint.olei Lini, ana lib.iij. Florum æris, croci Martis, salis fusi ana vnciam vnam, liquoris Parthenionis vncias quatuor, coquantur in spissitudinem satis corpoream.

Ad omnium vulnerum curam idem Paracelsus: Recipe olei anetiui, Lini, ana lib. 1. Therebint. lotæ, Vertonem j. Carabis triti vnciam vnam, Colcotharis, croci Martis, Florum æris, ana vncias duas, Fiat Viscus.

Puluis ad vulnera idem: Recipe croci Martis, Veneris atque Saturni ana vnciam semis, Mercurii dulcis drachmam semis, inde fiat puluis.

Compositio Fodicationum Emplastri. Recipe ceræ lithargyrii ana lib.j. Calaminaris, Colophoniæ, ana vncias duas semis, olei communis lib.j.semis. Liquescant igne leui cera, Colophonia, & oleum simul, postea lithargyrium & calaminaris contusa, tritaque subtiliter sensim iniiciantur ac decoquantur ad Emplastri iustam spissitudinem, incombusta postmodum imponantur gummi hæc: Recipe Opponacis, Serapini, Bdellii, Am̄oniaci, Galbani ana vnciam vnam semis, præparatorum tamen, & in aceto coctorū prius. Et postquam aliis admixta fuerint, addantur isti pulueres: Recipe Corallorum alborum & rubeorum, Mumiæ, Myrrhæ, Thuris ana vnciam vnam, Antimonii vnciam semis, croci Martis drach. duas. His aliis admixtis partem adiice larignæ Masticis, deinceps effunde. Postmodum Hypericonis oleo, necnon lumbricino cum additione Camphoræ vncia semis, agitato manus inter, & serua.

Balsamus Tartari, eiusdem Paracelsi in tract. de chirurgia vulnerum cap.4.pag.304. Recipe olei Tartari (iuxta authoris in eodē loco descriptionē) vncias quinque, Mumiæ vnciam vnam, croci Mar-

tis vnciam vnam ſemis, olei ouorum drachmas decem, miſce ſimul, hic incarnat & concludit foramina vulnerum.

Ad conſolidationem vlcerum, idem Paracelſus: Accipe fodicationem Emplaſtri lib.j. ſecundum artem chirurgiæ (iamiam dicti) compoſiti, cui croci Martis addatur vncia ſemis, & calcinati vncia ſemis, inter manus commiſceantur: Hoc medicamento ligentur vlcera mane ac veſperi in finem concluſionis.

Cap. 4. eiuſdem libri de cura vulnerum emortuorũ inquit, (concluſio illius curæ) recipe crocum Martis in igne per ſe combuſtum, aut reuerberatione paratum, nõ per acetum: Hunc vlceribus iſtis inſperge quoquo die bis. Et cum ſecundo voles eundẽ inſpergere, lauato prius vlcus hac aqua. Recipe communis aquæ mẽſuræ partem quintã, Aluminis vnciam vnam, ſalis communis vnciã ſemis. Et vbi munde laueris, exſicca, poſtmodũ inſperge crocũ Martis, & cõclude.

Cap. 5. ait, (concluſio de cura crurum) recipe corticum ouorum calcinatorum, & aluminis vſti & exſtincti drach. vnam, croci Martis vnciam integram & ſemis, Thuris, Maſticis, Myrrhæ, ana drach. ſemis. His omnibus optime tritis vtere vt moris eſt.

Crocus Martis optime reuerberatus & ſubtiliſſimus: ſanguinem ſiſtit: cap 12. de ſanguine ſiſtendo &c. cap. 9. ait: Ferrarii quidem aduſto ſuo ferro, quod crocus Martis appellatur, vſi ſunt ad vulnera: Item Ærarii fabri ſanguinis fluxum ære aduſto reſtrinxerunt, & fluẽtia ſiccarunt vulnera. Figuli v. lithargyrio Argenteo (quod vocant) vel aureo nonnulla ſunt etiam experti &c. Multa ſane ſunt vulgariũ inuenta, quæ dicta fuerunt experimenta, multo plura tamen ab Alchimiſtis varia tentantibus, & in variis rebus hic non deſcribenda, (in ſequentibus tamen) prout minium, ceruſſa, æs vſtum, æs viride, ſimiliaque reperta fuere.

Cap. de aduſtionibus inquit: ſub curæ finem poſt extractionẽ incendii, curabis medicamentis vulnerum, aut ſiccis pulueribus, aut croco Martis, vel croco Veneris &c. Hæc Paracelſus, videantur & alii authores.

Puluis Epuloticus Quercetani: Recipe calcis teſtarum ouorum opt. calcinatorum vnciam ſemis, Boracis, aluminis vſti ana drachmam vnam, croci Martis vnciam vnam, Fiat puluis. Optimus eſt ad cicatricem obducendam.

Puluis

Puluis alius Quercetani cicatricem inducens: Recipe aluminis vsti vnciam vnam, cretæ Vitrioli drachmas tres, Croci Martis, Croci Veneris ana drach. duas. Misce, & fiat puluis, quo vti poteris per se, vel excipiatur melle.

Puluis Cachecticus Quercetani: Recipe limaturæ Chalybis in tenuissimum Alkool per simplicem aquam redactæ, vel cum sulphure calcinatæ, vt artis est, vnciam vnam, Fæculæ Rad. Aronis drach. vnam semis, Ambræ Griseæ drach. j. semis, Essentiæ Corallorum, Margarit. ana drach. duas, succini præparati, Cinnamomi ana scrupulos quatuor, sachari q. s. vt fiat puluis gustui gratus; Dosis semicochleare argenteum mane.

Tragæa Quercetani ad effectus Hepatis: Recipe Coralli rubri præpar. Spodii. spec. Diatragacanthi ana drach. duas, pulueris Hepaticæ, sem. Acetosæ, Portulacę Berberis ana drachmam vnam, croci Martis optime præparati drachmas duas semis, croci ex oleo sulphuris parati scrupulos duos, conseruæ è rosis siccis, vel sachari Rosati q. libuerit. Misce, fiat Puluis: Dosis drachma integra.

Antidotus Quercetani Hepatica maior pro ditioribus: Recipe extracti Hepatici maioris vncias tres, extracti Santalorum omnium drachmas sex, extracti chelidoniæ vnciam semis, extracti Hepatis vituli vnciam vnam, Arcani Tartari drach. duas semis, Magisterii Corallorum drach. tres, olei Sulphuris in crocum conuersi drach. j. olei Martis drach. j. Syrupi Corallorum q. suff. Fiat Antidotus: Dosis scrupulus vnus per se, vel cum iusculo, vino, aut liquore aliquo conuenienti.

Antidotus Hepatica minor pro gregariis, Quercetani: Recipe extracti Hepatici minoris vncias quatuor, Trochiscorum Diarrhodon, Coralli præparati ana vnciam semis, Trochiscorum de Eupatorio, Trochis. de Rhabarbaro ana drach. duas, spec. Dialaccæ maioris, Diacurcumæ minoris ana scrupulos quatuor, Croci Martis optime præparati drach. duas, Tincturæ rosarum q. sufficit.

Fiat Antidotus: Dosis drach. vna semis vel drach. ij. Antidotus Splenitica maior: Recipe extracti Splenitici maioris vncias duas, extracti Lienis Bouis vnciam vnam semis, extracti seu fæculæ Rad. Aronis drach. ij. Salis ceterach, Salis fraxini ana drach. j. semis, Croci Martis cum sulphure præparati, vt artis est, scrupulos quatuor,

Vini

Vini Chalybeati q. suff. Fiat Electuarium: Dosis drach. semis ad drach.integram.

Antidotus Splenitica minor Ios. Quercetani: Recipe extracti Splenitici minoris vncias quatuor, Electuarii Diacapparis vnciam semis, Elect. è scoria ferri drach. vj. Diacosti drach. duas, Diatrion pipereon, scrupulos quatuor, Syrupi de pomis redolentibus q. suff. Fiat Antidotus.

Extractum Spleniticum Maius I. Quercetani: Recipe Rad. serpentariæ maioris, Filicis, Valerianæ ana vncias duas, cort. fraxini, Capparorum, Tamaricis ana vncias tres, ceterach M. ij. sem. Carduibened. Cumini, Costi ana vnciam vnam, Piperis Cubebarum ana drach. vj. Flor. Genistæ, Hyperici, Buglossæ, ana p. ij. Rasuræ Eboris, Cinnamomi, ana vnciam semis, limaturæ Chalybis cum sulphure calcinatæ vncias x. Indantur in matratium vitreum, superaffundendo Aceti scillitici lib. j. Aceti Buglossati, & Sambucini ana libram semis, Aquarum florum Ebuli, & Scolopēdriæ ana q. suff. ad materiam rite macerandam, procede ex lege methodica Extractionis prout vult Quercetanus: vide eum in pharmacop. restituta cap. 25. de variis Chymicis operationibus &c. pag. 425.

Linimentum Quercetani, sanguinem cohibens. Recipe Boli armeni spagyrico more præparati vncias duas, croci ♂, croci ♀ ana vnciam j. olei rosati q. suff. & M. & fiat Linimentum.

Linimentum Quercetani Defensiuum. Recipe Boli Armeni præpar. sangui. Draconis, Coralli rub. ana vnciam semis, croci ♂ drach. ij. Baccar. Myrti drach. j. semis, olei ros. Omphac. vncias iiij. ceræ drach. j. semis. F. Linimentum.

Vnguentum Quercetani, sanguinem stringens. Recipe croci Martis vnciam j. calcis testarum ouorum, Colchotaris ana vnciam semis, cineris Ranarum vstarum drach. duas. Excipiantur oleo Visci pomorum.

Vnguentum aliud Quercetani, sanguinem in vulneribus cohibens. Recipe croci Martis subtilissime reuerberati vncias duas, croci Veneris vncias duas, excipiantur oleo Visci pomorum simplici, & Fiat Vnguentum.

Vnguentum Quercetani ad Gangrænas. Recipe Mellis vncias duas, croci Martis, croci Veneris, ana vnciam semis, pulueris Myr-

rhæ, Aristol. rotun. ana drach. ij. Caphuræ drach. j. semis, Phlegmatis Vitrioli acidi vncias iv. Decoquantur ad consistentiam vnguenti, adde Mercurii præcipitati vnciam semis. Inungantur Elychnia & turundæ.

Puluis causticus Galeni: Recipe chardæ combustæ, plumbi vsti, æris vsti, Arsenici, squamæ ferri ana vnciam vnam, sulphuris viui vnciam semis. Fiat puluis.

Triphera minor Phænonis: Recipe Myrob. Chebulor. Bellericorum, Indorum, Emblicorum, Nucis moscha. ana drach. v. sem. Nasturtii, Asari, Origani persici, piperis, Olibani, Ammeos, Zingiberis, Fructus Tamarisci satiuæ, Nardi Indicæ, Schœnanthi, Cyperi ana drach. iv. Scoriæ ferri, quinque diebus in aceto maceratæ, & siccatæ drach. xx. Myrobalani cum butyro recenti non salito assentur modicum, reliqua oleo amygdalino dulci inuoluantur: deinde addantur moschi drach. j. Mellis despumati triplex pondus, vel quantum satis est. Dosis drach. j. ad vj. Mesues.

Triphera alia minor: Recipe Myrobal. Chebularum, Indarum, Belliric. Emblica. ana part. æquales, hæ butyro Vaccino inuolutæ frigentur melle Emblicarum excipientur, aromatizetur moscho. Addunt alii, Cyperi, Thuris, Asari, sem. apii, Nasturtii ana scrupul. j. Scoriæ ferri, drach. j. Ventriculum & Hepar firmat: Lienteriæ confert & Hæmorrhoidibus malignis, & formæ corruptæ. Mesues.

Electuarium Rondiletii pro splene. Recipe conser. ceterach vncias duas, Trochis. de Capparibus drach. j. spec. Diarrhod. Abb. Diagalangæ ana drach. j. semis, Limaturæ Chalybis, maceratæ in aceto, & tenuissime tritæ, drach. tres, sem. Portulacæ drach. j cum Syrupo acetoso simplici F. Electuarium. Sumatur quotidie ad quantitatem auellanæ, superbibendo parum aquæ Portulacæ, Tamarisci, vel Syrupi acetosi simplicis.

Vnguentum Rondiletii ad Tumorem Lienis ob flatus: Recipe olei Nardini, de Absynthio ana vnciam semis, sem. Agni Casti, Portulacæ, Capparorum, vel Fraxini ana drach. ij. sem. Apii Petroselini, Cumini in aceto macerati ana drach. j. Coralli rubri vsti, Scoriæ ferri ana drachmam j. semis, Ceræ quantum sufficit. Fiat Vnguentum. Cui adde tempore inunctionis Aceti q. s. vngatur regio splenis.

Emplastrum Quercetani Cephalicum, ad vulnera capitis cum fractu-

fractura Cranii: Recipe ſucci peruincæ, Chelidoniæ, conſol. maioris ana vnciam j. Mumiæ, Myrrhæ, Sarcocollæ, Ireos ana drach. j. Rad. Ariſtoloch. rot. vnciam ſemis, pulueris ſuccini flaui opt. triti drachmas duas ß. Terebint. Mellis ana vncias tres, croci Martis drach. iij. Ceræ q. ſ. M & formetur Emplaſtrum, quo capitis vulnera contegantur.

Sief luteum, Meſuæ: Recipe Cadmiæ lotæ, vſtæ, & in lacte mulieris maceratæ drach. x. Ceruſſæ lotæ vnciam j. Squamæ ferri vnciam ſemis, Opii drach. ij. Tragacanthæ, Gummi Arabici ana vnciam ſemis, Aquæ pluuiæ q. ſ. Fiat Sief. Confert doloribus oculorum vehementioribus à cauſa calida.

Iſabella Corteſe ad denigrandos crines: Recipe limaturæ ferri q. ſ. ponatur in aceto fortiſſimo per dies decem: deinde capilli inungantur.

Bayrus ad capillos nigros reddendos: Recipe ſcotiæ ferri, limaturæ plumbi q. ſ. coque in Aceto ad conſumptionem medietatis. Cole & vnge. Item ille, inunctio cum plumbo combuſto, confecto cum ſucco Betæ ad Mellis conſiſtentiam, vngendo nigrificat barbam.

Ne capilli creſcant: Recipe Rubiginis ferri, Teſtarum marinarum vſtarum ana q. ſ. cum ſaliua hominis ieiuni miſceatur.

Multa quidem adhuc de Marte hic dicenda eſſent, ſed hæc Polyticis & Armigeris alio in loco, Deo dante, aperiemus.

LIBRI TERTII

BASILICÆ CHYMICÆ

Pars III.

De Venere seu Cupro.

CAPVT I.

De eius Definitione, Natura ac Proprietate.

AEs, Græcis χαλκός & ὀρείχαλκος, quod & Latini Orichalcum & Aurichalcum exprimunt, ab ὄρος, id est mons, quod in montibus fodiatur. Cuprum item hodie Latinis dicitur, Germanis Kupffer. Nonnulli vero æris vocabulo omnis metalli rudem adhuc materiam vocant. Imitari in hoc volentes Germanicam appellationem, quam Germani rudem metallorum materiam Ertz nominant. Multo etiam magis inconuenienter æris vocabulum generale ad omnia metalla quidam faciunt. Officinæ vocant Æs vstum, Germ. Kupfferstein oder gebrandt Ertz. Fit autem æs siue cuprum è sulphure rubro, & Mercurio prorsus non immundo.

Est tamen hoc discriminis inter æs, seu Orichalcum & Cuprum, quod Cuprum dicitur rudis adhuc, & non perfecte elaborata materia, ad rubedinem plurimum accedens, quod Germani peculiariter Kupffer vocant. Æs vero seu Orichalcum est cuprum perfecte elaboratum, & aurei coloris prorsus æmulum, Germanis Messing/ quæ alteratio fit per puluerem lapidis calaminaris dicti, item admixtione stanni, quod maiorem ipsi candorem indit. Argen-

Argento vero purgationi eius imposito, Auri prorsus fit æmulum, vt facile ignaros decipiat. In virorem vero conuertitur, si sale aspersum lotio pueri aut aceto superponatur, &c.

Philosophorum alius sic: Æs Veneri dicatum, ab insula Cypro in qua laudabile & copiosum eruitur, cuprum vulgo dictum, vel Aurei coloris est, ob id a multis Aurichalcum dictum, vel ad rubedinem accedit, & absolute æs dicitur: quod apud veteres magis fuit in vsu, quam Aurum vel Argentum, vel ferrum: Nam prima hominibus moneta fuit ex ære, vnde ærarium publicum, vnde æs alienum, & quæstor ærarius. Itemque bellatorum arma olim non ex ferro, sed ex ære fuerunt, vt etiam statuæ & templorum valuæ. In pharmacopoliis autem hæc passim occurrunt, æs vstum, flos æris, squama æris & ærugo, hæc omnia ex sequentibus iamiam patebunt, æs vstum, inquit Dioscorides fit è clauis solutarum nauium, fictili crudo compositis subsperso sulphure, cum sale pari: Omnibus vicissim inspersis, fictile circumlito creta singulari spiramento, fornacibus inditur, donec percoquatur.

Probatur autem æs vstum rubrum, & quod contritũ colore cinnabarim imitetur: nigrum v. plus quam deceat, exustum est. Fit secundum Dioscor. vt iam dictum: sed quidam pro sulphure & sale alumen inspergunt. Alii sine sulphure ac sale, fictili multos dies vrũt. Alii sulphure solo vtuntur, fuliginem tamen excutiunt. Alii oblitos scissili alumine clauos cum sulphure & aceto, fictili crudo cremant. Alii in ænea olla aceto respersos vrunt, ac iterum & tertio idem efficiunt, postea recondunt. Principem locum tenet, in Memphide cõbustum: proximũ, in Cypro. Dioscoride teste adstringit, exiccat, reprimit, extenuat, attrahit. Vlcera purgat, & ad cicatricem perducit. Vitia oculorum emendat. Excrescentias carnis cum oxycroceo, aut emplastro Apostolico consumit: nomas cohibet: vomitus ciet cum hydromelite aut melle sumptum vel illitum. Cum melle & smegmate fistulas sanat. Melancholiam purgat: Vnde emplastris splenis melancholiam educentibus admiscetur.

Squama seu Batitura æris Germanis Kupferschlag. Est æris illud recremẽtum, quod ictu malleorum desilit: estq; alia crassior, quæ & præstantior, (& helitis, id est, clauaris nominatur) si rufa præsertim etiam si acuti respersu æruginem contrahat: Altera vero farinæ in

modum tenuis, hanc Plinius vocat ſtomoma, Germanis Keſſelbraun ſiue Kupferbraun; quæ ex vili promiſcuoq; ære, aut candido, vitioſa erit. Vim habet adſtrictoriam, extenuantem, reprimenten & erodẽtẽ: nomas coercet, vlcera ad cicatricem perducit pota ex aqua mulſa, aquam trahit. Aliqui farina ſubactum dant in catapotio Additur ad oculorum medicamenta: genarum namque ſcabritiam abſumit, & fluxiones exiccat.

Ærugo, Germanis Spongrün / raſa fit iis, modis In cadum aut aliud conſimile vas, acetum quam acerrimum infunditur: Superponitur inde inuerſum æneum vas præſertim concameratum: ſin minus, planum: Sitque obſtructum, nullumq; habeat ſpiramentum: Exempto quo doliolum obturaueris, operculo, decimam poſt diem inſidens ærugo deraditur. Aut æris lamina in cadis ſuper acetum ita ſuſpenditur, ne ipſum attingat, & totidem poſt dies raditur. Aut maſſula æris, aut lamina vna pluresve vinaceis non recentibus, ſed iam aceſcentibus conduntur, & ſimili modo verſantur. Quin etiam ex delimata æris ſcobe æruginem facere licet: nec non è laminis, quibus bracteæ Auri concluſæ malleo ducuntur, ſi quis eas aceto reſpergat, & ter aut quater verſet, donec æruginem contrahant. Tradunt æruginem in Cypriis metallis gigni, lapidibus quibuſdam nonnihil æris habentibus, quibus ærugo effloreſcit: adduntque per caniculæ æſtus è quodam ſpecu manare: Sed illam paucam, & optimam eſſe: Hac ſpeluncis effluentem, copioſam quidem & boni coloris, ſed vitioſam, quod multos lapides collegerit. Pluribus autem modis adulterant: aliqui pumice admiſto, alii marmore, alii atramento ſutorio. Sed deprehendemus (inquit Dioſcorides) pumicem, aut marmor, dum pollice ſiniſtræ manus madefacto æruginis portiunculam, altero atterimus: Siquidem eam diffundi conſtat: Marmoris autem puniciſque partes coeunt non diſſipatæ, demumq; tractatione crebra & humoris complexu dealbeſcunt, quin & dentium appreſſu: Siquidem ſincera cedit, læuis & ſine aſperitate. Atramentum v. ſutorium igne coarguitur: namq; ſi fictile, aut lamina adulterata ærugine illinatur, & feruenti cinere, aut carbonibus incaleſcat, alterutrum mutabitur, rubeſcetq; id, quod atramentum ſutorium acceperit: quod id vſtum ſuapte natura talem ſortitur colorem. Æruginis quam vocant ſcoleciam,

leciam, duo ſunt genera, quædam foſſilis eſt, alter a factitia in hunc modum. In mortario Cyprii æris dimidiam heminam aceti albi acriſq;, piſtillo cupreo conterito, donec ſtrigmenti craſſitudinem imitetur: Deinde aluminis rotundi drachmam vnam, cum ſalis foſſitii translucentis aut marini quam albiſſimi, ſolidiq;, aut certe cum nitri pari pondere teritur in Sole æſtuoſiſſimis diebus, ſub ſidus caniculæ, donec colorem æruginis contrahat, & concretu ſtrigmentoſum fiat: vbi a. ſe in vermiculorum Rhodiacis ſimilium ſpeciem coegerit recondito. Efficax, & valde boni coloris, ſi duas partes veteris, cum vna aceti adieceris, & alia, quæ dicta ſunt, peregeris. Sunt qui æruginem raſilem, quæ in apparatu non reſpondit, gummi miſto digerant in formas & ita vendant. Quod genus vt vitioſum improbatur. Fit & quædam ærugo ab aurificibus, mortario & piſtillo Cyprii æris, cum vrina pueri impubis, qua Aurum ferruminant. Antedicta æruginum genera vſto æri omnino reſpondent, ſed magis effectu valent. Sciendum foſſilem ſcoleciam præſtantiſſimam eſſe: deraſam ſequi; Poſtremo loco factitiam. Mordaciſſima tamen eſt hæc & magis aſtringens. Aurificum autem ærugo raſæ reſpondet. Ærugines omnes aſtringunt, extenuant, excalfaciunt, oculorum cicatrices emendant, lachrymas cient, nomas ſiſtunt, vulnera ab inflammatione tuentur. Vlcera ex oleo ceraque ad cicatricem perducunt: Callos & ſordida vlcera purgant, cum melle coctæ: Callum fiſtularum erodunt cum ammoniaco, collyrii modo in eas adactæ, ad gingiuarum autem excreſcentias, & extuberationem vtiles. Magnopere extenuant genarum craſſitiem, cum melle illitæ; verum poſt illitionem ſpongia ex aqua calida locus fouendus eſt, Reſina, Therebintina exceptæ, cum ære & nitro lepras abigunt. Vritur ærugo quamcunq; velis, minutiſſime fracta, comminutaq;, in fictili patina, flagrantibus prunis ſuperpoſita: verſaturque donec mutet, & colorem cinereum concipiat: Poſtea refrigerata reponitur ad vſum. Sunt qui cruda olla eam vrunt, ſed non prorſus eundem colorem cremata reddit. Dioſcorides.

Sed hallucinantur, qui credunt, æruginem & æris Flores vnam eandemque rem eſſe.

Dioſcorides dicit flos æris fit cum fornacibus æs fuſum in recepracu-

ptaculum cælabitur per colla fistularum ad ea pertinentium. Et antequam coeat in massam duram, super ipsam adhuc ignitũ aqua frigida infunditur. Tum siquidem repentino concretu ac densatione velut expuitur & erumpit flos antedictus. Vapor quoq; concrescens delabitur granulis milio proximis ac rubidis quæ pro flore æris habentur. Alius dicit: Flos æris grana quædã sunt minutissima, panici effigie, rubentia æris modo, quæ exiliunt ac erumpunt quando æs per cola funditur, & aqua pura & frigidissima affunditur. Facile reperiri potest in ærariis officinis. Optimus est friabilis, in attritu fuluescens, milii effigie & numero, breuis, ponderosus, modice splendens atq; constringens, qui de limatam æris scobem non recipit, qua sæpe adulteratur. Sed id facile deprehenditur, cũ dentium illitu dilatantur ramenta. Fit a. cum æs fornacibus fusum, in receptacula delabitur, per cola fistularum ad ea pertinentium. Tũ huic negotio addicti ministri, sordes expurgantes, aquam clarissimam infundunt, refrigerandi proposito: Itaq; repentino concretu, ac addẽsatione velut expuitur, & erumpit ante dictus flos. Adstringit & excrescentia coercet: Offusam oculis caliginem emendat, sed magnopere mordet. Quaternum obulorũ pondere datus, crassum humorem extrahit, carnosa narium, & sedis vitia absumit: eruptiones papularum cum vino cohibet. Candidius contra diuturnas aurium grauitates tritus, in eas per fistulam flatu impellitur: Vuam, tonsillasque reprimit, farina eius cum melle admota.

Nobis etiam dicuntur flores æris idem quod extractum æris viridis, de quo vide supra in 1. part. Basilicæ Chymicæ ca 5. de cementis.

Libauius in comment. Alchem. part 2. lib. 1. ca. 9. dicit æs est metallum imperfectum, durum, ex Mercurio & sulphure impuro, quorum pars maior fixa est, minor non fixa, copiosior tamen quam in ferro, coloris rubei. Itaq; & ignitur, & funditur citius ferro, quod plus hydrargyri habeat, & sulphuris volatici: neq; tamen cohæret facile Argento viuo, quod huius respectu ex eo parciore cõstet, pluri vero terrestri & chalcantosa materia sulphuri coniuncta. Extenditur malleo, interimq; remittit squamas, & florem ob Sulphur terreum. Coloratur magnetide, & cadmia glebosa, facileque assumit faciem vtriusq; metalli perfecti. Aquis acribus & fumis facessit in æruginem, cæruleum, flauitiem & albam quandam substantiam.

Para-

Paracelſus tom. 8. lib. 4. Philoſophiæ cap. 3. pag 98. inquit: Marcaſitis & cachimiis à prima materia metallorum hoc modo ſeparatis, ſequitur deinde generatio primæ, quæ è Veneris, dum ſcilicet Archeus ex materia prima, ruborem præcipuum, qui in ſulphure eſt, & ex Mercurio leuiſſimum, & à ſale potiſſimam flauedinem expellit. Ex tribus his Archeus cuprum conficit. Quod dum in vrinalem lineam in Yliadum exigit, metallum fit, idque rude & craſſum. In rubētiſſimo enim ſulphuris colore, ſubtilitas nulla eſt, eſtque color is proximus auro: Vbi autem color craſſiſſimus in ſulphure manet, ibi aurum nullum emergere poteſt. Iam vero quia ea materia metallica eſt, ideo Archeus ſeparat, & cuprum inde generat. Id vero in ſolidum metallum verti non poteſt: Siquidem in operatione cum vitriolo permixtum eſt, adeoque exquiſite vnitum, vt metallum prodeat, in quo cuprum iacet. Pręterea per ſeparationem, qua marcaſitarum cachimiarum naturæ expelluntur, cupreæ generationis nimis celeriter concurrunt, ſeſeque imprimunt, & ſimul coagulantur. Cuius rei hæc cauſa eſt, ꝙ id primum poſt ſeparationem marcaſitarum & cachimiarum metallum ſit. Itaq; in vera ſeparatione marcaſitæ & cachimiæ reperiuntur, velut & tria prima, ex quibus illæ enatæ ſunt. *Veneris ſeu cupri generatio.*

Idem tomo 6. libro vexat pag. 283. ait: Alia ſex metalla, venerem ex omni ſuo colore, medioque liquefactionis, cum in- conſtantia corpus extrinſecum fecerunt. Neceſſarium tamen foret ad intelligentiam aliquot exemplis demonſtrare quinam res manifeſta per ignem occultetur & manifeſtetur occulta materialiter. Quicquid eſt combuſtibile, naturaliter per ignem transmutari poteſt, de vna in aliam formam, videlicet in calcē, fuliginem, cineres, vitrum, colores, lapides, & in terram: quæ poſtrema rurſus in multa corpora noua reduci poteſt metallica: ſi metallum etiam aduſtum, aut ærugine vetuſta fragile eſſet, malleationem ignitionibus iterum adipiſcentur, &c. *Veneris natura.*

Memorat Geberus (inquit Libauius in comment. par. 2. lib. 1. cap. 9. pag. 20.) æris ſquama à riuulo metallico protruſa, trienniocque ad ſolem excocta, poſtea fuiſſe aurum confectum. Aliquibus etiam perſuaſum eſt ſolem in tectis æreis diuturno calore maturitatem & perfectionem quandam producere, vt poſtea ex illo ære *Ex venere ſiue ære aurū.*

conflari. Negant quidam docimastæ, in cupro, ex quo argentum extractum est, micam auri esse, quod omne cum argento sit exhaustum. Sed tamen illa assertio nihil absurdi habet, cum constet, si principia auri vel argenti sint in metallis imperfectis, tandem ea maturescere, perinde vt & Mathesius de plumbo cinereo testatur. Geberi dogma est, quod facile possit accidere, vt æs ad naturam auri & argenti mutetur: Quod sit bonæ conuersionis & pauci laboris, id quod in symbolum habentibus fieri consueuit. Huius gratia etiam Chymici aquis aureis & argenteis laminas eius candefactas restinguunt, sibique perfectionem quandam persuadent. Alii idem experiuntur per cæmenta, & similia artificia. Arguit & natiuitas eius, quod non plane abhorreat ab argenti natura, cum in pyrite & lapide fissili sæpe vna reperiantur. Soluitur argentum in colorem cęruleum, & albedinem quandam mercurialem. Vtraque hæc etiam in cupri solutione conspiciuntur, quanquam cum virore & flauitie. Inimicitiam videtur exercere cum ferro. Nam si parum ferri incidat, aut iungatur liquefacto cupro; non potest ad purum coqui, nisi dissipato ferro, aut manet intractabile, quod ita glutinentur in se partes, vt durissima, contumacissimaque compage cohæreant, sicut videre est in fabrorum operibus. Causa vero Interior est in æris mercurio & sulphure, fluxilibus & tenuioribus. Cum ergo partes terreæ fixæ & pertinaces miscētur fluxilibus quidem, sed ægre, vt fit in cupro, resistentia & agglutinatio fit admodum refractaria, dum id fluere non potest, ob suam duritiem; hoc quia retinetur illius violenta comprǽhensione. In Medicina venereum dicitur esse, & partes spermaticas respicere, non tamen epate præterito. Itaque eius hydrargyrus commendatur ad Gallicum. Alias & malignis vlceribus putredinibus, vitiisq; oculorum humidis resistit. Squlma eius purgat aluum.

CAPVT II.

De Veneris præparatione atque calcinatione.

ANtequam de vera eius præparatione dicemus, pri⁹ audiemus, quomodo è vena exquoquatur, & deinde quomodo purgetur, tertio de eius præparatione siue calcinatione. Vena cupri se-

Vena cupri.

lecta

lecta (secundum Libauium) & mitis excoquitur cum duplo fluxus & carbonum puluere (fluxus hic plerunque est fluor mineralis, vel scoria Cypria vetus, item molybdena, lithargyrus, ramenta electa cademiæ fornicariç, &c. nonnunquam & sale adiecto. Cætera fere fiunt vt in argentea vena fornace clausa, nisi quod ignis ita temperandus sit, ne excessu destruatur metallum. Itaque cum strepere incipit fluxus, ignem intendunt, sed non diu.

Immitis vena, & mista spiritibus sulphureis, &c. torretur ante coctionem igni modico, & si opus est, tostio repetitur donec feritas secesserit cessante fœtore, & colore puniceo apparente, cum facili læuigatione. Adiecto fluxu postea excoquitur, vt prior. Quędam adeo sunt contumaces, vt prius absumatur fluxus, quam excoquantur. His adiicitur fel vitri, vel tartarum crudum. Quibus mons additus est iners, eæ elaborantur lotione metallica adhibita. Lapis fissilis Islebianus nec argentum nec cuprum reddit, nisi præparatus singulari modo. Is niger bituminosus, ærosus, primum ex puteis extractus in aream affunditur in tumulum; Eius inferior pars circundatur sarmentis, in quæ similiter iniiciuntur id genus lapides Sarmentis incensis ignem concipiunt etiam lapides iniecti, à quibus incenduntur proximi & sic ordine cæteri. Si in ardentes mediocris pluuia decidit, magis ardent, citiusq; mollescunt: Hæc de vena plumbi, de purgatione eius sic sentiunt authores Chymici.

Cuprum quando eliquatum est in massas & separatum est à commistis metallis, excoquitur, donec purum fiat, quantum potest, id quod coronarium vocant si est rubicundum, alias regulare. *Veneris purgatio.*

Adiiciuntur nonnunquam scoriæ, & alii fluxus, præsertim si parua quantitas est, Magistrales. Nonnunquam in scobem redigitur, quæ ter mutato lixiuio coquitur, & secedit sulphur alienum. Habet & communem calcinationem, solutionem, filtrationem, reductionem.

Cuprum regale calcinatur præterea: Calx ignifacta extinguitur aceto salso, & bene teritur lauaturq;, quod idem fit in aqua vitriolata. Edulcoratur tādem & extergetur. Interdum cum sale gemmæ cementatur in regulum, qui abluitur in laminas ductus, in aqua

Chalcanthina, vel caphurata per horas sex, vel octo. Inde extergetur. Macerant nonnulli, lauantque lixiuio acri foris, intus garo piscium, Halecum, & sale vel aceto salso. &c. pergamus ad Calcinationem. Beguinus ait: Dissoluitur venus in aqua forti: & affusione aquæ tepidæ, cum particula ferri vel argenti præcipitatur ad fundum vasis.

Veneris Calcinatio.

Vel laminæ veneris reuerberantur in æs vstum in fornace figulorum, quod facili contritione in calcem reducitur.

Vel: Laminæ ponuntur in crucibulum, cum parte æquali sulphuris triti faciendo S.S.S. & reuerberantur tribus vel quatuor horis, in æs vstum.

Nostra Iatrochymia sic vult: Lamellæ æris malagmate ex sale & forti vini aceto oblinuntur, in fornace ventosa magno catino vruntur, ita ne fluant, laminæ candentes aceto extinguuntur aceto, in cuius libra vna semuncia salis armoniaci sit soluta: acetum seponitur: Laminæ iterum oblinuntur & reuerberantur, extinguũturque, vt prius ita vt si quid squamarum exoriatur in iis id decutiatur. Tandem acetum coagulatum in lapidem, quem æruginem appellant, ex qua reuerberata in rubrum Colchotar, & soluta in liquorem, iterumq; coagulata fit Crocus veneris. Vsus eius est ad phagedenica, chironica, cachœtica, putridaque omnia vlcera curanda; adhibetur in vnguẽtis & emplastris. Præstantius vero (pergit Iatrochymia) medicamentum ad eosdem vsus fit, si laminæ veneris calcinentur in tigillo fusorio cum floribus sulphuris faciendo stratum super stratum spatio viginti quatuor horarum dando ignem per certos gradus, cauendo ne laminæ veneris fundantur. Hæ exemtæ indantur vitro, quibus affunditur spiritus terebinthinæ & tinctura viridis in balneo Mariæ extrahitur, semper nouum affundendo Spiritum, dum tandem non amplius tingatur: Spiritus demum leni igne extrahitur, tinctura in fundo relicta soluitur in humido, & prodit in oleum smaragdinum, ipsum circulato cum vini dulcedine, & habebis medicamentum præstantissimum, ad prædicta vlcera curanda, si cum butyro misceatur.

Tinctura veneris.

His accedit & alius Præceptor Excellentissimus, qui & sic vult calcinare venerem: Veneris laminæ (inquit) tenues cum sale præparato in olla firma stratificantur, & paulatim leuiter igniuntur,

tur,

tur, postea in vas aqua frigida plenum iniiciuntur, & laminæ à nigredine & sale diligenter cum scopis ferreis eluuntur: exsiccatæ denuo cum sale vt supra igniuntur, & in aquam frigidam immittuntur, reliquaue omnia cum prioribus ad placitum peraguntur. Aqua tandem illa in qua laminæ sunt extinctæ & elotæ cum aqua feruenti temperatur, vt omnis nempe salsedo abeat: Et crocus veneris in fundo relinquitur instar sanguinis rubescens: quem diligentius ab omni salsedine liberatum, exsiccatum & tritum Chirurgi periti ad emplastrum sticticum, quod oppodeldoch vocant conficiendum curiose seruant, &c. audiamus & alios.

Libauius lib. 2. Alchim. tract. 1. de Magisterius cap. 25. sic inquit: Æs vritur inter lateres in reuerberio, vt ferrum, vocaturque æs vstum, quod læuigatum pro calce est. Si eo vsque vritur, vt puluis fiat instar croci martis, crocum appellant. Vel scobs æris vsta restinguitur aceto, & denuo vritur penitus in cinerem metallicum. Vel: stibium & cuprum colliqua in vnam massam. (Potes liquato cupro tantum vel plus stibii ingerere) ex qua fiant laminæ, quæ inter tegulas reuerberantur per gradus ignis, in vitraria fornace per septennium. Aut cementa in hunc modum: salis gemmæ vnciæ quatuor, salis petræ vnciæ duæ, salis Ammonii secuncia, cum elimato cupro fiat stratum super strato in pixide cementatoria. Reuerbera per dies nouem vase clauso. Calcinatum tere & elue. Fit & si liquato æri Arsenicum album vel sulphur purgatum immisceas, & in igni detineas, donec cesset fumus. Hic modus potest etiam puluerisatio dici. Cementantur & laminæ cum sale. Quod vstum est abraditur, repositis laminis cum sale nouo, donec totæ sint calcinatæ. Abrasum quod est, læuigatum lauatur aceto, donec non amplius id nigretur. Cæterum cauendum est inter calcinandum, ne vitrescat. Pro calce nonnunquam habetur & ærugo per aquam fortem, aut acetum radicatum facta, corrosa tota substantia. Aliter: Laminæ illinantur pasta, quæ sit facta ex sale & aceto vini forti: siccentur & ignientur in catino magno super fornace ventosa per horæ quadrantem citra fluxum. Ignitæ restinguuntur aqua salsa. Hoc repetitur vsque ad consumptionem laminæ. In fundo aquæ calx veneris est, quæ separetur ex arte. Restinctio fit etiam in aceto, in quo aliquid salis ammonii sit solutum: plerunque squamæ existunt in lamella, quæ sunt auferendæ. Acetũ tandem coagulatur. Admodum affines sunt modi præparationum, quibus fit calx, flos, crocus &c & vires cognatas hac ipsa habent. Itaque euenit vt apud artifices nomina permutentur, & flos nominetur tum puluis, tum ærugo &

crocus &c. Veruntamen non sunt sine discrimine consistentiæ, virtutis, atque etiam præparationis, vt suis in locis apparet, prout tamen artifex in præparando industrius est, aut non &c.

Eodem libro & tráct. cap. 27. pag. 75 sic ait: Crocus veneris verus fit ex ærugine reuerberata in rubrum colcotar, & soluta in liquorem, iterumque coagulata. Pro hoc est ærugo, Arabibus Ziniar, quem & florem appellant. Ei est color viridis. Sed reuerberatione albescit, vt thutia, & porro etiam rubescit instar colcotaris, & hoc possumus verius crocum veneris appellare. Alii crocum veneris faciunt ex cineribus æris per acetum & reuerberationem. Porro vt crocus martis varie cōficitur, ita & ærugo. Bulcasis ita: In vase latioris orificii, quam fundus est, sit acetum forte, quod miscere potes gigartis vuarum, vsque ad medium. Hoc sepeli vsque ad tertiam partem prominentem in fimo ouillo, loco concluso & tuto à ventis Fiant ex ære rubeo laminæ medium palmum latæ; duas tertias palmi longæ, crassæ medium digitum, quæ suspendantur ordine per fila è panno gausapino, seu piloso, ita formato, vt posit adaptari ollæ, & laminas demittere 30. vel. 40. numero pro ollæ capacitate. Panno apposito insterne aliud operculum, lutoq; muni commissuras. Ita sine per decennium. Æruginem factam abrade, lamellasq; redde ollæ, donec consumptæ sint. Hunc modum Bulcasis Hispanis vsitatum scribit. Sunt porro varii modi etiam apud Dioscoridem, per acetum vaporemque huius, aut inhumationem in recrementis vuarum. &c. Apud Chymicos alios hi se offerunt apparatus: Laminæ æris coronarii immersæ aceto acerrimo, vel radicato, aut etiam acerrimo vitrioli spiritui suspendantur ad aerem, donec ærugo enascatur, qua abrasa irrigatio repetitur vsq; ad finem.

Vel: Mellis & aceti partes æquales cum sole sufficiente in pastam coniiciuntur, qua illitæ laminæ cupri suspenduntur ad aerem opacum. Abrasa ærugine, item repetitur Emplastratio. Vaporantur item aceto salso: Interdum aqua roris, aqua mellis, sputo acri & salso, quin & humido aere resoluuntur. Vel: Recipe laminarum cupri libram, botri immaturi libras 5. salis ammonii semunciam, aceti libram. Digere clauso vase per mensem (modo eo quo Bulcasis indicat) Ablue æruginem, & crocum separa. Agricola vas æneū applicat dolio aceti occlusis spiramentis, & post suum tempus abradit æruginem. Versari etiam in aceto scobem aut lamellas æris, donec viride contraxerint, &c. alii malunt scobem cum aceto in mortariis terere &c. Ad opera metallica & similia fit etiam cum aquis fortibus corrodendo squamas, laminas, limaturam &c. Aut: cementantur laminæ cum sale, sulphure & tartaro mistis

stratisque mutuo, & reuerberatis per horas viginti quatuor, ne tamen liquefiant laminæ. Post cementationem exponuntur æeri vt innascatur ærugo. Aurifabri ad aurum ferruminandum æreo mortario infundunt acetum acre, vel vrinam puerilem, subiguntq; pistillo cupreo, donec crassescat, viridescatq;, id coagulant. Fit & ærugo ex Orichalco, eaque lucidior. Est & crocus citrinus, quem ex solutione æris in aqua forti segregamus &c. hæc Libauius.

Paracelsus tom. 6. lib. 1. de præparationibus tract. 5. pag. 193. sic inquit de præparatione cupri: Virtutes eius sunt in Vlceribus, Vulneribus, vermibus & oris vlceribus. Præparatio eius in vlceribus talis est; Recipe cupri lib. j. Botri immaturi lib. v. Aceti lib. j. salis Armoniaci vnciam semis, reduc in digestionem vase clauso per mensem, postea reduc in ablutionem, & in salem Alcali: Hoc est viride æris in vlceribus.

Additio in vlceribus: Recipe huius floris æris drach. j. Vnguenti Agrippini vnciam vnam, lumbricorum terrestrium drach. iij. Fiat vnguentum secundum formam.

Additio in vlceribus communibus: Recipe huius floris, drach. v. Aquæ aluminis vncias xv. Fiat mixtura in modum lauamenti.

Præparatio eiusdem in vulneribus: Recipe cupri lib. semis, Terpentinæ destillatæ lib. j. salis communis drach. j. Vitrioli drach. ij Fiat mixtura in vitrum clausum per menses tres. Si sumatur lamina cupri, & ita præparetur, Balsamus optimus fit. Postea sumitur drach. j. Floris æris, & vncia j. olei communis.

Additio in vulneribus: Recipe huius floris præparati vnciam j. Olei Anethini drach. iij. olei vitellorum ouorum vnciam, Fiat mixtura in modum olei.

Additio alia in vulneribus: Recipe huius floris præparati drach. semis, Alœpatici drach. j. Liquoris consolidæ, vncias iiij. F. in modum visci.

Præparatio eiusdem in vermibus: Recipe veneris calcinati vnciam j. Aquæ Hypericonis, centaureæ, ana vncias sex, aquæ plantaginis, vini acetosi ana vncias iiij. Reduc in digestionem per dies 7. vel 8. Reduc in Alcali. Dosis à scrupulo j. vsque ad iiij. vel v.

Additio

Additio in vermibus: Recipe huius floris æris drach. j. zuccari taberret, succi liquiritiæ ana drach. ij. f. fiat puluis. Dosis à drachma semis, vsque ad scrupulum vnum.

Præparatio eiusdem in oris vlceribus: Recipe veneris laminatæ (al. cementatæ) vncias duas, candi aluminis vsti, Ruchi ana drach. vj. aceti destillati lib. 1. fiat extractio alcali per diem & noctem.

Additio in oris vlceribus. Recipe huius præparati floris vnciam vnam, aquæ chelidoniæ vncias tres, aquæ aluminis vnciam j. fiat gargarismus vel lauamentum oris.

Præterea ait Paracelsus tom. 6 lib 5. de morte rerum naturalium pag. 218. Mortificatio cupri est: vt illud scilicet redigatur in vitriolum, viride æris, vel æs vstum, etiam variis modis fieri potest & sunt varii processus in hoc, attamen vnus longe melior altero, vnus vtilior altero. Quare opus erit optimos & vtilissimos hic annotare, & reliquos reticere. Optimus igitur, facilimus & iustissimus modus est, cuprum in vitriolum redigendi, iste: illinantur laminæ cupri aqua salis aut salis petræ, & suspendantur vel ponantur in aere, donec laminæ cupri incipiant virescere, quod quidem cito fit, hanc viriditatem elue aqua clara fontana, laminas sicca panno aliquo, & iterum inunge aqua salis, vel salis petræ, & iterum fac vt antea, tamdiu donec aqua plane viridis fiat, & multum vitrioli in superficie emittat: tunc aquam inclinando remoue, vel exhalando, & habebis nobile vitriolum ad medicinam. In alchymia non est pulchrius, nobilius vel melius vitriolum, quam quod fit per aquam fortem, aut aquam regis, aut aquam salis armoniaci. Proceditur autē ita: Inungantur laminæ cupri, vna ex dictis aquis, & quam primum viriditas extracta fuerit, & laminæ siccæ fuerint, viriditas pede leporino, aut alia ratione pro libitu dematur, vt cerussa de laminis plumbi raditur: iterum inungantur, vt antea, donec laminæ prorsus consumantur, inde fit vitriolum pulcherrimum, vt non possis non mirari.

Vitriolum cupri duobus modis fit.

Aqua vero salis petræ fit ita: purifica sal petræ, liquefac, & puluerisa, postea in vesica in aqua bulliente, per se resolue, ita habes aquam salis petræ. Aqua salis armoniaci fit ita. Calcina sal armoniacum, & super marmore in cella resolue, hæc est aqua salis armoniaci.

Aqua salis petræ & salis armoniaci quomodo fiat.

Vt au-

Vt autem ex cupro fiat viride æs, sunt variæ quoq; viæ, quas non opus est hic recensere. Tantum igitur duas describemus, attamen duplici præparatione, vnam scilicet ad medicinam, alteram ad alchimiam. Viride igitur æris, quod in medicina vsurpandum est, talem habet processum: Accipe laminas cupri, quas inunge sequenti materia: Recipe mellis & aceti ana, & salis tantum, vt ex his tribus pultem crassiorem facere possis, bene miscendo: postea pone in reuerberatorio aut furno figulino, tandiu donec figulus vasa sua torruerit, & videbis materiam adhærentem laminis nigram esse, sed hoc ne tibi pariat sollicitudinem, nec te terreat. *Viride æris duobus modis præparatur. Viridis æris medici præparatio.*

Nam si ad aerem suspendas vel ponas laminas illas, tota materia nigra in paucis dieb. viridis fiet, & fiet pulcerrimum viride æris, quod Balsamus cupri appellari possit, & summe laudatum est ab omnibus medicis Sed neq; hoc mirari debes, quod istud viride æris in ære primũ viride fit, & quod aer colorẽ nigrum in tam pulchrum viridem trãsmutare possit. Nam hic sciẽdum est, ꝙ & quotidiana experientia in Alchymia demonstrat, quod quælibet terra mortua vel caput mortuum quamprimum ex igne in aerem venit, citissime alium colorem acquirat, & suum colorem quem in igne assumserat, relinquat. Mutationes autem istorum colorũ sunt variæ. Prout n. materia est, fiunt quoq; colores, quanquam plerunq; ex nigredine terræ mortuæ fluant. Nam vos qui alchymiæ periti estis, videtis, quod quælibet terra mortua pulueris fluxus vel aquæ fortis, nigra ex igne veniat, & quo plura sunt ingredientia, eo magis varie ostendunt se colores in aere: interdum videntur rubri tantum, sicut quidem vitriolum facit, interdum solum flaui, albi, virides, cærulei: interdum mixtum, vt in Iride vel Cauda pauonis. Isti colores omnes post mortem se ostendunt & ex morte: nam in omnium rerum naturalium morte videntur alii colores, & à primo colore in alium mutantur, quilibet iuxta suam naturam & proprietatem. Porro dicemus & de viridi æris, quod Alchymiæ dedicauimus. Eius autem præparatio & processus talis est: Lamina tenuissime cuprum, quod cum sale, sulphure & tartaro ana tritis & mixtis stratifica in tigillo magno: postea reuerbera viginti quatuor horis forti igne, ita tamen ne fluant laminæ cupri, postea exime, tigillum frange, laminas cum adhærente materia acri expone aliquot die- *Balsamus cupri. Aer mutat colores rerũ vstarum. Viridis æris Alchimici præparatio.*

bus,&conuertetur materia in laminis,in pulcerrimum viride æris, quod in omnib.aquis fortib.aquis gradationum,& in cementis & auri colorationibus aurum & argentum alto colore tingit.

Vt vero cuprum æs vſtum fiat,quod & crocus cupri appellatur,tali modo procedendum eſt: Laminetur cuprum,& vngatur ſale, cum optimo aceto in pultem redacto, poſtea ponatur in magno tigillo, & collocetur in furno venti, & per quadrantem horæ forti igne vratur, ita tamen ne fluant laminæ: hæ laminæ ita candentes in aceto reſtinguantur, in quo ſal armoniacum ſit reſolutum, in libra aceti ſemper vna ſemuncia: iterum cādefiant laminæ & in aceto reſtinguantur vt antea:Semper autem ſquamas,quę poſt reſtinctionem adhærent laminis in acetum radito,vel pulſando deiicito,aut vt potes:Hoc tandiu fiat, donec laminæ cupri bona ex parte inde abſumantur:iam v. deſtillando abſtrahatur acetū, vel aperto vaſe exhalet,& in duriſſimum lapidem coaguletur. Ita habes ſummū crocū cupri,cuius vſus eſt in Alchymia: Multi quidem communiter æs vſtum vel crocum veneris ex ♀ per extractionem alcoolis,vini(alii aceti)vt crocum martis faciunt:ego vero laudo hunc modum longe magis.

Idem Tom.6.pag 324. ſic ait:Pro croco veneris conficiendo Recipe lib.j.aut ij.Æruginis opt.Alcoliſatæ,affunde acetū deſtillatum copioſum,& quotidie bene agitater: coloratum acetum placide defunde,& in cineribus totaliter ſublima ad ſiccitatem. Puluis hic poſtea nouies lauetur cum aqua calida ab omni acredine, ſicceturq;. Habebis præparatum crocum veneris,ſeu florem æris, ex quo ſi voles; oleum facile elicies ſecundum præcepta tradita in opere chirurgico magno,vbi & vſus ipſius explicatur.

CAPVT III.

De Vitriolo veneris,eiuſq; ſpiritu & oleo.

VItriolum æris ſecundum Bornettum tale eſt: Laminæ calcinantur vti ſupra dictum eſt: Calcinatis & reflexis affunditur Spiritus vitrioli cum ſuo phlegmate, vt ſupernatet circiter 10.digitos. Extrahatur coeruleum vitriolum & pellucidum, ſi circulentur ſimul in vaſe vitreo 15. dierum ſpatio in Balneo ſeparatur ſpi-

ritus vitrioli & phlegma, ac tandem ſpiritus ſenſim deſtillatione per cineres ſeparetur. Hoc æris vitriolum dulcoratur cum conuenienti lotione, nempe phlegmate aluminis; demum ad rubedinem calcinatum nominatur colchotar vitrioli æris, quod prodeſt ad curanda omnia vlcera maligna, ad callos detrahendos, ſi in fiſtulam collo obduratam immittatur, & ad delendas ſine dolore omnes excreſcentias, imo carunculam etiam in collo veſicæ exiſtentem curat, ſi cum Emplaſtro aliquo permiſceatur, & cum tenui cereolo imponatur vt decet.

Libauius lib. 2. Alch. tract. 2. de extr. cap. 39. ſic ait de vitriolo veneris: Promptiſſime fit æruginoſa aqua in fodinis collecta, vulneratis montium teſtis intra ſcrobes, vt deſtillet inde ſuccus, qui congeritur in labra & congelatur. Alias vena ærea tunditur, vt ſupra expoſitum.

Extrahitur & ex metallo puro reſoluto in æruginem diuerſis modis pro ſcopis diuerſis. Ad Medicinam ita fit: Lamellæ cupri, vel etiam orichalci, (ex Orichalco fit tenerius) oblinuntur aqua ſalis, vel liquore ſalis nitri, vel aceto deſtillato acri ſuſpenduntur ad aerem, donec æruginem reddant, quæ eluitur aqua fontana. Lamellæ ſiccatæ iterum imbuuntur vt ante, donec ſolutæ fuerint totæ.

Aquæ collectæ ſinuntur ſubſidere. Elementaris aquoſitas coquendo diuaporatur ad ſpiſſitudinem ſyrupi. Reliquum ponitur ad coagulandum.

Si vero ad alia quæritur, veluti ad aquas fortes, vel magiſteria metallica; pro aqua ſalis ſumitur aqua fortis, vel aqua ſalis ammonii, vel ſtatim ex vulgari ærugine concinna iiſdem modis. Vel, Recipe acetum, mel, ſalis, cuiuſque quantum ſatis. Fiat puls bene miſta. Illine lamellis cupri. Reuerbera in fornace figulina. Exime & lamellas nigras ad aerem ſuſpende, donec ærugo fiat. (Extrahitur ex cupro fere par quantitas vitrioli. Magna etiam pars ex ferro propter cognationem. Et ex eiuſmodi vitriolo concinnatur ſpiritus. Solutio probe eſt colanda & per chartam filtranda, euaditque purius. Celerius coagulat in vaporario tepido circa fornaces, vbi aquoſitas abſumitur citius.)

Hæc Libauius: hic etiam annotabis duos illos modos ex Paracelso in præcedenti capite allatos: Nunc audiamus & alios, ac in primis sympatriotam nostrum Crollium, qui tale facit vitriolum è venere vel Marte sine corrosiuo, inquit: Totum artificium est vt metallum bene per sulphur calcinetur.

Recipe laminati ferri vel veneris, (vna enim vtriusque est via) quantum vis, scinde in frusta magnitudinis semiolateri, fac stratum super stratum cum sulphure puluerisato, in tigillo lutato, pone in igne rotæ: Ignis ab initio tigillum non attingat, sed paulatim admouendo augendus est, quem vltimo fortificabis: Ita accenso sulphure calcinantur prædictæ laminæ, quod intra horam absoluitur: vbi omnia refrixerunt, exime nigrocineritiam materiam instar æris vsti, & tritam cribra, eamque in olla non vitreata aperta positam per transuersum (vt in præparatione vitri antimonii fit) moue diligenter, supra ignem carbonum, ne liquescat, & vitriolum in cupro euanescat, sic sulphur incenditur vel euaporat, moue cum ferreo vel cupreo instrumento prout vitriolum facere intendis de latere ad latus, vbi ferro vult adhærere, tunc satis est, vt ab igne auferatur: Puluerisatam hanc veneris calcem pondera, & ad quamque libram accipe sulphuris tres lotones, misce & in olla pone ad latus, moue supra lentum ignem per quadrantem horæ, vltimo olla quasi candescat: Cuprum mollescit instar pastæ & ferro adhæret: frigescat ac tritum cribretur: adde denuo ad libram vnam tres lotones sulphuris, calcina vt antea per quadrantem horæ. Hoc quinquies, sexies vel septies repetitur, tunc calcinatio est absoluta.

Nota diligenter, vt calx semper bene siccetur, & ad lib. vnam saltem vncia cum dimidia sulphuris præcise sumatur. Calcem metalli tritam minutissime accipe, & affunde in patina lignea aquam calidissimam, soluetur calx, & aqua è venere erit cærulea, cola, colatam euapora, supra ignem incoquendo mediocriter donec quasi crustam acquirat, reliquum in frigido concrescat, sic habebis è cupro pulcherrimum vitriolum cæruleum, è ferro viride. Fæces in aquæ fundo remanentes sicca, & non solutas iterum cum sulphure calcina vt prius fecisti, seruato pondere priori, postea lixiuium fac, quod filtratum euaporabis. Hoc repete donec tota

calx

calx in lixiuium abeat: Inde in terreo vase Gorlicensi aut Wallenburgensi, vel in cucurbita magna vitrea (caue ne rumpatur) fac euaporet, donec crustam nanciscatur, pone in loco frigido, tunc in fundo veneris vitriolum in strias desidet, sapore subdulci, aufer aquam & sicca crystallos concretos: Aquam remanentem iterum incoque parum, & in frigidum locum si collocetur, denuo concrescent lapilli, reiterando donec totum in vitriolum abeat: possunt etiam bacilli imponi vt vitriolum eo melius adhærere possit: sulphur illorum fundum petens seorsim seruetur ad suos vsus.

Ex his duobus vitriolis ferri & cupri, spiritus & oleum præparari chymice possunt, vulgari ac cognito modo, longe maioris efficaciæ & virtutis, quam è vitriolo communi. Hoc pacto habetur fons acidus artificialis: Acetum esuriuum est in hoc sulphure vitriolato sine corrosiuo præparato, perfectum arcanum in corroborando languente ventriculo. Vide Theophrast. in lib. de vita longa, & in lib. de tartaro circa finem.

Virtutes olei vitrioli è venere.

Huius olei vitrioli virtutes & vsus sunt: Paracelsus vero vocat partem pharmacopolii quartam, & cuilibet pharmacopœo ita commendat, vt sit instar lapidis angularis in sua officina.

I. Vtimur 6. 8. guttis in vino, aqua mentæ crispæ, vel quod melius in iure carnis calido: In debilibus ventriculis frigidis, quia digestionem promouet.

II. In calculo & arena in aqua ononidis.

III. In suffocatione matricis, in aqua artemisiæ.

IV. In febribus stomachi, caloribus & siti 12. vel 15 guttæ in aqua centaureæ, vino, rosarum, anthos.

V. In omnibus morbis capitis, in aqua lilii conuall. lauendulæ.

VI. In ictero efficax est in aqua chelidoniæ 15. vel 20. guttæ cum sudore.

VII. In peste miscetur cum saccharo candi & electuario iuniperino, & sic etiam loco prophylactici sanitatis vtimur.

VIII. Inuncti hydrargyro & male affecti oleo vitrioli cum theriaca mixta sudando restituuntur.

IX. Externe alopeciam, vnamquamque tineam tribus diebus illiniendo per se vel cum aqua chelidonię curat.

X. Tollit omnem serpiginem, scabiem, pruritum, & quicquid cuti solet adhærere, tentiginem prauã, syrones, &c. sed sine cõmiseratione fiat inunctio, & pro defensiuo opoteldoch adhibeatur.

XI. Post euacuatum corpus cum theriaca seu aquis appropriatis fere in omnibus morbis exhiberi potest: aciditate enim sua putredinem omnem arcet, partium vero tenuitate obstructiones pellit.

Dosis olei siue spiritus vitrioli veneris. Modus exhibitionis est saporis in acidum mutatio: Dantur in aqua acetosæ vel specifica alia potandæ tot guttæ, quot dentes stupidos non reddant, manifestam tamen gustui aciditatem concilient: per se nullus sit eius vsus, sed cum vehiculo & parcus. Hoc si chymicorum iniquus quidam conuitiator intellexisset, intempestiuo & immodico olei huius vsu bonum aliquem, at innominatum virum, non è medio sustulisset: Dum vtimur, probe debet agitari cum suo vehiculo, quia grauitate sua fundum petit. Cautio.

Cautiones. I. Propter aciditatem prodest ventriculo languido, in quo tamen nulla cholera aut apostema, alioquin est ebullitio mutua & efferuescentia (abstineant ergo cholerici & picrocholi à noxio ipsius vsu) vt videmus in oleo tartari & aqua forti, quæ se inuicem non compatiuntur: similis est ratio in iecore.

II. Vsurus hoc oleo, in vehiculo conuenienti calido fiat, postea contineat se in lecto ac sudet: Videmus enim eius operationem in maiori mundo in frigido non perfici, sed in calido: Talis etiam ipsius operatio in microsmo. Hæc Crollius. Bornettus noster sic parat spiritum vitrioli æris: vitriolum edulcoratur & soluitur phlegmate aluminis, solutum probe colatur, & per chartam filtratur, vt euadat purius: tandem omnis aquositas in vaporario tepido sinitur euaporare. Huic vitriolo in vitrum indito cucurbita probe lutata, affunditur spiritus vini probatissimus, vt fiat massa, sinantur stare simul spatio duorum vel trium dierum. Vitro in furnum aperti ignis probe collocato, euocatur primum leui igne spiritus vini, tandem per gradus aucto igne violentissimo euocatur spiritus vitrioli æris, à quo per balneum separatur spiritus vini & phlegma. Hic spiritus summum arcanum est in epilepsia, in paralysi, spasmo, lethargo, & similibus morbis, suffocationib⁹ matricis medet, oppilationes aperit, restinguit calores preternaturales in aquis

appro-

appropriatis datus. Dosis eius est à guttis 8. ad 12. vētriculum corroborat, & materiam in eo febrium consumit, capitis doloribus vtilissimus est. In morbo epileptico ante & post paroxysmum datur cum aqua pæoniæ & florum tiliæ. Ex calcinato hoc vitriolo per retortam violentissimo igne euocatur oleum, quod spiritu vini digeritur mensis spatio, tandem reseruatur ad vsus sequentes. Ventriculum mirum in modum roborat, omnem enim in eo superfluitatem & tartaream materiam consumit & educit; in febribus vtilissimum si ante paroxysmum guttæ 5. vel 7. exhibeantur in aqua absinthii: appetitum per se cum pauca aqua menthæ, vel cum conserua anthos sumptum restituit ac famem inducit. Calculum renū educit, podagricis perutile est, calores hepatis potenter restinguit, si cum aqua acetosa aut cichorii bibatur. In prunella & aliis affectibus oris & putrefactionibus dentium, fiat ex eo & aqua prunellæ gargarismus, sic vt libra vna aquæ, drachmę semis olei vitrioli æris addatur, & eo sæpius os colluatur. Dosis eius est à guttis tribus ad quinque in vino, vel aliqua aqua destillata appropriata.

Egregium atq; insigne etiam vitriolum fit ex ære viridi, de quo vide cap. 11. pag. 133. lib. 1. Basil. Chymicæ: exinde fit & spiritus, qui perlas artificiose soluit atque essensificat, ibidem.

Oleum cupri etiam sic fit secundum Gallum quendam: Recipe æris adusti lib. 2. subtilissime teratur, & ponatur in vitream cucurbitam optime lutatam, & aceto imbibatur fortissimo: fac destillare per horas 24. & habebis oleū fortissimū coloris rubei ac viridis.

Alius sic vult: Oleum æris conficitur, quando illud in chalcantum redigitur, resoluitur, & ex terra colchotar vocant, oleum rubicundū paratur. Ad cancrum, phagedænam, gangrænam, fistulas, & reliqua vlcera maligna valet.

Aliter Quercetanus: Æs calcinatur cōmuni modo, tum ex ipso cum acida muria, vt decet præparata, & alcolisata, extrahes viridē animam in bal. Mariæ, donec amplius menstruum non viridescat. Ipsum separa in Bal. quod relictum est solue in humido, proditque in oleum smaragdinum: Ipsum circulato cum vini dulcedine, vt acrimoniam ipsius menstrui totam abstrahas, & habebis medicamentum præstantissimum ad vlcera phagedænica, chironica, cacoethica, putridaq; omnia vlcera curanda, si cū butyro misceatur.

Libauius

Libauins de oleo veneris: Resolue æs in calcē æruginosam, hanc reuerbera & destilla per retortam oleum rubicundissimum, ad externa mala. Vel solue cuprum in duplum æquæ fortis: affunde vini spiritum, vt calx subsideat, digere igne lento per triduum, destilla ad calcem, quam reuerbera per horas 40. tritæ affunde phlegma suum, digere, destilla cum cohobiis, tandem violento igni exit oleum. Item, æs quoq; vstum imbibitur aceto fortissimo, & destillatur oleum rubrum, & viride per retortam igni fortissime per horas 24.

CAPVT IV.

De Tinctura siue Quinta Essentia, Flore, Sale, Balsamo, Vitro, ac Mercurio Veneris.

Tinctura eius sic fit: Calcinatæ veneri affunde acetum salsum, & extrahe virorem quantum potes, separa menstruum in Balneo Solue per deliquium. Affunde spiritum vini, & circula. Destilla. Affunde alium donec acrimonia cesserit, coagula. Vel extrahe ex ærugine cum aceto stillatitio indies in digestione agitando. Effusos liquores coagula ad siccitatem per destillationem cinerum. Puluerem elue aqua dulci donec cesserit acrimonia.

Quinta essentia veneris nobilissima sic fit: Recipe veneris calcinatæ lib. semis, huic superfunde Menstrui vegetabilis magni vncias duodecim, pone in phiola per 14. dies ac noctes in digestionem leuissimam, hocque temporis spatio essentia veneris in viridi colore instar smaragdi apparebit, menstruum tinctum effunde à corpore seu fecibus, atque in Balneo Mariæ vegetabile magnum abstrahe ad medietatem, remanentiæ affunde menstrui magni acuti, ponantur in putrefactionem per mensem, tandem Q. essentia veneris in superficie menstrui natabit instar olei, quam separa per tritorium. Tali modo & ex Tinctura, Croco, Flore, Sale, Vitro & Mercurio præcipitato veneris, potest elici Q. essentia quare non opus esse puto singulos modos tibi declarare, cum ex superioribus facile colligere poteris.

Liba-

Libauius dicit: calci veneris per ſales factæ, adde vrinam, putrefac per menſem in vitro clauſo. Phlegma abſtrahe & refunde, factis cohobiis primo ignis gradu, donec eat albedo. Cum flaueſcit, ignem intende vſque ad rubedinem, quam mutato excipulo, expelle igni validiſſimo.

Menſtrua etiam variantur in extractione quintę eſſentiæ ex venere, & hoc fit ſecundum eius varium vſum: Optimum vero & balſamicum tum quo ad externa quam ad interna vulnera & vlcera eſt ſpiritus terebinthinæ, Lege tamen methodica ſi procedatur: Sunt & alia vt ſpiritus vrinæ & ſalis, &c. ſed hæc corroſiua, indigentque reablutione (niſi crudam & corroſiuam velis) & edulcoratione, quare improbamus, in externis concedimus.

Flos veneris fit pretioſus, (ſecundum Libauium lib. 2. alchem. tract 2. de extract cap. 40. pag. 182.) ex tinctura in hunc modum: Ærugo conficiatur ex ære, quomodo ad Medicinam conſueuit. Huius libris duabus affunde aceti deſtillati tantum, vt tribus digitis emineat. Commiſtum vtrumque macera aliquot diebus, ſingulisque ter commoue, donec color ab aceto ſit attractus. Coloratum effunde placide, repoſitoque alio nouam tincturam expecta, donec totam hauſeris. Effuſiones in cineribus ad ſiccitatem deſtilla. Sic cum aqua dulci nouies macera, & elue, dum acredo abſceſſerit. Poſtea ſublima. Aſcendit flos in alembicum. Eodem modo poteſt fieri ex croco & tinctura Martis: Item lazurio argenti. (cum tincturæ per ſe ſint eſſentiæ ad vſum habiles, fruſtra videtur ex iis flos fieri. Sed artis ea eſt ſubtilitas, vt ſtudium cumulet ſtudio. Probabiliter autem ex tincturis non rectificatis conficitur, ita vt fit rectificationis loco: Quædam etiam cum depurari ſatis nequeant & attenuari, non inconſulto per viam florum elaborantur, & in hanc claſſem tranſeunt.

Flos veneris ad vulnera ex Paracelſo: Æs per mercurium calcinatum irriga aliquantulo aquæ fortis. Exiccatæ calci adiice duplum ſalis communis, & ſublima. Aſcendet puluis ſubtilis, viridis, leuis, ad vulnera efficax. Balſamus vulnerum putredines auertens nominari poteſt. Apud alios legimus calcinandum æs per ſulphur eſſe: poſtea aqua forti attenuatam calcem ſublimandam, adiecto ſale fuſo. Ita alicubi & Paracelſus præcipit calcinatam venerem

soluere aqua forti: solutionem coagulare, & sublimando florem conficere, vt supra dixi. Fit & flos veneris cum antimonio, perfe-ctis in regulum. de his vide lib. 5. sequentem nostræ Basilicæ.

Sal veneris: Hic extrahitur ex fecibus remanentibus vel à destillatione spiritus oleiue, vel ab extractione croci, essentiæ, vitrioli aut florum, eius describendi modum, cum sit facilis, supersedeo, & te remitto ad priora ac sequentia, ex quibus artificiosa methodo sat eris instructus.

Balsamus veneris: Paracelsus in chirurg. minori lib. 1. cap. 7. pag. 57. ait: In cupro simile existit Balsamum, quum in vitriolum rursus conuertitur, & hoc in aquam, eiusq; postea colchotar in rubeum oleum: quæ quidem ambo valent ad omnia vulneraria vlcera, sicut cancer, lupus, fistula, vel similia corrodentia quæque foramina fuerint. Plura vide de Balsamo Saturni.

Vitrum veneris: Recipe veneris calcinatæ libram integram, hāc reuerbera per sexaginta dies ac noctes, deinde pone ad ignem fusionis, in modum, prout Solem ac Lunam fudisti, & vitrum viride instar smaragdi tenebis.

Mercurius veneris secundum Philosophos varie conficitur, genuina autem ac methodo artificiosa si fiat, in lue venerea radicitus curanda nihil est elegantius: Processus eius diaphoreticus secundum Beguinum talis est: Recipe limaturæ veneris vnciam vnam; Mercurii meteorisati vncias duas, id est Mercurii sublimati, salis Mercurialis, id est salis armoniaci vncias duas semis: tritis, & simul mistis: Inde ea matratio firmo, seu phiola firma dando ignem arenæ: donec instar ceræ omnia liquefiant. Tum phiolam ita calentem frigidæ aquæ impone, vt in partes dissiliat, & Mercurius subuiridis effluat: quem exsiccatum in retortam paruam, cum spiritu sulphuris vel vitrioli, in cineribus, per diē naturalem, digerendum collocabis: & postea cum binis cohobiis in arena destillabis: tandemque ablues bis aut ter & vltima vice, aqua cordiali. Præstātissimum remedium diaphoreticum bezoarticum est, contra pestem. Si duodecim horis, à veneno hausto sumatur, à morte præseruat. Dosis granum 1. vel 2. cum aqua appropriata, vel Theriaca. Notandum tamen si ab initio datus sit, mouet vomitus, repetitus vero per sudorem omnem malimineram expellit. Modi

sunt

ſunt præterea & alii, ſed hic excellit, ſin autem eius conficiendi methodum aliam inquiris, tum procede in modum veluti cum Ioue eſt proceſſum. Per ſe ſi præcipitatus fuerit à multis habetur nobilior, & commendatur pro ſummo arcano, in expellendo calculo, &c. feliciſſime purgat etiam morbos venereos ſeu luem gallicam: Eius eſſentia, internum eſt curatiuum multorum morborum, prout ſal veneris externis conuenit. Libauius noſter tres ponit aquas fortes in ſua Alchymia tract. 2. cap. 27. 1. eſt, ſoluens Venerem in Mercurium: Recipe aluminis plumoſi vncias duas, ſulphuris rubei ſemunciam, ſalis de capite mortuo quadrantem, aceti vncias decem, arſenici drachmam, vitrioli albi vncias duas, ſalis petræ vncias quinque. F. Aqua fortis. 2. eſt ad tincturam veneris: Recipe cinabaris ſeſcunciam, ſalis petræ vncias 15. aluminis vnciam vnam, ſalis ammonii ſemunciam, vitrioli ſeſcunciam, calcis viuæ vncias 10. Arſenici, hydrargyri ſublimati ſingulas vncias. F. Aqua fortis. 3. Erit ad ſulphur: Recip. ſalis ammonii ſelibram, aluminis plumoſi vnciam, aluminis ſeſcunciam, æruginis vnciam, ſalis vnciæ octo F. Aqua fortis.

CAPVT V.

De Medicamentis cum ære, & venere præparatis ac mixtis, ſecundum mentem antiquorum.

BAlſamus ad vulnera: Recipe Galbani, Ammoniaci, Maſticis, Myrrhæ, Gummi Elemi, Bdellii ana vnciam ſemis, Terebint. vnciam j. ſemis vel vncias duas, olei oliuarum lib. 2. viridis æris, vncias duas ſemis, pulueriſentur omnia, & imbibantur in aceto fortiſſimo per 6. vel octo dies: poſt deſtillentur per alembicum, prima die per balneum Mariæ, poſt per arenam: & ſi vis fortius habere, & melioris ſaporis, tum adde ſubſcripta, & fiat eo modo, quo ſupra. Recipe ſtoracis calamitæ, gum. hederæ, ſpicæ nardi, carabæ, colopho. tragacanth. ſerapini, opoponacis, ana vnciam ſemis, euphorbii drach. ſemis, viridis æris drach. tres, terebinth. lib. j. curat omnia vulnera antiqua in cauſa frigida & calida, valet etiam contra ariditatem membrorum & contractionē, ſi hoc fuerint iuncta. Puluis Galeni cauſticus: Recip. chalcitidis ſcru. C. chalcanti ſcrup. L. Miſyos torrefacti, Æris vſti ſcrup. xxv. Æris non vſti ſcrup. xij. ſemis. F. puluis.

Vnguentum Guidonis: Recipe mellis lib.j. Aceti optimi vncias sex, Æruginis vnciam j. Aluminis rupis, drach. v. coque ac moue donec rubrum fiat.

Vnguentum viride, Andromachi: Recipe Resinæ pini lib. ij. ceræ lib. j. ſ olei communis vncias iix. Æruginis æris, vncias tres, Resinam & ceram in oleo liquabis: Deinde æruginem tenuissime tritam addito. Recentia vulnera, & quæcunque non magna sunt, sanat. Galenus.

Vnguentum Mesuei: Recipe lithargyri albi, calchanti ana part j. Aeruginis partem dimidiam, aceti acerrimi q. ſ. Terantur die vno in sole æstiuo, paulatim affundendo acetum. Deinde in vase vitreo probe obstructo, condantur sub fimo diebus 40. Ad fistulas, cancros, scabiem siccam, lepram, carnis putridæ incrementum.

Vnguentum eiusdem aliud: Recipe Hammoniaci vnciam j. Bdellii, Thuris Masculi, Aristolochiæ, sarcocollæ ana: drach. v. Myrrhæ, Galbani ana vnciam semis, Lithargyri drach. xv. Aloes, Opoponacis ana. drach. ij. ſ. Aeruginis drach. iij. Resinæ drach. xjv. ceræ albæ vncias ij. olei q. ſ. Lithargyrum tere & cum oleo coque, donec liquefiat, Tunc depone ab igne, & dum modice refrixerit, misce Hammon. & Bdellium aceto soluta: redde igni, coque ad iustam crassitiem, tuncque reliqua permisce. Vlcera maligna, putrida, fistulosa, sorde & carne mortua purgat, carne implet, glutinat & cicatrice tegit.

Emplastrum Galeni rubeum: Recipe olei lib. ij. Aceti lib. q. ſ. Lithargyri, æris viridis. Vnciam j. coquatur lithargyrium cum aceto & oleo donec ingrossetur, & tunc ponatur viride æs, & coquatur donec inspissetur, & rubrum efficiatur: & F. Emplastrum, rectificat vlcera maligna, & difficilis consolidationis.

Emplastrum viride: Recipe chelidon. plantag scabiosæ, vrticæ, Leuistici, centrum Galli, ana M. j. conquassentur, & cum libris ij. olei per 7. dies temperentur, deinde bulliant, & exprimendo colentur: cui addatur ceræ, vnc. iij. Therebint, vnc. vj. Resinæ, vnc. ij. Bulliant donec parum spissentur, deinde auferantur ab igne, addaturque, Thuris, sarcocollæ, Aloes ana vnc. j. Aristolochiæ longæ, Floris æris an. Vnc. vj. M. & F. vnguentum, Plagas veteres mun-

mundificat: carnem superfluam consumit, consolidat & sanat.

Vnguentum Rondeletii: Recipe lithargyri, Aluminis, floris æris vsti & loti, plumbi vsti ana drach. iij. Balaustiorum, boli armeni, vel cinerum ostreorum ana drach ij. olei Myrtini drach iij. seui hircini, Colophoniæ an. Vncias duas, vini parum. Fiat vnguentum.

Vnguentum eiusdem: Recipe squamæ æris, æruginis æris ana drach. ij. Omphacii vncias iij. incorporentur simul, & F. vnguentum ad polypos exedendos.

Emplastrum Apostolicon Nicolai: Recipe lithargyrii drach. xviij. ceræ rubeæ, colophon. ana drach. vj. Propoleos, visci quercini an. drach. iij. Hammoniaci, Lap. calam. Thuris, drach. ij. Masticis, mumiæ an. drach. j. ſ. Terebint, Galbani, Bdellii, Myrrhæ, æris vsti, sarcocollæ, squamæ æris, opoponacis, dictam: cretici, Aristoloch. Aeris viridis an drach. j. olei veteris q. ſ. vel vncias vj. Ad omnia vulnera recentia siue antiqua, & ad neruos præcisos &c.

Aliud eiusdem: Recipe Litharg. vncias xv. ceræ fuluæ, colophon. an. vncias duas, propoleos, visci quercini glutinis ana vnciam j. Hammoniaci lap. calam. Thuris ana drach. vj. Masticis, Mumiæ ana vnc. j. ſ. Terebint Bdellii, Galbani, myrrhæ, aeris vsti, squamæ æris, viridis æris, sarcocollæ, dictamni cretici, Aristoloch. rot. opopona: ana vnci. j. olei veteris q. ſ. Vini quantum galbano, Hammoniaco & opoponaco dissoluendis satis fuerit, Confice secundum artem & diligenter Emplastrum.

Isis Galeni: Recipe ceræ ℥. c. Terebinth ℥. cc. squamæ æris, æruginis, Aristoloch. Thuris, salis Hammon. æris vsti an. drach. iix. Aluminis vsti drach. vj. Myrrhæ, aloes, Galbani an. drach xij. olei veteris drach. x. coque, deinde subige manibus aceto forti lotis: fiant magdaliæ, quas in aceto repones diebus decem. Alii addunt Dracontii drach. iix. capiti accommodatum est, ad chironia vlcera & curatu difficilia: Est item cruentis idoneum.

Diadictanum Galeni: Recipe olei veteris lib. ij ſ. Lithargyri lib. j. vnc. ſ. æruginis vnc. j. squamæ æris drach. vj. Coloph. vnc. vj. drach. ij pollinis thuris vnc. j. ſ. Hammon. vnc. ij. aeris vsti vnc. j. Diphryg. s, Gentianæ ana drach. vj. Propoleos, Aloes, ana vnc. j. Galbani

bani vnc.j.ſ.Ariſtol.rot. Dictamni cretenſis ana vnc.j. drach.ij.ceræ drach.xxv. Confice ſecundum artem.

Emplaſtrum Aſclepiadis, Galenus: Recipe æris ſquamæ vnc.j. Æruginis raſæ vnc.j. Ceræ lib.ſ. Reſinæ Laricis vnc. ſemis. Ea, quæ liquari poſſunt, aridis affunduntur, quibus exceptis vtitor.

Melinum Serapionis, Galeni: Recipe ſpumæ argenti, Denar.c. Guttæ ammoniaci, Denar xxiix. Ceræ denar.lvj. æruginis cypriæ, Denar.ix. Myrrhæ, Denar.j. Colophon. Denar.lvj. Galbani Denar.ix. olei, cyathos iij. F.

Emplaſtrum Diabotamum, Critonis, Gal. Recipe Anagallidis cæruleum florem habentis, papaueris erratici, Marrubii, Alterci ana Denar.lvj. Hæc in pilam coniecta teruntur, quouſq; contuſa ſint ac diſſoluta duntaxat, ne eorum ſuccus abſumatur: poſtea iniecta in mortarium terantur: in alio autem mortario habentur ſquamæ æris rubri Denar. xxvj. Mannæ, Denar.xx Reſinæ pitiynæ ſiccæ, Denar. xvj. Aloes, Denar. xvj. Aluminis ſciſſi, Denar.iv. alum.rot. Denar.iv. Hæc in ſole læuigantur, vt ſordium craſſitudinem cum aceto habeant. Deinde herbæ miſtæ, donec probe coeant, teruntur: poſtea ceratum facito, addendo ceræ chiæ, Denar.c. olei veteris Hem.ij. Radito, & miſceto.

Emplaſtrum ex ſcylla Critonis, Gal. Recipe chalciti: Ariſtol. rot. an. Denar.xxx. Iridis, Denar.xxx. Ammoniaci, Myrrhæ, ſtyracis, ſquamæ æris rubri an. Denar. xv. ſcyllæ toſtæ Denar. ciix. Aceto acerrimo diebus 40. terito, quando caniculæ ſidus oritur. Expletis diebus, eiuſmodi ceratum facito: Recipe ceræ Denar.v. alii Denar ccxl. Terebint. lib.j. alii pondo xxx. olei, ſext. ij.ſ. Alii Hem.vj. Galbani, Denar.xxx. picis liquidæ Denar.xxx. Poſtremo Galbanum indito, deinde vbi refrigeraueris, curioſe excipito.

Fuſca Ægyptia, Andromachi, Gal. Recipe ſpumæ argenti drach. xliv. Ricini, Hem. vj. ceræ drach. cxliv. Guttæ ammoniaci drach.lxxij. Terebint. drach xxxvj. Lanarum combuſtarum drach. xix. ſquamæ ſtomomatis, ſquamæ æris, Ariſtol. thuris ana vnc.j. Myrrhæ drach.ſ. opopon. drach.ij. aquæ marinæ drach.l. alii iix. ad ceram conſpergendam. Facit ad nomas, gangrænas, vlcera maligna & vetera.

Aegy-

Aegyptia Andromach. ex Gal.alia: Recipe argenti ſpumæ, ceræ ana vnc. cxliv. Guttæ ammoniaci, drach. lxxii. Terebint. drach xxxvi. Lanæ ſuccidæ combuſtæ drach. xii. alii xiix. ſquamæ æris, ſquamæ ſtomomatis, thuris, ariſtol. rot. ana vnc. j. olei ricini, Hem. iij. Fiat.

Aegyptium Philoxeni: Recipe argenti ſpumæ, ceræ ana drach. clx guttæ ammoniaci drach lxxx propoleos drach. xl. Reſinæ ſiccæ, Terebint. ſquamæ æris, thuris ana drach. xvi. Lanæ ſuccidæ, ſquamæ ſtomomatis ana vnc. j. opoponacis vnc. ſ. Ricinini, Hem. iij. Omnia incoquantur, fiatque Emplaſtrum.

Emplaſtrum viride Andromachi: Recipe reſinæ lib. ij. Ceræ lib. j. olei cyath. ij. Aeruginis vnc. ij. Liquefactis quæ liquari poſſunt, ærugo inſpergatur. F. Catagmaticum Andromachi: Recipe argenti ſpumæ, picis, ceræ, ſeui taurini, thuris ana minam j. Picis liquidæ, Hem. ſ. Liquoris ſycamini, Hem. j. Terebint. M. j. opoponacis, Denar. viii. Aeruginis, Denar. viij. Ricini, Hem. j. Nonnulli addunt Butyri, min. j. Guttæ ammoniaci Denar. xxv. Ex vino auſtero diluitur, fitq; Emplaſtrum ad capitis fracturas.

Emplaſtrum ex ſalice: Recipe miſyos, aluminis rotundi, chalcitidis, Melantherii, Aeruginis, aluminis ſciſſilis, Gallarum acerbarum, ana vncias ſex, ceruſſæ, ceræ, reſinæ frictæ, picis naualis, Bituminis, olei Omphacini, fol. ſalicis tenerorum ana lib. ij. Folia in aceto forti coquuntur, deinde ſiccata in tenuiſſimum puluerem rediguntur, alia liquantur coquunturque, donec ſatis eſt: poſtea refrigerantur, adduntur que pulueres.

Pilulæ ad Hydropem. Recipe ſpicæ Indicæ, & Roman. ana vnc. ſ. Agarici, Ariſtolo. amomi, croci, æris combuſti, epithymi, maſticis, Hyperici, coſti, Chamædryos an. drach. iij. Myrrhæ, Kerſe medicinalis ſquinanthi, tithymali an. drach. j. Aloes vnc. j. pulueriſentur, & cum aqua fiat maſſa pilularum, Doſis drach. ij. cum vino. Galenus.

Cera viridis: Recipe ceræ nouę lib. j. Viridis æris triti vnciam j. olei oliuarum vnciam j. Terebint. vncias tres. Liquefiat cera & Terebint. & poſt aliqualem infrigidationem, addatur viride æris, & oleum, & bene miſceantur &c.

Viride Anthæi: Recipe cadmiæ vnc. vj. Myrrhæ vnc. iij. Croci vnc.

vnc.vj.opii vnc.iij.plumbi vſti & loti vnc.j.ſquamæ æris, nardi Indicæ, acaciæ ana drach vj.gummi drach.xxvj.aquæ pluuiæ q.ſ. fiat collyrium.

Aliud viride, Meſuæ: Recipe æruginis æris, drach.iij. chalcanti vſti drach. vj.auripigmenti rubri, ſpumæ nitri, ſpumæ maris an. drach.j. ammoniaci drach. j ſ. ſalis hammoniaci drach. ſ. ammoniacum macerato in aqua rutæ, & fac collyrium.

Sief rubrum, Meſuæ: Recipe ſem. canabis drach.iij.æris vſti, myrrhæ ana drach.ij. croci, æruginis æris, ſalis hammoniaci ana drach.ſ.piperis nigri drach.ſ.aquæ pluuiæ q.ſ. fiat ſief.

Barbarum paruum Galeni: Recipe picis nigræ, ceræ, Reſinæ pini, picis græcæ, bituminis ana lib. j. lithar. drach. x. ceruſſæ, æruginis ana drach.v.opoponacis drach.iij.olei drach.ix. Terenda contundantur in mortario cum aceto forti: reliqua liquentur: Miſce, coque, quouſque non amplius manus inquinet. Si voles ſedando dolori aptius reddere, adde ſucci hyoſcyami, opii ana drach. ſ. Ad recentia vulnera, ſinus, canum hominumque morſus, condylomata, inflammata, ad articulorum vitia in principio & ad podagram valet.

LIBRI

LIBRI TERTII

BASILICÆ CHYMICÆ

Pars IV. De saturno seu plumbo.

CAPVT I.

De eius natura ac proprietate.

PLumbum, Græcis μόλυβδος, Germanis Bley / Gallis plomb, Italis piombo, Hispanis plombo nominatur. Fit ex argento viuo impuro, crasso, lutulento, & sulphure modico, impuro. Cardanus putat, quod non solum in terra, verum etiam sub dio crescat: facitque eius 4. Discrimina, vulgare album, quod multi stannum appellant, Bisemuthum, & quod è stibio paratur. Plinius agnouit tantum vulgare seu nigrum, & album.

Plumbo reliqua metalla, velut Aurum & Argentum purgantur, beneficio tamen ignis, nempe purum cum puro congregãdo, & impurum segregando. Præterea dicendum est quænam fiant ex plumbo. Fiunt ex eo mortaria & pistilli, nec nõ turundæ fistulosæ, canulatas dicunt, internis & profundis vlceribus dicatæ, quæ aliis quibusuis etiam aureis æque sunt efficaces. Mortariorum v. vsus à Galenicis hic esse dicitur. Quicunq; humor in eo aliquandiu residet, multo euadit frigidior, quam antea fuit. Ideo oleum Omphaceum, aut rosaceum, aut melinum, aut myrtinum, si illi infundatur, remedium optimum aduersus inflammationes, & vlcera contumacia, tum aliarum partium, tum naturalium, tum testicu- *Vsus plumbi.*

Pp lorum,

lorum, cancrosque & articulorum fluxiones præparatur. Quod si refrigerans aliquis succus, vt semperuiui, Cotyledonis, Intybi, Lactucæ, chondrillæ, psyllii Omphacii, portulacæ, mortario eiusmodi imponatur, subigaturque in sole, aut aere, aliasue calefacto, præstantissimum efficitur medicamentum, ad feruorem & calidas fluxiones restinguendas. Quinetiam plumbum in laminas ducitur, quæ lumbis admotæ genituræ fluorem per insomnia prohibent, insigniter refrigerantes. Bractea quoque tenuis ex eo facta ganglium dissipat, propius ei alligata.

Galenus dicit, plumbum est refrigeratoriæ facultatis: Ipsumque chironiis, quæ vocant vlceribus & cancrenosis ac putredinosis, tum ipsum per se, tum quibusdam aliis permistum conuenit: Constrictiuæ etiam quidam dicunt esse naturæ, vnde contra libidinem venereorum, & nocturnas pollutiones valebit, laminis eius lumbis circa renes suppositis.

Ablatio plũbi. Modum abluendi plumbi sic docet Dioscorides: In mortarium plumbeum aquam infundito, & pistillo plumbeo, donec aqua ingrescat, & limi modo crassescat, tundito. Linteolo deinde colato, aquam, vt facilius, quod resolutum est, incerni possit, superinfundens. Hocque iterum dum tibi sufficere videbitur, facito, vbi consederit, priore aqua effusa nouam addito & sicut cadmiam, donec nulla amplius appareat nigritia, lauato: postea in pastillos redigito.

Quidam scobem mundi plumbi lima quæsitam, mortario pistilloque lapideis terunt, aut manibus cum aqua paulatim adiecta fricant, donec nigrescat: mox vbi id pessum ierit, effusa aqua colligunt in pastillos. Alii elimatæ scobi modicam plumbaginem adiiciunt, affirmantes ita elotum plumbum præstantius esse. Potest refrigerare, adstringere, inducere, mollire, caua explere, sistere oculorum fluxiones, & vlcerum excrescentia: sanguinem supprimit: prodest contra sedis vlcera, condilomata & hæmorrhoidas, ex rosaceo: Item ad ea, quæ ægre cicatricem ducunt: & in totum spodii effectus præbet, nisi quod non obducit crustas. Sincerum plumbum affrictu marini scorpionis, Draconisque plagis auxiliatur.

Vstio plũbi. Modus vrendi plumbi secundum antiquos talis est; super tenuissi-

nuißimas laminas plumbi, fictili nouo inditas sulphur inspergito, additisq; aliis rursus laminis, interiecto semper sulphure vsq; dum vas expleueris, succendito. Flagrante a. plumbo, ferrea rude versato, donec perfecte redigatur in cinerem, nihilq; è plumbo non vstum hæserit, tum demum obstructis narib. eximito: alioquin halitus plumbi noxius sentitur. Aut elimatam plumbi scobem in olla sulphure vrunt. Alii laminas in fictili crudo, vt dictum est, imponunt fornaci aut foco, & circumlinentes operculum, dato exili spiramento, vrunt. Alii pro sulphure cerussam, aut hordeum inspergunt. Ali integras laminas imponentes, acri igne vtuntur, & rudicula ferrea continue mouent, dum in cinerem soluantur. Sed difficilis huiusmodi vstio, & si vehementius vratur, contrahit spumæ argenti colorem. Magis tamen Galenicis placet prima vrendi ratio. Plumbum vstum lauatur vt Cadmia, & reconditur. Eosdem effectus habet, quos plumbum elotum, sed multo acriores.

Extrahitur quoque è gleba quadam plumbaria è fodinis eruta, quam lapidem Molybdoidem nominant. Secretum a. & liquatum plumbum, adhucque calens aqua frigida perfunditur, quousque scoriam quandam exuat, quam Recrementum plumbi vocant, Germanis Bleyschlacken. Optimum est densum, fractum contumax, cerussam plane repræsentat. Eadem quæ plumbum exustum potest, sed magis astringit. Lauatur in mortario infusa aqua, & refusa summa aquæ parte, quæ luteum colorem duxit: idq; sæpius, dum recrementum absumatur. Dein vbi consederit crassamentum, aqua effusa, digeritur in pastillos. *Recrementũ plumbi.*

Plumbago vero, Græcis Molybdæna, Germanis Bleyertz dicitur, optima est flaua, argenteæ spumæ æmula, modice splendens: cum teritur rufa, cum oleo cocta iecinoris colorem trahit. Vitiosa est, quæ aerem aut colorem plumbeum refert. Probatur quæ lapidosa non est, aut recrementosa, sed nitens & flaua. Vim habet spumæ argenti, aut recremento plumbi similem. Vritur, lauaturque eodem modo. Miscetur conuenientißime medicamentis, quæ liparas vocant, atque Emplastris minime mordentibus. Carnem recreat, & vlcera ad cicatricem perducit: glutinantibus tamen medicamentis aut abstergentibus non conuenit. *Plumbago.*

Cerussa. Vt ferrum ferruginem, æs æruginem, sic plumbum plumbaginem, & cerussam eructant, alii plumbi florem, alii ex Galeno plimmithion nominant. Licet autem cerussa aceti beneficio erumpat, sicut & ærugo, non tamen vt ea viridis est, sed albissima, vnde pictores, quibus inseruit frequentissime, album plumbi vocant Germanis dicitur Bleyweiß/ Gallis De la Ceruse. Italis Biacca. Hispanis El aluayalde, &c. Fit autem ad hunc vel similem modum. Infuso in vrceum oris, aut fictile labellum aceto quam acerrimo, laminam plumbeam supra fictilis spiraculum, subiecta prius arundinea tegete, firmato: superiectisque velaminibus, ne halitum expiret acetum, vbi resoluta fuerit, defluensque deciderit, humorem purum ad summa delatum colato, crassamentumque transfundito. Debet quoque siccari in sole, mox trusatili mola teri, vt aliâs tritum cribrari. Postea quod superest duri, in tenues partes redigendum, cribrandumque, vicissim eadem tertio, quartoque facienda. Melior, quæ primo cribrata est, & medicamentis oculorum assumenda. Secundum locum tenet sequens, & reliquæ suo ordine.

Nec desunt qui ligneas rudes in medio vase appendant: & deraso ceu situ imposito, ita vt acetum non contingat, inditoque operculo circumlinentes dimittunt. Post dies 10. laxato obturamento visunt: cumque resoluta materia fuerit, reliqua exequuntur. Si autem quis in pastillos velit digerere aceto acri subacta, diuiditur in pastillos, qui in sole siccantur. Æstate tamen supradictum opus obeundum est: ita enim candida atque efficax redditur. Quinetiam hyeme paratur, vrceis supra furnos, balnea aut fornaces impositis: Ascendens enim calor idem, quod sol, præstat.

Albissimam cerussam non modo pictores exoptant, sed & mulieres ad faciem fucandam, eius tamen indebito vsu dentes nigrescunt, carie eroduntur, & oris fœtura nascitur. Laudatissima est Rhodiaca, vel illi similis, quæ nunc puteolis dicitur. Torretur porro cerussa hoc modo: Flagrantibus igni carbonibus, fictili nouo, tritam cerussam imponito, & assidue versato: cumque cinereum colorem traxit, eximens refrigerato, & vtitor. Est & aliud vrendi genus. Trita patinis nouis supra prunas imponitur, & ferulacea rude mouetur, donec colore similis sandarachæ fiat, exactaque ad

vſus miniſtratur. Quæ vero ita paratur, à quibuſdam ſandyx vocatur.

Antequam autem ceruſſa in emplaſtrorum, vnguentorum & collyriorum veniat compoſitionem, debet præparari hoc eſt ablui, vt mediocriter deſiccet & adſtringat, ſine aliqua mordicatione, in liquore conueniente, vt aqua interdum ſimplici, ſæpe roſacea hoc modo: Ceruſſæ quantitas idonea ſumitur, in mortario lapideo cum piſtillo ligneo teritur: dein aqua affunditur, agitatur; tum quieſcere permittitur: vbi in pilæ fundo ceruſſa quieuerit, aqua abiicitur. Rurſus alia affunditur, agitatur, reſidere craſſamentum ſinitur; aqua, vt ante, eiicitur, atque denuo noua immittitur. Idque toties iteratur, donec aqua vltimo affuſa & agitata, pura & clara, & ſordis omnis expers appareat. His rite peractis, ceruſſa ſuper porphyrio leuiganda, ſiccanda, atque rurſus terenda, cum aqua roſarum in paſtillos fingenda, & ad futuros vſus reponenda. Sunt qui aceto terunt, & ſubigunt in maſſam; alii alio liquore intentioni accommodato. Ceruſſa refrigerat, ſiccat, aſtringit, extenuat, explet, excreſcentia leniter reprimit, & ad cicatricem perducit. per os non ſumitur quia periculoſum. Hactenus audiuimus antiquorum Galenicorum de plumbo ſententias, nunc & chymicorum addemus opiniones.

Plumbum (ait Paracelſus tom. 8. cap 5. pag. 99.) eſt trium primorum nigredo, quæ minime ſuperfluitas exiſtit, ſed peculiaris in ipſis natura metallica. Nam in Mercurio metalla omnia iacent: Et omnia tantum ſunt Mercurius. ſic & de ſale & de ſulphure iudicandum. ſicut ergo cuprum, trium primorum abundans rubedo eſt: ſic plumbum eſt nigredo eorundem. Quæ nempe grauitas in Mercurio eſt, plurima & potiſſima, eam Archeus eiicit, velut & craſſitiem ex ſale & ſulphure. Mercurius dat ductilitatem: ſal coagulationem: ſulphur fluxum & tincturam. Quatuor ergo in plumbo colores iacent: Nigredo quæ eſt trium primorum: Rubedo, quia præcipitationem in ſe continet ex Mercurio. (Et licet bonitate genuinæ non reſpondeat, talis tamen ea eſt, qualis Mercurio craſſo debetur) ſimiliter & albedo: ſiquidem ex calcinatione Mercurii oritur. Per calcinationem ergo albeſcit, ex natura tantum Mercurii, ex qua plumbum conſtat: ſic in plumbo etiam flauedo

Plumbum quid.

4. Plumbi colores.

uedo ineſt, ex Mercurio indita. Si enim is calcinando agatur vltra gradum primum, tunc Mercurium quemlibet flauedo ſequitur, qualis etiam eſt in plumbo. Sic ergo plumbū nihil eſt aliud, quam Mercurius ater, qui in ares iacet, & per Archeum ſeparatur, vt craſſities & huiuſmodi colores à Mercurio prodeant.

Plumbum Mercurius niger.

Natura ſaturni.

Tomo 6. libro vexat. pag. 283. ſic ait de natura ſaturni. De propria ſua natura ſaturnus ita loquitur: pro ſuo me eiecerunt examinatore ſex alia, deque loco ſpirituali extruſerunt à ſe: corruptibile corpus in manſionem etiam adiecerunt, vt quod ipſa nec ſunt, nec habere cupiunt, ſim id ego. Sex fratres mei ſpirituales exſiſtūt, inde fit, vt inde corpus meum, quoties ignitus ſum, penetrent, ac vna mecum pereunte, igne pereant & ipſi, Auro & Argento tantum exceptis: Quæ mea mundantur & ſuperbiunt aqua. Spiritus meus eſt aqua ſoluens fratrum meorum rigida & congelata corpora.

Corpus meum tamen ad terram eſt procliue: quicquid in me recipitur, etiam proprium fit eius, & per nos in corpus vnum efficitur. Mundo minime foret vtile, ſi cognoſceret aut ſaltem crederet, quidnam in me lateat, efficereque poſſim: Vtilius foret, ſi mecum id, quod poſſim facere calleret: Alchymiſtarum artes omnes deſerens, hoc ſolo, quod in me eſt, & per me fieri poteſt, vteretur. Frigoris lapis eſt in me, hæc eſt aqua, per quam ſpiritus congelari facio metallorum ſex in eſſe corporeum ſeptimi, hoc eſt, Sol cum Luna promoueri.

Ceruſſæ præparatio duplex: 1. Ad Medicinam: 2. ad Alchymiam.

Idem Tom. 6. De morte rer. natur. lib. 5. pag. 220. ſic docet ex plumbo facere ceruſſam & minium.

Mortificatio plūbi vt redigatur in ceruſſam, eſt duplex, vna ad Medicinam, altera ad Alchymiam. Præparatio vero ceruſſæ in Medicina eſt talis: Laminas plumbi ſuſpende in olla deuitreata ſuper acetum forte ex vino, olla optime obturata, ne ſpiritus exhalent: Hanc ollam pone in cineres calidos, vel in hyeme poſt fornacem, tunc ſemper poſt 10. vel 14. dies inuenies optimam ceruſſam adhæreſcentem laminis, quam pede leporis abradito: Laminam vero reponito ſuper acetum tamdiu, donec ſatis ceruſſæ habes. Altera autem ad Alchymiam præparatio ſuperiori eſt ſimilis, niſi quod in aceto multū optimi & pulcherrimi ſalis armoniaci ſolui oporteat,

teat,

teat, hac ratione pulcherrimam & subtilissimam cerussam habebis ad purgandum stannum & plumbum, & ad dealbandum cuprum.

Si vero ex plumbo minium conficere volumus, oportet prius sale calcinari in cinerem, & postea in vitreata olla lateraliter aduri semper agitando filo ferreo, donec rubescat. Hoc minium est optimum & carissimum, & in Medicina simul ac Alchymia vsurpari debet: Alterum autem quod mercatores vendunt in tabernis non valet. *Minij ex plumbo praparatio.*

Fit enim tantum ex cineribus, qui in minerarum liquefactionibus de saturno remanent, quod & figuli ad incrustandum vasa emunt, tale minium tantum ad picturas, & neque ad Medicinam neque ad Alchymiam valet.

Vt autem plumbum redigatur in flauedinem, fit præparatio eius non absimilis præparationi minii. Nam plumbum hic quoque calcinari, & in cinerem redigi debet, & postea continuo ferro agitari in lata patina probantium mineras, in mediocri igne carbonum, diligenter animaduertendo, ne nimium caloris sentiat, neue agitatio sit negligens, aliâs enim flueret & fineret vitrum flauum: atque ita habebis pulcrum flauum ex plumbo. *Crocus saturni.*

Eodem tom. lib. 1. de præparat. pag. 194. sic ait de saturno, virtutes eius sunt pro incarnatione. *Plumbi vires.*

Præparatio incarnationis. Recipe cineris saturni, (id est plũbi) reduc ad decoctionem cum aceto per horas 3. vel 4. Et est prima præparatio: sanat vulnera, incarnat, & solidam carnem gignit. Cerussa quoque ex plumbo fit, si cum aqua lauetur ad solem. Ex cerussa in lebete decocta fit minium. Omnia medicamina in vulneribus & vlceribus, & præparatiuis sunt ex metallis: & erunt optima. Hactenus Paracelsus. nunc & alii audiendi sunt.

Libauius in comment. Alch. part. 2. lib. 1. De Natura metallorum cap. 7. sic definit: Plumbum est metallum molle imperfectum, liuidius stanno, ex mercurio & sulphure leuiter coagulatis, fœtidis, impuris, terreis, quodammodo etiam arsenicali spiritu inquinatis, crudioribus tamen & humidioribus, quod lotione, admistione mercurii & induratione in plumbum album transit. Est & acre corrodensque, itaque in examine perfectorum

adhibi-

adhibitum imperfecta quæuis consumit, & secum in fauillam scoriasue vertit. Ob mollitiem & leuem coagulationem principiorum funditur omni alio metallo. Nec potest calcinari facile, quia sulphur eius cum Hydrargyro pertinaciter est coniunctum, quod non fit in stanno, vbi sulphur facilius effugit, & calcem relinquit. Ob spiritus terreos acres, calcinat Aurum, & Argentum viuum cogit. Argento familiare est, & in hydrargyrum absumitur promte, & per artem etiam vertitur. Differt à stanno immunditie maiore, humiditate, difficultate calcinationis, & copia maiore sulphuris constantis. Eius naturæ accedit Antimonium magis terrestre, fœtidum, arsenicale & rapax.

Additio eiusdem.

Plumbi vsus est multus in excoctione & examine imperfectorum; quod alienitates omnes facile consumat, & ex lapide venisque ea prompte propter familiaritatem quam maxime cum Argento habet, suscipiat, eandem ob causam etiam ex ære assumit idem. Hinc Geberus scripsit, quod per artem etiam facile possit in argentum mutari. Sed descriptio ostendit, quod à perfectione absit admodum procul. Itaque si facile mutatur, per tincturam: id fieri patet, ob eam causam, qua & Argentum viuum, cum vix sit aliud quam hydrargyrus terreus, remistus mineralibus acribus & semicoagulatus. Alias ponere debet impuritates, quas habet varias, amittere cruditatem, liuorem, inconstantiam, pondus plumbeum mutare in argentum, &c.

Mutum est, ob humorem excedentem. Crescit eius quantitas & pondus in subterraneis metallicis. Sed & facile lapidescit; illud ob hydrargyri spiritus se insinuantes, quomodo & Bismuthi vena augetur; hoc ob terrestrem naturam, vnde & in examine fulminis hydrargyrum plumbaginem & scorias vitreas præbet, & facile calcinantur, quæ indicio sunt, quod in plumbo plus sit fecis terreæ quam in stanno. Facilime funditur ob leuem coagulationem & humiditatem, quomodo videmus fieri etiam in argento viuo corporum à frigore concreto. Deinde quia sulphure non fixo seu adustili, hydrargyroque abundat. Sulphur enim fluxile & hydrargyrus volaticus causa sunt fusionis absque ignitione. Quanquam autem etiam dicere poteramus, ideo facile fundi

calo-

calore, quia frigore non acri congelauerit; tamen potior causa à materialibus qualitatibus petitur, vt simul innotescat eius intima natura. Ideoq e non hydrargyri tantum leuis compactio respicienda est, sed & sulphuris fluxilitas, & spirituosa fugacitas, qua reserantur facile eius claustra. In plumbum album transit, si calcinatum, vel granulatum aquis eluatur acribus & dealbantibus, quale est lixiuium tartari, alcali, & similia. Ita enim fuscedo hydrargyri & sulphuris detergetur, quomodo & ipse hydrargyrus per oxalmen mundificatur: Et stibium aquis nitrosis, cui & accedit prope ipsis principiis & admistione arsenicali impuritateque, sicut & cadmiæ metalliferæ; quod arguitur non tantum fœtore, corrosiua facultate, virulentia, &c: sed & separatione & experimento plumbi albi, per stibium in nigrum migrantis. Gebero ex plumbo fit stannum, si lauetur cum hydrargyro, & igni fundatur, remanente cum eo aliqua parte Mercurii. Alii à calce eius frequenter sublimant argentum viuum purum. Cum ex hydrargyro reducitur, aliquid substantiæ perdidit, & siccius seipso factum est, argumento quod ignes absumant eius humiditatem volatilem, relicta terrea portione, non omni tamen humore vacuam. Saturno assignatur ob humorem & frigus, quæ in fronte seu in aperto gerit, cum in recessu sit calidum & mordax. Habet aliquid temperiei commistum de sulphure & chalcantha. Itaque ex eo colligitur dulcedo mira. In homine pulmonibus dicitur consentire. sed non facile in corpus immittitur, ob virulenticum arsenicalem & realgaricum venenum. In externis malis præsertim saturninis, vt cancrosis vlceribus, leprosis & similibus, apprime est efficax. Quocirca calcinatione seu reuerberii, seu acutorum in cerussam, plumbaginem citrinam, minium, liquorem, &c. vertitur.

Mirum est hoc metallum frigiditatem mercurialem in manifesto exhibere; & non obstante ea, peragere opus calidorum, in discutiendo œdemata, scirrhos & similes tumores. Id autem acceptum referendum est mercuriali potestati, quam externum suum frigus non coercet, quo minus etiam occulte diuaporet, penetret, & attenuata consumat.

Plumbum etiam peculiariter transire in aurum scripsit Lagno- *Plumbum in aurum.*

 uetus

nerus in hunc modum: Redige plumbum in mercurium, affunde ei oleum solis, colloca in phiola in Arenam per gradus ignis, ita vt medium vsque sepelias, donec fiat materia cinerea. Postea immerge profundius aucto igni per horas 4. donec citrina euadat. Tandem penitus obrue, auctoque igni fige. Fixum reduc cum Borace, & aurum erit.

Plumbum in stannum. Plumbum in stannum transit, si sæpius calcinetur, vel granuletur, eluatur lixiuiis salium, vitrioli &c. & reducatur. Potest & cementari in laminas ductum, per strata vicaria cum sale ammonio. Cementatum funditur, idque repetitur, cementi ratio sit pro plumbi natura, & mollitie.

Vena plumbi. Ea plærunque (vena) est Galæna aut pyrites cobalti instar. Si mera est, duplum fluxus, cum aliquantulo scobis ferreæ adiicitur & vulgaris salis momento, quod est inspergendum. Excoquitur paulatim, cauendo ne carbones ciner esue in catinum incidant, & scorias multiplicent. Cum feruere incipit, ignis augetur, sed breui, ne difflетur plumbum. Ita cauendum est, ne quid humoris incidat cum in præfurnio feruet. Quæ immitis est, & rapacia mineralia secum ducit, donec fœtidum halitum non amplius emittat, vbi cauendum est ne fundatur calore nimio. Postea excoquitur vt mitis.

Notandum vero venam plumbi, vt & alias pauperes & ignobiliorum metallorum, excoqui fornace semper patente, nec clauso oculo, cum duplici præfurnio seu catino, ita vt sæpe triduo idem opus duret. Nonnunquam proprius eius focus est ita concinnatus, vt lignis imposita vena cum scoriis ferri, vbi eliquata fuerit, decurrat in in catinum subiectum, vbi scoriæ abstrahuntur, plumbum vero effunditur in foueas.

CAPVT II.

De plumbi præparatione atque calcinatione.

P...gatio plumbi. PRæparationem præcedit purgatio eius, hæc talis est: Plumbum funditur in trulla ferrea, iniicitur cera, sinitur q; comburi (quantitas

titas ſit fabæ) effunditur in aquam claram, & granulatur. Grana abluuntur. Liquefactum etiam extinguitur aceto acerrimo, & post iterum aqua ch lidoniæ, tertio aqua ſalſa, quarto in aceto ſolutionis ammonii; tandem funditur.

Vel ſic purgatur: Laminæ minutim conciſæ macerantur acri aceto indies. Scobs ſiccata in marmore læuigatur. Bulcaſis plumbeo mortario infundit aquam, & cum plumbeo piſtillo terit, donec nigreſcat. Hanc effundit, & ſubſidere permittit, ſiccatque.

Alius modus fit per fuſionem, idque multipliciter, & vocant granula. Fuſo plumbo vel ſtanno ſal immiſcetur, ita vt particulatim iniiciatur, & ſedulo agitetur, ſubigaturq; cum ſpatha. Loco ſalis miſtura ex ſale & alumine ſumitur. Cum in minima diſceſſit, refrigerata maſſa ſal aqua affuſa ſoluitur & eluitur. Aliter: Funde plumbum per ſcopas in aqua locatas: aut per cohleas ſeu cribrum metallicum anguſtiſſime perforatum, in labrum aquæ, vel eliquatum in trulla funditur in alueolum ligneum pinguedine illitum, cumque incipit refrigeſcere, agitatur alueolus hincinde, & diſiicitur plumbum in grana, quæ cribro excutiuntur. *Granulatio plumbi.*

Eſt & cum amalgamantur cum hydrargyro, ingeſtoque ſale hydrargyrus per diuaporationem ſubducitur. Sale eluto remanet puluis. Eius calcinatio artificioſa ſic eſt: Plumbum liquefit in matula terrea, vel olla ferrea, purgaturq; à ſcoriis ſuperne eminentib. per rutabulum: Deinde aucto igne, vt olla candeat, continua agitatione, cum ſpatula ferrea, reducitur in calcem griſæam; quæ cribellata, poſtea ſi diutius reuerberetur fit minium. *Calcinatio ſaturni.*

Ceruſſa etiam funditur in catino, agitatur cochleari: Emergens calx aufertur, donec tota ceruſſa ſit calcinata. Calx reuerberatur. Vel pone granula ſaturni purgata in fictile non vitreatum, & ad ignem candefacito, ſeu ſine vt incaleſcant quãtum poſſint. Reſtingue aceto acerrimo aliquoties, poſtea eliqua ſeu funde, & cum ferrea rude agita, dum in ſpumam tollatur tota fuſio. Spumam igni coque, quouſque albedinem ſubcitrinam acquirat. Hæc calx aptior eſt medicinis.

Calcinatur etiam per aquam fortem comminuto plumbo affuſam vaſe in aqua frigida locato. Fiant cryſtalli edulcorandi.

Alii laminas ſaturni immergunt ſpiritu vitrioli acri rubeo, ſuſpen-

ſuſpendunt de funibus ad aerem, aut etiam Aprica, donec ceruſſa appareat. Hanc abrade, & opus repete, donec totæ ſint calcinatæ. Alii in olla orificii amplioris ponunt parum aceti vini cum ſua fece, imponunt huic vuas albas bene maturas. Suſpendit laminas è gauſapino panno filo aſtrictas: tegit operculo, ſepelit in fimo, vt vna tertia emineat. Debent autem vuæ pertingere fere ad medium ollæ &c. Ceruſſam abraſam abluunt ſæpe, donec alba fiat, cum qua procede vt iam ante dictum eſt. Alii laminas plumbi ſubtiles concidunt minutim, & cum calce viua mutuis ſtratis reuerberant, cementantque per noctem.

Plumbum album inde collectum funditur igni, fuſum iniicitur in liquorem factum ex aceto & lixiuio calcis, cineriſque ſarmentitii. Tertia repetitione acquirit duritiem lunæ. Hoc plumbum poſtea artificioſa manu reducitur in calcem, inde quidam putant quod hoc pumbum facili modo poſſit conuerti in argentum. Alius vult, ſi plumbum fuſum per 40 vices reſtinguatur in miſtura aceti & aqua ſalis communis præparati, inde tritū ſiccetur, ollæque incluſum, clibano immittitur per horas 24. calenti, & abire in calcem viridem, auri pondere.

Libauius lib. 2. Alch. tract. 1. De magiſteriis cap. 27. ſic dicit: Pro croco ſaturni, eſt ochra plumbaria & ſandyx ſeu minium, illa flauet, hoc rubet, fiuntque ad ignem è plumbi puluere granulato vel polline, qui mediocri igni in ſartagine verſatur ſubinde citra fluxum, donec flaueſcat, fiatque ochra ſeu plumbago, quæ vlteriore calore tranſit in minium.

Additque explicationem Agricolæ talem: Ochra plumbaria fit ita: Plumbum in Ampullam vitream oblongam coniicitur, eaque in fornacem chymicam imponitur. Deinde ſubiecto igni coquitur, vſque dum ochræ traxerit colorem. His & addit Libauius eodem in loco. Quanquam autem totum plumbum & ſtannum poſſint ita mutari; non tamē ſemper id quærunt artifices croci nomine; contenti ſcilicet ceruſſa tenuiori, quæ à ſuperficie abraditur, & poſtea igni colatur, ſpiritu vini maceratur, læuigatur, tenuiorque euadit: Itaque fere cum flore conuenit. Poteſt & fieri è ſcoria (inquit) in quam plumbum ſit redactum. Hæc ſufficiant de eius præparatione atq; calcinatione, ſequitur eius ſolutio in Medicinam.

Ca-

CAPVT III.

De plumbi solutione in Medicinam.

NOstra Iatrochymia dicit: Plumbum est metallum molle, imperfectum, ex sulphure & mercurio leniter coagulatis. Præcipua eius virtus censetur splenetica.

Ex eo varia concinnantur medicamenta, vt liquor, spiritus, sal, oleum, sacharum, Balsamus &c.

Aquæ soluentes saturnum hæ sunt: Recipe aluminis, vitrioli singulos trientes, salis petræ libram, atramenti rubei vncias duas. Fiat aqua fortis. Collige spiritus rubeos. *Aquæ soluentes plumbū.*

Vel Recipe salis vncias octo, æruginis vncias duas, aluminis sescuntiam, salis armoniaci libram semis, fiat aqua fortis ad sulphur plumbi faciendum.

Liquorem saturni sic vult vt præparetur Libauius: Calcem cum aceto stillatitio factam siccatamq;, solue spiritu vini Tartarisato (qui quater destillatus per se, sale Tartari misceatur, & destillando vniatur) vtrisq; vna commaceratis. Solutionē transfunde & spiritum muta, donec totum attenuatum in spiritum abierit. Solutiones coagula in sacharum, & solue per deliquium: Alii volunt hoc esse eius oleum per descensum factum in cella. Fit & eodem modo, quo liquor Iouis, è calce plumbi rubea, hoc est, croco seu sandyce per sublimationem cum sale ammonio, &c. Sed hic modus à nobis non laudatur, quia corrosiuus, verum si si soluantur in cella, abeunt in oleum cuius vsus est ad fistulas, Anthraces, cancros, tubercula dura & similia. *Liquor saturni.* *Oleum saturni per descensum.*

Spiritus ex saturno ardens fit talis: Calx saturni siue minium, aceto destillato, vel eius saltem phlegmate perfunditur: postea per diem naturalem sæpius agitando, ne in fundo vasis concrescat, digeritur: Menstruum detrahitur: aliudque, donec omnis salsedo abstrahatur, substituitur. Repletiones filtrantur, & ex duabus circiter partibus euaporantur: crystalli loco frigido expectan- *Spiritus saturni.*

tur, separantur: In nouo aceto dissoluuntur: filtrantur: & toties vt supra, coagulantur: donec sufficienter sale aceti armoniaco, tanquam proprio fermento impraegnentur. Tali calore balnei, per mensem digeruntur: Vt perpetuo instar olei in liquorē resoluantur. Destillentur postea per retortam, in Arena: seruatis ignis gradibus, adhibitoque recipienti amplo, qui nisi diligentissime cum Retorta lutetur: tanta fragrantia totum laboratorium replens deperit: Vt non dubitem: quin ea omnium vegetabilium odoratorum simul congestorum & mistorum odores longe superet. Post destillationem, omnib frigefactis: caput mortuum reperies nigerrimum, nullius momenti. E liquore egresso, separabis oleum flauum supernatans, & oleum sanguinis instar rubicundum, fundum petens. Phlegmate per reiteratas destillationes, ab aqua ardente separato: seruabis spiritum saturni odoratissimum, tanquam balsamum pretiosissimum ad varios morbos, tam intra, quam extra corpus vtiliter adhibendum.

Oleum saturni.

Caeterum non è saturno tantum arte Chymica (inquit Beguinus) spiritus eiusmodi fragrans elici potest: Verum etiam ex omnib. aliis metallis, mediante aqua illa viscosa minerali, quae solius vulcani beneficio, absq; vllius rei externae additione, breuissimo temporis spatio, educitur, & de qua Rhodianus in tractatu trium verborum: Mutatur iste spiritus fumosus, aquosus & adustiuus in nobilissimum corpus, & non fugit amplius ab igne; sed currit, vt oleum, &c Recipit enim omnes qualitates metalli, cui industria sagacis artificis immiscetur, odorem, colorem, saporem, cum conseruatione facultatis vegetantis: Et sicut Rhases dicit: pro vt mutatur, mutat. Vnde constat: quam turpiter rerum physicarū ignari sint vulgares misochymici, qui odores, sapores, & virtutes reliquas medicas solis vegetabilibus vendicant, & metallica tanquam humano corpori infructuosa, cane peius & angue fugienda existimant. De hoc menstruo egimus & supra in 1. lib. Basilicae Chymicae cap. 11. pag. 136. In panacaea solari 13.

Libauius lib. 2. Alchem. tract. 2. de extractis cap. 17. pag. 144. sic vult eius fieri oleum. Recipe magisterium plumbi solubile seu salem plumbi, pulueratum per retortam, destilla igni validissimo, vt omnes spiritus exeant. Separatur tandem aquositas ab oleo

oleo per Balneum, proditque ex libra ſemuncia. Vel plumbum redige in ceruſſam: Huius libram in triplo aceti, deſtillati bis coque per horas 3. verſando cum baculo: remoue ab igni, & ſine ſubſidere. Filtra idque repete quoad ſatis: Aquam filtro abſtractam deſtilla in balneo: Oleoſitas in fundo eſt, cui affunde vini ſpiritum bonum. Digere per horas 24. abſtrahe in balneo, & ter refunde, oleum per ſe in cucurbita retorta leniter deſtilla, & exibit oleum pulchrum ad fiſtulas, cancrum &c.

Bomettus noſter ſic vult: Minii libræ duæ in vas vitreum indantur, acetum deſtillatum ad ſex digitorum eminentiam affundatur, optime clauſum ſuper cineres collocetur, moueatur baculo ſtatim, ne fundo adhæreat. Die ſequenti effunde acetũ, quod dulce eſſe debet, in aliud vas: Nouum aliud acetũ impone: & vt ſuperius feciſti, fac, perge donec totum minium ſolutum fuerit. Collectis omnibus ſolutionibus, filtro nouo filtrare oportet; deinde in fimo equino per 15. dies putrefacies. Peracto tempore deſtilla acetum ad tertias, id eſt, vt ex tribus partibus vna remaneat. Hanc tertiam partem pone in locum frigidũ, aut in cellam & fient cryſtalli. Tunc euaporabit acetum & cryſtallos accipe, quos ſerua. Acetum iterum ad tertias deſtillabis & expones in locum frigidũ & iterũ fient cryſtalli. Hoc repete tamdiu, donec habeas materiam illam redactam in cryſtallos. Hinc ſalem cryſtallinum diuide in tres partes, prius tamen aqua ſtillatitia communi ſolutum, filtratum & depuratum, dum omnis acrimonia ſublata fuerit. Huius ſalis partem vnam accipe, quam in retortam vitream luto optime munitam ponito, cui Recipiens ſatis capax aptabis & clauſis iuncturis deſtillatione prouocabis; primo exibit albus fumus; deinde rubrum oleum; Ignem ſiccis lignis auge vſq; ad perfectam deſtillationem, ſepara aquam ab oleo in balneo Mariæ, vtranque autem partem ſerua, oleum tribus vicibus rectificabis, aquam ſeparatam pariter in balneo mundabis. Oleum valet ad vulnera & vlcera quæuis etiam deplorata, intra dies paucos carne implenda; oleo Terebinthinæ permiſtum, membris conuulſis reſolutiſq; inunctum breui ea reſtituit; tumorem ex calida intemperie ex oleo chamæmelino & oleo oliuarum diſcutit; inflammationes quouis modo ortas & ambuſta reſtinguit, ſi pannus cæruleus eo imbutus ſuperdatur.

Cryſtalli ex ſaturno.

Ex

Saccharum saturni. Ex altera salis crystallini parte, superius reseruata, hac ratione conficitur saccharum saturni: videlic. t, si huic sali affundas spiritum vini tartarisatum ad eminentiam duorum digitorum & circulentur omnia simul per aliquot dies, vt tota penitus acrimonia auferatur: Et hoc modo conficies ex saturno dulcissimum saccharum, quod temperatum & naturæ nostræ amicissimum, infinitis affectibus inseruiet. Id autem soluitur in oleum in humido, ad quæuis vlcera maligna breui curanda præstantissimum medicamentum.

Balsamus saturni. Ex tertia parte salis crystallini superius reseruata, conficitur Balsamus saturni, hoc modo: Recipe illam partem, contere, & in vas vitreum habens longum collum inde, infunde desuper spiritus terebinthinę partes 4. Tincturam extrahe, vt ex floribus sulphuris fieri solet.

Tunc sal saturni in rubrum colorem rubini instar soluetur. In retortam pone, & ad modum aquæ fortis destilla, primo lento igne, donec spiritum terebinth. extraxeris: Recipientem muta, ignem auge de hora ad horam donec nihil amplius destillauerit, & habebis oleum, cuius vires naturalem Balsamum superant vulnerib. malignis, cancro, polypo, noli me tangere, tangendo bombace etiam medetur.

De sale saturni sic ait Quercetanus: Ex saturno calcinato sal elicitur dulcescens in balneo, cum aceto destillato: toties ipsum in fæces affundendo, dum nihil amplius attrahat: euaporato menstruo, remanet in fundo sal, qui solutionibus, & coagulationibus iteratis fit crystallinus. Deinde facile in oleum resoluitur in loco humido collocatum. Porro si hunc cryſtallinum salem circules in pellicano, cum vini alcoole per 15 dies, postea menstruum per destillationem eximas, nouumque affundas, & circules, addasque idoneum pondus salis tartari crystallini, conficies balsamum saccharo dulciorem, & qui aduersus maligna vlcera, & oculorum affectus maiorem in modum conducit. *Balsamus è saturno Quercetani.*

Idem ille & sic inquit: Recipe plumbum optime calcinatum, ex quo cum cœlesti acido alcolisato, præparato, vt decet, extrahes essentiam in balneo Mariæ, idque tantisper facies, donec totum plumbum soluatur, & à lepra & omnibus suis impuritatibus

hoc

hoc modo expurgetur. Separato per B. menstruo, quod remanebit in fundo vasis, rursus solues in vini Alcool tartarisato, & circulabis omnia simul per aliquot dies, vt menstrui acrimoniam tantum auferas.

Et hoc modo conficies ex plumbo dulcissimum sacharum & temperatum, ac nostræ naturæ amicissimum, infinitis affectibus inseruiens. Id autem soluitur in oleum humidum. Est autẽ hoc saccharum ad quęuis vlcera maligna curãda præstantissimum medicamentum. Ex ipso etiam fit Balsamus pretiosus ad ophthalmiam & oculorum inflammationes, dummodo prius optime dulcoretur. Sic facies de stanno, spodio, Tuthia, lithargyrio & pompholyge: quæ omnia ita recte possunt præparari, atque mitia adeo reddi, vt citra morsum, maculas, & excrescentias etiam oculorum tollant, inflammationes doloresque summos sedent: vlcera omnia sine vllo dolore curent, eaque cicatrice obducant. *Sacharum è plumbo oleũ & Balsamus.*

De oleo quidã ignotus sic refert: Plumbum in calcem vel in cinerem aduritur, & super hunc aceti optimi stillatitii, quantum satis est, funditur, maceraturque per biduum in cineribus calidis: Deinde hoc relictis fæcibus effunditur, & recens admiscetur, siniturque, & eximitur vt antea idque toties repetitur, donec omnis dulcedo extracta fuerit: postea acetum quod collectum est, ampullæ inditur, & ex Balneo destillatur, vsque dum in fundo materia, siue sal plumbi album remaneat: quod in oleum tandem sic deducitur. Sal plumbi in cinerem redigitur tenuissimum, ac in retorta vehementiori igne destillatur, quousque spiritus omnes exierint, deinde aqua ab oleo per balneum separatur, ac oleum in cucurbitæ fundo colligitur. Libra vna salis dat circiter vnciam ß. vulnera & vlcera quæuis etiam deplorata intra dies paucos carne implet, sanatque: oleo Terebinth. permixtum ac membris conuulsis, resolutisque inunctum, breui ea restituit: Tumorem ex calida intemperie natũ ex oleo chamomelino & oliuarũ discutit: Inflammationes quouis modo ortas, & ambusta restinguit, si pannus cœruleus eo imbutus superdetur. Sunt qui hoc oleum granorum trium aut quatuor pondere in colicis, aliisque intestinorum doloribus, ex humore aliquo potui propinare soleant.

Spiritus saturni. Alius author sic docet spiritum atque oleum ex saturno: Recipe Arcollæ q. v. hanc calcina cum sale nitro, calcinatam edulcora cum aqua, remanentiam vero igne leni exicca Huic pulueri superfunde acetum destillatum sale armoniaco acuatum, stent in digestione, vsque dum acetum dulcescat, deinde effunde, ac recens vicissim superfunde, hoc extrahendo toties continua, quoties opus fuerit, vel quousque possit extractio fieri: Deinde & solutiones confunde & destilla per balneum omnia phlegmata, leni tamen igne, & in fundo manebit sal albicans, hunc iterum solue, feces inde separando: Demum accipe huius salis j. part. ac sem. salis nitri part. iij. Misceantur optime, atque indantur retortæ destilla ex arena spiritum, hic in chirurgia ad externa optimus est.

Oleum saturni. Eius vero oleum sic concinnabis: Recipe cerussæ, q. v. hanc calcina per mensem igne continuo, ita tamen ne fluat, postmodum exime, ac superfunde aceti optimi fortissimique, pone simul in ignem digestionis per viginti quatuor horas, tandem acetum fit dulce, hoc effunde in aliud vas, ac recens vicissim superaffunde, continuando donec nulla amplius dulcedo ex sapore aceti possit ex gustu considerari, vel vsque dum omnem cerussam & feces nihili solueris: Has solutiones coniunctas omnes filtra per papyrum quo purum ab impuro probe separetur: filtratis, in balneo acetum lenissime per destillationem sublima, vsque dum sal saturni in fundo siccus exsistat; Et hoc peracto salem plumbi vicissim per acetum solue, ad separationem fæcum, quem sal adhuc relinquit, feces reiice, & materiam salinam coagula; tandem & tertio solue salem hunc cum spiritu vini, atque etiam per balneum inde destilla, sic salem habebis saturni dulcem quem interne & externe vsurpabis.

Iam audi quid sit præterea faciendum si vis: Recipe huius salis part. 1. Lunæ solutæ part. 2. Arcani vitrioli partes 4. Mercurii viui partes 3. Misce & incorpora optime in cucurbita, ac pone sigillata in lenioribus cineribus per tres septimanas, deinde ignem augendo redige in vitrum rubeum fixum, pellucidum instar rubini, fluidum in igne.

Huius grana v. cum vino sumpta, affectus omnes tollunt capitis,

pitis, lenit dolores, pellit maniam, continuatur etiam ad tertiam vel quartam vicem.

Ex hoc sale etiam sine omni additione per se destillatur oleum, vt iam ante dictum est, si non per se vis destillare, miscebitur vel cum sale decrepidato, aut sale gemmæ. Oleum saturni mistum cum vini spiritu (dosis, olei salis è plumbo sit vncia semis, spiritus vini libra integra) potum, omnes dolores lienis corrigit, melancholiam abigit, corrigit & mundificat, melancholicum ac nigrum sanguinem emendat; Externe regio lienis si inungatur hac mixtura, puncturas eius tollit; Erysipelata inunctione eius curantur, extrahit, & omnes tumores restituit.

Hic sal potest etiam figi in puluerem rubicundissimum, qui postmodũ curat maxime vniuersaliter omnes pene morbos incurabiles, de quo dicendi locus nullus videtur relictus, pergo ad reliqua.

Sal, Butyrum, Saccharum seu mel Saturni, sic præparat Crollius in Basilica sua, pagina 273. *Butyrum seu mel saturni Crollianum.*

Minium vel cerussa, Creta non adulterata, aceto vini destillato humectetur, misceatur & exiccetur. Tritæ materiæ affunde acetum destillatum, ad supereminentiam trium vel quatuor digitorum, stet in calido loco (non in hypocausto, in quo habitent homines, fumus enim aceti infusi supra Saturnum nociuus est) per duos dies vel in cineribus in digestione quater quotidie agitando, & acetum in colorem flauum ac saporem dulcem mutabitur. (Vasa sint vitrea, nam terrea perfluunt) effunde, & reitera laborem affundendo nouum acetum donec non amplius coloretur & dulcescat: Abstrahe acetum in balneo, & manebit in fundo gummi, cui affundes aquam pluuialem destillatam, vt denuo soluatur, & fæces residuæ aceti ad fundum cadant, perge recentem aquam affundere cineri, donec nil amplius extrahat: aquam filtratam euapora, habebis sal quod in cella humida in oleum resoluitur, Sal prima vice paratum potest parum saltem calcinari, ne meliores spiritus auolent, & in marmore teri: acetum destillatum iterum affunditur, vt vicissim soluatur in cineribus calidis per tres vel quatuor dies mouendo sæpius, clarum filtratum effunditur ac euaporatur fæcibus abiectis: Si hoc aliquoties reiteretur, sal erit

pulcherrimum & cryſtallinũ, quod vltimo in aqua fontana ſoluitur & euaporatur, vel per ſe in cella in oleum liqueſcit.

Vires & vſus. Hoc ſaccharum Saturni omnes Mercurios ſublimatos ac corroſiuos dulces & innoxios facit: ideoque in vlceribus corroſiuis, quæ à ſale proueniunt, præſtans eſt medicamentum; ſicuti etiam in vegetabilibus ſaccharum vulgare acrimoniam & amaritudinem rerum temperat ac corrigit; ita mineraliam & mercurii & arſenici tam in magno quam paruo mundo hoc ſaturni ſaccharum mitigat ac emendat.

II. Contra putredinem oris præſtantiſſimum eſt medicamentum.

III. In vlceribus malignis, corrodentibus, cancroſis, & ſimilibus ſaturninis, lupo.

IV. Contra impetigines.

V. Purgat & mundificat vlcera vetera apoſtemata, vulnera vix dici poteſt, quam his ſit ſingulare remedium.

VI. Paracelſi ſingulare arcanum, contra omnis generis ambuſta, inflammationes, tumores, ignem perſicum, ſi miſceatur cum aqua plantaginis vel ſolani & linteolis madidis tepide applicetur; Ita pannus cæruleus intinctus igni perſico adhibetur.

VII. Contra puſtulas faciei rubeas.

VIII. Tumores tollit confeſtim, ſi cum oleo oliuarum & chamæmel. aqua roſarum admixta applicetur.

IX. In inflammationibus & rubedinis oculorum optimum in aqua euphraſiæ & roſarum.

X. Cum oleo terebinthinæ mixtum, curat omnia vlcera, vulnera & membra contracta inunctione continuatâ.

XI. Contra cancrum, fiſtulas.

XII. Vſus præſtantiſſimus in vlceribus mammillarum.

XIII. Omnem tumorem, inflammationem & dolores membrorum illius vſu externo tolluntur.

XIV. In colica aliquot guttæ olei intra corpus dantur in vino albo.

XV. In magnis inflammationibus internis tria grana in aqua roſarum & plantaginis offeruntur; Poteſt etiam affundi ſpiritus

vini,

vini, vt extrahat ſubtile, & hic eſſentificatus ſpiritus loco ſalis poteſt offerri: Saturnus eſt naturæ frigidæ, ideo omnibus inflammationibus contrariatur.

XVI. In quartana, & lienis affectionibus: item punctura circa vmbilicum.

XVII. Poteſt miſceri emplaſtris, linimentis, vel per ſe reſolui in oleo, vel in aqua appropriata applicari.

XVIII. Sua frigiditate hoc ſal ſaturni intra corpus ſumptum, libidinem veneream reprimit: Qui in cœlibatu viuere conſtituerunt, & illo vti volent, conſultius facient, ſi regionem ſaltem externam admixto aliquo oleo inungant.

Ex hoc ſaccharo deſtillatione artificioſa, ſpiritus elicitur inflammabilis, quo multo ſuo tamen proprio ſale fortificato conati ſunt auri calcem diligenter beneficio aquæ regis præparatam facere potabilem. Fides ſit penes cuiuſque experientiam.

Libauius lib. 2. Alch. tract. 2. de extractis cap. 39. ſic vult ex plumbo poſſe fieri vitriolum: Venam plumbi minutim tere, infunde, in parem quantitatem aceti deſtillati & tantundem ſanguinis terræ. *Vitriolum ſaturni.*

Impone in cucurbitam optime lutatam cum alembico & receptaculo in arena calida. Stent triduum, & calore primi gradus ſoluantur lente. Ignem intende per gradus; & remanet calx inſtar lithargyri.

Hanc ſiccatam, tritamque cribra per anguſta foramina. Quod nondum calcinatum & ſolutum eſt, redde aquæ prius abſtractæ, ita tamen vt vna addas etiam recentem venam, ſolue vt ante. Et hoc potes continuare quouſque libet, vel quouſque ſoluere poteſt aqua.

Huius calcis q. v. pone in phiolam. Affunde acetum cum ſanguine terræ, quæ deſtillaſti de priore. Coque tecta per diem medium.

Poſt coctionem pone in cella, vel aqua frigida, & lapilli emittentur.

Si aqua nimis fortis eſſet adde ei parum de aceto alio & ſanguine terræ, exeuntque plures cryſtalli.

Vel ſanguini terræ & aceto deſtillato iniice venam plumbi in-

tactam igni & soli. solue in calore quantum soluere potest aqua. Solutionem infunde patinæ vitreæ, & pone in cella in arenam, fientque crystalli puri & clari. Aquam defunde, crystallos exime.

Effusam aquam parumper diuapora, & iterum colloca in cella, & existent crystalli plures. Ita potes pergere donec dimidium vel plus ponderis venæ collegeris. Ex hoc vitriolo potest fieri hydrargyrus.

Sal saturni. Salem saturni etiam sic præparamus: Calx saturni, siue minium, siue arocolla perfunditur aceto destillato, vel saltem eius phlegmate: digeritur per diem naturalem, sæpius agitando: menstruum detrahitur, aliudque substituitur, donec omnis salsedo abstrahatur: Depletiones filtrantur, & in cineribus vel arena coagulantur. Si acetum tertio destilletur à sale saturni cum cohobiis: Postea superfundatur vini spiritus, & destilletur cum trina cohobatione: Sal sic virtutem acquirit admirandam in sanandis diuersis morbis. Si eius sex grana dentur in peste, cum vino albo: curatur æger intra 24. horas. In hydrope dantur tria grana in vino albo, quatuor diebus continuis: In colica sex grana cum vino albo: In lepra itidem sex cum aqua fumariæ, continue per 18. dies. Saccharum hoc intra corpus sumptum, frigiditate sua, libidinem etiam veneream exstinguit: Ac propterea vtile iis, qui in cœlibatu viuūt. Extrinsecus vsurpatum mira præstat in vlceribus corrosiuis, malignis, cancrosis, lupo & similibus. Contra putredinem oris etiam, & impetigines, ambusta, inflammationes, tumores, pustulas faciei rubeas, præstantissimum est medicamentum: si cum oleis aut aquis conuenientibus applicetur.

Verum ad externa talis ex hoc sale fit balsamus præstantissimus: Recipe salem saturni, solue in calido cum spiritu terebinthinæ q. s. in rubedinem claram: Deinde per retortam ex cineribus destilla, primum igne lento, donec spiritus terebinthinæ prodierit: quo ablato muta vas recipiens, ignem auge paulatim, donec etiam fortissimum adhibueris, & prodibit balsamus seu oleum præstans: Vulneribus, vlceribus, cancro, polypo, noli me tangere, &c. tangendo bombace medetur: Etiam in lupo gangræna, &c. ad alia etiam quæpiam æstiomena, &c. *Balsamus saturni.*

Beguinus

Beguinus sic vult: Destilla duas partes aceti impraegnati sale saturni vt tertia tantum pars supersit.

Deinde recipe olei rosati vncias quatuor, aceti impraegnati vncias octo. De hoc guttatim super oleũ infunde: & simul continue misce in mortario aeneo; & fiet instar vnguenti: quod confert inflammationibus, & podagrae calidae. Si idem acetum sale saturni impraegnatum mixtum fuerit, cum aequali parte aquae communis, & applicatum calide, cum linteolis replicatis, super contusiones in quacunque corporis parte, statim sedat omnem dolorem.

Fit & ex plumbo Mercurius, de quo Libauius sic praecipit lib. 2. Alchem. tract. 1. de Magist. cap. 49. pag. 111. dum inquit: De mercurio plumbi peculiariter ita praecipiunt: Laminas plumbi tenues sterne cum sale communi in vitro. Tege optime, & sepeli sub terra per dies 9. Inuenietur mercurius. *Mercurius saturni.*

Vel plumbi granulati libras duas, salis tartari, salis communis, antimonii singulas vncias. Contunde & misce poneque in retorta loricata cum receptaculo amplo ad dimidium lymphato. Da ignem lenem per horas duas. Postea auge vt vas excandescat, itaque vrge per horas quatuor, & exibit hydrargyrus in receptaculum, ex libra scilicet vna, vel amplius. Quod collo haeret commotione vasis excute.

Tria principia nonnulli sic volunt ex vena saturni: Galenam redige in crystallos. Adde his parem salem ammoniacum. In vitro locatis affunde acetum radicatum ad duos digitos. Putrefac in fimo per dies 15. donec purpurisset materia repraesentans pulticulae consistentiam. Adde farinam frumentaceam: Forma globulos, quos exsicca. Cape cucurbitam, vel ollam, & pone in ea stratum ex cinere sarmentitio cribrato & calce: super hoc stratũ globulorum loca, idque vicissim donec tertia pars sit impleta. Reliquas duas musco sicco infarci. Hanc cucurbitam inuersam pone super alia, quae tertia sui parte frigidam contineat. Destilla ita per descensum per gradus ignis. Mercurius cũ sulphure in vas subiectũ rorabit. Separa vtrumq; artificiosa sublimatione. Sal ex phlegmate coagulatũ quo crystalli sunt facti. (Interdum crystallos venae plũbariae terunt cũ sale ammonio: sublimãt, sublimatũ coquunt in aqua dulci, *Tria principia ex saturno.*

volunt-

voluntque in hydrargyrum abire. Alii parant cum aqua Boracis, aqua forti, oleo rubro vitrioli perfusi aceto stillatitio, &c.) Hæc de saturni præparationibus generalioribus, plura de plumbo dicere possemus, quo arcani & maioris mundi constaret analogia cum materia sapientum, sed hæc mihi non sunt concessa, neque mundus hisce dignus, filii tamen scientiæ hoc obseruent, quod saturnus sit primum influens à sole, qui vicissim ex retrogressu eius influentiam in mysterium exaltare potest, gratia & combinatione infimi influxus mercurii, hæc tria si intelligis, habes lapidem ex scientia Arcanorum summum, Dosin denego etiam, quia antea descripsi, lege itaque & relege mea scripta, & apparebit tibi à me scientiam non esse occultatam sed ante fores apertam, Deus nobis cum felici successu communicet sua secreta suauissime, quo aquas in gaudio hauriamus de fontibus saluatoris, secundum Esaiam.

CAPVT IV.

De medicamentis cum plumbo præparatis ac mixtis, secundum mentem antiquorum.

LInimentum Quercetani ad callum & fistulas curandas: Recipe olei mellis destillati ignis expressione vncias duas, olei saturni, olei mercurii sublimati ana drach. j. olei petrolei Caryophyll. ana drach. j. ſ. excipiantur Terebinh. & apponantur cum Elychniis aut turundis parti affectæ.

Linimentum ad Intertrigines, Hieronymi Mercurialis: Recipe medullæ ceruinæ drach. iij. Cerussæ lotæ drach. ij. ſ. Butyri recentis cum aqua rosacea loti drach. ij. Lithargyrii abluti drach. ſ. Myrrhæ drach. j. cum modico Tereb. Fiat linimentum.

Linimentum Quercetani ad ossa corrupta & cariosa. Recipe Balsami mercurii vnc. ſ. olei Antimonii drach. iij. salis saturni drach. ij. M. omnia simul. Ossa corrupta & saniosa, nec non vlcera maligna, & deplorata mirum in modum persanat.

Linimen-

Linimentum eiusdem ad combusta vulnera; Recipe lardi liquefacti, & aqua solani excepti vnc. j. olei Saturni vnc. ß. M. Linimentũ eiusdem Quercetani præstantissimum ad Empyreuma pulueris tormentarii restinguendum. Recipe Salis Saturni sacharini vnc. j. olei vitell. ouorum vnc. ij. Butyri præparati vncias iiij. M. & fiat linimentum, quo totus adustus locus irrigatur ter, aut quater in die. Inflammationes etiam omnes arcet, & dolores compescit.

Vnguentũ album de cerussa dictum, Auicēnæ: Recipe lithargyrii albi loti drach j. cerussæ aqua Ros. lotæ drach. v. ceræ albæ drach. vj. olei ros. vncias ij. albuminis ouorum num. j. lene liquatæ in oleo rosato, lento igni, iniice cerussam & lithargyriũ probe cõtrita; misce, & postremo adde albumen oui, alii addũt caphuræ momentum, & caphuratum vocant. Pollet aduersus vlcera, scabiem & adustionē.

Vnguentum album Mesues: Recipe cerussæ litharg. ana vnc. vj. plumbi vsti, scoriæ Argenti ana vnc. ß. masticis, thuris ana drach. ij. ß. olei Rosati, aceti albi ana q. s. tritis omnibus in mortario, affunde paulatim nunc oleum, nunc acetum semper mouendo, donec pinguescant; velut nutrita.

Vnguentum album Rhasis: Recipe olei communis lib. ij. cerussæ subtilis lib. j. ceræ albæ vnc. vj. quidam addunt camphuræ drach. ij. F. vnguentum s. a.

Aliud: Recipe cerussæ in aqua rosarum lotæ vnc. XIIX. lithargyr. albi loti vnc. j. ß. olei ros. li. ij. vncias iiij. ceræ albissimæ vnc. vj. aut circiter, confice s. a.

Vnguentum de minio Florentin. Recipe Minii læuissime triti vnc. ij. olei rosati, Myrtini ana vnc. ij. coquantur lento igne cum ceræ albæ vnc. ß.

Aliud eiusdem de minio camphoratum: Recipe minii triti vnc. iij. lithargyri vnc. ij. cerussæ vnc. I. ß. Thutiæ, camphuræ ana drach. iij. Olei Rosacei lib. j. ß. ceræ albæ vnc. ij. Liquatam ceram cum oleo lento igne, misce in mortario plumbeo cum reliquis rebus tenuissime tritis. Valent ad vlcera mala & antiqua.

Vnguentum Rubeum camphoratum: Recipe olei Rosacei lib. ß. lithargyri vnc. ij. minii vnc. iij. Cerussæ vnc j. ß. Tutiæ, camphoræ ana drach. iij. ceræ vnc. ij. in æstate: Sed in hyeme vnc. j. F. Vng. in pila plumbea cum pistillo plumbeo.

Vnguentum psoricum Alexandri Mesues: Recipe Cerussæ, lithargyri, psorici, Aloes, croci, cadmię Argent. Argent. viui extincti p. æquales, olei oleandri, aceti, ana q.s. F. Vnguentum. Psoram sanat, impetiginem à pituita salsa, cutis asperitatē, & alia cutis vitia terget.

Vnguentum pro scabie: Recipe styracis liquidæ vnc.j. Terebinthinæ lotæ, Butyri loti ana vnc. ij. succi limonum vnc.j.ß. Cerussæ lotæ vnc.j. salis vncias ij. M. Fiat vnguentum in mortario plumbeo.

Vnguentum de Tuthia seu Diapompholygos, magistrale: Recipe olei Rosati, Omphacini ana vnc.vj. olei Myrtini, vnguenti populei ana vnc.ij. fol. Plantag. solani an. M.ij. Herbas minutim incisas cum oleis miscebis, & diebus octo marcescere sines: deinde coctas aliquantulum colabis, & colaturæ addes ceræ albæ vnc. iiij.ß. coquantur lento igne, donec cera liquata sit, semper agitando: Aufer ab igne, & adde litharg. vnc.vj. pompholygis, siue tutiæ præpar. cerussæ tritæ an. vnc.ij. plumbi vsti vnc.vj. Camphoræ vnc.j. Omnia in pilam plumbeam iniecta, horis duabus continuis agitentur, deinde in vase vitreato reponantur.

Vnguentum Diapompholygos Nicolai: Recipe olei Rosati, ceræ albæ ana vnc.vj. succi solani q.s. Cerussæ lotæ vnc. ij. plumbi vsti & loti, Tuthiæ præpar. ana vnc.j. Thuris puri vnc.j. ceram liquidam cū oleo, lento igne, & in pilam plumbeam iniice, additis quæ terenda sunt, in tenuissimum puluerem redactis: moue continuo, & paulatim succum supra dictum instillato, perpetuo mouens sex horis continuis. Vtilia sunt ad exsiccanda erysipelata, vulnera sordida purganda, & sananda Tibiarum vlcera: aliorum locorum concaua & dissipata replent, refrigerant & cicatrizant.

Vnguentum ad scabiem Rondeletii: Recipe lithargyri, cerussæ lotæ ana vnc.j. Myrrhæ, styracis liquidæ ana drach. ij. salis communis drach.ij. sulphuris viui drach. iij. Argenti viui extincti in succo limonum vnc.j. olei Rosati q.s. Ceræ parum, M. & F. Vnguentum, quo inungatur vola manuum, & postea fricetur totum corpus manibus iunctis.

Vnguentum ad vlcera Narium Rondeletii. Recipe Aloes lotæ cū aqua Plantag. drach.iij. Myrrhæ elect. drach.ij. Rad. Iridis, sarcocollæ an. drach.j. Cerussæ Antimon. Tuthiæ, minii ana drach. ß. olei Hyperici Rosarū ana vncias ij. mellis Ros. colati vn.j. succi mali granati,

nati, ſucci piloſellæ, vel linguæ paſſerinæ ana vnc.ij. coquantur ſucci cum oleis, deinde mel. Poſtremo puluerisata diligenter inſpergãtur, & ad vnguenti formam reducantur. Si diuiti paretur, adde Moſchi ſcrup.ß. Muſci arborum vel Beniouini, vel Cyperi, vel Roſarum drach.j.

Emplaſtrũ Neruinũ Vigonis. Recipe olei chamomillæ, olei Roſarum ana vnc.ij. olei Maſtichini, olei Therebin. olei lini ana vnc.j.ß. Thereb. claræ vnc.iiij. ſeui vituli caſtrati, ſeui hircini, ana vnc.ij.ß. Roriſmarini, Betonicæ, caudæ equinæ, centaureæ an. M j. vermium terreſtrium lotorũ & purgatorum in vino vnc.iij. coquantur ſimul in vino, Rad Rub. tinctorũ drach.x. fol. hypericon. ſem. hypericonis an. M.j. Maſticis triti, Gũm: Elemi ana drach.x. Picis naualis. Reſinæ ana vnc.j.ß. Sagapeni, Galbani, Ammoniaci an. drach.iij. Diſſolutis gũmi in aceto, cum cyatho vno vini odoriferi aliquantulum contũdantur, poſtea decoquantur & exprimantur, cui expreſſioni addantur, lithar. Auri, litharg. Arg ana vnc.ij.ß. minii vnc.ij. Item bulliant, inprimis lento igne, baculo agitando, Ignem deinde vigorando, bulliant donec acquirat colorem ſubnigrum, quo facto cum cera noua ſufficiente, fiat emplaſtrum in bona forma. Emollit, digerit, reſoluit, neruoſarum partium malis cumprimis vtile.

Modus compoſitionis eſt: herbæ, Rad. Rubeæ, & vermes terreſtres coquantur in ſ.q. vini odoriferi, & oleorum ad vini conſumptionem: Expreſſo adiiciatur Terebinthina, ſeuum, Maſtiches per ſe trita & gummi diluti aceto: tum coquuntur ad iuſtam conſiſtentiam, addendo ceram ſufficientem, & ſub finem decoctionis, addẽda lithargyrus & minium.

Emplaſtrum album ex ceruſſa: Recipe ceruſſæ lib.j ß. olei roſati li.ij. ceræ candidę vnc.iiij. cera in oleo liquata, adde ceruſſam tenuiſſime læuigatum, & ſemper agitando coquantur, donec nigreſcant. ſanat Ambuſta, Eryſipelata, ſcabiem ſiccam, & vlcera calida.

Emplaſtrũ de minio Vigonis: Recipe olei Roſati odorati li.j.ß. olei Myrtini, vnguẽti populeonis ana vnc.iiij. pinguedinis gallinæ vn.ij. ſeui caſtrati, ſeui vaccini ana lib.ß. pingued. porcinæ vn. vij. lithargyri Auri, lithar. Argenti ana vnc.iij.ß. ceruſſæ vnc. iiij. minii vnc.iij. Therebint. vnc.x. ceræ q.ſ. Fiat emplaſtrum ſ.a. tendens ad nigredinem. Vulnera & vlcera antiqua, & maligna potenter curat.

Aliud Nicolai Massæ: Recipe minii lib.ij. olei Rosacei vnc.xx. picis naualis vnc.iiij.Bulliant omnia simul, donec per cocturam redigantur ad formam cerati,deinde adde Terebinth.vncias duas,misce postea sic: calidum proiice in situlam aquæ frigidæ, & dimitte refrigerari,postea manibus ducatur ad optimam permistionem. Ad vulnera pectoris penetrantia,& ad vlcera quamplurima antiqua,& difficilis consolidationis.

Giluum Galeni:Recipe Argenti spumæ, ceræ ana drach.c. Terebinth. Thuris, Mamræ, Galbani, minii sinopici ana drach.viij. alii drach.c.olei sex.j. coquantur secundum artem, & fiat emplastrum. Facit ad cruenta vulnera & neruos præcisos: item ad vetera, cicatricem ægre ducentia & fluentia vulnera aut vlcera: quin & probe emollit duritias maxime in mammis oborientes. Vtimur eo ad canũ, hominumque morsus: summe facit ad Pastinacæ, draconis, aliorumque sæuorum piscium ictus.

Panacea Andromachi, Galeni: Recipe Argenti spumæ, Denar. CL.ceræ Denar.XL. Terebinth.Denar. LIIJ. aquæ marinæ veteris heminas ij.strigmenti Heminas vj.squamę Denar.xvj Picini Hem.ij.cerussæ Denar. LXXX. Guttæ Ammoniaci Denar, XXXIV. seui vitulini Denar. LXXX.calcis viuæ Denar.XXIV. Aristolochiæ, Denar.XXV. coquito, fiatq; emplastrum. Epuloticum est.

Emplastrum griseum.Recipe lap. calam.præpar.vnc.j. lithargyri vnc.ij.cerussæ vnc.ß. Tuthiæ drach.j. Terebinth.drach.vj. ceræ albæ vnc.j.ß.sæui hircini drach ij.Thuris Electi drach.v.Mastiches drach. iij. Myrrhæ drach.ij.camphor.drach,j.ß.confice s.a. desiccat, replet & cicatrizat vlcera.

Sparadrappum Vigonis.Recipe hordei,Myrtillorum,olei Rosati ana vnc.ij.Vnguenti populinei vnc.ij.ß.pinguedinis vituli, vaccinæ ana lib.ß.Axungiæ porci vnc.v.Plantaginis, solatri, matri syluæ ana M.ij.vini granatorum drach.IIX.Omnia simul pistentur, ac cöquassentur, ac per diem naturalem permaneant:Deinde bulliant ad cõsumptionem vini:postremum colentur: Colaturæ adde sequentia lithargyri Auri,lithargyri Argenti ana vnc. iij. minii, boli Armeni, Terræ sigillatæ ana drach.vj.Bulliant iterum ac Baculo agitentur,& cum cera alba q.s. Fiat sparadrappum nigrum in fine addendo cocturæ,caphuræ drach.ij. Terebinth.vnc.iij.ß.misce.

Empla-

Emplastrum inflammationem reprimens Andernaci: Recipe Rad. Cyperi drach. j. Chalcitidis drach. ß. Cerussæ drach. iij. Resinæ piceæ, picis ana vnc. j. Ceræ albiss. vnc. iv. F. Emplastrum.

Telarum Emplastratio Heurnii: Recipe olei dulcis, Axungiæ porci, lithargyri ana vnc. j. ß. Ceræ odoratæ, Picis pul. ana drach. vj coque lente, in fine adde Resinæ pulu. vnc. j. Cerussæ drach. ij. misce F.

Ceratum è Cerussa: Recipe Cerussæ lib. j. ß. olei Rosati lib. ij. Ceræ candidæ vnc. iv. Cera in oleo liquata, adde cerussam tenuissime lævigatam, & semper agitando coquantur donec nigrescant. Sanat ambusta, Erysipelata, scabiem siccam, & vlcera calida.

Trochisci de Minio: Recipe medullæ panis non cocti, bene fermentati vnc. ß. sublimati electi drach. j. Minii drach. ß. Aquæ ros. q. s. Formentur trochisci, qui in clibano repente resiccati seruentur. Omnes carnis prauas excrescentias liquat, sordida vlcera expurgat, callosa emollit, ac fistulas mirabiliter sanat.

Trypherum Galeni: Recipe Cadmiæ lotæ drach. xvj. Cerussæ drach. iix. Amyli, Gummi, Tragacanthæ ana vnc. ß. Opii drach. ij. aquæ pluuiæ q. s. Fiat Collyrium ad Epiphoras, & affectiones oculorum.

Collyrium: Recipe Cadmiæ, Pompholygis, Thuris ana drach. x. Cerussæ drach. xl. Opii, Gummi ana drach. vj. aquę pluuiæ q. s. Fiat Collyrium. Siccatur & seruatur ad fluxiones oculorum & chimoseis.

Collyrium aliud: Recipe plumbi vsti & loti, C. Cerui vsti & loti ana drach. xvj. Thuris Acaciæ, Spodii ana drach. iix. Amyli vnc. ß. Opii, Squamæ æris ana drach. ij. Croci drach. iix. Myrrhæ drach. iv. Tragacanthæ drach. j. Gummi, sem. Hyosciami ana drach. iix. Mucilag. sem. Hyosciam. q. s. F. collyrium.

Sief de plumbo, Mesuæ: Recipe plumbi vsti, Antimonii, Tutiæ lotæ, æris vsti, Gummi Arabici Tragacanth. ana vnc. j. Opii drach. ß. aquæ pluuiæ q. s. F. Collyrium.

Sief album, Mesuæ; Recipe Sarcocollæ in lacte asinino maceratæ drach. v. Amyli vnc. ß. Tragacan. drach. iij. Opii drach. j. Thuris drach. j. ß. Cerussæ lotæ drach. x. aquæ pluuiæ q. s. F. Sief.

Aliud eiusdem, Recipe Gummi Arabici, Tragacan. Amyli an.

drach. ß. Sarcocollæ nutritæ drach. iij Opii drach. j. Cerussæ lotæ drach. vj. cum albumine oui, Fiat Sief.

Cygnus Galeni: Recipe Cadmiæ drach. xvj. Cerussæ lotæ vnc. j. Amyli Tragacan. Acaciæ, Opii ana drach. ij. Gummi drach. xij. aquæ pluuiæ q. s. Fiat Collyrium.

Collyrium aliud: Recipe C. Cerui vsti & loti, Thuris, plumbi vsti & loti ana vnc. ß. Squamæ æris lotæ drach. ij Opii drach. j. Gummi vnc. ß. Aquæ pluuiæ q. s. Fiat Collyrium.

Libianum: Recipe Cadmiæ vstæ & lotæ, Cerussæ lotæ, Stibii vsti & loti ana drach. xvj. plumbi vsti & loti vnc. j. Amyli drach. xij. Pompholygis, Myrrhæ, Terræ Samiæ, Tragacanthæ, Opii ana vnc. j. Albuminis oui q. s. Fiat Collyrium.

Aliud: Recipe Pompholygis vnc. j. Cadmiæ vstæ & lotæ drach. xvj. Stybii vsti & loti drach. xij. Cerussę lotę drach. xvj Amyli drach. xij. Terræ Samiæ plumbi vsti ana drach. iix. Myrrhæ, Opii, Tragacanthæ ana drach. ij. aquæ pluuiæ q. s. Fiat Collyrium.

Fucus Ducis Mediolanensis: Recipe lactis Caprini lib. iij. Medullæ panis albiss. num. ij. Temperentur simul per horas sex: deinde adde Limonum à cort. extremo mundatorum num. xij. Albuminum Ouorum num. xij. Calcis, Cort. Ouorum, Porcellanarum an. vnc. ß. Caphuræ, Aluminis, Coralli rub. ana drach. ij Boracis vnc. j. Cerussæ vnc. iij. M. & cum diligentia destillentur.

Aqua Faciem dealbans: Recipe ros. albarum, Flor. Nympheæ, Item Sambuci, Liliorum alborum ana lib. j. aquæ Fabarum lib. ß. Medullæ panis q. s. Album. Ouorum num. xij. Thuris vnc. ij. Cerussæ tritæ lib. j. Misce & destilla.

Alia aqua optima: Recipe ouorum recentium num. vj. Vini Maluatici lib. ß. Columbarum iuuenum num. j. Casei recentis non saliti num. j. Malorum arant. num. iij. olei Tartari vnc. iij. Cerussæ vnc. j. contundenda contundantur, misceantur, & destillentur.

Aqua tollens maculas faciei: Recipe Boracis vnc. j. Caphuræ drach. ß. Aluminis Rochæ drach. iij. Gummi Arabici vnc. ß. Tragacan. vnc. ß. Sarcocol. vnc. ij. Alæ dulcis vnc. ij. Cerussæ vnc. iv. Tritis adde aquæ serpentariæ, Item florum Lilior. Florum Genistæ, Nympheæ an. lib. ß. M. & destilla.

Aqua faciem coloratam reddens: Recipe Cerussæ vnc. ij. Sublimati vnc. j. Aluminis plumæ vnc. ß. Aluminis Scariolæ vnc. ß. Boracis drach. ij. Caphuræ drach. j. Sachari candi scrup. ij. Aluminis Rochæ scrup. j. Trita ponantur in panno lineo ligato: adde deinde columbam albam iuuenem, mundatam, in frusta minuta incisam. Hæc simul coquantur in lacte capræ vel asinæ, donec caro ab ossibus separetur. Postea omnia Alembico destillentur.

Aqua alia: Recipe Lactis Caprini mens. ij. panis albi calidi num. j. Rad. Dracunculi seu serpentariæ, Rad. Sigilli Salomonis ana lib. ß. caput veruecis incisum, vnum. Boracis vnc. ß. Aluminis Scariolæ vnc. ß, succi limonum vnc. j. Porcellanarum in suco prædicto dissoluti vnc. j. Cerussæ vnc. j. Lithargyri sublimati ana vnc. ß. Terenda in puluerem redigantur, incidenda incidantur minutim: Deinde misceantur, & destillentur.

Vnguentum ad casum superciliorum: Recipe plumbi limati, pinguedinis Anatis ana q. s. misce, & F. Vnguentum.

Vnguentum ad oculorum palpebras, ad eorum liuorem tollendum: Recipe Cerussæ, Cumini, Fabarum ana q. s. Trita cum succo Coriandri, Fiat Vnguentum.

Vnguentum ad Achoras, Apollonii: Recipe Cerussæ drach. vj. Spumæ Argenti drach. ß. Sulphuris drach. vj. olei Rosacei vel Myrtini, ceræ ana q. s. Fiat Vnguentum.

Aliud Galeni: Recipe Recrementi plumbi, Pampinorum Vitis, Thuris, Myrrhæ, Spumæ nitri ana drach. L. olei Myrtini, Aceti q. sufficit.

Aliud eiusdem: Recipe Cerussæ frictæ drach. ij. Thuris drach. ij. Sulphuris drach. j. Trita ex oleo illinito.

Aliud Sorani: Recipe Sulphuris viui, spumæ Argenti, Cerussæ ana partes æquales, croci part. dimidiam, trita cum passo Cretico illinito.

Vnguentum omnia vestigia, omnes tuberositates & maculas faciei auferens: Recipe Rad. Cucumeris asinini, Been albi, Bryoniæ, Lupinorum an. vnc. j. Cerussæ, Lithargyri, Tartari ana drachm. j. Rad. Cannæ, Serapini, stercoris columbini ana scrupul. ij. olei Sesameni vnc. iij. olei Iuniperi, olei de Frumento,

ana

ana vnc.ij.ß. Succi arantiorum vnc. iv. puluerisatis puluerisandis, & subtilissime cribratis, omnia simul lento igne vsque ad succi consumptionem bulliant: Deinde remoue ab igne semper cum spatula agitando, donec infrigidentur: tunc adde album vnius oui recentis conquassatum & colatum, Caphuræ tritæ drach. j. Deinde semper miscendo: Deinde lauetur in lib. j. aquæ expressionis cannarum, quando sunt teneræ, decies in ea aqua lauando & agitando cum spatula: & est singulare.

Vnguentum ad Solis vstionem, labiorum scissuras, & maculas faciei: Recipe limacum cum putaminibus num. xx. conterantur cum testa: adde Cerussæ ad pondus Limacum, Ceræ nouæ vnc. iij. cornu Cerui vnc. ij. Fiat Linimentum.

Ad ruborem faciei: Recipe Sulphuris vnc. j. Cerussæ lotæ drach. ij. Succi limonum vnc. j. Applica vesperi cum decoctione furfuris.

Aliud ad Ruborem faciei à fumis & vaporibus: Recipe olei Tartari, olei Rosarum ana vnc. iv. Succi Oxylapathi, lauri, serpentariæ, succorum ana vnc. iv. Cerussæ vnc j.ß. lithar. Auri drach. ij. Argenti viui extincti vnc. j. ß. Rad. Asphod. vstorum sub cineribus vnc. ij. F. linimentum in mortario plumbeo.

Aliud ad Ruborem: Recipe vnguenti Citrini lib. ß. lithargyri vnc. iv. Cerussæ lotæ vnc. ij. Bombacis, Aluminis vstorum vnc j. ß. Tartari calcinati vnc. j. ß. succi Rad. Enulæ, succi Oxylapathi, Item Cyclaminis, Limonum ana vnc. v. Caphuræ drach. iij. olei Ros. lib. j. ß. misce.

Aliud pro virgine facie scabiosa: Recipe lithargyri Auri vnc. j. ß. Cerussæ lotæ in aqua plantag. & caudæ Equinæ vnc. ij. olei Rosacei vnc. iij. coquatur oleum, & cum cera alba fiat linimentum.

Vnguentum ad ruborem & Tubercula faciei: Recipe olei Rosati, Tartari ana vnc. iv. Succi Oxalydis vnc. iij. Cerussæ lotæ drach. j. ß. lithargyri Auri vnc. ij. Argenti viui extincti vnc. j. ß. Rad. Aspod. vsti sub cineribus. F. linimentum in mortario plumbeo.

Aliud ad Tubercula faciei Elephanticorum: Recipe Spec. Vng. Citrini, Lithargyri Auri ana vnc. iiij. Cerussæ lotæ vnc. ij. Boracis, Aluminis vstorum, Tartari calcinati ana vnc. j. ß. succi Rad. Elenii, succi Oxylapathi, item Cyclaminis, Limonum ana vnc. v. olei Ro-

ſati lib. j. Argenti viui, ſaliua extincti vnc. I v. Fiat Vnguentum.

Ad Solis Ardorem: Recipe ſucci plantag. ſucci ſolani ana drach. j. ß. Lithargyri Auri, Item Argenti ana drach. j. plumbi vſti vnc. ß. Tuthiæ præpar. drach. vj. Caphuræ drach. ß. olei Roſati, Ceræ ana q. ſ. Fiat Vnguentum.

Linimentum ad aduſtionem: Recipe ſucci ſolani, ſucci plantag. ana vnc. ij. cort. med. Sambuci vnc. j. olei vnc. j. coque in duplici vaſe ad conſumptionem ſuccorum: adde Ceruſſæ lotæ in aqua roſ. litharg. Auri ana drach. j. ß. Tuthiæ pręp. drach. iij. Cort. Thuris drach. ij. Axungiæ porci recentis, & loti in aqua roſacea drach. x. Ceræ albæ q. ſ. Fiat Linimentum, in fine adde album. ouorum num. ij.

Aliud ad combuſtionem aquæ: Recipe Ceruſſæ lotæ in aqua roſarum vnc. j. Calcis lotæ in aqua Roſarum drach. iij. ſpec. vnguenti Citrini vnc. ß. Mucilag. ſem. Cydoniorum, & Pyrorum, extractis cum aqua roſar. vnc. iij. ducantur omnia in mortario, donec acquirant liminenti formam.

Ad Scabiem: Recipe lithargyri, Aluminis, Argenti viui, ana drach. ß. Roſarum, Ceruſſæ, Sabinæ, Sepiæ, Cadmiæ drach. j. Cineris Lentiſci, Calaminthæ ana drach. ß. cum ſucco menthæ exceptæ, ad tertias oleo incoquantur roſaceo, addita cera.

Vnguentum ad ſciſſuras manuum: Recipe Vnguenti ex lithargyro, Vnguenti Ceruſſæ M. in æquali pondere drach. j. & Fiat Linimentum.

Vnguentum ad manuum ſciſſuras: Recipe Tuthiæ, Ceruſſæ, lithargyri ana drach. ß. Arſenici ſublimati, gr. iij. Minii, Aluminis ana ſcrup. ß. Aquæ roſarum, plantag. Portulacæ ana q. ſ. album. ouorum num. j. Fiat mixtura.

Vnguentum Mamillas paruas conſeruans: Recipe Ceruſſæ, Marmoris albi ana part. j. olei Myrtini q. ſ. Trita cum oleo Myrtino miſceantur, &c. Hæc de plumbi confectionibus, ſequitur nunc Liber quartus Baſilicæ Chymicæ de gemmis.

LIBER QVARTVS

BASILICÆ CHYMICÆ

DE GEMMIS.

CAPVT I.

De Gemmis in genere.

GEmma, (teste Paracelso tomo 8. pag. 181.) est lapis quilibet virtutes in medicina habens.

Vocantur hinc gemmæ lapilli pretiosi, propter raritatem, elegantiam ac pulchritudinem & vires insignes: Nulli enim dubium est, quin sua sit gemmis diuinitus insita virtus, ait poeta; Vnde Regum ac Principum coronas ornant, digitos illustrant, supellectilia ditant, à fascino tuentur, morbis medentur, sanitatem conseruant, oculos recreant, mentem exhilarant, tristitiam pellunt &c.

Natura Gemmarum. Earum natura (teste eodem pag. 160.) est concreta proprietas, ex Sulphure, Sale & Mercurio, quæ genere suo separata sunt ab omni calore. Et hic sola frigiditas est: velut in carbone tantum nigredo est, cæteris coloribus omnibus exclusis. Maturationis itaque *Prima tria oriuntur* suæ tempore dum in decoctione sunt, sibi inuicem contrariantur,

Vul-

Vulcanus enim Sulphur, Nitrum & Mercurium in vnum conciliare aut cogere minime potest, citra magnum impetum, aut ebullitionem ac ventum. Donec enim in suo Aludel vniantur, & in perfectionem suam ordinentur, multum temporis intercidit, vbi interea frigidæ & malignæ tempestates incumbunt. Primo enim emittunt frigus quoddam, ex quo nosci facile queunt: licet etiam tardius & celerius generentur. Sed exemplum dabimus. Si frigidum Sulphur, simul humidum, aut nitrum pingue, aut Mercurius lenis, in vnam mixturam assumantur, triaque hæc in vnum componi corpus debeant, vt nihil aliud quam vnitas sit: propter innatam singulis contrarietatem longo interdum tempore opus est, dum coeant & permisceantur, quod non fit sine multo strepitu, ebullitione, tonitru & similibus tempestatibus aliis. Multo magis talia in cœlo fient ac stellis, quæ longe maioris sunt efficaciæ, quam terrena. Vnde tumultum etiam grauiorem surgere consentaneum est. Dum ergo in perfectionem abeunt, duorum generum fit separatio: Vnum est coagulatum, ex quo fiunt gemmæ: alterum est resolutum, ex quo oriuntur pluuiæ. Et penes vtrumque est proprius ventus, frigus, & importunitas. Ita stella illud eiicit in cellam aeris, in qua resoluitur pars vna, & specie pluuiæ decidit in terram: pars altera coagulatur. Vulcanum enim coagulationis in se continet, & corpus id, quod in resolutionem non abit, vertit in globos, vel maiores vel minores, prout materia multa vel pauca est. Et hinc oriuntur gemmæ. *sine tumultu.*

Idem tom. 6. pag. 206. clarius dicit: Generatio Gemmarum fit & fluit ex subtilitate terræ ex pellucido & Crystallino Mercurio, Sulphure & Sale, etiam iuxta suos distinctos calores. *Generatio gemmarũ.*

Sed Generatio vulgarium lapidum est ex subtilitate aquæ, ex mucilaginoso Mercurio, Sulphure, Sale. Nam ex mucilagine aquæ nascuntur omnes lapides, quin & calculi & arenæ inde in lapides coagulantur, quod oculis patet. Nam quiuis lapis in aqua positus cito ad se mucilaginem trahit. Si iam ista mucilaginosa materia à talibus lapidibus accipiatur, & in cucurbita coaguletur, fit inde lapis talis, qualis in *Lapides fiunt ex aqua. Para. tom. 8 pag. 158.*

iſta aqua, ſed longo tempore, per ſe naſceretur & coagularetur &c.

Tom. vero 8. lib. 4. Philoſophiæ de Elemento aquæ cap. 10. de gemmis pag. 106 ſic inquit: Gemmarum generatio in Ares talis eſt: ſi ex Ares groſſorum lapidum genera omnia extracta ſunt, & nihil groſſitiei amplius reſtat: tunc ſubtilitas quædam remanet Diaphanæ naturæ ſupra omnes alios lapides, ex qua Archeus gemmas poſtmodum procreat, & extrahit ea forma, vt initio durities & Diaphanitas maxima præparentur. Facta præparatione illa, quæ ad gemmas ſufficit: poſtea gemmæ ita ſeparantur & præparantur, quælibet nimirum ſecundum ſuam formam & eſſentiam. Eſtque hæc generatio gemmarum naturæ ſubtilitas ac opificum omnium maximum, &c. Quando fiant autem gemmæ, & quomodo differant à grandine vide eundem tomo 8. cap. 7. pag. 159. Nunc & in genere videbimus quomodo redigantur in ſua Arcana; ac primo de earum mortificatione ac præparatione: Secundo de ſeparatione earum ab Elementis: Tertio de earum magiſterio: Quarto de extractione earum.

Mortificatio gemmarum. 1. Mortificatio gemmarum & corallorum eſt, vt calcinentur, ſublimentur, & in liquorem ſoluantur vt Cryſtallus. Perlarum mortificatio eſt, vt calcinentur, & in acri aceto reſoluantur in forma lactis. Item mortificatio ſilicum & lapidum eſt calcinatio. Tom. 6. lib. 5. de morte rerum nat. pag. 222.

Præparatio gemmarū quadruplex. Tomo eodem pag. 183. ait: Præparatio gemmarum quadruplex eſt. Prima per reuerberationem. Secunda per calcinationem. Tertia per eleuationem, & Quarta per deſtillationem. de his agemus in ſequentibus in ſpecie.

Separatio Elementorum à gemmis & lapidibus. 2. De ſeparatione earum ab Elementis, ſic inquit eodem tomo in Archidoxis lib. 3. pagin. 13. Lapidum & gemmarum Elementorum ſeparatio hac via venit intelligenda. Accipe lapidem optime tritum, cui duplum viui ſulphuris addes, & mixta omnia ſimul in lebete lutato ponantur in Athanor horis quatuor, vt ſulphur prorſum abſumatur: poſtmodum abluatur quod ſupereſt à fæcibus & ſulphure, ſiccetur. Calx eiuſmodi lapidea, ina-

in aquam fortem etiam ponatur, & cum ea procedatur, vt de metallis dictum est. Comparantur itaque lapides metallis: vt claræ gemmæ, non albæ, nec fuscæ Auro comparantur, sed albæ, cæruleæ, glaucæq; Argento seu Lunæ: postea communiores lapides aliis metallis, vt Alabastrum Saturno, marmor ferro, silex Ioui, Dulech autem Mercurio.]

3. De earum magisterio ait pag. 47. Magisterium ex lapidibus pretiosis ad eundem modum intelligendum, prout ex metallis quoad virtutes, quas vnusquisque lapis iuxta suam naturam habet. Notandum autem est ad lapides opus non esse temperato, nec additione quapiam, quod istorum solutio non sit eadem cum resolutione metallorum, sed alia via magisterium eorum extrahitur. Quorum in practica tres processus intelliguntur, vnus ad gemmas, alius ad marchasitas & ad corallia tertius: secundum quos lapidea crescentia quæque suum in magisterium adduci possunt. In processu lapidum colores obseruandi non sunt, nec etiam claritas æstimanda, cum eorum omnia magisteria colorem album habeant. Similiter & vniones, exceptis corallis, quæ suum in magisterio colorem singulariter retinent. Quare color in eis maxime notandus. *Magisterium gemmarum.*

Nam istorum magisterium vna cum corpore nec non elemento, ac Essentia tota præter corruptionem extrahitur, at per additiones: & nihilominus tamen in suam perfectionem restitui possunt iterũ. Quare quo ad generationem & naturam, lapidibus comparari nequeunt, lapideam tamen conditionem habent. Fieri tamen & hoc potest, vt ex corallorum corpore totus color extrahatur in aliud medium, & postmodum ex eorum corpore forma conflетur vel formetur prout ex luto: Postque formationem hanc iterum color infundi poterit, vt corallum sit æque ac prius. Hoc de perlis & vnionibus fieri minime potest, nec de gemmis, quæ simili ratione in suam perfectionem redire non possunt amplius, sed in magisterio manent essentia sua non corrupta. Vidimus etiam, istam penetrasse vitra, nec non instrumenta, iuxtaque suam naturam ea informasse. Nempe magisterium magnetis ad se traxit, forma modoq; magnetis materialis; & postmodum in vitrum fixit, illudque tinxit, vt hoc etiam attraxerit acus atque paleas. Non secus de reliquis intelligendum. Quare conseruanda sunt Auro solo. Plura horum quam

credibile sit occurrerunt nobis, quorum nos memoriale hic tãtum condimus, vt hoc ductu plures etiam inuestigentur artibus ac magisteriis. Cum ergo peculiarem præter alias extractiones demonstrationem exhibeant: istorum prædictam iam docebimus ad hunc modum.

Magisterium gemmarum. Recipe gemmas primo contritas, & calcinatas iuxta reuerberatoriam calcinationem, & Sal nitrum commune, pondere quidem æquali, nempe libræ, quæ simul in calcem optime comburantur, & postmodum abluantur ardente vino tamdiu, donec amplius materia nulla superflua sit reperta. Post ablutionem rursus hanc materiam calcina, & per omnia fac, vt prius, & sic totum in vinum ardens transit. Hoc per bullitionem euaporare sinito, sic habebis Alkali, quod resolutam in aquam, seruato. Huius administrationis vsum non est, quod abhorreas, licet vtrumque sit acutum & calcineum, cum ea quidem acuitate solum in id operetur, quod sibi reluctatur: Estque tam subtile, vt gutta vnica sola totum corpus tingit in singularem virtutem. Hæc de magisterio gemmarum secundum Paracelsum.

Extractio gemmarũ in Q. Essen. 3. De earum extractione sic ait eodem tomo pag 27. Ex lapidibus, gemmis & vnionibus quorum omnium processus idem est, Q. Essentiam extrahendi modus omnium excellentissimus, & admodum subtilis ac industrius exsistit in opere. Minima quantitas istius Essentiæ Quintæ potest haberi ex gemmis: & quanto gemma subtilior ac purior, tanto Essentia paucior. Vix, labore dignum est, ex crassis, magnis, vilioribusque lapidibus, vt Essentiam Quintam extrahamus, cum in eis parum virtutis exsistat quo fit etiam, vt parum admodum ab eis exeat. Processus autem eiusmodi est.

Accipe gemmas aut margaritas, vel vniones, contundas in fragmenta crassiuscula, non in puluerem & in vitrum positis acetum radicis affunde, vt 4. aut 5. digitis latis supereemineat & integro mense digerantur in ventre equino, quo peracto, materia tota liquida apparebit. Hanc alio radicato lauabis aceto, concutiendoque simul permisceto; sic recipit acetum in se lapidis colorem. Coloratum in vitrum aliud effundes, acetum rursus affunde prout antea, toties donec amplius non coloretur.

In isto colore continetur Essentia Quinta. Residuum est corpus

pus: Accipe deinde colores, & in ſiccitatem lente coqui ſinito, poſtmodum aqua deſtillata ſæpius abluito, quouſque dulce id fiat, vt ſupra.

Tandem hunc puluerem ſuper marmore ſolui permitte: Gemmarum & vnionum ad hunc modum habebis Q. Eſſentiam. Eſt autem quod animaduertas in vnionum coloribus: ipſæ namque reſoluuntur in colorem ſpiſſi lactis, & corpus eorum eſt arenoſum ac viſcoſum: Eo dignoſci poteſt vnum ab alio. Simile de Cryſtallo etiam ſtatuendum: Eius Eſſentia Q. ſupereminet, viſcoſo corpore quodam remanente, ex quo extractionum eiuſmodi ſufficientia cognoſci poterit. De ente gemmarum hic etiam dicere fas eſſet, ſed de hoc vide caput ſequens de Smaragdo.

CAPVT II.

De Smaragdo.

AD primam miſti corporis ſpeciem, nempe minerale, (inquit Iatrochymia noſtra) ſpectant quoque dicti lapides pretioſi. Lapides autem pretioſi ſunt, qui cęteris pręſtant, & propter ipſorum temperantiam & ſplendorem ſummum, qui nec corrumpitur, nec ignis aliquo ardore deperditur, propter ſolam ſpirituum fixationem, qui in ipſis ſatis percipi poteſt. Sunt autem hi præcipue, qui ad medicinā à Chymicis præparari ſolent, nēpe Rubinus, Sapphyrus, Smaragdus, Hyacinthus, Iaſpis, Granatus, &c. Virtus a horum lapidū pretioſorum eſt ſecūdum totius ſubſtantiæ proprietatē cardiaca: tum propriam vnuſquiſque vim habet, & peculiarem ad diuerſos affectus curandos. Sapphyrus enim potus, ſpeciatim ictos à Scorpione ſanat: Hyacinthus quoque virulentam beſtiarum ictibus medetur & ſomnum conciliat: Smaragdus non potus modo, ſed etiam collo appenſus Melancholicis affectibus confert, &c. De Smaragdis ſic volunt authores.

Smaragdus (Germanis Smaragd. Italis Smeraldo. Gallis Eſmeraude. Hiſpanis Eſmeralda. Perſis & Indis Pachee; Arabibus vero Zamarrut dicitur.) Gemmarum omnium pretioſiſſima, & fere tenerrima, elegantiſſima ſua viriditate, eximia dignitate,

& effi-

& efficacissima virtute cæteris lapidibus præfertur pretiosis. Smaragdo n. nihil iucundius, nihilque gratius oculis obiicitur. Coloris siquidem lenitate fatigatos oculos reficit, quos aliorum fulgor sæpe lacessit. Inueniuntur Smaragdi pluribus in locis, sed præstantissimi apud Cyclopes, seu Arimaspos, sic dictos, quod vnicum, eumq; rotundum in media fronte habeant oculum. Arima enim apud eos vnum significat, spu vero oculum. Hi populi dicuntur assidue præliari cum Gryphis, vt liberius Aurum & lapides pretiosos effodiant, quibus montes apud eos multi multum abundant, quos tamen frequentes habitant Gryphi alites ferocissimi, & mira rabie sæuientes. Visos enim homines discerpunt, & veluti custodes peruigiles nati ad plectendum summam auaritiæ temeritatem, in obuios quosque crudelissime rostro ruunt & vnguibus.

Dicit quidam author, quod vulgare sit in Balagade & Bisnager, vt factitias Smaragdos ex vitrearum lagenarum crassioribus fragmentis conflent. Qui ex Peru noui Orbis prouincia aduehuntur, adulterationis suspicione non carent, vix vnus enim sine macula aut vitio, attamen duriores, a acriores, sed non adeo pressi coloris, atque herbacei, sed solummodo virides, & magis perspicui.

Duodecim species Smaragdi. Plinius lib. 37. cap. 5. Duodecim numerat species & differentias. Primi nobilissimi sunt Scythici ex lucido viridiores, elegantiores ac præstantiores: proximi sunt Bactriani, longe tamen inferiores: hi nõnunquã in saxorum commissuris inueniuntur: Tertium locũ tenent Niliaci seu Ægyptii, qui in collibus & cautibus circa Copton oppidum Thebaidis eruuntur. Reliqua genera in ærariis metallicis inueniuntur, principatum vero inter ea tenent Ægyptii. Tres tamen fere solummodo varietates, maioris & minoris ratione distinctos institores venditant. Parui enim ducunt Calchosmaragdos, obscuros, variegatos non translucidos, atque eos omnes, qui vel Iaspidem vel Berillum, vel alios lapides habent admixtos. Optimus v. Smaragdus est, vnicolor, splendens, ac pellucidus & qui iucundam ex liquido viriditatem oculis obiicit, adeo vt etiam vicinũ aerem virore suo inficiat & mutet. Nullæ gemmæ tutius feruntur Smaragdo, Saphyro & Hyacintho. Sed Smaragdus facilime frangitur, cum tamen sit pretium ingens.

Mira autem virtute pollet Smaragdus vt annulo inclusus à comitiali & vertigine præseruare dicatur. Memoriam quoque confirmat. Memoriam quoque roborat, sedatque animi affectus, & ad diuinandum vtilis est, sub lingua contenta. Visui perquam vtilis, & cordis affectibus, facundiam & amorem erga studia adauget. Elephanticis vtilis gestatus: sed magis ebibitus, & omnibus venenis adversatur: tum etiam Dysentericis plurimum prodest. Inanes terrores discutit, quos dæmonum vocat vulgus illusiones. Bonos mores ob id præstat; Nam improbitas nil aliud est quam inscitia, atque stultitia, itaque. Auget opes deferentis. Castitatem amat, & Veneris ludibria tam auersatur, vt cum Rex Hungariæ vxorem iniret, Smaragdus annulo conclusus, qui tum digitum ornaret, in tres partes disruptus est. *Virtutes Smaragdi.*

Eximiæ cũ sint eius dotes, recte Mesuei interpres, præter authoris mentem, in Electuario de gemmis, Smaragdum pro feruzegi, vel potius peruzegi, id est, Erano, seu Turchesa substituit. Nam Turchesa, seu Eranus nullius fere est virtutis & vsus in Medicina; Smaragdus vero plurimi, & suo eleganti colore & viribus multum commendatur, iuxta illud Marbodæi.

Omne virens superat forma viridante Smaragdus. Collo suspensus dirum fugat Hemitritæum, & sanare potest ipsa ratione caducos.

Fertur lasciuos etiam compescere motus. Ramentum eius octo granorum pondere sumptum, (ait insignis medicus) aduersus venenum, & capillorum defluxiones est præsentissimum remedium.

Theophrastus Paracelsus tom. 6. pag. 292. ait: Smaragdus est viridis, transparensque lapis: prodest oculis & memoriæ, tuetur castitatem, quæ si à gestante violetur, & ipse non integer manet. Tom. 8. li. 2. philosophiæ pag. 63. dicit Smaragdus est lapis. cupreus. eodem tomo lib. 4. cap. 12. pag. 107. Ex tribus primis Smaragdus etiam oritur: Estque viriditas illa, quæ in illis tribus consistit. Corpus ipsius est lapillatus Mercurius. Colorem sumit ex ipso, cum spiritu salis coagulatum. Per triuialem lineam in Yliadum ascendit specie guttæ. Vnde guttarum similitudine etiam reperitur. Destillatur enim à centro Ares sursum in sublime, atq; in descendendo seipsum coagulat. In ascendendo enim nondum aptus est coagulationi, sed in descendendo primum. Vbi ergo locorum (siue illic lapides siue *Smaragdus quid & vnde?*

terra iaceat) poros perstillat, coagulatur, pro ratione guttæ. Atque operatio quidem interdum repentina est, vbi guttæ multæ in vnam mensuram confluunt. Hinc fiunt & reperiuntur Smaragdi magni velut & lapides alii, prout spiritus Ares exit sese que diffundit.

Et in locis nonnullis multi inueniuntur, quia in operatione prima plures in vnum locum ceciderunt quam in alterum, adeoque per lineam triualem certis regionibus quæ sub Yliado sitæ sunt acclinauerunt, non quod nobilitas regionis multitudinem illam causaret, sed quod fortuito in Yliadum ceciderint; & loca multa sunt in quibus gemmæ seu Smaragdi reperiuntur plures, quam vnquam simul inuenti sunt. Ares etenim qui tot crudos lapides protulit, magnam necessario multitudinem habuit, ex qua plures tam paucis gemmas progeneraret. Smaragdi huiusmodi sunt multiplices, & secundum gradus per Archæum intenduntur, multisque nominibus apud nos donantur, qui tamen omnes à tribus primis (Sale, Sulphure & Mercurio tracta viriditas sunt.

Lapidum ac gemmarũ concordãtia cum cœlestibus syderibus.

Tom. 6. de cœlo philosophorum pag 29. sic ait: Notandum est lapides pretiosos, qui propriis nominibus tradentur, à lapidibus cœlestibus, vel sidereis proximum perfectionis, puritatis, pulchritudinis, claritatis, virtutis, constantiæ contra ignem, & incorruptibilitatis locum habere, & cum aliis lapidibus in terram defixos esse. Quapropter cum cœlestibus lapidibus & syderibus maximam habent affinitatem, quod eorum naturæ sint abeisque deriuentur. In rudi vase prius reperiuntur ab hominibus: vulgus tamen (cui de rebus falsum afferere proprium est) existimat, ibidem vt inuenti sunt, nasci, postmodum expoliri circumferri vendi, necnon pro maximis haberi diuitiis, ob eorum colores, formositatem, aliasque virtutes, &c. Eodem tomo pag. 184 inquit: Smaragdi si fuerint præparati per distillationem, prosunt hæmoptoicis. Item Smaragdus confortat mulieres in suis doloribus: & est in illis ægritudinibus summum arcanum si fuerit præparatus in destillatione vt Crystalli: pag 185.

Vires, Vsus ac Dosis Smaragdi.

Recipe huius Smaragdi præparati scrupul. j Liquoris Melissæ drac. 1. Abrodani drach. j. F. mixtura, Dosis à gutta tertia vsque ad sextam.

Nunc

Nunc clarius aliquantulum accedemus ad gemmarum præparationes, & dicemus quid Chymici præcipue faciant ex gemmis; ſcias ſalem, tincturam, oleum, ſpiritum etiam Syrupum, &c. primo dicemus de Sale gemmarum. Gemmas ſeu lapides pretioſos conterunt, contritos admodum laborioſe cum Sale nitro vel gemmeo in anemio ante folles calcinant, idque bis faciunt, poſtea eluuntur ſexies aqua Cinnamomi: Deinde ſemel phlegmate aceti ſtillatitii; tandem pulucrem exiccatum perfundunt optimo aceto ſtillatitio, vt acetum ſupernatet 5. digitis ſpatio octo dierum, digeruntur in calidis cineribus dum acetum coloratum fuerit. Hoc coloratum acetum effundatur in aliud vas vitreum, pulueri in fundo relicto nouum ſtillatitium acetum ſuperfundatur: hicque labor toties repetendus, dum non amplius coloretur acetum. Omnes ſolutiones confundunt in vnam cucurbitam & in arena acetum deſtillatione euocant ad ſiccitatem vſque, maſſæ in fundo relictæ affundunt aquam communem ſtillatitiam, ſoluunt, ſolutum per filtrum colant, colaturam coagulant euaporata per deſtillationem in arena aqua: tum maſſæ rurſus affundunt nouam aquam ſtillatitiam; ſoluunt, ſolutum per filtrum colant; colaturam coagulant vt prius, hunc laborem repetunt, dum omnis aceti acrimonia euanuerit, nullæque amplius fæces in filtratione appareant; tum ſali affundunt aquas vegetabilium appropriatas cum quibus digerunt, & tandem aquas etiam abſtrahunt: Ita Sal gemmarum perfectum eſt. *Præparatio Salis gemmarum.*

Doſis horum ſalium eſt plerumque à ſcrupulo ſemis ad ſcrupulum integrum in conueniente liquore aut alio vehiculo pro affectuum & perſonarum varietate. Sic Sal Smaragdi melancholicis affectibus confert, & ne caducus redeat arcet. *Doſis.*

Ex iſtis ſalibus dicto modo præparatis ſequenti modo tinctura ad omnia, in quibus alias gemmæ adhibentur, multo efficacior extrahitur. Sali præparato vt prius, affunditur ſpiritus vini optimus ad eminentiam trium digitorum, digeritur in Balneo, tum ſpiritus vini à tinctura abſtrahitur ad liquoris conſiſtentiam, ita manet in fundo pretioſarum gemmarum tinctura, ſuo ſale longe efficacior, nobiliorque. Ex ſale quoque per deliquium conficitur oleum ad eadem accommodum; quemadmodum ex *Tinctura gemmarum.* *Oleum gẽmarum.*

tincturam per col[illegible] cum spiritu vini, addita camphora; per destillationem efficitur oleum efficacissimum, sed laboriosissimæ præparationis.

Nobilior modus soluendi gemmas hic est breuissimus: 1. calcinantur cum sulphure ad sufficientiam, calcinatis & ablutis & exsiccatis pro secundo soluuntur cum spiritu vrinæ, solutis, edulcoratis & vicissim exsiccatis, tertio cum menstruo vini alkoholisato reducuntur vel in tincturam, magisterium, essentiamve aut oleum, hic modus breuis, facilis ac clarus.

Libauius noster lib. 2. Alchem. tract. 2. de extractis cap. 4. sic ait de Quinta Essentia gemmarum. Quæ tincturam reddunt, ex iis eliciatur per acetum radicatum, illaque cum spiritu vini digesta exigatur per Alembicum.

Q. E. gemmarum.

Alias: Solue cum aceto radicato, vt puls fiat. Ex hoc extrahe Quintam Essentiam cum alio aceto, vel etiam spiritu vini, vt crassa materia restet. Extractiones coagula & edulcora. (Hæc operatio est vicina magisterio calcium, nisi quod ibi tota res soluatur in calcem, repetitis reuerberationibus: hic tantum subtilissima pars extrahitur.)

Aliter: Recipe succi limoniorum, succi berberum æquales. Destilla sensim nouies bene lutatis vasis, & vix quarta pars exit colore citrino: In hac aqua solue calces gemmarum vitrearum, qualis est crystallus. Essentiam forma olei prolice, quam cum spiritu Vitrioli digere, & circula.

Aliter: pulueri læuigato affunde succum limoniorum in vitro forti angusti colli. Merge in cineribus calidis vsque ad materiæ summum. Stent per dies 40 primi gradus calore. Soluetur in aquam crassam. Adde aceti stillatitii pares cum succo limonum. Digere per dies 40. Exime, destilla, iuncturis bene clausis, nec tamen nimis feruide, ne Empyreuma contrahat. Aquam, quæ effluxit, coque in vitro ad medias. Residuam partem destilla lente, donec aqua fiat aurea. Excipe eam alio receptaculo donec pura ac flaua prodeat. Cum incipiet crassa, muta receptaculum, & si non amplius destillat, refrigescat. Oleum flauum innatans aquæ receptaculi, separa subtiliter, ne quid aquæ vna trahas. Hæc est Quinta Essentia. Ex tribus aquis Sal coagula stipulis iniectis, si in cella ponas per dies quadraginta.

Non-

Nonnulli etiam gemmas ita parant, inquit lib. 2 tract. 2. cap. 25 Gemmas cum sulphure calcinatas perfundunt aqua Regia, & digerunt. Destillant postea per retortam, vt Essentia vna exeat. Fortem segregant leni Balneo. Affundunt vini spiritum. Digerunt, & acredinem sæpe mutato illo tollunt. Tandem edulcorant aqua destillata item sæpe mutata. Essentiam per deliquium solutam figunt in olei consistentiam, per vini spiritum, vel acetum. Flores etiam vult ex gemmis sublimari posse, de quibus vide ipsum eodem libro ac tract. cap. 40. *Solutio gemmarum.*

Spiritum ex iisdem posse conficere vide caput de coralliis, vbi & simul dicemus de Syrupo gemmarum.

Paracelsus Ens gemmarum etiam describit tom. 6. pag. 105. Accipe Smaragdorum optime tritorum vnciam j. calcina cum sale soluto, quousq; in albedinem conuertantur: postmodum soluantur, & in phiola Hermetis luto clausa ponantur super nudum ignem, vitro nudo, materiaque suspensa in altum, vt fundum non attingat, idque tam diu, donec à spirituali natura, conditioneque decidat ad fundum in corpus, vt liquor mellis. Hoc exhibet Smaragdi virtutes. Quare primum Ens Smaragdi iure vocari potest. Eius item Essentia maximum est secretum in omnibus Dysenteriis vel fluxionibus. *Primum Ens Smaragdi.* Opiata Bezoartica recipiens Smaragdum, Sapphyrum Granatum ac Rubinum: R. Absinthii, Rosmarini, Saluiæ, Rutæ, Scabiosæ, Calendulæ, Menthæ Saracen. ana M. ij. Scordei vnc. iij. Rad. Angelicæ, Tormentil. Dictamni, Gentianæ, calam. aromat. ana vnc. j. Croci drach. iij. Cinnamomi, N. Moschatæ, Garyophyllorum, Macis ana vnc. ß. Bacc. Lauri vnc. j. Bacc. Iuniperi vnc. ij. Theriac. optimæ lib. ß. puluerisata misceantur omnia; deinde immisceantur cum magna quantitate Sachari opt. superfundendo spiritum vini pro extrahendis omnibus vt artis est; Extractis atque colatis, ad medietatem in B. M. abstrahatur, cui postmodum addantur puluel spec. cordial. vnc. j. ß. Smaragdi vnc. j. Saphyri præparati, Rubinorum, Granatorum ana drach. ij. aquæ ros. q. v. si placet adde Mel despumatum.

CAPVT III.

De Sapphyro.

SApphyrus, (Germanis Sapphyr. Italis Zaffiro. Gallis Sapphyr. Hispanis, El Zufir piedra pretiosa. Arabibus Nilaa) Gemmarum omnium pulcherrima est, cæci colorem refert nimis splendore & perspicuitate summa: de hoc poeta canit; Sapphyri species digitis aptissima Regum. Præter Adamantem omnium durissima est, pretio Margaritas, Rubinos & Adamantes aut Smaragdos non superat aut vincit. Eius dicuntur duo genera. Vnum quod obscurius est, alterum vero splendens, quodque genus Sapphyrum aqueum nuncupant. Vilior hic est, & interdum coloris cuiusdam admixtione Adamantem ita æmulatur, vt nonnullos plerumque fefellerit. Inuenitur vtrumque genus in Calecut Cananor, & variis Regnis Bisnagua locis. Præstantiores ex Zeilan adferuntur: omnium vero laudatissimi ex Pegu.

Virtutes eorum tot nec tales sunt, qualesque recensentur à multis superstitiosis, atque describuntur in vulgatis lapidum libellis. Vana siquidem sunt & mere falsa quæ de Sapphyro carmine Macer canit cap. 5. lib. 5.

Quem, inquit, natura potens tanto ditauit honore,
Vt sacer & merito gemmarum gemma vocetur.
Nam corpus vegetum conseruat, & integra membra.
Et qui portat eum, nequit vlla fraude noceri,
Inuidiam superat, nullo terrore mouetur.
Hic lapis, vt perhibent, educit carcere vinctos.
Obstructasque fores & vincla tecta resoluit.

His adhibenda fides est, qui scribunt Sapphyrum cor recreare, venereos appetitus compescere, hilares pacificosque reddere gestatum. Venenis in potu resistit, & intestinorum vlcerationibus; oculis quoque adhibitus eorum sordes expurgat.

Virtutes Sapphyri. Alius sic describit eius virtutes. Omnibus in morbis cutis gestando vtilis est, vt ipse sum expertus: Anthraces etiam vetat nasci tempore pestifero, & scabiem semper minuit, castum & pudicum etiam ob id reddit, & sudores eadem ratione comprimit. Et ex se-

cundis quasi viribus corpus confirmat, & colorem bonum facit, terrores vanos tollit: atræ bili aduersatur, cohibet, & iuxta etiam pellit. Mores in melius mutat, tanquam ex tertiis viribus: Vnde pios facit, & tranquillos oculos, si tangat sæpius, à variolis præseruat: & anthraces eodem modo impositus mitigat & sedat. Creditur necromantiæ auxiliari: sed prius constituere oportet, quomodo sit, an naturalis scilicet, idque difficile videtur: Nam animam ab errore liberat. Hæc autem constat violata mentis & sensuum acie vel à diuino numine: Non par autem est, lapidi tantum tribuere. Malim tamen in dubiis experimento cedere. Ob duritiem qui acerbus est, si per tres horas in Auro excoquatur, in speciem transit adamantis, candidissimusque euadit ac splendidus. Vnde patet exhalatione terrea tingi, antea enim non adeo perspicuus est: propterea etiam tincturam recipit nigram, cum reliquæ gemmæ omnes quæ adamantem referunt, tincturam non tangunt ne obscurentur, sed solum ab ea circumdentur. Cæterum Sapphyrus percussis à Scorpione, potu prodesse existimatur. Contra intestinas exulcerationes bibitur. Excrescentia in oculis, vuasque & pustulas inhibet, & ruptas membranas cogit. Additur hoc tempore in medicamenta ad cor facientia, & in Antidota, quæ aduersus venena & pestiferos affectus parantur.

Nunc audiemus & Paracelsum qui inquit tom. 6. de cœlo Philosophorum pag. 292. Sapphyrus lapis est cœlestis coloris, & pulcri, cœlicæque naturæ. *Sapphyrus quid?*

Tom. 8. text. 3. pag. 63. Sapphyrus Lazurius est lapis argenteus: Sapphyrus candidus est lapis Iouius. Eodem tom. lib. 4. cap. 5. pag. 108. sic ait: Cyaneæ Diaphanæ gemmæ, qualis est Sapphyrus, generantur ex Mercurio, secundum corpus & colorem. Gignuntur super Sulphur candidum, & candidum Sal, ex pallido tamen Mercurio lapillato. Vnde sæpius Sapphyri albi reperiuntur, quia Mercurius albus concurrit. Inueniuntur etiam lutei, qui colores etiam lutei in Mercurio latent. Hinc sequitur, gemmas omnes colorem suum ex Mercurio assumentes nobilissimas & ponderosissimas esse, & gemmas Mercuriales vocari. Hac forma modoque gemmæ omnes ex tribus primis nascuntur, ad lapideam & gemmeam naturam prædestinatis. Hinc etiam patet cur gemmæ *Generatio Sapphyri.*

non-

nonnullæ tam varie tinctæ, diuisæ, variatæ, & aliter constitutæ nascantur: quia nempe omnes suam originem sumunt ex eo, quod interdum duæ, tresue materiæ, ex duobus tribusue gemmis concurrant seu permisceantur, nec tamen in vnum colorem coeant aut permisceantur, sed quælibet seorsim suum colorem retineant. Hinc est, quod multi sæpe colores in gemma vna reperiantur. Frequenter etiam accidit, purum & lucidum Mercurium cum sale tingi duobus tribusue aut pluribus coloribus, qui deinde colores omnes, velut Venetus Lazurius, albus, viridis, cinereus, &c. ex spiritu salis oriuntur. Interdum aliquid adhæret de sulphure. Quod si in purum Mercurii corpus, & purum Sal incidat, coloribus vacuum, varii multique colores producuntur. Ipse etiam Mercurius, si sine coloribus à sale & sulphure, cum suis propriis coloribus prodit, iam viride, iam cyaneum, iam album, iam flauum, iam nigrum producit. Interdum etiam omnia tria varios suos colores conferunt, nec tamen permiscentur. Sicut enim aqua & oleum non permiscentur: Ita tres hi quoque liquores sine confusis coloribus indurantur, & in coagulatione indurata manent & inueniuntur, modis & numeris infinitis.

Sapphyri vires, vsus ac dosis.

Tom. 6. lib. 1. de præparat. tract. 3. pag. 18. Sic ait de Sapphyri viribus dosi ac vsu. Sapphyri si fuerint præparati, ad tertiam vel quartam præparationem tremorem cordis tollit, si fuerit præparatus in quartam destillationem: Dosis grana quinque, tollunt Synthenam & palpitationem. Sic etiam de cæteris gemmis.

Idem: Recipe Sapphyri drach. iij. Ambræ dissolutæ drach. j. semis. Storacis calamitæ scrupulum vnum. Fiat mixtura: Dosis à scrupulo vno ad scrupulum vnum semis.

Tom. 7. cap. 7. pag 123. ait: Constat in Sapphyro latere virtutem tollendi Anthracem, & ad Escharam eum reducendi supra omne corrosiuum, & tamen sine corrosione. Hæc Paracelsus.

Supra facta fuit mentio quomodo ex gemmis parentur magisteria, Tincturæ & Essentiæ, quare eius repetitionem odiosam ducimus, ne autem aliquid lateat, vnum adhuc præscribam tibi menstruum soluendi gemmas, à Crollio summopere commendatum, vide Basilicam eius pag. 167. Recipe lib. ij. vel tres Terebinthinæ, affunde vltimæ medietati aceti destillati libras duas, & destilla secun-

cundum artem in arena primo lento igne, donec acetum cum spiritu Terebinthinæ egressum sit, postea auge ignem & exibit oleum flauum & aqua rubicunda acerrima, quando oleum rubrum vult destillare, cessandum est à labore. Separa postea Spiritum Terebinthinæ & oleum ab aceto per tritorium, & solum acetum super Zingiber rectifica. Huius aceti parata copia in promptu habenda, cum illo enim dicto modo vna opera soluentur omnes lapides Paracelsi contra calculum &c.

CAPVT IV.

De Rubinis.

RVbinus & Chalcedonius est Lapis ferreus, inquit Paracelsus tom.8.lib.2.Philos.text.4.pag.63. *Rubinus quid?*

Eodem tom.lib.4.cap.13.pag.108. inquit: Rubinus & quæcunque gemmæ rubedinem habent, robur sunt sulphuris, & corpus Mercurii lapillati. Mercurius enim gemmarum vniuersarum corpus est. Vnde oportet eas esse frigidas, graues, pellucidas ac lapillatas. Archeus ergo primum rubedinem elicit, ex qua multa rubea gemmarum genera constituit. Talis enim rubinus generatur, qualis rubedinis gradus accedit. His similes etiam sunt Granati, nisi quod quam Rubini, copiosiore sale abundent. Vnde etiam quadrangulares fiunt, huc genera pertinent etiam alia, quæ à rubedine Sulphuris in corpore Mercurii fiunt, multis formis & gradibus distincta, pro natura Sulphuris, Salis, & pellucidatis corporis Mercurii &c. De hoc alii sic volunt & scribunt viri doctissimi. *Rubini generatio.*

Rubinus seu Carbunculus (Germanis ein Rubin. Italis vn Rubino, Carbunculo. Gallis Escarboucle. Hispanis El Caruoncol pietra. Græcis ἄνθραξ hoc est, Carbunculus dictus, à flammeo colore, non quod noctu splendeat, aut in tenebris accensę candelæ vicem gerat, vt Idiotæ putant, sed quod eius nitor quasi flammeus præ cæteris lapidibus rubeis fulgeat. Vnde Poeta.

Ardentes gemmas superat Carbunculus omnes,
Nam velut ignitus radios iacit vndique carbo
Nominis vnde sui causam traxisse videtur.

Ab igne igitur Carbunculi nomen habent, vnde Græcis non modo Anthraces dicuntur sed etiam Pyropi, vel, vt aliis placet, Apyroti, quod vix ignem sentiant, aut igni incalescant.

Plinius cap. 7. lib. 37. ait: Tot esse eorum varietates, vt peculiari nomine vix signari & inter se distingui possint; Præstantiores, elegantioresque flammeis radiis ac fulgentiores sunt Carchedonii, omniumque pretiosissimi; dein Æthiopici; tum Alabandici; Quarto sitites carbunculi laudantur, vt etiam Indi; Lithizontes omnium minime boni & pulchri: sunt enim impuri & fere marmorei; ob id obscuri; Quemadmodum & multi alii, vel fusci vel candicantes. Sunt qui Carchedonios à Carthagine, non à pulchritudine & valore dignitatem mutuari contendunt. Quinque autem genera Carbunculorum seu Rubinorum tantum solent institores venditare, vnum eximie rutilum & splendentem, quem absolute Carbunculum vocant, alterum minus fulgidum, quem verum Rubinum dicunt: hic satis frequens est, ille vere rarissimus & fere inuisus, nisi solis Regibus. Tertius dignitatis gradus ei tribuitur, quem Balęsium corrupte nominant, cum Baulaustium, à mali punicæ flore, quē refert, dicere deberent. Post hunc laudatur Rubith quem subinde spinellum appellitant. Quinto granati recensentur, de quibus in sequentibus. Plerique tenent Carbunculos vtriusque sexus esse, mares nempe qui excitatius fulgent, alios vero crassius nitentes & pinguiores fœminas.

Rubinorũ genera tria. Alius Author sic vult: Rubinorum genera tria sunt: Orientalis Rubith seu Rubin, id est Spinella (vt dicunt) & Germanicus, durus, sed nigricans, ideo parui admodum pretii, etsi gemma vera sit, sed neque ad latitudinem pisi perueniunt vnquam. Cum vero tenues sint, Gemmarii etiam tenuiores reddunt, vt melius lumen excipiant, nec obfuscentur adeo. Spinella clarior, & iucundior est aspectu, sed tenera: pretium ob id vilius, durities tamen in eis diuersa est: Tenerrimæ quædam enim sunt, aliæ prope duritiem veri Carbunculi, quæ paulo est inferior Sapphyri duritie. Omnis autem gemma durior teneriorem secat, adeo vt etiam Crystallus durior vitrum secet, si præacutus sit. Adulterantur Carbunculi Sandaracha, id est, Auripigmento rubro excocto, atque ita venenum datur pro Alexipharmaco. Dignoscuntur adulterini, interposito colore: *Rubini falsi.*

Vt si.

Vt si albus Carbunculus interposito minio aut cynnabari, Crystallo supponatur ex angulis: quoniam colorem recipere non possunt transuerse inspiciendo. Orientalis carbunculi præterea duæ sunt species Nam qui ardens omnino est, vt superfusa noctu aqua splendeat vt ignis, proprie Carbunculus meretur dici, Græceque Pyropus. Alii autem instar fœminæ sunt. Vires Rubini sunt, libidines coercere, pestilentiæ resistere: idque maxime epoti: Incolume corpus seruare, malas auferre cogitationes: Nam hæc omnia hoc ipso constant, quod vitalem spiritum confirmet. Putredini etiam resistunt. Est autem ex secundis viribus, vt promptum & alacrem faciat hominem, atque ideo bene fortunatum. Rubinus splendet colore valde rubeo. Paracelsus tom. 6. pag 792. *Virtutes Rubinorũ.*

Summa etiam virtus (inquit Paracelsus tom. 6. lib. 1. de præpar. dact. 3. pag. 184.) in Rubinis est in Dysenteria: Et eius dosis est vncia j. si fuerit crudus. Sed si reuerberetur, deinde dosis drach. ij. post calcinationem. Dosis drach. j. post eleuationem dosis drach. semis, post destillationem, scrupulus j. Nota insimul & illam solutionem ac destillationem, quam tradimus lib. 1. nostræ Basilicæ cap. 11. *Vsus ac Dosis.*

Elixir Paracelsi in doloribus matricis, capiens Rubinos: Recipe Alkohol vini exsiccati lib. iij. Fol. Anthos, Macis, Lauendulæ ana vnc. x. Caryophyllorum, Cinnam. ana vnc. ij. Masticis vnc. ß. Storacis vtriusque ana scrup. ß. Doronici vnc. iij. Reduc in septimum Alembicum. Postea recipe Fol. Auri num. xx. Margaritarum non perforatarum, Granatorum, Rubinorum ana drach. j. ß. Reduc ad digestionem per Mensem. Huius olei accipe gran. iij. vel IV. cum vino Maluatico, aut aqua Maioranæ aut Saluiæ, per tres aut quatuor dies mane & sero administrato.

Hoc Elixir nobilissimum Arcanum in retentione & superfluitate menstruorum, dissoluit & constringit, & partium colores pellit: tollit suffocationem materialem, item præcipitationem mineralem.

[*.*
*]

CAPVT V.

De Hyacintho.

Hyacinthus ab Hyacinthi floris colore nomen accepit. Gemma est non maximi valoris; eius enim copia non modo è multis Indiæ locis, sed etiam ex Lusitania ad nos deuehitur. Electri fere colorem refert, magis tamen ex flauo splendet, & quasi fulgur aureum emittit. Nonnulli scribunt Hyacinthos quosdam esse rubeos alios cæruleos, alios Venetos, multi tamen Granatos, aut Topazios, vel similes his lapillos potius, quam veros Hyacinthos putant. Inueniuntur etiam Hyacinthi variegati, vni colores tamen meliores sunt ac pretiosiores, præsertim Bactriani. Arabici omnium pessimi. Plinius vult Hyacinthos citrinos esse & quosdam venis quibusdam albis variegatos. Qui talis inuenitur, Leucochrysos Græcis dicitur. Datur quoddam succinum flauissimum, syncerum, fulgidum Græcorum Idiomate Chryselectrum nominatum, quod ignari pro vero Hyacintho sumunt.

Tria genera Hyacinthi.

Alius vult, duas esse species Hyacinthorum: Rubra quæ nobilior est: & carbunculo similis, quæ ab igne illico mutatur: vixque qui lentem magnitudine excedat, inuenitur. Sed gemmarii sæpe Granatum Æthiopicum pro eo ostendunt. Nascuntur vero ex quibusdam Lusitaniæ locis, vt in Belas non procul Olysippone, & multis Hispaniæ locis. Pro constanti creditur, hominem tutum reddere à fulminibus, pesteque: Et si peste quis laboret, nitorem amittere, coloremque dilutiorem ac languidiorem induere. Cor etiam confirmat ebibitus & gestatus: somnum etiam conciliat, & honores auget, tam diuitias atque prudentiam: quæ omnia etiam facit, qui Turcici Garyophylli florum habet colorem, id est luteum, quasi lutei oui, sed splendidum & perspicuum. Venustus est, ac non facile vitiatur: est enim Corneolo aliquantulum durior: non est tamen, vt ille, adeo efficax.

Species 2. Hyacinthi.

Virtutes Hyacinthi.

Hyacinthus, (inquit Paracelsus tom. 6. de cœlo Philosophorum, pag. 292.) flauus est lapis & transparens: est & flos eiusdem nominis qui secundum fabulas poetarum, homo fingitur. Tom. 8. lib. 2.

lib.2.Philosophiæ text.3.pag.63. inquit: Hyacinthus est lapis Mercurialis. tomo 6. lib 1. de præpar. tract.3 pag. 85 inquit: Recipe Hyacinthi præparati scrupulum j Laudani, id est gummi, scrupulum vnum semis. Fiat mixtura. Est summum Arcanum in febribus ex putrefactione aquæ & terræ. (Febres eiusmodi si familiares sint, bibant in nouilunio quinque aut quatuor guttas, tunc certi sunt, quod non inficiuntur á febre, bis in anno & semper in nouilunio.) Qui vult eius Essentiam aut magisterium, præparabit in modum prout in 1. & 2. capite dictum est, huius libri.

Eius Essentia, sicut & Sal Hyacinthi, venenatis morsibus ac venenis mirifice obstat v de Iatrochymiam nostram.

Ecce confectionem antiquorum de hyacintho: Recipe hyacint. corall. rub. terræ Lemniæ, Boli Armeni, ana vnc. ß. gran. Kermes. rad. Tormentillæ Dictamni, sem. citri mundat., croci Myrrhæ Ros. rub. santalorũ omniũ, ossis de corde cerui C cerui vsti, Rasuræ eboris, sem. acetosæ, portulacæ an. dr. j. Sapphyrorum. Smaragd. lap. Topazii Margarit. serici crudi Bracteolarum Auri & Argenti an. scrup. ij. caphuræ, Moschi, ambræ griseæ, an. gr. v. cum syrupo limonum f. confectio.

Hæc confectio ingreditur multa nobiliora & præstantissima medicamenta, vti iam demonstrabimus quædam ex ordine: Ecce aqua nobilissima Theriacalis, cordialis ac Bezoartica, Iosephi Quercetani, medici regii, omnibus cordis pathematis pestiferisq; affectibus, miro progressu conferens, sudoremque mouens.

Recipe Rad. Angel. Zedoariæ, Caryophillatæ, Barbæ hirci, Tormentillæ, petasites, Enulæ cãpanæ ana vnc. ij. ß. Ras. cort ligni Indici vnc vj. Santali citrini, cinnamomi, macis gran. Iunipi, sem. Cardui bened. citrii sem. citri an. vnc. j. Diptamni albi, scabiosæ, menthæ rub. Chelidon. scordii, Rutæ, melissæ, scorzoneræ ana m. j Flor. centaurii minoris, hyperici, Genistæ, calendulæ Borrag. Buglos. ana p j. macerentur per quatriduum ad ignem B. M. in vini Maluatici lib. iij. succi limonum, aquæ nucum viridium, melissæ vlinariæ cardui bened. an. lib. ß. deinde exprimantur. Expressioni adde Theriacæ vnc. iij. confect. de hyacinth. vnc. j. confect. Alkermes drach. vj. Diamargarit. frigidi Diacoralli ana drach. iij. Diambræ. Diamoschi ana drach. ij. croci, Myrrhæ ana vnc. ß. Sachari candi lib ß. Maceren-

tur per duos vel tres menſes, deinde deſtillentur S.A. Et fiet aqua Theriacalis, quæ fit præſtantior ſi proprio ſuo ſale acuetur: Doſis vn. ij. Aqua alia Theriacalis eiuſdem cephalica, ad affectiones cerebri deploratos, Apoplexiam, Paralyſin Epilepſiam, & ſimilia ſpecifica.

Recipe Rad. pœoniæ, viſci quercini, aceti vulgaris ana vn. iij Gran. Iunip. maturorum, ſem. pœoniæ ana vnc. j. Caryophyllorum, macis ana drach. vj. caſtorei vnc. ß. Flor. ſtœchad. Calendulæ, Betonicæ, Anthos, Saluiæ, Lilii conuall. Tiliæ arboris ana p. ij. Incidenda incidantur, contundenda contundantur & macerentur per triduum ad ignem B. calidi, in vini albi generoſi li. ij. Aquæ Pœoniæ Saluiæ, Calendulæ ana lib. j. deinde exprimantur fortiter. Huic expreſſioni adde Theriaces Alexandrinæ vnc. iiij. confect. Ancardinæ Meſue vn. j. ß. Diamoſci, Aromatici Gabrielis ana vnc. ß. Macerentur denuo per duos tresve dies ad ignem lentum B.M. deinde exprimantur & deſtillentur per cineres ad ſiccitatem, vt fiat aqua Theriacalis.

Aqua tertia Antepileptica maior eſt eiuſdem Quercetani: Recipe Rad. Angelicæ, Zedoariæ, Bardanæ, Scorzoneræ, Tormentillæ, Biſtortæ, Enulæ Campanæ, Gentianæ an. vnc. j ß. Rad. pœoniæ, Maris & fœminæ, decreſcente Luna, in ſigno Leonis collectæ: Raſuræ ligni Buxi, viſci Quercini, viſci Coryli an. vn. ij. Santali, Citrini, ligni Aloes, Myrobalan. omnium ana vnc. j. Dictamni albi drach. vj Herbæ Meliſſæ, Scabioſæ, Acetoſæ, Fumariæ, Agrimoniæ Rutæ, Anagallidis, Matricariæ, Menthæ Rub. Abſynthii pontici, Hyſſopi ana M. ij. ſem. Carduib. Citrii, Pœoniæ, Seſeleos, Gran. Iuniperi an. vn. ß. Cubebarũ, Macis. N. Moſch. Cinnamomi ana drach. iij. Flor. Geniſtæ, Hyperici, Cẽtaurii minoris, Tiliæ Arboris, Lilii Conual. Calendulæ, Lauendulæ ana p. ij. Flor. Cichorii, Bugloſſæ. Roſ. Rub. an. p j. His iuſto tempore collectis vt ars requirit, ſuperfundãtur aquæ ſtillatitiæ primulæ veris, Lilii Cõual. Flor. Tiliæ, Calendulæ ana lib. j. ß. Aquæ Meliſſæ, Hyſſopi, Roſmarini, Geniſtæ an. lib. ß. Vini albi optimi lib. ij. His ſufficienter digeſtis, exprimãtur, deſtillẽtur, proprioq; ſale tandẽ aqua Theriacalis fortificetur: Et vt nobilior ac perfectior reddatur, adde libris 4. Aquæ, Theriacę Venetæ aut Monſpeſſulanæ, eiuſq; quã optimæ vnc. iij. confect. de hyacintho vn. j ß. confect. Alkermes vnc. ß. pul. Diamargarit. Diacoral. lætificant. Gal. ana drach. ij. Diacaſtorei vn. ß. aut etiã amplius, caſtorei ipſius ſimplicis drac. ij.

Camphoræ drac.j.mixtis omnib.& digestis in Balneo M.per 4.dies, deinde destillentur, quater cohobando, ac adustionem cauendo. Et his fæcibus remanentibus si salem libuerit extrahere liberum erit,si fiet,nobilissima est destillatio:quando aquã eo Sale miscueris.

Alia aqua ad Epilepsiam, Apoplexiam & Paralysin eiusdẽ Quercetani. Recipe Rad.recentium Angelicæ,Enulæ Campanæ,Zedoariæ ana vn.j Rad.ligni Buxi drac.vj.Rad.pœoniæ Luna in Leonis signo decrescente, si fieri potest, collectæ, visci Querni recent. ana vnc.ij.Dictamni albi vnc.j.sem.Carduiben. Citrii, Acetosæ,Portulacæ,Pœoniæ,Luna decrescente collectorum & decorticatorum ana vn.ß.N.Moschatæ,Macis,an.dra.iiij.Flor.Cotulæ fœtidæ,Sãbuci an.p.iij.Flor.Saluiæ,Stœchados, Lilii Conual.an.p.j.puluerisanda, puluerisentur crassiuscule, & contũdenda contũdantur ac macerẽtur per quatriduum ad ignem B.M.in aquarũ Rutæ,cerasorũ nigrorũ,Flor.Tiliæ,Genistæ,Hyperici an.lib.ij. Dein fortiter per torcular exprimãtur.Huic expressioni adde Diamosci,Diamargar. frig. Diacoralli an.vnc.ß.Rasuræ Cornu C.vnc j.confect.de hyacintho,confect. Alkermes, Theriaces veteris an.vnc.ß.Cãphoræ drach.j.denuo per 2. dies in B. M. digerantur, ac tandem destillentur per cineres. Sale proprio exacua,& Dosis erit vncia semis ad integram.

Laudanum præstantissimũ Iosephi Quercetani.Recipe Essentiæ opii purissimæ vn.ij.Essentiæ Croci, cũ aqua limonũ extractæ vnc.j. His cõfusis adde Magist.gẽmarum,hyacinthorum & corallorũ ana drac.j.ß.Terræ sigillatę verę drac.j.pulueris Bezoardici veri, Vnicornu, Ambræ griseæ ana scrup.duos. Ex arte commisceantur, Dosis ex magnitudine erit grani piperis.

Aqua ad cordis roborationẽ contra venena & pestilentes omnes affectus Quercetani.Recipe Rad. Angelicæ, Carlinæ, Tormẽtillæ, Cort.Citri, Olibani an.vn.ij.sem.Carduib.Acetosæ Vlmariæ,Sãtalorum omnium an.vn.ß.conser.Buglossæ,Rosarum, Violarum,Mithridatii,confect.de hyacintho ana vn.ij.spec.Diamargariti frigidi, Cãphoræ ana drac.ij.Terenda terantur crassiuscule, & indantur omnia in Alembicũ vitreum,superaffundendo aquæ vitæ rectificatæ li.iiij.Digerantur vase optime clauso:Dein per cineres aut Balneum vaporosum destillentur.Dosis semicochleare Argenteum, vel paulo plus.Aqua est mirabilis ad lipothimiam, syncopen, & pestilentes omnes affectus.

Aqua ad pestis curationem & præseruationem I. Q. Recipe ligni Aloes vnc.j. Rad. Caryophil. Gentianæ. Zedoariæ, Angel. Tormentil. ana vnc.ij. cinnam. macis santal. rub. Bacc. Iunip. sem. Card. bened. cort. & sem. citri an. drach. vj. Dictamni Cretensis sicci, melissæ, Hyssopi ana M.j. Rasuræ cornu C. eboris ana vnc.ß. Macerentur ad ignem lentum per 6. aut 8. dies in succorum depurat. Rutæ, scordii, & vlmariæ ana vnc. viij. Dein fortiter prælo exprimantur: His adde Theriaces, Mithrida. opt. ana vnc. ij. confect. de hyacintho, alkermes ana vnc. ß. spec. Diambræ drach. ij. croci drach. j. Camphoræ drach. ß. vini Maluatici & aquæ vitæ optimæ ana li. I. ß. Infundantur denuo per sex dies ad ignem lentum vase optime clauso, vt nihil expiret: Dein fortiter exprimantur: Huius expressionis Dosis poterit esse vnc. jj. Destillatis vero Dosis est vnc. j. ß. cum Syr. acetositatis citri, vel limonum.

CAPVT VI.

De Granato.

GRanathus, Germanis ein Granat. Italis Granato, gemma, grano mali punici similis: species quædam Rubini à natura minus elaborati & quasi imperfecti. Rubeus quidem est, sed admodum obscurus, veluti si vmbra, aut nubecula quædam Rubino offundatur, vnde Rubinum nigricantem nonnulli vocitant. Duæ eius sunt species: Hispanus & Orientalis: Hispanus dilutioris est coloris: attamen si magnus sit, & egregius, flammam coruscantem æmulatur. Alter obscurioris, qui minoris æstimatur.

Granatorum 2. species.

Granatus collo suspensus, & ebibitus, tristitiæ multum resistit. Somnum valde minuit: Estque terreæ, igneæque substantiæ. Cor corroborat, cerebro nocet, sanguinem iracundiamque excitat. Qui vero in Æthiopia inuenitur, sorianamque vocant Gémarii, longe pulcrior est: quoniam densiorem habet substantiam, ad hyacinthique colorem accedit, adeo vt vix ab eo secerni possit. Verum non coruscat vt primus. Ideo neque ad iram, neque ad vigilias hominem ita pronum reddit, vt primus, seu prima species.

Virtutes Granatorum.

Sed

Sed nec exhilarare tantum potest. Existimant Occidentales, ignibus diu resistere, nec deturbari.

Paracelsus tom. 8. tract. 1. de mineralibus pag. 252. ait: Granati præterea alii sunt perspicui, &c. forma Crystalli, in quibus Argentum & Aurum latet. pag. 108. dicit: Granati Rubinis similes sunt, nisi quod quam Rubini, copiosiore sale abundent. Tom. 6. lib. 1. de præpar. tract. 3. pag. 184. ait: Granati destillati (vt Crystalli) est potentissimum Collyrium ad maculas oculorum.

Idem dicit esse summum Arcanum in tremore cordis & Hæmoptoica passione. Vt: Recipe Granatorum vnciam semis, Aloe epatici drach. iij. sulphuris præparati drach. j semis. Fiat mixtura cum Zuccaro clarificato. Dosis à drach. ij. vsque ad drach. iij. Cum hac medicina instandum est, eaque continuanda etiam ad dies quinque, licet tremor cordis abiit. *Vsus, vires ac Dosis Granatorum.*

Eius Essentia sicut & Sal ad sanguinis sputum, tremoremque cordis est commodum. Bornettus.

Electuarium D. Mesue capit granatum: Recipe Margaritarum pellucidarum drach. ij. fragmentorum Sapphyri, Hyacinthi, Sardonis, Granatorum, Smaragdi an. drach. j. ß. Zedoariæ, Doronici, cort. citri, macis, sem. Ozymi an. drach. ij. Coralli rubri. Electri, limat. Eboris ana scrup. ij. Been albi, Been rubri, carophyllorum, Zingiberis, piperis longi, Spicæ Nardi, folii, Croci, Cardamomi an. drach. j. Trochiscorum Diarrhod. ligni aloes ana drach. v. Cinnamomi, Galangæ, Zurumbet, an. drach. j. ß. Fol. Auri & Argenti an. scrup. ij. Moschi drach. ß. F: omnium puluis confuse miscendus.

Liquor Paracelsi in dolore matricis. Recipe orizi præparati post dissolutionem mellis & Salis vnc. j. Liquoris granatorum, Aranziorum ana vnc. vj. Reduc in imbibitionem. Postea super marmorem porphyrium reduc in liquidam formam. Dosis gr. viiij. ad xij. in aqua fontis per dies duos vel tres.

* * *

CAPVT VII.

De Iaſpide.

IAſpis, (Gallis, Italis ac Hiſpanis Iaſpe) viridis lucidaque eſt gemma: Optima quæ ex viridi purpureum quid complectitur, alba præcingente linea. Eius ſpecies ac dignitates vide apud Plinium li. 37. cap. 8. circa finem, vbi octo eius enumerat ſpecies. Prima dicitur Grammatias, vel Polygrammos, quæ reliquis præſtat. Secunda Cypria. Tertia Perſica. Quarta Themodontiaca. Quinta Cappadox. Sexta Phrygia. Septima Thracia. Octaua Chalcidica. Alii eius dicũt ſeptem, alii decem eſſe ſpecies. Verum harum præſtantiſſima eſt, quæ purpureo eſt colore mixta: Secundo habetur loco cui roſeus eſt color: Tertio quæ Smaragdum refert: Quarto quæ matutinum autumnale ſerenum imitatur cœlum. Vltra has octo iam enumeratas aliæ adhuc quatuor ab authoribus enumerantur ſpecies: Eſt enim Iaſpachites: Hinc alius in quo appareat homo ſcutum habens in collo, & cuſpidem in manu, ſub pedibus vero ſerpentem, contra omnes valens inimicos. Alius inſuper in quo ſit homo faſciculum herbæ in collo habens, omnes morbos diſcernens, ſanguinemque reſtinguens.

Quartus item cruce ſignatus, hominem ne mergatur cuſtodiens. Omnibus autem reliquis præſtat prima Polygrammos dicta præſertim ſi alba præcingatur linea. A collo ad Ventriculi orificium ſuſpenſus eundem confirmat; teſte Galeno: Drachmæ pondere deuoratus mulieribus menſes ſiſtit, & ſanguinem ſudoremq; compeſcit. Hydropem & febres arcet. Oculorum aciem virore ſuo reficit. Venereos motus infrenat. Partum peculiari quadam proprietate moderari creditur. Geſtantem ab aduerſis caſibus liberare, phantaſmata pellere, conceptioni aduerſari, & oculos ab omnibus ſordibus purgare fertur. Eius Eſſentia ac Sal, confortat Stomachum, ac cor, partumque feliciſſime accelerat; Bornettus.

Vires, vſus ac Doſis Iaſpidis.

CAPVT

CAPVT VIII.

De Topazio.

TOpaſius, (Italis Topazzio, Gallis Topaſſe. Hiſpanis Topazie.) Gemma eſt viridis coloris, qui cote medica attritus ſuccum reddit ad oculorum morbos apprime vtilem, ſi eo illinantur. Gignit & hunc Arabum gẽmis ditiſſima tellus, ait Poeta, de Topaſio loquẽs: repertus eſt primũ à prædonibus in inſula quadã, nebuloſa ac Mare rubrũ: Hi aliquando tẽpeſtate ac procellis in eam iniecti, iſtinc diutius ſine victu ibi cõmorantes, ad radices ac herbas cõfugerũt, quas effodientes Topatium ſimul eruerunt, ſic à natali ſolo nũcupatum; In alia quoq; inſula, cui nomen eſt Chytis, frequentes effodiuntur Topazii pulchro ſplendore nitentes, & valde expetiti. Id eſt porracea. Genera eius duo ſunt: altera Prazois, i.e. Porracea ſiue Chryſopraſius, quam cum Chryſolita eundem eſſe multi contẽdunt; Altera Chryſopteris dicta, ad filicis herbæ virorem ſe inclinans, vel vt alius vult, ab alarum aurearum quibus micat, fulgore nuncupatam.

Chryſolitus, ſeu Chryſopraſius veterum, ſucci porrorum viriditatẽ ex Aureo fulgentem eleganter refert, vnde nomen. Porro Topazius, authore Plinio lib. 37. ca. 8. gemmarũ eſt ampliſſima, ſolaque limam admittit, & vſu atteritur cæteræ gẽmæ cote aliiſq; ſaxis poliuntur. Feruenti iniectus aquæ, nõ modo bullire amplius impedit, ſed ipſius feruorem adeo temperat, & æſtum obſcurat, vt abſq; læſione nuda manus ſtatim in illam ipſam immitti queat.

Secundum Paracelſum, Topazius definitur quod ſit lapis noctu lucens. Inter ſaxa reperitur. tom. 6. pag. 292.

Hydropi aduerſatur, ac tabeſcentib. medetur. Solis radiis dextra manu oppoſitus, igneam de ſe flammam emittit. Venereos motus reſtinguit. Vulnerum fluxum admotus ſiſtit. Iracundiam cohibet. Stultitiam & delirium ferunt ipſum pellere: Subitaneam item mortem auertere, & phrenitidi obnoxiis amuletum eſſe. Pro Lunæ autẽ augmento decrementoq; vires variat: Vnde Lunaticis eſſe auxilio memoratur: Hæmorrhagiam etiam omnem à quacunque parte ſiſtere expertum eſt. Pro crudo, ſi vis, para Salem, magiſterium ſiue Eſſentiam, in modum vti ſupra diximus. *Vires ac vſus.*

CAPVT IX.

De Adamante.

ADamas, (Germanis Adamant. Italis ac Hiſpanis Diamante. Gallis Diamant. Arabibus Almaiz. Ab indigenis vbi naſcitur, Iraa: in Malayo, vbi etiam inuenitur. Itam) gemma eſt duriſſima coloris quam Cryſtallus obſcurioris, in Arabia & Cypro naſcens maximæ duritiei, vt nec ferro nec igne dometur. Eius numerantur ſex genera à Plinio naturalis hiſtoriæ lib. 37. cap. 4. Indicus, Arabicus, Cenchron, Macedonius, Cyprius & ſyderites. Cyprius Indico nonnihil mollior eſt, & obſcurior: Magnitudine inuenitur nucis auellanæ. Generoſiſſimus iudicabitur is qui Cryſtallo paulo obſcurior, ferrum candens nitore refert, cæruleoq; interfuſo ſplendore ita refulget, vt ſolarem quendam radium tranſmittere videatur. Hoc lapide aliæ gemmæ, veluti Sapphyrus & Smaragdus perforantur. Magneti appoſitus, attrahendi vim ipſi aufert. Auro, Argento, vel chalybi incluſus præcipuam vim habet.

Alius author ſic vult de hac gemma: quod videlicet tribus aut quatuor locis inueniantur Adamantes, videlicet in Biſnager prouincia, duabus vel tribus rupibus. Prima rupes eſt in Decan, non procul ab regione Imadixa, quem nos Madre Maluco nũcupamus. Altera quædam rupes eſt in Dominio cuiuſdam Reguli indigenæ, in qua præſtantiſſimi Adamantes inueniuntur, ſed minores. Iſti à vulgo de Rupe veteri cognomen ſortiuntur, & vænum exportantur in vrbem quãdam regionis Decam, Liſpor nuncupatam, vbi celebris eſt Mercatus. Iſtic emptos Guzaratenſes huc nobis adferunt emendos. Sed etiam in Biſnager deferunt, magnitudine pretii eos inuitãte. Nam magno apud eos habentur in pretio Adamãtes de rupe veteri cognominati, præſertim quos natura ipſa elaborauit. Naifes ab incolis appellantur. Nam quemadmodum, inquiunt, virgo præferenda eſt iam corruptæ mulieri, ſic etiam Adamas à natura elaboratus, præferendus eſt ei, quem hominum induſtria expoliuit. Cõtra ſentientib. Luſitanis, q induſtria hominũ expolitos lõge pluris æſtimare ſolẽt. Alia eſt rupes ad fretũ Taniam in Malacæ tractu,

quæ

quæ etiam de rupe veteri cognominatos profert. Exigui quidem sunt, sed laudati: Vnum tamen habent vitium, quod ponderosi sint, quo nomine gratiores sunt venditoribus, quam emtoribus. Est vero Adamantis nitor viuax, candidus, nitidissimus & perspicuus, maximam etiam habet duritiem & luminis copiam. Vnde efficacissimus est, quacunque virtute præditus sit. Confricatus paleas trahit, valenterque pro magnitudine coercet nocturnos timores: quare necesse est, vt melancholiam & atram bilem sistat, animamque confirmet. Est ex eo vitiosus ruber & ratus: citrei vero coloris frequens ac durus, qui animum non adeo reddit purum. Verisimile autem ex hoc agere, mutando vitalem spiritum, nam terrores in corde fiunt: Indicio est palpitatio cordis in timore. Franguntur etiam malleis, sed non tinguntur nisi sua scobe, qua etiam expoliri solet. Eius autem fragmenta ob duritiem gemmas omnes incidunt; Vnde qui gemmas cælant, illis vtuntur, postquam ære ac Smiride crassiore mineruæ figuram effinxerint. Infelicem creditur efficere gestantem. Sic enim ad animum se habet, vt Sol ad oculum: ille enim potius obfuscat, quam illustrat visum. Facit etiam intrepidum. At nihil est quod nos magis securos reddat, prudentia & timore. Ideo timidis melior. Sed neque his conuenit, cum ea parte, qua non oportet, quandoque audaces faciat, qua opus est, timorem non adimat. Hoc enim discrimen est affectuum naturalium, & ex Philosophia acquisitorum, & vi externa: veluti lapidum gestatione. Ignibus per aliquot dies resistit. Contra rabiem, feras, iurgia, bella, phantasiam, malignosque spiritus, sinistro alligatus brachio, prodest &c. audiamus & Paracelsum.

Adamas vnde generetur.

Theophrastus Paracelsus tom. 8. lib. 4. Philosophiæ de Elemento aquæ cap. 13. pag. 108. sic inquit, de generatione Adamantis. Generatio Adamantis est omnium intensissima durities omnium lapidum, quæ ex omnibus extrahitur. Nascitur ex sola duritie. Corpus ipsius est Mercurius: Coagulatio spiritus Salis: Color, Sulphur. Diaphanus est & clarus. Omnes n. lapillati, & probe clarificati sunt. Adamantis hæc generatio duritiẽ adimit gemmis, omnib. alias multo durioribus futuris. Ea durities omnium maxime decedit Alabastro, & molli Amethysto: quæ per Archæum in Essentiam peculiarem collocatur & digeritur. Idem simililter de cæteris gemmis intelligendum est.

Adamas reliquis gemmis duritiem aufert.

Adamantis liquor gemmas omnes indurat.

Eodem tomo lib.3. de natur. aquis, tract. 3. pag. 267. ait: Et sicut Adamas duritie sua lapides alias domat: Ita liquor ipsius, gemmas cæteras, similiter indurat. Iam vicissim Alabastrum, quantum ipsius est, Adamantem mollefacit.

Aqua soluens Adamantem.

Tom. 6. lib. 7. Archidox. pag. 61. Talem Adamantis menstruum ponit solutiuum: Recipe Aquæ fortis à capite mortuo rectificatæ libram vnam. Mercurii sublimati quartam semis. Salis armoniaci. Vncias duas. Hæc omnia simul permixta consumi sinito, deinceps aquam admisceto Mercurialem æquali pondere, seruato. Nullus huic Adamas corrosiuo resistere potest.

Eodem Tomo de cœlo Philosophor. pag. 292. sic definit: Adamas Crystallus niger, Adamas nomine, vel Euax à lætitia, quam imprimere perhibetur gestantibus, est obscuræ transparentisque nigredinis, ferrei coloris, omnium durissimus: sanguine tamen hirci soluitur. Corpus eius auellanæ quantitatem vt plurimum non excedit.

CAPVT X.

De Amethysto.

AMethystos ab effectu nomen est sortitus, Germanis Amethyst. Lapis est ex India delatus, colore purpureus, violaceo permixtus, leniter quasdam flammulas emittens. Eius 5. perhibentur species: Communior violacei est coloris, refertque eius species, quædam vini colorem aqua multa diluti. Alius sic vult: Amethystus eiusdem fere mollitiei est cum Crystallo, simulque sæpe vna inuenitur: albusque à Crystallo vix discerni potest colore Violæ purpureæ, visuique gratus. Indicus præfertur.

Alius & sic vult: Autor est Aristoteles, vmbilico admotum vini vaporem primum ad se trahere, deinde eum discutere, & à crapula, & ebrietate hoc pacto ferentem vindicare. Genera eius sunt plura: Primatum tenent Indicæ. Proximæ Arabicæ, Armeniacæ, Ægyptiæ, & quæ in Galatia reperiuntur. Postremo loco habentur, quæ in Thaso aut Cypro gignuntur. Omnibus color est violaceus, fulgidusque. Indicæ vero, quæ præstantissimæ sunt, purpuram absolutissimam exprimunt: Et inter has etiam meliores sunt, quæ blan-

do quo

do quodam aſpectu velut ignitam ſcintillam eiaculantur. Omnes autem ad vini colorem accedunt. Scalpturæ etiam ſunt faciles. Interdum etiam ad hyacinthi accedere colorem inueniuntur.

Paracelſus tom. 6. pag. 292. de cœlo Philoſophorum ait: Amethyſtus, purpurei coloriſque ſanguinei lapis eſt.

Eius vires tales dicuntur ab authoribus: Nimirum quod efficiat ſedatum ac vigilantem: Reprimat ebrietatem, alligatum ſupra vmbilicum teſtantur: ad pugnas quoque & venationem eſſe vtilem: acuit ingenium, & ſomnum minuit: Vapores enim à capite arcet: Lotio eius fœcundos efficit: Et venenis reſiſtere creditur: Contra toxica ferunt eſſe amuletum: Malas auertit cogitationes, ingeniumque efficit fœlix: Principibus gratum.

Paracelſus vtitur hoc in Peſte ex Elemento Aquæ dum ait: Recipe de liquoribus Sambuci, id eſt florum, Cheiri, Antheræ ana drach j. de liquoribus Cachimiæ, Corallorum alborum ana drach. ij. Liquoris ex Amethiſto drach. j. ß. Reduc ad potum. Doſis drach. j. ad drach. viij. & ß.

CAPVT XI.

De Sardoniche.

ONix, Sardonis, & Sarda magnam inter ſe habent affinitatem, à Plinio tamen & aliis recte diſtinguuntur. Onyx gemma eſt vnguem humanum referens, eaque polita & nitens. Onicem pulchrum habebat Polycrates, de quo vide Plinium lib. 37. cap. 1. Sarda vero perlucida non eſt, ſed rubedine quadam diluta, ac carnis colorem repræſentans, vnde & Carnalina, non Cornalina, cum quibuſdam dicendum, nam cornu minime ſimilis eſt. Dicitur vero Sarda, quod Sardibus primum fuerit inuenta. Laudatiſſima plurimum rubet & perſpicua cernitur. Minus probatur, cui obſcurus, ſeu dilutus eſt rubor. *Onix.* *Sarda.*

Sardoniches vero à colore nomen habent, ſiquidem teſte Plinio lib. 37. cap. 6. haud ſecus ac vngue hominis carnibus impoſito relucent, ſuntq; varia earum genera: optimæ autem cenſentur, quæ colore conſtant veluti carnib. vngue hominis impoſito, vtroq; *Sardonyx.*

trans-

translucido & languido colore, candidasque vel purpureas Zonas ex ordine, citra alterius rei mixturam, recipiunt, albicantibus circulis immista leni purpura, cœlestis arcus anhelationem quandam referentes. Reiiciuntur autem melleæ, & fœculentæ, similiter in quibus circulus aliquis se diffundit, non autem recipit, creditur ex Sardii, Sardæ & Onychis coitu, quarum etiam colorem ac substantiam refert, fieri. *Vires.* Vires eius sunt contra Venerem, animique fastum, nec non contra noxios Onycharum effectus. Gestata Sarda recreat animum, somnia tristia cohibet, timorem pellit, à maleficiis gestantem seruat, hæmorrhagiam sistit, vtiliterque accedit ad confectionem electuarii de gemmis.

CAPVT XII.

De Achate.

Achates sic dicitur à fluuio Achate, in quo reperitur. Eius multa dantur genera ac species: Nonnullæ sunt nigræ, venis distinctæ albis: aliæ Corallio similes. Tertium est genus, quod in Creta nascitur, venis nigris, flauisque. Sunt & Indicæ coloris varii, sanguineis interdistinctæ maculis. Probatissimæ tamen sunt perspicuæ, quæque Leoninæ pelli sunt similes. Pyrrhus Rex, elegantissimum fertur habuisse, in quo Musæ nouem & Apollo cytharam tenens, spectaretur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, vt musis quoque singulis sua redderentur insignia, habuisse. Plinius lib. 37. cap. 1. *Corallochates.* Visus est aliquando Achates, instar Coralli rubeus, Corallochates ob id dictus.

Vires. Scorpionis & Araneorum morsui medetur. Trita vulneri imposita, aut in potu sumpta, serpentis morsum sanat. Manibus vel collo si geratur, sapientes efficit. Capiti dormientis suppositus, varias in somno formas obiicit. Vide de huius speciebus & virtutibus plura apud Plinium lib. 37. cap. 10.

CAPVT XIII.

De Turchoide.

Turchois gemma est, nascens in Turcia, Germanis ein Türckis.

Cuius

Cuius duo sunt genera: Hispanica & Indica: præstat tamen Indica: Altera ceu vilior minore habetur pretio. Colore est cæruleo seu Veneto, ex viridi velut cum lacteo superinfuso relucente: Substantia vtrique crassa, obscurior tamen, & crassior Hispanicæ. Vires eius sunt, visum ac cor confortare, & ab omnibus noxiis externis casibus custodire: Hilaritatem ac prosperitatem gestanti efficit. Suspensus in vitro sonat horam: Ab impudicis gestatus, vim omnem ac colorem amittit. *Vires.*

CAPVT XIV.

De Lapide Lazuli.

LApis Lazuli, Græci κύανον, Latini Cyanum, & aliquando Cyaneum, lapidem stellantem, (quod videlicet lumini expositus stellarum modo scintillet) seu radiantem & cœruleum nominant: Germanis, Lasur Stein / Itali Azuo Oltramarino, hoc est cœruleum transmarinum appellant. A Gallis prærogatiua quadam absolute & sine adiuncto lapis vocatur. Interdum ab Auicenna & Serapione Armenus & Armeniacus dicitur. Diffident tamen inter se Armenus & Lazulus, hic siquidem aureis stellulis & velut radiis micat cum cœruleo flauescentibus, ille maculis multis & viridibus, & cœruleis, & quibusdam subnigris distinguitur: Vnde Itali Verdazuro, quasi viride cæruleum appellant. Vtriusque tamen vires adeo affines sunt, vt alter alteri facile substitui possit: In iisdem fodinis vterque fere reperitur, & maxime in ærariis venis & argentariis: potius tamen Lazulus in Aurariis, à quibus maculas & puncta aurea mutuatur quamplurima. Is vero pulcherrimus, sic & optimus, & multum expetitus, non modo ad mulierum armillas & alia ornamenta, sed etiam medicamenta. Huius vsus esse debet, magna cura adhibita, ne factitii pro eo sumantur: hos enim pictoribus relinquere debemus, natiuoque vti, postquam bene lotus erit: Lauatur, vt cadmia: vritur vt chalcitis. Vim habet reprimentem, & modice erodentem, crustas gignit & exulcerat. Purgat Melancholiam egregie, sed magis turbat Armenio lapide. Dosis est, vt lapidis Armenii. Gestatus Lazulus, confert visui communi ratione, & similiter exhi- *Vires.*

larat hominem. Peculiariter autem, præcipue stellatus efficit hominem comem, bene fortunatum & diuitem: Abortum collo alligatus prohibere traditur: Appetente tamen partu semouendus est: pueris etiam pauores nocturnos arcere dicitur.

Præseruatiuum in Nigra Paracelsi: Recipe Lap. Lazuli, Succi Sileris Montani ana drach. j. Laudani pręparati scrup. iv. olei de Nuce Moscha. q. s. pro incorporatione. Dosis drach. ij. ad drach. iij.

Contra hydropisin ex lacte Paracelsi: Recipe Serapini, Laudani, Galbani ana drach. j. ß. Lap. Lazuli, Hermodactylorum ana drach. ß. conseruæ Ros. q. s. pro incorporatione. Dosis Aureus semis.

Medicina in vitio Vrinæ eiusdem: Recipe Serapini, Laudani ana drach. j. ß. Galbani Lap. Lazuli Hermodactyl. ana drach. ß. conser. Rosar. q. s. pro incorporatione. Dosis drach. j. ß. Illa Medicina datur in metu tumoris pedum, tumor si desiit, cessandum.

In cura splenis, Paracelsus. Recipe Lapid. Lazuli calcinati vnc. iij. Spodii vnc. ß. Mumiæ adustæ ad pondus omnium. Fiat Puluis. Dosis à drach. v. vsque ad drach. vij. In veteri Morbo (si sit opus) tribus septimanis, in nouo tot diebus vtere.

Calx Lap. Lazuli Seuerini Gœbelii communicante Camerario. Pone Lapidem Lazuli in Catino ad ignem reuerberantem. Instilla aliquot guttas olei Victrioli, & arenosæ crudæque partes secedunt: segrega, elue acredinem; pollinem tenuissimum serua.

Pilulæ de Lapide Lazuli Mesuei. Recipe Lapidis Lazuli loti, drach. vj. Epithymi, Polypodii ana vnciam j. Caryophyll. Anisi ana vnciam semis, Scammonii præparati, Hellebori nigri, Salis Indi ana drach. ij. semis. Agarici Electi vnciam j. Specie. Hieræ simpl. drach. xv. Succi Endiuiæ q. s. Fiat massa: Leuiter siccata seruetur in papyro munda, Ceræ liquatæ intincta. Dosis à scrupulis ij. ad drach. j. Valent ad affectus melancholicos, ex bile vsta natos.

Pilulæ ad dolorem capitis ex Melancholia, Auicennæ: Recipe Epithymi, Agarici ana vnciam semis, Polypodii drachm. iij. Hieræ drach. vij. Salis drach. ij. semis, Myrob. Indarum drach. v. Lapidis Lazuli drach. ij. Dosis drachmæ duæ.

Aliæ validiores eiusdem: Recipe Pœoniæ, Myrrhæ, Stœchados Arabici, Melissæ, Thuris, Croci, Myrobal. trium Rosarum ana

drach.

drach. j. Trochiſ. de Agarico, Polypodii, Epithymi, Senæ, Lap. Lazuli loti & præparati, Boli Armeni præparati ana drach. iij. Aloes lotæ vncias ij. cum vino fiant pilulæ.

Pilulæ Indæ capiunt Lapidem Lazuli. Recipe Myrob. Indarum, Hellebori nigri, Polypodii ana drach. v. Epithymi, Stœchadis ana drach. vj. Agarici, lap. Lazuli loti, Colocynth. Salis Indi, ana vnc. ß. Succi Eupatorii inſpiſſati, Nardi Indicæ ana drach. ij. Zingib. drach. j. Spec. Hieræ ſimpl. vnc. j. ß. Succi Apii q. ſ. Fiat maſſa quæ leuiter exiccata, ſeruetur in charta munda ceræ liquatæ intincta, per annum. Datæ à ſcrup. ij ad drach. j. valent ad affectus Melancholicos, Cancrum non vlceratum, Elephantiam, alphos nigros curatu difficiles, Quartanam icterum, ſplenis dolorem &c.

Pilulæ lucis minores Meſuei: Recipe Xylobalſami, Carpobalſami ana drach. j. Rad. Chelidoniæ drach. v. Roſarum, Violarum, Abſinthii, Euphragiæ ana drach. iij. Senæ, Epithymi, Myrobal. flauarum, Chebularum, Indarum, Bellericarum, Emblicarum, Agarici, Colocynthidis, Schœnanthi. Lycii, Lapidis Lazuli loti ana drach. ij. ſemis, Aloes lotæ vncias vj. ſucci fœniculi, aut Chelidoniæ q. ſufficit. Fiat maſſa. Seruatur in charta munda, ceræ liquatæ intincta per annum. Excrementa capitis pituitoſa educunt, viſumque roborant: Atram tamen bilem magis vacuant.

Hiera Abbatis: Recipe Agarici, Colocynth. Turbith, Epithymi, Cuſcutæ ana drach. ij. gr. v. Schœnanthi, Carpobalſami, Xyloaloes, Xylocaſſiæ, Croci, Aſari, Cinnam. Maſticis, Roſar. Violar. Abſinthii, Rhapont. folii, Lap. Lazuli ana drach. ij. Diagridii drach. j. ß. Aloes Hepat. drach. iv. ß. Mellis q. ſ. Fiat Electuarium.

Q. Eſſent. Lapidis Lazuli & Armeni ſic deſcribit Libauius libr. 2. Alch. tract. 2. cap. 2. Lapides hos in pala vel catino candefactos reſtingue V. ſpiritu, idque ſexies repete. Contere & in marmore læuiga. Elue aqua dulci, quomodo ſolent terræ ablui, ita vt inter lauandum abiicias craſſas & contumaces partes, ſicut & innatantem leuitatem alienam poſtquam eluiſti, exicca, affunde vini ſpiritum, & extrahe Eſſentiam, extractum coagula, coagulatam aqua meliſſæ per digeſtionem rectifica. Quercetanus contentus eſt (inquit idem) lotione, cæterum eloto pulueri affundit aquam meliſſæ aut Bugloſſi. Digeſtione facta diuaporat calore leni. Exiccato

iterum addit vini spiritum, inque B. circulat per dies 20. Eo per calorem lenem separato, Essentiæ addit extractum Margaritarum, Coralliorum, Croci, oleum Cinnam. & Charyophyllorum.) Positus etiam est hic lapis in confectione Alkermes, quam vide in præfat. Basilicæ huius.

CAPVT XV.

De Lapide Armenio.

LApis Armenius, vt ante dictum, Italis Verdazuro, quasi viride cœruleum dicitur. Armenis Hager armini. Interrogati tamen Armeni, an apud eos hic lapis nasceretur, affirmare non potuerunt. Turci vero & Persæ medici dixerunt exigua quantitate quidem apud se vidisse, verum ignorare, num ex Armenia adferretur, nec ne. Multos aiunt inueniri in Vltabado vrbe celebri regni Balaguate. Hic lapis tametsi ex Armenia non aduehatur: multi tamen existimant, eo qui ex Germania ad fertur, vti nos posse, eo delecto, qui est læuis, colore cœruleo, perquam æquabilis, & friabilis. Sed cum nec eius sit magna copia, eius loco lapidem Lazuli vsurpabimus. Eius *Vires.* vires sunt: Melancholiam innoxie & valide expurgat: Vomitum tamen excitat. Cuius causa plerumque est puluis admistus, ideo sæpe *Dosis.* aqua pura lauari debet. Pondus eius est sextula, hoc est scrupuli quatuor, aut paulo plus minusue, pro sumentis viribus.

Pilulæ de Lapide Armenio Mesuei. Recipe Lapidis Armeni loti, spec. hier. simpl. ana drach. v. Polypodii, Epithymi ana vnc. j. Scammonii præpar. drach. iij. Caryophyll. drach. ij. Salis Indi, drach j. ß. succi Solani q. s. Fiat massa, siccetur leuiter, & in charta munda, ceræ liquatę intincta seruetur per annum. Dosis à scrup. ij. ad drach j. Melancholiam & bilem adustam clementer vacuant: & morbis inde natis conferunt.

Diasena Nicolai capit Lap. Armenium: Recipe senæ vnc. iij. Auellanas tostas num. L serici vsti drach. ij. Lap. Armeni loti drach. j. Lapid. Lazuli lauati drach. iij. Sachari drach. vj. Cinnam. vnc. j. Caryophyl. Galangæ, piperis nigri, Spicæ Nardi Indicæ, folii, sem. Ocymi, Cardamomi, Croci, Zingiberis, Zedoariæ, Flor. Roris marini, piperis longi, ana drach. ij. mellis despumati lib. ij. Fiat Electuarium.

Diasena alia: Recipe Fol. senæ vnc. iij. Auellanarum num. L. seri

vsti

vst i drach. ij. lapidis Armeni drach. j. Sach. vnc. v. Mellis despumati vncias vj. F. Electuarium secundum artem.

Extractum lapidis Armeni & Cyanei quidam author sic describit: Lapis Armenus & Cyaneus candentes extinguantur sexies in aqua ardenti, postea reducantur in tenuissimum puluerem: quo facto, puluis hic abluatur aqua fontana, eiiciendo terram, & quod aquæ supernatabit, hocque fac pluries: demum ablue relictum puluerem prius exiccatum aqua Melissæ aut Buglossi: euapora aquam à puluere igne lenissimo, quo exsiccato, cum cœlesti menstruo & spiritu vini digerantur in B.M circulentur per xx. dies ad summã graduationem: separato menstruo, coagulentur igne lentissimo: Adde pro correctione Essentiam Margaritarum, Corallorum, & Croci cum Oleo Cinnamomi, & Caryophyllorum. Melancholicis omnibus affectibus, Maniæ, Vertigine, Epilepsiæ Cephalalgiæ, quartanariis & Cancro conducunt. Dosis est scrupulus *j.* ß. cum aqua Melissæ aut Buglossæ, purgant enim atram bilem, & quicquid crassum & tenax sanguini est immixtum. Lapis Cyaneus sic præparatus, poterit multo commodius exhiberi in confectione Alkermes, ad cordis tremorem, syncopen, mœstitiam, ad spiritus omnes roborandos, & ad arcendum quodvis venenum.

CAPVT XVI.

De Chalcedonio.

CArchedonium ait Plinius lib. 37. cap. 7. è Carbunculorum generibus, colore est inter Berillum & Hyacinthum medio, leuicula quadam & subardente accedente purpura: Carbunculis itaq; visuntur nigriores, sed igne vel Sole acrius quam cæteri excitantur, vmbrante tecto visuntur purpurei, sub cœlo flammei; contra radios Solis scintillare etiam videntur: Ceras etiam his signantibus, quamuis in opaco, liquescere idem est author: In masculis stella relucet, fulgentque acrius; fœminæ v. languidius. Vires ei adscribuntur contra Cacodæmones, tristitiam & tremorem. Victoriam gestantibus parit, festucas calefactus trahit.

Vide de hoc Paracelsum tom. 8. lib. 4. Philosophiæ cap. 6. pa. 105. Item tomo 6. pag. 262.

CAPVT XVII.

De Hæmatite.

HÆmatites Græcum accepit nomen, ab effectu & vi nimirum sistendi sanguinis, vel etiã à sanguineo quo conspicitur colore. Germanis Blutstein. E Iaspidum genere creditur: Est enim lapis virescens, varieagatus, & guttis cruentis conspersus. Inuenitur in Mauritania; Sed in Arabia & Aphrica præstantior. Huius duo sunt potissimum genera: Alterum sanguineo extrinsecus, nigro intrinsecus colore, à Magne cognominatum: quem pro Magnete non pauci per errorem vendunt: Alterum vero nigricans, sanguineis interstinctum venulis. Optimus habetur friabilis, saturato colore, niger, durus, & suapte natura æqualis, nulla sorde admista, nulloque Zonarum discursu. Vim habet astringentem, & excalfactoriam aliquantum, extenuantemque. Quantum ad vires: Aiunt feruenti aquæ impositus eam refrigerat; gestantemque à Solis feruore non lædi dicunt. Fruges à cicadis, & grandine custodire creditur. Manu retentus fluxum sanguinis narium sistit. Cum mali punici succo sanguinem, excreantibus confert: Dysentericis vnciæ semis pondere, in clysteres additur, admixtis albuminis oui, aceti singulorum vnc. j. Olei Rosarum vncias ij. Fiunt ex eodem Pilulæ cum Gummi Arabico, & melle, quæ sanguinem excreantibus vtiliter dantur. Cum Plantaginis succo puluis eius sumptus album rubrumque fœminarum fluxum sedat. Oculorum cicatrices, & scabritiem cum melle purgat: cum lacte autem muliebri, lippitudini fractis, & oculis cruore suffusis conuenit. Bibitur contra difficultatem vrinæ in vino. Vritur vt Phrygius, sine vino duntaxat. *Vires.*

Modus vstionis est, vt modice leuis fiat, & bullis quibusdam intumescat. Sunt, qui eum sic adulterinum faciant. Densam rotundamque Schisti lapidis glebam, quales sunt, quæ radices eius appellantur, in fictilem vrceum, qui cinerem feruentem contineat, obruunt, vbi paulisper dimiserint, eximunt: attrituque in cote probant, si Hæmatitæ colorem duxit, si ita sit reponunt: sin minus, iterum

terum in cinere condunt, & ſubinde conſpiciunt, & periculum faciunt: Nam ſi diutius in eo cinere relinquatur, colorem mutat, moxque diffunditur. Viciatus deprehenditur, primum lineis, quas pectinum modo per longitudinem diuiſas habet: Hæmatites vero eas habet, vt ſors tulit: tum colore quem ſic floridum reddit, Hæmatites vero profundiorem, & Cinnabri ſimilem. Inuenitur etiam in Sinopica Rubrica: Itemque in Magnete lapide per multum combuſto Hæmatites fit: Qui vero per ſe naſcitur, in Ægypto inter metalla prouenit.

Eius vires atque arcana principaliora ſecundum Paracelſum, tomo 6. lib. 1. de præparat. tract. 2. pag. 177. ſunt 1. In ſanguinolentis vlceribus, 2. in menſtruis reſolutis. 3. In profluuiis Matricis non maturis 4. in Dyſenteria Laxa 5. In Diarrhæa.

Præparatio in ſanguinolentis vlceribus: Recipe Hæmatitis vncias tres, luti Lephantei, (id eſt, argillæ, ex qua cucurbitulæ fiunt.) boli Armeni ana vncias tres. Fiat Bolus cum Traganto diſſoluto in aceto: reduc ad quartum gradum reuerberationis, deinde extrahe Alkali In vulneribus, in Lupo, in Herpata fluente cruor Hæmatitis valde prodeſt, conſtringit venas, vt fluor deſinat. Inſpergitur partibus.

Additio in ſanguinolentis vlceribus. Recipe huius præparati Hæmatitis drach. ſemis (al. vnciam vnam) Gallarum ſcrupulum ſemis, Seraphini ſcrupulum vnum ſemis, olei de Kerua (Keyri) de floribus violarum q. ſ. pro incorporatione fiat vnguentum in vlceribus acutis. Adde in loco olei Keyri liquoris Mumiæ, vt eſt in herpeta, in Ethiomenis, in cancrenis.

Præparatio Hæmatitis in menſtruis: Recipe Hæmatitis vncias quatuor, Maſticis diſſoluti vncias decem, Carabe vnciam vnam ſemis. Fiat mixtura, cum decoctione aquæ Aluminis, reduc in ablutionem. Menſtrua illa ſiſtenda ſunt, à quibus palleſcunt vultus, vſus eius tutus eſt, & ſanat integre. Decoctione facta ad horas 7. ex Hæmatite fit lutum, ex quo fiant Trochiſci pro menſtruis.

Additio in menſtruis: Recipe huius Hæmatitis vnciam vnam, Piperis longi, Nucis Muſcatæ ana drachmam ſemis, cineris Ranarum foliculorum ſcrupulos quatuor, fiant trochiſci cum aqua Menthæ, Doſis ſcrupulus vnus ad ſcrupulos duos.

Præpa-

Præparatio in profluuiis non maturis est ista: Recipe Hæmatitis vnciam vnam, Olei Nucis Muscatæ, Olei de Granis Actis, Petrolei ana drach. tres. Reduc in compositum. Dosis scrupulus vnus. Debet cum aqua Rosarum decocta cum radicibus Plantaginis administrari, siue cum aqua Plantaginis. Hæmatites profluuium sine torsura sistit. Si autem torsiones adsint, est generatio lapidis.

Additio in profluuiis non maturis. Recipe huius Hæmatitis vnciam vnam, & Traginam Kist, aquæ marrubii, succi Melissæ, ana vnciam vnam. Fiat mixtura, Dosis ab vncia semis, ad vnciam vnam semis.

Præparatio in Dysenteria laxa: Recipe Hæmatitis, Corallorum rubeorum, Spodii ana drach. quinque & semis, Tanaceti ad pondus omnium, fiant trochisci cum mucilagine de viscoBotim, Dosis drach. semis.

Additio in Dysenteria. Tribuatur Hæmatitis præparati in vino rubeo. In ea extinguatur ferrum, aut cum Tyriaca tribuatur.

Præparatio in Diarrhæa: Recipe Aluminis glaciei, Hæmatitis, Croci Martis ana: Fiant Trochisci cum Gummi Arabico dissoluto in aqua Plantaginis. Dosis à drach. vna vsque ad drach. vnam semis. Aqua Plantaginis à radicibus & herbis extrahatur. Carniolus si manu gestetur, sistit sanguinem, non autem Hæmatites.

Additio in Diarrhæa: Recipe huius Hæmatitis drach. tres, Perlarum scrupulum semis. Mumiæ liquefactæ, ad pondus omnium, fiat mixtura, Dosis à drach. duabus vsque ad iij. vel iiij. Galenus vsurpat hunc lapidem in puluere constringente: Recipe Aloes, Mannæ, Thuris, corticis Pini, Terræ Lemniæ, Boli Armeni, lap. Hæmat. Hypocistidis, Croci, Gallæ Omphacitidis ana drach. j. F. pulu.

Philonium Persicum Mesuei: Recipe Piperis albi, Hyosciami an. drac. xx. Opii, Terræ Lemniæ an. drac. x. lapid. Hæmatitis, Croci ana drach. v. Castorei, Nardi Indicæ, Euphorbii, Pyrethri, Margarit. Carabæ, Doronici, Zedoariæ, Trochis. Ramich. an drach. j. Camphoræ scrup. j. Mellis q. s. confice. ad sanguinem vndecunque manantem confert.

Lochad sputum sanguinis Rondiletii: Recipe Galatinæ Cytoniorum vnc. j. Amyli, Tragacant. an. drach. iij. Terræ Sigill. sang.

Dra-

Draconis ana drach.ij. Carabæ drach j.lapid. Hæmatites drach. ß. Incorporentur simul,fiat Loch.

Loch è portulaca Augustani: Recipe succi portulacæ lib.ij. Trochisc.de terra Lemnia, vnc.ij. Trochis. de Carabe, Gummi Arab. sang.Draconis ana drach.j.lap.Hæmat. pilorum leporis vstorum ana scrup.ij.Sachari albi lib.j.Fiat Loch,vt est artis.

Loch è Tragacantho eiusdem: Recipe Gummi Arabici, Tragacanthi ana drach.j.Infundantur in aqua Rosacea, donec Mucilago fiat,adde Terræ Lemniæ, Boli Armeni, lap. Hæmat. ana drach. j. conser. Rosarum antiquæ, Syrupi è Rosis siccis ana q. s. Fiat Loch.

Vnguentum Sympateticum, seu stellatum Paracelsi recipiens Hæmatitem.

℞. Adipis Verris aprugni.
Vrsini ana lotones octo.
Quo Seniora animalia,eo melior adeps.

Vtriusque animalis adeps prius in vino rubro per dimidiam horam lento igne bulliat, postea effunditur super aquam frigidam & cochleari colligitur pinguedo innatans, quicquid fundum petit,abiiciatur.

Postea ℞. Lumbricorum ex vino vel aqua lotorum sextarios duos,torrefiant in olla tecta in fornace pistoris, cauendum tamen ne adurantur,postea terantur in puluerem.

℞. Huius pulueris.
Cerebri Aprugni siccati
Sandali rubri odoriferi
Mumiæ
Hæmatit.ana vnciam vnam.

Demum accipe Vsneæ è Cranio hominis violenta morte perempti,abrasæ,Luna crescente,& in bona domo existente, Veneris si fieri possit,non Martis aut Saturni,ad pondus duarum Auellanarum circiter. Ex omnibus tritis & inuicem mixtis cum adipe secundum artem vnguentum fiat, in vitro clauso,vel pixide diligenter ad suos vsus reseruandum,

Si forte lapſu temporis vnguentum exiccaretur, dicto adipe vel melle virgineo humectari & emolliri de nouo poterit. Paretur vnguentum Sole in libra exiſtente.

Vſus & vires vnguenti huius Sympathetici.

Per veneficia non perficitur hæc cura, vt imperiti fatui opinantur, ſed per medicamenti huius vim Magneticam attractiuã à ſyderibus cauſatam, quæ mediante aere vulneri adducitur, & coniungitur, vt ſpiritualis operatio in effectum deducatur.

Fit inquam propter coniunctionem Aſtralem & Elementalem: vt enim calor Solis concordat ſe cum terra, ita Perſicaria cum morbo: abeunte Sole, abit calor, ita hic etiam.

Tria ergo ſunt, quæ cauſantur per hoc vnguentum tam mirabilem effectum.

1. Sympathia naturæ.

2. Influentia corporum cœleſtium ſuas operationes per elementa perficiens.

3. Balſamum, quod ſanandi virtute præditum cuilibet homini naturaliter inditum eſt.

Hoc vnguento ſanantur omnia vulnera quocunque telo, ictu, iactu, cuicunque etiam, ſexui inflicta (ita tamen vt nec nerui, arteriæ, nec vnum è tribus principalioribus membris læſum ſit) modo telum haberi poſſit. Et quia eſt conglutinantis, ſuppurantis & renouantis naturæ, non permittit, ſi debito modo applicetur, vllum noxium ſymptoma ſuperuenire.

Obſeruationes.

1. Vngatur telum, quo homo vulneratus eſt, ſingulis diebus ſemel, ſi neceſſitas vrgeat, & vulnus ſit ingens alioquin ſecundo vel tertio die inunxiſſe ſufficit, ſeruetur in mundo lineolo & loco tepido non nimis calido, ne damnum inferatur patienti: Cauendum etiam ne puluis deſuper telum cadat, nec ventus afflet in loco frigido, alioquin patiens ad inſaniam redigeretur.

2. Antequam telum vngas, conſidera, an punctim vulnus factum ſit, quod ſi eſt, vngatur defenſorium illud ſuperius (& non inferius) deſcendendo: alioquin nocumentum adferretur ægrotanti.

3. Si

3. Si vero non possis cognoscere, quam profunde, vel quomodo defensorium in carnem introiuerit, poteris illud totum perungere, alioquin sufficit locum teli, quo aliquis læsus, inunxisse.

4. Non est necesse consuere vulnus, more barbitonsorum, sed saltem linteolo mundo quotidie circumligare, in patientis vrina prius madefacto.

5. Quo die quis inungit telum, abstineat à Venere.

6. Ante inunctionem teli, vulnerato etiam sistatur citissime sanguis.

7. In fracturis & ruptura ossium aliquid pulueris Symphyti maioris poteris addere vnguento, vel de radicibus Hellebori nigri.

Habito telo, quo quis læsus, & cupias scire, vtrum patiens sit moriturus vel superuicturus, sic experiere.

Si illi telo supra Carbones calefacto in tantum, quod possis manum desuper tenere, subtilissimum puluerem è Sandalo rubro & Hæmatit. asperseris, si sudat guttas sanguinis, moritur patiens, sin minus, euadet.

Si vero scire volumus, vtrum patiens se recte gubernet in potu & aliis requisitis.

Hoc cognoscitur, quando in defensorio maculæ sanguinis apparent, sin minus, tum bene se gerit.

Notandum insuper.

I. Non habitis armis seu telo, nihilominus quamlibet cutis aperturam & læsionem violentam, per quam sanguis egreditur, hoc vnguento sanari posse, ita vt lignellum salicinetum in aperturam cruenta madefiat, & postquam sanguis adhærens siccatus est (non ad solis vel ignis calorem) sed sponte & per se, demum infigatur supradicto vnguento in pixide asseruato intus relinquendo.

II. Si vulnus forte magnum & profundum esset, singulis auroris mundificari potest, & recenti linteolo ligari, sine omni alio vsu extraneorum oleorum, vnguentorum & similium: tunc sanatur hoc vulnus quocumq; modo inflictum per se, & sufficit lignellũ

ſemel tantum in apertura ſeu vulnere cruento prius madefactum, vnguento pixidis infixum manere, vſque ad ſanationem plenariam.

III. Attamen quoties vulnus aliquod nouum ſanandum eſt, requiritur ſemper recens lignellum.

IV. Si vero vulnus nollet ſanguinem emittere tamdiu lignello ſcarificandum, donec ſanguis effluat: Sic etiam in dolore dentium ſanando, dens dolens tamdiu ſcarificetur ſcalpello, donec ſanguinem emittat, ſcalpellum poſt exiccationem ſanguinis vngatur hoc vnguento, ſic confeſtim ſedatur dolor.

Si equus ſit clauo transfixus in pede, extrahatur prius clauus & inungatur, & cito curabitur pes equi, ſine ſuppuratione.

Eodem modo poſſunt omnia animalia carnem & oſſa habentia curari.

Summus medicus, cuius VERBO Medicina ab ipſo creata demum eſt efficax, det ad horum legitimum vſum, ſuam gratiam & Benedictionem, omnibus rite & pie vtentibus. Ipſi Soli altiſſimo ſint laudes & gratiæ perennes ac perpetuæ, Amen.

Eſt & emplaſtrum aliud, capiens Hæmatitem, ex pelle arietina dictum Arnoldi Villanouani: Recipe lithargyri, lapidis Hæmatitis ſanguinis Draconis, Boli Armeni, Opii, Maſticis, Hammoniaci, Mumiæ, Galbani, Thuris, Coſti, Lumbricorum ana drach. ß. picis nigræ, picis Græcæ, ceræ albæ, rubræ, ana drach. j. Rad. conſolidæ maioris, minoris ana drach. iij. Roſarum rubrarum, Myrrhæ, Aloes ana g. xviij. Succi Hypociſtidis drach. vj. Gallarum immaturarum, Balauſtiorum, Ariſtoloch. rot. ana drach. vj. viſci Quercini Terebinth. ana drachm. ij. Sanguinis hominis ruffi vncias viiij. Fit autem in hunc modum. Pellem arietinam integram cum oomnibus pilis coques in aqua, donec fere omnino diſſoluta ſit in lentorem quendam: quem colabis. Huius colaturæ ſume lib. j immitte in vas nouum, in quo viſcus liquabis igni lento, rudicula ſemper agitando: Iniice deinde Lumbricos, poſtea ceram, Terebinthinam & Maſtichen: His liquatis, adde gummi aceto diſſoluta: & coque ad cerati craſſitiem: poſtremo iniice, quæ terenda ſunt, probe trita: probe miſceto, & confice Magdalias. Magnæ eſt efficaciæ in rupturis.

Cera-

Ceratum Gratia Dei dictum: Recipe Galbani, Opoponacis, Æruginis, Thuris, Aristol. longæ, Mastiches, Myrrhæ ana vnc j. Hammoniaci vnc. j. drach. ij. Ceræ vnc. IIX. Lithargyri, olei communis ana vnc. XIIX. Bdellii drach. ij. Lapidis Calaminaris, Lapidis Hæmatitis ana vnc. j. olei Absinthii vnc. IV. Terebinth. vnc. VI. Fiat Ceratum, mollit, tergit, glutinat &c.

Diaœnum: Recipe Cadmiæ, lap. Hæmat. Aluminis scissilis ana drach. x. æris vsti drach. vij. ß. Chalcitidis drach. IIX. sem. Papaueris drach. v. Maceretur semen pap. in aqua pluuiæ q. s. exprimatur & reliquis tritis fiat Collyrium cum vino austero.

DiaMyrrha: Recipe Cadmiæ lotæ drach. XXIIX. lapid. Hæmat. vsti & loti drach. XXV. Spodii drach. XXIV. Myrrhæ vnc. vj. Croci vnc. ß. Opii vnc. j. Piperis albi gran. num. XXX. Gummi drach. vj. vini q. s. Fiat Collyrium.

DiaHæmatites: Recipe æris vsti & loti drach. XXIV. Lapidis Hæmat. drach. j. Croci, Opii ana drach. IV. Gummi drach. xij. Aceti q. s. Fiat Collyrium.

Vnguentum Marinelli prohibens crescentiam capillorum. Recipe Gum. Arabici, Tragac. æris vsti, viridis æris, Arsenici, Piperis longi, albi, nigri, lap. Hæmatitis, Amyli, Rubiæ tinctorum, Squamæ æris vsti ana drach. ij. Sang. Draconis drach. j. ß. Acaciæ drach. j. ß. Thuris, Spicæ, Licii ana drach. j Gallarum vstarum drach. j. Sarcocoll. vncia ß. Ammoniaci in aqua vitæ dissol. vnc. ß. Trita cum succo citri misceantur. F.

Aqua Dysenterica Iosephi Quercetani: Recipe Radicum Acetosæ, Pentaphylli, Tormentillæ, Bistortæ, Bursæ pastoris, Symphyti vtriusque ana vnc j. ß. Cort. Citrii siccæ vnc. j. Ligni aloes, Ligni Rhodii, Myrobalan. omnium ana vnc. ß. Sem. Melonum, Cucumeris, Acetosæ, Citri, Portulacæ, Endiuiæ, Papau. albi Psyllii, Citoniorum, Coriandri præparati, Granorum Myrti ana drach. vj. Flor. Tapsi barbati, Maluæ arborescentis, Chamomillæ, Rosarum rub. ana p. ij. Macis, N. Moschatæ ana drach. iij. Cornu Cerui præparati, Trochiscorum de Spodio, de Terra Sigillata, Lapidis Hæmatitis præparati ana drach. ij ß. Acaciæ vnc. j. Contundenda contundantur, & puluerisanda puluerisentur ac macerentur per 6. dies ad ignem Baln. Mariæ, in aqu. Pyrorum agrestium, Sorborum, Plantaginis,

Tormentillæ ana lib. ij. Aq. Florum Maluæ arborescentis Chamomillæ & Verbasci ana lib. j. Dein colentur & quam optime exprimantur: Huic expressioni adde Opii Theabaici præparati, id est suo Sulphure narcotico (quod suauissimi somni loco veternum inducit) per lenem ignem prius spoliato drach. j. ß. Extracti Dysenterici nostræ descriptionis, Croci Martis ana drach. ij. Croci Orientalis drach. j. Spec. Diatragacanthi frigidi drach. vj. Dein ex artis præscripto destillentur, vt fiat aqua, quę non tantum mirabilis est in Dysenteria communi vel pestilentiali, sed & in omni alui fluore omnique hæmorrhagia sanguinis à quacunque parte defluat aut suboriatur.

Puluis ad omnes Herniæ species, & ipsam Enterocelem I. Quercetani. Recipe pulueris Rad. consolidæ maioris vnc. ß. Pulueris Herniariæ vnc. j. Pulu. Spongiarum, Cynosbatis adnascentium drach. iij. Essentiæ Coralli, Essentiæ Perlarum ana drach. ij. ß. Magisterii lapidis Hæmatitis Scrupuli iv. Spodii, Terræ sigillatæ ana drach. ij. Cinnamomi, Fœniculi dulcis ana drach. j. Sachari rosati ad libitum, fiat Puluis. De quo vtatur Herniosus mane ad plusculos dies: non neglectis interim perpetuis & commodis ligamentis, ac præsertim Balsamo Diakibric nostro, summo igneo exsiccante, ac partes membranosas præhumidas & relaxatas contrahente: Hoc puluere multis experimentis comprobato, graues admodum Herniæ sæpenumero sanatæ sunt, eximios enim & singulares effectus in hisce abigendis malis prodit: offertur etiam cum cibo & datur in pane.

Cum coaguli Theophrasti Paracelsi: Recipe Hæmatitis drach. vij. Boli Armeni præparati vnc. iiij. Dragacanthi drachm. ij. semi. plantaginis, lactucæ ana drach. v. Fiat puluis. Dosis à drach. ij. vsque ad drach. iij. mane & sero secundum morbum.

Ad præcauendam Phthisin, Hecticam, Diabeticam, cura Paracelsi. Recipe Agarici puri & mundi drach. j. & scrup. j. sem. Papaueris drach. iij. Hæmatitis drach. ß. Magnetis, Calaminaris ana drach. ij. Misceantur cum succo de limonibus, vel arantiis in modum Electuarii. Dosis est à scrupulis iv. ad vj. sero ac mane.

Medicamen ad curam Vrinæ eiusdem Paracelsi: Recipe Agarici puri drach. j. & scrup. j. seminis papaueris drach. iij. Hæmatitis vnc.

vnc. ß. Magnetis, Calaminaris ana ſcrup. ij. Miſceantur cum ſucco de Limonibus vel Arantiis in modum Electuarii. Doſis à ſcrupulis quatuor ad drachm. ij. mane & ſero. Illa medicina adminiſtranda eſt, vt vtatur octo diebus, & poſt annum rurſus vtatur, & ſic ſemper.

Saxifragium in lapillum ex Bolo: Recipe Corallorum alborum vnc. j. Magnetis drach. ß. Hæmatitis ad pondus omnium. Fiat puluis. Doſis ſcrupulus j. in vino bono albo. Obſeruandum in hac medicina, ſi quis calculo laborat, tunc puluerem pone in mediam menſuram ad ſex dies, & da bibendum, & moue, quoties das ad bibendum. Et obſeruandum hoc, quando das ad bibendum, tunc vrina omnis profuſa aſſeruetur. Et ſi in fundo eſt puluis, medicina illum lapidem deprimit, idque bene. Si nihil inuenit, medicina nihil efficit. Et color obſeruandus eſt. Si albus eſt puluis, tunc ex veſica, & bene.

Puluis contra album fluxum fœminarum certiſſimus: Recipe ſucci ſang. Draconis, lapid. Hæmatitis, Corallorum rubeorum, ſem. Portulacæ, ana drach. j. Balauſtiorum ſcrup. ij. Boli armeni orientalis tantundem, miſtis omnibus fiat puluis ſubtiliſſimus, cuius doſis drachm. ß. in aqua florum fabarum aut aqua plantaginis.

Emplaſtrum ad Rupturam: Recipe Ceræ nouæ lib. j. Reſinæ, Colophoniæ, olei Ouorum, Picis Naualis ana vnc. iv. Terebint. vncias duas, Rad. Nenupharis, Flor. Nenupharis, ana vnc. j. Rad. conſolidæ maioris, vnc. ij. Nucum Cypreſſi vnc. j. Gallarum vnc. ij. Boli Armeni drach. j. Cort. Thuris vnc. j. Aloes vnc. ij. Lapid. Hæmatit. vnc. j. Lithargyri vtriuſque ana vnc. ß. Carabe, Balauſtio. vermium terreſtrium combuſt. Roſ. rub. ana vnc. ß. Galbani, Ammoniaci ana drach. vj. Diſſolue Gummi cum aceto, & F. Emplaſtrum.

[***]

CAPVT

CAPVT XVIII.

De Magnete.

MAgnes ab inuentore trahit nomen: Lapis est ferreus ideo ferrum trahit, inquit Paracelsus tom. 6 pag. 292. D. Augustinus hunc vocat, mirabilem ferri raptorem: quem cum primum vidi, inquit, vehementer exhorrui: quippe cernebam à lapide ferreum annulum raptum atque suspensum; denique tanquam ferro quod rapuerat, vim suam dedisset, communemque fecisset, idem annulus alteri admotus est, eumque suspendit, sic accessit & tertius & quartus; iamque sibi per mutua circulis nexis, non implicatorum intrinsecus, sed adhærentium extrinsecus, quasi cathena perpenderat annulorum. Eadem scribuntur à Plinio lib. 34. cap. 14. suæ historiæ. Eius autem virtus trahendi ferri primum innotuit cuidam armentario, cuius calceis cum ferrei claui essent confixi, is armenta sequens in Monte Inda, ad quemdam locum venit, vbi Magnes copiosus latitabat, ex quo vix discessit, nisi clauis extractis, aut crepidis relictis, & baculo altera parte ferrea cuspide armato. Ille autem pastor vocabatur Magnes, à quo & lapis hic hucvsque nomen retinuit. Dicitur & Heraclius, non ab Heraclio inuentore, vt credidit Taisnierius, sed ab Heraclia Lydiæ ciuitate laudatissimus gignitur. Syderiten adhuc alio nomine vocitant, quod ferrum alliciat, trahatque. Et aliquando Lapidem nauticum, quod nautis plurimum inseruiat. Quinque eius agnoscuntur differentiæ, prior dicitur Æthiopicus, secundus Magnesiacus, ille ab Æthiopica regione, hic à Magnesia ciuitate defertur. Tertius in Alexandria inuenitur; Quartus in Echio Bœotiæ: Quintus omnium pessimus in Capo Verlychi Natoliæ. Est enim leuis & spongiosus instar pumicis. Æthiopici omnes præstantiores iudicantur: Atque omnes cuiuscunque generis sint eo meliores, quo magis cerulei. Laus quoque summa datur ponderosis & potenter ferrum attrahentibus. Attrahit autem ferrum tanquam sibi simile, ad sui conseruationem & alimoniam: Ob id eius scobs solet in pixidibus asseruari: Respicitque partem Aquilo-

niam

niam tanquam matricem, vnde ad Antarcticum dirigi nautis dicitur. Gignitur & in monte quodam Æthiopiæ lapis alius oppositæ virtutis, quem Theamedem nominant, qui nempe ferrum omne respuit, abigitque. Sunt qui Magnetem vstum pro Hæmatite vendunt, Magnum tamen est inter vtrumque discrimen, vt ex singulorum descriptione patet. Earundem virium cum Adamante putatur esse. Potui iniectus aluum laxat, crassosque humores soluit. Semidrachæ pondere cum melle hydropicis bibitur. Præter enumeratas dotes, quasdam adhuc medicas habet, vnde & ad Emplastrum diuinum & alia Medicamenta accedit. Sunt qui putant Magnetem per os parua quantitate sumptum adolescentiam conseruare: Ob id Rex Zeilan fertur patinas ex Magnete iussisse confici, in quibus cibus eius coquatur: refert Garcias ab Horto. Nunc audiemus Paracelsi sententiam de Magnete claram. *Vires.*

Theophrastus Paracellus tom. 7. cap 6. de Magnete sic ait: Medicis vniuersis Deus admirandum secretum in Magnete largitus est, ideoque non absconditum, sed manifestum: ita tamen manifestum, vt longius disputando in actum deducendum sit. Deus enim proponit nobis res, non quidem penitus commolitas, sed tamen præmansas, vt tamdiu in illorum scrutatione versemur donec ad ipsum finem perueniamus. Et hæc prudens Dei voluntas est. Iam vt de Magnete disseramus, ante omnia conuenit, nos externam eius, quã manifesto prodit, virtutem explicare, quibus deinde cæteræ subnectentur. Magnum enim hoc & arduum est, ipsum ferrum & chalybem aut attrahere, aut à se pellere. Ex qua consideratione ita equidem arguendo concludo. Quoniam Magnes ferrum & chalybem attrahit: multo maioribus viribus in attrahendis internis pollebit &c.

Idem Tomo 7. pag. 78 Has ordinationes de Magnete tradit. Vt verum adhibendi Magnetis vsum calleatis: omnium primo tenete, ipsum ventrem & dorsum habere, cum ad se trahendi, tum à se expellendi. Hinc iam primo digrediemur ad sermonem de profluuiis fœminarum, quæ in suo loco cohibenda sunt. Hinc processus oritur, vt dorsum in fine lineæ, & venter in eiusdem initio collocetur, vtraque parte cum suis cauitatibus contra se mutuo formatis. Et non in profluuiis tantum menstruorũ rubeis albisue, verum etiam

in omnibus aliis profluuiis ventris, quomodolibet contingentibus, processus is seruandus est. Hoc modo vtraque profluuia in suo centro cohibentur. Postea vsurpanda sunt morborum maturatiua & digestiua. Sic in stomacho, nihil coquente, sed cibos crudos emittente, si in stomacho retinentur, donec ad iustam digestionem illum reducas: sic demum secessus fiet naturalis. Naturale cohiberi non potest, sed tantum præternaturale, donec naturale fiat. Idem faciendum est in matrice, eo fine, vt omnia ad perfectionem naturalis suæ decoctionis redigantur, ac demum ordine naturali secedant.

Pro his ergo additionem talem notate. Pro stomacho & intestinis assumantur idonea ad digestionem remedia, velut & ad vterum. Hæc loco hoc tradi non debent, cum alias abunde satis vobis cognita sint. Similiter & in suffocatione vteri, ab eo loco, ad quem tendit, vterus deorsum trahendus est, nimirum per ventrem, qui hoc loco sursum spectare debet, ponique inferius, & dorsum superius. Sic vterus in suo centro manebit, nec ascendet. Hoc modo ipso in centrum reducto, postea conuenientia matricis medicamina adhibenda sunt, velut Mica nigra, corallorum perlæ, & his similia alia. Ita effectus cessabit, & cura perfecta erit.

Item similiter est etiam sciendum de Caduco, hoc est, de omnibus speciebus Epilepsiæ, vndenam moueatur ac surgat, prout semper ad capitis verticem contendit. Ibi venter infime, dorsum summe ponatur, & deorsum trahatur. Et non vnico saltem loco, sed inferius in omnibus hominis locustis ventres 4. modis collocentur. Vnicum vero dorsum tantum contra illas quatuor ponatur. Hoc modo morbus à capite ad centrum retrahetur. Sequitur postea Additio, vt Triagummatum adhibeatur externe in via ad confortandum. Deinde propinetur Esse Essensificatum, & cordis confortiua. Si nimirum omnem caducum senum ac iuuenum possumus. Idem modus facit etiam pro tollendo spasmo. Eo ad centrum suum diuerso, tandem inunctio fiat cum oleo salis.

In Tetano etiam cum dorso Magnetis procedendum est. Prægnantium autem spasmo hæc medicina cum primis conferens est. Veteres medici vna cum suis complicibus, multa quidem de defluxionum, in oculos, aures, os, nares, aut exteriora membra de-

cum-

cumbentium, & sibi ipsis emunctoria & exitum per fistulas, foramina, vlcera &c. molientium diuersione blaterarunt: quorum tamen vniuersum consilium vix farcimine dignum est. Fundamentum enim verum ad centrum diuertendi nec attigerunt, nec docuerunt, solis nimirum clysteribus & purgationibus vacantes. Remedium autem fluxiones diuertendi palmarum est Magnes. Si pro loci conditione, dorsum centro, & postea venter centro obuertatur: tunc fluxio omnis, vbicunque in parato emunctorio sit, ad centrum suum reuertitur. Ea postmodum est in centro rectificanda, digerenda, & maturanda in loco, & à maturatione tandem ex centro expellenda. Itaque qui vos medici agatis, iam videte tandem. Fluxiones studetis deriuare crudas, non maturatas: cum tamen fluxio nulla diuersione in locum alium agatur, nisi in loco nato prius maturata sit, æstimate iam vero, quomodo in locum natum illam deducere possitis.

An purgando? Id quidem impossibile est. Vlterius, quam ad podicem, eam minime deducetis. Per podicem eam exigetis, & quidem crudam adhuc immaturamque exsistentem, quo facto quidem morbos augetis. Additio ergo est, vt si fluxio in loco nato hæreat, ibi maturetur, & naturæ eiicienda inde committatur. Maturatio hæc fit per Esse Essensificatum de lapidibus vini, pro ratione præparationis in lumine experto traditæ. Hoc modo etiam sananda sunt crura vlcerosa, & cancer & fistulæ, ac similes alii. Excipitur tamen noli me tangere & tentigo praua, quocunque corporis loco sint. Similiter etiam de sistendo sanguine notate. Vndecunque is manat, centrum semper illius exitus considerandum est. Postea venter dirigatur ad retrahendam fluxionem, & dorsum ad eandem reprimendam. Sequuntur hæc Additiones, vt poriones administrentur, quibus sanguis ad suum centrum reducatur, vt furorem ac ebullitionem deponat. Si enim ille instar aquæ in olla ebullientis refrigeretur, malum cessat. Huc faciunt secundum meum processum aquæ cordiales. Alius sua experimenta vsurpet. Cuilibet liberum est conueniens suum adhibere. Qualis enim ille est Medicus, qui nullam experientiam habet? Cuius ars omnis in hoc consistit, vt depingat iam in aliis libris picta

& ficta? Idem processus etiam in hæmorrhoidibus tenendus. Absque eo enim, & maturatione ac infrigidatione, perfecta cura nulla est.

Et hæc de Magnete commentari placuit, ex fundamento eo, quod natura ipsa docet ac demonstrat. Quæ cum seipsam & suas operationes euidenter exhibeat: cur illis, quibus facultas commendata est Medica, non licitum sit penitus in experientiam intrare? Vbi enim desinit Philosophus, ibi incipit Medicus. An non verus est Philosophus, id quod Magnes ipse indicat: Eo cognito, annon Medicum porro inquirere deceat? Natura producit arborem. Ea producta, vt Philosophus ipsa cessat, quid fit? quid sequitur? Tignatius. Vbi natura desinit, ibi incipit Tignatius. Is iam ex arbore facit domum, velut arcularius cistam, tornarius cyathum, sculptor imaginem. Idem facere etiam debet Medicus, hoc exemplum imitando, & latius rem secundum demonstrationem naturæ extendendo, vt eius ductum ipse sequatur. Nam vt eadem arbor ad multa, non ad vnum tantum bona est: Ita & Medicina vna. Quare ad multos morbos extendenda est.

Necnon in comprehensis morbis saltem Magnes vtilis est: sed idem contrahit etiam rupturas, & eas mirabiliter in omnibus ætatibus sanat, & extrahit Icteritiam, ac retrahit Hydropem, cum additionibus decentibus, de quibus hic plura verba facere, nimis prolixum foret: maxime, cum omnis processus sit seu consistat in attrahendo, repellendo, in loco digerendo, & rupturam in Didymo &c. consolidando. Hæc ex practica clarius discuntur, nec opus est, vt imperitis præmansus ille cibus in os ingeratur.

Idem ille tomo 6. libr. 5. de morte rerum natural. pagin. 223. ait: Magnetis mortificatio est, vt olei Mercurii inungatur, vel Mercurio vulgi tangatur: Nam postea nullum ferrum attrahit, lib. 7. pag. 235. Similiter sciatis de Magnete, qui in decuplam potentiam & virtutem transmutari potest, nempe hoc modo: Recipe Magnetem, & in carbonibus candefac, ita quidem, vt calescat valde, sed tamen non sit ignitus, quem statim in oleo Croci Martis, qui ex optimo Carinthio Chalybe sit factus, exstingue, vt imbibat quantum capere possit. Ita Magnetem tam efficacem reddes, vt per eum clauos ex pariete euellas, & similia mirabilia

Transmutatio Magnetis.

bilia

bilia operari queas, quæ alius communis Magnes nunquam facere poteſt. Tom. 6. lib. 1. de præparationibus pag. 183. ait de Magnete: Virtus in vulneribus & vlceribus cum flaxis & ramentis. Eius vero in vulneribus & vlceribus flaxis aut ramentis, talem ponit.

Præparatio, vſus ac vires Magnetis.

Recipe Magnetis vnciam vnam, Calcis ouorum drachmas duas. Fiat ſtratum S.S. ad 4. gradum ignis reuerberationis per diem ac noctem. (Aufer calcem ouorum.)

Alia præparatio: Accipe Magnetis vnciam vnam, calcis ouorum vncias vj Fac S.S.S. in crucibulo, pone ad 4. ignem. Reuerberationis per diem & noctem, & extrahe, eritque præparatus. Alioquin non præparatus contundendo veram efficaciam extrahendi amittit. Sic vero prius præparatus, deinde contuſus & mixtus oppodeltoch egregie operatur.

Additio in vulneribus & vlceribus cum flaxis aut ramentis. Recipe Magnetis vnciam ſemis, Karabe vncias duas, fiat puluis ſubtilis cum emplaſtro Oppodeltoch ſiue emplaſtro Apoſtoliconis lib. ſemis. Reduc in vinum per agitationem. Hoc emplaſtrum impoſitum extrahit oſſa & glandes Bombardarum ex vlceribus & ceteris vulneribus. Si contundas non præparatum, tum magnes perdit vires: Si vero præparas, & deinde contundas & commiſceas Apoſtoco, extrahit per ſe: ſine præparatione nil facit. Hæc Paracelſus.

Nonnulli Magnetem calcinatum cum Sulphure ſoli important, indeque magnum expectant augmentum: Sunt & quidam qui Mercurium per retortam ab eo deſtillant, cui eodem modo maximas poſtea adſcribunt dotes: volunt & alii quod habeat virtutes Smiridis, ideoque ſic etiam dicunt eſſe calcinandum. Vide eius caput in ſequentibus.

Magnetis præparatio ſecundum Quercetanum hæc eſt: Recipe ſucci Ariſtol. rot. ſucci Sabinæ ana vnc. iiij. Succi Serpentariæ vnc. ij. Spiritus vini lib. j circulentur prius horis xxiiij. horarum ſpatio, tum deſtillentur. Huius aquæ cape lib. j. Magnetis electi, in puluerem redacti vnc. iiij. circulentur ſimul, & aqua à fæcibus deſtilletur: idque ter reiterabis. Atque hoc pacto Magnetis præparationem aſſequere.

Hollerius ex veterum commentariis refert: Magnetis puluis triobolari pondere epotus ex ſucco fœniculi, Hydropicis aquas detrahit.

trahit. Et Magnes ipse capiti admotus dolores, omnesque eius querelas obliterat.

Emplastrum diuinum Nicolai capit Magnetem: Recipe Galbani vnc.j drach.ij. Hammoniaci vnc.iij. drac.iij. opopanacis vnc.j. Lithargyri vnc.j.ß. ceræ nouæ vnc.viij. olei oliuarum li.j.ß. Olibani vn.j. drac.j. Myrrhæ vnc.j. drac.ij viridis æris vn.j Bdellii vnc.ij. Aristoloch. vnc.ij. Masticis vnc.j Magnetis vnc.iiij Misce omnia sicut decet, & fiat emplastrum.

Ceratum attrahens: Recipe Ammoniaci, Bdellii in aceto Rosaceo dissol. ana vnc.ij. Galbani vnc. ß. Mumiæ, Thuris, Masticis ana drach.iij. Caphuræ drach.ij. Coralli vtriusque Magnetis præparati ana q.v. vel sufficit.

Emplastrum Magnetis ad procidentiam vteri: Recipe Magnetis opt. lib. vnam Calcis viuæ lib.ij. Misceantur ac terantur optime cum vino præstantissimo, commaceratis atq; optime commixtis, superfunde aceti destillati opt. q.v. ad extrahendā ex eis rubedinem, hoc reiteratur toties, quoad vsq; nihil amplius insit tincturæ, extractum ab aceto euapora, in tantum, quantum par est, aut liquorem crassum, hoc extractum misce cum axungia vrsi, ad emplastra inde conficienda. Si tale emplastrum mulieri apposueris ad spinam dorsi in inferiore parte, mox retrahet matricē, inque suum locum restituet.

Extractio Magnetis.

Dioscorides dicit hunc Magnetē esse optimum qui ferrum facile trahat, colore ad cæruleum vergente, item qui densus, & non admodum grauis. Hunc vim habere dicit crassos humores educendi, si cum aqua mulsa, pondere trium obulorum detur.

Emplastrū Quercetani ad mēbra conuulsa ex repletione. Recipe Resinę, picis naualis ana vn.j Colophoniæ, Ceræ nouę ana vn.ij. Olibani, Masticis, Cerussæ, an. vn.ß. Salis nitri, sanguinis Draconis, Tereb. olei Rosati, Salis Armoniaci, Olei Vitellorum ouorū ana drac. ij. Caphuræ drach.j. Matris perlarum vnc j. Carabes drach.j.ß. Magnetis vn.ß. Vitrioli albi drach.ij Fiat emplastrum secundum artē.

Emplastrum eiusdem attrahens optimum: Recipe Gummi cort. med. tiliæ extracti, vncias ij. Magnetis præparati vnc j. Succini flaui præpar. vnc.ß. opopanacis repurgati cum succo serpentariæ drach. iij. Terebinthinæ, ceræ ana q.s. Misce & F. emplastrum. Venenum è vulneribus elicit, tum glandem, ferri, ossium, lignorum, & vestium fragmenta ad se trahit.

Empla-

Emplastrum ad extrahendum ferrum, spinas & vitra, D. Fabri. Recipe Diachylonis vnc.j.ß.Lapidis Magnetis drac.ij.Rad. Polypodii,Diptami an.drac j.ß.Carabe albæ drac.j.axungiæ leporis, Canis, ana quantũ sufficit,fiat emplastrum. Vel recipe picis naualis vnc.vj. Polypodii vnc.j.pinguedinis caponis vnc.iiij. Misce F.emplastrum. Cataplasma vulnerarium insigne,cõtra quemuis ictũ, eiusdẽ. Recipe Ceræ vnc.iij.ß.Colophoniæ seu picis græcæ adipis de piscib.vulg. Mumiæ ana vn.j.ß.Myrrhæ vn.j. minii vn.ß.Coralli albi dra.iij Magnetis vn.j.cerã vna cũ Colophonio dissolui facito,deinde mumiam adiice & deinde pinguedinẽ.hæc ad lentum ignẽ collocato & probe vasato.Deinde reliquis quoq; prædictis speciebus immissis ad lentũ ignem paulisper stare sinito, probe frequenter moueto,& periculũ facito nũ satis est decoctum, & in fundo subsidere incipiat, stilla ex alto guttulas aliquas ex calida spatula in frigidam. Quod si illud infrigidari & spatulæ adhærescere senseris, ab igne remoueto tamdiuq; versato, donec sua sponte sit frigefactum & in solidam coeat massam,ne sequentia tria gummata in ea adurantur, adde insuper Thuris,Masticis ana vn j.Caphuræ vnc.j.ß.& in olla tamdiu moueto, vt infrigidatam duritiem contrahat, & manibus tractari prædictoq; adipe subigi possit,hoc modo Cataplasma rite præparatũ habes. Quod si igitur vulnus inflictum sit recens, panno linteo crassiore illito & parti affectæ applicato Quibuslibet etiam vulneribus siue cæsim gladio secante, siue punctim mucrone sint inflicta hoc cataplasma recte adhiberi potest.

Aliud emplastrum eiusdem:Recipe Olei Rosarum vn.j.ß.dra ij. Colophoniæ, Resinæ, picis naualis, ana vnc.j.Ceræ, Vitrioli Romani,Cerussæ Olibani,Myrrhæ ana vnc j. Masticis drach iij. Olei Ouorum vnc.ß.Spicæ drach.ij Iuniperi drac.ij Mumiæ vnc.ß. Terræ sigillatæ,sanguin.Draconis,ana drach.ij Chimalii drach.vj.lapidis Magnetis vnc ß.Lumbricorum præparatorum, Camphoræ ana drach.ij.Fiat emplastrum secundum artem.

Elixyr Phlegmagogum à capite per modum apophlegmatismi: Recipe Magisterii Magnetis, Magisterii succini singula scrupula, Magist.Hæmat.Extracti Euphorbii gr.v.succi Tabacæ drac. ij. succi Elebori nostratis drachma media,maioranæ aquæ vnciæ iiij. Digerantur vase clauso,dum vniantur:Indies agitentur, in vsu sex guttæ ore detinentur.

Cathani

Cathani ſimul auerti poſſunt adtergunt tali Elixyre: Recipe olei ligni ſambuci per deſcenſum facti: Olei cupreſſi ana vn. ß. Olei ſuccini drach.ij.olei philoſophorum drach. j. Magiſterii Magnetis ſcrup.iiij. ſucci de verbena, & viſci ex ſurculis teneris abietum vel conis recentibus q.ſ.pro forma emplaſtri.

Attractiuum Podagricum Paracelſi: Recipe minii, Lithargyri, calaminaris,carabe Magnetis ana lib. ß. Terantur omnia ſubtiliter & cribrentur,& cum lib.vj olei lini coquantur, addendo ceræ lib. iij.Terebinthinæ lib. ij. vermis lib. j. coquantur, dum emplaſtrum coloris punicei ſit,in quo diſſoluta & colata infundes hæc gummata.Recipe Oppoponacis, Galbani Serapini, Bdellii, Armoniaci ana lib. ß. vbi ebulluerint aliquantum, iniice ſequentia: Recipe Charabe,Maſticis,Thuris, Myrrhæ,Magnetis,aloepatici, an.lib. $\frac{1}{2}$. partem. Sed ſint omnia tenuiter pulueriſata, ſubigantur, & malaxando in emplaſtrum redigantur.

Attractiuum Maniæ Paracelſi:Recipe Galbani, opoponacis,Serapini,Bdellii,Ammoniaci ana vnc. ij. ß. Hæc diſſolue in aceto,& cola,coque in ſpiſſitudinem iuſtam. Poſtea ſpecies has tenuiter tritas,& ſubtiliſſime cribratas immiſce: Recipe Maſticis vnc. ß. Thuris drach.ij.Carabe vnc j.Magnetis drach.iij. Colophoniæ drach. ij. Firniſii drach.v.vuæ verſæ cruc.vngulæ Caballinæ an.M.ß.Miſceantur omnia in cerotum quod impone, & foramina extremitatum probe imple, & ligationem ſemper renoua,tamdiu, donec maniæ alterationem factam ſentias.Tandem pro more chirurgico cutem conſolida aut obduc.

Manna Magnetis. Paracelſus tom.5.pag.16. ſic ait:Extractio Mannæ Magnetis,eſt, vt in Alcool redigatur,& ſtratificetur cum limatura chalybis in æquali pondere, & in vaſo vitreo luto ſanguinis oblito coquatur in oleitate cineris Iſatidis ad ſuum menſem:Poſtea accipiatur limatura Magnetis, & cum vino rectificato digeratur tamdiu, donec vinum rubeſcat, denique ſeparetur vinum à rubedine, & remanebit in fundo Manna Magnetis, quæ nullum membrum principale putreſcere ſinit.

Medicamentum ad vermes: Recipe Vitrioli cuperoſi lib.x. Alcool vini lib.xx.Salis gemmæ lib.v. Reduc in Alembicum cum reiteratione debita.Fiat oleum:Huius olei recipe vnciam ß.Hæmatitis drach.

drach. ß. Magnetis gr. viij. fiat mixtura. Dosis grana iiij. ad vij.

Medicamentum Paracelsi in morbo dissoluto: 1. Fiant hi Trochisci: Recipe Chalybis Croci reuerberati post solution. vnc. j. sem. filicis vnc. j. ß. Boli purgati de aquositate vnc. ij. Tragacanthi dissoluti in decoctione plantag. fiant Trochisci, ad iij. Doses j. mane, meridie, nocte. Vel Recipe horum Trochiscorum vnc. j. Laudani puri vnc. ß. liquorum corallorum, Magnetis ana drach. j. Theriacæ nostræ descriptionis q. s. Fiat Bolus, cuius Dosis scrupulus j. ad scrup. ij. ß. Aut recipe huius Boli drach. j. liquoris Orizii scrup. j. carnis liquoris q. sufficit. Fiat haustus vnus.

Attractiuum specificum pestilentiale Paracelsi: Recipe Quintæ Essentiæ Gummi omnium in genere, ana quartam j. Magisterii Magnetis quartam ß. Elementi Carabis ignei lib. j. Elementi ignei, Masticis, Myrrhæ, ana quartam j. & ß. Elementi scammoneæ vnc. x. Fiat inde cerotum cum cera, Gummi, Tragacantho, & Therebintina.

Vulnerum vtrumque telo inflictum sticticum emplastrum præstantissimum.

1. ℞. Minii.
Calaminaris ana lib. semis.
Lithargyrii Auri & Argenti ana vncias tres.
Olei Lini.
Oliuarum ana lib. j. & semis.
Laurini lib. dimidiam.
Ceræ.
Colophoniæ ana lib. j.
Vernicis.
Terebinth. ana lib. semis.

2. ℞. Oppopanacis.
Galbani.
Serapini.
Ammoniaci.
Bdellii ana vncias tres.
Carabe Citrini.
Olibani.
Myrrhæ Alexandrinæ.

Aloë Epat.
Vtriusq; Aristolochiæ longæ & rotundæ ana vnciam j.
Mumiæ Transmarinæ.
Magnetis.
Hæmatit. ana vnciam j. & semis.
Corallorum alborum & rubeorum.
Matris Perlarum.
Sanguinis Draconis.
Terræ medicatæ Strigensis.
Vitrioli albi ana vnciam j.
Florum Antimonii drach. ij.
Croci Martis tantundem.
Camphoræ vnciam j.
Modum parandi talem seruauit Crollius.

1. Gummata quinque in aceto macerata & cocta exprimantur per linteum crassum bis repetendo cocturam. (Dosis Gummatum potest augeri propter fæces ab expressione remanentes & abiiciendas) postea super lentum calorem in munda sartagine vsq; ad consistentiam mediocrem inspissentur.

2. Oleum lini & oliuarum imponatur alteri Sartagini & addatur Lithargyrium Auri & Argenti, coquantur agitando, donec oleum coloretur, postea addatur Calaminaris, & paulo post minium, omnia illa agitando fere per duas horas coquãtur simul ad sufficientiam, cuius proba est, si supra vnguem gutta concrescat & condensetur, nec amplius diffluat.

3. Tandem etiam addatur circa finem vernix, oleum Laurinum cera colophonia: omnib. bene inuicẽ mistis & liquefactis & ab igne sepositis. Postea da operam, vt Sartago cum gummatibus paulatim calefiat, & successiue affunde liquorem è secunda Sartagine gũmatibus diligentissima agitatione incorporãdo, supra lentissimum calorẽ (caue ne bulliat, alioquin gummata in grumos coeunt, & oleo difficulter miscentur) postea agitando addantur pulueres & diligẽter per horam omnia agitentur: Vltimo Camphora resoluta in oleo Iuniperino addatur: si forte nimis durum esset, addatur adhuc aliquid Ceræ & Colophoniæ.

Proba iustæ decoctionis hæc est: Bacillo intincto guttulas aliquot

in a-

in aquam stillare sinito, si digitis adhęserit materia mollis, coquatur diutius donec durescat: Tum demum ab igne deponitur, & in magnam peluim aqua plenam effundatur, ac manibus oleo Cinamomælino, Rosarum, Iuniperino, Lumbricorum Hypericonis ana q.s. (mixto) perunctis pinsere, ac instar malagmatis subigere conuenit, horis tribus vel quatuor, seruetur ad vsum, efformatis inde prius magdaleonibus alutæ includendis.

Vires huius Emplastri sunt innumeræ: sub Lunari globo non reperitur efficacius.

1. Contra inueterata vlcera, nec non recentia vulnera & ictus, vbicunque sunt in corpore, etiam in capite.

2. Siccat & mundificat vulnera, carnem bonam producit, consolidat, ac sanat vna septimana efficacius, quam aliud mēse integro.

3. Putrescere non sinit bonum, insuper corruptionem, malæque carnis excrescentiam impedit.

4. Neruis truncatis aut contusis optimum est remedium.

5. Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque de vulneribus extrahit, superimpositum eis tantum.

6. Venenosorum animalium curat morsus ictusq;: attrahit enim venenum.

7. Maturescere facit apostemata cuncta superimpositione sola.

8. Contra Cancrum, Fistulam, Scrofulas, ignem Persicum est remedium excellens.

9. Mitigat omnes dolores, cuiuscunque vulneris aut ictus.

10. Contra rupturam.

11. Vbi caput inflatum est, radantur capilli & imponatur emplastrum,

12. Dolores dorsi impositione tollit.

13. Ficus cutis extra & intra sanat imponendo.

Vires suas seruat integras, annos quinquaginta, quo tempore æque efficax est ac recens compositum.

CAPVT XIX.

De Berillo.

BErillus Indicæ regionis est gemma, Smaragdo similis, sed aliquādo pallidioris coloris violacei, siue Thalassii. Probatissimæ sunt,

quæ limpidi Maris virorem quam maxime referunt. Ex huius quoque genere sunt Chrysoberilli dicti, colore languidiore, fulgore ad Aurum vergente. Poliuntur hexangula forma, vt testatur Plinius, aliter enim politi hebescunt: fulgoremque ni color surdus angulorum repercussu excitetur amittunt: Nouem ab authoribus eius enumerantur varietates.

Vires. Dilutum huius gemmæ ex aqua, oculis humentibus, ructibus, iuspiriis, iecorisque malis mederi aiunt. Aduersus hostium quoque sniuriam, & pigritiam valere tradunt. Ingenium fertur acuere, coniugatosque conciliare.

Paracelsus inquit de Berillis tom. 11. pag. 16. Ante omnia notate Berillorum proprietatem. Hi sunt in quibus spectantur præterita, præsentia, & futura. Quod nemini admirationi esse debet, ideo, quia sydus influentiæ imaginem & similitudinem in Crystallum imprimit, similem ei, de quo quæritur. Id fieri oportet per coactionem constellationis velut in Magica traditur. Sicut enim Solis splendor in Crystallum influit: Ita sydus quoque deorsum in subiectum impingitur. Præterea nota sunt syderibus omnia, quæ in natura exsistunt. Cumque Astra homini subiecta sint: potest is vtique illa in subiectum ita cogere, vt voluntati eius ipsa obsecundent. Pro scientiæ enim modo ipsa sese operatio exserit, &c. eius generationem vide apud eundem tom. 8. lib. 2. Philosophiæ, textu 4 pag. 63.

Vtitur eo Theophrastus Paracelsus in descriptione serphetæ lib. 2. de Tartaro tract. 3. cap. 5. pag. 231. Recipe de Scorpionibus drach. j. Lapillorum Cancrorum, radicis Aquilegii ana drach. ij. Berilli perspicui vnc. j. fiat mixtura cum Alkole vini cum pinguedine.

Aliud eiusdem medicamentum in grandine & vsnea: Recipe Tartari destillati, sem. fœnugræci, Psyllii ana drach. ij. Berilli præparati drach. vij. Fiat puluis vel compositum. Dosis à drach. ij. vsque ad drach. iij.

* *
*

CAPVT

CAPVT XX.

De Amiantho & Asbesto.

LApis Amianthus, teste Dioscoride, in Cypro nascitur, scisso alumini similis, flexilis etiam, vt fila ex eodem fiant, ex quibus spectaculi gratia vestimenta texantur, quorum hæc est natura, vt ignibus iniecta ardeant quidem, sed non consumantur, verum purgentur. Atque hic lapis non est alius quam is quem Pharmacopolæ Alumen plumosum vocant: cui hæc natura est, vt aliquot etiam dies igne crematus non consumatur: qui etiam interdum flexilis adeo inuenitur, vt fila ex eo duci possint. Germanis Steinflachs/ Federweiß/ Steindacht/ &c. Quod vero Plinius Indici Lini meminit, quod igne consumatur, videtur de hoc lapide intelligendum: ac fabulis negotiatorum deceptum esse authorem, qui Lini illud genus in India esse commenti. Commentum etiam est, quod agyrtæ pilos esse Salamandræ hunc lapidem nugantur. Hic veneficiis resistit omnibus, priuatim Magorum: Asbestos quasi irrestinguibilis, à natura sua dictus est. Gemma est coloris ferrei, quæ vt semel accensa fuerit, ignique exarserit, restingui amplius nequit, vnde nomen est impositum. Vtimur ea in præparatione Lampadis vitæ ac mortis: Artificiosa autem opus habet incensione, eaque non ab igne, sed radiis solaribus in speculum concentratis &c.

Ioan. Baptista Porta lapidem Amianthum in tali vnguento præscribit, quod dicitur abstergere ventris rugas à partu: Recipe cornu cerui combusti, lapidis Amianthi, Salis Ammoniaci, Myrrhæ, Thuris, Masticis ana q. s. Trita cum melle misceantur.

CAPVT XXI.

De Ætite.

AEtites, Latine Aquilinus, Germanis, Adlerstein/ quod in Aquilæ nido, quæ Græcis ἀετός dicitur, inueniatur. Absque hoc enim

lapide oua Aquilam parere negant: & ferunt quod ab Aquilis in nidum deferatur, ad ouorum calorem contemperandum, ne nimis calefiant, dum incubantur. Gemma est cortice duro, scabro, & minime leui, alium in se lapillum inclusum continens, qui dum quatitur seu commouetur, auditur: inde quasi prægnans dicitur. Huius genera sunt quatuor. In Aphrica nascens pusillus & mollis intra se, ac velut in aluo habens argillam suauem, candidam: friabilis, quem fœminei sexus putant. Mas qui in Arabia nascitur, durus, gallæ similis, aut subrutilus, in aluo habens durum lapidem. Tertius in Cypro inuenitur, colore illis in Aphrica nascentibus similis, amplior tamen atque dilatatus: cæteris enim gibbosa facies. habet in Aluo arenam iucundam & lapillos: ipse tam mollis, vt etiam digitis fricetur. Quarti generis Taphiusius appellatur, nascens iuxta Leucadem in Taphiusi: qui locus ex dextra nauigantibus ex hac ad Leucadem. Inuenitur in fluminibus candidus & rotundus. Huic est in aluo lapis, qui vocatur callimus, nec quicquam tenerius. Præfertur Aphricus, & qui è nido Aquilæ decerptus. Pessimi rotundi, in fluminibus alueis inuenti. Quod ad vires: sinistro brachio alligatum maximo vsui esse grauidis, quæ fœtum ob vteri imbecillitatem ægre continent, certo affirmant: sed parturientibus à Brachio amoueri oportet. Præterea fœminibus earundum alligatum citra dolorem partum educere, est probatum. A partu vero statim à fœmina amouendus, ne vterus sequens partum vitiet. Ferunt de hac, quod furem, quod miratu dignum, in pane conditus prodat. Furem siquidem nihil cum hac decoctum, mansum etiam, deuorare posse. Tritus & cerato exceptus, citrino, aut gleucino, aut alio excalfaciente, comitiales magnifice iuuat. Ad magicas videntur artes referenda, quæ de hac produntur, quod vxorum furta manifestet, & futurorum scientiam aperiat.

Vires.

[***]

CAPVT XXII.

De Perlis siue Margaritis.

MArgaritæ prægrandes vniones Latinis dicuntur: minores Latinis Margaritæ, Germanis Perlen. Vniones autem dicuntur, teste Rondeletio, non quod in vnica concha vnicus tantum inueniatur, sed quod duo nunquam indiscreti in eadem inueniantur. Italis dicuntur perle. Arabibus & Persis, Lulu. Indis, Moti. in Malauar Mutu. Lusitanis Aliofar, quod Arabice sonat de Lurfar, id est, Portus in Mari Persico, vbi laudatissimæ generantur, estque hic sinus in Oriente, vnde & Orientales dicuntur. Alias etiam generantur à promontorio Comorim, ad Insulam vsque Zeilan. (quæ piscatio & captura est Regis Lusitaniæ.) Deinde & generantur in Insula Borneo. Sic & nonnullas Chinarum regio mittit, sed viles. Certum est etiam in nouo orbe inueniri, verum nulla ratione cum Orientalibus sunt conferendæ. Origo atque genitura est è conchis, vt dictum, haud multum ab ostrearum conchis dissimilibus. Conchæ autem quæ superiori parte maris natant, grandiores Margaritas generant: quæ vero in alto mari degunt, minutiores proferunt. Hæ conchæ aeri expositæ siccantur, & sese pandunt, in quarum inueniuntur Margaritæ nunc multæ, nunc paucæ, pro concharum magnitudine: Inueniuntur etiam conchiliis ostreisue, sed minus nobiles. Omnium autem præstantissimæ ad generandas Margaritas censentur eæ conchæ leues & candidæ, quas eius regionis Cheripo appellant, ex quibus cochlearia poculaque conficiuntur. Verum Cheriponon i.e. conchylium, quod mater, seu vt vulgus loquitur Nacra perlarum dicitur. Nam id Chanquo Incolæ vocant, ex quo videlicet, mēsæ, cistulæ, spherulæ precariæ fabricantur, quod licet parte externa rubrum sit, & impolitum, interna tamen læuissimum est, & aspectu pulcherrimum. Deuehitur id Conchylium Bengala mercimonii gratia, vbi expolitur, & poculi vices supplet, maxima tamen ex parte conficiuntur ex eo armillæ, & alia opera. Volunt autem nonnulli Margaritarum pondus senectute

minui,

minui, & coloris elegantia immutari: sale autem & oryza leuiter confracta, diu versatas recuperare. Dicunt item & Margaritas post plenilunium captas, cum tempore minui & decrescere: Quæ vero ante plenilunium capiantur, huic vitio nequaquam esse obnoxias. Indi raro vtuntur ad medicinam: Mauritani vero eas, nostro more cordialibus medicamentis immiscent.

Porro Margaritæ siue vniones, sint candidi, corpulenti, orbiculares, ponderosi, integri non perforati, (arte enim perforantur non natura, vt fabulantur quidam) quia dum ferri acie perforantur, ære inficiuntur, & ad vsum medicum non veniunt idonei, nam & vires eorum immutantur. *Vires.* Ad cordis affectus, vitalemq; spiritum confortandi, præcipuam opem ferunt. Cordis tremorem capitisque vertiginem pellunt. Collyriis admixti oculorum nubeculas detergunt, & aquam eo defluentem absumunt. Miscentur Sacharo, quod vulgo manum Christi cum perlis vocant, aduersus animi defectionem. Recipiuntur etiam in Antidota, vel pulueres cor corroborantes. Valent & aduersus sanguinis fluxum, & opitulantur Dysentericis. Menstrua cohibent: Dentesque purgant. Essentia, oleumque eorum (de quo in sequentibus) ad neruorum resolutionem, conuulsionem, marcorem senilem, & phrenitidem conducit, si grana 6. ex humore aliquo appropriato sumantur. Corpus sanum conseruat: Læsum pristinæ sanitati restituit: Lac muliebre emendat, augetque &c. Nunc propius accedemus ad perlarum Anatomiam, hæc in genere ex mente variorum præmittere necessarium iudicamus.

Lapidibus pretiosis, (inquit nostra Iatrochymia) finitimæ maximæ sunt perlæ & corallia, quæ insignem quoque obtinent cardiacam facultatem. Summum arcanum in perlis consistit contra phthisim & consumptionem corporis, nihil est, quod humidum radicale magis conseruet, quam medicamenta ex perlis artificiose & legitime arte spagyrica præparata, restituunt vires amissas & membra principalia confortant. Præparantur autem ex his, præcipue hæc medicamenta Sal, Magisterium, Tinctura, oleum Spiritus, Quinta Essentia &c.

Primo agemus de Sale & Magisterio perlarum: Perlæ non perforatæ induntur vitreo vasi (quidam vt Bornettus vult contundunt)

dunt) eiſque affunditur acetum ſtillatitium optimum (nonnulli aſſumunt acetum radicatum, vel ſale aut aliis acuatum) ad eminentiam trium digitorum, vaſeque vitreo bene clauſo, appoſitoque alembico cæco, ſinuntur ſtare in cineribus calore lento, ſeu digeſtione, ſpatio diei vnius, duorum aut trium, ratione menſtrui ſoluentis: ſolutis, (nota ſi menſtruum nolens amplius ſoluere propter eius debilitatem, recens itidem affunde, vſque dum fiat totalis ſolutio) acetum deſtillatione in arena ad ſiccitatem abſtrahe: deſtillato aceto exime aut ſemel aquam roſaceam inde adhuc per Balneum elice aut abſtrahe; puluerem in fundo remanentem diligenti adhibita cautione exſicca, ſic tenes ſalem perlarum: ſin vero omnimoda acrimonia aceti priuaueris hunc puluerem, tum Magiſterium tenes perlarum, vti nos vocamus. Salem hunc perlarum facili via in oleum reſoluere poteris, ſi ad marmor vel vitrum in cella poſueris, inprimis autem in æſtate præſertim Iunio, Iulio aut Auguſto: Perlarum vero Tincturam ex Magiſterio hunc in modum confice. Magiſterium perlarum indatur vitro, ſuperaffundaturque ſpiritus vini optimus ad eminentiam trium digitorum, appoſito cæco Alembico, clauſiſque optime iuncturis digeratur in calore lentiſſimo, donec vini ſpiritus tingatur: Hunc tinctum ſpiritum aperto vaſe leniter effundas, nouum magiſterio in fundo relicto affundendo & procedendo, vt prius: totieſque repetendo, donec vi ſpiritus non amplius tingatur, & tota tinctura euocata fuerit: tunc omnem ſpiritum tinctum in B. lentiſſimo calore à tinctura per deſtillationem ad medietatem abſtrahes, ſic ſola tinctura remanebit, ſin vero in forma craſſiuſculi liquoris inſtar tincturam abſtraxeris ſeu reliqueris, Q. Eſſentiam tenere te ſcias.

Sal perlarum.

Magiſterium perlarum.

Oleum perlarum.

Tinctura perlarum.

Quod ſi vero mauis ex tinctura hac oleum & Q. Eſſentiam inſigniorem conficere, denuo affunde tincturæ ſpiritum vini abſtractum, addita pauca Camphora, ita vt ad libram vnam tincturæ Margaritarum ſit Camphoræ vncia ſemis, digere, deſtillationem repete, primo lento igne, dum maxima pars ſpiritus vini per Alembicum aſcenderit, tum muta recipientem & fortifica ignem & videbis, tandem aſcendere materiam flauam craſſiuſculam mellis. Hæc vera Margaritarum Eſſentia inſigne decus vitæ. Spiritum quod attinet ille conficitur vt ſpiritus corallorum de quo

vide sequentia. Audiemus & de his Paracelsum, vniones, inquit, etiam in aquam reducendi sunt, ad hunc modum videlicet: Recipe, Acetum correctum, cui tritos vniones imponito, perque mensem in eo digeri sinito: sic in aquam resoluentur. Destilla tandem & per Balneum, acetum separato, quo peracto reperies vniones in fundo resolutos in aquam: Hoc est Magisterium perlarum & vnionum. Et quamuis huius practicæ via breuis & facilis processus exsistat, experto nihilominus adhibe fidem. Mirifica siquidem ipsorum est operatio, non tamen fit per artem hæc virtutum actio, sed in natura ipsarum posita est, quæ occultatur in substantia crassa, propter quam operari non potest, sicut mortuum corpus, sed resolutione facta viuificabitur eius corpus: de quo satis.

Eodem hoc tomo lib. 3. cap. 4. pag. 145. dicit de perlis. Sed vt ea, quæ de Q. Essentia diximus, (vide & cap. 1. huius libri) clarius elucescant, obseruandum, nihil magis esse Auro propinquum Perlis. Quatuor igitur Elementa, quæ Perlis insunt, eadem ratione cum Auro in temperationem redigas oportet, id quod vere exsistit Q. Essentia citra amissionem substantiarum. Porro si iuxta præscriptum Perlas in Quintam Essentiam transmutare velis, pro ratione Quintæ Essentiæ age, nec quicquam immuta præter principium, in quo vltimam materiam, quæ in conficienda Q. Essentia solis prima materia exsistit, adiungi necesse est. Ea ex eiusmodi Recepto elicitur. Principio redige Limonem in liquorem, denuo releuatum, in quo Perlæ calcinationem arripiunt, exsiccatæ resoluantur, quæ resolutio in Elementum, cui prorsus nulla complexio inest, erumpit. Est enim huius vis vniuersa, similis Quintæ Essentiæ. Nolim hoc loco admittas rationem extractionis, quam Archelaus præscribit, neque id genus alias separationes Spagyricas: Nam superior transmutatio non modo ea membra quæ debilia sunt, pristinæ valetudini restituit, sed ea etiam quæ valida sunt, ac robusta, in eodem vigore conseruat. Hinc est cur Perlæ pluris, quam reliqua spermata fiant: inter quas longe præstantissimas Ostrearum esse affirmo.

Calcinatio Perlarum.

Plura vide apud eundem eodem tomo lib. 3. cap. 4. pag. 166. Vide etiam Libauium lib. 2. Alchem. tract. 2. cap. 4. pag. 124. & 125. Item 129. 133. & 145. &c.

De

De Magisterio Perlarum alius Philosophus sic refert: Dissolue Perlas tritas in aqua, valde acida cum spiritu Vitrioli. Digere per noctem: & super dissolutionem filtratam prius, guttatim iniice oleum Tartari: (melius spiritum vini) & fiet instar lactis. Superfunde aquam communē, & digere: sic præcipitabitur puluis candidus ad fundum vasis. Aqua separatur, & alia superfunditur ter vel quater, donec omnis acrimonia separetur. Tandem puluis exsiccatur & ad vsus seruatur. Variæ quidem excogitatæ sunt viæ soluendi Margaritas, per spiritum Vitrioli, per spiritum Guaiaci rectificatum: per spiritum Saturni (vide Basilicæ Chymicæ lib. 1. cap. 11. pagin. 133. &c.) per aquam Locustarum, Quercus nouellæ: simplicissima vero videtur per acetum, vti & vult Crollius noster in sua Basilica Chymica pagin. 162. Vbi dicit post solutionem abstrahitur acetum ad siccitatem, & Sal (siue Magisterium) aqua pluuiali destillata, vel quod melius Rore Maiali supra triticum collecto, solutum & filtratum denuo euaporatione siccescat, reiterando quinquies vel sexies hunc laborem, done Sal (siue Magisterium) candidissimum habeas ab omni acetositate acri liberum. Cuius vires ac vsus talis est.

Vires, vsus ac dosis Magisterii Perlarum.

1. In contracturis, resolutione neruorum, conuulsione & phrenitide. 2. Corpus sanum conseruat, læsum pristinæ sanitati restituit, lac muliebre emendat, semen vtriusque sexus auget & corrigit. 3. In confortatione cerebri, memoriæ & cordis conducit, in aqua Cinnamomi, Borraginis, Buglossæ, Saluiæ. 4. Prophylacticum Apoplexiæ & Vertiginis. 5. Exiccat & consumit omnes prauos humores in corpore existentes, è quibus Podagra, Arthritici dolores, & Febres solent existere. 6. Contra Tabem, ariduram, & marcorem senilem. 7. Vtimur etiam in Hydrope ad confortationem præmissis generalioribus. 8. Contra calculum singulare. 9. Renouat, auget & confirmat humidum radicale, ita etiam à senectute debilitatis summopere conducit. 10. Certissimum præseruatiuum contra Paralysin bis in septimana decem grana in vino Maluatico. 11. Mitigatiuum in morbo venereo quotidie 10. grana sumendo idque per 16. dies. 12 In Epilepsia singulare est medicamentum: Vsus eius per 6. septimanas, mane & vesperi.

13. Præseruatiuum in Podagra, quotidie 10. granis vtendo, & per 12. dies continuando. 14. Fortificat humorem vitæ & naturam internam in omnibus membris. 15. Contra tremorem & pulsationem cordis, item animi deliquia in aqua Cinnamomi. 16. Fœtum in vtero etiam fortificat.

Dosis eius à gr. 10. 12. 15. vsque ad scrupulum integrum ex aquis conuenientibus, Cinnamomi, Buglossæ. Offertur etiam in aqua roris Maialis supra triticum, vel frumentum collecti. Vel ex Aqua Rorellæ vel Roris solis quæ destillando flaua egreditur, quod mirum est, sicut etiam Crocus facit, & verbasci florum succus expressus insolatus & destillatus. Notandum si perlæ soluantur per Acetum Botin, & edulcoratum sal in cella suis mensibus in liquorem fluat, vti supradictum, tunc huius liquoris aliquot guttæ, miro & iucundo spectaculo coagulant optimum vini Alkohol in Butyrum scissile.

Author quidam sic vult soluere Margaritas, dum ait: Margaritas solues vera solutione cum menstruo acetoso: sed si eo careas, vteris acido menstruo alcolisato cum debita proportione vini spiritus etiam alcoolisati, succo etiam Limonum & Berberis depuratis, filtratis & præparatis, vt decet, eadem etiam præstant. Ablutionibus auferes ex Margaritarum anima aciditatem, si aliqua remanserit ratione menstrui. Exhibentur autem huius Essentiæ grana duo, aut tria cum iusculo competenti, quod statim lactis instar dealbatur, ad cordis corroborationem & vires reficiendas. Earum etiam Essentia putredini cor obsidenti, pestique & venenis obsistit. Eadem ratione ex Hyacintho, Saphyro, Smaragdis, Granatis, Sarda, Iaspide Essentiam propriam elicies, veramque ipsarum præparationem poteris assequi ad multos curandos morbos. Hoc modo etiam præparabis spongiarum lapillos, Lapidem Iudaicum, Lyncis & Crystallos, ad calculos Renum conterendos.

Nos tradimus & solutionem genuinam perlarum 1. lib. Basilicæ Chymicæ cap. 11. pag. 135. & pag. 146. & 118. &c. Nonnulli eas soluunt per oleum salis, Item menstruum vegetabile magnum, spiritum aceti & similia; Hos modos & menstrua ex superioribus satis dilucide cognoscere potes. Porro & hoc notandũ est: Ad eadẽ, quæ

Magi-

Magisterium & Sal conueniunt, tinctura, oleum & Essentia etiam conducunt, sed maiori cum efficacia. Exhibentur autem Tincturæ sex vel octo guttæ, Essentiæ tres ad sex, olei tres ad quatuor cum menstruis appropriatis vel iusculo competente, ad cordis corroborationem vires reficiendas, putredini quoque cor obsidenti, pestique & venenis obsistunt, &c. *Dosis Tincturæ, Essentiæ, & olei Perlarum.*

A nonnullis soluuntur perlæ per acetum centro mundi impræ-gnatum, deinde cum S. vini essensificant, inde solutionem Philosophicam factam esse dicere autumant, sed falluntur, tu vide solutiones corallorum & longe aliter credes.

Possunt & Perlæ fieri, veris in forma prorsus similes, ita vt splendoris & speciei ratione non bene à veris discerni possint, de quo vide Theophrastum Paracelsum tom. 6. lib. 7. pag. 235. *Perlæ artificiales.*

De Matre Perlarum sciendum est, quod eodem plane modo, quo ex perlis conficiuntur medicamenta Chymica, ex Matre quoque perlarum præparantur medicamenta. Habent autem talia specificam vim ad Matricem confortandam, conceptionem promouent, & febribus vtilia sunt. Administrantur semper cum conuenienti liquore. Dosis est plerumque à scrupulo semis ad scrupulum integrum, summum est arcanum, in dato menstruo seu philtris, si eius par quantitas misceatur cum aquali quantitate secundinæ præparatæ atque calcinatæ, à masculo; &c. Nunc & paucis videndum, in qua forma & methodo antiquiores & recentiores Medici perlis sint vsi. *Mater Perlarum.* *Dosis.*

Potio Alexipharmaca, contra vulnera Sclopetica venenata Quercetani: Recipe Mithridat. Theriacæ opt. ana drach. ß. Margarit. præpar. ana scrup. j. Coralli rub. præp. ana scrupul. j Boli Armeni drach. ß. Syrupi de Limonibus vnc. j. Aquarum Buglossæ, Scabiosæ, ana, q. s. Fiat Potio. Reiteretur bis vel ter si opus fuerit.

Alia eiusdem pro ditioribus: Recipe Essentiæ Margaritarum Auri vitæ ana gr. vj. Essentiæ Corallorum gr. viij. Terræ Sigillatæ electæ scrup. j. Aquæ Theriacalis nostræ vncias ij. Fiat potus, statim sumendus, cor mirifice ab omni veneno & contagione tuetur.

Epithema Andernaci in febri continua; Recipe Margaritarum Gr. xij. specier. Diamarg. frigid. drach. ß. spec. Diagemmæ, Santali Citrini, Coralli rub. an. scrup. j. Ramenti Eboris scrup. ß. Croci gr. ii.

Aquæ Rosarum, Intybi, Buglossæ an. vnc. ij. ß. aquæ Cichorii vnc. j. ß. Vini Aceti Rosati ana vnc. ß. Linteum vel spongia his omnibus imbuta, hora vna vel sesquihora ante cibum, cordis regioni applicetur, per æstatem frigidum, sæpiusq; mutetur.

Puluis pro Epithemate cordis refrigerans Augustani: Recipe flor. Bugloss. Borrag. Melissæ an. m. ß Sant. omnium, Rosa. rub. ana drach. ij. cort. Citri, sem. Acetosæ, ligni Aloes, Caryophyl. ana drach. j. ß. frag. lap. pretiosorum ana drach j Doronici, Been vtriusque, succini, ossis de corde C. ana scrup. iiij. Margarit. præpar. Coralli vtriusque spodii ana drach. ß. Croci scrupul. ß. Camphoræ gr. vj. Moschi gr. iij. Trita omnia probe, vsui reseruentur. Mirifice in cordis affectibus, palpitatione, syncope, in concisis propemodum vitalibus facultatibus, melancholicis, splenicis, tristibus & desperantibus succurrit, in pestilitate cordis spiritus refocillat.

Puluis alius Syluii: Recipe flor. Buglos. Borrag. Melissæ an. m. ß. Santal. omnium, Ros. rub. ana drach. ij. Doronici, Been albi ac rubei, Carabe, ossis de Corde C. ana scrup. iiij. cort. Citri, sem. Acetosæ, ligni Aloes, Caryophyll. ana drach. j ß Croci scrup. j Margarit. drac. ß. Moschi gr. iij. Camphoræ gr. vj. Frag lap. pret. omnium drach. j. Coralli vtriusque spodii ana drach. ß. Trita per se misce.

Puluis alius ad pestem Florentini: Recipe Santali Citrin. Terræ Lemniæ, Rad Tormentillæ, Sacha. albi ana drach. ij Santali rub. Diptamni Cretensis, Cornu C. vsti, Margarit. Ros. rub. Boli, Aristol. rot. Pimpinellæ, Myrrhæ, Zedoariæ ana drach. j Caphuræ, sem. Citri, Croci, Hyacint. ana drach. ß. M & fiat puluis tenuissimus.

Puluis ad dentifricia Ranzouii: Recipe Corall. rub. Aluminis an. drach. ij. cornu C. vsti, Santali Citrini, sang. Draconis ana scrup. iiij. Margarit. drach. ß. spumæ Maris drach. iij. Musci gr. iij. Caphuræ gr. v. Fiat puluis subtilissimus, quo fricentur dentes, aut in pilulas formetur cum Syrupo aliquo, aut Melle rosaceo.

Diamosc. dulce Mesuei: Recipe Croci, Doronici, Zedoariæ, ligni Aloes, Macis ana drach. ij. Margarit albarum, Serici crudi vsti, Charabe, Coralli rub. ana drac. ij ß. Basilici citrati, Galliæ Mosch. an. dra. j. ß. Been albi, rubri, folii aut Cinnam. Spicæ Indicæ, Caryophyll. ana drac. j Zingib. Cubebarum, Piperis longi an. drac. j. ß. Moschi scrup. ij. Excipe cum Mellis crudi lib. j. vnc. vj. coque, F. Electuarium in

vase

vase vitreo conseruandum. Dosis drac.j. ad ij. Diamoschum amarū eiusdem: Recipe Croci, Doronicæ, Zedoariæ, ligni Aloes, Macis ana drac. j. Margar. albarum Setæ crudæ tostæ, Charabe, Coral. rub. an. drac j.ß. Galliæ Mosch. Ocymi citrati drac.ij.ß. Been albi, rub. folii, Spicæ Indicæ, Caryoph. an. dra. j. Zingib. Cubebarum, Piperis longi ana drach. j.ß. Moschi scrup. j. Absinth. Ros. rub. ana drach. iij. Aloes lotæ drach. iiij. Castorei, Ligustici ana drach. j. Cinnam. drach. j.ß. Excipiuntur mellis quantitate sufficienti.

Electuarium Diapœonias: Recipe Rad. Pœoniæ vn. j. Macis, Spicæ Indicę, Croci, Coralli rub. Margar. non perforat. Masticis an. drac. ß. Myrtillorum verorum drac. j.ß. Cinnam. Nucis Mosch. Caryophyl. folii, Zing. Piperis lōgi, Cardamo. gr. parad. an. drac. ij. Glycirrh. dra. v. Anacardii, drac. j.ß. Moschi, Ambræ ana gr. vj. Sachari albissimi q. s. Fiat confectio in tabulis, in æstate. In hyeme vero, adde speciebus triplum mellis despumati, & conficiatur Electuarium.

Pleres Archonticon Nicolai Recipe Cinnam. Caryoph. ligni Aloes, Galangæ, Spicæ Indicæ, Nucis Mosc. Zingiberis Spodii. Schœnanthi, Cyperi, Rosarum Violarū an. drach. j. gr. xv. Macis, Glycirrh. Masticis, Styracis, Maioranæ, Menthæ aquaticæ, Cardam. Piperis lōgi, albi, sem. Basilici, Bacc. Myrti, cort. Citri ana scrup. ij. gr. v. Margar. Been albi rubri, Coralli rubri, Serici vsti ana scrup. j. gr. ij.ß. Moschi gr. vij.ß. Camphoræ gr. v. Syrupi Rosati Sach. albi ana vnc. viij. Fiat Electuarium. Seruetur in vase fictili vitreato per annos duos.

Diathamaron Nicol. Recipe Antophyll. Zingiberis ana drach. v. scrup. j gr. xvj. Cinnam. carnium Dactyl. Caryophyll. ana drach. iiij. scrup. j gr. xvj Galangæ, Spicæ Indicæ, Zedoariæ, Costi albi Aromat. Pyrethri, Coralli rub. Rhapont. Spicæ Celticæ, Tragac. Anacard. ossium Dactyl. Carpoballsami, Anisi, Bacci Iuniperi, Trium Piperum an. drac. j. scrup. ij. gran. viij Margaritar. integrar. ana scrup. ij. Blattæ Bizātiæ scrup. j. Limaturæ Auri, Argenti aut fol. oss de corde C. ana scrup. ij.ß. Rasuræ Eboris Moschi ana scrup. j. gr. vij. Ambræ scrup. j. Mellis q. s. Fiat Electuarium. Dosis drach. iij. mane vel vesperi cum vino.

Puluis Dysentericis eximiæ virtutis.

℞, Succini.

Sanguinis Draconis.

Lapi-

Lapidis Hæmatit.
Corallorum Rubeorum.
Sem. Portulacæ.
Plantaginis.
Anthoræ.
Rad. Tormentillæ.
Terræ Strigensis ana vncias duas.
Balaustiorum vnciam j.
Nucistæ numero quatuor.
Cinnamomi vnciam semis.
Croci Martis.
Talcis calcinati.
Matris Perlarum calcinat.
Ossium microcosmi calcin. ana vnciam j.

Lapides in Porphyrio in tenuissimum pollinem conterantur, postea ex omnibus reliquis tenuissime tritis, & inuicem mixtis fiat puluis.

Vires, vsus & Dosis.

In omnibus dolorificis alui profluuiis, cuiuscunque originis & diuturnitatis.

Dysenteria.
Lienteria.
Hæmorrhagia narium.

In muliebribus sanguinis profluuiis quantumuis magnis & contumacibus, etiam in prægnantibus. Sedatur enim ilico in quibusdam, in aliis repetenda eadem Dosis horis aliquot post, longe à pastu, aut die sequenti in aurora, rarissime tertio repetitur, fœminis eo malo quantumuis graui liberatis.

Dosis à drachma vna ad drachmam j. & semis etiam ad duas drachmas, cum vnciis tribus vel quatuor liquoris stillatitii, Plantaginis.

Aqua præstantissima ad omnia vlcera pulmonum, item & ad Pthisin: Recipe spec. elect. resumpt. Diatragacãt. frigidi, Diapænidii, Diacoralli an vn. ß. Trochis. de spodio, de Terra Sigilla ana drach. vj. Cons. Ros. Rub. Simphyti maioris, Flor. verbasci ana vnc. j. sem. Berber. Plantaginis, Melonum, cuscutæ, papaueris albi, Citro-

Citoniorum ana drach. x. contusis omnibus crassiuscule macerentur per 4.dies ac noctes in Aq. Veronicæ, Buglossæ, Scabiosæ, Plantaginis, Simphyti maioris ana lib.ß. Deinde fortiter exprimantur, & destillentur per cineres: Huic aquæ destillatæ adde Tincturæ Corallorum, Magisterii Perlarum ana drach. iij. Butyri seu lactis Sulphuris vnc.ß. Misceantur. Dosis vnc j.ß. vel per se, vel admixta vn. ß. Syrupi Myrtillorum, aut de Rosis siccis, de qua vtendum ad pluscu-los dies.

Tabellæ contra palpitationem cordis: Recipe oss. de corde cerui Num. viij. ossis cran. humani scrup. j. conterantur super marmor cũ aqua Rosar. q. s. addendo Corall. rub. præp. vel Magist. Corall. drac. j. Magisterii Perlarum drach. j. ß. Santali rubei gr. xvj. sach. albi lib. j in Aq. Rosarum redolentiss. dissolut. q. sufficit F. Tabellæ Cardiales.

Tinctura ad tremorem cordis: Recipe Mithridat. opt. drach. j. Theriac. opt. Rad. Angelicæ ana scrup. j. Zedoariæ scrup. ß. Diambræ, Diamoschi ana gr. vj. Lætitiæ Boli gr. iiij. succini albi, Coral. rub. præpar. solutionis Perlarum ana gr. viij. vini albi opt. lib. j. Aquæ Rosa. vnc. ij. Sachari vnc. iiij. Olei Cinnamomi gut. viij. Fiat Tinctura secundum artem.

Elixyr vitæ: Recipe pulueris Moibani vnc. ij. sem. Petroselini, Pimpinellæ, fœniculi, Anisi ana vnc. ß. scordii puluerisati drach. vj. Digerantur aqua Cinnamomi & destillatæ Angel. ana lib. ß. Digestione peracta destillentur, ex fæcibus fiat A kali cum aqua scordij, in destillato soluantur, Salis Absynthii, Salis scordii singuli Sicilici, Salis quaiaci drach. j. Liquoris Coralliorum, Margaritarum ana vnc. ß. Tincturæ Croci scrupulus ß. Liquoris Solis scrup. j. Essent. Sachari vnc. iij. in Aq. Flor. Tunicis lib. ß. solutæ; Stent in Circulatione donec vniantur.

Elixyr confortans: Recipe aquæ destillatæ caponis, sang. Satyri ana lib. j. ß. Essentiæ carnis Gallinaceæ, Essentiæ panis, ana vnc. iij. liquoris Margaritarum vnc. ß. liquoris Solis scrup. j. spiritus vini vnc. ij. aquæ Cinnamomi vn. j. Sachari opt. depurati q. s. Fiat Elixyr magnum instaurans.

Elixyr vterinum: Recipe castorei lib. ß. Croci vnc. ij. Extrahe Tincturam cuiusque seorsim spiritu vini, & separa spiritum ad remanétiam extractorum, quibus mixtis adde extractionis Artemisiæ

vnc.iiij.Salis Matris Perlarum vnc.j. Oleorum ſtillatitiorum, Angelici, Aniſi, Succini ana drach.ij. Digerantur mixta omnia per octo dies. Doſis huius mixti Elixyris eſt ſcrup.j. ad ij ingruente paroxiſmo hyſterico illico ſanantur. Quod ſi ſingulis menſibus appetentibus menſtruis æquali doſe vtantur, non reuertetur morbus.

Medicamentum ſpecificum omnium ſeptem membrorum principalium.

Conſerua membra principalia, ait Paracelſus, & non facile mors eueniet, nam abſque membri principalis conſeruatione non poteſt curari morbus. Si enim vitam velis conſeruare, non ſolum cor in ſuo eſſe conſerues, ſed etiam Cerebrum, Hepar, Pulmonem, Lienẽ, Renes & Fel. Nam quamuis Cor ſit centrum ipſius corporis atque radix, tamen quodlibet membrũ principale deſtructũ adfert mortẽ.

℞. Olei ſuccini ter vel quater per aquam Maioranæ rectificati
Spiritus Vitrioli veri. (drach. ij.
Salis Cranii microcoſmici ana vnciam ſemis.
Tincturæ Croci Orientalis.
Granorum Alkermes ana drach.ij.
Salis Margaritarum.
Corallorum ana vnc.j.
Olei Cinnamomi & Maceris ana drach.ſemis.
Lactis Sulphuris vnciam j.
Extracti Spodii vnciam j.ſemis.
Magiſterii Tartari vnciam j.
Antimonii Diaphoretici vnciam ſemis.
Tincturæ Croci Martis.
Chelidoniæ.
Rhabarb.ana vnc.ſemis.
Liquoris Chryſtalli.
Calculi microcoſmi ana vnciam j.

Cum extracta & inſpiſſata Theriacæ Eſſentia, melle Iuniperino, conſerua Roſarum addendo pro libitu Saccharo Roſaceo, redigantur omnia ſupradicta diligenter mixta in iuſtam Electuarii conſiſtentiam, addita Moſchi & Ambræ ana drach.j.

Propter Ventriculi Sympathiam cum reliquis membris addantur drachmæ duæ Olei Vitrioli Veneris, cum drachma ſemis olei Nuciſtæ deſtillati.

Vſus

Vsus huius medicamenti in deploratis morbis, vbi nec ægroto, nec ipsi medico constat de genere seu morbi specie. *Vsus & Dosis.*

Et quia in omnibus morbis internis necessario vnum (si non plura) ex illis septem membris afficitur, poterit etiam in omnibus ægritudinibus tutissime exhiberi. Absq; membri enim principalis conseruatione non potest curari morbus.

Dosis à gr. 5. 6. 7. vsque ad 10. in vino vel aqua Carduibenedicti, vel appropriata, secundum septem membra.

Puluis Cachecticus Quercet. Recipe limaturæ Chalybis in tenuissimum Alkohol per aquam simplicem redactæ, vel cum Sulphure calcinatæ, vt artis est, vnc. j. Fæculæ rad. Aronis drach. j. ß. Ambræ Griseæ, drach. j. ß. Essentiæ Corall. Margarit. ana drach. ij. Succini præparati, Cinnamomi ana scrupulos iiij. Sachari quantum sufficit, fiat puluis gustui gratus & accommodatissimus. Dosis semicochleare Argenteum mane.

Tragea ad omnes pectoris affectus: Recipe spec. Diaireos, Diatr. frigidi ana drach. j. ß. Pul. rad. vngulæ Caballinæ, summitatum Hyssopi, sem. Vrticæ ana scrup. iiij. Pulmonis vulpis præparati drach. ß. Flor. Sulphuris opt. præparat. drach. j. ß. Essentiæ Margaritarum, Coralli ana drach. j. Sachari violat. q. s. Misce fiat puluis, vel si velis, Electuarium, vel tabulas concinnabis. Puluis est excellentiss. ad omnes Pulmonum affectus, Asthma, spirandi difficultatem, Tussim, Phthisin & vlcera pulmonum, &c.

Confortatiuum Paracelsi: Recipe Auri potabilis, materiæ Perlarum ana drach. j. Essentiæ Antimonii, Essentiæ Sulphuris ana vnc. ß. Misceantur. De miscella singulis haustibus præbe scrup. j. & semis quibusuis horis dosin itera.

Idem tom. 4. tract. 2. cap. 3. pag. 75. ait: Materia Perlarum, est earũ succus, potabilis, & ingeri aptus, adeo roborans confortansq;, vt inter pretiosa simile non habeat. In succum autem rediguntur ita. Recipe destillati & optime depurati aceti lib. j. Aquæ vitæ circulatæ lib. ß. Perlarum mundatarum vnc. iiij. terantur subtilissime, & vna permisceantur ceteris. Digerantur per circulatorium mense vno, & materia Perlarum in fundo residebit instar liquoris grauis. Eo facto, sensim aquas ceteras effunde, & succum collige. Pro vna vice da gr. v. ter in die. Et si vero huius parandi aliæ quoque

eæque plures normæ ſint, hæc tamen dicta optima & vtiliſſima eſt.

Laudanum Paracelſi in morbis diſſolutis ac deploratis. Recipe Orizei foliati, ſiue Auri fol. Margaritarum non perforatarum drac. ij. Aſphalti, Flor. Antimonii ana drac. ß. Croci Orientalis drach. j. ß. Myrrhæ Romanæ, Aloes Epatici ana ad pondus omnium. Reduc in formam. Doſis gr. iiij. vij. ad x.

Medicamentum Paracelſi ad curam Expulſionis morborum accidentalium: Recipe florum ſectarum vnc. j Foliorum Dauræ vn. v. Eſſentiarum Auri, Perlarum ana vnc. ß. Q. Eſſentiæ Croci, Chelidoniæ, meliſſæ, ana drac. v. Mixta ſimul omnia ſecundum Artiſtarum morem, & in compoſitum vnum, organis vitreis ad vſum vt decet ſerua.

Medicamentum in ſuffocatione & præcipitatione Matricis: Recipe Alcool vini vn. vj. Margar. non perforat. vnc j. ß. Corall. rub. drac. j. liquoris de colchotar ſcrup. ij. Fiat mixtura. Doſis ſcrup j. ß.

Confortatiuum cordis ac Hepatis Paracelſi: Recipe liquoris Orizei drach. ß. liquoris Perlarum Orientalium drach. ij. Alcool vini Eſſenſificati ad pondus omnium. Reduc ad formam. Doſis gran. iiij. ad x.

Medicamentum Paracelſi ante paroxyſmum febrilem: Recipe Alcali extracti à Citrinolis vnc. xv. Aq. Albuminis Ouorum vnc. iij. Perlarum non perforat: vnc. ß. Reduc ad digeſtionem per menſem: Huius ſucci ſeparati Recipe gr. vj. cum aqua Valerianæ ante paroxyſmum.

Medicamentum eiuſdem in dolore capitis: Recipe Corall. præpar. dra j. Margarit. non perforat: ſcrup. ß. Aquæ Roſarum, ſemperviuæ ana q. ſ. pro incorporatione, vt in cataplaſma redigatur.

Diaxylo Aloes Meſ. Recipe ligni Aloes crudi, Roſ. ana vnc. j. Caryophyl. Spicæ Indicæ, Macis, Nuc. Moſch. Galliæ Moſch. cubebarum, cardamo: maior. minor. Maſticis, Cinnamo. ciperi roton. Schœnant: Zedoar. Been albi, rubri ana vnc. ß. Macis, ſerici crudi toſti, Margarit. Corall. rub. Carabe, fol. Citri, cort. Citri mali, Ocymi Caryophyll. Siſymbrii, Mēthæ ſiccæ, Maioranæ, Piperis longi, Zingib. ana drac. iiij. Moſchi boni ſcrup. j. Ambræ drach. j. ß. Mellis Emblicorum, Miuæ aromat. ana q. ſ. Fiat Electuarium, Doſis à drach. j. ad drach. iij.

Dia-

Diamargaritum calidum: Recipe Margaritarum non perforatarum, Pyrethri ana drach. j. Zingib. Masticheș ana drachm. iv. Zedoar. Doronici, sem. Apii, Cardamomi vtriusque, Nucis Moschatæ, Macis ana drach. ij. Been vtriusque, Piperis nigri, Macropiperis ana drach. iij. Cinnam. drach. v. Sachari q. s. Fiat Electuarium. Seruatur annis duobus vel tribus.

Diarrhodon Abbatis Nicolai: Recipe Santal. albi rub. ana drach. ij. ß. Tragacan. Gum. Arabici, Spodii ana scrup. ij. Asari, Masticis, Spicæ Nardi, Cardamo. succi Glycirrh. Croci, ligni aloes, Caryophyll. Cinnam. Galliæ Moschat. veræ, Rhabar. electi, Berberis sem. Anisi, Fœniculi, Basilic. Cucurb. Citrulli, Cucumeris, Melonis, Papau. albi, Scariolæ, Portulacæ, Lactucæ ana scrup. j. Margarit. Ossis de corde C. ana scrup. ß. Sachari Candi, Rosar. rub. ana vnc. j. drach. iij Caphuræ gra. xv. Moschi gr. iij ß. Syrupi rosati, Sach. albi ana q. s. Fiat Electuarium. Quod conseruatur per annum.

Diarrhodon commune Mesue: Recipe Ros. rub. drachm. xxx. Trochisc. Diarrhod. è Spodio, Glyzirrh. ana vnc. ß. Caryophyll. trium Santal. Galliæ Mosch. ana drach. iij. Spodii, Croci, Mastiches, ligni aloes ana drachm. ij. Asari, Spicæ Indicæ, Macis, Cardamomi ana drach. j. sem. Portulacæ, Lactucæ, Scariolæ, Cucurbitæ, Citrulli, Cucum. Melonis, Margaritarum albarum, Ocymi Caryoph. Rasuræ Eboris, Tragacant. Gummi Arabici ana drach. j. Caphuræ drach. j. ß. Moschi scrup. ß. Confice cum Syrupo rosato & aqua rosata. Dosis ad vnciam semis.

Diamargariton frigidum: Recipe sem. Citrulli, Cucurb. Melon. Cucum. Portulacæ, Papau. albi, Santali Moschatellini, Citrini, ligni aloes, Zingib. Ros. rub. Flor. Nymphææ, Borrag. Baccarum Myrti ana drach. j. Coralli albi, rubri ana drach. ß. Margarit. drachm. iij. Sachari q. s. Fiat Electuarium, seruatur duobus annis.

Electuarium ex Acetosa: Recipe Xyloaloes, Cubebarum ana vnc. ß. Ros. rub. Margaritarum, Santali Citrini, Auellanarum Indicarum ana drach. ij. Berberorum, sem. Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli ana vnc. ß. Oxalidis, Portulacæ, Buglossi ana drach. iij. ß. Spodii. Charabe, Gum. Arab. Tragac. ana drach. iij. Boli armeni drach. j. ß. Caphuræ drachm. j. Excipe succo Citri, aut Omphacii, coctione inspissato. Datur à drach. iij. ad vnc. ß. cum aqua frigida.

Electuarium contra Pestem Guidonis. Recipe Granorum Iuniperi drach. ij. ß. Garyophyl. Macis. N. Mosch. Zingib. albi, Zedoariæ ana drach. ij. Gentianæ. Tormentil. Herbæ Tunicæ, Dictamni albi, Aristoloch. rot. & longæ ana drachm. ij. ß. Saluiæ, Rutæ Balsamitæ, Menthæ crispæ. Rad. Chelido. ana drach j. Bacc. lauri, Doronici, Croci Orient. sem. Acetosæ, Citri, Ocymi, Masticis, Thuris, Boli Armeni, Terræ lemniæ, Spodii præpar. ossis de corde C. Rasuræ Eboris, Margaritar. præpar Corall. rub. Frag. Sapphyri, Smaragdi, ligni aloes, Santali Citrin. rub. Muscellini ana drachm. ß. Conser. Rosar. Buglossæ, Nympheæ, Theriacæ Elect. ana vnc. j. Sachari opt. lib. iij Dissoluatur Sach. cum aqua scabiosæ & rosarum, addendo Camphoræ scrup. j. misceantur omnia, vt est artis.

Electuarium cor calidum alterans ac refrigerans Heurnii: Recipe pul. Elect. Diamarg. frig. drach. j. ß. Margaritarum opt. præpar. scrup. j. Camphoræ vel Trochisc. de Camphor. scrup. j. Rad. Diptamni, Tormentillæ, Cort. Citri an. scrup. j. Conser. Buglossæ, Nenupharis, Rosarum vnius aut omnium ad copiam binarum aut ternarum drachmarum. Sachari albi dissoluti in aqua Ros. vel Borrag. quod satis fuerit, vt inde fiat Electuarium in Tabulis, vel additis Serapii, F. Electuarium liquidum.

Electuarium restauratiuum Ranzouii. Recipe conser. ros. vnc. j. Borrag. Violar. ana vnc. ß. Rad. Cichor. conditi, Cort. Citri conditi ana drach. iij. spec. Diarrhod. Abbatis scrupul. ij. spec. Diamb. drach. ß. Spodii, Corall. rub. præpar. Margarit. præpar. ana scrup. j. cum Syrupo Citri conditi, fiat Electuarium.

Conditum refrigerans & constringens stomachum imbecillum, conueniens à pastu: Recipe Myrobal. Emblic. in aqua Ros. ablutorum n. x. corticum Citri, cons. Rosarum antiquæ, Carnium Cotoniorum ana vnc. ß. Coralli rub. Margaritarum an. drachm. ij. spec. Diarrhod. Diacitoniten sine spec. calidis ana drach. ß. Sach rosati tabulati q. s. Fiat conditum, de quo capiat post pastum. Ad spiritus fœtorem additur Aromat. ros. & parum Moschi, & Diamoschi vel Ambræ.

Pilulæ Auicennæ ad matricem: Recipe Doronici, Zedoariæ, N. Moschatæ, Castorei an. drach. j. sem. Apii, Anethi, Margaritarum ana scrup. IV. Hyosciami gran. iij. Fiant Pilulæ cum Aqua Artemisiæ quantum sufficit.

Pilulæ eiusdem de Castoreo: Recipe Castorei, Galangæ, Zedoariæ, Nucis Mosch. ana drach. j. sem. Apii, Anethi, Margaritarum ana scrup. iv. Hyosciami gran. iij. Formetur massa cum aqua Artemisiæ. Vtero conferunt, impeditas menstruas purgationes eliciunt.

Manus Christi Perlata: Recipe Sachari clarificati libr. j. Aquæ Rosarum lib. ß. Margaritarum minutissime tritarum vnc. ß. Sacharum & aqua rosacea simul coquuntur, dum aqua euanescat, & Sacharum iustam crassitiem consequatur: in fine Margaritæ adduntur, atque super marmor, vel tabulam farina stratam, infunditur, & rotulæ formantur. Medentur deiectis viribus, ardentibus febribus, & imaginationes falsas abolent.

Morselli confortantes Langii: Recipe pinearum præparatarum drach. iij. Amygdal. dulcium drach. ij. ß. Cinnam. electi scrup. v. Garyophyll. drach. ß. Macis scrup. j. Phisticorum viridium drach. j. ß. Zingib. albi, incisi scrup. ij. Margaritarum præparat. scrup. ß. Fol. Auri num. iv. Sachari albi in aqua ros. dissoluti vnc. vij. Fiant Morselli quadrati secundum artem.

Confectio eiusdem confortans: Recipe pinearum præparat. vnc. j. ß. Phisticorum virid. drachm. vij. ß. Fol. Auri num. xv. Margaritarum præpar. scrupul. j. ß. Sachari in aqua rosarum dissol. vnc. xij. Fiant Tabulæ quadratæ s. a.

Puluis roborans gingiuas, & dentes confirmans, Fumanelli: Recipe Coralliorum rub. Margarit. Sang. Draconis, Boli Armeni, Thuris, Cort. Cancrorum ana part. j. Misce & Fiat Puluis.

Aqua ad Phthisin Fiorauanti: Recipe conseruæ, Borraginis, Violarum, Rosarum ana vnc. j. ß. Ireos, Helenii ana vnc. ß. Elect. de gemmis sine speciebus, spec. Diarrhod. Abbat. spec. Triasantali absque Camphora, spec. Diamargari. frigidi ana drachm. ij. Margaritarum perforatarum, Coralliorum, Succini ana drachm. j. passularum, ficuum, Myxorum, Glycirrhizæ ana drachm. vj. Pinear. mundatarum, Amygdal. dulcium ana vnc. ß. Gummi Tragacanthi, Gum. Arabici ana drachm. ij. sem. Anisi, Fœniculi, Vrticæ, quatuor sem. frig. com. sem. papau. albi ana drachm. j. Sigilli Lemnii, Boli Armeni, Rosarum siccarum ana drachm. iv. Aquarum Pimpinellæ, Tussilaginis ana vnc. iv. Decoctionis Limacum

Can-

Cancrorum, Gallinarum ana lib. j Carnis vnius capi iuuenis, carnis vnius perdicis, micæ panis in vino odorato infusi ana q. s. Sachari albissimi lib. j. Fiat destillatio.

Aqua ad Melancholiam Sauanarolæ: Recipe Zedoariæ, Doronici, Cort. Mali Citri, Macis, N. Mosch. ana drachm. ij. Coralli rub. Succini, Limaturæ Eboris ana scrupul. ij. Been albi & rubri, Caryophyllorum, Zingiberis, Piperis longi, Spicæ, Folii, Croci, Cardamomi ana drach. j. Trochiscorum Diarrhodonis, Agallochi ana drach. ß. Cinnamomi, Galangæ, Zurumbet ana drach. j. ß. Fol. Auri, Argenti ana aur. j. Margaritarum drachm. iij. Frag. Saphyri, Hyacinthi, Smaragdi ana drach. ß. Moschi drach. ß. Ambræ drach. ij. Myrobal. Emblicorum vnc. v. Rosarum vnc. j. Hæc omnia optimo vino macerata octo horarum spatio, destillatione excipiuntur. Conuenit iis, qui absque manifesta causa tristantur: qui capite tremunt, aut corde, quibus solitudo expeditur.

Infinita sane possem dare exempla, veluti & supra in 5. parte Basil. Chymicæ multa extant recepta, quæ capiunt Margaritas vt ibidem videre est &c. Sed hæc sufficiant de perlis, sequitur cap. 23. de Crystallis.

CAPVT XXIII.

De Crystallo.

Crystallus quid sit?

CRystallus (Germanis, Crystall. Italis, Crystallo. Gallis & Hispanis, Crystal) secundum Paracelsum tom. 6. pag 292. est Lapis albus, transparens, glaciei persimilis. Ab aere & frigore ex ceteris saxis sublimatus, extractus genitusque est.

Crystalli ex aquis.

Tom. 8. pag. 158. inquit: Crystalli nascuntur ex aquis. Cum materia ipsorum ita comparatum est, vt in seipsis contineant spiritum coagulationis, à quo etiam coagulantur velut à frigorificis & glacialibus stellis aqua, (vti videre est tom. 8. lib. 2. Philosophiæ text. 4. pag. 63.) Qua ergo ratione spiritus coagulationis sese habet in locis fructuum aquæ: Ita se etiam habet in stellis glacialibus. Is spiritus si suo tempore in aquam incidat, ipsam conglaciat atque coa-

gulat. Quod autem non duret ac constet, hæc causa est, quod aqua illa non sit corpus, quod coagulatum esse debeat, sed potius resolutum cuiusque tinctura hoc loco nihili sit. Si autem materia gemmarum præsto esset nondum coagulata, tunc ibi cito coagularetur coagulatione solida & durabili.

Tom. 7. lib. 1. cap. 2. pag. 6. ait: Aridissima vis Crystalli & humidum coagulatum, & in administratione sua, quicquid superat, transmutat & cogit in humidum coagulatum, id quod denuo resoluitur, quemadmodum glacies. *Crystallus esi humidus.*

Tom. 8. lib. 3. pag. 31. dicit: Crystallus emittit ignem, non ex natura ignea, sed ex soliditate ac duritie. Idem in se etiam cætera Elementa condit, non essentialiter, sed materialiter, ignem nimirum ardentem, auram spirantem, aquam humectantem, terram nigram ac siccam. Præter hæc omnia in permixtione suarum qualitatum colores omnes idem possidet, in ipso tamen absconditos, sicut ignis in chalybe latet, qui nec vrendo nec splendendo, nec colorem iactando se prodit. Et hoc ipso colores omnes, omniaque Elementa in re qualibet insunt. Quomodo autem omnia in omnia hoc modo perueniant & penetrent, si quis sit, qui scire satagat, is credat hæc omnia fieri & accurari ab vnico illo, qui rerum omnium fabricator & Architectus est. *Crystallus in se continet 4. Elementa. Crystallus omnes colores possidet.*

Idem tom. 8. lib. 2. Philos. textu 4. pag. 63. inquit: De Crystallis ac Berillis sciendum est velut & de Citrinis, quod generentur ex stellis niualibus, niuem gignentibus, hoc modo. In stellis niualibus vis coagulationis tam valida inest, vt interdum naturæ duplicis sint, hoc est, vna eademque stella & niuem & congelationem in se contineat, adeoque duplex sit. Quæ ergo talis stella est, vim congelandi simul & niuem producendi adepta, ea perfacile Crystallum, Citrinum & Berillum generat. Nam si nix cadit, & frigus comitatur, locusque ad hæc in globo datur vt boreas prædominetur, ac Sol seu solaris natura fortiter non regnat, tunc aqua, quæ in niue cōcomitatur, in lapidem coagulatur. Ista autem aqua si in media via dum nix cadit, ab intenso concurrente frigore corripiatur, ex illa lapides fiunt prius, quam in globum cadant. Itaque reperiuntur granula magna vel parua, prout frigus niuem in cadendo corripuit. Si vero tam subitanea correptio non fiat, sed nix in terram *Crystalli & Berilli quomodo gignantur.*

decumbat: frigus omnem aquam, in niue contentam, quæ nix non est, in centrum vnum versus terræ fundum cogit & compellit, & coactam illico in glaciem coagulat: quæ tamen non, vt congelata alia, iterum eliquescit, ideo scilicet quia ex aqua niuali orta est, nec iterum resoluitur. Ceteræ vero aquæ, quæ congelantur, etsi parum niuales essent, nix tamen simul resoluta est. Quod hic fieri non debet, verum aqua ex niue extrahenda est. Et quod nix maneat, id per stellam tantum niualem fit, in qua vis congelationis etiam subsistit, ita, vt, quo terræ loco conueniunt, nix non eliquetur, sed ad finem intentionis aut operationis perueniat. In niuibus huiusmodi fiunt lapides vt Crystalli, &c. Puri simul ac obscuri, hac ex causa, quia SS. Mercurii & Sal sese clarificarunt & depurarunt. Persæpe etiam huiusmodi Crystalli, Berilli & Citrini in illis locis reperiuntur, quod niuales non sunt. Cuius euentus causa hæc est, quod in superioribus regionibus illi coagulati sint, & tales deciderint. Et nihil sunt aliud, quam coagulata aqua niualis. Forma autem ac species & anguli induntur, prout Sol in ipsis vel subtile vel crassum exsistit.

Idem Paracelsus de natura Crystalli, eiusque præparationibus sic tradit, tom 6. pag. 183. Crystallus hanc naturam habet, vt mulieribus propinatus ad intra, generet lac abundanter.

Gemmarum præparatio à Diaphanitate.

Præparatio Gemmarum quadruplex est. Prima per reuerberationem. Secunda per calcinationem. Tertia per eleuationem, & quarta per destillationem.

Fœmina opus habet plus libr. 1. Crystalli, antequam lac sentiat. Itaque præparato Crystallo opus est.

Reuerberatio Crystalli. Recipe Crystalli libram 1. Aquæ Entali libras 2. fiat mixtura per imbibitionem. Reduc ad reuerberationem per 24. horas. Sic ex lib. 1. relinquitur verto (est genus ponderis.)

Calcinatio Crystalli. Recipe Crystalli vncias 4. Masticis, Colophoniæ, Sulphuris, ana vncias duas. Reduc in Athanar. Dosis est drachma vna. (Athanar est furculus, in quo res vruntur.)

Ele-

Eleuatio Cryſtalli. Recipe Cryſtalli vnciam vnam, Salis Armoniaci vncias tres, reduc in puluerem ad ſublimatorium.

Sublimatio hæc quinquies vel ſexies iteranda, & Cryſtallus ſemper adimendus eſt: Recipe huius eleuati Cryſtalli vnciam ſemis, Aquæ communis deſtillat. vncias 4. Reduc in Alcali. Doſis drach. ſemis.

Deſtillatio Cryſtalli. Recipe Cryſtalli eleuati vnciam vnam, Aquæ Nitri & Aluminis ſine deſtillatione, ana vncias duas. Reduc in digeſtionem ad dies 3. vel 4. Deinde deſtilla, & deſtillatum coagula, coagulatum reſolue.

Coagulatio fieri debet ſuper ignem lentum ac paruum. Coagulatum hoc ſi ponatur in cellam, abit in aquam, quæ eſt vltima Cryſtalli præparatio. Doſis ſcrupulus j. Et ſic de omnibus gemmis pretioſis præparatio, vt in Cryſtallo.

Additiones pro generatione lactis Cryſtallorum: Recipe huius Cryſtalli præparati drachmas duas, de ſpermate cæti, ſem. Lactucæ drach. iiij. & ß. Fiat puluis cum adminiſtratione aquæ amygdalarum. Hactenus Paracelſus, nunc & alios audiemus.

Aſſerit nonnullus talem in modum de Cryſtallis, dum inquit: Cryſtallus gignitur ex humore omnium puriſſimo, in terræ viſceribus condito: Vnde etiam Berillus, Adamas, & alii id genus lapides proueniunt. nec non in marinorum, aliorumque lapidum, & metallorum fodinis Germaniæ, Scythiæ, Cypri, Hiſpaniæ, ſæpe in agris, vbi Coloni aratro ipſius glebas effodiunt. Idem facit, quod fere gypſum aſtringendo; eoque in puluerem tenuiſſimum tritum, ex vino auſtero Dyſentericis opitulatur: Nec non alba vteri profluuia compeſcit, lac nutricibus auget, quin etiam cauterium ex pila Cryſtalli fieri ſolet, quo delicati homines, qui ferrum candens reformidant, vtuntur. Ex ea etiam non tantum calyces, vaſa, armillæ & alia pleraque elegantiſſima fiunt opificia, ſed etiam medicamenta quædam parantur. Eius puluis vnguenti Citrini compoſitionem ingreditur, ad dentifricia commendatur, & alia medicamenta ornatui inſeruientia.

Iatrochymia noſtra ſic deſcribit Cryſtallum: Ad lapides quoque

 pre-

pretiosos referuntur Crystalli; quorum magnus est vsus in medicina, præsertim si chymice & dextre præparari possunt. Virtus eorum maxime consistit in Tartaro resoluendo, calculoque expellendo. Præparantur autem ex eis hæc maxime medicamenta: Sal, Oleum, Magisterium & Tinctura, eodem fere modo, quo ex lapidibus pretiosis: vna opera simul perficere sic potes. Crystalli subtilissime conteruntur, & vel æquali nitri, vel duplo sulphuris pondere commixti in calcem aduruntur: Hæc deinde ex aqua pluuiali stillatitia lauatur aliquoties: rursusque siccatur: postea spiritu vini perfunditur, maceraturque: tum extillatur rursus, & quod in fundo remanet, iterum calcinatur, lauatur, destillaturque toties, donec in vino eliquescat niuis instar: Tandem incoquendo Sal prouenit, quod in loco humido resoluitur in oleum: si salem ab acredine vindicaueris, digeres postmodum cum aqua Petrosilini, tandem exsiccabis, & habes Magisterium: si Tincturam eius mauis, id fiat necesse est cum spiritu Therebintino. Dosis Magisterii est scrupulus semis ad integrum. Tincturæ guttæ octo ad duodecim. Oleum per deliquium factum valde probatur ad podagricos dolores exterius tanquam topicum exhibitum: Alii interne etiam commendant à drach. semis ad integram potui assumpta, singulare erit remedium ad Renum & Vesicæ calculos atterendos, comminuendos, expellendosque, & vrinam promouendam, ex aqua Carduibenedicti datur: nec non ad lac muliebre augendum ex lacte Amygdalarum: quamuis idem etiam crudus, in tenuissimum puluerem redactus, eodem pondere, ex eadem aqua vtiliter exhiberi possit. Ad hunc modum oleum per deliquium ex gemmis paratur. Ex sarda quidem & hæmatite ad sanguinis profluuia: Ex Saphyro ad insaniam, pestilentiam, carbunculum, cordis palpitationem: Ex granatis autem, ad tremorem eius, sputumque sanguinis.

Sal, Oleũ, Magisterium, & Tinctura Crystalli.

Beguinus sic procedit cum Crystallo dum dicit, Crystalli calcinatio hæc est: Crystallum per sex horas, in crucibulo reuerberatum, reduc in puluerem subtilem: & misce cum ana salis Petræ: & denuo reuerbera igne vehementi, horas octodecim. Fusum proiice in aquam cœlestem: & quod indissolutum manserit, exsicca & reduc in Alkohol. Deinde cum eadem aqua coque donec

donec instar pultis inspissetur: & expone super partes vitri, in calido vt exsiccetur: iterumque reduc in Alkohol: & si volueris, pone in humido, vt dissoluatur. Si quid indissolutum remanserit: repetita calcinatione cum nitro & aliis, vt supra, fiat solubile. Dosis guttæ tres vel quatuor, cum ana olei Iuniperi contra Calculum Renum & Vesicæ.

Hic processus sic euadit correctior. Crystallus primo ignescat in tigillo, postea ignita, proiiciatur in Scutellam aqua frigida plenam, vt facilius in puluerem dilabatur: vel comburatur prius puluerisata, cum Sulphure communi in igne rotæ in catino cooperculato, donec Sulphur totum difflagret, auctioris ignis gradibus (nota, Recipe Sulphuris partes duas, pulueris Crystalli partem vnam) postea aqua dulci calx eluatur, quæ exsiccata tritaue cum ana Salis Nitri purificati misceatur, denuoque in catillo cooperto igne rotæ tamdiu calcinatur, vt simul fundantur. Vbi refrixerint exempta ex igne, puluerisentur cum aqua feruenti pluuiali coquantur, donec instar pultis inspissetur, & expone super partes vitri in calido hypocausto, vel super furnum, vt exsiccetur: Iterumque reduc in Alkohol: Tandem pone in humido, vt in deliquium abeat in cella, in vase vitreo vel tabula vitrea: Et si quid indissolutum remanserit: repetita calcinatione, vt supra, fiet solubile: verum calcinatio cum cautione adhibenda, quia valde corrosiua.

Dosis eius, guttæ tres vel quatuor, in vehiculo appropriato, vt aqua Petroselini, Saxifragiæ, Raphani, Iuniperi, Ononidis, &c.

Præparatur ẽt in hunc modum Crystallus: candefac Crystallum clarũ & ponderosum, eumq; extingue in aceto destillato bis vel ter, donec minimo attactũ in puluerẽ redigatur. Tum misce cũ ana Salis Petræ, & igne rotæ per octodecim horas ad fluxum vsque reuerberãdo coge. Deinde multis ablutionibus, Sal fixum Salis Petræ extrahe: Exiccatã substantiam Crystalli exsicca & reduc in Alkohol: cuius Dosis est à scrupulo vno ad scrupulum vnum semis, cum supra dictis vehiculis. Prodest in Calculo, Gaduco & Dysenteria cum vino, sistit etiam fluxus albos vterinos, & fluxum cholericum ventris vel Cyriacum citissime & appropriate velut Bezoarticum præsens compescit, magnum etiam est secretum in Gonorrhæa; conducit et-

iam vberibus sterilibus: cum melle, vino aut iuscalo, lactis enim vbertatem & copiam valde promouet. Præterea si huius pulueris scrup. ij. cum oleo amygdalarum dulcium expresso exhibitus è vestigio prodest iis qui Mercurium sublimatum hauserunt, vt crudus & viuus postea secedat per corpus. Si quis hunc prædictum in puluerem magis subtiliare voluerit, digerat 24. horis in spiritu vinis & per retortam destillet: Quod remanserit, reuerberetur, vt supra digeratur & destilletur toties, donec maior pars cum spiritu vini ascenderit. Tum S. vini per destillationem Balnei separato, quod in fundo vasis hæret, ponitur in humido, vt in aquam siue oleum dissoluatur. Dosis à gr. 5. ad 15. in iisdem affectibus.

Arnoldus Villanouanus cum Crystallo facit tale Electuarium: Recipe conf. Nymphææ vncias, ij. Caulium Lactucæ ana drach. j. Coralli rubri, Crystalli, an. drach. iij Camphoræ drach. ß. sem. Agni Casti vnc. ß. cum Syrupo Myrtillorum F. Electuarium ad seminis profluuium, & Venerem minuendam.

Essentia Chrystalli præstantissima etiam hæc est: Chrystallus redigatur in pollinem; (id est pulueriseturin mortario ferreo) adde duplum Sulphuris, misce omnia simul terendo exactè, postea permitte conflagrare Sulphur in catillo per aliquot horas, puta 8. vel 10. Calcinato Crystallo affunde aquam vrticæ minoris, vt 6. digitis emineat, digere in Balneo vel fimo equino, diebus 14. vel pluribus, postea per retortam destilla ex arena, & magna pars Crystalli prodibit, fecibus relictis seu capiti mortuo denuo puluerisato affunde aquam Vrticæ, relinque in digestione ac destilla repetendo isthæc opera omnia donec totus Crystallus transcenderit, nihilque in fundo cornutæ remanserit, (prodibit Essentia alba Crystalli) extillato iniice parum Salis fusi puluerisati, ac in tranquillo loco relinque: videbis Essentiam Crystalli separatam ab aqua, superiorem partem occupante, aquam prudenter aufer, & recentem dulcem pluuiam nempe destillatam subinde Crystallis affunde donec omnis salsedo extranea fuerit ablata, & Crystalli oleum dulce fiet; Dosis eius est à scrupulo vno, ad scrupulos quatuor cum vehiculis superioribus dictis.

Aqua

Aqua seu spiritus Vrticæ sic fit : Vrtica recens contusa ponitur in putrefactione cum parum Sale, postmodum destilla & euadet spiritus optimus ; (quod pungit in vrtica est Sal volatilis.)

Pilulæ ad vlcera genitalium membrorum, ex Lue Venerea. Recipe Theriac. ℈. iiij Masticis, Gummi animæ ana drach. j. sem. Maluæ, cort. & rad. Maluæ ana scrup. ij. Crystalli præparati drach. ß. Croci scrup. ß. Extr. Algekengi drach. j. Rhabar. drach. iij. Turbith. mineral. drach. ij. ß. extract. Cassiæ cum aqua Ros. q. s. Fiat Massa, in fine adde olei Nucis Moschatæ gut. iiij. Dosis gr. xvj. ad xxx.

Nota Crystallum pone per noctem in aquam Rosaceam postmodum per diem tere oculum male affectum hoc Crystallo & efficies sanum. Item, si Chrystallus puluerisatus fuerit in mortario æneo, postea vero fundatur, euadit in vitrum viridis coloris, facili etiam modo tingi potest.

Vt, recipe cinerem straminis frumenti vel segalæ, & ex eo fac lixiuium cum calce viua, bulliatque illud vsque ad consumptionem medietatis, cum quo distemperetur quilibet color, quo postmodum Crystallus adhuc mollis tingatur, in aquam frigidam immissus.

Sic autem fit mollificatio. Accipe Aluminis communis cum forti aceto triti, & cum eo cocti, in tantum, vt acetum euaporetur: teratur iterum illud, iterumque cum nouo aceto decoquatur, & exsiccetur; idque ad quartam vicem. Isthinc coagulatum hoc in fimum equinum calidum per dies ad minimum octo impone, dum in aquam resoluatur, in quam Crystallum immitte. Nonnulli & hoc pacto liquefaciunt. Fiat puluis subtilis è Crystallo, qui per dies decem imponatur in acetum, & in quod alumen commune primo dissolueris. Extracto vel euaporato aceto, exsiccato pulueri adde medietatem plumbi adusti, & absque difficultate liquefiet, ac liquefacto ad placitum vteris.

Notãdum hic etiam est: quod quidam Crystallum prius dephlegmare sciunt, deinde reuerberant cũ sale Tartari & sale Nitro, reuerberato dulcificant calcem ac persoluunt cum aceto soluto, & aceto abstracto, tandem cum S. vini essensificant, spiritu vero inde destil-

destillato, remanet Essentia Crystalli in forma Butyri, huic si reddatur suum acetosum phlegma, superius abstractum, redintegratur in genuinam Crystalli Essentiam, &c. plura si cupis lege Libauium lib. 2. Alchem. tract. 1. de Magisteriis cap. 28. pag. 80. 124. &c. & tract. 2. de extractis cap. 40. pag. 184. & cap. 37. 38.

CAPVT XXIV.

De lapide Bezoar.

BEzar vocabulum Indicum ac corruptum; Bezaar vocabulum Persicum; Belzaar autem vocabulum Hebraicum idem quasi Dominus veneni, à Bel, id est Dominus & Zaar quod est venenum: omnia hæc nomina attribuuntur huic lapidi: Ab Arabibus etiam Pazar à Pazan, id est, à hirco dicitur, ex eo quod in hirco hi lapides inueniuntur. Apud Persas & Carrasones hæc verba etiam sunt in vsu, Indi vocabulo vtuntur, quo lapidem hunc nuncupant, Bazar, (quod in eorum lingua forum significat) quasi dicas, lapidem forensem, per ἀντονομασίαν siue promercalem.

Ab hoc lapide Bezar nomen inuenerunt medicamenta venenis resistentia, quæ per excellentiam Bezardica dicuntur: vt Bezardicum Solis, Bezardicum Lunæ, Bezardicum Minerale simplex ac compositum, item & Acetum Bezardicum, Balsamus Bezardicus, &c. Est autem hic lapis inter omnes præstantissimus contra venena, eaque repellenda. Fallopius ait: Princeps est medicamentum in toto genere: Andernacus vero dicit, hunc lapidem præstantissimum ac diuinum Antidotum contra omne genus veneni. Conciliator Apponensis eum sic describit: Bezoar est lapis, qui illum lapidem habet, tutus est ab omni mortali veneno. Mizaldus ait: quosdam naturalium rerum indagatores hunc lapidem lacrymam cerui vocare, ac prætendere, quod in lachrymis oculorum crescat, inque hunc modum: Vermes coaceruari in inuolucris intestinorum cerui, & serpentum esu necari, quos spiritu narium ex cauernis elicit. Ne vero illorum virus ei obsit, ad fontes aquarum properat in quibus dum ad labra vsque mergitur, ex oculis lotæ stillant lachrymæ,

quæ

quæ viſcedine ſua in maioribus Canthis ad Nucis iuglandis magnitudinem concreſcunt, & quodam modo lapideſcunt. Vbi vero ſeſe veneno liberatum ſentit, aqua egreſſus, attritu oculorum ad arbores, tophum illum, viſus obſtaculum excutit: quem efficaciſſimum eſſe aduerſus venena, teſtes ſunt magnæ authoritatis & antiquitatis Medici quamplurimi. Talem gloriantur ſe vidiſſe Iulius Scaliger, & Annatus Luſitanus: traduntque, peſte correptis efficaciter dari cum vini momento. Nam tantus illius vi & præſidio cietur ſudor, vt pene totum corpus eliquari credas: quo vno peſtilens virus foras truditur.

Fallopius v. dicit hanc ſententiam, eſſe meram Phantaſiam, merumque mendacium. Quomodo autem naſcatur & inueniatur authores ſic verius deſcribunt. In Coraſone, & Perſia hirci quoddam genus, quod Pazam lingua Perſica vocant, rufi aut alterius coloris, & excurſu veloci, (Gartias ab horto ait: ego rufum, & prægrandem vidi Goæ) mediocri altitudine, in cuius ventriculo fit hic lapis Bezar, circum tenuiſſimam quandam paleam ſemper augeſcens, & veluti multis è tunicis contextus: Columellæ aut glandis plerumque, interdum alia, & alia forma, læuis magna ex parte, colore veluti ex viride nigricante. Inueniuntur exigui, & magni. Magni qui rariores ſunt, ab earum regionum illuſtribus viribus expetuntur. Quo enim maiores ſunt, eo valentioris eſſe facultatis ſibi perſuadent. Gartias dicit: Memini vnum habuiſſe, qui fere quinque drachmas penderet. Is in Luſitaniam delatus, vix ſexaginta quatuor Luſitanicis aureis vænit, cum tamen aliquando pluris hic emptus fuiſſet.

Verum non ſolum generatur hic lapis in Perſia, ſed etiam nonnullis Malacæ locis, & in inſula, quæ à vaccis nomen ſumpſit, haud procul à promontorio Comorim. Nam cum in exercitus annonam mactarentur iſthic multi prægrandes hirci, in eorum ventriculis magna ex parte hi lapides reperti ſunt. Hinc factum eſt, vt quotquot ab eo tempore in hanc inſulam appellunt, hircos obtruncent, lapideſque ex iis tollant.

Sed nulli Perſicis bonitate comparari queunt. Dextri autem adeo ſunt Mauritani, vt facile qua in regione nati ſint ſinguli Bezoar lapides diſcernere & diiudicari poſſint. Vt vero adulterinos à adulteri-

legitimis dignoſcant, manibus comprimunt, deinde ſpiritum inflant. Nam ſi aer aliquis permeat, adulterini iudicium eſt.

Vtuntur eo Indi, nos ſecuti, aduerſus deleteriæ facultatis medicamenta. Ormutz vero & Coraſone incolæ non modo aduerſus virulentorum animalium morſus vtuntur, ſed etiam aduerſus omnes melancholicos morbos. Opulentiores ſe purgant bis in annis, Martio videlicet & Septembri. A purgatione, quinque ſubſequentibus diebus continuis, hauriunt in ſingulas doſes, decem huius lapidis grana, macerata in ſtillatitio Roſarum liquore. Hoc remedio iuuentam & membrorum robur ſibi conſeruari dicunt. Solent interdum nonnulli ad 30. vſque grana ſumere, nimis ſane magna quantitate. Nam tametſi nullas noxias facultates in ſe contineat hic lapis, tutior tamen eius exigua eſt quantitas. Atque etiam parua quantitate exhibere ſolent in Ormutz: nec ſine periculo liberalius ſumi dicunt.

Eius vſus etiam præſtans eſt in morbis inueteratis melancholicis, veluti in mala ſcabie, lepra, pruriginibus, impetiginibuſque. Hac etiam ratione Quartanis conuenit. Viri deplorati, à medicis derelicti, vſu huius lapidis priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. Puluis eius vulneri impoſitus, à mortiferis animalibus ictos liberat. Iiſdem viribus pollet, apertis Carbunculis, in peſte impoſitus: Etenim venenum exugit. Tabellæ ex eo & aqua Roſacea parantur ad omne genus veneni. In ſumma prodeſt omnibus morbis contagioſis: peſti, morbillis, exanthematis variolis: Item animi deliquiis, palmo, longis mœroribus, affectibus Hyſtericis, & aliis pluribus malignis, de quibus vide N. Monard. Chriſtoph. à Coſta & Cluſium. Præparatus in Eſſentiam longe efficacior erit, quod tamen cuilibet ſuo iudicio relinquimus.

Arnoldus Villanouanus vtitur eo in puluere ad excitandam venerē, vt: Recipe ſem. Aſparagi, Satyrionis ana vnc. j. Bezoar, Been albi & rubri, Zingiberis an. drach. iij. ſem. Erucæ, ſem. Dauci, Ceparum, Vrticæ an. drach. ij, Sileris montani aſſi, vmbilicorum ſcincorum ana vnc. ß. Cardamomi drach. iij. Linguæ auis drach j. Sachari quar. j. tere, & per tempora dabis vnciam ß, cum lacte vel mulſa, ſero & mane.

Bolus Diaphoreticus: Recipe rad. Angelicæ vnc. j. Tormentillæ,

læ, Bistortæ, Gentianæ, Zedoariæ, Calami odorati, Zingiberis Cinnamomi, Galangæ, Garyophyll. ligni Aloes, Croci, rad. Enulæ, Bacc. Hederæ, Iuniperi ana vnc. ij. Cort. Citri drachm. vj. Scordii vnc. ß. Ambræ Griseæ scrup. j. Moschi gr. viij. puluerisentur omnia subtilissime, ponanturque in vitro idoneo & affunde spiritus vini lib. iij. & Theriacæ Androm. vn. ß. stent optime cooperta per dies xv. in B. M. postea filtretur, Tincturaque reseruetur vitro idoneo optime cooperto, deinde Recipe Boli Armeni lib. ij. Terræ Lemniæ veræ vnc. ij. Corall. rub. Margarit. præparatarum, lapidis Bezoar ana vnc. j. subtilissime puluerisentur, inque prædicta Tinctura infundantur per dies v. ter in die agitando, postea destilletur, destillatum reaffundatur: quod ter facies, tandem lentissimo ignis calore siccetur optime, & reseruetur tanquam pretiosissimus Bolus Diaphoreticus, ad omnes venenosos, pestiferos, & contagiosos morbos. Dosis grana vj. ad xij. sumatur omni sexta hora ex aquæ Carduibened. vnc j Syrupi pomorum redolentium vnc. ß.

Diascordium Cordiale Banisteri: Recipe Cinnamomi, Cassiæ ligneæ ana vnc. ß. Scordii drach. x. Dictamni Cretensis, Tormentillæ, Bistortæ ana drach. v. Styrac. Calam. drach. iiij. ß. Syrupi acetositatis Citri ana drach. ij. Gentianæ, Piperis longi, Zingiberis ana drac. ß. Boli Orientalis vnc. j. drach. vj. Terræ Lemniæ veræ, Terræ Samiæ, ana drachm. v Rasuræ Eboris C. Cerui, ligni Aloes, ana drach. iij. Margarit. præpar. drach. j. Cornu Vnicornu scrup. ij. vngulæ alcis, lapidis Bezoar ana drach. j. ß. Coralli albi & rub. præpar. ana drach. ß. Granatorum, Sapphiri, Smaragdi, Rubini præpar. ana drachm. j. Moschi scrupul. ß. Ambræ Griseæ gran. xij. Gummi Armoniaci in vino Maluatico dissoluti vnc. vj. Laudani Cordialis drach. ij. ß. Conf. Ros. rub. Extract. cum vino Maluatico lib. ij. mellis albi despumati lib. ij. ß. puluerisentur subtilissime, fiat confectio secundum artem. Præstantissimum est ad omnes ardentes morbos Saturninos ac febres pestilentes, ad morbillos variolat. Tussim, Rheuma, & sistendum omnem fluxum, ad conciliandum somnum, ad melancholiam & Cardiacam. Dosis drach. j. ad ij. puluis Cordialis eiusdem: Recipe Cornu Vnicornu drachm. ij. lapidis Bezoar. vnc. ß. vngulæ alcis drachm. j. ß. Cornu C. drachm. j. ossis de Corde Cerui, scrup. j. Succini albi drachm. iij. solut. Perlarum

Corall.rub.& alborum ana drach. ij. ß. Rasuræ Eboris drach. ij. ß. Terræ Lemniæ, Samiæ ana drach. v. ß. rad. Angelicæ, Tormentillæ, Bistortæ, Galangæ, Zedoariæ, Santali Citr.& albi, cort. Citri & sem. Citri ana drach. ß. Fiat puluis subtilissimus. Dosis grana vj. ad xij.

Aqua Bezoartica in omnibus morbis contagiosis, melancholia, lypothim, &c. Recipe rad. Angelicæ, Cassiæ ligneæ, Cinnamo. ana vnc.ij. Scordii drach.x. Dictamni Cretici, Tormentillæ, ana vnc.ij. ß. Gentianæ drach.iij. Zedoariæ drach. j. ß. Calami odorati drach.ij. Galangæ drach.iij. Zingib. Piperis longi ana drach. j. Aristol. rot. scrup.ij. ligni Aloes drach.ij. ß. cort. Citri scrup.iiij. Croci drach. ij. Baccar. Lauri, Iuniperis, Garyophyllorum, N. Moschatæ, Macis an. drach. j. Rasuræ Eboris vnc. ß. Corall.rub. præparatorum drach. ij. Cornu Cerui drach.ij. ß. Boli Armeni drach. j. ß. Terræ Lemniæ dra. j. Succini albi vnc. ß. Mithrid. vnc. ij. Theriacæ opt. vnc. ij. ß. puluerisata infundantur cum lib. x. ß. Vini rectificati in vitro optime clauso loco conueniente per dies octo destilletur in B. M. destillatum fortius p se seruetur, & addatur Boli Armeni vnc. ß. Terræ Lemniæ dra. iij. Succini albi drach. j. ß. Rasuræ eboris, Cornu Cerui, vngulæ Alcis ana drach. ij gran. Alkermes drach. iij Solut. Perlarum drach. ij. Coralli vtriusque ana drach. j. Cornu Vnicornu, ossis de Corde C. ana drach. j. Lapid. Bezoar vnc. ß. Cort. Citri, sem. Citri ana scrup. ij. Santali Citrini & albi ana drach. ß. Ambræ Griseæ drach. ß. Moschi gra. xij. Laudani Cordialis scrup. ij. puluerisata misceantur cum Mithridat. & Theriaca opt. ana drach. iij. stent infusa per dies xv. agitando semel quotidie. Tunc adde aquæ Rosarum lib. j spiritus V. tenuioris lib. j. in quo dissoluatur Sach. Crystall. lib. j. ß. Misceantur & stent adhuc per dies x. Tunc effunde clarissimũ & reserua. Tunc Recipe fœces è destillatione remanentes, simul ac eas, quæ remanent post Tincturam quibus adde Diascordei Cordialis lib. ß. Bulliat lento igne ad consistentiam Electuarii, quod serua vase clauso pro morbis contagiosis.

Tinctura florum Rorismarini ad omnes affectus melancholicos Banisteri. Recipe aquæ vitæ optimæ lib. viij. Florum Rorismarini M. iij. Cinnamomi vnc. ß. N. Moschatæ Garyophyll. Zingiberis, Macis ana dra. j. ß. Rad. Angelicæ, Galangæ an. dra. ij. ß. ossis de corde cerui, cornu Vnicornu lapidis Bezoar, Cornu Cerui, succini, an. a lb. scr. ß.

soluti: Perlarũ dra. j. Ambræ Griseæ scrup. ß. Moschi gr. viij. Fiat Tinctura, in fine adde Sachari Crystallini lib. j. Aquæ Rosaceæ lib. j. stent in sole per dies xx. filtra & serua.

Diaphoreticum & resolutiuum in Peste Paracelsi: Recipe vini ardentis correcti vnc. x. spec. de Bezoar, Lithontripon Ducis ana vnc. ß. Theriacæ Alexandr. Mithridat. selecti ana vnc. j. ß. Misceantur. Dosis ab vnc. j. ad vnc. iij. per Cohob, pro natura infirmi, & iudicio præsentis boni Medici.

Boli eiusdem in lapillo intestinorum: Recipe Masticis, Been albi, Bezoar ana vnc. ß. sem. Anethi, Carui, Amomi, ana vnc. j. succi Limonum q. satis erit pro incorporatione, formentur Boli, dosis drach. ß.

Tinctura pro Hippocratico cordiali, Banisteri: Recipe Cinnam. vnc. j. ß. Zingib. drachm. iij. Garyophyllor. N. Moschatæ ana drach. ß. gran Paradisi scrup. ij. Piperis albi scrup. j. Lap. Bezoar C. Vnicornu, Perlarum præparat. gran. viij. Moschi gran. iv. Santali Citrini, Rosarum rub. Ambræ Griseæ ana gran. iv. puluerisentur crassiuscule, & macerentur in vnc. xij. Spiritus vini Maluatici rectifiati vitro optimo clauso in cella per octo dies semel agitando coletur & seruetur ad vsum. Cuius Recipe guttas xij. vel xvj. pro pinta vini albi aut rubri cum sacharo, eritque Hippocraticum cordiale excellens, pro omni imbecillitate, syncope, & debilitate ventriculi.

Arcanum Theophrasti ad quæuis veneni genera præstantissimum, cuiusmodi sunt Mercurius sublimatus, Arsenicum, Napellus, Puluis Adamantis, Virus Aranearum & Bufonum, Phthora, Cerebrum Felis, menstrua.

℞. Recentem Ciconiæ sanguinem, quantum in suo corpore continet, destilletur per Balneum Mariæ, in vitrea cucurbita noua: aquam quæ promanat serua diligenter, & sanguinem coagulatum loco paululum calidiori exsicca, & contere in puluerem.

Ventriculum similiter exiccari conuenit, ac crucibulo impositum comburi tantisper, donec in cineres vertatur, è quibus cum proprio sanguinis liquore extrahendum est Sal, id quod diligenter custodiendum, & sanguini puluerisato coniungendum est.

Hisce in vitro satis capaci impositis addi debent: Succini albi electissimi vncia vna. Corallorum rubeorum & Baccarum vuæ versæ

(nigrarum & bene maturarũ) exiccatarũ & puluerisatarum. Essentiæ Mumiæ, Radicis Anthoræ ana vncia semis. Lapidis Bezoartici drac.iij. Theriacæ optimæ vncia j. & semis. Hæc cũ oleo (q̃ è nucleis Pini per validam expressionem conficitur) incorporanda & commiscenda sunt omnia simul, ac deinceps tantum olei superaddendum, vt trium digitorum vel quatuor latitudine id ipsum emineat: Deinde orificio vasis diligenter obstructo insolentur, quo enim vetustior compositio hæc euaserit, eo melior & fortior.

Efficacissimum est medicamentum, contra omnia Metallica, Animalia, & vegetabilia venena.

Vsus ac Dosis. Vsus istius est, vt in omni veneno corporali eiusdem detur vncia semis cum haustu aquæ, vini, vel quod melius est, lactis tepidi: nam decima sexta pars horæ non transitura est quin patiens veneni sumpti substantiam à se eiiciet, ac liber euasurus est, qui deinde confortationibus refici ac auxiliari potest. Optime hoc fiet, si in recenti lacte Corallorum rubeorum puluerem quotidie semel sumpserit prius calefacto.

Hoc arcano aliqui magnates intoxicati restituti sunt pristinæ sanitati, quum prius Essentiis Monocerotis & aquis Theriacalibus ac huiusmodi innumeris mediis frustra vsi essent.

Tinctura cordialis pro Tussi, Banisteri: Recipe spiritus vini optimi lib.viij. Glyzirrhizæ rasæ vnc.vj.sem. Anisi opt.contusi vnc.ij. ponantur omnia in vase conueniente per horas viginti octo, tunc adde Sachari clarificati lib. ij. Ambræ Griseæ gr.xij. Moschi gr.x. succini albi dra.ij. Solutionis Perlarũ dra.j. Cornu vnicornu, Lapidis Bezoartici ana scrup.ß. aquæ Rosa. lib.j. Puluerisata misceantur & infundãtur per dies x. Deinde colentur. Dosis vn.ß. ad vn.ij. cũ lacte recenti.

Conditum Bezoarticum Arcanum: Recipe Rad. Angelicæ quãtum voles, coquatur in Aqua, donec optime contundi & in pastam redigi possit, huius pastæ per setaceum traiectæ vnciis duabus adde confectionis Alkermes drach.ij. confectionis de Hyacintho drach. j. Corallorum præparatorum, Margaritarum præparatarum an. dra. ß. pulueris Lapidis Bezoartici veri scrupulum j. Ambræ gran. xij. Omnia simul mista, & in sachari cum pauca aqua Cinnamomi dissoluti, & ad perfectionem cocti vnc.x. vel xij. iniecta denuo coquantur, donec pasta non amplius adhæreat vasculo ęneo, quam supra Char-

tam humectatam, aut lapidem marmoreum effundes, redigesq; in eam, quam volueris formam. Ad pestem excellens præseruatiuum, de quo singulis matutinis vnius drachmæ pondere intro assumendum est. Sed hæc medicina diuitibus assignatur.

Electuarium de ouo maius pro ditioribus Quercetani: Accipe vnum vel plura oua recentia Gallinæ: de quorum vno, apicem testæ tam subtili artificio aufer, vt postquam educta fuerit illa testa, rursus in pristinum locum commode reponi, & glutino seu luto quodam tam industre agglutinari possit, vt nihil respiret. Abiecto itaq; albumine, vitello oui residuo admisce lactis seu butyri sulphuris drach. j. ß. Sulphuris Aurati Diaphoretici, Essentiæ Croci an. drach. j. Pulueris Anodyni mineralis, hoc est salis Prunellæ drach. ß. Ambræ Grisææ scrup. j. Lapidis Bezoartici scrup. ß. Omnia cum dicto vitello oui simul misce, vt optime incorporentur, dein apex putaminis perquam aptissime suo apponatur loco, cum tenuissimo ligamento lineo superposito vel glutino ex albumine & polline facto, superinducto, adeo vt ouo exquisitissime clauso, nil transpirare possit. Ad eundem modum plura oua apparari queunt, prout magnã huius Electuarii quantitatem simul componere velis. Alias vel vno vel plurib. ouis, à quib. eodem artificio apertis, albumen separatũ est, addes Theriacæ, confect. Alkermes & Hyacint. ana, vel ex his omnibus simul fiat mistura, de qua adde ouo vel ouis, quantũ capere possint: probe clauso foraminulo cum sua propria testa, superinducto glutine, vt ante, ita vt nihil respiret. Enarrata hæc oua ita præparata apte simul imponantur vasi terreo capaci, quod operculo clausum in furnum mittatur, in quo panificia modo cocta, & ex eodẽ recens exempta fuerint, & secunda aut tertia vice in eodem reponantur, donec omnia in vnã massam, quæ puluerari queat, redacta sint. Accipiatur ouũ vnum iuxta primã methodum præparatum, & vnum iuxta alterã: vel oua duo aut tria vtriusq; præparationis, prout animus est maiorem vel minorem electuarii quantitatem simul conficere: Omnia q̃ in dictis ouis cõtinentur, terantur, & optime inuicem misceantur in mortario marmoreo, eadem paulo post humectando pauca aquæ Theriacali contra pestem, aut Elixire quodã vitæ, ita vt omnia reducantur in electuarii formã, quod multorum annorum spatio reseruabitur. Dosis scrupulus j. tum ad præseruationem tũ ad curationem Pestis.

CAPVT

CAPVT XXV.

De Corallis.

COrallia in mari naſcuntur Africo, ſuntque lapideus quidam frutex. Germanis dicuntur Corall. Italis Corallo. Gallis du Coral. Hiſpanis el Coral. Triplex eorum eſt differentia: Alba, rubra & nigra: prima eſt pretioſior: altera vſitatior: vltima rarior, quæ vocatur Græce ἀντιπαθές. Habet autem omne genus Corallii vim refrigerandi, ſiccandi, & aſtringendi: Menſtrua nimis profluentia, pota in appropriatis, cohibent: Sanguinem excreantibus & Dyſentericis iuuant: Nec non ſeminis profluuium in viris: album vteri fluorem in mulieribus reprimit: contra faſcinationes, & venerea in collo & brachiis geſtatur. Quin etiam comitialibus recte alligatur. Cinis ipſius oculorum medicamentis miſcetur: vlcera carne explet, & cicatrices extenuat. Trita cum aqua pluuia pota ſplenem exiccant, alui & ventriculi dolores ſedant. Cum ceruino cornu & aqua pluuia mixta, variis corporis morbis, ac præcipue vermibus medentur. Tonitribus & tempeſtatibus reſiſtunt: Vnde veteres contuſa agris inſperſerunt, arboribuſque, ne à tempeſtate læderentur, alligarunt. Contuſa cauis dentibus inſerta, abſque dolore eos extrahunt. Gingiuis ſunt remedio. Oleum eius Chymico more paratum, ſcrupuli inſtar ex vino generoſo potum, ſummum eſt medicinæ artis myſterium, ad omnes partium, tam interiores quam exteriores affectus euellendos: Comitialem ſane 5. ſeptimanarum ſpatio, tum in pueris tum in iuuenibus propellit: Similiter omnes alui vterique fluores, & ſanguinis, quacunque parte manantes ſiſtit.

Corallus quid. Corallus, (ſecundum Paracelſum tomo 6. pag. 291.) Lapis eſt albus vel rubeus, non tranſparens, in mari naſcitur ex natura tempeſtatis & aeris in ligni formam, aut arbuti, ex aere dureſcit in lapidem, lapidum pretioſorum infimus.

Coralli generatio & natura. Idem tomo 8. cap. 10. ait: Corallus generatur ex reſinoſis tribus primis, dum de ſulphure rubedo, & natura fixa alba manet, quæ ſe-

paratur

paratur & extrahitur per Archeum specie seminis aut grani, quod eiicitur in Yliadum, cuius plurimum est in mari, hoc est, linea ipsius triualis initio in mare incidit. Illis enim locis corallus crescit. Si vero in aliis globi locis maneat, exarescit & nihil inde producitur. Sed in maris Yliado suum incrementum habet, ac ex granulo nascitur arbor, non secus ac ex semine. Dum adolescit, proprii spiritus salis vi induratur, conferente aliquid etiam ætate. Naturam autem suæ Essentiæ ex Archæo Elementi Aquæ assumit, quæ in omnibus fructibus peculiare suum crescens habet. Sic enim Argentum, & Aurum variabili interdum forma producitur. Ludit enim natura in suis operibus & sui Magisterii ac opificii quandam quasi gloriam affectat. Sicut enim plumosum & alia crescunt, ita in corallis crescens peculiare est ex semine enascente ex tribus primis, ternis nempe coloribus, rubro, albo & luteo. Estque hoc crescens vltimum, quod natura producit ex tribus primis resinosis in Elemento aquæ, omnium nobilissimum.

Idem tomo 6. lib. 5. de morte rer. natural. pag. 222 dicit: Mortificatio Gemmarum & Corallorum est, vt calcinentur, sublimentur & in liquorem soluantur vt Crystallus.

Tomo vero septimo, pag. 70. 71. 72. 73. 74. & 75. sic de Corallorum generibus, virtutibus & effectibus sentit, dum inquit:

Corallorũ genera quæ?

Coralli rubei duplicis sunt generis, seu naturæ. Alia natura est eorum, qui obscure rubei subpurpurascunt aut seminigrescunt. Alia natura est eorum, qui nitide & splendide rubei existunt. Vt vero coloribus: ita & viribus dissident. Genus præterea etiam aliud est, pallidum, quod nullarum fere virium existit. Quo enim rubei Coralli plus à rubedine decedunt, eo minus efficaces ac vtiles sunt.

Corallorũ virtus.

De Corallis experientia notauit, quod rubei pellucidi & nitidi, integri coloris, ramosi & non detruncati in plenis viribus versentur? Vbi autem rimæ gliscunt, ibi virtus perfecta non adest. Multum etiam virium perdunt, si detruncentur. Sicut Arbor, cuius aliquot rami detruncantur, tanto pauciores fructus profert: ita tantum, etiam decedit Corallis mutilatis, tam purpureis, quam splendidis & rubris. Latina appellatione Corallos nitentes voco Corallos rutilantes: purpureos, his diuersos, voco Corallos caliginosos.

Coralli qui optimi. Porro Coralli rutilantes amæni sunt & delectabiles. Caliginosi contra inamæni & aspectus iniucundi. Qui ergo Corallos gestare satagit, siue iunior siue senior sit, is vitet caliginosos, amet rutilantes. Quo enim interuallo distant gaudium & mæror, risus & ploratus: eodem etiam duo hæc Corallorum genera. Sedulo ergo opera danda, vt rutilantes sumantur, spretis caliginosis, idque propter insignem differentiam, qua dissident. Suscitaturus enim gaudium in alicuius infirmi animo, si caliginosos sumas, morbum & animi tristitiam potius augebis.

Coralli quib. malis aduersentur. De rutilantium Corallorum virtute hoc primum tenendum est, quod prosint ad imaginationes, phantasmata, spectra, Melancholiam, &c. Hic ergo iam explicandum est, quidnam Phantasia, Phantasmata, spectrum, Melancholia sit, vt morborum discrimen aliquod sciatis propter vsum Corallorum, quorum alii aliis morbis sua natura subueniunt.

Phantasia quid. Phantasia est, quando homo citra causam, suomet instinctu multa cogitat & laborat in scientiis, sapientia, industria, & doctrina, &c. Ista autem quia prompta non habet, prout expetit: nam cogitationes, & animum intendit fatigatque quo modo, quod vult, ad sensum suum dirigere aut cogere possit. Ad hoc rutilantes Coralli ei multum conferunt, dum nihil impuritatis ei instillari patiuntur, aut à Diabolo, aut ceteris, qui hominem à sua Phantasia seducere possent. Caliginosi autem ad contrarium ipsum promouent, nempe ad Phantasiæ seductionem.

Phantasmata sunt spiritus nocturni, à natura procedentes, qui aliquid humani intellectus habent, & hominem quærunt, eum cumprimis qui ipsis coniungitur. Hi multiplices sunt, boni & mali, non tamen visibiliter, & tamen hominum amantes, ac instar canum cum ipsis conuersantes. Penes ipsos tamen nihil quærendum est, cum nudi & inanes sint spiritus, hominem grauaturi & molestaturi. Hi rubeos Corallos fugiunt, vt canis baculum. Ad caliginosos autem confluunt & congregantur. Sunt instar incuborum aut succuborum, qui ex Phantasia gignuntur.

Spectrum, sunt visiones, quæ prodeunt ex astrali corpore hominum mortuorum. Homo enim corpus duplex habet, vnum ex

ele-

elementis, alterum ex firmamento. Elementale moritur, & in terra putrescit, vbi sepultum est. Alterum obuolitat in aere supra terram. Huiusmodi corpora ætherea hominis defuncti si apparent, spectra sunt. Hi Corallos rutilantes fugiunt, ad caliginosos autem alliciuntur.

Melancholia est morbus, hominem inuadens, vt nolens volens euadat tristis, omnium pertæsus, lentus, variisque speculationibus abripiatur ad mærorem & ploratum, &c. Melancholia hæc fugatur Corallis rubris, accersitur & intenditur caliginosis. Hæc pro noscenda Corallorum differentia vobis explicare visum est. Quam vt melius intelligeretis, quatuor visiones exempli loco vobis proponere volui.

[*Additiones causarum Theophrasti.*] Iam vobis etiam expediendæ causæ sunt virtutum & operationum Corallinarum. Multis enim hæc non naturalia, sed superstitiosa videri possent. Causa autem hæc est. Quatuor prædicti morbi omnes ex natura oriuntur, non contra naturam, à Diabolo aut spectris, &c. Iam si naturales sunt, velut Astronomia & compositio humana, & putrefactio microcosmi docent: natura etiam ad omnia ea, quæ naturalia sunt, aut à natura descendunt, suum secretum & mysterium paratum habet. Et contra dicta quatuor ex naturalibus secretis vnum sunt Coralli: quorum præterea alia quoque sunt. Sic natura est aduersus naturam, hoc est, contra naturam cum natura. Rutilantes enim quod fugant, id caliginosi retinent: idque omne fit ex virtutibus naturalibus, à natura.

Arcent illi tempestates graues, fulguris, fulminis, grandinis, si debito modo & loco adhibeantur, à tempestatibus sæuioribus noxæ nihil manat.

[*Additio naturalis Theophrasti.*] Si intellectu nostro aduersus pluuiam tectum, aduersus hyemem hypocaustum, aduersus Solem vmbraculum facere possumus, vt ne lædamur: poterit & natura præstare hoc, vt ne citra tectum tempestas, &c. quoquo modo noxam inferre queat. Si talem in cœlo ciere tempestatem natura potest: contra eandem poterit etiam struere præsidium. Exempli gratia. Potest producere morbos; potest

etiam contra illos facere medicinas. Sic cuilibet rei naturali suum creatum est contrarium, quod resistat. Hoc ergo fine Deus creauit illum, qui hæc intelligit, & vna creauit etiam cætera ex terra.

Expellunt etiam fera monstra. Monstrum est, quod cœlum excludit contra ordinem naturæ. Sic si excludit sperma, ex eo fit monstrum, hoc est animal, quod in numero creatorum non consistit. Huiusmodi monstra homini præcipue aduersantur, & varie pro spiritibus, pro Diabolis, & similibus habentur, ideo quia non ex naturali, sed contrario ordine progenita sunt. Huiusmodi monstra Corallis fugantur.

[Additio.] Causa hæc est, quia etsi à natura sunt, & ex natura prodierunt, naturæ tamen contrariantur. Natura ergo à Deo præsidiũ accepit in ipsa quoque natura, ordine naturali proueniens, Præsidium id, quod contra naturam à natura productum est, expellit. Huius generis sunt monstra, de quibus in Generat. rerum & monstrorum plura traduntur, hic non repetenda.

Coralli hi si deponantur, gestentur, aut inuoluantur loco idoneo, arcent diabolos seu spiritus, homines obsidere volentes, quorum apud homines multi sunt, inuisibiliter, qui hominem, etiam tale non cogitantem ex sese mentiri decipere, &c. docent. Huiusmodi spiritus arcentur ab illis, apud quos versantur, vna cum dolis, dictis & mendaciis.

[Additio.] Et causa hæc est. Quo pacto Diabolus fugit solem, quem ferre non potest, quia diem seu lucem odit, amat autem tenebras: Ita fugit etiam Corallos ideo, quia hos Deus singulariter præ cæteris crescentibus dotauit, non secus ac solem stellis cæteris omnibus prætulit. Sub omnibus stellis versari potest Diabolus: secus autem sub sole. Ita nec versari cum Corallis potest. Coralli enim rutilantes secretis suis æquipollent soli, caliginosi Lunæ. Apud caliginosos manet Diabolus velut & apud Lunam. Vbi sunt Coralli, ibi multiplicantur fructus in campo, agris, hortis.

[Additio.] In Corallis etiam hoc mysterium & secretum cõditur, vt agros custodiant ab auibus, aut vermibus & insectis, agris nocentibus, velut & ab aliis spectris agris nociuis & damnosis. His inquam omnibus Coralli aduersantur, & ea abigunt. Itaque agrum augent fru-

fructibus. Fruges enim valde læduntur à ſpiritibus nocturnis ſeu corporibus ſydereis.

[Additio alia.] Forma Corallina prout per ſe eſt, ex caudice noſcitur. Venter & dorſum per ſe ſatis ſignata ſunt. Hinc patet dextram & ſiniſtram partem initio cognoſcendam, velut & eodem modo geſtandam eſſe. Si forma illa reperiri non poteſt: Ibidem quoque defectus aliquis eſt in viribus & virtutibus Corallo debitis. Totum enim hominem formant, adeo vt non corpus tantum formæ, ſed omnis inſuper corporis numerus vna cum neruis & arteriis reperiatur. Quo plures rami, eo meliores. Dorſum pone, venter ante ſit, vt conueniat cum corpore geſtantis.

Proſunt grauidis & puerperis, quia plures caſus & Symptomata, plures tentationes & mœrores patiuntur fœminæ viris. Hinc Corallis fœminæ carere non debent, ſed eaſdem luculentiſſimos & pulcerrimos eligere.

[Additio.] Pergam diſſerere ad vos de Corallorum natura manifeſtum eſt, quod Diabolus obſidere ſoleat homines. Multo magis idem obſidebit pecora, canes, porcos, aues, quibus homo ſingulariter oblectatur. Sic etiam obſidet pruinam, tempeſtates, fulmen, grandinem, & alia plura. Cum ergo natura ab immundis ſpiritibus obſideatur: Sequitur iam inde, naturam quoque per ſuas ipſius vires ſeſe liberare iterum poſſe: non quidem per ſeipſum, nec per vires proprias, ſed per ſuum ſimile, quod à Deo in eius roborationem conditum eſt. Vt remedium datur contra morbum: Sic remedium etiam ſuum naturæ datum eſt contra malignos ſpiritus. Sine intermiſſione ergo Coralli vſurpandi ſunt, quia inſtar medicinæ ex terra promptæ, contra omnes morbos proſunt.

Siſtunt omnes fluxiones matricis, tam rubras quam albas, eaſque ad eſſentiam naturalem reducunt.

Similiter etiam fluxus omnes ventris, Dyſenteriam, lienteriam, &c. tam in iunioribus, quam adultis.

Commodant etiam in puerperio, vt feliciter, & cum valetudine fœtus edantur.

Præterea bonas, lætas & faciles complexiones ingenerant, & ruditatem naturæ omnem in animis attemperant. Porro ſiſtunt etiam ſanguinem venarum, narium, vulnerum, hæmorrhoidum.

Curant etiam Caducum, rectificant naturam, vt ne ægri cadant: qua ratione etiam tam iuniorum quam virorum mediæ ætatis, tanquam principale quoddam, epilepsiam tollunt.

[Additio.] Porro de correctione notate, me hoc loco formam Esse specificati nullo modo corrigere velle aut posse. Quicquid enim in suum terminum Deus posuit, & ad suum gradum prædestinauit, id nemo vel exaltare vel humiliare potest. Deinceps autem quod est in forma Esse Essensificati, secundum id, quod mihi licet, correctionem & additionem in Corallis ponam. Mirabilia enim sunt ipsorum Mysteria, Arcana, Magnalia & Secreta. Qua de causa correctionem & additionem omittere non possum. Nec vero ceterorum scriptorum, qui de illis quoque commentati sunt, exemplo & more ieiune percurram. Illorum namque scripta similia sunt statuæ vel imagini, quam pingit pictor, & tamen cuius sit, ignorat.

Ceterum iam ab initio is philosophorum omnium mos fuit, vt bonum à malo separaretur, & purum ab impuro disgregaretur, h.e. res omnes mori debent: Soli animæ manendum est. Si ergo manendum animæ & putrescendum corpori est; Iam constat ante, quod nisi semen putrescat, fructus nullos proferat. Porro putredo totius corporis est. Donum, essentia & anima putrescunt minime: Sed hæc à putredine excipienda sunt. Exceptione facta, iam margarita per se sola præsto est, in qua vires omnes collocatæ sunt. Idem etiam de Corallis iudicandum est. Nempe si Margaritæ ab illis extrahitur residentia magna remanet. Margarita enim semper exiguum quid est, respectu eius, quod inutile est. Sciendum ergo Margaritam ex Corallis virtutem eam exserere, vt omnes fœminarum vitiosos fluxus, absq; vllo totius corporis damno præcidat. Alias enim si fœminarum eiusmodi profluuia vno loco sistãtur, alio loco oriuntur deteriora. Hic vero idem nõ accidit. Ea enim sanatio exquisita & integerrima est, id procurans, vt nihil inde detrimenti sequatur. Et remedio illi nusquam similis thesaurus reperiri possit. Idem præstat etiam in fluxibus alui, qualescunque sunt, vel essent, vndecunque oriantur. Qui etsi quidem extremi gradus corrigerentur tamen, & ad statum meliorem perducerentur.

Dotes tam excellẽtes Deus Margaritæ indidit, virib. omnifariis, prout

prout eas sua serie recensuimus, insignes. Assumpti intro sanguinem vndecunq; manantem in corpore sistunt. Si cum decem vel quindecim guttis sumantur, epilepsias omnes tollunt, modo admirando in fœminis, pueris & viris. Qui bibit de illis quinque continuis septimanis, is à Caduco liberatur.

Porro non inficior, hic quoq; fieri posse Additionem; videlicet cum secreto Carniolæ, vt fiat præstantius. Potest etiam addi vitrum Martis in forma liquida. Additio prima fit propter ea, quæ sisti debent. Secunda propter Caducum & Epilepsiam. Possunt etiam in circulatorio rectificari, non autem in eo, de quo Artista loquitur, qui se Alchymistam esse putat quidem, sed merus tamē nugator est. Eiusdem præparationes ac virtutes tom. 6. lib. 1. de præpar. tract. 3. pag. 181. & 182. hæ sunt. 1. ad menstruum & ad Profluuium. 2. ad venenum ab intra assumptum. 3. ad Tonitruum, seu rugitum vētris. 4. ad Incantatū si quis maleficiatus est. 5. ad obsessum, si quis maniacus est. 6. ad timidum, si quis meticulosus est. 7. ad melancholicos, qui sibi sapere videntur, & stulti sunt.

Vna eademq; in ea re est virtus & substantia. Virtus est res per se, Coralli simplices vrinam & sedes, post longum quoq; tempus mēstrua sine p̄paratione. At præparatū subito operatur & sine periculo.

Præparatio Corallorum ad restringēdum menstruum & profluuium. Recipe Corallorū vnciam semis, olei Myrtillorum drac. vnā, (al. vnciam ß.) Olibani vnciam vnam semis, Salis fusi, vncias duas. Fiat mixtura, reduc in calcinationem per quartum gradū reuerberationis ad horas 12. vel vltra: postea reduc in ablutionem cū aqua Plantaginis. Coralli vrinam restringunt, non autem menstruum.

[Additio in Menstruis.] Recipe Corallorum præparatorum dra. vnam semis Tanaceti, Plantaginis, ana scrupulum vnum semis, Piperis longi, Nucis Moschatæ, ana scrupulum semis. Fiat puluis: Dosis scrupulus vnus, in ouo temperato. Cum Sale iniiciatur in ouum, & edatur, alias non iuuat.

Præparatio Corallorum contra venenum assumptum: Recipe Corallorum optime [tusorum] tritorum, vncias duas, aquæ Ligustici libr. semis, Salis gemmæ, Vitrioli albi ana vncias duas. Reduc ad digestionem in secundum gradum ignis per mensem: Rebeum excipe & coagula.

In venenis medicamen ſine corpore ſit. Nam & venenum ſine corpore eſt. Rubrum quod in fundo ſubſidet, bonum eſt contra venenum.

[Additio Corallorum contra venenum.] Recipe Corallorum præparatorum ſcrup.v. Theriacæ vnciam ſemis. Radicis lapathii maioris ad pondus omnium, Alcool vini exſiccati lib.ſemis. Reduc ad digeſtionem per ſeptimanam: Doſis à granis xv. vſque ad drachmas duas.

Qui venenum hauſit, ei propinentur aqua prunellę aut Roſarum drachmas duas: id multoties iteretur, vt ſudet, donec nihil amplius mali ſentiat.

Præparatio in Tonitruis. (Tonitrua rugitus inteſtinorum.) Recipe Corallorum drachmas vj. de cineribus, Cumini Romani, Fabarum, ana drachmas tres, Aluminis præparati ad pondus, ana. Fiat mixtura, reduc ad digeſtionem cum libra ſemis. Alcool vini exſiccati ad digeſtionem per duos vel tres dies exſicca.

Vndiquaque fit flauum. Iſta præparatione Corallorum debet vti ad diacyminum. Ille eſt color Corallis præparatis, fit ſanguineus: ſepara & exſicca.

[Additio in Tonitruis.] Recipe Corallorum iſtorum drachmas duas. Specierum Diacymini drach. quatuor. Sanguinis hirci præparati ad pondus omnium. Fiat tragea cum Saccharo, Doſis ad placidum.

Hircus eſt pullus cuniculi caſtratus apud Spagyros. Educatur cum herbis diaphoreticis, deinde bonum eſt.

Præparatio Corallorum contra incantatum, obſeſſum, timidum & melancholicum.

Recipe Corallorum vncias tres, viſci Quercini Hypericonis ana vncias quatuor, Storacis, calamitæ, Laudani, Galbani, ana drachmam vnam ſemis: Vrinæ deſtillatæ libras duas. Reduc in decoctionem clauſo alembico, per diem & noctem, deſtilla, & reſuperfunde vt ſupra.

Coralli ſi eo modo præparentur, rubeſcunt & valde indureſcunt. Ideoque primum terendi ſunt.

[Additio in tribus hiſce ſpeciebus.] Recipe huius Coralli præparati drachmas nouem, oſtrutii plantati.j. Angelicæ drachmas v.

Visci Quercini vnciam vnam ſemis. Fiat mixtura cum aqua Hypericonis: Doſis ab vncia ſemis vſque ad drachmas ſex.

Optimum medicamen in principio Tympanitidis.

Hactenus Paracelſus de Coralliis, nunc & alios authores, quo verior de ipſius energia conſtet, cum Deo introducemus.

Corallium (inquit alius) ab effigie, duritie, & natali loco, ſæpe, nec improprie Lithondenthron, quaſi lapid-arbor & aliquando frutex marinus dicitur; nã vt ait Macer, hoc velut arbuſti ramuſculus eſſe videtur. In Tyrrheno ſiquidem & Siculo mari prouenit, & fruticis inſtar aſſurgit, ac ramos emittit. Hinc à nonnullis inter frutices, ab aliis inter lapides, à quibuſdam inter bitumina reponitur, &c. Pergit ille, omne Corallium refrigerat, ſiccat & aſtringit: Menſtrua immodice fluentia, & omnem ſanguinis fluorem cohibet: Vnde Dyſentericis valde prodeſt: Et in viris ſeminis profluuium, & in mulieribus albos vteri fluores reprimit. Hæmoptoicis plurimum confert, Epilepticis, Lienoſis & Cardialgicis; Nam cerebrũ roborat, lienẽ minuit, cordi adfert hilaritatẽ, &c. Noſtra Iatrochymia ſic de Coralliis infert: Qua via medicamenta Chymica ex Margaritis eliciuntur, eadẽ quoq; ex Coralliis præparantur; Niſi quod quidã Corallia calcinant, quod tamen ſuperuacaneum exiſtimo. Quod ſi tamen cui calcinatio placuerit, calcinent, cũ tanta induſtria, ne color pereat: fieri a. id poteſt in reuerberatorio ſecũdi gradus, deinde peracta ablutione cum aqua cõmuni ſtillatitia, digerendus eſt Sal Coralliorum cum aqua Roſarũ rubearum, vel alia Hepatica, aut Cichorei, Agrimoniæ vel Fumiterræ. Hæc medicamenta ex Coralliis præparata rectificant ſanguinẽ & omnem ſuperfluitatẽ aut noxam eius mirabiliter conſumunt: mulieribus etiã ſanguinem mẽſtruum, ſi iuſto tempore non fluit, promouent, & in temperamentum reducunt; ſi vero abundet, eundem ſiſtunt: Sanguinis reiectioni medentur, aſtringendo ſtomachum corroborant, Dyſenteriam curant, cerebrum confortant, morbum comitialem ſeu caducum repellunt. In hæmatoſi Epatis corroboranda nihil hiſce medicamentis præſtantius reperiri poteſt. Eadem quoque melancholiam & inſaniam curant, venenis reſiſtunt omnibus. In ſumma omnes interiorũ partium affectus radicitus euellunt, & corpus cœleſti quadam vi in temperatum quendam habitum abſolutamq; & exquiſitam moderationem reſtituunt.

Præparantur autem ex eis hæc plerumque medicamenta: vt Sal siue magisterium, Syrupus, Spiritus, Tinctura, Quinta Essentia, oleum, &c.

Eodem autem modo, quo Sal siue magisterium Perlarum est factum, paratur & Sal Corallorum, item Concharum Margaritiferarum, oculorum Cancri & aliorum crustaceorum lapidum. De quo vide Basilicam Crollii nostri pag. 164. Eius autem Salis siue Magisterii corallorum hic est vsus, vires ac dosis.

Vsus, vires salis siue Magisterii Coralliorum.

Sicuti Coralli mirabiliter crescunt, ita etiam mirabilia sunt eorum Arcana, Mysteria, Secreta & Magnalia: quemadmodum enim rutilantes integri ex commendatione Paracelsi excellentes sunt contra Phantasiam, Phantasmata, Spectra, Euestra, Melancholiam: sic Sal vsu medico singulares virtutes etiam de se exhibet.

1. Salis Corallorum ea vis est & natura, sanguinem in vniuerso corpore sic mundificare & renouare, vt omnibus morbis & affectionibus ex sanguine corrupto ortum ducentibus, breue intra tempus sublatis ac sanatis corpori veluti reintegrato, alacris pristinæ sanitatis vigor restituatur. 2. Sistit omnes fluxus muliebres immodicos in aqua Plantaginis. 3. Omnes fluxus ventris. 4. Omnem sanguinis profluentiam & reiectionem, hæmorrhoidas. 5. Ad mundificationem vel renouationem sanguinis in aqua Fumariæ vel Cichorii. 6. Sistit putredines, roborat cor & spiritus vitales, ipsumque tuetur à Lue Veneni. 7. Confortat & corroborat stomachum & calidum innatum. 8. Omnes obstructiones tollit, in præcipuis membris Pulmone, Iecore, Renibus. 9. Concretum sanguinem dirimit. 10. In vehementissima suffocatione matricis, vbi omnia inita, item in menstruis superfluis cum aqua Artemisiæ, Melissæ, Pulegii. 11. In Hydrope, Spasmo, Paralysi, Epilepsia, in aqua Cinnamomi continuando. 12. Contra Calculum in aqua Ononidis. Eius Dosis est, à granis 6. 10. ad scrupulum vnum, vel duos ratione ætatis, & secundum morbi vehementiam. In ouo sorbili loco Salis communis, iusculo, vino generoso, aqua Cinnamomi: Possunt etiam Tabellæ parari. Ab extra sanat vlcera. Supra diximus de differentia Salis & Magisterii (in cap. 22. de Perlis) quod idem etiam notandum est de Coralliis.

Dosis.

Syru-

Syrupus ex Corallis ſic deſcribitur à Ioſepho Quercetano in Pharmacop. Dogmatica reſtituta, cap. 12. de Syrupis pag. 189. Oportet perfectæ ſuæ maturitatis tempore exprimere, filtrare & depurare perquam accuratiſſime ſuccum berberis aut Limonum: nam acetoſi eiuſmodi, & acidi ſucci, quo perfectius fuerint depurati, & à craſſa ſua terrea ſubſtantia, qua ſcatent, exquiſitius ſegregati, eo aptiores erunt & efficaciores ad diſſoluendum Corallium craſſo modo pulueriſatum: ex cuius genere ad hunc Syrupum conficiendũ ſeliga, omnium rubicundiſſimũ & elegantiſſimũ: Hoc iniiciatur in matracium vitreum & idoneum, affundatur aliquis prædictorũ ſuccorũ optime depuratorũ, vt materiam quatuor digitos aut paulo plus ſupernatet: collũ ſubere vel cera Hiſpanica occludatur: & in Balneum vaporoſum feruidum collocetur, hoc eſt, matratium aquã non attingat (nobis etiã Balneum roris,) ſed vapores, ex aqua bulliente aſcendentes circumquaq; illud feriant, vbi neceſſe eſt, vt vas aquam continẽs ex omnib. partibus probe muniatur atq; claudatur, ne vapores exhalent. Huius Balnei calore, qui dies noctesq; per triduum integrum continuabitur, totum Corallium in illo liquore fere diſſolutũ apparebit, idq; colore ſubrubo & ſapore dulci: Effunde per inclinationem quicquid diſſolutum fuerit, fæcibus, ſi ita videbitur nouum ſuccum depuratum ruſus affundendo, & in cæteris procedatur, vt ſupra.

Syrupus Corallorũ.

Ad librã j. dicti ſucci, Corallina Eſſentia optime imprægnati ſufficiet Sachari candi vncias ſex adiicere, & ad Syrupi conſiſtentiam decoquere, in ipſo quidem Balneo vaporoſo, non tamen clauſo, ſed aperto: & vaſis loco accipere oportet alembicum aut ſimile vas, cuius collum & orificium ſit ſatis amplum. Artificio & dexteritate ſingulari opus eſt ad eiuſmodi Syrupos rite conficiendos, ne Coral. Eſſentia à ſuccis illis ſeparetur: qua in re vigilantia & experientia ſumma requiritur: nec mirum videri debet, ſi quis prima vice forſan à ſcopo aberrauerit. Ob quam cauſam velim, vt quilibet hic præmonitus ſciat, me quidem pro viribus fuſe & perſpicue ſatis in ſcriptis meis propoſuiſſe omnis generis operandi methodos & vias, ſed iis tamen ocularem demonſtrationem longe præſtare. Hic Syrupus præditus eſt miris proprietatibus ad inſtaurationem facultatum naturalium, & omnium affectuum ab Hepatis vitio & imbecillitate ſcaturientium: Confert præterea omnibus fluxionibus

Hepaticis, Dysentericis & Lientericis: Hoc ipso tãquanquam præcipuo (post Deum) auxilio, Illustrissima Domina & Ducissa de Seuli à fluxu Hepatico inueterato, quiq; incurabilis iudicabatur, iuxta paucos dies plane liberata fuit, &c. Loco succorum depuratorum dissoluentium, berberorum & Limoniorum, vti quis poterit liquorib. acidis destillatis Iuniperi aut Guaiaci, efficacissima pretiosorũ lapidum dissoluendorũ potestate insignitis. Non verentur ẽt Chymici illorum loco, vti aceto montano, exquisitissime & dexterrime depurato. Ad eundẽ modum paratur Syrupus Perlarum, qui præstantissimum est remedium in omni cordis deliquio: conducit præterea proprietate sua specifica Phtisicis & emaciatis. Quemadmodum etiam syrupi de hyacintho, Smagrado & Sapphyro in genere conferunt ad instaurandos spiritus naturales, vitales & animales: In specie vero primus opportunus est contracturis & conuulsionis: Secundus prodest Epilepsiis; Tertius vero opitulatur omnis generis affectionibus melancholicis & atrabiliariis, &c.

Syrupus Perlarum, Hyacinthi, Smaragdi, Sapphyri.

Spiritus Corallorũ.

Spiritus Corallorum sic est: Fiat ante omnia acetum radicatum cum aceto vini destillato per Tartarum & Salem Petræ præparato, hoc est, quater Tartaro cum nouo Sale Petræ vsto, vt moris est, & deinceps aceto vini probe imprægnato, & tandem igne violento destillato. Cum hoc Corallia optima & rubicundissima in Balneo dissoluantur: Dissolutio filtretur per chartam Emporeticam, vt sola solutio transeat relictis fecibus, postea acetum rude auferatur vel exhalando vel destillando remanebit in fundo Corallorum substantia albicans: Supra quam fiat exhalatio aquæ Rosarum vel alterius, ita vt duobus digitis supernatet; Demum siccentur ad ignem; Hæ dissolutiones & euaporationes per aquam Rosarum sæpius instituantur, vt habeatur puluis omnino niueus. Hunc puluerem sine additamento iniice retortæ loricatæ & igne nudo destilla in recipiens: totus destillabit puluis, nec quicquam in fundo vasis manebit, aqua est, spiritusque limpidus vrens instar aquæ vitæ seu spiritus vini, inque se continet veram Corallorum Essentiam: similis aquæ vitæ etiam ex Perlis destillari potest; vide de his pluries in primo lib. Basilicæ Chymicæ cap. 11. pag. 145. Item Ioseph. Quercetanum in tetrade grauiss. totius cap. affect. cap. 28.

Tinctura Coralli hæc est: Dissolue Corallorum vncias duas in libra vna succi Limonum, digerendo per octiduum, & postea filtrando. In hac tinctura dissolue sachari albi vncias octo, & digere euaporando ad Syrupi consistentiam. Dosis cochlear vnum, in omni fluxu Hepatico, Dysenteria & fluxu sanguinis.

Aliter & sic fit: Recipe Coralli triti q.v. infunde in aqua acida, vel Quercus, vel Iuniperi, vel Guaiaci, vel Buxi destillata, vt menstruum ad tres vel quatuor digitos emineat. Digere in fimo equino vel eius vicario ad octiduum. Quod dissolutum fuerit: effunde: & aliud acidum toties reaffunde: digere: & decanta donec Coralli dissoluti fuerint. Dissolutiones per chartam Emporeticam cola: vel filtra: & ad siccitatem destilla. Materiæ in fundo vasis relictæ affunde optimum vini spiritum. Is tingetur per digestionem octo dierum, instar sanguinis: separa liquorem tinctum à fecibus: alium reaffunde spiritum: digere: & decanta: donec omnem tincturam extraxeris. Tandem spiritum tinctum filtra: & ad Syrupi consistentiam coagula: si placet: circulabis cum aqua cordiali, & adde sacharum in aqua rosacea dissolutum; & reduc in Syrupum.

Vel: Coralli calcinantur cum ana sulphuris: Et tinctura per acetum destillatum elicitur, digerendo per 5. vel sex dies. Vel: Coralli calcinantur triti, cum ana salis petræ, per horam, igne ita moderato, vt nitrum non liquescat. Postea calide impononuntur in matratium & spiritus vini superfunditur: digeruntur per viginti quatuor horas. Spiritus vini effunditur, & alius reaffunditur: donec omnem tincturam attraxerit. Nonnulli calcinant Corallia trita cum pumice, deinde extrahunt cum S. vini alkolisato, aut aqua mellis. Calcinantur in perfectum Magisterium, si ab eis crudis abstrahatur spiritus Vitrioli, remanet puluis albissimus, virtutum sane ineffabilium. Spiritus Vitrioli, præcessis floribus Antimonii, datur in Podagra & aliis infinitis morbis. In Diarrhæa, vel Dysenteria, etiam datur acetum solum, in quo Corallia sunt soluta, & artificiose conuenit.

Quinta Essentia Corallorum: Primo destillanda est magna aceti acerrimi quantitas cum separatione phlegmatis ad hoc opus inutilis, nouam singulis vicibus, super priores feces destillando, donec centum circiter libras Aceti per B. optime rectificati habeas.

Requiruntur etiam triginta ac minus libræ Corallorum rubeorum in puluerem subtilem redactorum: Matratia item plurima, ampla: colli prolixioris: quibus singulis libra vna Corallorum imponatur, acetum paulatim & per vices, propter nimiam ebullitionem, affundendo; donec aut quatuor aut quinque digitos supereemineat; perque diem naturalem in B. digerendo; vsque dum acetum dulcescat, & colore flauo imbuatur. Tunc menstruum decantandum, nouum reaffundendum; donec dissolubile dissolutum fuerit. Menstruum per Balneum ex Cucurbitis altis repetatur: Et ad singulas salis libras, vnciæ duæ aceti affundantur & destillentur: Deinde vnciæ quatuor addantur: postea sex: ita paulatim & per vices alendo, tandemque infusiones de vncia in vnciam minuendo: donec acetum tam acre atque impositum fuit, destilletur Phlegma omne insipidum destillatum asseruandum. Salia sale aceti armoniaco impraegnata in vapore calentis Balnei fermentanda: Ibidem donec odor grauis, & color ater appareat relinquendo, quæ veræ putrefactionis sunt indicia. Cumque hæc apparuerint: sales resoluti calide in retortas imponendi: eo quod statim in frigido congelentur: & per Balneum vaporosum vel cineres phlegma separandum; donec vapores siue fumi albi conspiciantur. Tunc cessandum: & destillatio per arenam in reuerberio clauso continuanda vsque dum omnes spiritus egressi fuerint, & oleum rubrum sanguinis instar guttatim effluxerit. Fæces seruandæ ad vsus, vt postea dicetur. Liquores omnes destillatos odoratissimos, & instar aquæ ardentis flammam concipientes pone in cucurbitas altas, & lento Balnei calore à phlegmate separa: Et loco frigido in vitris probe obturatis serua: Postea igne aucto, phlegma vrge, & ab oleo separatum ad vsus repone. Interim feces superius reseruatas calcina in Athanore, spatio quinque dierum, in vase vndique clauso, vti Geber lib. primo summæ, cap. 50. sequentibus verbis docet: Modus itaque calcinationis spirituum est: vt eis ad fixionem approximantibus, administretur ignis successiue & paulatim illum augendo, ne fugiant: quousque maximum eos tolerare ignem contingat, & vas eorum sit rotundum, vitreum, bene spissum, ne fundatur vndique clausum: & vt inquit Lullius, ne inflammationem præstet: Aut secundum Alphidium, spiritus dispergantur per aera: quod quæritur n.

non

non fieret. Postea vase aperto detur ignis per gradus: vt feces nigræ cineritii fiant coloris: à quibus sal eliciatur cum phlegmate priori reseruato quod filtretur & coaguletur. Postea eundem salem dissolue in phlegmate posteriori reseruato, donec purum euadat, quod colore moderato exsiccari debet. Huius salis recipe vncias duas: digere in Balneo per triduum: postea leui B. calore destilla aquam insipidam, quam seorsim serua. Reitera eandem operationem; donec sal in duplum sui ponderis, proprio Sale armoniaco imprægnetur vel augeatur, vel etiam paulo plus, vel donec spiritus tam acer aut fortis destilletur à suo sale, atque cum impositus fuit. Tum sal in vase idoneo pone ad sublimandum in cineribus spatio duorum dierum dando ignem per gradus. Ita sublimabitur ad latera vasis materia candidissima, instar niuis, quæ dicitur verum Philosophorum Sal armoniacum. Huius Salis armoniaci recipe vnciam vnam, spiritus rectificati vncias quatuor: Misce simul & per biduum digere: Deinde destilla cum cohobiis; donec totum sal cum spiritu ascenderit. Hæc materia triuna circulari debet; donec exaltatio voto respondeat. Sic habebis Quintam Corallorum Essentiam: cœlestem substantiam, ab omni fece terrena immunem, Mercurium vegetabilem & mineralem, clauem Philosophicam solidissima quæuis corpora aperientem, ad medicamenta virtutum admirandarum paranda, modo omnibus veris philosophis noto.

Oleum Corallorum: Recipe Corall. lib. 1. Salis communis M. ij. conterantur in subtilissimum puluerem, & in vitrum ponantur luto munitum, ex sequenti descriptione. Commune sume lutum, vel argillam cineres ossium capitum animalium, quadrupedum, limaturam ferri, vitrum puluerisatum, sal commune, cerussam &c. quæ humectata misceto simul &c. Lutatum vitrum cum sua materia ponas in cineres cupella contentos, vt nosti: succende primo lentum ignem, & augeto sensim, donec & spiritus & fumi se recipiant in vas submissum: & postmodum ignem vrgeto vehementius, donec amplius nullus humor exeat. Hoc oleum est excellentissimum ad tremorem cordis remedium, per se sumptum sine quauis additione.

Alius sic inquit de hoc oleo: Corallia eodem modo, quo Marga-

ritæ

ritæ in liquorem rediguntur. Alii vel Vniones, vel Corallia minutim contusa in aqua ardenti, siue viridi salis liquore soluunt prius in calcem: Deinde hanc abluunt stillando, donec nulla amplius salsedo percipiatur: postea puluerem vini spiritu excipiunt, & per Balneum sexies aut septies refundendo abstrahunt. Alii Corallia in calcem subigunt: hanc resoluunt, & ex vini spiritu nouies extillare sinunt, dum salis instar dissoluantur: quicquid autem in fundo remanet, id recenti spiritu vini perfundunt, & priore modo euocant, vsque dum tinctura Corallorum perueniat: quam ipsi animam appellant, summum medicæ facultatis mysterium. Omnes interiorum partium affectus radicitus euellit, & corpus cœlesti quadam vi in temperatum habitum absolutamque & exquisitam commoderationem restituitur. Sic igitur Quinta Essentia Corallorum quemlibet morbum comitialem à pueris, & ætate prouectioribus in 5. septimanis prorsus subtrahit. Sic etiam omne alui profluuium à quacunque causa ortum, tam in pueris, quam in adultis cohibet, etiamsi morbus ad extremum peruenerit. Ita sanguinem à quacunque parte manantem coercet, quouis modo adhibita Sic denique fluores vterinos quoscunque sistit, & ad probam naturæ temperationem reducit, ne quid mali recidiui in reliquis corporis partibus vnquam, quam ex aliis medicamentis omnibus, consequatur. Ad hæc idem oculis superimpositum, eorum dolores sedat: defluxiones mirifice compescit, & pustulas discutit. Intra corpus sumptum eadem propemodum, sed non tam efficaciter præstat, vt tinctura. Hæc enim decem guttarum instar ex liquore aliquo idoneo exhibita, mirabilia tam in viris, quam fœminis iunioribus & adultis efficit.

Oleum Corallorum etiam sic fit: Recipe Corall. rubeorum puluerisatorum, lib. ij. Salis Gemmæ lib. j. Misce & destilla inde oleum; parum quidem destillatur, sed maioris est efficaciæ. Dosis eius 4. vel 5. sunt guttæ in vino. Remanentiam edulcora & recipies calcem Corallorum albissimam, quam reduc in salem per extractionem.

Vel Recipe Corallorum rubeorum puluerisatorum succini libram semis, misce & destilla per retortam, vel cucurbitam & succinum tincturam Corall. per Alembicum attrahet, in forma coloris

san-

sanguinei. cuius dosis guttæ 4. ad 8. in Apoplexia & Epilepsia. In fundo vasis restitat puluis Corallorum adhuc albus, &c. Nunc simul & audiemus tam antiquorum quam recentiorum composita atque ingredientia medicamenta simulac recipientia Corallia tam alba quam rubea.

Electuarium ad Icteritiam: Recipe conser. Maioran. Rosarum ana vnc. iij Magisterii Perlarum drach. j Magisterii Corall. drach. j. ß. Calam. Aromatici drach. ij. cum Syr. de Absynthio vnc. j. redigatur in Electuarii consistentiam, & adde florum Sulphuris drach. j. Olei Vitrioli, Macis, Anisi Garyophyllorum ana q. libuerit.

Essentia Bezoartica, cordialis ac pestilentialis: Recipe spec. de Gemmis, Diambræ, Diamoschi, Dianthos ana drachm. j Flor Rosmarini, Hyperici Buglossæ ana p j. Fol. Dictamni, Cinnamomi, macis ana vnc. j. sem. Carduiben. Acetosæ, Rutæ, Bacc. Iuniperi, ana vnc. j. ß. Cort. Citri vnc. ij. Santali rubei, ligni aloes, Rad. Tormentillæ, Angelicæ, Zedoariæ, Scorcioneræ, Petasitidis ana vnc. ij. Misceantur & Extrahantur vt artis cum Alkohole vini, quod ad medietatem abstractum misceatur & cum his sequentibus: Vt: recipe Magist. Corallorum rubeorum, alborum drach. j. ß. Perlarum tantundem, Hyacinthi, Sapphyri ana drac. ß. Laudani Mineralis, Lactis Sulphuris, Sulphuris Aurati Diaphoretici ana vnc. ß. Essent. Camphoræ drach. ß. Croci drach j ß. Fiat Essentia Cordialis, Bezoartica ac Diaphoretica.

Aqua ad stomachi debilitatem, cordis tremorem & syncopem: Recipe Aquarum Borrag. lib. j. Rosarum lib. iiij. Vini Cretici lib. ij. ß. Cinnamomi vnc. iv. ß. N. Moschath vnc. iv. Zingiberis vnc. ij Santal. omnium ana vnc. ß. Galangæ drach. j. scrup. ij. Macis vnc. ß. Garyophyll. vnc. ij. Corallorum vnc. ß. Margaritarum drachm. iij. Spodii drach. j. Rosmarini M. j. Menthæ M. iij. Absinthii M. j. Flor. Borrag. Buglossæ, Violarum ana vnc. j. Moschi grana xij. Anisi drach. iij. Carabe vnc. ß. Infundantur & destillentur. Dosis drach. j. ß. cum Manus Christi tabulis perlatis, hora 4. matutina & ante prandium per horam j.

Tinctura ad Diarrhæam: Recipe Cinnamomi vnc. ij. ß. Nucis Moschatæ vnc. j. ß. Garyophyll. vnc. ij. Rosar. rub. vnc. j. Rad. Simphyti drachm. ij. Diarrhodon Abbatis drachm. j. Santal. omnium

Kkk ana

ana scrupul. j Mastiches scrupulos ij. Terræ Lemniæ scrup. j. sem. Plantaginis drach.ij. ß. Conser. Cidoniorum vnc. iij. Vini nigri lib. vj. Aquæ vitæ lib. iij. Ambræ gr. iij. Moschi gr. ij. Corall. rub. drach. iij. alborum drach. ij. Margaritarum non perforatarum drach. j Sachari lib. j. Sachari rosati lib. ß. extrahatur tinctura.

Tinctura alia ad Diarrhæam: Recipe N. Moschatæ vnc. j. Garyophyllorum vnc. ß. Macis drachm. vj. Rosar. rub. Florum papau. Erratici ana vnc. ß. Rad. Symphiti vnc. iij. Santalorum omnium ana scrup. j. Boli Armeni drach. ij. Terræ lemniæ, Corallorum vtriusque ana drach. j. Mannæ præparatæ scrup. ij. Conseruæ Cidoniorum vnc. ß. Laudani grana x. Ambræ Griseæ, Moschi ana gra. iiij. vini lib. vj. Aquæ Cinnamomi lib. j. Fiat Tinctura.

Laudanum opiatum simplex incerti authoris: Recipe Opii Thebaici opt. incisi drachm. ij. Mumiæ gran. iij. succi Rad. Hyosciami drach. ß. Sole ac Luna libram ingrediente, collecti, quod fiet octo vel quinque diebus ante D. Ioannis Festum: Hæc recondantur vitro & digerantur ad solem per 14. dies, tum opium præparatum est, iam recipe specierum Diambræ vnc. j. ß. Spiritus vini correcti lib. j. Digerantur quoque per 14. dies ac noctes ad solem, singulis diebus ter vel quater agitando: Postea aliquid illius vini tincti funde super Opium præparatum, & cum eo in pulticulam redige ac rursus per triduum ad solem optime clausum digere, idque ter repete, & extremo exsiccari sine. Tandem super marmore vini supradicti momento in pultē redige crassiusculam, cui adde Corall. rub. præparatarum vnc. ß. Carabes Citrinæ opt. scrup. j. Musci seu ambræ opt. grana iij. Camphoræ gran. vij. Croci Orientalis scrupul. j. Fiant pilulæ minutissimæ quarum septem in vini drachm. j deglutiendo præbeantur. Si dolor sæuus existit, hora sexta vesperi vij. pilulæ, nona v. quarta, luce appetente 4. vino debent exhiberi. Omnem dolorem mirabiliter sanant, in omnibus morbis vehementissimis dantur conseruandi & sanandi gratia. Notandum laudanum hoc 6. horarum spatio operationem suam semper expedire: quo assumpto horam æger quiescet: postea si opus est semel aut bis assumere, semper operationi horæ sex relinquantur.

Aqua Antipleuritica Ios. Quercetani: Recipe Florum Papau. Rhea-

Rheadis exficcatorum p. vj. Coralli rubri tenuissime puluerisati & pulueris corticum auellanarum rubrarum, sem. Carduibenedicti ana vnc. j. Macerentur per triduum ad ignem Balnei Mar. in Aquarum Papaueris Rheadis lib. ij. Carduibenedicti, Vlmariæ ana lib. j Dein per cineres destillantur: De hac aqua exhibe vnc. iij. addendo Syrupi papau. Rheadis vnc. j. idque ante somnum: reiteretur si opus fuerit: non prætermittenda erit prius sanguinis missio: cum hac aqua multos pleuriticos etiam desperatos breui restitutos sæpe vidimus.

Tragea ad frigidos omnes capitis affectus: Recipe pulu. Rad. Acori drach. vj. Coralli præparati drach. ij. Flor. Calendulæ, Betonicæ, Stœchados, Anthos ana scrupulos ij. Coriandri præparati, Nucis Moschatæ, Cinnamomi, ana vnc. ß. sem. Anisi, fœniculi dulcis. pæoniæ, Sileris Montani ana drach. iij. Cardamomi, Garyophyllorum, ana drach. j. Sachari Anthosati quantum sufficit. Fiat puluis gustui gratus, qui valet ad omnes capitis affectus à causa frigida ortum ducentes: Dosis. semicochleare argenteum, mane.

Tragea ad bronchocelem Ios. Quercetani: Recipe spongiarum, vel excrescentiarum spongiolarū, quales in Cynosbatis nasci solent vnc. ij. spongiæ marinæ tantundem. Hæ spongiæ simul reducantur in cineres, vt artis est. Recipe Cinerum harum spongiarum vnc j. Cinerum Chartæ Leucopheæ combustæ drachm. ij. Cinnamomi vnc. ß. Coralli rubri puluerisati drach j. ß. Misce omnia inuicem, & fiat Puluis. Certissimum & præstantissimum est remedium ad Branchocelem. Modus vtendi est, vt enarratum puluerem ad vnc. j ß. vel vnc. ij. vel amplius si velis iniicias in Lagenam, vino albo repletam, & ad duos dies vel tres maceres antequam eo vtaris. Eligat autem æger tempus plenilunii, & quando Luna decrescere incipit de dicto vino bibat vnc. ij. vel iij singulis matutinis continuando, donec Luna amplius non decrescat, sed crescere incipiat. Vbi desistendum, vsque ad alterum plenilunium, & Luna decrescente, vini istius vsus iterum per 15. dies repetendus est, si forte prima vice non integre curatus esset. Et sicut Luna decrescit, ita tumor paulatim de die in diem imminuetur & absumetur.

Antidotus Cardiaca minor pro gregariis Quercetani: Recipe extracti minoris Cardiaci vnc. iij. confect. de Hyacintho, confect. Alkermes ana drach. iij. Elect. de Gemmis, Dianthos ana drach. ij. Diambræ, Diamoſchi dulcis ana drachm. j. Margaritarum præpar. Corallorum præpar. Oſſis de corde Cerui ana drach. j. ß. Trochiſcorum Diarrhodon, de Camphora ana drach. ß. Syrupi conſeruæ Citrii q. ſ. Fiat Antidotus ad cordis Affectus. Doſis drachm. j. ß. ad drach. ij.

Antidotus Stomachica maior pro ditioribus Quercetani: Recipe extracti Stomachici maioris vnc. ij. Extr. Tunicarũ interiorum ventriculi Gallinæ. Extracti Bacc. Iuniperi, Myrobalan. omnium ana vnc. ß. Roſatæ Nouellæ vnc. j. olei è nuce Moſchata chymice extracti drach. ß. oleorum Garyophyllorum cort. Citrii chymice etiam extractorum ana ſcrup. j. cum Syrupo Corallorum fiat Antidotus. Doſis drach. ß.

Antidotus Hepatica minor pro gregariis: Recipe extracti Hepatici minoris vnc. iv. Trochiſ. Diarrhodon, Coralli præparati ana vnc. ß. Trochiſ. de Eupatorio, de Rhabarbaro ana drachm. ij. ſpec. Dialaccæ maioris, Diacurcumæ minor. ana ſcrupulos iv. Croci Martis optime præparati drach. j. Tincturæ roſarum q. ſufficit. Fiat Antidotus Hepatica: Doſis drach. j. ß. ad drach. ij.

Paracelſus ait tom. 4. pagin. 266. Corallorum pro Necromantiæ ratione is modus eſt, vt ſubtiliſſime terantur, & per alkohol vini tamdiu mittantur, donec rubor omnis à corpore eorum abeat. Id digere, donec liqueſcat. Huius doſis eſt drachm. ß. quouis mane, vſque ad quartam coniunctionem & modum.

Tom. 11. pag. 187. ſic vult: Recipe Corallorum lib. j. ſalis communis M. iij. contunde vna, & in tenuiſſimum puluerem redige, inde in vitrum & luto ſequenti obline. Recipe luti communis aut argillæ, oſſa de capitibus quadrupedum, limaturam ferri, vitrum, ſalem communem, Ceruſſam, ſimul madefiant. Poſtea lutatum vitrum pone in copellam arena refertam. Subiice primo ignem lentum. Hunc poſtea intende ſenſim, donec ſpiritus & radii in recipientem aſcendant. Auge ſubinde ignem, donec nulla amplius aqua ſuperſit. Oleum hoc Corallorum inſignis præſtansque medicina eſt ad tremorem cordis, ſed vſupatur ſolitarium ſine additamento.

Tom.

Tom. 3. pag. 219. tale ponis medicamen in Hydropisi: Recipe Corallorum rub. vnc j. Mannæ Electæ vnc. ß. Dialaccæ vnc. j Rasuræ Eboris drach. v. Reduc in liquorem Dosis drach. ß. ad drach. j.

Eodem tom pag. 210. appropriat Corallia in peste ignea: vt: Recipe de speciebus Iringi, Corallorum rubeorum, Spodii ana vnc. j. Reduc ad liquorem.

Et pag. 261. sic describit Diacorallium in morbis siccis: Recipe Corallorum rubeorum ac alborum vnc. vj. olei siue liquoris de Zamphora, Spodii, sem Lactucæ ana drach. iij. Florum Antimonii, Croci Martis ana vnc j. ß. Reduc ad formam cum Tragacantho vel Gummi Arabico, Dosis drach. ij. vsque ad drach. v. vel vj. Huius medicinæ vsus continuandus est, donec vrina spumam spongiosam non amplius exhibeat, quæ ad pristinum statum est reducenda.

Pag. 59. Recipe Diacubebæ vnc. ij. ß. Corallorum rubeorum, Mumiæ, sanguinis Draconis ana drac. iij. Fiant Trochisci cum Tragacantho dissoluto in aq. Endiuiæ.

Pag. 69 in gutta Hepatis: Recipe Corallorum rubeorum, Spodii, olei Nucis Muscatæ, liquoris Mumiæ, Balsami ana scrup. j. ß. Alcool vini ad pondus omnium. Dosis gr. v j. ad xij.

Pag. 273. In febribus: Recipe Corallorum alborum vnc. ß. Alkohol vini exsiccati vnc. x. Reduc ad digestionem per mensem. Huius liquoris separati recipe grana vj. vel vij. cum aq. Endiuiæ vel Portulacæ ante, vel post, vel sub paroxismo.

Pag. 277. de doloribus matricis ait: Reduc arborem maris in calcinationem cum Sale nitri: Postea reduc in Alkali: Deinde extrahe rubedinem, & reduc per alembicum. Huius liquoris vnc. iiij. Aquæ Basiliconis lib. 1. Reduc in digestionem, per triduum, saparetur aqua per Balneum maris à liquore. Dosis istius liquoris gra. v. vel vj. semel in mense, duodecies in anno pro prima administratione. In secundo anno, in secundo Nouilunio, sexies in anno. In tertia administratione vsque in 21. & 22. Administrationem, semel in Vere, semel in Autumno, semel in Hyeme, semel in æstate, & post annum 23. rursus omni mense semel iterum duodecies in anno: Et post istam administrationem in septimana semel vsque in annum 50. postea omni die vsque in finem menstrui.

Tragema stomachum refrigerans & corroborans: Recipe spec.

Tria Santali, Diatrag.frig.ana drac.j.Rof.rub.ficc. Coriandri præp. Coral.rub.ana fcrup.j.fem Portulacæ fcrup.ß Sachari Rof.tab.drac. iij.mifce & fiat puluis fubtiliffimus.

Puluis ad conftringendum os fuperius ventriculi: Recipe Coriandri præpar.vn.ij.Corall.rub.vfti & loti vn.ß Anifi drach.ij. Rof. rub.cort. Citri, carnium Cytoniorum vel Sorborum, vel Pyrorum agreftium exiccatorum, vel pul. Diaconites ana drach.j.Sach.Rof. tab.quantum fufficit.Mifce & fiat puluis, valet in affectibus Cerebri per confenfum ventriculi, & in vomitu facto à nimia relaxatione ventriculi.

Tragema ad vomitum & ventris fluxum Rondiletii: Recipe Carnis Cytoniorum exiccatorum vn.j.Coralli rub.vnc.ß.Cor.Citri ficci, fem.Vuarum vel flor.Labrufcæ an.drac.ij Cinnamomi craffi vn. j.ß.Rof.rub.p j.Sachari Rof.tab.quantum f.M.& fiat tragema. Ad fluxum ventris fumitur per dimidiam horam ante paftum. Ad vomitum v.poft cibum: neq; fuperbibi debet quicquam, neq; in cibo liquido fumendus eft puluis.

Puluis Cordialis temperatus medici Florẽtini: Recipe Rof.rub. Coralli rubri, Cort. Citri, offis de corde C.ferici grano tinctorum infecti ana drac.j.Santali albi, rubri, citrini ana vnc.j Croci Garyophyllorum, Cinnamomi, ligni Aloes ana fcrup.j. Ambræ fcrup.ß. Camphor.fcrup.ij. Terantur vt fupra.

Puluis aduerfus peftem Magiftralis, medici Florentini: Recipe Dictamni Cretenfis, Coralli albi, Tormentillæ, Boli, Gentianæ ana vnc.j. Terræ Lemniæ vnc.ß.Fiat puluis tenuiffimus.

Puluis Rondiletii ad calefaciendum & reftringẽdum ftomachũ: R.Abfynthii Cyperi, Mafticis, Macis ana vnc.ß.Coralli rub.Balauftiorum, Sumach, Myrtillorum ana drach.ij.Piperis longi, Cinnamomi, fan.draconis ana dra.ij.Fiat puluis tenuiffimus, quo finapifetur venter & ftomachus, prius facta inunctione cum oleo Mastichino, aut Lentifcino, aut Cytoniorum, & pauco aceto, vel vino.

Puluis ad Phrenitidem Rondiletii: Recipe Coriandri drach.ij. flor. Nymphеæ drach.iij.violarum, Rofarum ana drach.ij.fem. Lactucæ, Papau.ana drach.j.Coralli rub.drach.j.ß.Santali rub.fcrup.ij. Fiat puluis tunuiffimus, quo finapifetur pars anterior capitis.

Puluis

Puluis ad dentifricia Ranzouii: Recipe Corall. albi & rubri ana vnc. j Pyrethri, Maceris, Mastiçis, ana vnc. j. Pumicis, Boli Armeni ana vnc. j. Misce F. puluis subtilissimus.

Puluis ad capitis dolorem à vaporibus Rondiletii: Recipe Florum Nympheæ vnc. ß. Coralli rub. Balaust. fol. Sumach ana dra. iij. Santali rub. cort. Citri ana dra. j. F. Puluis subtilissimus.

Puluis eiusdem ad dolorem capitis ex frigore: Recipe Coriandri drach. j. Flor. Nympheæ drach. ij. Flor. Violarum Rosarum an. dra. ij. sem Lactucæ, Papaueris ana drac. j. Coralli rub. drach. i. ß. Santali rubri scrup. ii. Fiat puluis tenuissimus, quo sinapisetur pars anterior capitis.

Potio sanguinem ex vulneribus erumpentem, cohibens, Quercetani. Recipe olei Croci Martis, Essentiæ Coralliorum ana scrup. j. cum aqua Spermatis Ranarum, vel Rosarum fiat Potio.

Epithema in febri continua Andernaci: Recipe aquæ Rosarum vnc. viii. Aquæ Acetosæ, Nympheæ, Buglossæ ana drach. iii. Santalorum omnium, Coralli vtriusque ana drach. i. ß. Croci scrup. ß. Aceti vnc. ß. Caphuræ gr. iii. misce & fiat Epithema, cordis regioni applicandum.

Epithema ad palpitationem cordis ex bile, eiusdem: Recipe Rosarum rub. flor. Borrag. Buglos. ana drach. i. Santalorum omnium ana drach. ii. Coralli rubri drach. i. ß. Been albi, rubri ana drach. i. ß. Hæc minutim contusa, sacculo ex serico panno raro, qui pyramidis formam referat, insuuntur, & aqua Rosarum & buglossi modice irrigatur, cordique admoueatur.

Epithema ad ventriculum corroborandum eiusdem: Recipe Rosar. rub. p. ii. Plantaginis vtriusque ana m. ß. comarum Absynthii m. ß. Santalorum omnium ana drach. ii. Coralli rub. vncias iij. Omnia sacculo imposita ex aqua cum momento aceti, cui aliquid vini adiectum sit, coquantur: linteum duplicatum hoc iure calido imbutum ventriculo admoueatur.

Aqua sudorifera ad pestem: Recipe aquę Theriacalis Caphuratæ vnc. i. ß. olei Coralliorum rubeorum scrup. i. liquoris Tartari correcti drach. i. spiritus Chalcanthi drach. ß. olei Perlarum grana vi. olei Tereb. gr. v. olei Baccarum Iuniperi gr. iii. Essentiæ Chelidoniæ drach ß. Aquæ rad. Tussilag. Eryngii ana vnc. i. Aquæ flor. Sambuci viola-

violarum lutearum ana vnc.ß. vini rubri dulcissimi vnc ij.ß. Omnia misceantur, paraturque potio sudorifera.

Aqua in peste sudorifera Bauhini: Recipe rad. Bugloss. Bardanæ, Carlinæ, Cyperi, Angelicæ, Gentianæ ana vnc. ij. sem. Carduiben. Oxalidis, Citri, Portulacæ ana vnc.ß. Herb. Scabiosæ, Pimpinellæ, Rosarum, Scordii, cort. nuclei fraxini, morsus Diaboli cum toto, Flor. verbasci ana m. j. contundantur omnia & macerentur in vino albo & aqua Rosarum per noctem addendo Coralli rubri, Cornu, C. præparati, Rasuræ Eboris vsti ana drach. ij. Croci vnc. j. Santali Citrini vnc.ß. Destillentur vt artis est, deinde exponatur aqua Soli per aliquot dies. Hæc dicitur aqua Genuensium.

Aqua Bezoartica seu Alexipharmaca contra pestem Iacobi Theodor. Recipe rad. Angelicæ, Valerianæ ana vnc. iiij. gran. Iuniperi, Dictamni albi, rad. Tormentillæ, Serpentar. Gentianæ, Pimpinellæ Aristoloch. rot. ana vnc. ij. Enulæ, Asclepiadis ana vnc. j. ß. cort. Citri, Boli Armeni, ana vnc. j. Croci, Zedoar. Doronici, Sigilli Lemnii ana vnc.ß. Coralli albi & rub sem. Thlaspi, Oxalidis an. vn. j. Myrrhæ electæ drach. ij. Cornu C. vsti, scrup. ij. Saluiæ, Rutæ, Pulegii, Calamint. Italicæ, Scabiosæ, Basilicæ, Veronicæ, Maioranæ ana m. ij. Fumariæ, Scordii an. m. j. ß. Flor. Borrag Bugloss. Violarum, Rorismarini ana p. j. Terantur omnia in puluerem crassiusculum & ponantur in vase vitreo mundo, addendo Theriacæ Androm. vnc. iiij. Mithridati vnc. iij. misceantur probe & affunde vini sublimati rectificati lib. viij. Aquarum Oxalidis, Carduibened. ana lib. iiij. Misce & pone ad solem per dies xiiij. Deinde destillentur per vesicam magna diligentia, vel in B.M. postea recipe Cinnamomi electi vnc.ß. spec. Diamargaritonis frigidi, Macis, Nucis Moschatæ ana drach. ij. Santali rubri, Citrini, Zedoariæ ana drach. j Garyophyll. ligni Aloes ana scrup. j. spec. lætitiæ Galeni; spec. lætitiæ Rhasis, spec. Diagemmæ ana scrup. j Moschi, Ambræ ana gr. ij. Terenda terantur crassiuscule, & probe cum reliquis misceantur, & in sindone rubea colligata, cum filo in prædictam aquam dimittantur. Dosis vnc. ij. per se. Miscetur etiam cum aliis medicamentis.

Conditum refrigerans & constringens stomachum imbecillum, Rondeletii: Recipe conseru. Rosar. vnc. j. spec. Diamarg. frig. drac. j. Coralli rubri drach.ß. Sachari q.ß. F. conditum.

Electua-

Electuarium præseruatiuum in peste, Bauhini Iunioris: Recipe cōser. Rosar. Acetosæ ana vn.j. Florũ Borrag. Buglos. Cichorii, Rob. ribes, de Berberis ana vnc.ß. condit. cort. Citri Sachar. vnc. ij. Rasuræ Eboris, Cornu C. ana drach iij. Corall. rub. drach. ij. sem. Citri drach j. Portulacæ; fol. Dictamni veri, Cinnamomi, Zedoariæ, Angelicæ, Santali rub. ana drach. ß. rad. Tormentillæ drach. ij. Sachari Rof. tabulati vncias viij. Syrupi de limonibus, de acetositate Citri ana q. s. Misce F. Electuarium secundum artem.

Electuarium pro palpitatione ab aqua, Rondeletii: Elect. nostri pro palpitatione à flatibus vnc. ij. Coralli rubri vsti & loti, aquæ melissæ ana drach. ij. Rasuræ Eboris drach. j. puluer. Margarit. drach. ß. cum Syrupo conseruat. cort. Citri fiat Electuarium. Capiat sero ac mane.

Electuarium eiusdem ad morbos capitis frigidos: Recipe conseruæ Capill. Veneris vn. j. conseruæ Anthos Zing b. condit. ana drac. iij. Cineris hirundinis vnc. ß Coralli rub. vsti drachm. j. Piperis tenuiss. puluerisati drach. j. ß. cum Syrupo de Stœchade F. Electuarium.

Electuarium pro Lienteria eiusdem: Recipe Myrobal. Embl. num. j. vel carnis Citoniorum vnc. j. cort. Citri condit: vnc. j. pulueris Diacitonites drach. ij Spec Diarrhod. Abbat. spec. Rosatæ nouellæ ana drach. j. Coralli rubi vsti drach. j. ß. conseruæ Acori colatæ & transmissæ per cribrum drach. vj. cum miua Cytoniorum F. Electuarium. Capiat ante Cibum.

Electuarium eiusdem pro dolore in fluxu vẽtris, eiusdem: Recipe Acaciæ, Hypocistidis, carnis Cytoniorum, Sumach, Gallarum ana drac. j. Coral. rub vsti & loti in aqua Rof. drach. j. ß. opii drac. j. Cinnamomi crassi, Cyperi ana drach. ß. cum Syrupo de Rosis siccis fiat Electuarium. Addi potest drac. j. ß. Boli Armeni, vel Terræ Sigillatæ.

Loch ad sputum sanguinis ex succis recentibus Eiusdem: Recipe succi Bursæ pastoris, succi herbæ sanguinariæ, succi Plantaginis, depuratorum, ana vn. ij. Amyli, sanguinis draconis ana dra. j Coralli rub. Tragacanthæ ana dra. iij. Sachari Rosati q. s. misce, & fiat Loch.

Vnguentum stomachicum Magistrale medici Florentini: Recipe olei Absynthii, Mastichini, Nardini ana vnc. j Rosarum rub. Corall. rub. Garyophyll. Cinnamomi, ligni Aloes, Masticis, Menthæ.

Schœnanti ana drac.j.ceræ q.sufficit.Fiat vnguentum S.A. ventriculum & Hepar roborat,horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat,coctionem iuuat.

Vnguentum ad calefaciendum Hepar Rondeletii: Recipe olei de Absynthio vnc.iij.Santalorum omnium Corall.rub, vsti & loti in aqua absynthii & Cichorii ana drach.j.sem.Endiuiæ, Scariolæ ana drach.ß.sem.Apii,Petroselini,Anisi drac.j.Ceræ q.s.Fiat vnguentum tempore inunctionis adde vini Maluatici parum.

Vnguentum ad retentionem fœtus: Recipe olei Omphacini,vel Cytoniorum, vel Myrti vnc.iij. Rad.bistortæ vnc.j. Boli Armeni Coralli rub.ana vnc.ß.Balaustiorum drach.iij Ceræ rubræ q.sufficit. Fiat vnguentum, addendo aceti quantum satis est. Vngatur regio ventris & renum frequenter.

Vnguentum ad superpurgationem menstruorum Rondeletii: Recipe ossium sepiæ vnc.ß.Coralli,vsti sanguinalis, Tutiæ ana drac. ij.Aluminis drach.j.olei Citoniorum,Myrtini ana vnc.ij succi Plantaginis,vel Bursæ Pastoris,vel Polygoni,vel Hernialis vnc.iij. Aceti parum.Misce & fiat vnguentum,diu agitando.Qui Ceram velit addat albam.

Vnguentum ad ventriculum refrigerandum eiusdem: Recipe olei Rosati,vel Omphacini ana vnc.iij.Coralli rubri,Coriandri,Sant. albi,flor.Labruscæ,cort. Citri ana drach.j. Ceræ albæ q.s.Fiat vnguentum,quo inungatur os ventriculi, addito pauco aceto, tempore inunctionis.

Vnguentum ad Lienteriam: Recipe olei Myrtini, Citoniorum ana vnc.ij.Coralli rubri,Boli Armeni,Aloes,rad.bistortæ.Gallarum ana drach.ij.Acaciæ,Hypocistidis,Ladani ana drach j.Ceræ albæ q. s.fiat vnguentum.

Vnguentum refrigerans Hepar: Recipe olei Myrtillorũ,vel Cotoneorum,vel Rosati Omphacini vnc.iij.sem.Portulacæ, Endiuiæ, Scariolæ an.scru.j.Coralli rubri,Boli Armeni ana dra.ij.Myrtillorũ, Balaustiorũ,Spicæ Nardi Indicæ,Santali rubri an.vnc.ß. Antispodii scru.ij.Ceræ albæ q.s. misce & fiat vnguentum secundum artem.

Vnguentum ad dolorem capitis ex calore: Recipe olei Rosati, Omphacini ana vnc.iij.Coriandri,Ros.rubrarum,Myrtillorum Coralli ana drach.j.Ceræ albæ quantum s.Aceti parum.Fiat vnguentũ, quo inungatur pars anterior capitis. Empla-

Emplastrum de Mastice: Recipe Masticis lib. j. Thuris lib. ß. Coralli rub. vnc. j. ß. Santal omnium drach. v. Galangæ, Garyophyllorum N. Moscha. Menthæ, Absynthii ana drac. ij. ß. Galliæ & aliptæ Moschatæ ana drach j. scrup. ij. Picis lib. j. Ceræ & Terebinthinæ ana quantum s. Fiat emplastrum, confert dolori dentium temporibus applicatum.

Emplastrum ad fœtum retinendum Rondeletii: Recipe olei Citoniorum, olei Myrtini, ablutorum cum aqua Plantag. & peculi Ros. vel cum decoctione rad. bistortæ vnc. iiij. Ceræ rubræ vnc. iij. sanguinis draconis, Boli Armeni, Acaciæ, Hypocistidis ana drach. ß. rad. Bistortæ, Gallarum, Balaustiorum, Coralli rubri, Masticis ana dra. iij. Cerussæ vn. j. Terebinthinæ lotæ in succo bursæ Pastoris vnc. iij. Fiat emplastrum, decoquendo in oleo Cerussam, postea addendo Terebinth. & alia in fine. Fœtum, sanguinis fluxum ex vtero aut renibus retinet.

Cataplasma ad ventris fluxum eiusdem: Recipe prunorum syluestrium, prunellorum ana li. ß. decoquantur in aceto, per cribrum mittantur: & in colatura decoque Micæ panis sordidi lib. j fol. Absynth. puluerit. Masticis, Coralli an. vnc. j. Sant. omnium, cort. mali granati ana vnc. ß. olei Rosati, olei Citoniorum ana vnc. iij. misceantur, & fiat cataplasma: quod applicetur supra ventrem sero, cum ibit dormitum.

Tabulæ confortantes Medici Cæsarei: Recipe Sachari albiss. in aqua Ros. dissoluti vn. iiij. olei Garyop. gr. iiij. Coralli rub. præp. scru. j. Moschi gr. ij. Fiat confectio in orbiculis secundum artem.

Tabulæ orificium stomachi claudentes & corroborantes, Cratonis: Recipe Coriandri præpar. vnc. j. Cinnam. electi drach. ij. Coralli præpar. drac. j. Santali albi, Mastiches ana scrup. i. Sachari albi in aqua Rosarum diss. vnc. x. Cons. Rosarum vnc. ß. fiat confectio in morsulis s. artem.

Morselli præcipua membra fouentes, & purgantes nonnihil, Mars. Ficini: Recipe Cinnam. elect. drac. ß. Myrobal. Chebularum, Emblicarum ana drach. ii. Croci Rosarum ana drach. i. Coralli rub. drac. i. Sachari in aqua Rosarum dissoluti & succo citri q. s. Formentur Morselli.

Tabulæ contra pestem, Dalechampii: Recipe frag. Sapphyri, Hyacinth. Smarag Granati, Perlarum rad. Bistortæ, Angelicæ, Tormentillæ Carlinæ, fol. Carduib. ana drach. j. Rasuræ Eboris, Cornu Cerui, Coralli rub. Carabe ana scr. iiij. Boli Armeni dra. ij. Doronici Zedoariæ, Garyophyl. rad. Cyperi, Schœnanthi, Rof. rub. ana drac. ß. fol. Melissæ, Ocyami, Croci ana gr. xv. Sachari soluti in aqua Rosarum q. s. Fiat Electuarium tabulatum.

Trochisci de Corallo, Nicolai: Recipe Corall. rub. Cinnam. Myrrhæ, Amomi, sem. paupar. albi ana vnc. ß. Schœnanthi, Croci ana vn. ij. Calami Aromat. Xylobalsami, Cassiæ, folii, Masticis, Phu, Pollii Montani, Asari, pedis columbini ana drach. j. vini q. s. Formentur Trochisci.

Aqua faciem illustrans Alexii: Recipe pinearum viridium, mundatarum incisarum q. s. ponantur in lacte per tres dies, quotitie addendo nouum lac, deinde cũ sequentibus rebus destillentur: Recipe vitri contriti vn. iiij. Coralli rub. vn. iij. Sachari candi vnc. iiij. Aluminis vn. j. misce & fiat puluis. Deinde Recipe Argenti viui cum Saliua mortificati vnc. j ß. oua recentia vna cum corticibus, rupta & concussa num. 12. Terebinth. nouies lotæ vnc. iiij. cochleas marinas candidas vnc. ij cochl terrest. num. L. contundantur singula & misceantur: deinde pars aliqua ponatur in cucurbitam vitream, deinde pars aliqua pulueris, post pars Terebinthinæ, demum pars cochlearum, aliud super aliud ponendo, donec cucurbita sit plena. Postremo addito vini albi mensuram j. destilla igne lento, & serua ad vsum.

Scutum Stomachicum Heurnii: Recipe Rosár. rub. p. j. Masticis, Coral. rub. an. vn. ß. sem. Anisi, fœniculi, ana dra. j. Garyph N Mosc. ana drach. j. ß. Absynth. Menthæ ana m. j. fiat puluis & inde sacculus interpunctus.

Alius Andernaci: Recipe Comarũ Absynt. sicci, Menthæ siccæ, Sisimbrii an. m. ß. Coriandri præp. dra. iij. Garyop. Cinnam. electi an. drac. ij. Ladani drach. j. ß. Coralli rub. scrup. iiij. Maceris drac. j. Cocci infectorii drac. ß. omnia minutim tusa tritaq; sacculo ex panno purpureo serico insuantur, figura scuti Stomachici, qui acu interpunctus, ventriculo applicetur.

Aqua dealbans faciem & tollens eius maculas, Marinelli: Recipe succi

ſucci Cãnæ viridis, vn.ij. ſucci Gentianæ, vn.ij. ſemper viui, ſucci Lim. an. vn.ij. Lactis Aſinę vn.vj. aquæ Florũ fabarũ lib.ij. Coral. alb. vn.iij. porcellanarum in ſucco Limonum diſſolutarum vnc. j. Boracis vnc. ß. Trita deſtillentur.

Vnguentum ad rugas & lentigines faciei: Recipe Coral. alborum drach. ß. Salis Gemmæ, Ceruſſæ, Camphoræ ana drach.ij. Seræ albæ drach.j. aquæ Roſaceæ vnc.j. pinguedinis Gallinæ lotæ vnc. ij. Terenda terito, ſimulque ad vſum commiſceto, &c. Hæc de Coralliis ſufficiant nunc ad reliquas gemmas cum Deo meo Ieſu.

CAPVT XXVI.

De Lapide Iudaico, Lyncis, Spongiæ, & Smiride.

LApis Iudaicus, à natali loco nomen habet, quia in Iudæa exoritur. Glandis magnitudine atque effigie, eſt candidus, forma elegantiſſima, lineis inter ſe æqualibus, veluti torno factis, diſtinguitur, is ſolutus nullam qualitatem guſtu affert. Poteſt ciceris magnitudine tritus ad cotem, vt collyrium, cum aquæ calidæ cyathis tribus, potu difficultati vrinæ auxiliari, & calculos comminuere. Auicenna commendat hunc lapidem in electuario de cineribus: Recipe cinerum vitri, Scorpionum, Rad. Braſſicæ, Leporis, putaminum ouorum, Lap. Spongiæ, ſanguinis hirci præpar. Lap. Iudaici, Gummi Ing andis, acori ana drachm. ij. Petroſelini, Dauci, Pulegii, Gummi Arabici, ſem. Althææ, Piperis nigri ana drach. j. ß. Mellis q. ſ. Fiat Electuarium. Bart. Montagnana poſuit etiam in Electuario Diuretico, quod ſic eſt: Recipe cineris putaminum ouorum drach. j. ß. vitri combuſti, lapidis Spongiæ, lapidis Iudaici, ana drachm. j. ß. ſem. Apii, Petroſelini, Ruſci, Aſparagi, Leuiſtici ana drachm. j. Aniſi, Glycirrh. ana vnciam ſemis, ſanguinis hirci præparati, drach. v. Mucilaginis Sebeſten lib. j. Sach. rubri lib. ß. Oxymelis compoſiti, drac. iij. Piſtaciorum depuratorum vncias iv. Infundantur piſtacia in aqua cineris calidi per duos dies, poſtea minutim incidantur, & coquantur ſimul Mucilagines, Syrupus & Sacharum ad ſpiſſitudinem, deinde incorporentur cum piſtaciis & aliis ſpeciebus, Fiat Electuarium.

Pilulæ ad renum & veſicæ vlcera. Recipe Tragacanthi leuiter aſ-

ſati, Gummi Armeni, parum vſti, Coralli rub. ſang. drac. Boli Armeni ana drach. ß. Maſticis lap. Iudaici an. ſcrup. j. ſem. Melonum, Alkekengi, ana ſcrup. j. Biſmal. ſcrupul. j. cum ſucco Caudæ Equinæ vel Narciſſi formentur Pilulæ, ſi neceſſitas poſtulat, adde ſem. papau. & opii parum.

Lapis Lyncis ex ſuccini genere eſt, naturæ ſuæ proprietate pennas ad ſe [illegible] dicitur, quemadmodum & cætera ſuccini genera paleas feſtucas, atque leuiſſima alliciant. Quantum vero à legitimo Lyncurio vulgaris ille lapillus differat, qui officinis lapis Lyncis appellatur, & cuius eſt vſus apud ſeplaſiarios & medicos, qui ſimplicium medicamentorum ſcientiam negligunt, ii diiudicent, qui ſimplicium hiſtorias & facultates optime norunt. Lapis genuinus v. Lyncurii in carbones ignitos proiectus, illos extinguit: tantum abeſt, vt ab illis inſumatur. Nec id ſolum habet rari miraculi: ſed ſi quis hanc gemmam panniculo obuolutam in eoſdem carbones detruſerit, non tantum illa, ſed panniculus quoque illæſus conſeruatur, prodeſt etiam mulieribus in enixu.

Hic lapis ingreditur has compoſitiones: vt Lithontribon Nicolai: Recipe Spicænardi, Zingiberis, Xylobalſami, Acori, Cinnamomi, Peucedani, Meu, Melanopiperis, Macropiperis, Leucopiperis, Saxifragiæ ana drachm. ij. ß. Opobalſami, Garyophyllorum, Coſti, Rheupontici, Glyzirrhizæ; Cyperi Tragacanthæ, ſem. Oluſatri, Chamædryos, ſem. Apii, Ammeos, Aſparagi, Ocymi, Vrticæ, Citri mali an. drach. j. gran. xv. Folii, Croci, Schœnanthi, Caſſiæ ligneæ, Bdellii, Maſticis, Ireos, ſem. Ammoni, Liguſtici, Milii ſolis, Petroſel. Macedonici, Seſeleos, Sinoni, Cardamomi, Anethi, Euphorbii, Lapidis Lyncis, olei Nardini, olei Moſchellini ana ſcrup. j. gra. xv. ſach. albiſſimi q. ſ. Fiat Electuarium.

Philanthropos Arnoldi Villanouani: Recipe Folii, Schœnanthi, Cyperi, Aſari, Anethi, Euphorbii, ſem. Petroſelin. Macedon. Sum. Thymi, ſem. Anethi, Milii ſolis, Lap. Lyncis ana drach. ij. ß. Cinnam. electi, Calami aromat. Polypodii, Philopendulæ, Macis, ſem. leuiſtici, Piperis albi, Vrticæ, Citri, Saxifragiæ, Rad. Bardanæ, Baccarum Hederæ ana ſcrup. ij. Galangæ, Spicæ Nardi, Zedoariæ, Rad. Valerianæ, Menthæ, Betonicæ, ſem. Aſparagi, Cardamom. min. ſem. Apii, Marathri, ſem. Erucæ, Sinapis, Orobi albi & rub. ana drach.

ß. Ca-

ß. Caryophyll. Zingib. Cassiæ ligneæ, Costi, Pyrethri, Spicæ Celticæ, Cort. Myrob. Citrinor. Olibani, Piperis longi, Carpobalsami, Carui, Cymini, Baccar. Lauri, Seseleos ana scrup. j. olei Nardi, Pulegii, Sambucini, Muscelini ana gran. xv. Mellis despumati quasi lib. ij. incorporentur. Dosis eius est à drach. ij. vsque ad drach. iij.

Nephrocatharticum Arnoldi Villanouani: Recipe lapidis Lyncis drachm. ij. gran. xv. Croci drachm. j. gran. xv. Zingiberis, Euphorbii, Myrrhæ, Olibani, Vesicæ apri siccæ, Lapidis in Hepate vel Vesica porci inuenti, sem. Hyosciami albi, Petrosel. Macæ, Citri ana drachm. j. gran. vj. Spicænardi, Costi, Schœnanthi, Pyrethri, Cassiæ ligneæ, Rheupontici, Prassii, Enulæ Campanæ, Maioranæ, Calamenthi regalis, Flor. Rorismarini, Gentianæ, Saxifragiæ, Gummi hederæ cupularum Cypressi, Baccarum Lauri, Piperis nigri, albi, sem. rutæ domest. Iuniperi ana drachm. ß. 4. grana Balsami, Styracis calamitæ, sanguinis Hirci, Nasturtii, Asari, Rad. Acori, Valerianæ, Meu, Arist. rot. & longæ, Betonicæ, sem. Saxifragiæ, Dauci, ana gran. v. sem. Petrosel. suc. Asparagi, Brusci ana gran. v. sem. vrticæ scrupul. ß. gran. iij. ß. Mellis despumati lib. j Incorporentur. Dosis eius est à drachm. j. vsque ad iij.

Acuatiuum Paracelsi: Recipe Terpentinæ, olei Lini ana: destilla binies:

Fiat Cohob cum his: Recipe oculorum cancrorum, lapidis Lyncis, Spongiæ, olei Ludi, Iudaici, Lyncis ana vnc. j. ß. Saxifragiæ vnc. ij. Misceantur.

Electuarium Reginæ, Magistrale ac Vsuale: Recipe sem. Saxifragiæ, Milii solis, succi liquiritiæ ana vnc. ß. semin. Carui, Anisi, Fœniculi, Apii, Petroselini, Genistæ, Macedon. Dauci, Brusci, Asparagi, Leuistici, Cumini, Iuniperi, Rutæ, Sileris Montani, Bacc. Lauri, Rad. Acori Veri, Pulegii, Pentaphylli, ana drachm. ij. Spicæ Indicæ, Squinanthi, Peucedani, Valerianæ, Carabe, Lapidis Lyncis ana drachm. j. ß. Galangæ, Zingiberis, Turbith ana drachm. ij. Senæ Alexan. vnc. j. Sanguinis Hirci præpar. vnc. ß. Sachari vel mellis quantum sufficit, Fiat Electuarium. Iudaici lapidis Quint. Essent.

sicde-

ſic deſcribit Libauius in ſua Alchym. lib. 2. tract. 2. cap. 2. Recipe calcem lapidis Iudaici ſolue in vini ſpiritu, vt combibat tenuiſſimam Eſſentiam, quod fiet ſi octiduo in calore detineatur vaſe tecto. Effunde liquorem vaſe inclinato. Refunde ſpiritum nouum, vel ſi opus eſt exſicca reſiduum & calcina denuo, vt tota ſubtilitas à craſſis partibus & refractariis extrahatur per vini ſpiritum. Vbi extraxeris Eſſentiam omnem, coagula menſtruum per deſtillationem Balnei. Datur cum vino ad calculum. Nota vero, ſi denuo calcinare vis, ne impuras arenas, terras, aut partes contumaces comminuas ſimul. Alias Magiſterium erit, non Eſſentia. In hunc modum & cum lap. Lyncis procedi poteſt.

Aqua Ioſ. Quercetani comminens calculum: Recipe Aquarum ſtillatitiarum Alkekingi & Fol. Querq. ana lib. ij. ß. in quibus macera per 4. dies ad ignem B. M. Rad. Pyrethri craſſiuſcule contuſæ Galangæ ana vnc. ß. Aloes ex veſica vnc. vj ſem. Fœniculi, Geniſtæ, Mylii ſolis ana drach. iij. Lapidis Iudaici, lyncis ana drach. duas. Deſtillentur per cineres lento igne: Doſis vnc. ij. ad iij.

Antidotus Nephritica maior I. Q. Recipe extracti Nephritici maioris vnc. ij. Extracti oculorum cancri, extracti teſtarum ouorum ana drach. ij. Magiſt. lap. Iudaici, Magiſt. lap. Lyncis ana ſcrupul. j. olei Terebinthinæ guttulas xx. Miſce fiat Antidotus: Doſis ſcrup. ß. ad j. cum aqua Antinephritica vel vino albo.

Lapilli ſpongiarum marini, omnibus notiſſimi ſunt, ideo quod rariſſimæ ſint ſpongiæ, quæ his lapidibus vacent: Iis non exiguam vim eſſe compertum eſt: In potu ſiquidem, teſte Dioſcoride, calculum Veſicæ frangunt. Eius calcinatio & præparatio talis eſt, ſecundum Tyrocinium Beguini cap. 11. pag. 117.

Calcinatio lapidis ſpongiæ. Lapis ſpongiæ ignitur; & toties in vino vel aceto deſtillato extinguitur: Donec in calcem reſoluatur. Eius vſus in calcinatione pro tinctura elicienda. Huic nobilis quidam author ſic reſpondet, & corrigit: Spongiæ in ſe habent lapides candidos friabiles. Crudi cum ſulphure leuiter calcinati, & cum aceto vini deſtillato ſoluti, euaporatoque aceto in ſalem rediguntur, qui ſal ſæpius per aquam pluuialem dulcificatus & purificatus, ſoluendo, filtrando & euaporando, eſt vtilis ad calculos renum ac veſicæ in appropriato liquore vel vino ſumptus; pondere 3. 4. vel 5. granorum. In hunc modum *Doſis ſalis è lapide ſpongiæ.*

mul-

multos lapides & gemmas præparare atque calcinare poteris, & pene omnes, qui calcinatione indigent. Eius generatio videre est apud Paracelsum tom. 8. lib. 4. Philosophiæ cap. 8. pag. 106. Auicenna commendat hunc lapidem in puluere ad calculum ex cineribus. Recipe Cinerum vitri, Cinerum Scorpionum, Cinerum Rad. Brassicæ, Cinerum Leporis, Cinerum putaminum ouorum, Lapidis Spongiæ, sanguinis Hirci præpar. Lap. Iudaici, Gummi iuglandis, Acori ana, drach. j. Petroselini, Dauci, Pulegii, Gummi Arabici, sem. Altheæ, Piperis nigri ana drach. j. ß. Terantur & simul misceantur: Præterea vide Sal Crollianum contra calculum, recipiens & præparans quosdam lapides.

Sal contra calculum.

In remediorum longitudine nil situm esse dicit Paracelsus de calculo, saltem in vera præparatione. ℞ igitur oculorum Cancri, Calculi microcosmi, Lapidis Iudaici, Lyncis, Spongiæ, Aquilæ, Glaciei duræ seu Crystalli Silicum, Lapidum Ciprinorum è Percis piscibus.

Resolue ex his singulis vel omnibus quantum velis aceto destillato, toties repetendo affusionem, donec omnes soluti sint, ac inde para salem, abstrahendo acetum: Hoc sale sæpius per aquam pluuialem prius dulcificato & purificato (soluendo scilicet filtrando & euaporando) per se vtere vel in liquore resoluto.

Crustacei, vt sunt oculi Cancri, Lapides Cyprini, non egent calcinatione, per se enim in aceto destillato soluuntur, vt Perlæ & Coralli.

Silicei vero, vt Crystallus, Silex, Lapis Iudaicus, Lyncis, Spongiæ, Aquilæ, calcinentur primo cum Sulphure & Sale nitro, vt supra de liquoribus gemmarum dictum, postea resoluantur cum aceto Terebinthinato, & Sal dulcificatum ad vsus seruetur.

Ex his lapidibus specificis, propter varias signaturarum formas habebis remedium vniuersale ad calculum & tartareos morbos.

Vnum quoque è supra nominatis specificis recte præparatum, est sufficiens ob scientiam signatam.

Crystallum Montanus Paracelsi ludum esse putabat, qui omnem tartari Anatomiam, signaturam & curam in se continet. Par-

ticulariter curando fieri non poteſt, vt omnes ſpecies dignoſcantur: Calculi & Tartari genera ſunt pluſquam quingenta, & quodque egeret ſuo remedio ſpecifico.

Vſus, Vires & Doſes ſalis.

In omnibus calculorum generibus, in quibuſcunque ſint membris.

Doſis à ſcrupulo j. ad duos pro præſeruatione in Syrupo conuenienti ſingulis Lunæ quadris.

In cura à ſcrupulis duobus ad drachmam j. in aquis ſpecificis Ononidis, Saxifragiæ, Pimpinellæ, Petroſelini.

Mulieribus offertur in aqua Meliſſæ ſeu Baccarum Iuniperi.

Obſeruationes duæ.

1. Nota illud Sal ſæpiſſime ſolutum & coagulatum, vltimo cum optimo ſpiritu vini digeratur, abſtrahaturque fortiter in cineribus, reiteretur labor, ſic ſal fiet volatile. Poſt quamlibet enim putrefactionem vncia ſemis ſalis aſcendit. Illa vini Eſſentia ſecundum Paracelſum non debet ſeparari à ſale immixto ac volatili, vt eo potentius agit in Tartarum interiorem. Vbi enim Alcohol vini fermentatum eſt cum virtute Lapidum, tunc habet vim reſoluendi calculum hominis, quemadmodum Alcohol vini fortificatum cum Tartaro, Auro, & Corallis rubedinem extrahere perhibetur.

2. Neminem terreat, quod ſilicei lapides propter duritiem primo per ſalem Petræ calcinandi ſunt, vt eo melius per Acetum radicatum ſuperius memoratum ſolui poſſint, quod alioquin nõ fieret. Nam crudi ſalis nitri per Sulphur purificati cum tantillo Croci, Maceris & puluere lapidum Citrinorum in calculo eſt remedium efficaciſſimum.

Eſt & Syrupus diureticus recipiens Lapidem Spongiæ: Recipe Apii, Petroſelini, Fœniculi, Aniſi, Ameos, Dauci, Bauciæ, Pentaphylli Alexandrini ana drach. iij. Aſparagi, Bruſci, Peucedani, Meu, Scolopendriæ, Capillorum Veneris, Adianti, Polytrichi Splendilidon, Capparis, Tamariſci, Seſeleos, Fimetinæ, Grana Solis, ſem. Melonis, Citrullorum, Cucumeris, Cucurbitæ, Cretami, Saxifragiæ,

ſum.

sem. Citri lap. Spongię,pul.Cicadarum,Amomi,Thymi,Chamæpityos,ossium Ceratorum,Pomorum, ossium Persicorum,Cardamomi, Leos, Spicæ nardi, Garyophyllorum,Costi, N. Moschatæ ana drach.iij.Galangæ Epithymi Philipendulæ,Pimpinellæ,Ciceris nigri ana drach. j. ß. Aquæ sacchari ana q. s. Fiat Syrupus secundum artem.

Puluis contra calculum & dysuriam: Recipe sem. Apii, Milii solis,Petroselini Fœniculi Anisi, Altheæ, Saxifragiæ ana drach.ij Lap. Iudaici, Spongiæ ana drach.j. Cantharid. præpar. scrup.j. Sanguinis Hirci præparati Spicæ ana scrup. j. Rad. Altheæ, Carpobalsami ana drach. ij.ß.Sachari albissimi vnc. vj. M. Fiat puluis. Dosis drach.j.

Smyris, Germanis Smergel dicitur & Smiril. Lapis est Adamanti duritia proximus, eo gemmas annularii Scalptores extergunt. Is in Samia terra inuenitur. Ad erodendum & vrendum vtilis: Gingiuis quas humor vexat, prodest: Ad dentifricia etiam vtilis. Præparatur autem hic artificiose ad præcipitandum cum eo Mercurium, de quo supra in lib.2 Basilicæ Chymicæ vide part. 2. capite de præcipitatione Mercurii.

CAPVT XXVII.

De Lapide Asio, Phrygio, Samio & Thyite.

ASius lapis est, ab Asso Troiadis promontorio sic dictus, vbi tantum inuenitur, coloris albi pumicis instar, fungosus, leuis & friabilis, venas in profundo habens luteas. Eius flos est salsugo summa lapide insidens, tenui compage, colore cum albo, tum punici simili, ad luteum vergente. Linguæ autem admotus eam leniter mordet. Vim habet vterque adstrictoriam, & modice erodentem, admistus liquidæ pici, aut Terebinthinæ tubercula discutit. Longe validior flos existimatur. De cætero siccatus flos vetera vlcera, & cicatrici repugnantia sanat, excrescentia cohibet: tetra vlcera & fungis similia, cum melle expurgat: Vlcerum caua explet, & expurgat cum melle: depascentiaque cum cerato sistit. Fit ex eo Cataplasma Podagricis, misto Fabæ lomento: & Lienosis ex aceto & calce viua prodest flos ex melle Phthisicis

ſicis linctu. Fiunt ex hoc lapide ſolea, in quæ podagrici pedes mittentes iuuantur. Fiunt etiam pulueres carnem exedentes corporaque carne onuſta, craſſaque extenuat in Balneo, pro nitro illiti. Si lauare hos quiſpiam velit, cadmiæ modo lauabis.

Lapis Phrygius, nomen etiam tenet à loco natali, eo vtuntur infectores in Phrygia, naſcitur in Cappadocia. Optimus habetur pallidus, modice grauis, non ſolida corporis compage, intercedentibus albis ſegmentis, vt in Cadmia. Vritur autem vino optimo perfuſus, viuiſque carbonibus obrutus: perflatur aſſidue follibus, donec mutato colore rufeſcat: rurſus extractus eodem vino reſtinguitur. Hoc iterum & trinis vicibus faciendum: attendendum tamen ne minutim confringatur, & in fuliginem euaneſcat. Vis crudo vſtoque adſtrictoria expurgans: Vlceribus cruſtas quadantenus inducit: ambuſtis cum cerato medetur. Lauatur vt Cadmia: eiuſque loco Marchaſita, ſi non ſit ad manus, ſumitur.

Lapis Samius, in terra inuenitur Samia, quo aurifices vtuntur in poliendo Auro vt reſplendeat. Probatur candore & duritia. Vis ei adſtrictoria & refrigerans. Prodeſt ſtomachicis potus, ſenſus hebetat: Verum ad fluxiones oculorum, & vlcera cum lacte eſt efficax. Partus vt tradunt adligatus accelerat, & conceptus fœminarum cuſtodit.

Thyites Lapis, in Æthiopia gignitur, ſub viridi colore Iaſpidem imitatus: cum diluitur lacteum tamen ſuccum reddit. Vehementer mordet: Tenebras quæ pupillis obſeruantur, expurgat.

CAPVT XXVIII.

De Chryſolitho, Corneolo, Selenite, Oſtracite, Memphite, Thracio, Arabico, Galactite, Melite, Ophite, & Augite.

CHryſolithus, Gemma eſt Indica, coloris viridis lucidique, aduerſus ſolis radios ſtellæ inſtar fulgens: Ignobiliores harũ dicuntur Arabicæ, quod colore vario, aſpectuq; ſint turbulento. *Se-*

lectiſſi-

lectiſſimæ Indicæ, quæ quadantenus ſunt cæruleæ, aquæ marinæ virorem præ ſe ferentes. Quod ad vires: Melancholicas exaſperationes, & affectiones geſtata ex ſiniſtro brachio creditur auertere. Auro incluſa ſtultitiam & phantaſiam melancholicoſque metus, & puſillanimitatem arcet. Dæmonas prauos pellit, nocturnis aduerſatur pauoribus, ſapientes & conſtantes efficit. Aſthmaticis etiam prodeſſe tradunt.

Corneolus minii eſt colore, ſed ſublanguido, carni humanæ ſciſſæ, ſiue aquæ in qua caro eſt lota, nō diſſimilis. Probatur maxime quæ puriſſima nitidiſſimaque fuerit ſubſtantia, colore carneo, tranſlucido. Quod ad vires, ſanguinem, menſeſque muliebres ſiſtit: Mariſcas pellit: Annulo incluſus, iram bellique cauſas, iurgia & lites coram iudice finit. Pollen eius dentes emendat & corrigit. Corneolus ſi manu geſtetur, ſiſtit ſanguinem. Vide Theophraſtum Paracelſum tom. 6. lib. 1. de præparat. tract. 2. pag 176.

Corneolus ingreditur hoc Elixir Iſchæmum nuncupatum incerti authoris: Recipe Magiſterii Corneoli drach. j. Croci Martis drach. iij. Magiſt. Coral. rub drac. j. ſucci Equiſeti, ſucci Burſæ Paſtoris ana vnc. ß. Eſſentiæ Sach. q. ſ ad maſſam. ſoluatur autem Sacharum aqua Plantaginis & incorporetur. Ad externum vſum poteſt addi fœtura Ranarum cum Amylo & adhiberi.

Selenites, alias Aphroſelinos, & ſpecularis etiam lapis aliis, Germanis vnſer Frauw Eiß/ Erdglaß: ſic dictus quod Lunæ imaginem refert, & ad eius incrementum ac decrementum videtur creſcere ac decreſcere. Specularis vero, quod ſpeculi inſtar aut vitri ſit lucidus: vnde etiam feneſtræ veteribus ex hoc fiebant, vti adhuc in vetuſtis quibuſdam templis eſt videre. Candidus, leuis ac translucēs in Arabia naſcitur. Huius ramenta comitialibus in potu dari iubent. Eo ceu geſtamine ad amuleta mulieres vtuntur. Arbores adalligato eodem frugiferæ redduntur. Albertus Magnus tres diſtinguit eius ſpecies: vnam lucidam ad inſtar vitri: alteram nigram: tertiam citrinam, nobiliorem, quæ altera ſit Arſenici ſpecies.

Oſtracites teſtæ ſimilitudinem habet, cruſtoſus, & in laminas fiſſilis, quo mulieres ad detrahendos pilos pro pumice vtuntur. Menſes drachmæ pondere potus ex vino ciet. Si quatuor diebus à purgatione bibatur, Sicilici pondere, fœminis præſtat ne concipiant.

piant. Cum melle autem impositis, mammarum inflammationes lenit,& nomas cohibet.

Lapis Memphites in Ægypto ad vrbem Memphim inuenitur, calculorum magnitudine pinguis, versiculorq;. Aiunt hunc tritum illitum locis, quæ vrenda aut secanda sunt, sine periculo sensum eis adimere.

Thracius in Scythia nascitur, in fluuio, qui Pontus vocatur. Eadem ei vis, quæ Gagathæ. Traditur aqua accendi, oleo restingui: Quod etiam in Bitumine accidit.

Arabicus lapis miraculoso Ebori similis est. Is tritus hæmorrhoidas exiccat. Eius cinis dentifricio optimus.

Galactites à lacteo humore, quem resudat, nomen sumpsit, coloris est cinerei, gustu dulcis. Inuenitur is hodie Hildesheimii, forma & viribus ei, quem Dioscorides describit, respondens. Ad oculorum fluxiones & vlcera illinitur. Fœmori alligatus partum adiuuare fertur. A collo item suspensus lac nutricibus augere dicitur. Oportet autem vt inquit Dioscorides, in aqua tritum in pixide plumbea recondere, propter vim videlicet glutini, quod ipsi adhæret.

Melites est in omnibus Galactitæ similis. Hoc tantum differt, quod dulcissimum succum emittit. Facit ad eadem ad quæ Galactites.

Ophites lapis alius est grauis, & niger: alius cinerei coloris. alius punctis variatus: alius lineas candidas habet. Omnes allegati contra serpentum morsus, & capitis dolores prosunt. Qui vero candidas habet lineas priuatim lethargo, & capitis doloribus auxiliari perhibetur.

Augites seu Callais, Turchesa Gallis: Arabibus Peruzaa, eius color ex cynaeo & viridi eleganter videtur confuse mixtus. Nascitur in India, præcipue circa montem Cokas.

CAPVT XXIX.

De variis adhuc gemmis in medicina vsitatis.

LApis Nephriticus: à paucis annis ex Hispania noua delatus est lapis

lapis variegatus, ex viridi & lacteo permistus, viridior tamen præfertur. Eum gestant variis formis effigiatum, vt antiquitus solebant Indi, alios piscium forma, alios auium capitibus, alios Psittaci rostris similes, nonnullos rotundos Sphænularum modo, atque omnes perforatos, quoniam Indi eos appensos gestare solebant aduersus Nephritidis, aut stomachi dolores, in quibus morbis valde commendatur. Sed eius præcipua laus est ad Nephriticos dolores, & ad calculum expellendum & arenulas, si videlicet brachio alligatus gestatur.

Lapis sanguinalis: Idem ex noua Hispania delatus, Iaspidis genus est, varii coloris, sed obscurioris, maculis, seu punctis distinctus sanguineis. Ex his lapidibus Indi quasdam cordium formas magnas, & paruas conficiunt. Valet ad fluxum sanguinis Narium, mensium, hæmorrhoidum, vulnerum ac Oris. Lapidem aqua frigida intinctum æger dextra comprimit, & subinde id facit. Sic eo Indi & nostri vtuntur. Persuasum habent Indi, imo firmissime credunt, si hoc lapide pars sanguine manans contingatur, sanguinem sisti, idque verum esse experientia comprobatum est. Vtilis etiam est suspensus, aut alligatus eidem parti, vnde sanguis effluit, modo carnem contingat. Vidimus nonnullos hæmorrhoidum fluxu afflictos, remedium sensisse, annulos ex hoc lapide confectos in digito continue gestando, nec non & menstruum fluxum sisti.

Lapis Schistos, hoc est fissilis, in Iberia Hispaniæ gignitur. Laudatissimus est, qui Croci colorem imitatur, estque friabilis & suapte natura bene scissilis. Concretione vero & mutuo linearum, quas pectinum modo habet, discursu, Ammoniaco Sali similis videtur. Vim exhibet Hæmatitæ sed ad omnia inferiorem. Quin & cauas replet muliebri lacte perfusus, ad procidentia, rupta, item genarum crassitiem, & vuas oculorum maxime efficax est. Si deficiat pro eo sumi potest Hæmatites. Eius generationem vide apud Paracelsum tom. 8. lib. 4. Philos. cap. 9. pag. 106.

Lapis Tiburonum, in mari Indico ferreis hamis capiuntur pisces Tibu-

Tiburones dicti, maximi, validissimi, pugnacissimi, & truci aspectu, qui cum lupis marinis assidue præliantur. In eorum capite terni aut quaterni interdum plures inueniuntur, valde albi, magni, ponderosique (vt interdum libras duas pendant) & qui facile abradi possunt. Huius lapidis puluis vtilissimus fertur Nephriticis, & aduersus vrinæ difficultates, & renum vesicæque calculos, v in Indis Hispanisque experientia comprobauit. Eius gustus insipidus est.

Morochtus, quem aliqui Galaxiam, aut Leucographida vocant, in Ægypto nascitur. Hoc lapide quoniam mollis est, & facile diluitur, linteorum artifices ad candorem linteis indendum vtuntur. Spiracula corporis obstruere videtur: Conueniens iis, qui sanguinem expuunt, cœliacis & vesicæ doloribus, cum aqua potus. Iidem fluxionibus vuluæ, & impositus velleri. Mollibus oculorum Collyriis miscetur: Explet enim caua atque delachrymationes sistit. Idem Cerato exceptus, vlcera quæ fiunt in terrenis partibus corporis, ad cicatricem perducit.

Lapis Caymanum. Ex nomine Dei, Carthagine, alisque continentis oris, lapides interdum adferuntur calculis fluuiatilibus similes, qui in ventriculis prægrandium Lacertorum (Caymanes appellant) inveniuntur: ferocissimi sunt, ingenti ore, vt integrum hominem deglutire possint, multiplici dentium ordine, adeo magni, vt triginta duorum pedum longitudine inueniantur. Viuunt ii magna ex parte in fluminum ripis, nonnunquam in mari, ad fluuiorum ostia: pariunt oua in terra, & suos catulos isthic excludunt, testudinum more: capiuntur hamis ferreis. Quia cutis eorum prædura, omnes ictus, etiam minorum tormentorum æneorum, respuit. Hos lapides colligunt Indi & Hispani, adque adeo sibi seruant, ad quartanam tollendam vtile remedium. Siquidem bini ex eis, temporibus vtrinque alligati, in quartanarum paroxysmo, illas tollere, aut earum calorem manifesto infringere traduntur.

Geodes lapis nascitur in Misnia, & Saxonia, astringit, siccat, caligines oculorum discutit. Illitus autem ex aqua, testium mammarumque inflammationes sedat.

Oculus Catti laudatissimus in Zeilan inuenitur. Nonnulli enim ex Pegu aduehuntur, quos eo rumor est ex regione Bramaa. Multo ma-

to maioris eſt pretii apud Indos, quam in Luſitania perſuadent ſibi Indi eius qui hanc gemmam poſſidet, facultates non poſſe imminui, ſed ſemper incrementum facere, & augeri: Verum lineus pannus ita compreſſus, vt ipſius gemmæ meditullium ſiue oculum tangat, nullo igne vri poteſt.

Alectorius, quaſi dicas Gallinaceus, quod in ventriculo capi inueniatur, ætatis vt ferunt anno nono, aliqui tamen volunt anno quinto. Fabæ conſpicitur magnitudine, colore Cryſtalli, niſi quod paulo eſt obſcurior. Hoc exiſtente in capo potu ipſum abſtinere ferunt. Ac Milonem Crotoneatam hoc vſum inuictum in certaminibus fuiſſe, tradit Plinius lib. 37. cap. 10. Valere aduerſus pericula creditur. Inuictum præterea reddere, & ſitim arcere in ore retentum ferunt. Authoritatem & gratiam, facundiamque geſtanti præſtare: Conſtantiam præterea adferre: Venerem ciere: Mulieribus quoque virorum gratiam conciliare.

Mycxis: lapis eſt, qui in capite Bufonis inuenitur magnitudinis miræ. Eſt enim vt Braſauolus vult, craneum ipſius animalis. Color eſt ferrugineus, in viridi nitet tamen. Pars exterior plana: Eſt enim ipſum os. Interior autem vere lapis eſt, ſeu potius lapidea terra, quaſi concreta diu. Rotundus eſt plerumque & magnitudine fabæ. Ego vidi Francofurti hic ad Mœnum in triplo maiorem. Vires eius expertæ ſunt, geſtatus tollit renum dolores, inflammationes mammillarum, Eryſipelata, lapidis etiam ſeu calculi prohibet generationem. Lotio etiam illius dicitur conferre, & præſenti eſſe auxilio. Ventriculi affectibus & febribus etiam confert: venenatiſque ictibus maximum eſt auxilium.

Chelidonius, quaſi hirundineus, quod in hirundinibus quas Græci χελιδόνας vocant, inueniatur: Lapillus eſt paruus & minime perſpicuus qui tali modo dicitur inueniri: Diſſectis nempe ante plenilunium (alii in menſe Auguſto creſcente Luna) pullis hirundinum ex prima fœtura, duo lapilli inueniuntur in illorum ventriculis (alii in hepate aiunt) quorum vnus concolor, alter vero diſcolor habetur. Hi priuſquam terram attigerint, ſi in Buculæ aut cerui aluta includantur, & brachio vel collo aptentur, comitiales ſanabunt, nedum iuuabunt.

Plinius gemmam hanc Taos vocari eſt autor, ac Pauonis co-

lorem repræsentare, qui Græcis Ταὼς dicitur. Est autem duplex huius lapidis differentia: nam interdum singuli, interdum bini inueniuntur: alter rufo, alter vero nigro colore. Probatissimi sunt quæ substantia sunt simplicissima purissimaque, aureis guttis insigniti. Rufus sub ala sinistra gestatus, lineo panno, aut vitulino corio exceptus, morbos antiquos, Lunaticos, comitiales, insanos, languidos, vna cum Epilepsia perfecte sanare ferunt: Idque præstantius efficiet si in pollinem tritus bibatur: Facundos item & gratos efficiet. Niger vero aduersus noxios humores, iracundiam & febres conducit: Felicem item omnium rerum successum, & exitum præbet, oculorum item dolori cum aqua tritus medetur.

Gira sola, quibusdam lapis Solaris, aliis Leucopetalos dicta, inter gemmas reponitur, quæ ex candido nitent, & aureum fulgur emittunt.

Dionysia, gemma non ignobilis, quæ trita & sumpta vini saporem vtcunque refert, ebrietati resistit: à Poeta describitur: Nigra micat rubris Dionysia consita guttis.

Chrysolampis interdiu suppallida est ac fusca, noctu vero vt ignis splendescit. In Æthiopia nascitur, rarissime tamen ad nos deuehitur.

CAPVT XXX.

De Vnicornu, & terris nobilioribus, energia & virtute gemmis correspondentes.

NOn excellentia solum verum & virtus, dignitasque facit nos extra ordinem hic procedere, hoc enim inter animalia collocari, reliquaque inter vegetabilia poni debebant, sed excusatio pia & voluntas libera; ad rem itaque ipsam, cum diuini numinis auxilio. Si quæ animalia cornibus natura mutila voluit, aliquando cornuta visa sint, hæc inter raro contingentia reponuntur.

Hinc

Hinc pro monstro quidam rusticus est habitus Cœnomanus, cuius fronti cornu adnatum crassissimum, duos palmos longum, ad occiput incuruum Lutetiæ anno Domini 1600. visus. Sic & perrarum, imo nusquam nisi forsan semel visum alteri homini cornu in dorso prominulum, cuius meminit Philippus Ingrassia cap. 1. tract. 1. de tumoribus. Multa vero cornuta sunt præsertim mascula, quorum maxima pars bicornis est, vt Bos, Vrus, Capra, &c. Alia tricornia sunt, vt Boum genera quædam in India, ex Solino; quædam quadricornia, vt in arietibus obseruatum est. Nonnulla tamen vnicum Cornu gerunt, idque in fronte medio, vt onager Indicus, vaccæ quædam in Zeila Vrbe Æthiopiæ, Camphur Animal Amphibium in Insulis Molucis frequens, vt Ares quædam Æthiopicæ, ex Æliano, & pisces nonnulli, eiusmodi est Vletif in Indico Mari frequentissimus.

Verum literis non modo humanioribus, sed & diuinis tantopere celebratum illud animal, omnibus his dignitate antecellit, Hebræi Kem & Reem, Auicennas Acherchedcn, ex Arabibus nonnulli Barkaran, Græci Monocerotem, Latini Vnicornem, Indi Cartazonos Galli Licorniam vocant.

Anthores varia scribunt de hoc animali, dicunt enim nonnulli esse animal procerum, nonnulli Pumilum: Alii aiunt perpetuo esse ferum ac syluestre, alii vero non tantum arte cicurari, sed etiam visis puellis mansuescere, & aliquando iuxta eas delabi in somnum, amoreque earum ac odore allici. Sunt & qui illorum Cornu nigrum, alii rufum, alii album pronuntiant. Ex communi opinione qui nouum orbem lustrarunt, Monocero Elephanto humilior tenuiorque est, & magnitudinem equi tantum mediocris æquans, colore mustellino, seu subrufo, & secundum quosdam cinereo, capite Cerui collo non oblongo, nec oblonga iuba, sed admodum rara, & altera colli parte pendula, hircina barba, sed breuiore. Vngulas bifidas habet, tibias non valde crassas, caudam Apri modo: sic volunt Solinus, Plinius, Ælianus, &c. In capitis summa parte & anteriore cornu gerit vnicum, rectum, crassum, velut in spiras intortum, quatuor aut quinque pedes, aut plus, minusve pro ætatis ratione

longum,ſolidum,ac durum,nullis ſquamulis aſperum, nullis rimis hiulcum,exterius ſubrufum,interius velut eburneum, ſed nullis lineolis vndulatum,in ambitu tanquam craſſo cortice linea circulari à reliqua parte dirempto obuallatum, quem inſtitores inepta licet vſitata voce,laridum vnicornis vocitant. Cum igitur Monoceros animal rarum & ferum,nunquam cicurabile, niſi forſan cum adhuc pullus capitur nec ei vt ceruis cornua quotannis decidant, non mirum ſi illius cornu rarum ſit &pretioſum:vnum tamen longiſſimum & hominis proceritatem æquans tanquam theſaurus ditiſſimus ſeruatur in temploD.Dionyſii iuxta Pariſios;Ego in vrbe noſtraHeliopolitana vidi tale cornu in longitudine vltra decem pedes, apud nobiliſſimum virum Dominum Rhulandum à. Caſſel.eius figuram dabimus expreſſam in fine huius libri.

De viribus eius dicunt ſcriptores quod ſit aduerſus venena peſtem; morbos contagioſos, partes nobiles exhilarare & roborare, &c. Datur etiam Rhinoceros,item ebur calcinatum pro vnicornu, ſed falſum.alii volunt quod cornu cerui ſi iuſto tempore ſumptum atque ſub certo ſydere in terram ſepultum per annum aut plus, eaſdem pene acquirat virtutes prout vnicornu,qui ſcire cupit, probare poterit: Nunc per authoritates eius vſum magnificum, expertum ac virtuoſum,probare conabimur.

Theriaca cœleſtis Ioſephi Quercetani: Recipe Eſſentiæ Theriaces benedictæ è libra integra extractæ, atque proprio Sale acuatæ,Eſſentiæ coralliorum,Perlarum ana drac.ij. Pulueris Bezoardici veri,Terræ Sigillatæ,vnicornu, oſſis de cornu Cerui ana drach.j.ß. Ambræ drach.j. Fiat in forma & conſiſtentia mellis Theriaca Eſſentialis.

Antidotus Minor contra peſtem pro gregariis I. Quercetani: Recipe ſucci ſcordii,rutæ,ſucci Carduiben. Vlmariæ Menthæ Criſpæ,Saluiæ ana vnc.iiij.vel plus minus.Omnes hi ſucci in alembicũ, vel matracium vitreum & capax inditi, digerantur in B.&depurentur ſeparando multoties terreum craſſamentum & fæces, quæ in fundo reſidebunt.Ad vncias 10. horum ſuccorum optime depuratorum adde rad.Angelicæ,Zedoariæ an.vn.j.Dictãni;ſem.Carduib. cort.Citrii an.vn.ß.Cinnamomi dra.vj. Myrrhæ vn.ij. Croci dra.iij. Cãphoræ dra.j.omnib.cõtuſis & ſimul cũ prędictis ſuccis mixtis.fiat

dige-

digeſtio in Balneo p biduum vel triduum, dein omnia adhuc calẽtia per torcular fortiter exprimantur. In qua expreſſione denuo adde Theriacæ optimæ vn j. ß. confect. Hyacinthi, Alkermes ana vnc. j. Perlarum præparat. Corallor. præparat. Cornu Cerui præparati, ſpec. Diambræ, de Gemmis ana drach. ij. Vnicornu drachm. ß. lap. Bezoartici drach. j. Omnia adhuc ſemel digerantur in B. M. per duos vel tres dies, dein per Alembicum ad ignem Bal. vaporoſi deſtilletur omnis liquor, donec in fundo remaneat conſiſtentia inter durum & molle media, ſicque Antidotus erit præſtantiſſima, de qua capiendum mane vnius paruæ auellanæ inſtar: Ad curationem vero pondus drach. j. ad drach. j. ß.

Conditum ad cordis roborationem: Recipe conſer. Cort. Citri, conditi vnc. j. conſer. Flor. Bugloſſæ, Violarum ana vnc. ß. confect. Alkermes drach. j. ß. confect. Liberantis, Cordialis, Elect. de Gemmis ana drach. ß. ſpec. Aromat. roſ. Dianthos ana ſcrup. j. Coralli præparati. Margaritarum præparat. ana drach j. Oſſis de corde Cerui drach. ß. Vnicornu ſcrup. j. Lapidis Bezoartici ſcrup. ß. Ambræ gran. x. contundantur omnia ac miſceantur & fiet conditum ad cordis deliquia, peſtem, lipothymias ac febres peſtilentes &c. exhibetur cochleari.

Aqua Bezoartica Langii. Recipe Chelidoniæ cum radicibus lotis M. iij. ß. Rutæ M j Scordii M. ij. Dictamni Cretici, Carduibened. ana M. j. Zedoariæ Rad. Angelicæ ana drachm. iij. Cort. Mali Granati, Cort. Limonum ana drach. ij. ß. Flor. Tunicæ, Roſarum ana drach. ij. Cinnam. drach. ij. ß. Garyophyll. drach. ij. Incidenda incidantur, & triduum macerentur in lib. iij. Vini ſublimati fortiſſimi, Vini Maluatici, Aceti, Flor. Tunicæ ana lib. ß. tandem lento igne per B. M. deſtillentur, cui adde Theriacæ Alexand. vnc. iij. Mithridatii vnc. j. ß. Caphuræ ſcrup. ij. Trochiſ. de Vipera drach. j. Macis drach. j. Cinnamomi drach. iij. Garyophyll. drach. ij. ß. Conſeruæ Flor. Tunicæ vnc. ij. Carduibened. vnc. j. ſpe. Liberantis ſcrup. v. Vnicornu drachm. j. ß. Macerentur in priore deſtillatione per biduum, & lentiſſimo igne per B. M. deſtillentur bis, vel ter. Optima eſt Aqua contra peſtem.

Aqua vitæ pretioſa alia: Recipe Rad. Oſtrutii, Chamæleonis, Roſarum, Valerianæ, Rhapont. Angel. Rhabarb. Chelid. Morſus

Diaboli, Pœoniæ, Satyri, Polypod. Petroselin. Fœniculi, Glyzirih. Apii ana vnc. ij. Rad. Enulæ, Leuistici, Pinamiæ Indicæ, Ranunculi, Dictamni, Pimpinellæ, Petasites Ferulæ. Anethi ana vnc. j Rad. gentia. vnc. j. sem. Pæoniæ Anethi ana vnc j. Rad. Ireos vnc. j. Galangæ, Calami Aromatici, Zedoariæ, Hermodactyl. Turbith ana vnc. j. Alii drachm. vj. Rad. Rub Tinctorum, Acori ana vnc. j. Agarici, Mithridatii ana drachm. vj. succini albi puluerif. drachm. ij. Rad. Pyrethri drach. vj. Been albi ac rub. ana drach. vj. N. Moschatæ, Macis ana drac. vj Garyophyl. vn. ß Spicæ vn. j Croci drac. ij. flores Cardami dra. ij Cinnam. vn. j. Gran. Iunipi vn. j Bacc Lauri vn. ß Cumini Romani, sem. Cinæ an. dra. vj. sem. Apii vn. j Anisi drac. vj. Fœniculi, Aquilegiæ ana drach. vj. Flor. Tiliæ vnc. j Carpobalsami, Santal. rub. ana drach vj ligni aloes vnc. ß Lap Cancrorum Crudorum vnc. j Cornu Cerui præparati & pulueri. vnc. j. Eboris vnc. j. Margaritarum perforatarum, Coralli rub. ana drachm. vj. Vnicornu vnc. ß. Ossis de C. Cerui vnc. ß Flor. frumenti, Tritici ana vnc. j. Moschi q. s. Aquæ vitæ ter destillatæ ad eminentiam aliquot digitorum. Ponantur in phiolis per 40. dies, deinde tinctura coletur & seruetur.

Antidotus contra venena lethalia & pestem Matthioli: Recipe Rhabar. Rhapont. Rad. Phu. Acori. Cyperi, 5 folii, Torment. l. Aristol. rot. Pœoniæ, Helenii, Costi, Iridis, Chamæleontis albi ana drachm. iij Galangæ, Imperatoriæ, Dictamni Albi Angelicæ Millefolii, Filipendulæ, Doronici, Zedoariæ Zingiberis ana drachm. ij. Agarici drachm. iij. Libanotidis Maris, morsus Diaboli ana drach. ij. ß. sem. Mali Citri, Viticis, Cocci infectorii, Fraxini, Acetosæ Pastina. Syluest. Napi, Nigellæ, Pœoniæ, Ocymi, Irionis Thlaspis, Fœniculi, Ammi ana drachm. ij. Baccarum Lauri, Iuniperi, Hederæ Smilacis, Cubebarum ana drachm. j. ß. Fol. Scordii, Chamed. Chamæpit. Centaurii minoris, Stœchadis, Nardi Celtici, Calaminthæ, Rutæ ana drach. j ß. Menthæ Betonicæ, Verbenacæ Scabiosæ, Carduibened. Melissæ ana drachm. j. ß. Dictamni Cretensis drachm. iij. Sampsuchi, Hyperici, Iunci odorati, Marrubii, Sabinæ, Pimpinellæ, drachm. ij. Caricarum, Nucum iugland. Pistaciorum ana vnc. iij. Myrobal. Emblicor. drachm. ß. Flor. Borrag Bugloss. Rosarum, Lauendulæ, Saluiæ, Rorismarini ana scrupul. iv. Croci drach. iij.

Cassiæ odoratæ drach.x. Garyophyll.N.Moscha. Macis ana drach. ij ß.Piperis nigri,Piperis longi,Santal.omnium,Agallochi ana drac. j,ß.Cornu C.vnc.ß.Vnicornu vnc.j.Ossis Cordis Cerui, Ramentorum Eburis,Virgæ Ceruinæ.Castorei ana scrup.iv. Terræ lemniæ drach.iij. Opii drac.j.ß.Margaritarum Orient.frag. Smaragdi,Hyacinth. Corall.rub.ana drach.ß. Caphuræ drach. j. Masticis, Thuris,Styracis, Myrrhæ, Gummi Arabici,Terebinth.Serapini,Opoponacis,Laserpitii ana drach.j.ß.Moschi odorati,Ambræ ana drac. j.olei Vitrioli vnc.ß. spec. Cordialium Diamargar. Diamosch. Diambræ,Diagemmæ,Trochis. Caphuræ ana drachm. ij.ß. De Vipera vnc.ij. De Scilla drach. j.ß.Succi acetosæ,Sonchi, Buglossæ,Scordii,Melissæ ana lib. ß.Hypocistid. drach. ij. Theriacæ electæ, Mithridatii opt. ana drach.vj.Vini odorati lib. iij. Sachari albissimi lib.viij.Fiat Electuarium.

Remedium præstantissimum contra pestem,Iacob. Theod. Tabernæmontani: Recipe pul. Antimonii præparati drach. ij. Doronici Romani,Terræ Lemniæ,Boli Armeni ana scrup.j. Cort.Mali Citri, Croci, Caphuræ, Tormentillæ, Sandali Citrini Cornu Monocerotis ana scrup.ß. Eboris combusti gran. xv. Coralli rub. Cinnamomi Elect. Spicæ Indicæ, Margaritarum præpar.ana gran.v. Aloes lotæ drachm.x. Conseruæ Rosarum, Buglossæ ana scrup.iij. Theriacæ Electæ,Mithridati optimi ana scrup.j ß.Syrupi acetosit. Citri q.sufficit.Fiat massa. Dosis scrupulus semis. Medetur pestilentiæ,& iis qui venenum hauserunt.

Pilulæ opiatæ Paracelsicæ: Recipe Opii Thebaici minutim incisi drach. j. Mumiæ gran. iij. succi rad. Alterci, dum adhuc est succulenta,collectæ purgatæ pure drach.ß. Hæc simul mixta recondantur vitro, macerenturque ad solem, vel in loco calido per dies 14. Postea spec. Diambræ vnc. j. cum vini ardenti quinquies correcti libra vase optime conditur, & in loco calido, siue in sole stare per dies octo vel decem sinitur, ita vt singulis diebus ter quaterque agitetur. Huius vini rubicundissimi per inclinationem à confectione separati, modicum super opium, vt antea docui, præparatum, funditur, & in pultiolam redigitur, idque per triduum iterum in sole alioue loco calido, vase diligenter clauso digeritur: Atque hic labor ter reiterari debet. Tandem medicamentum.

tum exiccari sinito, donec indurescat. Hoc in puluerem super lapidem conterito. Vino vt dixi subinde adiecto, dum pultis crassitudo sit, cui adde Coralli rub. Succini flaui præparati ana scrupulum j. Vnicornu q. v. Moschi optimi, vel olei ex Moscho, vel ex Ambri Grana iij. Croci Orientalis scrup. j. probe subiguntur, iunguntur que, & formantur pilulæ minutissimæ, quarum singulæ pendeant gran. iij. vel iv. Ex his vnicum noctu dormituro, vnicum mane datur ex vino decumbenti in lecto. Medicamentum est ad omnes febres abigendas efficacissimum: Dolores capitis omnes sedat; Humorumque defluxiones in partes inferiores prohibet: Somnum accersit: Tussi medetur: pectoris pulmonumque vitiis auxiliatur: sanguinis reiectionem coercet: vesicæ cruciatus mitigat.

Laudanum Theophrasti Paracelsi: Recipe spec. Diambiæ vnc. j. ß. Opii Thebaici drach. ij. Mumiæ scrup j. Succi Hyoscyami drac. j. ß. Corall. rub. præpar. scrup. j. succini albi drac. ß. Vnicornu gra. iv. Croci Orientalis scrup. j. Moschi Boni gran. iv. Alcool vini lib. ß. Macerentur ad solem, vel in loco calido per mensem: Dein exprimantur: & euaporentur ad iustam crassitiem: & formentur pilulæ. Dosis pilulæ vij. cum vino. Valet ad sistendum sanguinem vndecunque prorumpentem, tum ad dolores omnes pacandos, & defluxiones reprimendas,

Tabulæ ex Vnicornu Cratonis: Recipe Vnicornu, succini albi ana drach. ß. Margaritarum drach. j. Ambari gran iij Sachari in aqua Cinnamomi dissoluti vnc. x. olei Anisi gran. iv. Olei succini gran. ij. Fiat confectio in orbiculis.

Ad vertiginem medicamentum Paracelsi: Recipe Origani gr. iiij. Vnicornu gr. ij. Musci gr. j. Spiritus Vitrioli gran. vj. propinatur in cochleari argenteo, mane circa horam tertiam, spatio dierum tredecim, ita, vt semper postea horæ vnius spatio quiescatur.

Huc & referre placet tale receptum Paracelsi, qui & mentionem fecit de Vnicornu: dum ait recipe Camphoræ, Spodii, Rasuræ Cranii, Vnicornu, Santalorum rubeorum, alborum, citrinorum ana vn. j. Corallorum, Visciquercini, Granorum Pæoniæ, Rad. Pæoniæ ana vnc. ij. Conterenda hæc omnia & subtilissime puluerisanda, tandem in Arcani Vitrioli lib. j. imponenda sunt. Stent in digestione per mensem, postea vtere in caduco & morbis deploratis infinitis.

Præ-

Præparationem eius sic tene, scilicet Arcani Vitrioli, verba Paracelsi tom. 4. pag. 47. & 48. Recipe Vitrioli optimi, quantum vis, ad minimum lib. v. Inde ipsum in Bociam terream, quæ omnes ignes ferat: cuius ea magnitudo sit, vt à Vitriolo vix tertia pars impleatur. Vas dictum, in optime constructum Athanor probeque lutatum impone, cui Alembicum magnum obde, luto sapientiæ accurate oblitum. Alembico recipientem magnum suppone, & luto rimas seu commissuras exquisitissime obtura. Postea resiccentur luta. Porro ignem succende, primum lente ac sensim pro Artistarum more, vt ex spiritibus & stillis signa debita obseruentur. Aquositate vniuersa exstillata, per ignem auctiorem & violentiorem spiritus ipsis elice, quamdiu prodeunt; id quod continenter, sine intermissione diebus plerumque duobus ac noctibus totidem durat. Etsi vero præparationis huius doctrinæ multæ communicari queant: Hæc tamen dicta industriis sufficere arbitramur. Ineptis enim, vt hæc ignorent conducibilius est. Scias autem in Athaneri omnem virtutem, quicquid eius in Vitriolo est, prolici: Vbi multæ simul mutationes, coloresque & spiritus fiunt, prout Vitrioli natura ac ratio est. Interdum cuprum in vesica colliquescit in massam vnam, quod à solo Vitriolo fit: Idem fit interdum cum Auro multo: aliquando Vitriolum integre transit: Nonnunquam exuritur in rubedinem aut carbones atros. Destillatione debito modo facta, accipe phiolam vitream, & in hanc infunde destillatam istam Vitrioli aquam, & caput mortuum tere subtiliter, & aquæ etiam iniice. Destilla adhuc semel, vt omne vitrum colliquescat: Tunc ex hac destillatione accipiet veram & rectam aptitudinem suæ essentiæ, & vim virtutis, ac penetrationis. Hoc facto, separatio fiat in Balneo maris, quod phlegma secedet, oleo in fundo relicto. Hoc oleum vocatur Arcanum Vitrioli. Hic tamen notabis, nos phlegmati ita separato multum virtutis tribuere, & oleo ipsi modo non æquiparare. Nec enim paucis viribus pollet. Cumque nos mixtorum vtrorumq; modum ac vsum didicissemus, vtraque pro Arcano nobis fecerunt haud inefficaciter. Dosis est scrup. ß. in bono vino aut aqua, indies cum mane, tum noctu post Paroxysmorum finem. Hoc oleum vnicum satis est ad caducum omnem curandum: quo vno etiam cetera detestaminamus. Quam præstantem enim eius operationem experti simus,

 dicere

dicere hic nihil attinet. Interim Arcani huius Vitrioli præparandi, modi ac induſtriæ aliæ plures quoque ſunt, nempe per retortam ad aliquot ſeptimanas: per veſicas decliues; per pellicanos: per putrefactiones multas; per imbibitiones multas: per multas calcinationes, reuerberationes & ſimiles. Quos modos omnes quidem laudamus & probamus, non tamen omnes deſcribi neceſſarium putamus &c.

Eodem tomo, pag. 266. Dicit Vnicornu per ſe præparatum adminiſtrari poſſe ad gran. xv. idque nouies vel pluries, prout Aſtrum incidit. vide eundem ibidem. Eſſentia cordialis ac Bezoartica, incerti authoris: Recipe Zedoariæ, Galangæ, Tormentillæ, Angelicæ, Cort. Citrii, Ligni aloes, Santali rub. & citrini ana vnc. j. Gran. Alkermes, Cinnamomi, Diptamni, Spicæ Nardi, Garyophyllorum, Macis, N. Moſchatę, Cardamomi Been albi & rubri ana vnc. ß. Camphoræ drach. j. Tincturam ex his elice cum ſpiritu vini Rad. Angel. correcto, poſtea ad medietatem abſtrahito, & cum ſequentibus in Eſſentiam redigito: Recipe Extr. Myrrhæ vnc. ß. Eſſent. Lunæ drac. ij. Tinct. ſolis drach. j. Eſſentiæ Mumiæ vnc. ß. Q. Eſſent. Croci vnc. iij. Ambræ flauæ præpar. vnc. ß. Magiſt. ſuccini ſcrup. iv. Magiſt. Hyacinthi, Sapphyri, ana ſcrup. ij. Salis Perlarum, Salis Corallæ: alborũ ac rub. an. drach. ij. Bezoartici ſolis gr. viij. Bezoart. Mercur. drach. ij. Terræ ſigill. optimæ drac. j. ß. Bezoartici Animalis de viperis, oſſis de corde Cerui, C. Vnicornu ana drach. j. Ambræ Griſeæ drachm. ß. Q. Eſſentiæ Opii, Hyoſciami ana drach. ij. M. omnia rite, vt fiat Bezoar cordiale ſeu Elixir magnum, in omnibus cordis, capitis, pulmonum & pectoris affectibus, confortat; conſeruat & operatur maxima.

Theophraſtus Paracelſus tom. 4. tract 2. de morbis amentium, cap. 1 de cura caduci pag. 45. dicit: Caducus ſi nouus ac recens ſit, curatur Camphora, Spodio & Vnicornu &c.

Tragea antepileptica Quercetani: Recipe Eſſentiæ Corallorum, Margaritarum ana ſcrup. iv. Vngulæ Alcis veræ, Vnicornu ana drac. ß. Salis cranii humani drac. j. ß. Pulueris Florũ Lilio. Conuall. Calendulæ, Tiliæ arboris, Anthos ana ſcrup. j. ß. ſem. Pœoniæ, Rutæ, viſci quercini ana ſcrup. ij. Lapidis Bezoartici veri, Ambræ Griſeæ ana ſcrup. j. Cinnamomi, Cardamomi, Ligni aloes ana drac. j. Camphoræ ſcrup. ß. Sachari Anthoſati quantum ſufficit. Doſis ſemicochlear continuando per integrum menſem.

Anti-

Antidotus Cardiaca maior pro ditioribus Quercetani. Recipe extracti Cardiaci maioris vnc. iij. Magisterii Corallorum Magist. hyacinthorum ana drach. ij. Essentiæ fruct. Anacard. vnc. ß. Essentiæ Croci scrup. ij. Essentiæ Camphoræ scrup. j. Lapidis Bezoartici veri, Vnicornu ana drach. j. Ambræ Griseæ drach. ß. Ole. corticis Citrii, Cinnamomi Chymice extractorum ana gutt. xij. Aquæ Theriacalis Cardiacæ, vel Elixiris vitæ q. suff. vt fiat Antidotus: Dosis scrupulus j. Admirabilis est huius Antidoti efficacia aduersus omnis cordis affectus, syncopes, lipothymias, cardialgias, præseruat atque curat, & si placet cum aqua Theriacali præstans est Epithema.

Electuarium Laudani.

℞. Opii.

Succi è Rad. Hyoscyami Essentificatorum ana vnciam vnam.

Essentiæ radicis Mandragoræ cum S. V. extractæ drachmas sex.

Specierum Diambræ sine Moscho & Ambra præparat. vncias quatuor.

Salis Perlarum.

Corallorum ana drachmas duas.

Carabe.

Mumiæ ana scrupulos quatuor.

Croci Orientalis scrupulos duos.

Vnicornu scrupulum vnum.

Terræ Strigensis drachmam j.

Mellis despumati vncias duodecim.

Dissoluatur Essentia Opii & Hyoscyami (si sit nimis liquida, fac vt spiritus vini prius sufficienter lento calore ab illis euaporet) in melle supra ignem, postquam probe mixta fuerint, adde salia Perlarum & Corallorum, postea reliquos pulueres tenuissime tritos, Carabe scilicet, Mumiam, Crocum, Vnicornu, Terram sigillatam, cum speciebus Diambræ, paulatim insperge tepide diligenter miscendo in formam Electuarii.

Vires & Vsus.

Laudabile medicamentum, quod plane suo nomini responderit, si laudanum dicas. Mirũ atq; iterum mirum, cur à quibusdam sciolis Opii vsus intra corpus formidetur, cũ laudanum opiatũ ab omnib⁹ venenis & impuritatib. liberũ sit, vt taceã pstantissima corrigẽtia ad-

mixta. Id de officinarum & veterum compositionibus, quas opium & hyoscyami semen ingrediuntur, affirmari non potest, vt de Philonio Romano, Persicco, Tarsensi, Athanasia magna, Aurea Alexandrina, Nicolai, Triphera, Theriaca, Mithridat Andromachi, Trochiscis de Alkekengi, Pilulis de Cynoglossa, &c.

Anodymum hoc specificum εὕρημα πρὸς πάσας παθῶν ὀδύνας. Extremum est refugium.

1. In omnibus doloribus acutis, frigidis & calidis, tam externis quam internis, vbi præ vehementia homines fere exanimantur, maxime in dolore Colico cum aqua Menthæ Caluus sit libera & aperta) Nephritico, Pleuritico, Arthritico.

2. In sistendis omnibus defluxionibus, omnium humorum & catharrorum tenuium, præsertim in principio.

Item in omnibus profluuiis intestinorum, siue ratione humorum peccantium & mordentium, siue ratione humorum purgantium, cum Mastice tunc & terra sigillata datur.

3. In vigiliis & inquietudinibus immodicis intra & extra: si ab extra vis adhibere, tunc è granis 4. vel 6. cum tribus guttis olei Nucis Muscatæ, vel tantillo expresso oleo fac turundam lineam, & naribus indendo mirifice somnum inducit: vbi altius dormiunt, potest turunda eximi: ita hæmorrhagia narium desperata sanata fuit: è gr. 16. duas pilulas formando & vtramq; narem pilula vna occludédo.

4. In omnium febrium genere ex aqua absinthii & rutæ (quæ sunt specificæ febrifugæ) si calor diu durat, post quartam horam reiteretur vna dosis. In ardentissimis febribus sitim restinguit & somnum conciliat, præcipue quando febres somnum inducant laboriosa vigilia permixtum.

5. Asthmatici & Phthisici, si in aqua Hyssopi vtantur, diu illo possunt foueri. In tussi cautione opus est ne scil. viribus valde infirmis exhibeatur, &c. cũ recrementorũ copia in thorace contineatur. Etenim quãuis tussim leniat, ac somnũ accersat, thoracis tamen angustiam adauget. Quare præstat in tussi ex eo semper, minus dari, & præterea extenuantia ac abstergétia ei misceri, vt Oxymel, aut quod ex Marrubio conficitur: Tunc potissimum datur, vbi id, quod influit, tenue est & acre: Si enim tale quid sit, nil inde nocumenti, si antidotum dederis: Nam ea quæ tenuia sunt, mediocriter crassa

red-

reddit, & contemperat, doloremque hinc prouenientem finit: In maxima tuſſi additur Tragacanthum.

6. Conſeruat calorem natiuum, corroborat ſpiritus, & reparat vires, præſertim illud in quo eſt Moſchus.

7. Efficax eſt contra affectus melancholicos præter rationem mœſtos, cardiacos.

8. Feliciter vtimur etiam in vomitu, ſingultu, in exoluto & debilitato ventriculo.

9. In ſanguinis excretione, & menſtruorum nimia euacuatione, cum Croco Martis & Corallis rubeis.

10. In Phreneſi, mania, intra & extra illinitur temporibus cum aqua vitæ.

11. In Epilepſia cum ſpiritu Vitrioli & Eſſentia Camphoræ cum oleo amygdalarum extracta, ſolet offerri.

Doſis.

A granis 2. ad. 3. 4. Si aluus eſt libera tunc efficaciter operatur: offertur etiam in aquis ſpecificis & appropriatis, illiſque remiſcetur, ſecundum 7. membra & morbos. Si morbus eſt vehemens, poteſt circa noctem longe à cœna pilula 1. dari, media nocte altera, mane tertia.

Electuarii idem vſus, niſi quod Doſis augeatur. Datur à drachma vna ad drachmam j. & ſemis in appropriato liquore, vino, vel aqua Cinamomi: Puerperis & infantibus etiam tuto poteſt exhiberi.

Miſtura Paracelſi in peſte: Recipe Vnicornu gran. iij. Melonum num. x. oſſis de corde Cerui drach. vij. Muſci, Ambræ ana gr. vj. ſpiritus Vitrioli drach. j. Mumiæ drach iij. Theriacæ optimæ, vnc. iiij. Fiat miſtura. Doſis mane & ſero à drach. j. ad drach j. ß. Vel: Recipe Hellebori albi drach. j. Sulphuris ſublimati albiſſimi vnc. ij. Olibani, Myrrhæ ana vnc. ß. ſpiritus Vitrioli albi vn. ß. Doſis drac. j. ß. mane, poſt meridiem adde Mumiæ drach. iij. Vnicornu, ſanguinis de Ciconia drach. j. Doſis drach. ij. ad drach. iij.

Cerebri medicina ex Paracelſo: Recipe Sibedatæ (hirundinariæ ſiue vincetoxici) vnc. j. Reduc in Alcali, poſt recipe vnicornu drac. j. Muſci ſcrup. ß. Fiat puluis. Doſis ſcrupulus j. ad ij. Vnicornu præparandum vt alia: Hæc de Vnicornu nunc de Terra Sigillata.

Terrarum medicarum præstantissima est ea, quam officinæ Lemniam ab Insula Lemno, ex qua defertur, à Sigillo vero impresso Terram Sigillatam vocant. Plures huius ab authoribus notantur differentiæ; verum ea olim erat præstantior, in placentulas efformatam, Sigillo Dianæ, quod capram referebat, illius sacerdos obsignabat. Vera autem Sphragis, seu Sigillata Lemnia, ex Dioscoride & Galeno, fuluo, seu rufo est colore, sicut & collis in Lemno, ex quo eruitur, & in quo nec arbor, nec herba aut alia stirps nisi ægre fruticat, nec saxum natum inuenitur, sed terra huiusmodi tantum visitur. Constantinopoli tamen eiusdem Placentulæ cineritii coloris adferuntur, Turcarum Imperatoris Sigillo, quod nullius animalis effigiem, sed varios tantum caracteres refert, notatæ, quæ pro vera Lemnia habentur, emuntur & seruantur. Eius vires sunt præstantes.

Frigidæ & siccæ est temperaturæ: aduersatur venenis, siquidem post terræ huius potum sumptum venenum, per superna confestim expellitur: medetur & morsui venenatorum: sistendi sanguinis vim habet maximam: Adustionibus imposita, remedium est præstantissimum. Temporibus cum albumine oui imposita, narium sanguinem sistit. Cum rosaceo oleo, aceto & albumini oui ventriculo illitum, nimium alui profluuium cohibet. Vlcera cacoëthe & sordida exiccat, & sanat. Recentia vulnera cum forti aceto subacta glutinat, & inueterata curat. Dysentericis cum aceto, vel aqua pura aut mulsa, per clysteres infunditur, &c. Vsum eius internum & externum ex authoribus talem demonstramus.

Puluis incarnans & sanguinem restringens Ioannis de Vigo. Recipe Aloes, Myrrhæ ana drach.j. Sarcocollæ drach.j. Thuris Pollinis farinæ ana drach.ij. sanguinis Draconis; Terræ Lemniæ an. dra.ij ß. Tuthiæ, lithargyri, Tragacanthæ ana drach.j. Fiat puluis tenuis.

Diarceuthidon Damocratis, Galen. Recipe Baccarum Iuniperi vnc.ß. Terræ Lemniæ drach.ij. Trita excipiantur olei dulcis quantitate sufficienti. Alii Butyrum recens loco olei sumunt. Accipientem tutum à venenis reddit. Nam si venenum non subsit, quieta manet: Sin adsit, nauseam concitat, & euomere cogit, ita vt venenũ quoque cum Antidoto reiiciatur.

Diascordium Hieronymi Fracastorii: Recipe Cinnamomi, cas-

siæli-

fiæ ligneæ ana vnc.ß.Scordii veri vnc.j Dictamni Cretici, Tormentillæ, Bistortæ ana vnc.ß.Galbani,Gummi Arabici ana vnc. ß. Opii drach.j ß.styracis calam.drach.iiij.ß.sem.acetosæ drach.j.ß. Gentianæ vnc.ß.Boli Armeni vnc.j.ß.Terræ Lemniæ vnc. ß. Piperis longi, Zingiberis ana drach.ij.Mellis albi lib.ij.ß.conseruæ Ros. lib.j. Vini Aromatici lib. ß. Fiat electuarium. Hoc feliciter vtuntur in iis, in quibus Theriaca locum non habet, vt pueris & grauidis.

Theriaca siue Antidotus Adami Loniceri:Recipe rad.Angelicæ, Centianæ,Zedoariæ, Tormentillæ,Dictamni Cretici, Pimpinellæ, Valerianæ,Ostrutii,morsus Diaboli, Aristotol.rot. Asari,Serpentarii,Leuistici,Cardopatii,Petasit.herbarum Scordii,Rutæ,Carduib. Flor.Calendulæ,sem.Citri,Acetosæ,Bacc.Lauri,ossis de corde Cerui Cornu C præpar.ana drac.ij.Croci. Masticis, Thuris, Santal.omnium ana drach j. Cinnamomi, Myrrhæ, Boli Armeni præpara. Florum Sulphuris, Terræ Sigillatæ, Camphuræ ana vnc. ß. spec. Diagemmæ cal.& frig Diamarg.cal.& frig.Diambræ,Cordialium, ana drach.j.succi Scordii Calendulæ, Bacc.ebuli ana vnc.j.Theriacæ Andromachi vnc.vj.Mithridati,elect. de ouo ana vnc.ij. Aquæ vitæ contra pestem vnc.ij. commisceantur omnia & cum Syrupo Acetositatis Citri,vel cum melle despumato optimo q.s. incorporentur secundum artem & formam opiatæ.Dosis drach.j. ad drac. ij.pro ratione ætatis.

Antidotus Nicomedis Regis contra venena: Recipe Baccarum Iuniperi drach.ij.Terræ Lemniæ drach. ij. & obulos ij. Hæc vbi in pulueren redegeris,oleo aut melle commiscebis reponesque, atq; cum opus fuerit,ex aquæ mulsæ cyathis duobus in magnitudinem auellanæ dabis.

Loch ad sputum sanguinis cum albumine oui, Rondeletii: Recipe sang. Draconis drach.ij. Amili, Tragacanthæ ana drach. j. sem.Portulacæ,Papaueris, vuarum ana drach. j. Terræ Sigillatæ,Rosarum rub.ana drach.ß.Fiat puluis tenuissimus: qui albumine oui crudo fortiter agitato,vt sit tenuium partium, excipiatur sumaturque eclegmatis loco:cui saporis gratia Sacharum Ros. Tabulatum addatur.

Defen-

Defensiuum Magistrale Florentini: Recipe Boli Armeni, sang. Draconis, Terræ Sigillatæ ana vnc. j. olei Rosati vnc. vj. Ceræ vnc. j. ß. Aceti vnc. iiij. coquantur simul oleum, Cera, & acetum, donec acetum consumptum fuerit: Deinde sublatum ab igni vbi refrigerari cœperit: adde reliqua in tenuissimum puluerem trita.

Vnguentum desiccatiuum rubrum: Recipe lap. Calaminaris, Terræ Sigillatæ vnc. iiij. Lithargyri Auri, Cerussæ ana vnc. iij. Caphuræ drach. j. Ceræ vnc. v. olei Rosati, violati ana vnc. vj. F. vnguentum secundum artem.

Vnguentum repellens & sanguinem cohibens I. Quercetani: Recipe pulpæ pomorum decoct. in lacte vnc. iij. Mucilag. sem. Psyllii, Mucilag. sem. Cytoniorum ana vnc. ß. succi Bursæ Pastoris, Polygoni ana vnc. j. Acaciæ, sang. Draconis ana drach. iij. Terræ Sigillatæ vnc. ß. olei Myrtillorum vnc. iiij. Ceræ albæ q. sufficit. M. & fiat vnguentum.

Oxicroceum Vigonis: Recipe olei Myrtini, Rosarum, Omphacini ana lib. j. ß. Succi rad. Altheæ lib. ij. rad. & fol. Fraxini, rad. & fol. Consolidæ minoris, fol. Myrti ana M. j. omnia prius aliquantulum contusa, bulliant in vino nigro q. ß. ad consumptionem medietatis, cum Myrrhæ, Thuris, ana vnc. ß. Deinde fortiter colentur, cuius colaturæ addantur seui hircini lib. . Terebinth. drach. ij. Masticis vnc. j Iterum cum prædictis oleis bulliant ad consumptionem decoctionis, postmodum colentur, addendo lithargyri Auri, lithargyri Argenti ana vnc. iij. Boli Armeni, Terræ Sigillatæ ana vnc. ij. minii drach. x. coquantur lento igne, & cum Cera noua sufficiente, semper baculo agitando, fiat emplastrum egregium ac virtuosum.

Emplastrum de stercore Canis Ioan. de Vigo. Recipe stercoris canis comedentis ossa, triti drach. iiij. Farinæ lentium vnc. ij. Farinæ Fabarum vnc j. Terræ Sigillatæ, Boli Armeni ana vnc. j. ß. Cerussæ, lithargyri ana drach. x. cum lacte Caprino vel Vaccino, in quo extinctum sit ferrum ignitum, fiat emplastrum. Valet in vlceribus fraudulentis.

Pilulæ Hypoglottides Andernaci: Recipe Acaciæ, vnc. ß. Hypocistidis, Boli Armeni, Terræ Sigillatæ ana drach. j. Rosarum, Spon-

giæ, Spinæ albæ radicis, rad. Bistortæ ana drach. ij. Amyli drach. iij. ex Syrupo Rosarum siccarum, aut Myrtorum formentur Pilulæ.

Pilulæ ad fluxionem tenuem eiusdem: Recipe Boli Armeni, Terræ Sigillatæ, sem. Papaueris ana drach. j. Tragacanthi Gummi Arabici, Amyli ana drach. ij. Ex Syrupo Ziziphorum fingantur Oreiculi, qui noctu in ore contineantur.

Trochisci de Terra Sigillata Mesue: Recipe sang. Draconis Gummi Arabici assati, Trochis. Ramich, Ros. rub. sem. Rosar. Amyli assati, Acaciæ, lapidis Hæmatitis, Hypocistidis, Balaustiorum Boli Armeni, Terræ Sigillatæ, Corall. rub. Charabe ana drach. j. Spodii, Margaritarum, Tragacanthæ, sem. Papaueris nigri ana drac. j. ß. sem. Portulacæ, Cornu C. vsti, Thuris, Gallarum, Croci ana drac. ij. aquæ Plantaginis q. s. Qui volet addat opii drach. ij. Formentur Trochisci. Seruantur in charta.

Diacorallum Galeni: Recipe Coralli rub. Terræ Samiæ ana vnc. j. Balaustiorum Amyli, Terræ Lemniæ ana vnc. ß. sem. Hyosciami, Opii, Hypocistidis ana drach. ij. Succi Plantaginis q. s. Formentur Trochisci. Siccantur in vmbra, & teruntur in charta munda Ceræ liquatæ intincta, ad annos duos.

Trochisci de Alkekengi, Mesue: Recipe fructus Alkekengi drach. iij. sem. Citrulli, Cucumeri, Cucurbitæ ana drach iij. ß. Boli Armeni, Gummi Arabici, Thuris, sang. Draconis, sem. Papaueris albi, Amygdal. amar. succi Glyzirrhi. Tragacanthæ, Amyli, Pinearũ mundat. ana drach. vj. sem. Apii, Carabe, Terræ Sigillatæ, sem. Hyosciami, opii ana drach. ij. Iulepi violati q. s. formentur Trochisci, durant annos duos. Valent ad Renum & vesicæ vlcera, & natam inde Dysuriam.

Confectio liberantis: Recipe rad. Tormentillæ, sem. Acetosæ, Endiuiæ, Coriandri præpar. sem. Citri mali ana vnc. j. ß. Santal. omnium, Dictamni albi ana drach. j. Boli Armeni præpar. Terræ Sigillatæ ana drach. ij. Margarit. Corall. alb. ac rub. succini albi, Rasuræ Eboris, Spodii. ossium de corde C. Been albi, rubei, Doronici seu Angelicæ, Cardamomi, Cinnam. Macis, ligni Aloes, Cassiæ ligneæ, Croci, Zedoariæ an. drach. ß. Smaragdi, Hyacinthi, Granati, Serici crudi torrefacti & incisi ana scrup. j. Penidii, Sachari candi ana

ſcrup.ij. Florum Nenupharis, Bugloſſæ, Roſarum ana ſcrup. j. Caphuræ gr.vij. Moſchi, Ambræ ana G. iij. Sachari albi q. ſ. fiat electuarium.

Athanaſia Nicolai: Recipe Cinnamomi, Caſſiæ ligneæ ana drac. iij. gr. vij. Croci, Schœnanthi, ſtyracis calamitę, Phu, ſeſeli, ſem. Hyoſcyami, Betonicæ, ſem. Apii, Dauci, Aniſi, Opii ana drach. j. ß. gr. iij. Nardi Indicę, folii Caſtorei, Myrrhæ, lapid. Hæmatitis, Carabe ſang. Draconis, Coralli rubri, Coſti, Boli Armeni, Mumiæ, Conſolidæ maioris, Terræ Sigillatæ, Acori, Aſari, Cort. rad. Mandragoræ, Polii Montani, Pulegii, Baccarum Lauri, Meu, Piperis albi longi, ſem. Petroſelini ana drach. ß. Mellis q. ſ. confice vt artis eſt, & ſerua in vaſe fictili vitreato ad annos tres. Dyſenteria laborantibus & cæliacis confert, atque ad fluxum mulierum vtilis eſt. Facit ad profluuium ſanguinis narium, & eos qui cibum non retinent in ventriculo. Sanguinis præterea à quacunque cauſa natis reiectionibus auxiliatur.

Aqua vitæ mirabilis, contra graſſantem Peſtem Geſneri: Recipe Rutæ recentis, Saluiæ, Lauendulæ, Libanotidis, Roriſmarini, rad. Tormentillæ, Pimpinellæ, Valerianæ, Biſtortæ, ana drach. ij. Bacc. Iuniperi, Bacc. Lauri ana drach. j. Terræ Sigillatæ, Boli Armeni, ana ſcrup. iiij. rad. Pſeudodictamni, ſem. Sancti, ſem. Benedictæ, rad. Garyophyll. Enulæ, Gentianæ, Rhapontici, Zurumbet ana vnc. iij. ß. Coriandri præpar. Acetoſæ, Baſilicæ, Pimpinellæ ana ſcrup. ij. ß. trium Santal. ana drach. j. Flor. Borrag. Bugloſſ. Roſarum rub. ana P. ij. Been albi, rubri ana drach. j. contuſis ac inciſis groſſo modo, deſtillentur ſecundum artem per alembicum in vino ſublimato & rectificato ad ſufficientiam quantitatis lib. viij. Poſtea recipe Piperis albi, Cinnamomi Granorum Paradiſi, Maceris N. Moſchatæ, Cardamomi ana vnc. ß. ſcrup. iiij. Croci drach. ij. Galangæ, Cubebarum, Garyophyllorum, Calami Aromatici ana ſcru. iiij. Spec. liberantis, Cordialium, contra peſtem ana drach. iij. Spec. Diamoſchi dulcis, Diagemmæ ana drach. j. ß. inciſis ac contuſis, infundantur in pręſcripto deſtillato vino, ſtent in loco tepido per horas 48. Deinde deſtillentur ſimul per alembicum cum ſapientiæ luto prælutatum. Aromatizentur. Poſtea Ambræ Griſeæ. G. xij. Moſchi Alexandri-

ni G.

ni G. xvij. Croci ſcrup. v. In rubra ſindone ligata, proiiciantur in vas, & bene obturentur, ad vſumque ſeruentur.

Aqua ad vlcera corrodentia & ſordida Fioraranti: Recipe Ceruſſæ, Lithargyri ana vnc. j. plumbi, lap. calaminaris ana vnc. ß. Boli Armeni vnc j. ß. ſang. Draconis, Terræ Sigillatæ ana vnc. j. Aluminis combuſti vnc. ß. Calycum Glandium, Gallarum viridium, Baccarum Myrti, Pſidiæ, Balauſtiorum, Sumach ana M. j. Coriandri, ſem. Plantag. ana drach. ß. Roſarum rub. P. ij. Bulliant omnia in aquæ fabrorum ſufficienti quantitate, & cum omnia ſubſederint, vlcus ea aqua lauetur, ac foueatur. Hæc aqua mirum in modum ſiccat.

Aqua capillos renaſci prohibens Marinelli: Recipe ſang. Ranarum, Terræ Sigillatæ, Sumach, Roſarum ana tritorum q. ſ. Aceti, ſucci ſemperuiui ana q. ſ. Macerentur per horas vigintiquatuor deinde deſtillentur: qua ſæpius loca depilata maccerentur.

Pilulæ Peſtilentiales Alberti Ducis Bauariæ: Recipe Croci, Myrrhæ, Camphoræ, oſſis de corde Cerui, Spodii ana drach. j. ligni Aloes, Been albi ana drach. ß. Terræ Sigill. veræ drachm. ij. Florum Sulphuris drach j. cort. & ſem. Citri, Garyphyllorum, Zingiberis albi ana ſcrup. j Ambræ ſcrup. j. Fragment. Hyacinthi, Smaragdorum, Granatorum ana j. ß. Agarici electi, Rhabarb. opt. ana vnc. ß. Aloes ex veſica ad pondus omnium. Miſce fiat Pilularum Maſſa: Doſis drachma ſemis.

Elixir Catharroſum: Recipe extracti Philonii drach. j. ſucci è ſem. Papau. albi, ſucci Ireos florent. ana vnc. ß. Magiſter. Boli Armeni, Magiſter. Terræ Lemniæ, Magiſt. ſuccini ana drach. ß. ſucci rad. Cynogloſſ. Laudani opiati ana ſcrup. j. olei Nuc. Moſchatæ expreſſ. ſcrup. ij. Sachari penid. q. ſ. fiat compoſitio ad Pilulas Hypoglottidas.

In Dyſenteria ab extra tale imponitur emplaſtrum regioni vētris: Recipe Theriacæ, Terræ Sigillatæ ana, fiat emplaſtrum, tepide applicandum; Multarum certe eſt virtutum.

Præparatio potionis ſudoriferæ, in peſte miniſtrandæ Theop. Par. Recipe ſublimati optimi, ꝙ accēſū pinguedinē nō relinqt mēſurā j.

Theriacæ optimæ vnc.vj. Myrrhæ vnc.ij. rad. Thussilaginis vnc.iij. spermatis ceti, Terræ Sigillatæ ana vnc. ß. rad. Asclepiadis vnc.j. Dictamni, Pimpinellæ, rad. Valerianæ ana drach.ij. Camphoræ dra. j. mixta omnia in purum vitrum coniiciantur, ac in ipso bene obturato ad solem stent per octiduum. De hoc ægro cochlear dimidium vel integrum pro ratione personæ præbe. Probe integatur, cibum sex horarum spatio non capiat, nec potum.

Additamentum quo præscripta aqua suauior redditur, virtusque eius augetur, & potio tutius ac facilius sumitur. Tartarum bonum purumque subtiliter tritum per alembicum vitreum bis destilletur. De hac aqua, affunde prioris Potionis quantitatem dimidiam, probeque misce, & vtere vt dictum. In potu hoc, dicto modo præparato, præsidium summum poni potest. Vis enim eius secundũ naturam quidem magis intendi nequit. Paucis quidem in cognitione & vsu est: sed vis & operatio eius ineffabilis exsistit.

Haustus Paracelsi in Icteritia nigra: Recipe sanguinis Draconis, Terræ Sigillatæ ana drach.ij. Thuris Myrrhæ ana scrup.j.ß. Aceti destillati drach.vj Fiat haustus post Paroxysmum.

Ex Terra Sigillata etiam fit spiritus albissimus contra omnem pestem: Item & oleum, & quo vide panacæam solarem 16. Lib.1. Basilicæ Chymicæ, pag.141. &c. Hæc de Terra Sigillata nunc de Bolo Armena.

Bolus Armena: Hæc terra viribus eximia est, & ex Armenia Capadociæ finitima aduehitur, & medici nunc Bolum Armenam, nunc bolum Orientalem vocant. Galeni tempore in graui ista pestilentia primum in lucem venire cœpit, meminit enim eius lib.9. Simpl.cap.8. Liberum est autem, inquit, appellare, vel lapidem, vt is qui mihi primus donauit, vel terram vt ego quandoquidem humidis rigari patitur. Non solum vero ex Armenia defertur, sed multis aliis regionibus comportatur. Laudatur quæ calcis modo promptissime in summum læuorem soluitur, pistillo adhibito, aut liquore aliquo affuso, nec quidpiam arenosum habet admixtum, atq; commanducata Butyri modo liquescere videtur, & in gustum manifestã relinquit adstrictionem. Adfertur etiam ex nostris regionib. Germanicis, Silesia & alibi, illa possumus ab intra & extra vsurpari in medicamentis si rite præparetur, vtvt sit, siue ex nostris vel aliis locis ad

nos

nos deueniat, accingemus nos ad eius terræ præparationem, vires ac vſum tam antiquorum quam recentiorum medicorum. Præparatio eius à quibuſdam ſic deſcribitur: Abluatur vulgaris noſter bolus aceto acerrimo, vt quam puriſſimus ab arenoſa commiſtione reddatur, & iterum puratus exiccetur. Deinde quod ſiccatum eſt, ponderetur, tantundemque ponderis aceti accipiatur cum quinta eiuſdem ponderis parte olei: atque ita in maſſam ſubigatur totus bolus, qui ita paratus, in fictili Sigburgico reponatur, quoad ſubfoſſum in vino vel terra aſſeruetur per aliquot menſes pro fermentatione: imo quo diutius ita fermentetur, eo melior reddetur. Huius Boli parati vſus non incongruus erit tempore peſtilentiæ, quam tamen miſericorditer auertat Deus. Quercetanus eius præparationem ſic deſcribit: Bolus Armena in puluerem tenuiſſimum redacta, diſſoluatur in phlegmate acido aluminis, (vel aceto Bezoartico:) tum ſeparetur phlegma per Balneum: & aliud ſuperinfundatur. Id ter facito. Tum bolus in oleum perpingue conuertitur: quod igne lentiſſimo exiccetur, & in puluerem reducatur ad cohibendum ſanguinem vndecunque fluentem aptiſſimum.

Dicitur autem hæc terra frigida ac ſicca, aduerſus malignas puſtulas, & vlcera peſtilentia cum aqua Endiuiæ maxime idonea ac ſalubris; Ad vulnera Chirurgis in vſu erit. Bibitur ab ipſis ſanguinem excreantibus & Phthiſicis: Nimios menſes cohibet: Febribus conuenit: cum aqua acetoſæ pota aduerſus peſtis contagium offertur. Dyſentericis, ſpleniticis, iecineroſis, & ventriculi imbecillitate laborantibus, ac catharroſis confert. Galenus dicit, quotquot hoc medicamentum ſumpſerunt, celeriter curati ſunt. At quibus non profuit, interierunt omnes, cum nec aliquo alio iuuarentur remedio. Vnde colligitur, his duntaxat auxilio non fuiſſe, qui erant incurabiles.

Potio Quercetani, inferioris ventriculi vulneribus conducens: Recipe Boli Armeni vnc. ß. conſolidæ vtriuſque ana M. j. Galangæ drach. ij. Temperentur cum vino vt ſupra, & ad vſus ſeruentur.

Claretum Euonymi: Recipe vini optimi menſuram vnam, Angelicæ vnc. ß. Boli Armeni drach. j N. Moſchatæ drach. ij Galangæ, Piperis longi, Coriandri ana drach. ß. Zingiberis drach. j. ß. Cinnamomi drach. vj. Sachari lib. ß. Miſce, & fiat claretum, ſecundum artem: præſeruat à Peſte.

Puluis contra peſtem: Recipe Rad. Tormentillæ, Dictamni, Tunicis, Scabioſæ, Rad. Bugloſſæ ana vnc. ß. ſem. Citri, Acetoſæ an. vnc. ß. Coriandri præpar. drach. ij. Roſarum rub. drach. j. ſem. Portulacæ drach. ij. raſuræ Eboris drachm ij Coralli albi, rubri ana drachm. j. ß. Terræ ſigillatæ drach. ß. Boli Armeni vnc. ij. M. & F. puluis.

Puluis Bezoarticus Meſue: Recipe Boli Armeni vnc. ij. Roſ. rub. drach. j ſem. acetoſæ, Citri mundati. Cornu C. vſti, ſem. Rutæ, Doronici Romani, Carabe, ſem. Carduibened. ana ſcrup. IV Coralli vtriuſque, ligni aloes, ſerici crudi Santal. omnium, Margarit. perforat. oſſis de corde C. an. dra. j. ſpe. Diamarg. frigid. Tormentil. Dictamni, Tunicis, Scabioſæ, Coriandri, Terræ ſigillatæ ana drach. ij. Caphuræ ſcrup. ij. Ambræ, ſcrup. ij. Croci gr. xv. Moſchi ſcrup. IV. Fiat puluis.

Puluis Electuarii de Bolo: Recipe Santal. omnium, Galangæ, ligni aloes, Cinnamomi, Corall. rub. Roſ. rubrarum, ſem. Melonum ana drach. ß. Rad. Tunicis, Tormentillæ ana drach. iij. Raſuræ Eboris, C. Cerui ana drach. ß. N. Moſchatæ num. j. Maceris, Cubebarum, ana drach. j. Aniſi, Marathri, Zingib. an. gr. xv. ſem. Acetoſæ, Citri, Iuniperi. Coti, Garyophyllorum ana drach. ß. Boli Armeni, drach. ij. Fiat puluis. Doſis ad peſtem drach. ij. cum aquæ roſarum vnc. ij.

Puluis præſeruatiuus alius: Recipe Rad. Gentianæ, Valerianæ, Ariſtol. rot. Oſtrutii, Pimpinellæ, Tormẽtillæ, Herb. Rutæ, Carduibened. Cubebarum an. vnc. j. Granorum Iuniperi vnc. ij. Boli Armeni vnc. j Aloes drach. ij. Fiat puluis. Doſis mane, quantitas N. Moſchatæ cum aceto.

Diacodion Auctuarii: Recipe capitum papaueris. neq; perquam viridium, neque etiam ariditate exuccorum nu. xiij. Roſ. rub. drach. ij. ß. Croci, Acaciæ, Glycirrhizæ ana drach. j. Boli Armeni vnc. ß. Cinnamomi, Rad. conſol. maioris, Hypociſtidis, Balauſtiorum an. drac. j. Myrti, Dauci ana vnc. j. Coralli albi rub. Sumach, Sang. Draconis, Flor. Altheæ ana drach. ij. ſem. Portulacæ ſcrup. j. ß. Capita papaueris in cœleſti imbre ſufficienti duos dies macerato: poſtridie ad tertias coquito, & decoctum expreſſum ad iuſtam conſiſtentiam cum ſufficiente quantitate ſachari vel mellis coquito. Poſtremo depoſito ab igne vaſe, ſpecies ſubtiliſſime tritas adiicito, & bene vnito.

Electuarium contra peſtem Ferdinandi Imperatoris: Recipe Boli Armeni præparati vnc. ß. Raſuræ C. Cerui, ſem. Citri, Arantiorum,

Limo-

Limonum ana drach.iij.Diptamni albi,Cinnamomi electi ana drac. ij.Garyophyl.Rof.rub.Coriandri præpar.fem.perforatæ,Rafuræ Eboris ana drach.j.ß.Xyloaloes Nucis Moschatæ, Maioranæ,Gran. Iuniperi,Offis de corde Cerui,fem.Anifi, perfoliatæ, Tormentillæ, Scabiofæ,Buglossæ,Santal.omnium ana drac.ß.Sapphyri, Hyacinthi,Smaragdi,Rubini,Granati: præparatorum ana fcrup.j.mifce.

Electuarium in peste Bauhini Iunioris: Recipe Rad. Pentaphylli,Tormentillæ,Angelicæ,Gentianæ ana vnc.iv.Zedoariæ vnc.ij. Iridis vnc.ß.cort. Citri, Arantiorum ana vnc.j. Baccarum Iuniperi drach.iij.confer florum Rofarum, Borrag. ana vnc.ij. Herb. Rutæ, Cardui bened.acetofæ portulacæ ana M.iij. Boli abluti aqua Rofarum vnc.ij.cum fucco acetofæ & facharo fiat Electuarium.

Electuariũ contra ftomachi ardorẽ:Recipe conferuæ Rof.veteris vn.j.Lapidum cãcrorum tritorum vn.j.Boli Armeni parũ.M.fimul.

Electuarium pro Dyfenteria: Recipe carnis cytoniorum conditæ vnc.j. conf.Rof.antiquæ vnc.j.ß. Coralli rubri,Boli Armeni ana vnc.j.fpec.Diamarg.frig.drach.j. cum miua Cytoniorum fiat Electuarium.Capiat mane.

Electuarium ad dolorem vefícæ cum vlcere; Recipe fucci Glyzirrhizæ,Styracis,Tragacanthæ,Gummi Arabici,Amyli, ana drach. iij.Boli Armeni drac.ij.Opii vnc.j.ß.cũ Syrupo Iuiubarũ fiat Opiata.

Loch ad acres & erodentes deftillationes Andernaci;Recipe fpecierum Diatrag.frig.vnc.ß.Boli Armeni in aqua rofacea loti drac.ij. Trochifcorum de Terra figillata fcrup.ij. cum Syrupo de papauere fiat Loch, fumatur lambendo.

Tinctura & Experimentum in omnibus morbis peftilentialibus: Recipe Caffiæ lign.Rad.Angelicæ,Cinnam.an.vnc.ß.Scordii vn.j.ß. Dictãni Cretici,Tormentillæ an.drac.vj.Gentianę vn.j.Zedoar.vn. ß.Calami odorati dra.vj.Galangæ vn.ß.Zingiberis,Piperis longi an. dr.vj.ß. Ariftol.rot.dr.iij.Ligni aloes,Cort.Citri an.dra.ij.Croci dra. iij.Baccar.Lauri,Iuniperi,Garyophyl.N.Mofchatæ, Macis an.drac. ij.ß.Rafuræ Eboris dra.j.C.Cerui dra.ß.Boli Armeni dra.j.Terræ Lemniæ vn.ß.Vngulæ Alcis vn.ß.fucci albi vn.j. Corall. vtriufq; p̃par. an.dra.iij.Theriacę opt.lib.ß.Mithridat.vnc.iv.puluerifata infunde in Vitriolum S. vini lib.iix. ftet in fole per dies x. coletur cum forti expreffione dicti fpiritus: Deftillentur per Alembicum vt artis

eft:

eſt: Deſtillato adde puluerem ſequentem in tali forma. Recipe Boli Armeni vnc. iv. Terræ Lemniæ veræ vnc. ß. ſuccini albi drac. iij Raſuræ Eboris vnc. j. Cornu Cerui vnc. ß. Vngulæ Alcis drach. ij. Margaritar. præpar. ſcrup. iv. Corall. vtriuſque præparatorum ana vnc. j. Ligni aloes, Cornu Vnicornu, Lapid. Bezoart. ana ſcrup. j. Cort. Citri, Santal. Citri. ana ſcrup. ij. Fiat puluis ſubtiliſſimus miſceantur cum prædicto deſtillato.

Adde Theriaces Androm. Mithrida. ana vnc. j. ſtent in vaſe obturato per dies x. in ſole: Tunc adde ſachari Cryſtalli: lib. ij diſſolu. in lib. j. ß. aquæ Carduibened. ad ignem mitem, & poſtquam refrixerit, mixta ſtent per dies ſex, coletur quod clariſſimum eſt, & ſeruetur vt Theſaurus pretioſiſſimus, doſis, drachm. ij. cum vnc. j. aquæ Angelicæ & pauco Sacharo: Tunc recipe fæces tum prioris tum poſterioris tincturę, adde omnia cordialia ſupra dicta in poſtrema tinctura cum vnciis ſex Diaſcordei cordialis atque ita extrahe, donec redeat ad conſiſtentiam Electuarii. Doſis drach ij. ad drach. v. diſſ. cum ſucco Limonum & aqua Carduibened. q. ſ.

Puluis Paracelſi in Hydrope: Recipe Croci Martis vncias iij Boli coagulati & aduſti vnc. ij. Rhabarb. ſcrupul. ß. Fiat puluis, doſis vnc. j. Nota additionem Paracelſi: Bolus Armenus in prunis duodecim horis exſiccatus, hic aduſtus dicitur, tam tenaciter linguæ adhæret, vt vix ablui poſſit. In veteri Hydropiſi quotidie mane & ſero per menſis ſpatium vtere hac medicina.

Vnguentum vulnerarium Theophraſti Paracelſi: Recipe Vſneæ de Cranio Microcoſmi, vnc. ij. Mumiæ vnc. ß. Adipis humani vnc. ij. ſanguinis humani vnc. ß. olei Lini drach. ij. olei Roſarum vnc. j. Boli Armeni vnc. j. Hæc omnia in mortario tamdiu tunde, donec in purum vnguentum redigantur, quod reconde in pyxidem, Miraculoſa enim efficit, ſanat enim vulnera non proprio attactu, ſed tantummodo lignorum vel armorum.

Vnguentum ad ſanguinis eruptionem Rondeletii: Recipe olei Myrtillorum vel Roſarum vnc. ij. olei Maſtichini vel Lentiſcini vnc. j. ſang. Draconis, Cort. Thuris ana drachm. j. Boli Armeni, Coralli ana drachm. ij. Ceræ albæ q. ſufficit. Fiat vnguentum. Sanguinem compeſcit.

Vnguentum ad lienteriam eiuſdem: Recipe olei Roſ. Omphacini

cini, Citoniorum ana vnc.ij. Gallarum, Cort. mali Granati, Balaustiorum, Myrtillorum, Spongiæ Bedeguaris, Bistortæ ana drach.ij. Bol. Armeni vnc.ß. Acaciæ vnc.j. Ceræ quantum ſ. Aceti parum. Fiat Vnguentum.

Vnguentum ad ſanguinis impetum ſiſtendum è naribus, Pulmone, Thorace, Renibus, &c. Recipe Gallarum, cort. inter. Caſtaneæ vel Cort. mali Granati, vel Balauſtiorum ana vnc.ß. Boli Armeni vnc.j. ſang. Draconis drach.iij. cum Albumine Oui excipiantur. F. Vnguentum.

Vnguentum repellens & ſanguinem cohibens: Recipe ſucci caprifolij, ſucci fol. Quercus ana vnc.j. Roſa. rub. drachm.j. Boli Armeni, ſang. Draconis ana drach.ij. olei Roſati vnc.iij. Fiat Vnguentum.

Defenſiuum optimum. Recipe Pul. Roſ. rub. Myrtillorum ana drach.j. Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana drach.vj. ſucci plantaginis, ſucci ſolatri ana vnc.j. Aceti Roſ. vnc.ij. olei Roſati Omphacini, olei Myrtillorum ana vnc.ij.ß. Ceræ vnc.ij. miſce pro defenſiuo.

Vnguentum ad Phthiſin: Recipe Cinerum Cort. Cucurbitarum vnc.j. Boli Armeni vnc.ß. Excipiantur Butyro, & cremore hordei, fiatq; vnguentum. Applicetur poſt expectorationem.

Puluis conſtrictiuus. Recipe Boli Armeni, ſang. Draconis, Sarcocollæ, Maſticis, Aloes, Gallarum, Balauſtiorum, Blattæ Bizantiæ ana vnc.ß. Fol. Syderitis vnc.j. Fiat puluis, qui cribretur: Deinde pilorum leporum integrorum drach.ij. vel tantundem lanuginis florum ſalicis.

Vnguentum Quercetani cicatricem ducens: Recipe calcis viuæ, toties in aqua lotæ, dum omni deſtituatur acrimonia vnc.ij. Terræ Armenæ vnc.j. olei Myrtill. q.ſ. Miſce & F. Vnguentum.

Vel: Recipe Boli Armeni noſtro modo præpar. drach.ij. Calcis cort. ouorum vnc.ß. ſucci prunorum immaturorum vnc.iij. Decoquantur igne lento ad perfectam conſiſtentiam.

Emplaſtrum contra Ramicem ſiue Rupturam: Recipe picis naualis, Aloes ana vnc.iij. Lithargyri, ceræ rubræ, Colophoniæ, Galbani, Ammoniaci, ana vnc.ij. Viſci Quercini vnc.vj. Gypſi, Ariſtolochiæ longæ, rotundæ, Myrrhæ, Thuris, ana vnc.vj. Terebinth. vnc.ij. Vermium terreſtrium vnc.iiij. Gallarum vnc.iiij. Conſolidæ vtriuſ-

que Boli Armeni ana vnc.ß. ſang. Draconis lib.j. confice vt Artis eſt.

Cataplaſma ad ſanguinis eruptionem è naribus Andernaci. Recipe Boli Armeni, ſang. Draconis ana vnc.ij. Albuminis ouorum, ſucci plantaginis ana q.ſ. Miſceantur, frontique & ſinciputi applicentur: Nec non teſticulis, ſi maſculus fuerit: mammis autem ſi fœminæ ſanguis per nares erumpat.

Cataplaſma Ranzouij ſanguinem è naribus profluentem ſiſtens: Recipe Boli Armeni, Farinæ volatilis Molendinariæ, Albuminum ouorum, Aceti roſacei ana q.ſ. Fiat Cataplaſma, illud cum linteo canabino fronti & arteriis capitis applicato. Et ſi ſanguis nondum reprimitur, linteolum aceto imbutum collo circumuoluito. Quin imo ad eundem etiam modum pudenda humectare poterit.

Pilulæ Stypticæ Arnoldi Villanouani: Recipe Sumach, Myrtillorum, Pſidiæ Balauſtiæ, Conſolidæ maioris, ſang. Draconis, Boli Armeni, Acaciæ, Hypociſtidis, Roſar. rub. Tamarind. ana drach.j. Croci, Galliæ Moſchatæ, Cinnamomi, Spodij, Macis Gum. Arabici torrefacti ana drach.j. Opii Thebaici drach.ß. cum ſucco Cymarum Myrti formentur pilulæ. Reſpiciunt virtutẽ retentiuam. Datæ cum decoctione Balauſtiæ conferunt omni fluxui ventris, maxime lientericis, & dyſentericis. Datæ cũ vino decoct. Maſticis & Garyophyllor. conferunt fluxui in digeſtione doſis IX. vel XI. in forma orobi.

Pilulæ Bechicæ, Raſis: Recipe Amyli, Tragacanthæ, Amygdalar. purgat. Fabarum decorticatarum, ſem. Papaueris, capitum Papaueris, Gummi Arabici, Boli Armeni ana drach. ij. Mucilaginis Pſyllii q.ſ. Fiant Pilulæ.

Pilulæ contra peſtem Magiſtrales: Recipe Myrrhæ, Croci, Boli Armeni, Corall. rub. Charabe ana drach.j. Myrobala. Chebul. drac. ij. Aloes drach. vij. Vini albi q. ſufficit. F. maſſa.

Pilulæ peſtilentiales aliæ: Recipe Aloes lotæ vnc. j. Myrrhæ vnc. ß. Agarici drach.j. Maſticis drachm.j.ß. Croci, Rhabarbari electi ana drach.ß. Boli Armeni drachm. ß. ſpec. Hieræ Picræ drach.j. Diagridii drach.ij. cum vino fiant Pilulæ. Valent contra peſtem.

Pilulæ arthriticæ: Recipe Betonicæ, Myrrhæ, Boli Armeni præparati, Iuæ Arthriticæ ana drach.j. Pimpinellæ, Chamædryos, Aloes ana drach.ij. Croci ſcrup.ß. Mellis roſati colati q.ſ. miſce, Fiat maſſa pilularum.

Tro-

Trochisci contra Aerem pestilentem, Caspari Bauhini: Recipe Mithridat. opt. drachm. j. Rad. Angelicæ, Zedoariæ, spec. Diamarg. frig. Cinnamomi Electi, Santali citrini ana drachm. ß. Myrrhæ Electæ, Boli Armeni præpar. ana scrup. j. Moschi grana iij. Sachari canarii vn. vj. cum Mucilagine Gum. Tragacanthæ infusi in Aqua Scabiosæ & pauculo succi Limonum vel Citri. Fiant Trochisci vel Orbiculi Lupinis similes: Detineantur in ore præseruationis loco tempore pestifero.

Pastilli in frigido Pestilentiæ tempore idonei, Andernaci: Recipe spec. Aromat. ros. Item Diamargarit. calidi ana drach. ij. Boli Armeni drach. j. ß. Mucilaginis Tragacanthæ, cum aqua ros. extractæ q. s. Formentur pastilli.

Trochisci Ramich. Recipe succi Acetosæ vnc. xvj. Rosar. vnc. j. Baccarum Myrti vnc. ij. Boli pauxillum: colentur, & colaturæ adiunge Gallarum tritarum drach. iij. Coque aliquantulum. Cola & insuper adde subsequentia bene triturata: Recipe Rosarum vnc. j. Santali citrini drach. x. Gummi Arabici vnc. j. ß. Sumach. Spodii, ana vnc. j. Omphacii seu agrestæ drachm. vij. Baccarum Myrti tritarum vnc. iv. Ligni aloes, Garyophyl. Macis, N. Moschatæ, ana drachm. iv. Misce omnia & siccentur in scutella figulina, & tere minutim, & fiant Trochisci cum drach. j. ß. de Caphura & aqua rosacea quantum sufficit. Succi acetosæ loco, sumi potest vinum è Cidoniis acerbis: sunt qui aromatizent gran. xiix. Moschi. Siccantur in vmbra, & reponũtur in charta munda, ceræ liquatæ intincta. Durant in annum.

Pensus menses sistens: Recipe stercoris porci vnc. j. sang. Draconis drach. j. Boli Armeni drach. ij. succi Bursæ Pastoris, vel succi plantag. q. s. Fiat Pessarium, ad formam suppositorij, quod filo obligatum noctu subiiciatur.

Sacculus, siue scutum pro corde contra pestem. Bauhini iunioris. Recipe Cinnamomi, drach. ij. Dictamni veri drachm. j. ß. Angelicæ, Zedoariæ, Garyophyllor. an. drach. ß. Rosar. vnc. ß. Boli, Coralli rubri, spec. Diamarg. frigidi an. scrupulum ß. Grana tinctorum, scrup. ß. Scordii drachm. j. ß. Santali citrini drachm. j. misce. Fiat puluis tenuissimus, qui excipiatur serico rubro & Bombace interpuncto, fiat scutum.

Vnguentum ad oculorum lachrymas Marinelli: Recipe Myrrhæ,

Cumini, Thuris, Maſticis, Ammoniaci, Boli Armeni an. vn. ß. Croci drac. ij. Trita omnia cum albuminibus ouorum miſceantur, & ſupra frontem ac tempora ponantur.

Vnguentum mammillas paruas conſeruans: Recipe Boli Armeni, Gallarum viridium tritarum ana part. j. Mellis q. ſ. Fiat Vnguentum.

Vnguentum mammillas reddens duriores: Recipe cotoneorum, prunorum immatur. q. ſ. optime contuſis adde Boli Armeni, ſem. Plantaginis, Aniſi, Fœniculi, Cumini ana parum, ſucci plantaginis, Aceti q. ſ. miſce. His abſolutum librum quartum volumus, ſequitur Liber Baſilicæ Chymicæ Quintus.